
HDI
HW 2MEY D



CORNELII NEPOTIS

VITÆ

EXCELLENTIUM IMPERATORUM.

VOL. I.

CORNELII NEPOTIS

VITÆ

EXCELLENTIUM IMPERATORUM

EX EDITIONE J. FR. FISCHERI

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU CODICUM ET EDITIONUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITÆ.

VOLUMEN PRIMUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1822.

CONSPECTUS

EORUM QUÆ HAC EDITIONE

CONTINENTUR.

		Pag.
Nicolai Courtin Epistola Serenissimo Delphino		1
Præfatio J. F. Fischeri		4
Cornelii Nepotis Vita, ex variis auctoribus excerpta		15
Testimonia et Judicia de Cornelio Nepote		25
Chronologia Rerum memorabilium in Cornelio Nepote, ad Olympiadas, Urbis Conditæ annos ex Catonianis rationibus, quæ a Varronianis duobus annis discrepant, et Christi nati digesta		51
Chronologia Historiæ T. Pomponii Attici		60
Cornelii Nepotis Præfatio		63
I.	Miltiades	68
II.	Themistocles	84
III.	Aristides	103
IV.	Pausanias	107
V.	Cimon	116
VI.	Lysander	122
VII.	Alcibiades	128
VIII.	Thrasybulus	149
IX.	Conon	156
X.	Dion	164
XI.	Iphicrates	179
XII.	Chabrias	185

		Pag.
XIII.	Timotheus	191
XIV.	Datames	198
XV.	Epaminondas	216
XVI.	Pelopidas	234
XVII.	Agesilaus	242
XVIII.	Eumenes	255
XIX.	Phocion	276
XX.	Timoleon	283
XXI.	De Regibus	292
XXII.	Hamilcar	298
XXIII.	Hannibal	305
XXIV.	M. Porcius Cato	329
XXV.	Vita T. Pomponii Attici	335
	Cornelii Nepotis Fragmenta quæ reperiri potuerunt omnia, Andreæ Schotti studio collecta	375
	NOTÆ VARIORUM in Cornelii Nepotis Præfationem	399
	—— —— I. Miltiadem	407
	—— —— II. Themistoclem	429
	—— —— III. Aristidem	453
	—— —— IV. Pausaniam	459
	—— —— V. Cimonem	471
	—— —— VI. Lysandrum	480
	—— —— VII. Alcibiadem	487
	—— —— VIII. Thrasybulum	512
	—— —— IX. Cononem	520
	—— —— X. Dionem	529
	—— —— XI. Iphicratem	543
	—— —— XII. Chabriam	548
	—— —— XIII. Timotheum	554
	—— —— XIV. Datamem	561
	—— —— XV. Epaminondam	576
	—— —— XVI. Pelopidam	591
	—— —— XVII. Agesilaum	597
	—— —— XVIII. Eumenem	608
	—— —— XIX. Phocionem	619
	—— —— XX. Timoleonta	623

Pag.
Notæ Variorum in XXI. Reges . . 628
—— ———— XXII. Hamilcarem . . 636
—— ———— XXIII. Hannibalem . . 643
—— ———— XXIV. M. Porcium Catonem 668
—— ———— XXV. T. Pomponium Atticum 676
—— ———— Fragmenta . . 700
RECENSUS EDITIONUM Cornelii Nepotis . . 721
RECENSUS CODICUM Mss. Cornelii Nepotis qui in Bibliothecis Britannicis asservantur . . 745
INDEX in Corn. Nepotem, a Jo. Andrea Bosio confectus i

SERENISSIMO PRINCIPI

DELPHINO.

JAMDUDUM injuria temporum Patria sua profugi viri totius Antiquitatis illustrissimi toto orbe terrarum circumspiciunt, ad quem confugere possint, PRINCEPS SERENISSIME: nec hactenus facile invenerunt, qui et in eo dignitatis aut potestatis apice constitutus esset, cujus sub clientela securi quiescerent; et qui linguarum ac literarum satis peritus, ut se Romana lingua loquentes intelligeret, atque adeuntes se benigno vultu exciperet. In Te uno utrumque feliciter inveniunt, PRINCEPS ILLUSTRISSIME. Te enim veluti nascentem Solem intuentur, ex cujus lumine novum sibi splendorem contrahant, et sub cujus felici aspectu nihil amplius reformident. Se Tibi sua lingua, licet extranea, non minus notos et familiares fore confidunt, quam si nostra vernacula loquantur. Ex Græcia, Asia, Sicilia, Africa, Italia profecti, in Augustissimam totius orbis Aulam ingrediuntur, ut inter tuos Aulicos ipsos admittere non dedigneris. Sed quia varii variis linguis, pro regionum diversitate, uterentur; CORNELIUM NEPOTEM Interpretem nacti sunt, cujus unius ore se manifestent, variam vitæ suæ fortunam, et præclarissima tum belli cum pacis facinora exponant. Congenitas sibi dotes tuis, velut in obsequium, offerunt;

Miltiades summam humanitatem et comitatem; Themistocles artis militaris peritiam et solertiam; Aristides justitiam; Alcibiades egregiam corporis formam, et animi magnitudinem; alii alia tuos ob oculos ponunt. Sed ea omnia, eximia licet, et omnium sæculorum retroactorum celeberrima, tuis tamen, tum corporis cum animi, virtutibus longe esse postponenda fatentur: neque tam, ut Te doceant, quam ut ipsimet doceantur, conspectum tuum ambiunt. Ferunt quidem secum plurimas togæ militiæque artes; varias præ manibus suis palmas gestant, caputque suum multis laureis redimitum exhibent. Sed quid hæc omnia si cum præstantissimis Ludovici Magni Patris tui virtutum exemplis conferantur? si cum ejus triumphis, bellique facinoribus componantur? An negabit aliquis Te in obsidione Dolensi, ad quam Illustrissimo ac Sapientissimo Montauserio Duce et Rectore profectus es, longe plura ab Augustissimo tuo Parente didicisse, quam in evolvendis omnibus veterum sæculorum monumentis? Cum enim Te urbis mœnia circumducebat; cum Tibi inter ignes et tela hostilia castrensium operum munitiones ostendebat, nonne, quemadmodum et olim suum Iulum Æneas, his te verbis compellare videbatur:

'Disce, puer, virtutem ex me, verumque laborem?'

Ita est sane; nec, si illud ex ejus ore non profluebat, impavidus illius animus, perpetuus ac indefessus labor conticescebant. Patrem verbo et exemplo docentem audiebas; hi verbis tantum docent. Audis ipsos multa narrantes; at Regem plura et majora facientem vides. Præterea, quid his in Illustribus Viris invenias, quod non in Illustrissimo Duce Montauserio longe excellentius jampridem inveneris? Nonne Miltiade humanior, Themistocle peritior, Aristide justior, vitæ integritate Phocione clarior; unus denique omnibus præstantior? Quatuor olim viri apud Persas educandis futuris Regni hæredibus præficiebantur; ex quibus qui sapientissimus, res sacras ac politicas Principem edocebat; qui justissimus, ab omni mendacio et dissimulatione, tanquam a vitiis regio sanguine indignis, aver-

tebat; qui moderatissimus, in omnes voluptatum illecebras ipsi odium instillabat; qui fortissimus, animum Principis adversus omnia pericula confirmabat. Quis nescit autem quatuor illos Principum Persarum Moderatores in uno Duce MONTAUSERIO contineri? Si sapientiam quæras, quis eo sapientior? Si justitiam, quis justior? Si temperantiam, quis moderatior? Si denique fortitudinem, quis generosior, quis manu fortior?

Non habet ille parem, quem tot de millibus unum
 Rex voluit Gnato moribus esse Ducem.
Quique Phrygum excidio quondam formavit Achillem,
 Quanquam par Superis, est tamen ille minor.
Nam quantum tener hic Pelidem vincit Alumnus,
 Tantum ille Æmonio præstat ubique Seni.
Scilicet ut Magnum LODOICUM Gnatus adæquet
 Unus hic a Magno Rege legendus erat.

Non ergo illi CORNELII NEPOTIS Viri illustres ad te accedunt, PRINCEPS SERENISSIME, quasi Doctores; sed futurorum tuorum operum Admiratores; non Emendatores, at præstantissimarum dotium Æmulatores: quos si benigne admiseris, atque tui magni Nominis umbra tutos esse volueris, neque exilium suum, neque cetera reflantis fortunæ incommoda quæ olim passi sunt, recordabuntur. Nec ingratum omnino fore confido primum illud obsequii specimen, quod, quantum in se est, submisse ac fideliter tibi devovet ac consecrat,

CELSITUDINIS TUÆ
 Humillimus, obsequentissimus,
 ac fidelissimus Servus,
 N. COURTIN.

LECTORI BENEVOLO

S.

JOH. FRIDER. FISCHERUS.

QUÆ Justini, aliorumque scriptorum veterum Latinorum, sancta et veneranda monumenta violare sustinuerunt impuræ manus atque profana ingenia Minellii, Junqueri, eorumque similium: ea Cornelii quoque Nepotis pulcherrimas elegantissimasque Vitas imperatorum Græcorum[1] commentis puerilibus et inficetis deturpare atque contaminare ausa sunt; quas etiam ornari omnibus modis illuminarique oportebat. Quæ stulta istorum hominum atque impudens audacia commovere cupidissimum quemque doctrinæ antiquæ ac solicitare eo magis debet, quo majorem illius culpa perniciem, quo plures pestes, quo graviores calamitates, fundo, ut ita dicam, bonarum literarum illatas semper esse legimus, atque etiamnum inferri tristes videmus. Cujus quidem rei causæ in promtu sunt, neque abditæ, credo, et contectæ. Etenim cum Vitæ illæ, non minus quam reliqui priscorum Romanorum libri, fere a pueris atque adolescentulis, qui linguæ sibi Latinæ notitiam volunt comparare, legantur, et vero etiam debeant quam studiosissime legi:

NOTÆ

[1] Altera pars operis Nepotis complexa erat vitas imperatorum Romanor. v. Hannibal. 13. 4. Extant Cato et Atticus.

quid putemus fieri posse facilius, quam ut obscura stultitia istarum notarum, quæ nihil minus quam sententiam librorum aperiant, rejecti et deterriti adolescentes, præsertim capitaliores, æterno literarum Latinarum capiantur fastidio? Deinde si verba lectissima et nitidissima et purissima veterum, si gravissimas gratiæque plenissimas sententias, videant verbis tam impuris et sordidis et inquinatis, tam abjectis et ineptis, tam inconditis et ne Latinis quidem, obrutas efferri: nonne videatur esse vehementer timendum, ne tirones Latini sermonis deducantur eo, ut de ipsa doctrina elegantiaque scriptorum sentire tenuiter maleque existimare incipiant? Cum porro Minelliana interpretandi ratio sit ejusmodi, ut vel tardissima eam ingenia possint mensium haud multorum spatio assequi: nonne periculum esse arbitremur, ne facultas enarrandi scripta veterum omnis, quæ tam facile scilicet et sine ullo negotio parari ab cujuslibet ingenii hominibus possit, contemnatur? nonne valde metuendum sit, ne Grammatici, quorum doctrina, sicuti Grammatistarum, scientia vulgaris Grammaticæ sola videatur contineri, inepti homines ab ineptis indoctisque Tigelliis[a] ferantur? nonne fenestram ea re juventuti ad negligentiam, ad desidiam, ad pigritiem, patefieri censeamus? nonne vero tristi superiorum temporum memoria admoniti vereamur, ne Grammatica, hoc est, ars disciplinaque interpretandi veteres auctores vera et recta, neglectum tandem istum despectumque indignum sui ultura graviter et vindicatura sit omnium disciplinarum bonarum et artium, atque religionis adeo integræ nec contaminatæ omnis, fuga misera atque repentino interitu? Quo magis, cum adornanda erat nova Vitarum elegantissimi Nepotis editio, faciundum putavi, ut notis Stubelianis, pestibus, ut demonstravi, literarum capitalibus, pulsis et tanquam jugulatis, reviviscere juberem ac redire eas, quibus planissime declararetur, quam longe lateque pateret doctrina Grammatico-

NOTÆ

[a] V. Cic. ad diversos VII. epist. 24.

rum; quam acri illi judicio, quam emunctis naribus, præditi, quam incredibili cognitione omnis memoriæ et antiquitatis, quam magna, quam accurata, quam perfecta, scientia linguarum veterum, instructi esse deberent; quæ bona, quæ dotes, sine acerrima industria et diligentia, sine maximo plurimorum annorum usu, non venirent: ut et acuerentur studia tironum, et ab ipsa Grammatica omnis contemtus, omnes contumeliæ, defenderentur removerenturque quam longissime.

Sed quo melius de bonitate utilitateque editionum Nepotis statui et judicari possit; animum induxi ostendere, ut nuper in Justino feci, e quibus libris fluxerit unaquæque earum; an et quam diligenter inspexerit scriptos Editorum quisque libros; quam curam, quam fidem, præstiterint in reddendis et recensendis Cornelii verbis; an forte et quas conjecturas inculcarint, ut fit, atque inferserint. Dicam vero primum de libris scriptis, quibus quidem Editores constet usos esse: deinde editos quoque lustrabimus. Quod si non attigero omnia, quod mihi etiam usu venit in historia librorum Justini contexenda:[3] cogitent velim lectores æqui, perquam raro se hoc in genere omnia offerre in tempore; quod vel Fabricii et Metarii, diligentissimorum hominum, exemplum plane doceat; et nos in digerendis enarrandisque

NOTÆ

[3] Quæ nobis postilla de libris Justini indagare licuit, ea hæc sunt. Præter scriptos Codices, quos commemoravimus, laudatur Codex Duisburgensis a Duquero ad Flor. I. 20. 1. I. 26. 6. et III. 21. 1. et 18.: duo Dorvilliani ab Audendorpio, cum ad Frontinum Strateg. p. 38. et alibi, tum ad Cæsaris Commentarios passim. Ab ipso quoque Dorvillio ad Charit. p. 562. ubi tres memorat Mss. Justini; in Obss. miscell. vol. v. tom. 3. pag. 13. Nam Dorvillium esse auctorem illarum notarum, patet ex eod. vol. p. 299. ubi locum ex Charitone profert, et se, promittit, eum editurum. In bibl. Gothana est Ms. Justini: vid. catal. Mss. Et in bibliotheca Guelferbytana accepi ab Heusingero meo, Viro magnæ doctrinæ summæque humanitatis, extare, inter Gudianos, duo, alterum membranaceum, sæculo, ut videtur, XIII. scriptum: alterum chartaceum, sæculi XV. partum. add. Schelhorn. amœnitatt. literr. tom. v. p. 193. sq. In eadem bibliotheca sunt quoque editionis Zaroti et Sabellici exempla. Iis autem, qui Justini locos pravos corrigere conati sunt, addi debent summi Viri, Trillerus, Christi. Crusius, et Joh. Mich. Heusingerus.

iis, quæ cognoscere et congerere licuit, diligentiam probasse, certe voluisse probare.

Italiæ bibliothecas non reperio suppeditasse ad emendandas Nepotis Vitas Codices scriptos multos, præter eos e quibus primæ illarum editiones, tanquam rivi e fontibus, deductæ fuere. Magius quidem, de cujus in Cornelium meritis deinde dicemus, usus est libris scriptis duobus; uno proprio, quem membraneum vocat;[4] alieno altero, quem pertinuisse ostendit[5] ad bibliothecam Cœnobii, quod ab divo Antonio appellatur, Venetam:[6] de quorum librorum

NOTÆ

[4] Ad Milt. 4.

[5] Ad Eumen. 6. 3. Han. 13. 1. Cat. 1. 1. et in epistola de ætate Cornelii Nepotis ad Gregorium Angelerium et Paulum Ligium, Anglarienses.

[6] Cod. Ms. Ven. v. Mag. ad Miltiad. 4. 4. {Aliorum codd. Mss. notitiam addere juvat. Lucæ in Etruria in ædibus PP. S. Mariæ Curtis Orlandigorum est in cod. chart. sæc. xv. in fol. min. Æmilii Probi (Cornelii Nepotis) *de excellentibus ducibus exterarum gentium* liber. V. Franc. Antonii Zachariæ—iter literarium per Italiam ab ann. 1753. ad ann. 1757. Venetiis. 1762. 4. pag. 24. Mantuæ in cod. membran. Capilupiano in 8. sub exitum sæculi xv. scripto sunt vitæ Cornelii Nepotis cum duobus fragmentis epist. Corneliæ, matris duorum Gracchorum. V. Catalogo de' codici Msti della famiglia Capilupi di Mantova, illustrato dall' Abate Don Giovanni Andres. Mantova, 1797. 8. pag. 10. sq. Taurini in cod. 297. membran. sæc. xv. quondam regiæ bibl. fol. i. Titi Pomponii Attici vita ex Cornelio Nepote. V. catal. codd. Mss. bibl. regii Taurinensis Athenæi, auct. Jos. Pasini, Anton. Rivautella et Franc. Berta. Taurini, 1749. fol. p. 82. Paris. in bibl. publ. secundum catalog. codd. Mss. biblioth. regiæ, part. iii. tom. iv. in cod. 5826. nr. 6—8. vita Pomponii Attici; it. Catonis, auctore Cornelio Nepote; ejusdem sive Æmilii Probi liber de excellentibus ducibus exterarum gentium.—in codd. 5831. nr. 9. et 8534. vita Pomponii Attici.—in codd. 5827. et 6143. de excellentibus Græciæ ducibus et exterarum gentium. In quinque codd. est liber de viris illustribus, perperam Cornelio Nepoti tributus. In catalogo librorum Msstor. Angliæ et Hiberniæ, Oxon. 1697. fol. tom. i. p. 96. nr. 291. Corn. Nepos Cantabrigiæ in coll. S. Trinitatis.—tom. ii. p. 3. nr. 46. in codice eccl. S. Petri apud Eboracum. De Vossianis, nunc Leidensibus, codd. ipse Fischerus postea egit. In illo autem catalogo citantur tom. ii. p. 65. nr. 2438. P. 67. nr. 2556. et p. 68. nr. 2570. tum inter codd. quoque Vossianos p. 70. nr. 2755. Æmilius Probus Lambini cum emendationibus et notis Mss. ac p. 72. nr. 2877. Cornelius Nepos Savaronis, Scaligeri manu notatus. Pag. 90. nr. 4611. Corn. Nepos, inter codd. Franc. Bernardi. Pag. 228. nr. 7585. inter libros Eduardi Bernardi Latinos cum veteribus exemplaribus collatos. Auctore Bern. de Montfaucon in Bibliotheca bibliothecarum Msstorum nova, tom. i. p. 366. D. in Bibl. Laurent. Medicea, histo-

antiquitate et bonitate existimari a nobis eo minus potest, quo pauciores ex iis prolatas a Magio[7] lectiones videmus. Videtur tamen uterque liber omnes continuisse Imperatores, excepto Attico: in cujus Vita enarranda et explicanda ea contigit felicitas magno illi Ernstio, ut e bibliotheca Medicea nobili, Ferdinandi tertii, Etruriæ principis, jussu et auctoritate, acciperet[8] libros manu scriptos duo: qui ab eo Medicei dicuntur. Ille ipse autem Ernstius in recensendis Vitis ceteris adhibuit Codicem membranaceum proprium, quem in Gallia Aureliæ emerat,[9] et cujus lectiones cum lectionibus duorum librorum Bavaricorum[1] fere convenire cognovimus. Hos quidem e bibliotheca Monacensi tum instructissima dederat Maximilianus, Bavariæ princeps, Oberto Gifanio, Jurisconsulto, cujus paucos similes fert ætas nostra. Ab Gifanio[2] deinde venerunt in manus Gasperis Schoppii, Franci, popularis mei, qui eos non solum diligenter cum exemplo editionis Ingelstadiensis ann. 1593. commisit, verum multas etiam ex iis lectiones in Verisimilium libros[3] conjecit.[4] Schoppii exemplar cum postea nactus esset Michaël Picartus, Francus; et ipse emendare

NOTÆ

riarum Latinarum Cornelii Nepotis vita Attici: Catonis compendiosa vita. Pag. 512. E. in bibl. Ambros. Mediolan. vita Attici.]

[7] Commemorat Magius cod. Ms. Arlenii in Miscell. IV. cap. 15. p. 1432. tom. II. Thesauri Gruter.

[8] Vid. notæ Ernstii ad Att. 1. 1. et 7. 2.

[9] Vid. Ernstius ad Milt. 3. 4.: ad Themist. 1. 1.: ad Alcib. 10. 5.

[1] Vid. Ernstius ad Epam. 2. 5.

[2] Ipse scripsit se Hubertum in epistolis ad Lipsium in vol. I. Sylloges Burmann. ubi p. 342. dicit, 'se aliquid parare in hunc' (Cornelium Nepotem.) Atque in indice operum, quæ in Ms. Hubertus Giphanius reliquit, (in Schelbornii Amœnitt. literariis tom. XII. p. 591.) nominantur 'Cornelii Nepotis opuscula et fragmenta diligenter ex vett. codd. collecta et emendata: in eadem commentarii.' Jungermann. in notis ad Jul. Pollucis Onomastic. I. segm. 66. p. 42. ed. Hemsterhus. laudat illos Gifanii commentar. additque nondum vero illos esse editos.

[3] Lib. I. 20. lib. II. 3. 10. lib. III. 4. 8. 12. 20. lib. IV. 2. 8. 14. 18. Edita sunt Verisimilia Schoppii primum Noribergæ octonis A. C. CIƆIƆXCVI. cum haberet Schoppius annos viginti. Iterum Amstel. 1662. 8.

[4] V. Schoppii præf. ad Verisimilia, et Verisimil. lib. I. cap. 20. p. 70. sqq. Is vero postea se vocavit Scioppium. Vid. Epist. Ritterhusii ad Scaliger. p. 325. tom. II. Syllog. epistol. Burmann.

nonnulla inde Nepotis loca in Periculis Criticis[5] instituit. Sed quia Schoppius non distinxit satis et secrevit unum Codicem ab altero, quia eos simpliciter membranas vocat: opera sua certe et manu non multum sublevasse debet existimari posterorum studia. Et quoniam cœpimus dicere de Germaniæ liberalitate in Nepotem: agè, quos alios orbis noster libros scriptos benignus concesserit ejusdem Editoribus, videamus. Atque Schefferus quidem, cui non videatur merita sua in bonas literas vehementer eo auxisse, quod passus est Boeclerum, cum Nepotem tertium ederet, scripto Codice uti? quem optimæ fuisse notæ, lectiones ex eo excerptæ satis declarant. Complexus est Imperatores, præter Atticum, omnes; fueratque a Sebastiano Mugio, primo domino, cum Stephanianæ editionis exemplo diligenter collatus. At vehementer dolendum est, Boeclerum cum inhumanitate sua, tum etiam negligentia, causam conquerendi justam Scheffero dedisse: nam nec fassus est uspiam Boeclerus, a quo acceperit Codicem; nec curiose satis ejus lectiones enotavit. Quare si eum ipse denuo contenderet cum libris editis, et vel neglecta a Boeclero proferret, vel perperam maleque laudata ab eodem emendaret, se laborem suscepturum Schefferus speravit nec ingratum studiosis nec inutilem. Fecit utrumque in Adversariis suis,[6] quibus, post mortem ejus, Belgæ ditarunt sua Miscellaneorum Volumina.[7] Lectiones hujus Codicis, qui cum Boeclerianus, tum Schefferianus a possessore, dicitur, reperi raro discrepare a lectionibus libri Leidensis primi,[8] Vossiani secundi,[9] de quibus infra erit dicendi locus, et

NOTÆ

[5] C. 10. Pericula Critica Picarti, Professoris artium Altorpini, iterum prodierunt, cura Joh. Sauberti, quaternis Helmæstadi A. C. CIϽIϽCLXIII. post primam editionem quinto et quinquagesimo.

[6] C. 14. et c. 24.

[7] Vol. 8. p. 432-436. vol. 9. p. 196-212. In vol. 9. p. 197. annotat, istum codicem fuisse Seb. Mugii.

[8] V. c. X. 9. 1. XIV. 1. 4. et 4. 5. etc.

[9] V. c. VIII. 2. 7. X. 8. 4. et 9. 2. XI. 1. 4. XII. 1. 2. XIV. 5. 4. et 5. 5. et 10. 1. et 11. 2. XV. 1. 1. etc. Discrepant tamen nonnunquam. Vid. XII. 3. 3. XIII. 3. 5. XIV. 6. 1. et 11. 2. XV. 4. 5. et 8. 5. etc. Conveniunt Mss. Ax. Voss. 2. et Boecl. XVI. 5. 5. etc.

Axeniani Codicis: ita ut unus sæpe corrigi ex altero[10] recte possit. Axenianus liber nomen habet a Petro Axenio illo, qui fabellas Pseudophædri animadversionibus illustravit. Contenderat eum cum ceteris libris Joh. Frider. Nodius, Sleovicensis theologus, lectionesque ejus communicavit cum Joh. Michaele Heusingero, viro doctissimo. Pleræque illi communes sunt, ut modo demonstravimus, cum Vossiano secundo, Boeclerianoque, Codice: multæ tamen etiam propriæ, eædemque apprime bonæ, et procul dubio veræ;[1] ita, ut Heusingerus, judex harum rerum in primis intelligens, non temere fidei illius et auctoritati plurimum tribuisse videatur. Atque hactenus de libris Cornelii scriptis, quos Germanorum bibliothecæ Editoribus Vitarum ejus suppeditarunt. Præter eos alius fuit, quem tamen nondum puto a quopiam consultum esse, in bibliotheca Ufenbachiana,[2] membranaceus, sæculo circiter quarto decimo scriptus, Maio judice. Constat foliis sex et octoginta formæ octopertitæ; complectiturque, præter epistolæ Gracchorum matris particulas, Vitas omnes, ita tamen, ut Atticum sequatur Vita Catonis, sicuti in libro Mendosiano. Est etiam in bibl. Guelferbytana cod. Ms. membranaceus, nondum collatus, qui ætatem habere videtur annorum circiter quingentorum. De eo vid. Heusinger. [in comment. de Nepote Cornelio bene merendi aliquot subsidia biblioth. Guelpherbytanæ, adjecta Fl. Mallii Theodori de metris libro, Lugd. Batav. 1766. 8. pag. 117. sqq. quem is codicem valde laudat.] Cod. Thottianus, (fuit enim quondam in bibl. Comitis de Thott,) copiose describitur a Jo. Henrico Schlegel [in disp. inscripta: In Cornelium Nepotem Observatt. criticæ et historicæ, Hauniæ 1778. 4. cap. IV. pag. 23. sqq.] Sequitur, ut videamus, quos quotve libros manu scriptos reliquæ humanæ civitates præbuerint Edito-

NOTÆ

[10] V. c. Han. 10. 1. Ms. Boecl. habet *exercitu:* sed emendandum est e Ms. Leid. 1. *exercuit*.

[1] V. c. Cim. 2. 5. 'qua ad meridiem pertinet.' Dat. 1. 3. 'quam colunt Leucosyri.' Phoc. 4. 1. 'per ætatem.'

[2] Vid. bibl. Ufenbach. Mss. P. 4. p. 220. n. 160.

ribus Vitarum Cornelii. Hispania quidem tantummodo unum dedit, sed membranaceum, eundemque bonum, quamvis non adeo antiquum, utpote sæculo quinto decimo scriptum: quem multis locis convenire cognovi cum Vossiano tertio.[3] Dominus ejus fuerat Franciscus Mendosæus, Burgensis: unde et Burgensis liber nominatur a nonnullis, maxime a Magio, qui[4] eo usus est non minus, quam postea Andreas Schottus: quare nobis eum cum Bosio et aliis licuisset etiam Schotti Codicem appellare. Fuerunt in eo omnes Vitæ, ita tamen ut Vita Catonis Attico non præposita, ut in plerisque libris, sed postposita, compareret. Paulo liberalior in Nepotem voluit esse Britannia: contulit enim ad ornandas ejus Vitas duo Codices: quorum alter Cantabrigiæ est in bibliotheca Collegii Trinitatis; alterum Oxoniæ possederat Franciscus Bernardus, artis medendi doctor. Lectiones excerptæ ex utroque leguntur in editione Oxoniensi, sed, Staverio auctore, perpaucæ, ut vel hæc earum paucitas timere nos jubeat, ut Codices ipsi diligenter satis et curiose fuerint excussi. Sed summæ hoc in genere diligentiæ laus debet sine ulla controversia Petro Danieli[5] tribui, qui Codicis sui lectiones ipse in margine exempli Longoliani scripserat. Quæ nisi auctoritate magni illius Bongarsii ad calcem editionis Francofurtensis positæ fuissent, fortasse Bosius et alii non tam felices fuissent in tollendis sanandisque multis Vitarum Cornelii mendis atque vulneribus. Major tamen industria et diligentia comparet in prioribus Imperatoribus, inde a Miltiade ad Agesilaum usque, quam in ceteris: nam ex Eumene quidem, Hamilcare, et Hannibale, vix duæ vel tres lectiones enotatæ sunt; e Phocione, Timoleonte, Catone, Attico, plane nullæ. Quod quis est, cui non suspicionem moveat, Vitas illas omnino abfuisse ab hoc Codice? Neque vero hic unus liber

NOTÆ

[3] Vid. II. 7. 2. IV. 2. 5. et 4. 5. VI. 3. 5. XX. 1. 5. XXIII. 2. 3.

[4] Vid. ad Miltiad. 4. 4. Cim. 2. 4. Alcib. 10. 4. Eum. 6. 3. Timoth. 3. 3. 4. 1.

[5] V. Sammarth. Elogia Gallor. I. 9.

est, cujus usu Gallia sibi Nepotem ejusque Editores devinxit. Nam Savaroni quidem, cum animum appulisset ad enarrandas explicandasque Vitas Nepotis, licuit consulere Codices scriptos integros tres. Duo e bibliotheca Puteani acceperat: quorum unus Bononiæ sæculo quinto decimo scriptus erat; alter fuerat Gifanii, e quo, ut ipse Gifanius multas lectiones cum in Lucretiano Indice, tum in Observationibus linguæ Latinæ, ita etiam Schottus in notis, protulit.[6] Uterque, in primis Gifanianus, bonæ est atque spectatæ fidei, Schoppio ac Bosio[7] judicibus. Tertium donarat Savaroni Vibertus Moguinus, Ecclesiæ Claromontanæ Canonicus et Syndicus. Huic ipse Savaro primas detulit;[8] nec modo eleganter eum scriptum fuisse docet, verum etiam integriorem longe emendatioremque duobus superioribus. Præter hos Codices idem ille Savaro totidem scriptos libros adhibuit in recensenda Attici Vita: quorum primi quidem ipse fuerat possessor; alter pertinuerat ad Gifanii bibliothecam; tertius e museo Petri Petavii venerat. Sed ut in augendis multis aliis auctoribus utriusque linguæ, ita etiam in Nepote ornando, Belgarum bibliothecæ, et in his Leidensis maxime, liberalitate facile superarunt omnium aliarum civitatum bibliothecas. E Leidensi enim bibliotheca[9] fuit liber scriptus is, cujus lectionibus, tanquam gemmis, illuminavit primam editionem suam Boeclerus, quem nos cum Staverio Leidensem primum nominamus: diversus enim est ab eo, id quod varietas lectionis declarat,[10] quem eidem Staverio adire contigit, et qui jam antea fuerat ab Audendorpio, summo Viro, diligentissime

NOTÆ

[6] V. Scioppii Verisimm. p. 74.

[7] V. c. ad II. 1. 1. et 2.

[8] Vid. ad I. 5. 3. et XVIII. 5. 7. Habet lectiones quasdam proprias, ut XVIII. 5. 5.

[9] In catal. biblioth. Leidensis acad. (Lugd. B. 1726. fol.) citantur tres codd. chartac. p. 325. b. nr. 19. p. 387. a. nr. 23. p. 388. b. nr. 58. et unus cod. membran. p. 381. a. nr. 52.

[10] V. c. Con. 3. 4. Leid. 1. *quæ huic vol.* Leid. 2. *huic quæ vol.* Dion. 3. 2. *in eo meo libro* Leid. 2.: *in eo libro* Leid. 1. Iphicr. 2. 3. *interfecit* Leid. 1.: *intercepit* Leid. 2. Dat. 4. 5. *arma capit* Leid. 2.: *arma sumit* Leid. 1.

cum exemplo editionis Keuchenianæ commissus.[1] Hic in charta majoris formæ scriptus est, et a nobis Leidensis secundus dicitur. Præterea Staverio copia facta est inspiciendi Codices Vossianos tres, qui in eadem bibliotheca Leidensi reperiuntur. Primus eorum in membrana descriptus est quaternis: et cum in aliis libris Attici Vita agmen cogat, in hoc conspicitur omnium Vitarum dux. Abest autem illa ipsa Attici Vita ab altero Codice chartaceo formæ octopertitæ: cujus lectiones cum fere conveniant, ut supra docuimus, cum Boecleriano, raro discrepent; nonne uterque ex uno fonte videatur fluxisse? vel potius, cum Vossianus multo recentior sit Boecleriano, nonne ille ex hoc deductus putetur? ita tamen ut Vossiani librarius mutarit multa ex ingenio, non pauca depravarit per negligentiam. Vossianus tertius, qui et ipse in charta ejusdem cum altero formæ scriptus est, aliquot tantummodo mutilus, etiam ordine permutato, continet Vitas: desunt enim inde ab Alcibiade usque ad Timoleonta. Hos libros omnes Staverius testatur se comparasse et contendisse cum editis summa fide atque diligentia: de quo tamen vehementer dubitavit Heusingerus: nescio, an temere. Etsi enim facile fieri potest, ut quædam omiserit Staverius, alia male laudarit: tamen hoc videtur negligentiam non magis arguere, quam nonnulla in editis libris operarum peccata correctorum incuriam. Immo vero utrumque ostendit imbecillitatis humanæ vestigia, a qua nec summa absit diligentia. Majori autem jure Longolius et Keuchenius possunt magnæ negligentiæ accusari et facillime convinci. Uterque scriptos adhibuit Codices; Longolius quidem proprium,[2] Keuchenius alienum, cujus possessor fuerat Everardus Sluisquius. At neuter facultatem aliis de bonitate eorum judicandi fecit, cum oppido paucas inde lectiones protulerint, in primis Keuchenius. Nam Longolius paulo plures ille qui-

NOTÆ

[1] Laudatur ab eo ad Lucan. I. 214. et a Burmanno ad Phædr. fab. IV. 24. 16.

[2] Ad VII. 7. 4. vocat 'veterem codicem:' ad VIII. 2. 2. 'vetustum exemplar:' ad VIII. 4. 4. 'meum exemplar:' ad IX. 5. 5. 'exemplar suum.'

dem laudavit, maxime in locis iis, ubi vidisset[3] Codicem suum a reliquis discrepare. Atque tot quidem scriptos libros consultos esse ab Editoribus interpretibusque Nepotis reperimus, non dubitantes, quin aliis in bibliothecis extent multi alii. Sed quænam fuerint membranæ Curionis illæ, quæ ab Gebhardo et Bosio commemorantur, non memini me usquam legisse. Ceterum Heusingeri, quem sæpius jam laudavimus, conjectura, qui Codices illos, de quibus exposuimus, omnes ex uno medii ævi libro, eoque mutilo et corrupto, (nempe ex eo, quem Æmilius Probus scripserat,) manasse suspicabatur, non parum mihi quidem videtur eo adjuvari, quod omnes locis multis eadem verba vel omittunt[5] vel depravata exhibent.

Sed quoniam de Codicibus manu scriptis, pro ratione instituti, satis dixisse speramus: age jam ad libros formulis descriptos, ut proposuimus, proficiscamur....[Vide Recensum Editionum infra.]

Jam eo tandem venimus, ut etiam de nostra hac Vitarum Nepotis editione paucis exponamus. Ejus vero adornandæ curam eo libentius suscepimus, quia non male de literis sperabamus merituros esse, si opprimeretur, opera nostra, Stubeliana, quam repetere totam librarius volebat. Textus totus ductus est ex editione Bosii altera. Adjecimus, ut nuper in Justino, libellum Variarum lectionum, e libris cum scriptis, tum editis, collectarum: quod institutum non modo hanc habet utilitatem, ut carere queant lectores ipsis illis libris, magno sæpe et insano pretio comparandis; sed efficit etiam, ut acuantur ingenia, et adjuventur ad emendanda atque tollenda vitia librariorum, causasque eorum et quasi origines reperiundas: et ut multorum vocabulorum formularumque sententia atque vis, sine Lexicorum adjumento, aperiatur.... Sic ergo vale, lector docte, et conatis nostris ita fave, ut etiam peccatis ignoscendum cogites. Scripsi Lipsiæ m. Maio ineunte A. C. CIↃIↃCCLVIIII.

NOTÆ

[3] V. c. I. 4. 4. et 7. 5. II. 4. 1. VII. 7. 4.

[4] V. c. Eum. 9. 3. in cod. Axen. 'fidos certos mittit homines.' Timol. 5, 1. 'voti esse compotem:' ut ap. Sallust. Catil. 40. 6. 'multos innoxios inscios conjurationis.'

CORNELII NEPOTIS

VITA,

EX VARIIS AUCTORIBUS EXCERPTA.

[Ex Edit. Delphin. Parisiis. 1675.]

Quandoquidem nobis de Auctoris nostri vita dicturis multa occurrunt statuenda ac confirmanda, de quibus inter se Scriptores dilitigant, variique in varias opiniones distrahuntur; pauca quædam de ejus nomine, patria, ætate, variisque ejus operibus disseramus.

Quod ad ejus nomen pertinet, hunc Cornelium Nepotem, cum Onuphrio Panvinio, Joan. Savarone, Petro Nannio, Gifanio, Schotto, Vossio, Lambino, et aliis bene multis non deteriori auctoritate Scriptoribus, asserimus: licet plerique, ex quorum numero est Hieronymus Magius, Æmilium Probum esse velint. At primo, ab ipso auctore abunde refelluntur, qui Porcii Catonis vitam his verbis claudit: 'Hujus de vita et moribus plura in eo Libro persecuti sumus, quem separatim de eo fecimus, rogatu Tit. Pomp. Attici,' &c. Quæ quidem nullatenus de Æmilio Probo, sed de Cornelio Nepote intelligenda sunt; cum ille Theodosio, hic Julio Cæsare et Octavio imperantibus, vixerit; quo etiam tempore Tit. Pomp. Atticum vixisse certum est. Deinde nec Æmilium Probum, nec Theodo-

siani ævi quenquam alium, hujus operis auctorem fuisse, pura et Romana hujus Libri dictio evidentissime arguit. Accedit et altera duplex ratio, quod nimirum (ut in ejus vita inquit Vossius) 'Tulliani esse ævi scriptorem, neque alium quam Nepotem, tum veterum aliquot Librorum indicio cognoscitur; tum etiam, quod ad Pomp. Atticum (cujus idem rogatu de vita Catonis Librum fecit) Vitæ istæ scribantur.' Præteréa eo in opere multa leguntur, 'quæ,' ut idem Vossius ibidem ait, 'opus hoc scriptum esse clamant quo tempore Pompeius et Cæsar plus poterant, quam libera in Rep. expediret.' Hæc autem omnia Dionys. Lambinus congessit: quorum tamen præcipua, et quæ ad intentum nostrum magis conducent, ceteris brevitatis causa, quia plura sunt, semotis, seligere liceat. Primum autem ex Miltiade sic habetur: 'Cujus victoriæ non alienum videtur, quale præmium Miltiadi sit tributum, docere; quo facilius intelligi possit eandem omnium Civitatum esse naturam: ut populi nostri honores quondam fuerunt rari et tenues, ob eamque causam gloriosi, nunc autem effusi atque obsoleti; sic olim apud Athenienses fuisse reperimus.' Hæc autem verba, inquit Lambinus, arguunt hunc Librum scriptum esse, quo tempore penes populum aliqua adhuc potestas erat; non tempore Theodosii, quo nihil populus poterat. In Epaminonda vero sic legitur: 'Quo tempore Duce Pelopida exules Thebas occuparunt, et præsidium Lacædemoniorum ex arce expulerunt, Epaminondas, quandiu facta est cædes civium, domi se retinuit, quod neque malos defendere volebat, neque impugnare, ne manus suorum sanguine cruentaret. Namque omnem civilem victoriam, funestam putabat.' Videtur his verbis, inquit, noster scriptor, et belli civilis auctores, Pompeium et Cæsarem, in quo tantum sanguinis civilis profusum sit, notare, et tacite Pomponii Attici consilium approbare, qui bellis civilibus, quæ in ejus ætatem inciderunt, interesse noluerit, &c. At illud sane perspicuum est, quod sic ex Agesilao excipitur: 'In hoc non minus ejus pietas suspicienda est, quam virtus bellica: qui cum victori præesset

exercitui, maximamque haberet fiduciam Regni Persarum potiundi, tanta modestia dicto audiens fuit jussis absentium Magistratuum, ut si privatus in Comitio esset Spartæ: cujus exemplum utinam Imperatores nostri sequi voluissent.' Hic locus, inquit, clamat, Auctorem hujus Libri carpere et notare Pompeii et Cæsaris, sed maxime Cæsaris potentiam non ferendam, qui imperium et exercitum retinere ultra tempus lege concessum voluerit. Ad aliud transeo, quod ex Eumene deducitur: 'Sic Macedones vero milites ea tunc erant fama, qua nunc Romani feruntur. Etenim semper habiti sunt fortissimi, qui summam Imperii potirentur.' At, inquit, locus ille declarat hunc Librum esse scriptum, quo tempore Populus Rom. Imperii summam obtinebat, &c. Supersunt duo tantum testimonia. Sed in uno solum hæreo, hocque etiam in Eumene sic habetur: 'Namque illa Phalanx Alex. M. quæ Asiam devicerat, inveterata cum gloria, tum etiam licentia, non parere se Ducibus, sed imperare postulabat: ut nunc Veterani faciunt. Itaque periculum est ne faciant, quod illi fecerunt sua intemperantia nimiaque licentia, ut omnia perdant, neque minus eos cum quibus steterint, quam adversus quos fecerint.' Hic locus si attente consideretur, inquit Lambinus, unaque legantur quæ ad eum annotavimus, omnium apertissime indicat atque arguit hujus Libri scriptorem Consulum annuorum, non Imperatorum perpetuorum temporibus et floruisse et scripsisse. Sic autem Lambinus in Annotationibus ad hunc locum habet: 'Etiam hic locus clamat, hujus Libri Auctorem floruisse ætate M. Tullii, et Pomponii Attici, et Cn. Pompeii, et C. Julii Cæsaris, et quo tempore lababat Resp. Rom. et ad tyrannidem propendebat; nondum autem prorsus in unius potestate versabatur. Quo minus credibile est ætate eum Theodosii vixisse.' Sic autem queritur M. Tullius de Veteranorum superbia et arrogantia, Philipp. XI. 'Quanquam, Patres conscripti, quousque sententias dicemus Veteranorum arbitratu? quod eorum fastidium, quæ tanta arrogantia est, ut ad arbitrium eorum etiam Imperatores deligamus?'

Quibus omnibus Lambini testimoniis hæc insuper adjicio, ex vita Attici depromta; quibus manifestum est, et Atticum tempore belli civilis Pompeii et Cæsaris, immo et multo post vixisse; et Corn. Nepotem tunc floruisse et scripsisse. Sic autem primum legitur: 'Incidit Cæsarianum civile bellum cum haberet annos circiter sexaginta:' (de Pomponio Attico loquitur, ut cuilibet legenti patebit:) 'usus est ætatis vacatione, neque se quoquam movit ex urbe. Quæ amicis suis opus fuerant, ad Pompeium proficiscentibus, omnia ex sua re familiari dedit,' &c. Deinde ita habetur: 'Sic vetere instituto vitæ effugit nova pericula. Secutum est illud occiso Cæsare, cum Resp. penes Brutos videretur esse et Cassium, ac tota Civitas se ad eum convertisse videretur. Sic M. Bruto usus est, ut nullo ille adolescens æquali familiarius, quam hoc sene:' Atticum intellige. Hæc clariora sunt, quam ut alia luce indigeant. Sunt et ejusmodi innumera, quibus supersedebimus. Nunc ad ea veniamus, quibus Corn. Nepotem tunc vixisse et scripsisse probemus. 1. est: 'Sæpe enim, propter familiaritatem, domesticis rebus interfuimus.' De semetipso loquitur Nepos, seque Attici rebus domesticis interfuisse prædicat. Quid clarius? 2. 'De pietate autem Attici quid plura commemorem? cum hoc ipsum vere gloriantem audierim, in funere matris suæ, quam extulit annorum nonaginta, cum esset septem et sexaginta, se nunquam cum matre in gratiam rediisse,' &c. 3. 'Hactenus, Attico vivo, edita a nobis sunt. Nunc, quoniam fortuna nos superstites ei esse voluit, reliqua persequemur.' Si ergo Nepos Atticum loquentem audivit; si eo vivo, hæc edidit; si superstes ei fuit; certe eum tunc vixisse necesse est. Sunt et plura alia: sed hæc retulisse satis sit.

Ex eo autem error ille provenit, 'Quod' (teste eodem Vossio, ibidem) 'Librario id fuerit nomen, qui vitas eas partim sua, partim patris, et matris manu scriptas, Theodosio obtulit.' Idque verum esse confirmat Jo. Savaro, cujus hæc sunt verba: 'Æmilium autem Probum, cujus nomine circumfertur hic Liber, Theodosio regnante vixisse,

et hujus libri exscriptorem potius esse quam auctorem, patet ex his versibus:

Vade, Liber noster, fato meliore memento,
Cum leget hæc Dominus, te sciat esse meum.
Ne timeas fulvo strictos Diademate crines,
Ridentes blandum vel pietate oculos.
Communis cunctis, hominem se regna tenere
Sed meminit, vincit hinc magis ille homines.
Ornentur steriles: facilis tectura Libelli,
Theodosio, et doctis carmina nuda placent.
Si rogat Auctorem, paulatim detege nostrum
Tunc Domino nomen: me sciat esse Probum.
Corpore in hoc, manus est genitricis, avique, meaque;
Felices, Domini quæ meruere manus.'

Hos versus tanquam ineptos et male natos arguit Lambinus, immo ab aliquo Nebulone indocto et barbaro, aut Scriptore Librario vix semidocto, esse factos. Et paulo superius: 'Quod autem,' inquit, 'etiam versus ad hoc probandum afferunt, iisque valde movebatur is, quem modo commemoravi, Robortellus: si quis eos attente leget, intelliget, non Auctorem, et, ut ita dicam, Parentem Libri significari, sed Scriptorem Librarium, id est, eum qui manu descripserit.'

Unde Andreas Schottus scribit: 'Librum de vita et moribus excellentium Græciæ Imperatorum ad Tit. Pomp. Atticum, sequioris ætatis Auctori Æmilio Probo attribuunt: a quo stylus, dicendi character, Attici ætas, multaque abjudicant.'

'Hic ergo,' (cum Savarone exclamemus,) 'suo auctori reddatur, quem sibi Cornelius Nepos justo titulo vindicat, quemque coævo suo et familiari Pomp. Attico dedit, cujus etiam rogatu vitam M. Catonis separatim scripsit, et illi superstes, elegantissimam ejusdem vitæ consuetudinem elegantia pari prosecutus est.' Nec est cur dicat aliquis cum Barthio: 'Æmilius Probus, in ævo Theodosii, Cornelii Nepotis Libros in Epitomen redegit.' Namque aliud Nepos ipse concinnitate ac brevitate sua demonstrat; idque

maxime his Præfationis suæ verbis: 'Sed plura persequi, tum magnitudo voluminis prohibet, tum festinatio, ut ea explicem quæ exorsus sum.'

Adde et ista quæ Pelopidæ vitæ initio sic leguntur: 'Cujus de virtutibus dubito quemadmodum exponam: quod vereor, si res explicare incipiam, non vitam ejus enarrare, sed historiam videar scribere:' et ex Epaminonda: 'Plurima quidem proferre possemus, sed modus adhibendus est, quoniam uno hoc volumine vitam excellentium virorum complurium concludere constituimus.' Quæ quidem indicant, omnia complexum fuisse ea brevitate, ut in Epitomen redigi minime opus fuerit.

De origine vero, seu Patria ejus; ipsum Padi accolam testatur Plin. lib. III. 18. his verbis: 'contrario eorum percussu mari interjecto dulcescente, plerique dixere falso, et Nepos Cornelius Padi accola.' Unde Catullus Veronensis Poëta, ad ipsum, tanquam ad civem suum virumque illustrem, opus suum mittens, Italum vocat Epig. I.

'Cui dono lepidum novum Libellum,
Arida modo pumice expolitum?
Corneli, tibi; namque tu solebas
Meas esse aliquid putare nugas.
Jam tum, cum ausus es unus Italorum
Omne ævum tribus explicare chartis,
Doctis, Jupiter! et laboriosis,' &c.

Cui tamen opinioni Ausonius Latino Pacato Drepanio scribens, his verbis refragari videtur, quibus ad superiora Catulli verba alludit:

'Cui dono lepidum novum Libellum?
Veronensis ait Poëta quondam,
Inventoque dedit statim Nepoti.
At nos illepidum rudem Libellum,
Burras, quisquilias, ineptiasque
Credemus gremio cui fovendum?
Inveni (trepidæ silete nugæ)
Nec doctum minus, et magis benignum
Quam quem Gallia præbuit Catullo.'

At facile Ausonius cum Catullo conciliabitur, cum certum sit, ideo Gallum vocari, quod nimirum Italia transpadana, Gallia togata diceretur. Et quamvis sint nonnulli, qui de patria ejus urbe se quicquam habere comperti negent: nihilominus tamen, præter scriptores a nobis jam laudatos, multi alii sunt gravissimi viri qui id confirment, ipsumque Veronensem civem esse dicant, utpote qui ortus sit ex vico Veronensium Hostilia, ad Padi ripas sito. Sic Vossius in Nepotis vita: 'At,' inquit, 'Veronensem fuisse in Leandri Alberti Italia lego: uti et in Cosmographia optimi atque amicissimi quondam viri, Pauli Merulæ. Immo ex Veronensium Historicorum syllabo (quem doctissimus amplissimusque Alexander Becellus, Veronensis Urbis Cancellarius fecit, ac illustrissimus Comes Fernandus Nogarola, vir ut genere, ita literarum studio nobilissimus, cum Laurentio Pignorio, atque is mecum communicavit) intelligo natum fuisse Nepotem in Hostilia; qui Veronensium vicus est, Tacito, Plinio, Cassiodoro, et Antonino in Itinerario memoratus, hodieque Ecclesiasticæ Veronensium Jurisdictioni subditus.' Sic etiam Onuphrius Panvinus Catalogo illustrium scriptorum Veronensium, Lib. VI. Antiquit. 'Constantissimo,' inquit, 'Civitatis nostræ testimonio Cornelium Nepotem virum doctissimum, et antiquitatum omnium peritissimum, Veronensem fuisse traditur: cui in summa Curia cum reliquis Veronensibus illustribus, etiam statua posita est ex publica auctoritate.'

Ex quibus omnibus jam liquido patet ex quanam Patria Cornelius noster ortus sit. Nunc, cujus fuerit ætatis indicemus.

Hunc Julii Cæsaris et Augusti temporibus floruisse pluribus argumentis manifestum est: quorum primum illud esto, quod nempe Catullus Poëta ad eum opus suum, ut supra ostendimus, direxerit; quem Marii et Syllæ temporibus natum esse certum est, et ad Cæsarem usque jam rerum potitum pervenisse. Deinde, hunc Ciceronis familiarem testatur Gellius lib. XV. 28. 'Cornelius Nepos,' inquit, 'et rerum memoriæ non indiligens, et M. Ciceronis,

ut qui maxime, amicus familiarisque fuit.' Immo et secundum Ciceronis Epist. librum ad Nepotem Macrobius citat, Saturn. lib. II. 1. cujus hæc sunt verba: 'Testis idem Cicero, qui in libro Epistolarum ad Cornelium Nepotem secundo, sic ait.' Si, itaque, familiaris Ciceronis fuit Corn. Nepos; si ad eum Epist. lib. II. scripsit, certe ambos fuisse coætaneos necesse est: atque adeo cum Tullius sub Julio et Augusto Cæsare, usque ad Antonii, Octavii, et Lepidi Triumviratum vixerit, his quoque temporibus Cornel. Nepotem vixisse dicendum est. Adde quod Nepotem Augustæo ævo obiisse, Plinius lib. IX. 39. his verbis testatur: 'Nepos Cornelius, qui Divi Augusti principatu obiit, me, inquit, juvene violacea purpura vigebat.' Cui opinioni respondet Eusebius in Chronico: 'Octaviani Imperii anno quarto, Olympiade CXXCV. Corn. Nepos Scriptor Historicus clarus habetur.' Quæ testimonia in eo consentiunt, ut Cornel. Nepotem Catulli, Tullii, Julii, Octaviique Cæsaris coætaneum fuisse manifeste exhibeant.

Jam unum reliquum est quod absolvamus; ut, scilicet, quot, quæque operum genera Cornelius noster fecerit, aperiamus. Certum est autem, præter Librum hunc de vita excellentium Imperatorum, alios complures scripsisse, quos, vel incuria hominum vel injuria temporum, amisimus. Ac primo tres Historiarum libros, quibus omne ævum comprehenderit, liquido testatur Catullus jam multoties citatus, initio Hendecasyllaborum, quem locum nuper laudavimus.

'Jam tum, cum ausus es unus Italorum
Omne ævum tribus explicare chartis,
Doctis, Jupiter! et laboriosis,' &c.

Secundo, se librum de Historicis Græcis conscripsisse, ipsemet in Dione his verbis commemorat: 'Sed de hoc in eo meo libro plura sunt exposita, qui de Historicis Græcis conscriptus est.' Præterea, separatim lib. de Catonis vita scripsisse ejusdem verba indicant, jam in Catone superius laudata sub finem. Chronica pariter scripsisse, ex his Gellii verbis, lib. XVII. 21. comperimus: 'Ante Romam

conditam, ut Cornel. Nepos in primo Chronicorum de Homero dixit, annis circiter centum et sexaginta.' Quod et Ausonius testatur Epist. ad Probum Præfectum Prætorio, his verbis: 'Apologos Titiani, et Nepotis Chronica, quasi alios Apologos (nam et ipsa instar sunt fabularum) ad Nobilitatem tuam misi, gaudens, atque etiam glorians fore aliquid, quod ad institutionem tuorum, sedulitatis meæ studio conferatur.' Ipsum etiam Ciceronis vitam scripsisse, ex Gellii lib. XV. 28. cognoscimus: 'atque is tamen' (de Nepote loquitur) 'in primo librorum quos de vita illius' (scilicet Ciceronis) 'composuit, errasse videtur,' &c. Nec hic ejus operum terminus; sed et inter Commentatores a Tertulliano in Apologetico adversus Gentes cap. 11. annumeratur: 'Saturnum itaque,' inquit, 'quantum Literæ docent, neque Diodorus Græcus aut Tallus, neque Cassius Severus aut Cornelius Nepos, neque ullus Commentator ejusmodi Antiquitatum, aliud quam hominem promulgarunt.' Immo et vitam Illustrium Scriptorum composuisse, Hieronymus de vita Scriptorum Ecclesiasticorum his verbis commemorat: 'Scripserunt de vita Illustrium Scriptorum apud Græcos Hermippus Peripateticus, Antigonus Caristius, Satyrus, doctus vir, et longe omnium doctissimus Aristoxenus Musicus. Apud Latinos autem Varro, Santra, Nepos, Hyginus, et ad cujus nos exemplum vis provocare, Tranquillus.' Denique et exemplorum libros contexuisse, ex Gellii libro VII. 18. agnoscimus: 'Cornelius autem Nepos,' inquit, 'in Libro exemplorum V. id quoque literis mandavit,' &c. Quidam etiam, inter quos Hermolaus Barbarus, Castigat. in Plin. lib. XV. 29. censet Libellum de Viris Illustribus, qui Plinio tribui solet, Cornelii Nepotis esse, idque veteribus Codicibus astrui posse asseruit. Ego tamen Aurelii Victoris opus crediderim, licet forte multa ex Nepote Victor excerpserit. Etiam Daretem Phrygium a Nepote translatum quidam arbitrantur; quod tamen falsum existimo, cum dictio ejus Augustæum ævum, quo tempore scripsit Nepos, minime sapiat. Ut ut sit, illud unum certum est, quod scilicet hæc omnia Nepo-

tis opera injuria temporum perierunt, unumque de vita Excellentium Imperatorum opus ad nostram usque memoriam pervenisse, ex quibus viginti duos exterarum Gentium Imperatores habemus; duos vero duntaxat Romanos, cum reliquos amiserimus, ut ex his ipsius verbis patet in extrema Hannibalis vita: 'Sed nos tempus est hujus Libri facere finem, et Romanorum explicare Imperatores; quo facilius, collatis utrorumque factis, qui viri præferendi sint, possit judicari.' Quod ergo residuum est accipe, illustratum vide, restitutum fove.

TESTIMONIA ET JUDICIA

DE

CORNELIO NEPOTE.

TESTIMONIA VETERUM SCRIPTORUM.

NEPOS IPSE IN VITA ATTICI, CAP. 13.

Atque hoc non auditum, sed cognitum prædicamus. Sæpe enim propter familiaritatem domesticis [Attici] rebus interfuimus.

M. TULLIUS CICERO,

LIB. XVI. AD ATTIC. EP. V.

Nepotis epistolam expecto. Cupidus ille meorum? qui ea, quibus maxime γαυριῶ, legenda non putet? Et ais, μετ' ἀμύμονα: tu vero ἀμύμων, ille quidem ἄμβροτος.

C. VALER. CATULLUS,

IN LIBELLO CARMINUM AD CORNEL. NEPOTEM, CARM. I.

Quoi dono lepidum novum libellum,
Arida modo pumice expolitum?
Corneli, tibi. Namque tu solebas
Meas esse aliquid putare nugas,

Jam tum, cum ausus es, unus Italorum,
Omne ævum tribus explicare chartis,
Doctis, Jupiter! et laboriosis.
Quare habe tibi, quicquid hoc libelli est,
Qualecumque: quod, o patrona virgo,
Plus uno maneat perenne sæclo!

POMPONIUS MELA,

LIB. III. DE SITU ORBIS, CAP. 5.

Cornelius Nepos, ut recentior auctor, ita certior.

PLINIUS,

LIB. III. NATUR. HISTOR. CAP. 18.

Nepos Cornelius, Padi accola.

IDEM, LIB. V. CAP. 1.

Minus profecto mirentur portentosa Græciæ mendacia, . . . qui cogitent, nostros nuper paulo minus monstrifica quædam tradidisse: prævalidam hanc urbem, majoremque Carthagine magna, . . . quæque alia Cornelius Nepos avidissime credidit.

IDEM, LIB. IX. CAP. 39. ET LIB. X. CAP. 23.

Nepos Cornelius, qui divi Augusti principatu obiit.

PLINIUS JUNIOR,

LIB. IV. EPIST. 28.

Herennius Severus, vir doctissimus, magni æstimat in bibliotheca sua ponere imagines municipum tuorum, Cornelii Nepotis et Titi Cassii; petitque, si sint istic, ut esse credibile est, exscribendas pingendasque delegem. Quam curam tibi potissimum injungo: primum quia desideriis meis amicissime obsequeris; deinde quia tibi studiorum summa reverentia, summus amor studiosorum; postremo

quod patriam tuam omnesque, qui nomen ejus auxerunt, ut patriam ipsam, veneraris et diligis.

IDEM, LIB. V. EPIST. 3.

Scio non corrumpi in deterius, quæ aliquando etiam a malis, sed honesta manere, quæ sæpius a bonis fiunt. Inter quos vel præcipue numerandus est P. Virgilius, Cornelius Nepos, et prius Ennius Acciusque; non quidem hi senatores, sed sanctitas morum non distat ordinibus.

A. GELLIUS,

LIB. XV. NOCT. ATTIC. CAP. 28.

Cornelius Nepos et rerum memoriæ non indiligens, et M. Ciceronis, ut qui maxime, amicus familiarisque fuit.

Q. SEPTIMIUS FLORENS TERTULLIANUS,

LIB. II. AD NATIONES, CAP. 12.

Extat apud literas vestras usquequaque Saturni census. Legimus apud Cassium Severum, apud Cornelios Nepotem et Tacitum, apud Græcos quoque, Diodorum, . . . quique alii antiquitatum canos collegerunt.

IDEM, IN APOLOGETICO, CAP. 10.

Saturnum, quantum literæ docent, neque Diodorus Græcus aut Thallus, neque Cassius Severus aut Cornelius Nepos, neque ullus commentator ejuscemodi antiquitatum, aliud quam hominem promulgarunt.

MINUCIUS FELIX,

IN OCTAVIO, CAP. 22.

Saturnum omnes scriptores vetustatis, Græci Romanique, hominem prodiderunt. Scit hoc Nepos et Cassius in historia, et Thallus ac Diodorus hoc loquuntur.

L. CŒLIUS LACTANTIUS FIRMIANUS,

LIB. I. DIVIN. INSTITUT. CAP. 13.

Omnes, non tantum poëtæ, sed historiarum quoque ac rerum antiquarum scriptores, hominem fuisse [Saturnum] consentiunt, qui res ejus in Italia gestas memoriæ prodiderunt: Græci, Diodorus et Thallus; Latini, Nepos, et Cassius, et Varro.

S. HIERONYMUS,

IN CHRONICO EUSEBIANO, NUM. MDCCCCLXXVII. AD OLYMP. CLXXXV. ANN. 1.

Cornelius Nepos, scriptor historicus, clarus habetur.

IDEM, IN PRÆFAT. AD LIBR. DE SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS.

Hortaris, Dexter, ut, Tranquillum sequens, ecclesiasticos scriptores in ordinem digeram, et, quod ille in enumerandis gentilium literarum fecit viris illustribus, id ego in nostris faciam. Fecerunt quidem hoc idem apud Græcos Hermippus Peripateticus, Antigonus Carystius, Satyrus, doctus vir, et longe omnium doctissimus Aristoxenus Musicus; apud Latinos autem Varro, Santra, Nepos, et, ad cujus nos exemplum vis provocare, Tranquillus.

D. MAGNUS AUSONIUS,

CARMINE AD LATINUM PACATUM DREPANIUM EPIGRAMMATIS PRÆFIXO.

Cui dono lepidum novum libellum?
Veronensis ait poëta quondam,
Inventoque dedit statim Nepoti.
At nos illepidum, rudem libellum,
Burras, quisquilias, ineptiasque

Credemus gremio cui fovendum?
Inveni (trepidæ silete nugæ)
Nec doctum minus, et magis benignum
Quam quem Gallia præbuit Catullo.

IDEM, EPISTOLA XVI. AD PROBUM PRÆF. PRÆT.

Apologos Titiani, et Nepotis chronica, quasi alios apologos (nam et ipsa instar sunt fabularum), ad nobilitatem tuam misi, gaudens atque etiam glorians, fore aliquid, quod ad institutionem tuorum sedulitatis meæ studio conferatur.

JUDICIA RECENTIORUM SCRIPTORUM.

ONUPHRIUS PANVINIUS,

Catalogo illustrium script. Veronensium, l. VI. antiquit.

Constantissimo civitatis nostræ testimonio C. CORNELIUM NEPOTEM, virum doctissimum, et antiquitatum omnium peritissimum, Veronensem fuisse, traditur, cui in summa curia cum reliquis Veronensibus illustribus etiam statua posita est ex publica auctoritate. Eum Plinius, Hist. Nat. III. 18. Padi accolam vocat, et alibi sæpius de eo mentionem facit. Ortus siquidem in vico Veronensium Hostilia, ad Padi ripas sito, ut Tacitus auctor est, l. XIX. historiæ Augustæ. Pius quoque Papa II. in Asiæ descriptione, eum Veronensem aperte fuisse scribit. Ad hunc Catullus opus suum misit, tanquam civem suum: 'Quoi dono lepidum novum libellum?' Hic in urbe Ciceronis et Cæsaris tempore vixit, pervenitque usque ad Augusti principatum. Scripsit disertissime 'Illustrium virorum vitas.' Quarum tantum Pomponii Attici extat, quæ ceterarum facile specimen potest judicari.

M. ANT. MURETUS,

LIB. VII. VAR. LECT. CAP. I.

Porelegans extat Æmilii Probi ad T. Pomponium Atti-

cum libellus, quo Græcorum imperatorum vitæ mundissimo ac castissimo orationis genere explicantur.

HIERON. MAGIUS,

LIB. IV. MISCELLANEORUM, CAP. 15.

Joannes Michael Brutus, nobilis nostræ ætatis Historicus, mensibus superioribus, cum apud Jordanum Ziletum, Bibliopolam, essemus, me percunctabatur, an adhuc Basileæ cusus esset 'Æmilii Probi liber de vita excellentium imperatorum,' quem ego ex vetustorum exemplarium collatione a mendis non paucis repurgavi, annotationibusque auxi, ac pro viribus illustravi. Aderat Arnoldus Arlenius, Probique audita mentione, se ejus libri calamo exaratum exemplar, quod Ferrariæ emisset, habere dixit. Hujus legendi cum incredibilis me cupido incesseret, precibus ab eo contendi, ut libri saltem ad tridui tempus, quo percurrendi facultas esset, mihi copiam faceret. Hunc cum ille ad me misisset, avide legere cœpi. Titulus erat hujusmodi: ÆMYLII PROBI DE IMPERATORIBUS EXTERARUM GENTIUM LIBER. Finis libri, si epigramma Probi ejusdem, quod nos ex vetustis exemplaribus in epistola ad Gregorium Angelerium et Paulum Ligium posuimus, excipias, qualis in vulgarioribus codicibus. E scribæ vero penore subjecta verba: 'Completum est opus Æmylii Probi Cornelii Nepotis.' Post prænotatum titulum hæc se mihi statim verba obtulerunt: 'Non dubito fore plerosque, qui Atticæ hoc genus scripturæ leve,' &c.; quæ lectio probabilior ea, quæ in omnibus reliquis codicibus, quos ego legerim, videri potest, cum illi sic habeant: 'Non dubito fore plerosque, Attice, qui hoc genus scripturæ leve,' &c. Quandoquidem neutiquam frivolis argumentis jam fuit in citata epistola a nobis demonstratum, Æmilium Probum Pomponii Attici coætaneum non fuisse: quin opus hoc Theodosio Imperatori esse dicatum; cujus rei epigramma illud ad Theodosium præbeat testimonium. A principe autem Græciæ civitate suam scriptionem appellat 'Atticam,'

quod Græcorum imperatorum vitas complexura esset, licet id non admodum proprie dictum videatur, cum sermone utatur Latino, non Græco. Sed dices: Cum duos ille libros scripserit, quorum posterior, ut ipsemet testatur, 'vitas Romanorum imperatorum' contineret, ac præfatio ambobus communis fuisse credi possit, quos 'libri' voce appellaverit, inquiens, 'Et in hoc exponemus libro de vita excellentium imperatorum,' ut etiam titulus Aldinorum exemplarium demonstrat; rationi haudquaquam est consentaneum, 'Atticam' dici scripturam, quæ æque et Græcos et Latinos imperatores contineat. Respondeo, præfationem hanc ad priorem duntaxat librum pertinere, cum in ea nulla Latinorum facta sit mentio, de quibus altera privatim præfatione, quæ posteriori libro præfixa de more sit, loqueretur. Quod vero spectat ad illa verba, 'Et in hoc exponemus libro de vita excellentium imperatorum,' 'librum' ego accipi puto non pro universo opere (quod alias fortasse non sine errore feci), sed pro libro uno; 'Græcorum' autem non addi mentionem, quia jam de Græcis agendum esse, sit dictum, nulla tamen muneris imperatorii facta mentione, quæ modo apponatur, ne de omnium promiscue insignium Græciæ virorum vita hic lector agendum esse crederet. Vides, quantum sit collocationis voculæ unius momentum. Relativo ergo voci, *Atticæ*, præposito, omnia recte habere videntur, et quædam difficultates facessunt, quæ olim nos circumveniebant, dum Probum Theodosii ætate vixisse affirmaremus. Verum candidi lectoris esto judicium; non enim hæc judicandi, sed judicis admonendi instruendique consilio attulimus.

OBERTUS GIFANIUS,

IN INDICE LUCRETIANO, VOCE 'REFUTATUS.'

Nepos in vita Alcibiadis: 'Itaque et Siciliæ,' &c. Sed de illo opusculo alias fortasse accuratius. Cupio enim puriss. illum scriptorem aliquando castigatiorem edere;

quem tum docebimus esse Cornelium Nepotem, non vero Æmilium Probum, ut vulgo putant.

DIONYS. LAMBINUS,

PRÆFAT. IN CORN. NEPOTEM.

Nunc de scriptore nostro pauca dicamus, quem si ostendo vixisse Pompeii Magni, et Cæsaris, et Ciceronis, et Attici, et ceterorum ejusdem ætatis hominum temporibus, hoc est, quo tempore respublica Romana populari potentia, sive democratia, et optimatum principatu, sive aristocratia, gubernabatur; vinco, opinor, eum non floruisse Theodosio imperante, quod quidam volunt. Hoc igitur cum multis argumentis demonstrare possim, duobus contentus ero: quorum hoc erit primum, quod statim ab initio, et procemio libri, Atticum nominatim appellat, ipsique adeo Attico librum inscribit, ac dedicat, ibi, 'Non dubito fore plerosque, Attice, qui hoc genus scripturæ,' &c. Neque est quod quisquam mihi dicat, alium hunc esse Atticum, quam eum ad quem scripsit M. Tullius. Qui hæc loquuntur, nodum in scirpo quærunt. Quod autem quidam testantur, se in quodam libro Ms. ita scriptum reperisse, *Non dubito fore plerosque, qui Atticæ hoc genus scripturæ leve, &c.* atque hanc scripturam probabiliorem esse recepta sibi videri dicunt; næ illi judicio sunt parum subtili aut limato, quibus hæc lectio probari omnino potuerit, cum ea quidem sit ineptissima atque absurdissima: ratio autem, qua eam tutantur, levissima et maxime ridicula, auctorem idcirco hanc scriptionem appellasse 'Atticam' a principe Græciæ civitate, quod imperatorum Græcorum vitas complectatur. Quasi vero sermo a natione personarum, de quibus habeatur, sit appellandus Græcus, aut Latinus, aut Gallicus, aut Hispanus, et item de ceteris. Ego vero scripturam illam furcis expellendam esse, et hanc receptam mordicus retinendam esse dico. Eodem pertinet, quod in Catone scribit, 'se plura de vita et moribus Catonis in eo libro persecutum esse, quem separatim de eo, rogatu Titi Pomponii Attici,

fecit.' Alterum argumentum est, quod nemo ætate Theodosii sic locutus est, ut hic scriptor loquitur. Est enim filum hujus orationis subtile, pressum, limatum, et plane Atticum, genusque dicendi nativum, purum, elegans, nitidum, non elaboratum, non longe arcessitum, non putidum, non insolens, neque teretibus auribus odiosum; sed plane Romanam simplicitatem et munditiem referens ac redolens, quali fere sermone aut Cæsar in commentariis suis utitur, aut M. Tullius in epistolis ad Atticum, et in nonnullis ad familiares. At eorum, qui Theodosiorum ætate floruerunt, nemo sic Latine locutus est; sed omnes dicendi genus vel longe arcessitum, vel impolitum, vel tumidum atque inflatum, vel, ut appellant, floridum, et fucatum, vel adipatum, et pingue, vel inquinatum, et sordidum, vel peregrinum, et hyposolœcum usurparunt. Ad hæc argumenta accedat ipsius auctoris testimonium. Ipsum, inquam, hujus libri scriptorem, testem citabo, et testimonium contra eos, qui eum Theodosii æqualem fuisse contendunt, dicentem producam. Sic igitur in Miltiade (1. 6.): 'Cujus victoriæ, non alienum videtur, quale præmium Miltiadi sit tributum, docere: quo facilius intelligi possit, eamdem omnium civitatum esse naturam. Ut enim populi nostri honores quondam fuerunt rari et tenues, ob eamque causam gloriosi, nunc autem effusi atque obsoleti; sic olim apud Athenienses fuisse reperimus.' Hæc verba arguunt, hunc librum scriptum esse, quo tempore penes populum aliqua etiam potestas erat. Nam quo tempore Theodosius imperabat, nihil poterat populus. Sic idem ibidem (1. 8.): 'Omnes autem et habentur et dicuntur tyranni, qui potestate sunt perpetua in ea civitate, quæ libertate usa est.' Quis, mediocriter in Latinis historiis legendis versatus, non sentit continuo, cum hæc audit aut legit, ea non esse scripta ab homine in regno, vel in potentia singulari, nato atque educato? Nam si ita scripsisset, Theodosium eadem opera 'tyrannum' appellasset, qui singularem potentiam, et regnum in civitate olim libera obtinebat, quamvis populum non liberum, sed jam servituti assuefactum, acceperat:

quod quantæ imprudentiæ ac dementiæ fuisset! Nunc autem, Pompeio et Cæsare inter se contendentibus, et utroque probabilem ac speciosam belli causam afferente, quasi vel libertatem, vel jus tribunitiæ potestatis, vel auctoritatem senatus, et leges antiquas, et morem majorum defendente, populi libertate denique nondum prorsus oppressa, libere quidem hæc dicuntur, sed neque imprudenter, et sine periculo. In Thrasybulo (VIII. 2.) sic: 'Neque tamen pro opinione Thrasybuli auctæ sunt opes; nam jam tum illis temporibus fortius boni pro libertate loquebantur, quam pugnabant.' Significat auctor hujus libri, homines etiam temporibus illis, quibus vixit Thrasybulus, quemadmodum suis, paratiores ad defendendam libertatem fuisse verbis, quam factis. Ex quo intelligere licet, eum libertati favisse, et a potentia singulari animum alienum habuisse: quod longe secus esset, si Theodosii ætate floruisset. Videat lector et quæ ad hunc locum annotavimus. In Dione (X. 9.) sic: 'Hic, sicut ante sæpe dictum est, quam invisa sit singularis potentia, et miseranda vita, qui se metui, quam amari, malunt, cuivis facile intellectu fuit.' Etiam hic locus argumento est, non solum tyrannidem, quæ semper injusta, et odio digna est, verum etiam singularem potentiam, quæ potest esse justa et populo grata, qualis est justorum regum, huic scriptori invisam fuisse. Quod si hic liber, Theodosio imperium obtinente, scriptus esset, itane licenter et aperte hujus libri opifex adversus singularem potentiam, quæ nihil aliud est, quam μοναρχία aut βασιλεία, hoc est, regnum, styli sui mucronem destrinxisset? In Epaminonda (XV. 10.) sic: 'Quo tempore, duce Pelopida, exules Thebas occuparunt, et præsidium Lacedæmoniorum ex arce expulerunt, Epaminondas, quamdiu facta est cædes civium, domo se tenuit; quod neque malos defendere volebat, neque impugnare, ne manus suorum sanguine cruentaret: namque omnem civilem victoriam funestam putabat.' Videtur his verbis noster scriptor et belli civilis auctores, Pompeium et Cæsarem, in quo tantum sanguinis civilis profusum sit, notare, et tacite Pomponii

Attici consilium approbare, qui bellis civilibus, quæ in ejus ætatem inciderunt, interesse noluerit, sed domi se continuerit, et quieverit, quod quidem prudentissimi viri consilium factumque exitus comprobavit. Nam aliis omnibus, qui vel has, vel illas partes secuti erant, aut proscriptis et jugulatis, aut in acie interemptis, unus Atticus salvus ex tot tantisque reipublicæ fluctibus emersit. Itaque de eo ita Cornelius Nepos in ejus vita (XXV. 10.): 'Quod si gubernator præcipua laude fertur, qui navem ex hyeme marique scopuloso servat; cur non singularis ejus existimetur prudentia, qui ex tot tamque gravibus procellis civilibus ad incolumitatem pervenit?' In Agesilao (XVII. 4.) sic: 'In hoc non minus ejus pietas suspicienda est, quam virtus bellica: qui, cum victori præesset exercitui, maximamque haberet fiduciam regni Persarum potiundi, tanta modestia dicto audiens fuit jussis absentium magistratuum, ut si privatus in comitio esset Spartæ. Cujus exemplum utinam imperatores nostri sequi voluissent!' Hic locus clamat, auctorem hujus libri carpere et notare Pompeii et Cæsaris, sed maxime Cæsaris, potentiam non ferendam, qui imperium et exercitum retinere ultra tempus lege concessum voluerit. Etiam ad hunc locum vide quæ annotavimus. In Eumene (XVIII. 1.) sic: 'Itaque eum habuit ad manum scribæ loco: quod multo apud Graios honorificentius est, quam apud Romanos. Nam apud nos revera, sicut sunt, mercenarii scribæ existimantur.' Etiam hic locus indicat, hunc librum esse scriptum Romanis potentia populi et auctoritate optimatum utentibus, non imperatoribus dominantibus. Quod planius fiet, si quis legat, quæ etiam ad hunc locum annotavimus. Ibidem (XVIII. 3.) sic: 'Macedones vero milites ea tunc erant fama, qua nunc Romani feruntur: etenim semper habiti sunt fortissimi, qui summam imperii potirentur.' Hic quoque locus declarat, hunc librum esse scriptum, quo tempore populus Romanus imperii summam obtinebat, non quo imperatores omnia in suam potestatem redegerant. Nam, imperatoribus dominantibus, Germani et barbaræ nationes firmamentum et robur erant

exercituum, non Romani aut omnino Latini. Ibid. (XVIII. 8.) sic: 'Namque illa phalanx Alexandri Magni, quæ Asiam peragrarat, deviceratque Persas, inveterata cum gloria, tum etiam licentia, non parere se ducibus, sed imperare postulabat: ut nunc veterani faciunt nostri. Itaque periculum est, ne faciant, quod illi fecerunt, sua intemperantia nimiaque licentia ut omnia perdant; neque minus eos, cum quibus steterint, quam adversus quos fecerint.' Hic locus, si attente consideretur, unaque legantur, quæ ad eum annotavimus, omnium apertissime indicat atque arguit, hujus libri scriptorem consulum annuorum, non imperatorum perpetuorum, temporibus et floruisse et scripsisse. In Catone (XXIV. 2.) sic: 'Ibi cum diutius moraretur, P. Scipio Africanus, consul iterum, cujus in priore consulatu quæstor fuerat, voluit eum de provincia depellere, et ipse ei succedere. Neque hoc per senatum efficere potuit, cum quidem Scipio in civitate principatum obtineret: quod tum non potentia, sed jure, respublica administrabatur.' Quis non videt, his paucis verbis potentiam Pompeii, et maxime Cæsaris, vellicari ac notari? His fere argumentis ac testimoniis in hanc opinionem adducor, ut eos magnopere falli existimem, qui hujus libri scriptorem ætate Theodosii vixisse pronuntiarunt, quamvis magni nominis sint, in quibus est Robortellus. Fuerit enim quantumvis doctus, multis in rebus fuerit oculatus et perspicax, solers et acutus: ignoscant mihi tamen Robortelli manes: in hac parum vidit, valdeque fuit pinguis ac tardus. Quod autem etiam versus ad hoc probandum afferunt, iisque valde movebatur is, quem modo commemoravi, Robortellus; si quis eos attente leget, intelliget, non auctorem, et, ut ita dicam, parentem libri significari, sed scriptorem librarium, id est, eum, qui manu descripserit, quanquam diserte dicit esse descriptum a tribus, avo, matre, et filio. Sed præstat versus adscribere, ut lector eruditus et ingeniosus continuo per se intelligat, unde nata sit vulgata opinio, Æmilium Probum esse hujus libri auctorem: 'Vade, liber,' &c. (p. 19). Quis non videt, hos versus non solum inelegantes, ineptos,

et male natos, verum etiam ab aliquo nebulone indocto et barbaro, aut, ne quid gravius dicam, a scriptore librario vix semidocto, esse factos? quorum si velim singula verba justis ponderibus examinare et syllabas, pedesque dimetiri, et sententiam perpendere, et vitia omnia digito, aut etiam nutu indicare; probem quantumvis aut pervicaci, aut hebeti, dignos esse, qui levissimo alicui et vilissimo ludimagistro, versuum scribendorum prurigine perusto, et versibus inscitiam atque inscientiam suam omnibus declaranti, nihil præterea assequenti, seu potius coquo fuligine cooperto, et immunditie sordibusque popinæ squalido, tribuantur. Hactenus igitur de tempore, et ætate nostri scriptoris sit a nobis disputatum. Nunc de nomine, seu nominibus videamus. Ac primum ab *Æmilio* initium sumamus. *Æmilius* igitur, seu, ut alii scribunt, *Aimilius*, nomen est gentile, idque perantiquum, et valde nobile, notum denique omnibus, qui libros Latinos vel summis digitis attigerunt. Fuerunt enim *Æmilii Barbulæ*, *Æmilii Papi*, *Æmilii Pauli*, *Æmilii Lepidi*. *Probus* autem cognomen est, id est, familiæ nomen, antiquis ignotum, et posterioribus temporibus, quibus sub unius arbitrio et potestate res Romana, atque adeo orbis terrarum vertebatur, natum. Extat Ausonii epistola, ordine XVIII., ex editione Christophori Plantini, ad *Probum* quendam præfectum prætorio, cujus epistolæ initium est: 'Oblata per antiquarios mora scio promissi gratiam exspectatione consumptam, Probe, vir optime,' &c. Sequitur deinceps ad eundem dimetrum iambicum hoc principio: 'Perge, o libelle, Sirmium, Et dic hero meo, et tuo,' &c. Ex quibus intelligere licet, hunc Probum magnum quendam, et clarum, et summis honoribus ornatum virum fuisse, et, quod fortasse magis ad rem pertinet, disertum et eloquentem. Sic enim Ausonius in illo dimetro: 'Hunc dico, qui lingua potens Minorem Atridam præterit Orando pauca, et musica, Qui grandines Ulyssei, et Mellifluentem Nestora, Concinnatorem et Tullium,' &c. Porro autem, præter M. Aurelium Valerium Probum imperatorem, qui imperavit annos quinque et menses quatuor, anno a Christo nato CCLXXIX., *Probos*

aliquot reperio, lib. III. Fastorum. In his *Sex. Anicium, Sex. fil., Petronium Probum* V. C. consulem anno a partu virginis CCCLXXIV. imperantibus Fl. Valente, et Fl. Valentiniano, altero in oriente, altero in occidente; et anno CCCLXXXII. eum, quem supra commemoravi, *Sex. Anicium, Sex. fil., Probum*, præfectum prætorio, ad quem extat illa Ausonii epistola; et anno CCCCIX. *Sex. Anicium, Sex. fil., Sex. nepotem, Petronium Probum*, consulem, imperatoribus Theodosio juniore, Arcadii filio, et Fl. Honorio Pio. Reperi et alium quendam *Mætium Probum*, præsidem provinciæ Hispaniæ, quem commemorat Ulpianus, lib. XLVIII. digestorum, titulo de interdictis et relegatis, his verbis: 'Sed imperator noster cum divo patre suo huic rei providerunt. Mæcio enim Probo, præsidi provinciæ Hispaniæ, rescripserunt, etiam ea provincia interdici, unde quis oriundus sit, ab eo, qui regit eam provinciam, ubi quis domicilium habeat,' &c. Prætermitto *Probianos*, et *Probinos*, ab his Probis leviter deflexos ac derivatos. Horum igitur *Proborum* omnium nullum hujus libri auctorem esse persuasum habeo. Si quis alius Probus, mihi ignotus, auctor fuisse dicatur; vereor, ne nunquam in natura rerum fuerit, sed inani cogitatione duntaxat depictus sit atque informatus. Jam vero Cornelius Nepos M. Tullii Ciceronis, et T. Pomponii Attici, Cn. Pompeii Magni, et C. Julii Cæsaris propemodum fuit æqualis, aut certe paulo natu minor; pervenitque ad Cæsaris Augusti, divi Julii filii, tempora, ut testatur Plinius, lib. IX. cap. 39., his verbis: 'Nepos Cornelius, qui divi Augusti principatu obiit.' Ne quis autem statim nobis occurrat, atque ita dicat; Cur igitur nusquam eum commemorat M. Tullius? Commemorat vero in epistolis ad Atticum quodam loco, et, quod longe majoris ponderis est, libros duos epistolarum, et fortasse plures ad eum scripsit, ut ex Macrobio, lib. II. Saturnal., cognoscere licet, cujus hæc verba sunt: 'Testis idem Cicero, qui in lib. epistolarum ad Cornelium Nepotem secundo sic ait: Itaque nostri, cum omnia, quæ dixissemus, dicta essent, quæ facete, et breviter, et acute locuti essemus, ea proprio nomine appellari dicta

voluerunt.' Profert et Priscianus, lib. VIII. illud ex epist. Ciceronis ad Nepotem: 'Hoc restiterat etiam, ut a te fictis aggrederer donis.' *Aggrederer* passive dixit, inquit Priscianus. Et illud ejusdem ad eundem: 'Qui habet, ultro appetitur; qui est pauper, aspernatur.' Fuit autem Padi accola, ut idem Plin. testatur, lib. III. cap. 18. Ex quo Ausonius eum in Gallia facit esse natum, epistola ad Drepanium filium, quæ est ordine XXIV. his verbis, quæ eo libentius adscribam, quod versus non satis sunt emendati, etiam in editione Christophori Plantini, alioqui typographi diligentis; neque tamen spondeo me tibi multo emendatiores traditurum: 'Cui dono lepidum novum libellum? Veronensis ait poëta quondam, Inventoque dedit statim Nepoti. At nos illepidum, rudem libellum, Burras, quisquilias, ineptiasque Credemus gremio cui fovendum? Inveni, trepide silete versus' (vel, ut mavult legi Cl. Puteanus, *trepide sileto nate*, ut per *natum* librum suum significet, eumque sic alloquatur, ut parens filium; quod si recipiamus, malim legi, *trepide silete nati*), 'Nec doctum minus, et magis benignum, Quam quem Gallia præbuit Catullo. Hoc nullus mihi carior meorum, Quem pluris faciunt novem sorores, Quam cunctos alios, Marone demto.' Pacatum haud dubie, poëta, dicis. Ipse est; intrepide volate versus. Hic vos diligere et volet tueri, Et nudos gremio fovere tuto.' (Hoc autem ordine hos proximos versus esse legendos, et, pro *fovete*, *fovere* reponendum, vidit Cl. Puteanus; idem tamen *nudum in gremio* legit, ut habet editio Lugdunensis et Antverp., ut congruat cum voce *nate*.) Neque vero quenquam movere debet, quod Catullus hunc eundem Nepotem Italum fuisse significat, primis versibus: 'Cui dono lepidum, novum libellum, Arida modo pumice expolitum? Corneli, tibi: namque tu solebas Meas esse aliquid putare nugas Jam tum, cum ausus es, unus Italorum, Omne ævum tribus explicare chartis.' Nam ora Gallica ex antiqua descriptione ab Ancona initium ducit, et usque ad Alpes porrigitur; et tamen nunc *Italia* dicitur, *Italiaque* olim dicebatur. Itaque et qui trans Padum usque ad Rubiconem, et qui cis Padum usque ad Alpes in-

colebant, *Galli* dicebantur. Illa enim erat *Gallia togata*, hæc *Transpadana* (eas appello ut homo Gallus, et in urbe Lutetia hæc scribens, aliter appellaturus, si Romæ scriberem). Et rursum iidem utrique Itali dicebantur, si quidem verum est, Italiam a natura Alpibus fuisse munitam, ut est, Alpesque et nunc esse, et olim fuisse communes Italiæ et Galliæ terminos. Restat nunc, ut sententiam meam aperiam, videaturne Æmilius Probus, an Cornelius Nepos harum vitarum scriptor. Difficile quidem et periculosum judicium est: verumtamen, cum et mihi persuasum sit, has vitas, antequam imperatores perpetui dominatum Romæ obtinerent, esse scriptas, et *Probus* non sit illorum priscorum temporum cognomen, sed recentiorum, et longe posteriorum; mihi videtur Cornelius Nepos potius, quam Æmilius Probus, verus hujus libri parens et auctor esse agnoscendus: ita tamen ut suum cuique judicium liberum relinquam, neque hoc mihi sumam, ut, qui aliter sentiant, tanquam desipientes aut errantes, a me condemnentur. Scripsit autem Cornelius Nepos Chronica, ut testatur Ausonius epistola illa quam supra commemoravi, cujusque initium indicavi: 'Oblata per antiquarios mora,' &c. Quæ et a Tertulliano in Apologetico adversus gentes fortasse significantur his verbis: 'Saturnum itaque, quantum literæ docent, neque Theodorus Græcus, aut Thallus, neque Cassius Severus, aut Cornelius Nepos, neque ullus commentator hujusmodi antiquitatum, aliud, quam hominem, promulgarunt;' eademque fortasse significat et Catullus in primo illo carmine, quod supra protulimus, versibus illis: 'Jam tum, cum ausus es, unus Italorum, Omne ævum tribus explicare chartis.' Cornelium Nepotem, tanquam historicum, producit testem et Plutarchus, cum alibi, tum in Marcello sub extremum; et Aulus Gellius (Aulus Gellius, inquam, non *Agellius*, ut quidam nuper exorti homines, novitatis, quam veritatis cupidiores, novo et Romanis inaudito nomine appellare cœperunt), lib. XVII. c. 21.; et Lactantius Firmianus, lib. I. c. 13.; et Julius Solinus, c. 2. Profert et Charisius, lib. I. Instit. gramm., verba Cornelii Nepotis ex lib. XVI.

Illustrium Virorum. Citat eundem testem in voce *subinde* ex lib. II. Profert et Priscianus, lib. VIII. hæc ex Nepote, non commemorato aut indicato libro: ‘ Ædis Martis est in circo Flaminio architectata ab Hermodoro Salaminio.’ Præterea harum vitarum scriptor ait in Dione (X. 3.) se librum de historicis scripsisse, qui hodie non extat. Scripsit Nepos et T. Pomponii Attici vitam, ex qua, quanta Nepoti cum Attico familiaritas intercesserit, cuivis intelligere licet. Fuisse autem Nepotem etiam M. Tullio admodum familiarem, declarant epistolarum libri ab hoc ad illum scriptarum, ut supra diximus. Postremo sententiam meam adjuvat doctorum quorundam testimonium, qui scriptum reliquerunt, se in uno codice manuscr. ad calcem libri hæc verba adscripta reperisse: ‘ Completum est opus Æmilii Probi, Cornelii Nepotis.’ Quis non videt, hæc esse scripta a librario hæsitante, et dubitante, et incerto de hujus libri auctore, cum eum hinc *Cornelii Nepotis*, hinc *Æmilii Probi* nomina et cognomina perturbarent?

CASP. SCHOPPIUS,

LIB. II. VERISIMIL. CAP. 10.

Corn. Nepos, qui male vulgo Æmilius Probus dicitur.

IDEM,

CONSULTATIONE II. DE PRUDENTIÆ ET ELOQUENTIÆ PARANDÆ MODIS.

Novissimos aureæ ætatis facio Ciceronem, Cæsarem, Corn. Nepotem, &c. In Nepotis tamen vitas dubium non est nonnulla posterioribus sæculis irrepsisse ab ævi Augustei auro remotiora, Æmilii, credo, Probi opera, cujus nomen multis sæculis libellus Nepotis præscriptum habuit.

JO. SAVARO,

IN PRÆF. AD NOT. SUAS IN ÆMIL. PROBUM DE VITA EXCELL. IMPP.

Hunc librum *Corn. Nepoti* asserit ipsa præfatio: 'Non dubito fore plerosque, Attice,' &c., et ex vita Catonis, illa: 'Hujus de vita et moribus plura in eo libro persecuti sumus, quem separatim de eo fecimus, rogatu T. Pomponii Attici,' &c.; cujus quidem libri fragmentum, ex Cornelio Nepote, laudare videtur Gellius, lib. XI. cap. 8. Præterea 'libros de Viris illustribus,' veterum scriptis celebres, qui Nepoti tribuuntur, ab hujus libri auctore confectos esse, satis apparet ex fine Hannibalis vitæ: 'Sed nos tempus est, hujus libri facere finem, et Romanorum explicare imperatores, quo facilius, collatis utrorumque factis, qui viri præferendi sint, possit judicari.' Tanta etiam suavitas est sermonis Latini, ut appareat, in eo nativum quendam leporem esse, non adscitum, et jam ævo Theodosii desitum, quo non parum inclinata erat Latiaris eloquentia. *Æmilium* autem *Probum*, cujus nomine circumfertur hic liber, Theodosio regnante vixisse, et hujusce libri exscriptorem potius esse, quam auctorem, patet ex his versibus: 'Vade, liber,' &c. (p. 19.) Hic ergo suo auctori reddatur, quem sibi Corn. Nepos justo titulo vindicat, quemque coævo suo et familiari Pomponio Attico dedit, cujus etiam rogatu vitam M. Catonis separatim scripsit, et illi superstes, elegantissimam ejusdem vitæ consuetudinem elegantia pari prosecutus est. Præter 'Chronica,' 'libros Exemplorum,' 'de Viris illustribus,' et 'de vita Catonis,' librum se 'de historicis Græcis' conscripsisse testatur in Dione: 'Sed de hoc in eo meo libro plura sunt exposita, qui de historicis Græcis conscriptus est.' (Sic enim ex Mss. bona fide supplevi) atque alterum edidit 'de Latinis historicis,' ex quo excerpta esse fragmenta Corneliæ, Gracchorum matris, Gifanii codice probatur. Quod ad Daretis Phrygii historiam, quam a Corn. Nepote Latine redditam Volaterranus et alii tradiderunt,

elegantia styli potius ducti, quam certa ratione; dispar stylus est, et dissimilis genius, et, si quid in me judicii, Corn. Nepos illo interprete, ut annis, sic nitore sermonis, longe superior; quod, collatis utriusque scriptis, facile potest judicari. De hoc auctore ita mihi visum est, salvo tuo, erudite lector, judicio.

ANDR. SCHOTTUS,

IN EP. AD LECT. NOTIS IN FRAGM. NEPOTIS SUBJECTA.

Quod auctoribus non paucis accidisse memini, ut multa ingenii monumenta, vel ipsis ablata alteri falso attribuerentur, vel aliena ipsis subjicerentur, quo in vulgus tituli lenocinio magis probarentur, et tanquam a matribus suppositi filii pro veris obtruderentur, idem *Nepoti* nostro usu venisse, didici. Librum enim 'de Vita et Moribus excellentium Græciæ imperatorum' ad T. Pomponium Atticum sequioris ætatis auctori Æmilio Probo attribuunt: a quo stylus, dicendique elegans character, Attici ætas, multaque abjudicant. Scriptorem contra 'de Viris illustribus urbis Romæ,' qui à Proca ad Cn. Pompeium usque, septingentorum annorum memoriam, resque gestas virorum domi militiæque illustrium breviter colligavit, Plinio minori (cui Aldus Manutius ascripserat) ablatum, Nepoti Cornelio multorum ingratiis inscripserunt, et ex Cæcilia gente in Corneliam, obtorto collo, Itali quidam censores, Hermolaus Barbarus, Janus Parrhasius, Catellianus Cotta, et Dominicus Machaneus, aliique traduxerunt. Sed neutrius mihi videri, admodum adolescens docui singulari comm. in eum auctorem, Duaci et Lutetiæ edito; et ex veterum libr. fide rationumque momentis *Sex. Aurelio Victori* jure postliminii reddidimus: cujus et historiam Augustam ante me natum nunquam, quod equidem sciam, typis vulgatam, Antverpiæ primi edidimus. Quare, ut illa Æmilio adscripta Nepotis esse γνήσια pronuntio, ita Viros illustres eidem abjudico. Sed sunt et alia spuria, et Cornelio indigna. *Daretis* enim *Phrygii* circumfertur *de bello Trojano*, cui interfuisse dicitur,

historia, quam Raph. Volaterranus sex carminum libris (qui et cum Dicty Cretensi vulgo leguntur) convertisse Nepotem tradidit; quibus et prosa oratione *narratio excidii Trojæ* præmittitur, quam et ipse in veteribus libris etiam soli *Cornelio* cuidam inscriptam vidi. Stylus sane non est aureæ illius ætatis, nedum Cornelii, cujus eloquentiam Tullius, Romanorum disertissimus, laudarit, eoque nomine carissimum habuerit. Fuisse quidem Homero antiquiorem scriptorem *Daretem*, Æliani auctoritate, et D. Isidori non inficior; sed hicne liber ille sit, qui ad Æliani usque ætatem duravit, vehementer dubito. Sic vero ille, libr. XI. variæ Histor. *Τὸν Φρύγα δὲ Δάρητα, οὗ Φρυγίαν Ἰλιάδα ἔτι καὶ νῦν ἀποσωζομένην οἶδα, πρὸ Ὁμήρου καὶ τοῦτον γενέσθαι λέγουσι.* Sallustio id opus nothum et illegitimum falsarius ille, quisquis is est, lege Cornelia, si deprehendatur, puniendus, inscripsit. Quem quidem Crispum, Rom. historiæ principem, initio statim rustice et inepte appellat: 'Cui, inquit, nihil adjiciendum, aut diminuendum, rei formidandæ' (fort. *firmandæ*) 'causa putavi, alioquin meum esse posset dubitari.' Verum enimvero germanum me reperisse parentem gaudeo; natalibus itaque restituo, auctoritatem secutus veluti familiarum censoris, Guilielmi Camdeni, hominis Britanni, qui sic Daretis illius ac poëmatis in Angliæ historia meminit de Isca loquens: 'Hoc sæculo (anno MCCXXIV.) floruit, qui hinc oriundus et cognominatus, Josephus Iscanus, splendidissimo ingenio poëta; cujus scripta sic probabantur, ut ad veterum scriptorum laudem pervenerint. Ejus etenim de bello Trojano poëma Germani ter sub Cornelii Nepotis nomine divulgarunt.' Jam vero *Alexandri* illam *ad Aristotelem* præceptorem de rebus Indicis *epistolam*, quæ Q. Curtio Rufo fere subjicitur, ubi et quercus edunt oracula, multaque ridicula leguntur, quis, nisi crasso et pingui judicio præditus, ab elegantissimo Nepote tam incondite conversam credat? Quin et in ipsis auctoribus, vereor, ne dubia quædam, nec a Nepote profecta, occurrant: ut quæ in *Ciceronis epistolis ad Atticum* non de Cornelio nostro, sed fortasse de *Metello Nepote* aliove legi docuimus; et illam

mihi ἐπιγραφὴν suspectam videri apud Suetonium, *Quid differat literatus ab erudito*;. et illa *Jornandis Gothici* de Britannia suspicor *Taciti* potius esse, quam *Nepotis*, ex iis libris, qui et ipsi magnam partem damno publico interciderunt. Ach. tamen Statius, comment. in Catullum, Nepoti dedit; quin et *Corn. Labeonis* quædam apud Macrobium, lib. I. Saturn., eidem ascripsit. Sed ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. Nos de iis aliquando in libris ψευδεπιγραφίας plura.

IDEM,

LIB. III. OBSERVATT. HUMANARUM, CAP. 3.

Qui Æmilio Probo vulgo tribuitur de rebus et vita excellentium impp. Græciæ elegans libellus, is meo quidem sensu germanus *Corn. Nepotis* ad Atticum, cui inscribitur, partus est.

CASP. BARTHIUS,

IN COMMENTATIONE DE LAT. LINGUA, ET LATINIS SCRIPTORIBUS.

Vitas illustrium Græciæ principum, quas Æmilio Probo alii, alii Corn. Nepoti adscribunt, libens huic ætati [secundæ sc. qua Cicero, Cæsar, Livius, &c. vixere] tribuam: sunt enim satis nitide et Latine conscriptæ. Sed de iis longa disputatio est. Vita Pomp. Attici, a Corn. Nepote vere exarata, omnibus ad illum Ciceronis epistolis adjecta est.

IDEM,

LIB. XXIV. ADVERSARIORUM, CAP. 18.

Æmilium Probum ævo Theodosiano correptorem Corn. Nepotis fuisse, peculiari a nobis tractatione nuper vindicatum est. Et lib. XXV. cap. 15.: His diebus demonstravimus, Æmilium Probum ævo Theodosii Cornelii Nepotis libros in Epitomen redegisse.

IDEM,

LIB. XLII. CAP. 29.

Unica, sed eleganter et proprie scripta, vita vera Corn. Nepotis ad nos venit, adeo quidem utrumque, ut Attici rebus interesse nobis videamur, quoties eam legimus; et sane ejus comparatione judicare poterant eruditi viri de alteris illis. *Eod. cap. sub finem:* Non magnopere titulis gavisum ipsum Atticum, ex descriptione sequenti constat; quam ego tam luculentam, tamque candidam et emendate scriptam puto, ut non solum Æmilii Probi vitæ, quas Epitomen Nepotis esse alibi probabimus, ad eam sordeant, sed, uno solo Suetonio excepto, nihil toto Latio inveniam exactius, et suo quodam genio absolutius.

IDEM,

LIB. LII. CAP. 14.

Datamen, omnium barbarorum post Hannibalem et Hamilcarem fortissimum, nisi libro peculiari celebrasset Æmilius Probus, pleraque omnia ejus facinora ignoraremus. Initio ejus vitæ apud Probum legitur: 'De quo hoc plura,' &c. Ceterum et in hac et in aliis omnibus vitis duo diversi scriptores maxime apparent, quod non poterit non videre, qui phrasin exactius considerabit. Itaque nos Epitomen Nepotis clare agnoscimus.

FRANC. NICOL. TITZIUS,

INTRODUCT. DE CORN. NEPOT. VITA ET SCRIPTIS.

Codices editionesque ad hunc diem omnes seriem vitarum exhibuerunt eam, ut 1. esset vita Miltiadis; 2. Themistoclis; 3. Aristidis; 4. Pausaniæ; 5. Cimonis; 6. Lysandri; 7. Alcibiadis; 8. Thrasybuli; 9. Cononis; 10. Dionis; 11. Iphicratis; 12. Chabriæ; 13. Timothei; 14. Datamis; 15. Epaminondæ; 16. Pelopidæ; 17. Agesilai; 18. Eumenis;

19. Phocionis; 20. Timoleontis. Tum sequebatur brevis illa de Regibus expositio, cui editores numerum 21. imposuerunt, quia ex quibusdam in ea occurrentibus verbis, cap. 1. init. et cap. 3. fin. conjectarunt, hanc partem esse synopsin alicujus libri, quem Nepos de Regibus aut separatim, aut in Viris illustribus fecerit. Deinceps dederunt, præposito numero 22. vitam Hamilcaris, et tandem, 23. loco, Hannibalis, quo librum finiverunt.

Jam vero hic primo intuitu nonne unicuique mirum videri debebat, quid sibi vita Datamis, 'fortissimi omnium barbarorum, exceptis Hamilcare et Hannibale,' ut verbis ipsius Nepotis utar, pæne in medio libri, inter vitas ducum Græcorum, vellet? Quid, quod Nepos postea, a vita Timoleontis transgressurus ad duces barbarorum, initio succinctæ illius de Regibus commemorationis, peractam eo usque libri partem respiciens ait, 'Hi fere fuerunt Græciæ gentis duces, qui memoria digni videbantur?' Ergo ne Datamem, quod vitam ejus in medio horum cernimus, in Græciæ gentis ducibus habuit? Quis hoc credat, cum ipse eum, ut vidimus, *barbarum* dixerit?

Sed aiunt editores: Evenit hoc chronologia, in vitis istis ordinandis servata, ut Datames eum locum obtineret. Audio. At nunc quæro: Unde nobis ista ad chronologiæ leges facta vitarum ordinatio? Estne ab auctore ipso instituta? Quid, si hoc negare ausim? Quid, si hanc negationem argumentis, ex ipsius operis conformatione petitis, adstruam atque sustineam? Age, hoc experiamur.

Cum accurato et sobrio scriptore res nobis est. Non solet talis in adornatione partium unius atque ejusdem historici operis a genio totius deflectere, et secum pugnare. Quo vitio hic liber ex recepta vitarum ordinatione sine dubio laborat; ut mirum sit, neminem editorum hoc adhuc satis animadvertisse. Consideremus, si placet, illam operis particulam, quæ inscribi solet *de Regibus*. Quem ordinem, quæso, in recensendis regibus auctor hic instituit? Nonne videmus illum certum quendam *gentium* ordinem sequi, atque ita singularum gentium eximios reges perpetua serie

prosequi, nulla ex aliis permixtione admissa? Sic igitur gentium prima illi memoratur *Persarum*; ex hac reges una serie producit, Cyrum, Darium Hystaspis filium, Xerxem, Artaxerxem cui erat cognomentum Macrochir, et Artaxerxem cognomine Mnemona. Tum sequitur gens *Macedonum*; ex eaque continuo Philippus rex, Amyntæ filius, et Alexander Magnus. Deinde succedit gens *Epirotarum*, et ex ea rex Pyrrhus. Postea gens *Sicula*, ex qua nobis producit Dionysium priorem. Tum denique attingit separatim *novos illos reges* factos ex amicis et præfectis Alexandri Magni, Antigonum, Demetrium, Lysimachum, Seleucum, Ptolemæum. At nunc paululum oculos convertamus ad seriem imperatorum Græcorum, quos hucusque se ait pertractasse auctor. Ibi, cum prorsus nihil difficultatis reperiatur, quo minus simili ratione auctor singularum Græciæ civitatum, inter se separatarum, duces excellentes perpetuo ordine producere potuerit; immo a quovis cognoscatur, hac methodo instituta minus operosum conquisitionis atque expositionis laborem in hoc opere debuisse reddi auctori; deprehendimus, post tres Atheniensium duces interpositum Lacedæmonium unum, deinde sequi denuo Atheniensem unum, et iterum Lacedæmonium; tum tres continuo Athenienses, quos a post insequentibus tribus abrumpit Siculus seu Syracusanus Dion; postremum denique Atheniensem Phocionem avulsum a præcedentibus cernimus, non modo Thebanis duobus cum postremo Lacedæmonio, sed Cardiano etiam Eumene, et barbaro quoque, si Diis placet, Datame, tanquam retinaculis, interjectis. Tandem claudit agmen Corinthius Timoleon. Et istam disturbationem atque interturbationem Græciæ civitatum mihi excuset chronologiæ ratio? Nullo modo. Quid, quod ne chronologia quidem, quam editores prætexunt, hic exacte satis constat? Alioquin enim Pelopidas præcedere, sequi Epaminondas debuisset, quod tamen clarissima auctoris verba non admittunt, qui in Pelopida ad Epaminondam respiciens ait, 'sicut supra docuimus.'

Vel his, quæ hactenus prolata sunt, credo suspicionem

justum oriri jam debere in omnibus, ordinem illum vitarum non esse profectum a Nepote, sed ejus ordinationi aliena manu vim esse adhibitam, turbationemque totius operis factam. Id revera ita esse, hinc asseverare jam nihil profecto dubito. Si quæras, quando tanta mutatio operi nostro acciderit; dicam, haud dubie id evenisse ævo illo infelici, et bonis adeo auctoribus improspero, quod communiter *medium* appellare historici solent: quo, qui literis ita mediocriter tincti essent, iique sane quam pauci, nil præter Chronica saperent. Si roges, quomodo acciderit; respondeam, partim chronologiæ, cui illis temporibus addicti omnes essent, qui legerent libros, quique scriberent, immoderato amore, quo se, quisquis ille erat, cui Nepotis hic liber obvenerat, laudabilem etiam atque eruditam operam in se suscepturum putabat, si vitas ad chronologiæ legem apposite magis disponeret; partim inscientia artificii, quo auctor in suo opere condendo usus erat, quodque (felicissimo eventu) nulla quacumque immutatione inducta aboleri prorsus poterat. Non enim Nepos in his vitis, arida quadam posteriorum Chronistarum diligentia, id egerat, ut cujusvis imperatoris facta et mores a prima juventute ad vitæ exitum anxia cura ad annos digereret; sed illud potius curæ habebat, deligere ex cujusvis imperatorum vita, quæ ad propositum suum pertinentia maxime arbitraretur; segregare vero atque data opera transire cuncta, quæ ad rem minus necessaria viderentur. In tali labore non poterat auctori non præberi quandoque, tum in ordiendis, tum in finiendis nonnullis vitis, tum vero in partibus operis majoribus inter se connectendis, opportunitas, qua arrepta formam operis adornationemque, ut eam initio mente concepisset, indiciis quibusdam aperiret, consecutionemque certarum partium, industria quadam sic compositarum proderet. Quibus ille ordinis permutator nihil adversis, disjecit incogitanter membra corporis ita aptissime ficti, ut post quamcumque aliam factam compositionem non posset non monstruosi quid exire. Ut verbo dicam, ista meta-

morphosi, quam liber hic Nepotis perpessus est, accepimus *tantundem* quidem, quam olim erat, non *idem*.

Igitur probabilissimum jam habeo, auctorem nostrum in vitis imperatorum exponendis civitatum quendam ordinem servasse. Et primi quidem ponebantur illi Atheniensium duces perpetua serie: Miltiades, Themistocles, Aristides, Cimon, Alcibiades, Thrasybulus, Conon, Iphicrates, Chabrias, Timotheus, Phocion. His alios totidem ex ceteris civitatibus externis conquirebat, excitabatque ex Lacedæmoniis Pausaniam, Lysandrum, Agesilaum; ex Thebanis Epaminondam et Pelopidam; ex Syracusanis, qui erant a Corinthiis orti, Dionem; ex ipsis Corinthiis, qui maximas res Syracusis gessit, Timoleontem; ex semibarbaris (nam Chersonesus Thracia Græciæ ferme annumerabatur) Cardianum Eumenem: ac postquam hic admonuerat Regum, quorum commemoratione tanquam limite utebatur, ex barbaris jam arcessivit Carthaginienses Hamilcarem et Hannibalem, ac tum denique extremo loco Datamem Carem adjecit. Singularem ergo quendam, ut hinc patet, delectum Nepos habuit. Non enim omnes volebat explicare imperatores, sed, ut ipse ait, 'excellentes.'

CHRONOLOGIA

RERUM MEMORABILIUM

IN CORNELIO NEPOTE

AD OLYMPIADAS, URBIS CONDITÆ ANNOS EX CATONIANIS RATIONIBUS, QUÆ A VARRONIANIS DUOBUS ANNIS DISCREPANT, ET CHRISTI NATI DIGESTA.

[EX EDITIONE ALTERA TZSCHUCKII.]

Olymp.	An. U.	A. Chr. N.	
7, 2.	1.	751.	Ex Varronis rationibus sic habet: Olymp. 6, 4. A. U. 1. A. Chr. n. 753.
27, 2.	81-113.	671.	Tullus Hostilius Romæ regnat. Fragm. 1. Cf. Liv. I. 22.
30, 4.	95.	657.	Demaratus, Cypseli tyrannidem fugiens, Romam demigrat. Fragm. 10.
41, 3.	138.	614.	Tarquinius Priscus, quintus Romanorum rex.
	175.	576.	Fragm. 10.
55, 1.	192.	560.	Pisistratus Athenarum tyrannus. Milt. 8.
62, 3.	222.	530.	Cyrus in bello contra Massagetas perit. De Reg. 1.
64, 4.	231.	521.	Darius Cambysi, Cyri filio, succedit. Ibid.
68, 1.	244.	508.	Darius, Scythis bellum illaturus, pontem in Istro facit. Milt. 3.
68, 2.	245.	507.	Miltiades, Chersoneso relicta, Athenas redit. Milt. 3.
79, 1.	252.	500.	Iones, ab Atheniensibus adjuti, Sardes expugnant. Milt. 4.
72, 3.	262.	490.	Darii contra Græcos expeditio, et in pugna Marathonia clades. Milt. 4. sq.

Olymp.	An. U.	A. Chr. N.	
72, 4.	263.	489.	Miltiades, Parum insulam infeliciter aggressus, in vincula conjicitur, in quibus obit. Milt. 7.
73, 3.	266.	486.	Xerxes Dario, Hystaspis filio, mortuo succedit. De Reg. 1.
74, 2.	269.	483.	Aristides ostracismo urbe expellitur. Aristid. 1. Themistocles portum Piræi et classem novam ædificat. Themist. 2.
75, 1.	272.	480.	Xerxes ex Asia in Græciam transit. Themist. 2. Pugna ad Thermopylas. Ib. 3. Ad Artemisium. Ib. 3. Athenæ a Persis incensæ. Themist. 4. Aristides ante tempus ab exilio revocatur. Arist. 1. Pugna Salaminia. Themist. 4.
75, 2.	273.	479.	Aristides et Pausanias Mardonium Persarum ducem ad Platæas vincunt. Arist. 2. Pausanias, 1.
75, 3.	274.	478.	Athenienses consilio Themistoclis muros suos, invitis Spartanis, instaurant. Themist. 6.
75, 4.	275.	477.	Athenienses, auctore Themistocle, Piræi portum absolvunt. Themist. 6. Pausaniam cum classe communi in Cyprum mittunt. Pausan. 1. Aristidis æquitate Græciæ principatus ad Athenienses defertur. Aristid. 2. Ejusdem opera ærarium Græciæ in Delo constituitur. Aristid. 3.
77, 2.	281.	471.	Themistocles Athenis expulsus, et absens proditionis accusatus, ad Artaxerxem confugit. Themist. 8.
77, 3.	282.	470.	Cimon Persas vincit terra marique eodem die. Cimon, 5.
78, 2.	285.	467.	Aristides obit. Aristid. 3.
78, 3.	286.	466.	Themistocles Magnesiæ moritur. Themist. 10.
79, 1.	288.	464.	Cimon vincit Thasios, qui ab Atheniensibus defecerant. Cim. 2. Cf. Diodor. XI. 70.
80, 1.	292.	460.	Cimon patria expellitur. Cim. 3.
81, 2.	297.	455.	Cimon revocatus cum Lacedæmoniis fœdus jungit. Cim. 3.
82, 3.	302.	450.	Cimon Persas in Cypro vincit, et maris imperium civibus suis vindicat. Cim. 3.
82, 4.	303.	449.	Cimon, pace cum victis Persis composita, in Cypro moritur. Cim. 3.
87, 2.	321.	431.	Peloponnesiaci belli initium. Diodor. XII. 38.
91, 1.	336.	416.	Alcibiades, Nicias, et Lamachus, duces Atheniensium, ad bellum cum Syracusanis gerendum missi. Alcib. 3.
91, 2.	337.	415.	Alcibiades, conjurationis in patriam postulatus, ad Spartanos fugit. Alcib. 3. seq.

Olymp.	An. U.	A. Chr. N.	
91, 3.	338.	414.	Bellum Deceliceum. Alcib. 4.
92, 2.	341.	411.	Alcibiades, ab exercitu receptus, post in patriam restitutus, absens una cum Thrasybulo et Theramene imperio præficitur, et Lacedæmonios terra marique victos ad pacem cogit. Alcib. 5.
93, 1.	344.	408.	Alcibiades Athenas reversus, summusque imperator, adjunctis Thrasybulo et Adimanto, factus, cum Lacedæmoniis minus commode confligit, et paulo post iterum in exilium mittitur. Alcib. 6. et 7.
93, 3.	346.	406.	Dionysius senior Syracusis tyrannidem occupat. Dion, 1. De Regib. 2.
93, 4.	347.	405.	Lysander, Atheniensibus ad Ægos flumen victis, bello Peloponnesio finem imponit. Lys. 1. Alcib. 8. Con. 1.
.....	...	...	Idem Athenis captis triginta tyrannos imponit. Thrasyb. 1.
94, 1.	348.	404.	Alcibiades in Phrygia, quo confugerat, opprimitur. Alcib. 10.
94, 2.	349.	403.	Lysander accusatus absolvitur. Lys. 3.
94, 4.	351.	401.	Thrasybulus, devictis triginta tyrannis, Atheniensibus libertatem restituit. Thrasyb. 3.
95, 1.	352.	400.	Agesilaus Agidi fratri succedit. Agesil. 1.
95, 2.	353.	399.	Conon, Athen. exul, Persarum classi adversus Lacedæmonios præficitur. Con. 2.
95, 3.	354.	398.	Plato Tarentum venit, inde Syracusas. Dion, 2.
96, 1.	356.	396.	Agesilai cum Persis in Asia bellum. Con. 2. Agesil. 2.
.....	...	...	Lysander, dux Lacedæmoniorum, in prælio cum Thebanis apud Haliartum cadit. Lys. 3. Cf. Diodor. xiv. 81.
96, 2.	357.	395.	Conon Lacedæmonios Pisandro duce prælio navali ad Cnidum vincit. Con. 4.
.....	...	...	Agesilaus, ex Asia revocatus, ad Coroneam Athenienses eorumque socios vincit. Agesil. 4.
96, 3.	358.	394.	Conon Athenarum muros ope Thebanorum reficit, et a Tiribazo custodiæ traditur. Con. 4. et 5.
.....	...	...	Belli Corinthiaci initium. Diodor. xiv. 86.
96, 4.	359.	393.	Iphicrates Lacedæmoniorum victor ad Corinthum. Iphicrat. 2.
.....	...	...	Camillus Veios capit. Fragm. 7. Cf. Liv. v. 21.
.....	...	...	Melpum a Gallis deletur. Fragm. 7.
97, 2.	361.	391.	Agesilaus agrum Corinthium populatur. Agesilaus, 5.

Olymp.	An. U.	A. Chr. N.	
97, 3.	362.	390.	Thrasybulus, biennio ante Lesbi victor, ab Aspendiis necatur. Thrasyb. 4.
97, 4.	363.	389.	Camillus exulat. Fragm. 5.
98, 1.	364.	388.	Galli Capitolium obsident. Fragm. 6.
98, 2.	365.	387.	Chabrias, Evagoræ adjutor missus, totam Cyprum subigit. Chabr. 2.
98, 4.	367.	385.	Datames ab Artaxerxe Ciliciæ præficitur. Datam. 1.
99, 3.	370.	382.	Lacedæmonii, duce Phœbida, Cadmeam, arcem Thebarum, occupant. Pelopid. 1.
99, 4.	371.	381.	Manlius de saxo Tarpeio dejicitur. Fragm. 1. Cf. Liv. vi. 20.
100, 3.	374.	378.	Thebani exules ope Atheniensium Cadmeam recipiunt. Pelop. 3.
100, 4.	375.	377.	Agesilai in Bœotiam expeditio. Chabr. 1. Chabriæ de eo victoria. Ibid.
.....	...	...	Chabrias, Acorin, Ægypti regem, adjutum profectus, Athenas revocatur. Chabr. 3.
.....	...	...	Iphicrates ab Atheniensibus auxilio Artaxerxi, regi Persarum, mittitur. Iphicrat. 2.
101, 1.	376.	376.	Timotheus Lacedæmonios ad Leucaten superat. Timoth. 2.
101, 2.	377.	375.	Lacedæmonii maris imperium (cf. Olymp. . 3.) Atheniensibus cedunt. Timoth. 2.
101, 3.	378.	374.	Iphicrates, exercitui Persarum conductitio præfectus, adversus Ægyptios proficiscitur, et paulo post Athenas revertitur. Iphicr. 2. Cf. Datam. 3.
102, 2.	381.	371.	Epaminondas Spartanos ad Leuctra profligat. Epamin. 8.
102, 3.	383.	369.	Iphicrates Eurydicen, Macedoniæ reginam, viduam, defendit. Iphicr. 3.
102, 4.	382.	370.	Epaminondas Laconiam invadit, Spartam capit, Messenen restituit. Epamin. 7. 8. Pelop. 4.
.....	...	...	Idem cum Pelopida Arcadibus in bello cum Lacedæmoniis auxilio a Thebanis mittitur. Pelop. 4. Iphicr. contra Arcadas. Iphicr. 2.
103, 1.	384.	368.	Dionysio patri succedit Dionysius junior. De Reg. 2. Dion, 2.
.....	...	...	Pelopidas ab Alexandro Pheræo in vincula conjicitur. Pelop. 5.
103, 2.	385.	367.	Epaminondas exercitum Thebanum, ab hostibus obsessum, incolumem reducit domum. Epamin. 7.
....	...	...	Idem Pelopidam ex vinculis liberat. Pel. 5.

Olymp.	An. U.	A. Chr. N.	
103, 3.	386.	366.	Epaminondas bellum in Peloponneso gerit. Epamin. 7.
104, 1.	388.	364.	Pelopidas in prælio adversus Alexandrum Pheræum victor cadit. Pelop. 5.
.....	...	...	Timotheus cum Olynthiis bellum gerit. Timoth. 1.
104, 2.	389.	363.	Epaminondas Spartam iterum tentat, Lacedæmonios ad Mantineam vincit, victorque cadit. Epamin. 9.
104, 3.	390.	362.	Agesilaus Lacedæm. et Chabrias Athen. a rege Persarum ad Tachum, Ægypti regem, deficiunt. Chabr. 2. Agesil. 8.
104, 3.	390.	362.	Datames ab Artaxerxe deficit. Datam. 5.
.....	...	...	Chabrias Nectanebo regnum constituit. Chabr. 2.
.....	...	...	Agesilaus moritur. Agesil. 8.
105, 1.	392.	360.	Philippus in Macedonia regnare incipit. De Reg. 2.
105, 3.	394.	358.	Chabrias cum Charete adversus Atheniensium socios, Chios, Rhodios, Coos, et Byzantios missus, in prælio occumbit. Chabr. 4.
.....	...	...	Dionis fuga et præparatio ad bellum cum Dionysio. Dion, 4.
105, 4.	395.	357.	Dionis felix cum Dionysio bellum, et hujus fuga in Italiam. Dion, 5.
.....	...	...	Alexandri Pheræi interitus. Diodor. xvi. 14.
106, 1.	396.	356.	Athenienses, ducibus Charete, Iphicrate, et Timotheo, cum sociis acriter pugnant. Timoth. 1.
.....	...	...	Iphicrates et Timotheus ab Atheniensibus mulctantur. Iphicr. 3. Timoth. 3.
106, 2.	397.	355.	Dion Syracusis interficitur. Dion, 9. Timoleon, 2.
107, 2.	401.	351.	Alexander M. nascitur. De Reg. 2. Fragm. 1.
108, 2.	405.	347.	Dionysius junior Syracusas anno decimo post, quam a Dione pulsus erat, recuperat. Timol. 2.
108, 4.	407.	345.	Timoleontis in Siciliam expeditio. Timol. 2.
.....	...	...	Idem, Hiceta fugato, Syracusanis libertatem restituere conatur. Timol. 2. 3.
109.	408.	344.	Timoleon, Syracusis a Dionysio ipsi traditis potitus, Dionysium dimittit Corinthum. Timol. 2.
109, 3.	410.	342.	Idem rempublicam Syracusarum instaurat, pulsisque Pœnis ad Crimissum, et pace cum iis inita, toti Siciliæ pacem et libertatem restituit. Timol. 3.
110, 4.	415.	337.	Timoleon moritur. Timol. 5.
111, 1.	416.	336.	Philippus Macedo a Pausania, satellite, interficitur. De Reg. 2.
112, 2.	421.	331.	Alexander M. Darium ad Arbela vincit. Diodorus, xvii. 59.

Olymp.	An. U.	A. Chr. N.	
113, 3.	426.	326.	Hephæstionis mors. De Reg. 2. Eumen. 2.
114, 1.	428.	324.	Alexander M. Babylone moritur. Eumen. 2. De Reg. 2.
114, 3.	430.	322.	Athenæ, Phocione auctore, Antipatri præsidium recipiunt. Phoc. 2.
.....	...	...	Perdiccas interficitur. Eumen. 5.
114, 4.	431.	321.	Eumenes vincit Craterum et Neoptolemum. Eumen. 3. et 4.
.....	...	...	Antipater rebus Macedonicis præficitur. Eumenes, 5.
114, 4.	431.	321.	Eumenes ab Alexandri exercitu hostis judicatur, et ab Antigono Noræ obsidetur. Eumen. 5.
115, 2.	433.	319.	Eumenes, regum tutor factus, bellum adversus Antigonum parat. Eumen. 6. et 7.
115, 3.	434.	318.	Nicanor, a Cassandro Athenas missus, Piræum occupat. Phoc. 2.
.....	...	...	Phocion necatur. Phoc. 4.
.....	...	...	Eumenes in Persiam copias suas hyematum dividit. Eumen. 8.
115, 4.	435.	317.	Eumenes adversus Antigonum bellum gerit. Eum. 7.
116, 1.	436.	316.	Eumenes ab Antigono captus occiditur. Eumen. 10. sqq.
119, 4.	451.	301.	Antigonus cadit in prælio ad Ipsum, Phrygiæ oppidum. De Reg. 3.
123, 3.	466.	286.	Demetrius in custodia Seleuci, generi, morbo perit. De Reg. 3.
124, 4.	471.	281.	Lysimachus occiditur a Seleuco. De Reg. 3.
.....	...	...	Pyrrhi cum Romanis bellum. De Reg. 2. Fragment. 10.
125, 1.	472.	280.	Seleucus a Ptolemæo interficitur. De Reg. 3.
127, 1.	480.	272.	Pyrrhus, Argos oppugnans, lapide ictus interit. De Reg. 2.
128, 4.	487.	265.	Belli Punici primi initium. Hamilc. 1.
133, 1.	504.	248.	Hamilcar in Carthalonis locum classi præficitur. Hamilc. 1. Hoc anno Hannibal natus fertur.
134, 3.	510.	242.	Lutatius, consul, classe Pœnos superat ad Ægates insulas, et Sicilia decedere cogit. Hamilc. 1.
134, 4.	511.	241.	Belli Punici primi finis. Hamilcar, 1.
.....	...	...	Bellum Africanum, a mercenariis militibus stipendii causa hoc anno motum, quarto post ab Hamilcare comprimitur. Hamilc. 2.
135, 3.	514.	238.	Hamilcar imperator in Hispaniam mittitur, secumque ducit Hannibalem filium annos 9. natum. Hamilc. 3. Hannib. 2.

Olymp.	An. U.	A. Chr. N.	
137, 4.	523.	229.	Hamilcar in prælio contra Vettones cadit, eique Hasdrubal, gener, imperator sufficitur. Hamilc. 3. et 4.
.....	...	...	Hannibal equitatui præest. Hannibal, 3.
139, 4.	531.	221.	Hasdrubali interfecto succedit Hannibal annos 26. natus. Hamilc. 3. Hannib. 3.
.....	...	...	Hannibal non toto inde triennio totam Hispaniam subigit. Hannib. 3.
140, 1.	532.	220.	Hannibal expugnat deletque Saguntum. Hannib. 3.
140, 2.	533.	219.	Belli Punici secundi per ann. 17. tracti initium.
.....	...	...	Hannibal ex Hispania per Gallos et Alpes transit in Italiam. Hann. 3.
.....	...	...	Idem confligit cum Scipione Cos. ad Rhodanum. Ib. 4. Cum eodem ad Padum. 4. Cum eodem ejusque collega ad Trebiam. 4.
140, 3.	534.	218.	Idem confligit cum Flaminio Cos. apud Trasimenum. 4. Cum Centenio prætore. 4. Fabium dictatorem eludit. 5. (Inepto quidem loco refertur). Rufum, magistrum equitum, fugat. 5.
140, 4.	535.	217.	Pugna Cannensis, in qua Varro et Paulus Css. ab Hannibale vincuntur. 4. Fragm. 2.
141, 3.	538.	214.	Fabio et Marcello Css. Cato tribunus militum. Cat. 1.
141, 4.	539.	213.	Gracchus, consul II., ab Hannibale interficitur. Hann. 5.
143, 1.	544.	208.	Marcellus, quintum consul, ab Hannibale interficitur. Hann. 5.
143, 2.	545.	207.	Hasdrubal, frater Hannibalis, cadit in prælio apud Senam victus a Nerone Cs. cui interest Cato. Cat. 1.
144, 4.	547.	205.	P. Scipio, post Africanus major dictus, bellum transfert in Africam. Hann. 6. Cato ejus quæstor. Cat. 1.
144, 1.	548.	204.	Hannibal patriam defensum ex Italia in Africam revocatur. Hann. 6.
144, 2.	549.	203.	Hannibal vincitur a Scipione ad Zamam. 6.
144, 3.	550.	202.	Belli Punici secundi finis. 7.
145, 1.	552.	200.	Hannibal exercitui præest cum Magone fratre, resque in Africa gerit usque ad consulatum Sulpicii et Aurelii. 7.
.....	...	...	Cum Magone domum revocatur. 1.
145, 3.	554.	198.	Cato, prætor factus, Sardiniam provinciam obtinet. Cat. 1. Cf. Liv. XXXII. 7.
146, 1.	556.	196.	M. Marcello, L. Furio Css. Hannibal, domo profugus, ad Antiochum, Syriæ regem, abit. 7.

Olymp.	An. U.	A. Chr. N.	
146, 2.	557.	195.	M. Cato, L. Flaccus Css. Cat. 1. 2.
146, 3.	558.	194.	M. Cato ex Hispania triumphat. Cat. 4. Cf. Liv. xxxiv. 46.
.....	...	...	Scipio Africanus Cs. iterum. Cat. 2.
146, 4.	559.	193.	Cornelius Merula, Minucius Thermus Css. Hannib. 8.
.....	...	...	Hannibal, navibus ad Africam accedens, Magonem fratrem, domo excitum, secum abducit. Hann. 8.
147, 1.	560.	192.	Antiochus ab Hannibale, qui in Syriam redierat, ad bellum contra Romanos concitatur. Hann. 8. et 2.
147, 2.	561.	191.	Hannibal, classis parti ab Antiocho præfectus, contra Rhodios, Romanorum socios, pugnat. Ib. 8.
.....	...	...	Antiochus ad Thermopylas a Glabrione cæditur. Ib. 8.
147, 3.	562.	190.	Hannibal, Antiocho victo, ad Prusiam, Bithyniæ regem, confugit. Ib. 9. et 10.
.....	...	...	Idem pugnat contra Eumenem. Ib. 10. et 11.
149, 1.	568.	184.	M. Cato, L. Flaccus censores. Cat. 1. 2.
149, 3.	570.	182.	Hannibal hausto veneno perit. Hann. 12. et 13. Etsi de vero anno non constat inter auctores. Cf. et Liv. xxxix. 56.
155, 2.	593.	159.	Terentius poëta moritur. Fragm. 1.
157, 2.	601.	151.	L. Lucullus, A. Albinus Css. Fragm. 3.
157, 4.	603.	149.	Cato moritur. Cat. 3. Etsi quidam dissentiunt.
161, 4.	619.	133.	Tib. Gracchus trib. pl. necatur. Fragm. 12.
167, 4.	643.	109.	Atticus nascitur.
173, 1.	664.	88.	P. Sulpicius trib. pl. a Sylla Cs. occiditur. Attic. 2.
173, 2.	665.	87.	Cinna per a. 665-668. Cs. sævit in Syllanos, qua tempestate Atticus Athenas se confert. Att. 2.
174, 1.	668.	84.	Sylla, ex bello Mithridatico rediens, Athenas venit. Att. 4.
174, 3.	670.	82.	Sylla Marianarum partium victor, et dictator. Fragm. 10.
174, 4.	671.	81.	Cicero Roscium defendit. Fragm. 4.
178, 4.	687.	65.	Cotta et Torquato Css. Atticus Romam redit. Att. 4.
.....	...	...	Cicero defendit Cornelium. Fragm. 4.
179, 2.	689.	63.	Cicero Cs. Attic. 5. Lentulus Spinther ædilis splendidus. Fragm. 8.
179, 3.	690.	62.	Metellus Celer Galliæ proconsul. Fragm. 7.
179, 4.	691.	61.	Q. Cicero proprætor Asiæ. Attic. 6.

Olymp.	An. U.	A. Chr. N.	
180, 3.	694.	58.	Cicero in exilium abit. Attic. 4.
.....	..	...	Jul. Cæsar, ab hoc inde anno ad a. U. 703. bellum gerit in Gallia. Fragm. 10.
182, 4.	703.	49.	Bellum civile inter Cæsarem et Pompeium. Attic. 7.
183, 1.	704.	48.	Pugna Pharsalica, in qua Pompeius a Cæsare vincitur. Att. 7.
184, 1.	708.	44.	Cæsar occiditur. Att. 8.
.....	...	...	Brutus et Cassius, percussores Cæsaris, ad quos se tota civitas converterat, Antonio superante, in Græciam et Syriam abeunt. Attic. 8.
184, 2.	709.	43.	Antonius, hostis judicatus, cedit Italia. Att. 9.
.....	...	...	Idem Mutinæ obsidetur, unde bellum Mutinense dicitur. Attic. 9. Fragm. 11.
.....	...	...	Idem triumvir reipublicæ constituendæ. Att. 10. 12.
.....	...	...	Proscriptiones. Att. 10. 12.
.....	...	...	Attici mater moritur. Att. 17.
.....	...	...	Cicero occiditur. Fragm. 13.
184, 3.	710.	42.	Prælium Philippense, in quo cadunt Brutus et Cassius. Att. 11.
187, 1.	720.	32.	Atticus moritur. Att. 22.

Subjungimus peculiarem chronologiam vitæ Attici juxta H. Ernstium, annos Varronianos secutum.

CHRONOLOGIA

HISTORIÆ T. POMPONII ATTICI.

Anno Urbis 644. triennio ante M. Tullium Ciceronem, Q. Cæc. Metello Numidico et M. Junio Sylla Coss. Tit. Pomponius Atticus nascitur. cap. 1.

Anno Urbis 666. Ciceronis 20. Cn. Octavio et L. Cornelio Cinna Coss. Athenas se contulit Atticus, annum agens vigesimum tertium: quando anno proximo præcedente P. Sulpicius Rufus Trib. pl. a Sylla interfectus est. cap. 2.

Anno Urbis 674. Cic. 28. P. Servilio Vatia, et Ap. Claudio Pulchro Coss. Athenis Cicero Epicureos, Phædrum, et Zenonem, frequenter cum Attico audivit, ut ipse ait lib. II. de Finib. et Tuscul. III. et Acad. I.

Anno Urbis 688. Ciceronis vero 42. L. Aurelio Cotta, et L. Manlio Torquato Coss. ætatis anno 45. cum jam annos 22. Athenis commoratus erat, Romam remigravit. cap. 4.

Anno Urbis 692. Ciceronis 46. ipsius Attici 49. cum legati locum obtinere posset apud Q. Ciceronem Asiæ prætorem, nolebat. Quo anno Romæ Coss. erant M. Pupius Piso, et M. Valerius Messala. cap. 6.

Anno Urbis 697. Ciceronis 51. Cn. Cornelio Lentulo, et L. Marcio Philippo Coss. pridie Idus febr. T. Pomponius Atticus Piliam uxorem duxit, annum agens ætatis 54. in quibus nuptiis Cicero cœnavit. Ep. 3. lib. II. ad fratrem.

Anno Urbis 703. Ciceronis 57. Attici 60. L. Æmilio Paulo, et C. Claudio Marcello Coss. Cæsarianum bellum incidit: quod sequenti anno prorsus in flammam abiit. cap. 7.

Anno Urbis 709. Ciceronis 63. Attici 66. C. Jul. Cæsar, cum ipse una cum M. Antonio consul esset, a conjuratis in Pompeii curia 23. plagis confossus est. Sequenti anno Antonius Mutinam circumsedit, Brutumque oppugnavit: hostis patriæ judicatur. Sed a Lepido recipitur. cap. 9.

Anno Urbis 710. Ciceronis 64. Atticus, natus annos 67. matrem nonagenariam extulit. cap. 17.

Anno Urbis 712. Attici 69. M. Brutus et C. Cassius, ab Octavio et Antonio ad Philippos victi, sibimet ipsis violentas manus intulerunt. cap. 11.

Anno Urbis 721. cum Atticus 77. annos complesset, decessit et sepultus est.

CORNELII NEPOTIS

OPERA.

NOMINA IMPERATORUM

QUORUM VITA A CORNELIO NEPOTE SCRIPTA EST.

I. MILTIADES.
II. THEMISTOCLES.
III. ARISTIDES.
IV. PAUSANIAS.
V. CIMON.
VI. LYSANDER.
VII. ALCIBIADES.
VIII. THRASYBULUS.
IX. CONON.
X. DION.
XI. IPHICRATES.
XII. CHABRIAS.
XIII. TIMOTHEUS.
XIV. DATAMES.
XV. EPAMINONDAS.
XVI. PELOPIDAS.
XVII. AGESILAUS.
XVIII. EUMENES.
XIX. PHOCION.
XX. TIMOLEON.
XXI. DE REGIBUS.
XXII. HAMILCAR.
XXIII. HANNIBAL.

ROMANORUM.

XXIV. M. PORCIUS CATO.
XXV. T. POMPONIUS ATTICUS.

FRAGMENTA.

CORNELII NEPOTIS

LIBER

DE VITA

EXCELLENTIUM IMPERATORUM

VULGO

ÆMILIO PROBO

TRIBUTUS.[1]

PRÆFATIO.[2]

Non dubito fore plerosque,[3] Attice,[a] qui hoc[4] genus scripturæ, leve, et non satis dignum summorum virorum per-

1 *Incipiunt capitula in librum Æmilii Probi de excellentibus ducibus exterarum gentium. Liber Æmilii Probi de laudibus exterarum Gentium* Ms. Dan. *Probi Hæmylii de vitis clarorum Imperatorum liber feliciter incipit* Ms. Leid. 2. *Æmilius Probus de excellentibus exterarum nationum viris* Ms. Trin. et Guelferb. *Æmilius Probus de excellentibus ducibus exterarum gentium feliciter incipit* Ms. Voss. *Probus Emilius de excellentibus ducibus exterarum gentium feliciter incipit* Ms. Voss. 2. Boecl. *Æmylii Probi de imperatoribus exterarum gentium Liber* Ms. Arlenii, teste Magio in Miscell. lib. IV. 15. in Gruteri thes. critico, tom. II. p. 1432. *Emilius Probus de excellentibus ducibus exterarum gentium* Ms. Thott. ap. Schlegel. p. 7. *Æmilii Probi Viri clarissimi de Vita Excellentium liber incipit feliciter* Ed. Jens. Med. *Æmilii Probi Viri clarissimi de vita excellentium imperatorum ad Titum Pomponium Atticum* Ed. Arg. *Æmilii Probi Viri clari·simi de vita excellentium imperatorum incipit feliciter* Ed. Paris. *Æmylii Probi de vita excellentium imperatorum liber* Ed. Ald. *Æmylii Probi viri clarissimi vitæ excellentium Græciæ imperatorum et ducum* Ed. Long. sed

NOTÆ

[a] *Attice*] Is est ad quem Cicero scribit epistolas ad Atticum, Atticus ideo dictus, quod, cum diu Athenis literis operam dedisset, non minus

sonis judicent,[a] cum relatum legent,[5] quis[6] musicam docuerit Epaminondam;[7] aut in ejus virtutibus commemorari,[8] saltasse eum commode, scienterque tibiis cantasse. Sed hi[9] erunt fere, qui expertes literarum Græcarum,[b] nihil rectum, nisi quod ipsorum[10] moribus conveniat, putabunt. Hi,[11] si didicerint, non eadem[12] omnibus esse honesta atque turpia, sed omnia majorum institutis judicari: non admirabuntur, nos in Graiorum virtutibus exponendis mores eorum[13] secutos. Neque enim Cimoni fuit turpe[b] Atheniensium summo viro, sororem germanam[c] habere[14] in ma-

[a] *Et minus respondens principum dignitati existiment.*
[b] *Qui historiarum Græciæ ignari.*

in indice est *Liber....ducum.* *Æmilii Probi seu Cornelii Nepotis excellentium Imperatorum vitæ* Ed. Lamb. *Æmilii Probi seu Corn. Nepotis de vita excellentium imperatorum ad T. Pomp. Atticum liber prior* Ed. Steph. *Cornelii Nepotis, vulgo Æmilii Probi, excellentium imperatt. vitæ* Ed. Boecleri, Stav. 1. 2. maj. et ed. min. *Corn. Nep. vitæ excellentium imperatorum* Ed. Keuch. Bipont. Hafn. *Corn. Nep. excell. impp. vitæ* Ed. Tzschuck. 1. 2. *Corn. Nep. de vita excell. impp.* Ed. Heusing. *Corn. Nep. (vulgo Æmilii Probi) liber de vita excell. impp.* Ed. Wetzel.—2 *Præfatio* Ed. Mag. et recentt. Om. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Bos. Sed *prologus* Ms. Dan. Voss. 1. *procemium* Ms. Leid. 2. *Auctoris præfatio* Ed. Keuch.—3 *Plærosque* Ed. Paris.—4 *Qui Atticæ hoc* Ms. Mendos. Ms. Arlen. et perperam probat Mag. l. c. Sed ab Ms. Leid. aberat τὸ *Attice.*—5 *Qui relatum legant*, Oudend. conjecit in marg.—6 *Qui* Ms. Mendos.—7 *Epaminundam* Mss. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Argent. ubique: *examinandam* Ms. Voss. 3.—8 *Commorati* Ms. Mendos. Voss. 1. et 3. Savar. *commemorati* Ed. Jens. Med. Hæc lectio favet Paufleri suspicioni, *commemoratum*, ut ad *relatum* referatur.—9 *Sed ii* Ms. Boecl. probatque Tzsch. ad ed. 2.—10 *Nisi ipsorum* Ms. Voss. 3.—11 Sic Ms. Dan. Sed *ii si* Ms. Leid. 2. Oxon. Voss. 1. 2. *Hii si* Ms. Voss. 3. *qui si* Edd. Mag. Long. Steph. Gebh. Wetz. et probat Tzschuck. ad ed. 2.—12 *Eandem* Ms. Voss. 3.—13 Sic etiam Ms. Dan. Sed *mores gentium* ed. Long.—14 *Habuisse* Ms. Leid. 2.—15 Sic Edd. Jens. Med.

NOTÆ

Atticæ quam Romanæ linguæ peritus erat. Idque patet ex Cicerone v. De finibus bon. et mal. his verbis: 'Ita enim se Athenis collocavit, ut sit pæne unus ex Atticis, ut id etiam cognomine videatur habiturus.' Sed ea de re postea in vita Attici.

[b] *Neque enim Cimoni fuit turpe*] Is Cimon Miltiadis filius fuit, mira erga Athenienses concives suos munificentia. De quo infra.

[c] *Sororem germanam*] Ex eodem Patre, non Matre genitam, nomine Elpinicen; quia non licebat Athenis uxorem ducere uterinam, ut colligere est ex Demosthene, in oratione quæ inscribitur, 'Appellatio adversus Eubulidem;' et ex Scholiaste Aristophanis in Nebulas, Act. v. 2. ubi sic legitur, παρὰ Ἀθηναίοις ἔξεστι γαμεῖν τὰς ἐκ πατέρων ἀδελφάς. Sorores autem ex eodem solum Patre genitæ, legibus Romanis, germanæ seu consanguineæ vocantur.

trimonio; quippe cum cives ejus[15] eodem uterentur instituto: at id quidem[16] nostris moribus nefas habetur. Laudi in Græcia ducitur adolescentulis,[c][17] quam plurimos habere amatores. Nulla Lacedæmoni[18] tam est nobilis vidua,[d] quæ non ad scenam[19] eat mercede conducta.[d] Magnis in

[c] *Inter Græcos laudi pueris vertitur.*
[d] *Quæ non personam scenicam agat lucro illecta.*

Arg. Paris. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. certo rotundius; item Wetz. et ego reposui: *ejus cives* Edd. Ald. et aliæ. Mox *utentur* ed. Long. operarum peccato.—16 *Id quod*. Ms. Leid. 2. non invenusta lectio videtur Staver. ad ed. maj. At enim h. l. concursus trium vocc. unius syllabæ, quæ in fine singulorum eundem fere habent sonum, male accideret ad aures. *Quidem* h. l. significat certe, omnino.—17 *Adolescentulos* Ms. Leid. 2. sed ab Msst. Oxon. omnino aberat. Dein *habuisse amatores* Ms. Dan.—18 *Lacedæmonii* Ed. Ald. *Lacedæmonis* Ed. Mag. Dein *femina vid. nob.* Ms. Bavar.—19 *Ad scænam* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. ubique. Sed haud dubie legendum est *ad cœnam*, cum Gesnero et Heusing. quod jam Magio in mentem venerat. 'Ad cœnam ire' Seneca Beneff. IV. 39. 'in scenam prodire,' h. e. aliquam ibi personam agere, saltare, gesticulari, Cic. de Off. I. 35. 11. Boettiger in quatuor ætatt. rei scenicæ apud veteres putat, verba *ad scenam* pertinere ad chori saltationes. Jo. Mich. Heusing. in Spicileg. emendatt. ad Corn. Nep. respuebat *ad cœnam*, et malebat *ad lenam*; (quam conjecturam, cum moribus Lacedæmoniorum optime congruentem, probat Heinrich:) in notis tamen ad editionem suam probare videtur *ad cœnam*, quam emendationem unice veram esse, affirmat et ornat Jac. Fr. Heusing. in fragmm. Corn. Nep. adjectis Fl. Mallii libro de metris p. 120. sqq. præcipue cum in cod. Guelf. legatur quidem *scenam*, sed ab emendatore tres priores vocabuli illius literæ punctis infra appositis fuissent notatæ, et superne ascriptum *l' ce*, hoc est *vel cenam*, uti in antiquis libris scribi solebat. Doceri igitur his manifeste, contendit, in aliis libris fuisse *ad cœnam*; meretricium vero fuisse *ad cœnam mercede conduci*. Kappius in Harlesii Opusculis p. 458. sq. neque *ad cœnam* admittit, neque *ad lenam*, et majus ulcus adhuc hærere, jure opinatur; ac Schlegel p. 77. judicat, locum adeo corruptum, Æmilii fortasse Probi culpa, ut probabiliter nec explicari nec emendari possit. Harlesius ipse in not. postquam longam Staver. contra Heusing. pugnantis animadversion. in nov. obss. misc. tom. VI. p. 516. sqq. contractam repetiit, conjecit *quæ non nuda eat ad scenam*, h. e. palæstram, quæ suspicio num adeo inepta sit, ut graviter pronuntiat Wetzel, alii judicent. Wetz. vero vulgatam defendit lectionem, et interpretatur, in scenam prodeat, sive histrionis personam agat. Hanc interpretationem jam alii dederant, novissime Bremi in not. ad h. l. et Böttiger in novo Wielandii Mercurio, m. Januar. part. I. 1796. p. 44. sed alii respuerunt istam inter-

NOTÆ

[d] *Nulla Lacedæmoni tam est nobilis vidua*] Lacedæmon, urbs totius Peloponnesi clarissima, Lycurgi legibus olim florentissima, Menelai Regis et Helenæ Regia, non procul ab Eurota flumine; alio nomine Sparta, nunc vulgo *Mizitra*. Porro Plutarchus, in Laconum institutis, vetita apud Lacedæmonios legibus Lycurgi scenica spectacula testatur; quod sane Nepotis opinioni repugnat: sed ipsi favet Athenæus lib. XIII.

I.

MILTIADES.[1]

ARGUMENTUM.

Cap. 1. Dux colonorum in Chersonesum mittitur. Irridetur a Lemniis. 2. Chersoneso potitur. Lemnum capit et Cyclades. 3. Pontis in Istro custos a Dario, qui Scythas bello petebat, constituitur. Dat consilium excutiendæ dominationis Persarum. Ab Histiæo impeditur. 4. Dario bellum in Græcos movente, auctor suis est, ut hosti obviam eant. 5. Ante sociorum adventum vincit Darium. 6. Præmium victoriæ. 7. Omittit oppugnationem Pari. Damnatur et in vinculis moritur. 8. Vera ejus damnationis causa.

Miltiades, Cimonis filius,[2][a] Atheniensis, cum et antiquitate generis, et gloria majorum, et sua modestia[3] unus omnium maxime floreret; eaque esset ætate, ut non jam[4] solum de eo bene sperare, sed etiam confidere cives pos-

1 Sic et Ms. Dan. et Edd. recent. Sed *de Miltiade* Ms. Bern. *vita Miltiadis* Ms. Trin. *Miltiadis vita* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Steph. Gebhardus loco posuit prima verba cap. 1. *Miltiadis Cim. fil. Athen.* atque sic ubique. Omisit ubique Patav. Ceterum absunt capitum numeri ab iisdem libris antiquioribus: quod semel observasse sufficiat. Jo. Scheffer. in epist. v. ad N. Heins. p. 5. tom. v. Sylloges epistolar. a Burm. editæ, in Cornelio prima cujusque libri verba titulum esse putabat, ut *Miltiades Simonis* [Cimonis] *filius, Atheniensis. Themistocles Neoclis filius, Athen. &c.*—2 *Filiis* om. Ms. Voss. 1. et probat Stav. ad ed. maj. Mox *gloriæ* ed. Mag.—3 *Molestia* Ms. Voss. 3.—4 *Ut jam non solum* Ms. Boecl. Ax. haud probante Heus. sed sic dedit Wetz.—5 *Talem eum fut.* Ms. Dan. Leid. 1. *tal. fut. esse* Ms. Oxon.

NOTÆ

[a] *Miltiades, Cimonis filius*] Cimon duplex fuit; alter quidem pater Miltiadis; alter vero filius Miltiadis, de quo infra. Ille genus suum ad Codrum, postremum Atheniensium Regem, referebat. Vide typum originis, atque agnationis Miltiadis apud Hieronymum Magium.

sent sui, talem futurum,[5] qualem cognitum judicarunt: accidit, ut Athenienses Chersonesum[6] colonos vellent mittere.[b] Cujus generis cum magnus numerus esset, et multi ejus demigrationis peterent societatem; ex his[7] delecti Delphos[c] deliberatum missi sunt, qui consulerent Apollinem,[8] quo potissimum duce uterentur. Namque tum[9] Thraces[d] eas regiones tenebant, cum quibus armis erat dimicandum. His consulentibus nominatim Pythia[10][e] præcepit, ut Miltiadem sibi imperatorem sumerent:[11][f] id si fecissent, in-

Mox *judicarent* maluit Tzschuck. cum ad auctoris sententiam *judicarunt* durius referatur. Atque id verum esse censuit Büchling, et reposuit Riclefius. At *judicarunt*, pro *judicarent* aut *judicassent*, omnes libri, et in ejus ætatis monumentis eam modorum et temporum consecutionem haud infrequentem esse, docet Heus.—6 *Cheronesum* Ms. Leid. 2. *Chersonessum* Ms. Voss. fere ubique. *Chersonnesum* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Steph. Gebh. ubique. [*Chersonesum* ed. Stav. et reliquæ recentt.]—7 *Ex iis* Ms. Mendos.—8 [*Qui cons. Apoll.* pro glossemate habuerunt hæc verba, quæ aberant quoque a Ms. Ernst. et Leid. 2. Sciopp. Veris. p. 106. sq. Ernst. Scheffer. in Obss. misc. vol. IX. tom. II. p. 198. Buchn. Bos. v. not. Tzschuck. in not. ad edd. 1. 2. et Heinr. quia *deliberare* h. l. idem sit ac *consulere*. Hinc ea uncis incluserunt Bos. in ed. 2. et al. Sed ab interpolationis suspicione vindicarunt ea verba Ran. Stav. in not. et in Misc. obss. nov. tom. VI. p. 521. Heus. Paufl. et Brem. Absunt unci ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Heus. Bip. Stav. Wetz. et Tzschuck. in textu, &c.]—9 Sic Ms. Gif. (in quo etiam legitur *Thræces*,) Dan. Bos. 2. Sed *namque tamen* Ms. Leid. 2. Sed *nam tum* Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Paris. Long. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos. 1. Stav. 1. 2. 3. Heus. Tzschuck. 1. &c. *Nam tunc* Tzschuck. 2.—10 *Phitia* Ms. Leid. 2.—11 *Ut Milt. imper. sibi sumerent*

NOTÆ

[b] *Chersonesum colonos vellent mittere*] Chersonesus Peninsula est, quæ mari Ægæo altera ex parte, altera Propontide et Hellesponto alluitur; unde Hellespontiaca a Suida, et Thracia a Ptolemæo vocatur: ibi urbs Sestus, Herus et Leandri amore clara. Sunt et aliæ plures Chersonesi.

[c] *Delecti Delphos*] Urbs in Phocide, Oraculo Apollinis clarissima, in bicipiti Parnassi jugo sita; quæ hodie quibusdam *Salona*, aliis *Castri* dicitur.

[d] *Namque tum Thraces*] Thraciæ populi bellicosissimi. Thracia autem a Septemtrione inferiorem Mysiam, nunc Bulgariam; ab Occasu superiorem, nunc Serviam; a Meridie mare Ægæum; ab Ortu Bosphorum ac Propontidem habet.

[e] *Pythia*] Pythonissa etiam, et Phœbas dicebatur, Apollinis Sacerdos, quæ insidens Tripodi distentis cruribus, gravem e specu subeuntem spiritum excipiebat; et sic furore exagitata vaticinabatur. Cicero de Divinatione, 'Nam terræ vis Pythiam Delphis incitabat, natura Sibyllam.'

[f] *Imperatorem sumerent*] Exercitus Ducem, seu Prætorem; hæcque prima est hujus nominis acceptio.

cepta prospera futura. Hoc oraculi responso Miltiades cum delecta manu[12] classe Chersonesum profectus, cum accessisset Lemnum,[g] et incolas ejus insulæ[13] sub potestatem redigere vellet Atheniensium, idque[14] Lemnii sua sponte facerent, postulasset: illi irridentes responderunt, tum id se facturos,[15 h] cum ille domo navibus proficiscens vento aquilone venisset[16] Lemnum: hic enim ventus a[18] septemtrionibus oriens, adversum tenet Athenis proficiscentibus.[a] Miltiades morandi tempus non habens, cursum direxit, quo tendebat, pervenitque Chersonesum.

2. Ibi brevi tempore barbarorum[1] copiis disjectis, tota regione, quam petierat, potitus, loca castellis idonea communiit:[2] multitudinem, quam secum duxerat, in agris collocavit: crebrisque excursionibus locupletavit. Neque minus[3] in ea re prudentia, quam felicitate, adjutus[4] est. Nam cum virtute militum hostium devicisset[5] exercitus,

[a] *Athenis venientibus adversatur.*

Ms. Ax.—12 Ita Ms. Dan. Sed Ms. Leid. 2. *id Milt. dilectus cum del.* Ed. Long. *Milt. delectus cum del. m.* [nec displicet Wetz.]—13 *Insulatæ* Ms. Voss. 3.—14 *Idque ut Lemnii* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Bos. 2. Keuch. Wetz. Paufl. qui *ut* necessarium esse putat. Sed *idque Lemnii* Ms. Boecl. Leid. 1. Voss. 1. 2. 3. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long. Stav. Heus. [Harl. Tzschuck. 1. 2. Heinr. Bip. Brem. hinc nos etiam *ut* ejecimus.] —15 *Id facturos* Ms. Leid. 2. [et probat Stav. ad ed. 3.]—16 *Venissent* Ms. Leid. 2.—18 *Ab sept.* Ms. Dan. Leid. 2.

1 *Barbarum* Ms. Dan. Leid. 2.—2 Sic Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Stav. 2. 3. Tzschuck. *communivit* Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. 2. Stav. 1. Heus. Bip. Heinr. Wetz. Brem.—3 *Neque in ea* Ms. Leid. 2. dein *ea re*, omisso *in*, Ed. Jens. Med. Par. Ald.—4 *Usus est* Ms. Trin. *adjunctus est* Ms. Voss. 2. sed in marg. *adjutus.*—5 Sic Ms. Boecl. Ax. Bos. 2. et probat Heus. in not. *dev. host.* Ed.

NOTÆ

[g] *Cum accessisset Lemnum*] Ægæi maris Insulam, Hypsipyles Thoantis filiæ regiam, et Argonautarum appulsu notissimam: hodie *Stalimene* dicitur. Cluverius.

[h] *Illi irridentes responderunt, tum id se facturos*] Hoc responsum non a Lemniis, sed a Pelasgis, antiquissimis Græciæ populis, Atheniensibus factum fuisse narrat Herodotus, postquam Delphos misissent, et jussi fuissent pœnas Atheniensibus, quas illi vellent pendere, atque Athenas venissent. Cui opinioni subscribit Zenobius his verbis: Κελευόντων δὲ τῶν Ἀθηναίων ἐκλιπεῖν τὴν Λῆμνον, εἶπον οἱ Πελάσγοι, εἴ τις αὐθημερὸν Ἀθήνηθεν Βορέᾳ χρησάμενος καταπλεύσειεν εἰς τὴν Λῆμνον, ἐκστήσονται τῆς χώρας αὐτῶν.

summa æquitate res constituit, atque ipse ibidem manere decrevit. Erat enim inter eos dignitate regia,[i] quamvis carebat nomine: neque id magis imperio, quam justitia, consecutus.[b] Neque eo secius Atheniensibus, a quibus[6] erat profectus, officia[7] præstabat. Quibus rebus fiebat, ut non minus eorum voluntate perpetuo[8] imperium obtineret, qui miserant; quam illorum, cum quibus erat profectus. Chersoneso tali modo constituta,[9] Lemnum revertitur, et ex pacto[10] postulat, ut sibi urbem tradant. Illi enim dixerant, 'cum vento borea[11] domo profectus eo pervenisset, sese dedituros:' se autem domum Chersonesi habere. Cares,[12] qui tum Lemnum incolebant,[j] etsi præter opinionem res ceciderat, tamen non dicto, sed secunda fortuna adversariorum capti, resistere ausi non sunt, atque ex insula demigrarunt.[13] Pari[14] felicitate ceteras insulas, quæ Cyclades nominantur,[k] sub Atheniensium redegit[15] potestatem.

[b] *Nec illud potius violentia, quam ex merito obtinuerat.*

Jena. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Stav. [Heinr. et rel.]—6 Sic Ms. Dan. Leid. 1. Ernst. Gif. Sav. edd. recent. Sed *ac quibuscum* Ms. Bav. ap. Sciopp. Verisim. II. 10. p. 108. qui malebat *a quibus erat præfectus*, sed quod in cod. reperit *ac quibuscum erat præfectus*, retinendum ei videtur *profectus*; nec enim, ait, collegas habuit Miltiades, quibuscum præfectus fuisset: *aut quibuscum* Ms. Put. Voss. 2. Ax. Edit. Sav. *aut quibuscunque* Ms. Boecl. *quibuscum* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long. Lamb. quam lect. damnat Wetz. —7 *Ac suis off*. Ms. Ernst.—8 [*Perpetuum* emendat Nodell. in Obss. critic. p. 67. at *perpetuo* propter soni suavitatem defendit Harl.]—9 *Constituto* Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 1. 3.—10 *Ex constituto* Ms. Mendos. quod non negligendum videtur. Sed Wetz. id minus aptum censet.—11 *Borrea* Ms. Voss. 2. —12 *Chares* Ms. Dan. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par.—13 *Dimigrarunt* Ed. Med. operarum, credo, vitio: cujus generis errata alia multa ibi reperi, ut s. 3. *socius*; et s. 2. *erar* pro *erat*. mox cap. 3. *Æolidæ*.—14 A *pari fel.* in ed. Pat. incipit cap. 3.—15 *Redigit* Ms. Leid. 2.

NOTÆ

[i] *Erat enim inter eos dignitate regia*] Expulsis e Chersonese Thracibus, rebusque suis ibi potenter confirmatis, Miltiadem tyrannicam potestatem usurpasse testatur Plutarchus, in libello quem fecit, de sera numinis vindicta. Atque adeo regnum ipsi non fuit diuturnum: a Scythis enim primum, deinde a Phœnicibus pulsus, Athenas confugit.

[j] *Cares, qui tum Lemnum incolebant*] Immo Pelasgos tum Lemnum incoluisse scribit Herodotus lib. VI. Cares autem gens fuit, quæ, quo tempore Romulus Romam condidit, maris Mediterranei imperium late tenuit. Eu-

3. Eisdem temporibus Persarum rex, Darius,[l] ex Asia in Europam exercitu trajecto,[1] Scythis bellum inferre decrevit.[m] Pontem fecit in Istro[2] flumine,[n] qua[3] copias traduceret. Ejus pontis, dum ipse abesset,[4] custodes reliquit principes, quos secum ex Ionia et Æolide[o] duxerat: quibus singulis ipsarum[5] urbium perpetua dederat imperia. Sic enim putavit, facillime se Græca[6] lingua loquentes, qui Asiam incolerent, sub sua retenturum potestate, si amicis suis oppida tuenda tradidisset;[p] quibus, se oppresso, nulla

1 *Trajectam* Ms. Voss. 3. conf. Stav. in Misc. obss. crit. nov. tom. IV. p. 521.—2 Sic Ed. Par. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. 2. Stav. 1. [Tzschuck. 2. Ith. Heus. Heinr. Wetz. *Hystro* Ms. Dan. *Histro* Ed. Jens. Med. Arg. Pat. Stav. 2. ubi in not. defendit illam scripturam, et 3.]—3 Ita Ms. Dan. Ed. Jens. Med. Ald. Bos. et recent. Sed *quo copias* Ms. Boecl. Mendos. Voss. 1. 2. 3. Ax. Ed. Arg. Long. male.—4 Hæc *dum ip. ab.* inclusa sunt uncinis in Ald.—5 *Ipsorum* Ed. Lamb.—6 *Græcia lingua* Ms. Ax.

NOTÆ

seb. in Chronico. Nec illud impedit, quominus olim despectissima fuerit, ejusque inconditi mores proverbiis locum fecerint; unde illud, πρὸς χῶρα καρίζεις: *Rustice agis cum rustico, &c.* Vide Cicer. pro L. Flacco.

k *Quæ Cyclades nominantur*] Insulæ Ægæi maris in orbem dispositæ, unde Cyclades dictæ; suntque numero 53. Plin. lib. IV. 12. et Pomp. lib. II.

l *Persarum Rex, Darius*] Hystaspis filius, quem Esdras et Philo Assuerum vocant; quique equi sui hinnitu, occisis Magis, regni Persarum usurpatoribus, Rex electus est: unde postea in sigillo sculptum equum habuisse fertur, ut Scholiastes Thucydidis notat. Ille adversus Jancyrum Scytharum Regem in Europa bellum movit, quod suam filiam sibi uxorem denegasset. Justin. lib. II.

m *Scythis bellum inferre decrevit*] Non Asiaticis, sed Europæis, qui Tanaim inter et Jaxartem amnes siti erant, quos aggressus est Darius cum septingentis hominum millibus. Justin. lib. II. Herodotus lib. VI. Diodorus lib. II.

n *Pontem fecit in Istro flumine*] Ister omnium Europæ fluviorum maximus, qui et Danubius dicitur. In Euxinum per sex fauces invehitur, postquam sexaginta amnes, medio ferme eorum numero navigabiles recepit. Plin. lib. IV. 12. Is ortum habet in jugis Abnobæ, montis Germaniæ. Unde Dionysius: 'Abnoba mons Istro pater est: cadit Abnobæ hiatu Flumen, in Eoos autem convertitur axes,' &c. Hunc secundum post Nilum facit Ovid. de Ponto lib. IV.

o *Ex Ionia et Æolide*] Asiæ minoris regiones sunt, in quibus linguæ Græcæ usus familiaris erat: prima, media est Cariam inter et Æolidem; altera in ipso maris Ægæi littore sita.

p *Si amicis suis oppida tuenda tradidisset*] Reges Politicæ studiosi singulare imperium iis imponere solent, quos sibi strictiori clientela devinxerunt, quosque sciunt devictis civitatibus gratos esse, tum propter mo-

spes salutis relinqueretur. In hoc fuit tum numero[7] Miltiades, cui illa custodia crederetur.[8] Hic, cum crebri afferrent[9] nuntii, male rem gerere Darium, premique[10] ab Scythis: Miltiades hortatus est pontis custodes, ne a fortuna[11] datam occasionem liberandæ Græciæ dimitterent. Nam si cum his[12] copiis, quas secum transportaverat,[q] interisset[13] Darius, non solum Europam fore tutam, sed etiam eos, qui Asiam incolerent Græci genere,[14] liberos a Persarum futuros dominatione et periculo.[r] Id[15] facile effici posse: ponte enim rescisso,[16] regem vel hostium ferro, vel inopia, paucis diebus interiturum. Ad hoc consilium cum plerique accederent,[c] Histiæus[17] Milesius,[s] ne res conficeretur, obstitit:

[c] *In hanc sententiam cum multi descenderent.*

—7 *In hoc numero fuit* Ms. Axen. Thott. et placet Heus. in not. *fuit tunc numero* Tzschuck. 2. v. not.—8 *Traderetur* Ms. Boecl. Mendos. Ox. Voss. 1. 2. 3.—9 *Asferrent* Ms. Dan. Forsan scriba dare voluit aut invenit in suo cod. *adferrent*, quæ rectior est scriptura, et reddita est a Long. Stav. ed. 3. Harl. ac Tzschuck. pro *afferrent*. Sed *affirmarent* cod. Thott. Mox *nuncii* Ed. Jens. Med. Arg. Par. ubique, etiam in reliquis verbis inde ductis.—10 *Premique* Ed. Med. Statim *ab Scythis* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Mag. Sed *a Scythis* Ms. Dan. Leid. Voss. 3. v. Stav. et Harl.—11 Sic Ms. Dan. Ed. Arg. et recentt. Sed *fortuna* simpliciter Ed. Jens. Med. Par. Ald. Long. Mag.—12 *cum iis* Ms. Voss. 2. Mox *transportarat* Ms. Dan.—13 Ita Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Boecl. Ax. Scheff. v. ejus 7. epist. ad Heins. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Gebh. Boecl. Long. Stav. 2. 3. Heus. vulgo *interiisset*. —14 *Græcos generis* Ms. Leid. 2.—15 *Id et fac.* Ms. Ernst. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Steph. Gebh. Boecl. Bos. 1. 2. Stav. 1. Heinr. Wetz. *idque fac.* Paufl. *et facile* omisso τῷ *id* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Mendos. Gif. *id facile* Ed. Lamb. Stav. 2. 3. Harl. Tzschuck. 1. 2. eosque sum secutus. Heus. inclusit τὸ *et* uncinis, quia *et* pro *etiam* raro apud Corn. observetur, idque, ubi occurrit, sit suspectum.—16 Ita ed. Jens. Med. Arg. Bos. 1. 2. Stav. 1. 2. 3. et rel. recentt. sed *reciso* Ms. Leid. 2. Ed. Paris. Ald. Vulgata lectio est vera. Sed permutantur etiam alibi: v. c. Flor. I. 10. 4. ubi vid. interprr. et Stav. ad nostrum locum.—17 *Hestiæus* Ms. Dan. Voss. 1. *Istiæus* Ed.

NOTÆ

rum, cum linguæ conformitatem; quandoquidem si status Popularis in singularem mutatus sit, summa imperii non peregrinis, sed inde natis melius creditur: nam 'suis quisque placidius paret, etiam cum is præest, qui magis timeri potest.' Curt. VI. 14.

[q] *Quas secum transportaverat*] Sc. ultra Istri pontem.

[r] *Liberos a Persarum futuros dominatione et periculo*] Tanta enim erat Persarum crudelitas in devictas gentes, ut ipsas etiam variis suppliciorum generibus cruciarent, nec quietem ullam ipsis concederent. Vide Herodot. de Zopyri historia.

[s] *Histiæus Milesius*] Miletus urbs in finibus Ioniæ et Cariæ, ob pretiosa vellera et lanificia olim nobilis; unde Milesius.

dicens, non idem ipsis, qui summas imperii tenerent, expedire et multitudini: quod Darii regno ipsorum niteretur dominatio; quo extincto, ipsos potestate expulsos civibus suis poenas daturos. Itaque adeo se abhorrere a ceterorum consilio, ut nihil putet ipsis utilius, quam confirmari regnum Persarum. Hujus cum sententiam plurimi essent secuti,[18] Miltiades, non dubitans, tam multis consciis,[19] ad regis aures consilia sua perventura; Chersonesum reliquit, ac[20] rursus Athenas demigravit. Cujus ratio etsi non valuit;[d] tamen magnopere est laudanda:[21] [t] cum amicior omnium libertati, quam suæ fuerit dominationi.

4. Darius autem, cum ex Europa in Asiam redisset, hortantibus amicis, ut Græciam redigeret in suam potestatem,[1] classem quingentarum navium comparavit, eique Datim[2] præfecit et Artaphernem;[u] hisque ducenta peditum, decem millia equitum[3] dedit: causam interserens, se hostem esse Atheniensibus, quod eorum auxilio Iones Sardeis[4]

[d] *Cujus consilium quanquam frustra fuit.*

Lamb.—18 *Consecuti* Ms. Leid. 2.—19 *Consiliis* Ms. Leid. 2. Voss. 1.—20 *Hac rursus* Ms. Voss. 2. Mox *ejus ratio* conjecit Oudend.—21 *Laudandus* Ms. Ernst. Ed. Steph. Mag. [v. not.: neque Heusingero aliquid mutandum videtur.] Conf. Cic. Phil. II. 10. 15.

1 *In suam red. p.* Ed. Steph. Gebh. Keuch. Mag. Dein *classes* cod. Thott.—2 *Datin* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Mag. Mox *præficit* Ms. Dan. et *Artaiternem* Ms. Leid. 2.—3 *Ped. dec. mill. equ.* Ms. Dan. Boecl. Leid. 2. Voss. 2. (in quibus tamen omnibus scribitur *milia*) Bav. 1. 2. Ax. Ed. Bos. 2. Heus. Stav. 3. Wetz. Heinr. Brem. Tzschuck. conf. Gronov. ad Liv. XXXVI. 14. *Ped. et decem millia eq.* ed. Ith. Pat. Sed *peditum millia et decem equit.* Ed. Jens. Med. Paris. Ald. (in quibus vero ubique scribitur *milia*) Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Stav. 1. 2. Harl. quod clarius legi putat Wetz. in not. esse enim 200,000 ped. 10,000 eq. *Ped. millia, decem equ.* Ed. Arg. Mag.—4 *Sardis* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.

NOTÆ

[t] *Cujus ratio etsi non valuit; tamen magnopere est laudanda*] Id a Nepote dicitur potius ex odio Romanis congenito in Reges, quam ex rei veritate; multo enim laudabiliorem nemo non dixerit Miltiadem, si Persarum Regi fidem non dedisset.

[u] *Datim præfecit, et Artaphernem*] Hi ambo Persæ, et Darii Satrapæ; Artaphernes quidem Darii frater: uterque post Marathoniam cladem, in Græcia infeliciter periit, a Spartanis in puteum conjectus, et superstructa pyra vivus suffocatus. Ælianus.

expugnassent,[v] suaque præsidia interfecissent. Illi[5] præfecti regii,[6] classe ad Eubœam[7] appulsa,[w] celeriter Eretriam ceperunt,[x] omnesque[8] ejus gentis cives abreptos in Asiam ad regem miserunt.[y] Inde ad Atticam accesserunt, ac suas copias in campum Marathona[z] deduxerunt. Is abest[9] ab oppido[a] circiter millia passuum[10] decem. Hoc tumultu[11] Athenienses tam propinquo tamque magno permoti, auxilium nusquam nisi a Lacedæmoniis,[b] petiverunt: Philippidemque[12] cursorem ejus generis, qui hemerodromæ[13c] vo-

Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. *Sardes* Brem. Tzsch. 2.—5 Sic Ms. Dan. Sed *præfecti* Ed. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch.—6 *Regis* Ms. Leid. 2. Voss. 2. Dan. Ox. Ed. Lut.—7 *Classe Eubœam* Ms. Voss. 2. Ax. Oxon.—8 *Omneisque* Ed. Lamb. Et sic ubique hos casus exhibet scriptos. Atque *Erythream* Ed. Jens. Med. Arg. Par.—9 *Is est ab op.* Ms. Leid. 2. Boecl. Voss. 1. 2. 3. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Mag. Par.—10 *Passus* Ms. Boecl. Dan. Leid. 2. Boecl. Voss. 1. 3. Ed. Jens. Med. Par.—11 *Tumulto* Ms. Voss. 3.—12 Sic Ms. Long. quod ipse Longol. probabat. Ed. Mag. Steph. Stav. 1. 2. 3. Heus. Tzschuck. et rel. Harl. atque Stav. in not. ad min. ed. ita legere jubet, provocatque ad Salmas. Exerc. Plin. p. 23. et Palmer. in Pausaniæ Attica p. 366. et laudat de eo Plutarch. de Herodoti malign. tom. II. p. 862. *Philippumque* Ms. Leid. 2. Ox. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. et Φίλιππος ap. Athen. *Phydippumque* Ms. Dan. Bav. Gif.—13 Ita Ms. Dan.

NOTÆ

[v] *Iones Sardeis expugnassent*] Sardeis, plur. numeri. Urbs Lydiæ ad latus Tmoli montis, olim Crœsi regia.

[w] *Classe ad Eubœam appulsa*] Eubœa insula est Ægæi maris, a Bœotia continente Euripo freto sejuncta; hodie Negrepontem vocant.

[x] *Celeriter Eretriam ceperunt*] Eubœæ urbem, quam trium dierum spatio eos expugnasse scribit Plato in Menexeno.

[y] *In Asiam ad regem miserunt*] Ex Darii mandato, qui scilicet Dati Satrapæ mortem minatus fuerat, nisi ad eum Eretrienses Atheniensesque captivos duci curaret. Plato in Menexeno. Unde colligi potest, antiquitus Regibus usitatum fuisse, ut subactas a se regiones vacuas incolis facerent, populosque in captivitatem traherent.

[z] *In campum Marathona*] Campo Marathone Marathoniaque pugna nihil in tota antiquitate clarius. Marathon autem, unde campus ille nomen habet, oppidum est Atticæ, quod Athenis distat circiter decem millia passuum, prope Asopum amnem, victoria Thesei, superato Marathonio Tauro, insigne; et Miltiadis gloria, qui ibi centum millia Persarum profligavit.

[a] *Is abest ab oppido*] Athenis.

[b] *Auxilium nusquam nisi a Lacedæmoniis*] Tunc Atheniensium fœderatis, qui tamen non nisi post Marathoniam pugnam venerunt, nescio qua religione detenti, quam ex Lycurgi legibus, propter crescentem aut evanescentem Lunam, habebant; quod Strabo refert ex Herodoto lib. IX. Unde et Justinus scribit: 'Quos ubi viderunt quatridui teneri religione, non expectato auxilio,' &c. lib. II. 9.

[c] *Qui Hemerodromæ vocantur*] Hi

cantur, Lacedæmonem miserunt,[d] ut nuntiaret, quam[14] celeri opus esset auxilio. Domi autem creant[15] decem prætores, qui exercitui præessent, in eis Miltiadem: inter quos magna fuit contentio, utrum mœnibus se[16] defenderent,[e] an obviam irent hostibus, acieque decernerent.[17] Unus Miltiades maxime nitebatur,[f] ut primo quoque tempore castra fierent: id si factum esset, et civibus animum accessurum, cum viderent de eorum virtute non desperari;[18] et hostes eadem re fore tardiores, si animadverterent, audere[19] adversus se tam exiguis copiis dimicare.[20]

[e] *An se intra Urbem tuerentur.* [f] *Solus Miltiades vehementer suadebat.*

Gif. Bav. Ed. Bos. 2. Stav. 2. 3. Tzsch. 1. 2. Atque de terminatione in *æ* lat. vocc. quæ ap. Græcos desinunt in *οι*, v. Oudend. ad Lucan. II. v. 593. et eundem ac Grot. ad Lucan. III. v. 180. Sed *Hemerodromæ* Ms. Leid. 2. Voss. 1. *Hemerodromei* Ms. Sluisq. *Hemerodromi* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Stav. 1. Heus. Wetz. Heinr. Ith. ἡμεροδρόμοι Brem. *Hemordrume* Ms. Voss. 3. In Ms. Ax. deerat, relicto tamen spatio: quoniam forsan illius cod. scriba in suo cod. nomen repererat Græcis literis, quas non intellexerit, scriptum. Dein *vocatur* Ms. Voss. 3.—14 *Quam* aberat Ms. Voss. 3.—15 *Creant....Miltiadem* Ms. Boecl. Dan. Mendos. Leid. 1. (in quo etiam est *domi erant autem*) Ox. Voss. 2. 3. (in marg. Voss. 2. notatum erat *al. creati* et pro *Miltiades, Miltiadem,*) Axen. Ed. Ultraj. Heus. Stav. 2. 3. Tzschuck. 1. 2. Ith. Heinr. Harl. qui in not. conjecit *crearunt*, Brem. *creati....Miltiades* Edd. antiq. Bos. 1. Wetz. ac Paufl. qui id defendunt, quoniam præcedant præterita *petierunt, miserunt*, et sequatur imperfectum *præessent*. Non quidem male, ait Tzschuck. ad ed. 2. sed annotat quoque, esse exempla similis mutationis etiam alibi obvia, et hic Cornel. ad diversam rem progredi, quæ interjecto tempore acta est, eamque temporis positi diversitate quasi signare. Quare rescripsi, *creant.... Miltiadem*. Tum 10. *prætores* Mss. Ox. Voss. 2. 3. Sed Ms. Ax. aberat. Ceterum in Ms. Long. pro *prætores* erat *imperatores*: glossema sapit. Tum *Mylcyades* Ms. Voss. 1. et 2. in marg.—16 *Se* abest Ms. Leid. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—17 Ita præter alios et edd. recentt. Ms. Put. Gif. Sav. Leid. Ax. Sed *an æque contenderent* Ed. Jens. Med. Arg. Par. *acieque contenderent* Ed. Ald. Lamb. Gebh. Keuch. *acieque decertarent* Ms. Mendos. Dan. Ven. Voss. 1. 3. sed in 1. notatum erat supra, *decernerent*, Ms. Sluisq. *aciemque cernerent*, Ms. et ed. Mag. *et æquis contenderent* Ed. Long. *an æquis contend.*—18 *Desperare* Ms. Leid. 2. Ed. Keuch. Mox *eadem de re* Ms. Ax. v. Scheffer. ad Phædri fabb. IV. 9. 3. et interpretes ad A. Gell. IV. 1. p. 321. ed. Conradi.—19 *Auderi* Ms. Ernst. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Bos. Stav. 1.

NOTÆ

cursores erant, qui totum diem cursitantes non defatigabantur; sic dicti ἀπὸ τῆς ἡμέρας καὶ δρομοῦ. De triplici hemerodromorum genere, vide Lipsium Cent. III.

[d] *Lacedæmonem miserunt*] Hoc iter mille centum quadraginta stadiis definiunt, quod decurrit biduo ille Philippides Athenis missus, ut refert Herodotus lib. VI. δευτεραῖος ἐκ τοῦ Ἀθηναίων ἄστεος ἦν ἐν Σπάρτῃ.

5. Hoc in tempore[1] nulla civitas Atheniensibus auxilio fuit præter Platæensium:[2 e] ea mille misit militum. Itaque horum adventu decem millia[3] armatorum completa sunt: quæ manus mirabili flagrabat pugnandi cupiditate.[f] Quo factum est, ut plus, quam collegæ, Miltiades valuerit;[4 g] ejus enim[5] auctoritate impulsi Athenienses, copias ex urbe eduxerunt, locoque idoneo castra fecerunt. Deinde postero[6] die sub montis radicibus, acie e regione instructa, nova arte,[7]

et 3. Wetz. Brem. Tzschuck. 1. 2. Schmieder, qui acriter defendant hanç lectionem, et damnant alteram *audere*, scil. Athenienses: *audere* Ms. Ax. Boecl. Ed. Jens. Med. Long. Stav. in ed. 2. s. min. Hausing. Harl. atque vindicant h. lect. Scheffer. in ep. 7. ad Nic. Heins. in Burm. syll. epp. tom. v. p. 9. et 11. Paufl. in not. et Kapp. in Harl. Opusc. p. 459. cum Heus. *audiri* Ed. Ald.—20 Ita Ms. Voss. 2. Ax. et edd. recentt. Sed *dimicari* Ms. Voss. 1. 3. Ed. Jens. Med. Par. *copiis dimicarent auderi* Ms. Dan. In Ms. Ox. *τὸ dimicare* deest.

1 Ita fere omnes, præter edd. Steph. et Mag. quæ in omittunt. Mox *Atheniensis* Ms. Leid. 2.—2 Sic Ed. Mag. Steph. Gebh. Tzschuck. 1. 2. Stav. 2. maj. Harl. suasit quoque Oudend. ad Cæs. B. G. 1. 5. p. 11. et ego recepi: *Platæenses* Ed. Bip. Heus. Stav. 1. maj. et min. in textu, ac rel. *Platentes* Ms. Leid. 2. *Platenses* Ms. Voss. 1. 2. *Plateenses* Ed. Par. Paulo post *Itaque hominum adventu* Ms. Ox. et Stav. ad ed. min. legere jubet *horum hominum adventu*.—3 *Milia* Ms. Voss. et edd. nostri veteres ubique. Sed a Ms. Voss. 3. aberant vocc. *præter Plat....completa sunt*.—4 *Valeret* Ms. Dan. et id quidem latinitatem postulare, censet Schmieder in Lexic. über den Corn. p. 3. —5 *Ejus ergo* Ms. Dan. Gif. *ejus auctor*. Ms. Leid. 2. Ax. Ed. Heus. *ejus* [*enim*] *auctoritate*: atque *enim* omisit Stav. in ed. 3.—6 *Dein postero* Ms. Dan. *Deinde postera* Ms. Voss. 2. In Ms. Ax. erat *Dein postera submotis rad.*—7 *Nova partis summa præl.* Ms. Gif. (v. Schoppii Verisim. II. 10. p. 108. sq.) Ed. Ultraject. *in parte montis summa* Ms. Sav. Mendos. Voss. 3. idque probat Schottus, jure vero repudiat Gebhard. *nova partis summa* Ms. Dan. *et non apertissima* Ms. Leid. 2. *nova arte* abest cod. Thott. in quo etiam paulo ante legitur *ex urbe abduxerunt*. Mire transposuit Lambin. locum in notis ad alteram edit. Francof. 1608. fol. (nam in 1. ed. Lutet. 1569. 4. illam conjecturam nondum enixus erat:) et Paufl. in notis accessit, nisi ut *stratæ* scriberet, hoc pacto: *Deinde postero die sub montis radicibus acie e regione instructa, hoc consilio, ut et mont. teg. altitud. et arborum tractu, (namque arbores multis locis erant raræ,) equit. host. imped. ne mult. clauderentur: nova arte, vi summa præl. commiserunt*. *Prælium* autem habent edd. Jens. Med. Ald. ubique, Tzsch. Wetz.

NOTÆ

e *Præter Platæensium*] Supple, civitatem. Platææ urbs est Bœotiæ, sub Cithærone monte, non procul a Thebis, sic dicta a remorum latitudine. Strabo lib. IX.

f *Mirabili flagrabat pugnandi cupiditate*] Ita Justin. lib. II. 9.

g *Ut plus, quam collegæ, Miltiades valuerit*] Quia reliquis Atheniensium ducibus ad pugnandum ægre consentientibus, Miltiades prævaluit. Sic Justin. loco citato, his verbis, 'Miltiades et dux belli erat, et auctor non expectandi auxilii, quem tanta fiducia ceperat, ut plus præsidii in celeritate, quam in sociis duceret,'

vi summa prælium commiserunt, (namque[8] arbores multis locis erant stratæ,[9]) hoc consilio, ut et[10] montium tegerentur altitudine, et arborum tractu equitatus hostium impediretur,[g] ne multitudine clauderentur. Datis,[11] etsi non æquum locum videbat suis,[h] tamen fretus numero copiarum suarum, confligere cupiebat: eoque magis, quod,[12] priusquam Lacedæmonii subsidio venirent,[h] dimicare utile arbitrabatur. Itaque in aciem[13] peditum centum, equitum decem millia produxit, præliumque[14] commisit. In quo tanto plus virtute valuerunt Athenienses, ut decemplicem[15] numerum hostium profligarent:[16 i] adeoque perterruerunt,[17] ut Persæ non castra, sed naves, peterent.[18 i] Qua

[g] *Et* longa *arborum serie adversariorum Equites implicarentur.*
[h] *Quanquam angustius spatium suis cernebat.*
[i] *Ut decies majorem adversariorum multitudinem debellarent.*

Heinr. *prælium* aliæ plures.—8 *Nanque* Ed. Jens. Med. Ald. ubique. Tum *arbore* Ms. Leid. 2. et *militis* loco *multis* Mss. Oxon. Voss. 1. 2.—9 *Stratæ*, *raræ* Mss. Ox. Voss. 1. 2. Ceterum in ed. Heus. Stav. 2. 3. Harl. Bipont. Wetz. Schmied. inclusa sunt uncinis verba *namque....raræ*. Uti jam suaserat Jo. Scheffer. in epist. v. ad Heinsium, et hic in ep. vi. ad illum comprobarat, in Syll. epistol. Burm. tom. v. p. 5. et 8. item Puteanus in not. Lambin. ed. 2. Atque *raræ* et plurimi codd. ac Thott. Heus. ac plurimæ edd. etiam Staver. in textu, qui tamen in notis probat lectionem cod. Leid. *stratæ*, quam antea Buchner, Gebhard, Kirchmaier, et Cleric. in Bibl. anc. et mod. tom. v. p. 1. maluerunt, et rescripserunt Harl. in ed. 2. Tzschuck. 1. 2. Brem. (qui vero, uti etiam Tzschuck. et Paufl. fecerunt, omisit uncin. et interpunxit *commiserunt. Namque arbores....stratæ, hoc cons.)* probavitque Schlegel. *stratæ* l. c. p. 2. Atque ego et *stratæ* recepi, quia cædere solebant Græci arbores, cæsasque hosti nonnunquam objicere, (v. Stav. et Harl.) et vocc. uncinis inclusi. Ithe interpunctione *commiserunt, namque arbor....raræ hoc consilio, ut, &c.* locum magis obscuravit. At censor edit. 1. Staver. in nov. act. erudit. m. Jul. ann. 1737. p. 304. jam improbavit illam vocc. conjunctionem, et conjicit *rutæ*, i. e. erutæ, loco *raræ*, vel *erant* positum putat pro *factæ erant*. Tum *arborum tractus* est longa arborum series, Verhack.—10 *Et ut* Ed. Med. Arg. dein, *altit. tegerentur* Ms. Dan. Sed in Ms. Voss. 3. erat *regerentur*. Ed. Long. *et ut montium obtegerentur altitudine*.—11 *Dathis* Ms. Dan. Leid. 2. et *locum æquum* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Mag. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Sed *æquum locum* Ms. Dan. Boecl. Ax. cum reliquis edd. Dein *frætus* Ed. Par.—12 *Magis prius* Ms. Leid. 2. tum *veniret* Ms. Voss. 3. et *arbitrabantur* Ms. Leid. 2.—13 *In acie* Ms. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Mag. Paris. Ald. Long. Sed *in aciem* etiam Ms. Voss.—14 *Præliumque* Ms. Ox. aberat.—15 *Decuplicem* Ed. Ald. Lamb. Pat. male.—16 *Profligarint* Ms. Dan. Leid. Ed. Jens. Heus. Ith. Wetz. *profligaverint* Ms. Voss. 2. Boecl. Reliquæ edd. *profligarent*. v. Tzsch.—17 *Adeoque perter-*

NOTÆ

[h] *Quod, priusquam Lacedæmonii subsidio venirent*] Quia, ut jam dictum est, plenilunium expectabant.

[i] *Ut Persæ non castra, sed naves pe-*

pugna nihil adhuc est nobilius.[19] Nulla enim unquam tam exigua manus tantas opes[20] prostravit.[h]

6. Cujus victoriæ non alienum videtur, quale præmium Miltiadi[1] sit tributum, docere: quo facilius intelligi possit, eandem omnium civitatum esse naturam. Ut enim populi[2] nostri[j] honores quondam fuerunt rari et tenues,[3] ob eamque causam gloriosi; nunc autem effusi, atque obsoleti:[4][i] sic olim apud Athenienses fuisse, reperimus. Namque huic Miltiadi, qui Athenas,[5] totamque Græciam liberarat,[6] talis honos tributus est in porticu, quæ Pœcile[7] vocatur,[k] cum pugna depingeretur Marathonia: ut[8] in decem prætorum numero prima ejus imago poneretur, isque hortaretur milites, præliumque[9] committeret. Idem ille populus, posteaquam majus imperium est nactus, et largitione magistratuum corruptus est, trecentas statuas Demetrio Phalereo[10] decrevit.

[h] *Tam ingentes copias protrivit.* [i] *Jam vero immoderati, et nimis usitati.*

ruerint Ms. Dan. Leid. 2. Ax. male; neque enim dependet a conjunctione *ut*: *adeo perterruerunt* Ed. Ald. *adeoque perteruerunt* Ed. Jens. Med. *adeoque eos perterruerunt* Ed. Long.—18 *Petierint* Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 3. Ax. Ed. Heus. Ith. Wetz. *petierunt* Ms. Voss. 2. Boecl. Tum *quoniam nob.* Ms. Mendos.—19 *His nobilius* Ms. Voss. 2. *Volubilius* Ms. Mendos. Voss. 3.—20 *Copias* Ms. Ernst.

1 *Miltiade* Ms. Voss. 3.—2 Sic Ms. Dan. Boecl. Gif. Leid. 1. Voss. 2. Ed. Bos. 2. Heus. Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Harl. et reliquæ recentt. quod et probat Delphin. Editor: sed *enim* omitt. Ed. Lamb. Steph. Mag. Long. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Stav. 1. 2. Pat.—3 *Tenus* Ms. Voss. 1.—4 *Obsoleti* Ms. Gif. Put. Dan. Sav. ed. Lamb. et recentt. Sed *absoleti* Ms. Voss. 1. *aboleti* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Valquenarius ad Eurip. Phœn. p. 53. conjecit *atque eo obsoleti*.—5 *Quia Athenas* Ms. Boecl. Ax. *quid Athenas* Ms. Dan. *ea Athenas* Ms. Leid. 2. dein *Græcia* Ms. Leid. 2.—6 Sic Ms. Voss. 2. Dan. Boecl. Ax. Ed. Bos. 2. Heus. Harl. Tzschuck. 2. Ith. Brem. Wetz. &c. Sed *liberavit* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Stav. 1. 2. 3.—7 Ποικίλη Ms. Dan.—8 *Ut, cum.... Marath., in dec.* Stav. ed. min.—9 *Prædiumque* Ms. Voss. 3.—10 *Phalerio* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ax. conf. Ruhnquen. ad Rutil. Lup. p. 128. Mox *decernit* Ms. Voss. 2.

NOTÆ

terrent] Ita Justinus lib. II. 9. 'Victi Persæ in naves confugerunt, ex quibus multæ suppressæ, multæ captæ sunt.' Et paulo post, 'Cynegiri quoque Atheniensis stupendum illud facinus apparuit, qui amputata utraque manu, dentibus postea navem detinuit.' Just. ibidem.

[k] *Quæ Pœcile vocatur*] Pœcile porticus erat Athenis, variis picturarum

7. Post hoc prælium classem septuaginta navium Athenienses eidem Miltiadi dederunt, ut insulas, quæ barbaros adjuverant,[l] bello persequeretur.[1] Quo imperio plerasque ad officium redire coëgit, nonnullas vi expugnavit. Ex his Parum insulam, opibus elatam,[m] cum oratione reconciliare non posset; copias e navibus[2] eduxit, urbem operibus[3] clausit[m] omnique commeatu privavit: deinde vineis ac testudinibus[n] constitutis, propius[4] muros accessit. Cum jam in eo esset, ut oppido potiretur,[n] procul in continenti lucus, qui ex insula conspiciebatur, nescio quo casu, nocturno tempore incensus est: cujus flamma ut ab[5] oppidanis et oppugnatoribus est visa, utrisque venit in opinionem, signum a classiariis regiis[6] datum. Quo factum est, ut et Parii[7] a deditione deterrerentur, et Miltiades, timens ne classis regia adventaret, incensis operibus, quæ statuerat, cum totidem navibus, atque erat profectus, Athenas magna cum offensione civium suorum rediret. Accusatus ergo[8] proditionis, quod, cum Parum expugnare posset, a rege corruptus infectis rebus[9] [10]discessisset.[o] Eo tempore æger

[m] *Oppidum vallari corona cinxit.*
[n] *Cum brevi* futurum *esset, ut urbem caperet.*
[o] *Ante captam Urbem obsidionem solvisset.*

1 *Prosequerétur* Ms. Voss. 2. Dein *plures ad* Ms. Mendos. Voss. 3.—2 Ms. Voss. 2. Boecl. Ax. aberant: atque *e navibus* glossema esse putat Scheffer. in epist. VII. ad Heins. in Sylloge epist. Burmann. tom. v. p. 9.—3 *Opibus* e Jens. laudatur in ed. Pat. sed haud dubie erat *opibus*. Mox *omniaque comm.* ed. Par. et *dein* Ed. Jens. Med. Arg.—4 *Proprius* Ms. Leid. 2.—5 *Flamma ab opp.* Ms. Leid. 2. Mox *utrinsque* Ed. Par. Ald.—6 *Signum adversariis datum* Ms. Ox. *signum a class. regis datum* Ms. Dan. Voss. 2.—7 *Ut Parii* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Par. Ald. Lamb. *et ut Parii* Ms. Voss. 3. *et Parum* Ms. Leid. 2. Dein *detererentur* Ed. Jens. Med.—8 *Accusatus est ergo* Ms. Dan.—9 *Omnibus* Ms. Leid. 2.—10 *Rebus a pugna* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Bos. 1. Stav. 1. absunt unci Wetz. Ith. Bipont. Schmied. sed vocc. *a pugna* non leguntur in Ms. Dan. Mendos. Leid. 2. Boecl. Voss. 2.

NOTÆ

generibus adornata, quarum Auctor Polygnotus Thasius. Diogenes Laërtius in Zenone. In hac porticu pugna Marathonia depicta est.

[l] *Ut insulas, quæ barbaros adjuverant*] Nimirum, Cycladas.

[m] *Parum insulam, opibus elatam*] Una est ex Cycladibus, marmoris candidi fodinis notissima.

[n] *Deinde vineis ac testudinibus*] Testudo, machina bellica tabulatis contexta ad urbium expugnationem.

etiam vulneribus, quæ in oppugnando oppido acceperat.[11] Itaque, quoniam ipse[12] pro se dicere non posset, verba pro eo[13] fecit frater ejus Tisagoras.[14] Causa cognita, capitis absolutus,[15] pecunia mulctatus est: eaque lis quinquaginta talentis æstimata est,[p] quantus in classem[16] sumtus factus erat. Hanc pecuniam quod solvere in præsentia[17] non poterat, in vincula[18] publica conjectus est, ibique diem obiit supremum.

8. Hic etsi crimine Pario[1] est accusatus,[q] tamen alia fuit causa damnationis. Namque[2] Athenienses, propter Pisistrati[3] tyrannidem,[o] quæ paucis annis ante fuerat, omnium

[p] *Hæcque mulcta aureorum trigiata millibus numerata est.*
[q] *Licet ille* solutæ obsidionis *in Paro* insula *reus esset.*

[et, quia durius *pugna* ponitur pro *oppugnatione*, de qua sermo est, omisi *a pugna* cum Stav. in ed. min. et 2. maj. Harl. Brem. Tzschuck. 1. 2. Paufl. add. Oudendorp. ad Jul. Cæs. VI. B. G. cap. 12. et Stav. in nov. misc. Obss. tom. V. p. 524. sq. Sed ea vocc. uncinis inclusit Bos. 2. Heus. vero et ea retinenda putavit et uncin. omisit.] In Ms. Ax. [et Thott.] erat *a rege discessit.*—11 *Acceperat* etiam Ms. Dan. Gif. Put. Sav. Ed. Lamb. [et recentiores.] Sed *ceperat* Ms. Leid. 2. Voss. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. *cæperat* Ed. Long.—12 *Ipse* Ms. Boecl. Voss. 2. Axen. aberat: [et Heus. id a grammaticis forsan adjectum putat: sed Tzschuck. id voc., judicat, desiderare orationis concinnitatem propter oppositum *Tisagoras.* Idem Tzschuck., cujus not. ad min. edit. conferes, pro *quoniam*, quia extra obliquam orationem rarius cum conjunctivo ponatur, conjicit *cum jam*, et antea Kappius conjecit, scriptum fuisse *quom*, id est, *quum.* Heus. tamen et Bremi tuentur *quoniam*, compositum ex *quum, cum* et *jam.*]—13 *Pro eo* Ms. Leid. 1. Ax. Boecl. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. aberant. Heusing. ideo inclusit uncinis.—14 *Isagoras* Ms. Boecl. Ax. *Dixagoras* Ms. Long. *Sagoras* Ms. Dan. Mendos. Voss. 1. 2. 3. *Isagonas* Ms. Leid. 2. *Dagoras* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. *Stesagoras* Ed. Mag. Lamb. Steph. quod probat Longol. *Diagoras* Ed. Ultraj. Long.—15 *Absoluta* Ms. Voss. 3. Dein multi *multatus;* at [alii scribere malint id voc. *mulcatus;* v. Gruner. ad Vell. Paterc. II. c. 70. p. 300.]—16 *In classes* Ms. Dan. Leid. 2. [idque non omnino improbat Stav. ad min. ed. *classes* enim pro navibus ponuntur: sed ad utramque maj. ed. probare videtur *classem.*]—17 *In præsentia* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Lamb. Bos. 1. Stav. 1. 2. 3. [Tzschuck. 1.] absunt: [et Stav. in not. ad 3. ed. contra Heus. acriter dimicans ea extrudenda censet:] sed legebantur in Ms. Mendos. Gif. Dan. Boecl. Leid. 2. Put. Sav. Ox. Voss. 1. 2. 3. Ed. Bos. 2. Heus. [Tzschuck. 2. Harl. et recentt. nam sensus adjuvatur.] Mox *potuerat* Ed. Mag.—18 *Vincla* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Dein *est* aberat Ms. Leid. 2.

1 *Pariio* Ms. Leid. 2.—2 *Nanque* Ed. Ald. Lamb. *naque* Ed. Paris. *namque* Ed. Med. Arg. Steph. Gebh. [Harl. Tzschuck. et ego recepi, quia sequitur

NOTÆ

[o] *Propter Pisistrati tyrannidem*] Hic ex cive privato Athenis supremam potestatem invaserat. Hippocratis filius fuit, primusque Athenis Biblio-

suorum[4] civium potentiam extimescebant.[p] Miltiades, multum in[5] imperiis magistratibusque[6] versatus, non videbatur posse esse privatus,[r] [q] præsertim cum consuetudine ad imperii cupiditatem trahi videretur. Nam Chersonesi[7] omnes illos, quos habitarat, annos perpetuam obtinuerat dominationem, tyrannusque fuerat appellatus,[s] sed justus: non erat enim vi consecutus, sed suorum voluntate; eamque potestatem bonitate retinuerat.[8] Omnes autem et habentur et dicuntur tyranni,[9] qui potestate sunt perpetua in ea civitate, quæ[10] libertate usa est. Sed in Miltiade erat[11] cum summa humanitas, tum mira communitas;[12] ut nemo tam

[r] Vitam privatam *servare non posse privatus.* [s] *Rexque fuerat dictus.*

vocalis. Vulgo *nam.*]—3 *Pisystrati* Ed. Arg.—4 *Civium suorum* Ms. Dan.—5 *In* aberat Ms. Leid. 2. Ox. Voss. 2. Boecl.—6 *Magnisque* Ms. Gif. Dan. Boecl. Leid. 2. Ox. Voss. 2. Struchtmeier p. 51. animadverss. critic. conjicit *magnisque magistratibus:* inepte. Nam nunquam dicitur *magnus magistratus:* et opponitur *privatis.* [Oudendorp. ad Stav. ed. 3. suspicatur excidisse forte *judiciis.* At nihil mutandum esse jam viderunt Heusing. et alii recentt. interpretes. *Magnis* in codice, ex quo alii fluxerint, per compendium scribendi, aut quoniam mediæ syllabæ fuerint obliteratæ deletæve, pro *magistratibus* ortum videtur.]—7 *Chersonesso* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. *Chersoneso* Ed. Jens. Med. Arg. Paris.—8 *Retinebat* Ms. Leid. 2. Boecl. Voss. 1. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long.—9 *Et dicuntur tyranni et habentur* Ms. Dan. [quam lectionem suaviorem equidem præferrem.] *et dic. et hab. tyr.* Ms. Ax.—10 *Quæ* Ms. Voss. 3. aberat.—11 *Erat* aberat Ms. Voss. 2. Ax. Dein *tum summa* Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 2. Edit. Paris. Ald.—12 *Comitas* Ms. Put. Sav. Ed. Jens. Ald. Long. Lamb. [Bos. in contextu, Stav. Heus. Ith. (qui id voc. in not. late explicat, defendit et vertit Dienstgefälligkeit,) Bipont. Tzschuck. 1. Harl. (cujus not. conf.) et al.] Sed *communitas* Ms. Mendos. Dan. Voss. 1. 3. sed in marg. Voss. 1. 3. eadem manu scriptum erat 'al. *comitas.*' Ms. Gif. *comiutas.* [quæ lectio, licet prava, juvat nostram. Atque] *communitas* probat Cleric. art. crit. vol. 2. p. 128. [s. part. III. sect. 1. cap. 7. §. 7. p. 86. ed. Lips. nec non Scheffer. in Epist. VII. ad Nic. Heins. in Sylloge epistol. Burm. tom. V. p. 9. ac receperunt in textum Heinr. atque Tzschuck. in ed. 2. probavitque Wetz. in not. vid. etiam Gruner. (qui in nostro loco *communitas* scribere jubet) et Tzschuck. ad Eutrop. VIII. cap. 5. p. 548. inprimis de solenni utriusque voc. commutatione. Quare, cum etiam voc. *communitas* a librariis facilius in *comitas,* quam hoc voc. in illud mutatum fuerit, et difficilior lectio præferri soleat faciliori, rescripsi *communitas.*]

NOTÆ

thecam publicavit. Vide plura apud Just. et Herodotum lib. I.

[p] *Omnium suorum civium potentiam extimescebant*] Plus æqua civium potestas in liberis civitatibus odiosa est, et suspecta.

[q] *Non videbatur posse esse privatus*] Quia tanta est imperii dulcedo, tamque penetrans ambitio, ut vix dedisci possit.

humilis esset,[r] cui non ad eum aditus pateret: magna auctoritas apud omnes civitates, nobile nomen, laus rei militaris maxima. Hæc populus respiciens, maluit eum innoxium plecti, quam se diutius esse in timore.

NOTÆ

[r] *Ut nemo tam humilis esset*] Qui se nimis, in magna dignitate, affabiles atque aditu faciles præbent, altiora spirare videntur, et Populo in Democratia, et Principi in Monarchia suspecti sunt.

II.

THEMISTOCLES.[1]

ARGUMENTUM.

Cap. 1. Adolescens liberius vivit. Exhæredatus reipublicæ se dedit. 2. Clarus Corcyræo et Persico bello. Interpretatur oraculum de muris ligneis, in bello Persico II. ad servandos cives eorum. 3. Secundum prælium ad Artemisium. 4. Dolo Xerxem vincit juxta Salamina. 5. Callido nuntio Græciam liberat. 6. Piræi portum et muros Athenarum exstruit. Lacedæmonii repugnant. 7. Lacedæmonios arte deludit, eosque reprehendit. 8. Ostracismo in exilium ejectus, varia fuga agitatur. 9. Ad Artaxerxem literas dat salutis causa. 10. Multis muneribus ab eo ornatur. Magnesiæ moritur.

Themistocles, Neocli[2] [a] filius, Atheniensis. Hujus vitia[b] ineuntis adolescentiæ magnis sunt emendata[3] virtutibus: adeo ut anteferatur huic nemo, pauci pares putentur. Sed ab initio est ordiendum.[4] Pater ejus Neocles[5] generosus

1 *Themistoclis vita* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald.—2 Sic Ms. Gif. Dan. Put. Sav. Mendos. Voss. 1. 2. 3. [Ed. Stav. Heus. Ith. et al.] recte: v. Prisc. 6. p. 192. Quintil. I. 5. p. 53. Victor. in Cic. castigatt. p. 46. Lugd. A. Gell. IX. 5. 'Hierocli Stoici,' ubi v. Jac. Gron. Corn. VII. 2. 1. Ms. Dan. &c. *Pericli* et XVII. 1. 2. *Procli*. Sed *Neoclis* Ms. Ernst. Ed. Ald. Mag. Long. Steph. [Tzschuck. 1. 2. Wetz.] et *filius* ed. Long. ubique [Heinr. Wetz. Tzschuck. Bipont. Paufl.]—3 *Emundata* Ms. Voss. 1. sed supra notatum erat *emendata*.—4 *Ordiendus* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3.—5 *Neocius* Ms. Gif.

NOTÆ

[a] *Neocli*] Neocles Atheniensis, qui, ut refert Valer. Max. lib. VI. 9. 2. exter. abdicationis notam suæ famæ inussit.

[b] *Hujus vitia*] Vide Valer. Max. ibidem.

fuit. Is uxorem Acharnanam[6] civem duxit,[c] ex qua natus est Themistocles: qui cum minus esset probatus parentibus, quod et liberius[7] vivebat, et rem familiarem negligebat, a patre exhæredatus est. Quæ contumelia non fregit eum, sed erexit. Nam cum judicasset, sine summa industria non posse eam extingui, totum se dedidit[8] reipublicæ, diligentius amicis famæque serviens.[a] Multum in judiciis privatis versabatur,[9] sæpe in concionem populi prodibat, nulla res major sine eo[10] gerebatur, celeriterque, quæ opus[11] erant, reperiebat. Neque minus in rebus gerendis promtus, quam excogitandis, erat: quod 'et de instantibus,' ut ait

[a] *Accuratius familiares famamque excolens.*

Dan. Mendos. Voss. 3. Ed. Gebh. Keuch. Patav. male.—6 Sic Ms. Ernst. Bav. 1. 2. Ax. Ed. Arg. Bos. 2. Boecl. Heus. [Wetz. Ith. Heinr. Bip.] Sed *Acarnanam* Ms. Trin. Mendos. Sav. Gif. Put. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Paris. Gebh. Keuch. Long. *Arianam* Ms. Leid. 2. *Archanam* Ms. Ox. Voss. 2. *Acarnaniam* Ms. Voss. 3. *Halicarnassiam* Ed. Ald. Lamb. Bos. 1. Stav. 1. 2. 3. [qui in not. ad 2. ed. maj. suspicatur cum Buchnero *Carinam*, e Caria oriundam: conf. Plut. in vita Thucyd. c. 1. Tzschuck. 1. 2. qui, Quoniam, ait, *Acharna* tribus est Atticæ, frustra adjecisset *civem*, nec, putat, terminationem *Acharnanam* niti auctoritate. In lectione *Acarnanam*, ex Acarnania, Epiri provincia, voc. *civis* alienum et falsum est. V. etiam not. in Harl. ed. Quia autem plerique matrem ejus faciunt Thressam, Tzschuck. ad ed. 2. *Adraniam* conjecit. 'Αδράνη enim, urbs Thraciæ, Stephano.]—7 Ita Ms. Dan. Gif. Boecl. Leid. 2. Bav. 1. Ax. Ed. Ultraj. et probat Schopp. Veriss. I. cap. 20. [p. 70. Edd. Heus. et recentt.] Sed *liberius justo vir.* Ms. Voss. 1. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Mag. Paris. Ald. Long. Lamb. Steph. Ab Ms. Voss. 2. et τὸ *justo*, et τὸ *liberius* aberat. Dein *rem suam famil.* Ms. Voss. 3.—8 Sic Ms. Gif. Dan. Mendos. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Paris. Keuch. [Bos. 2. Harl.] Lond. [et legere jussit Stav. in nov. Obss. misc. T. VI. p. 528. Edd. Tzschuck. Wetz.] Sed *dedit* Ms. Voss. 1. 2. 3. Ax. Ed. Arg. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. [Bos. 1. Stav. 1. 2. 3. Heus. Ith. Heinr. Bip.]—9 *Versebatur* Ms. Voss. 1. sed a manu sec. *versabatur.*—10 *Sine illo* Ms. Dan. Ed. Steph. Gebh. Mag. Long. Dein *regebatur* Ed. Arg. Long. Ingolst.—11 *Celeriter quæ opus* Ms. Leid. 2. Voss. 2. Ed. Arg. *Erat* Ms. Voss. 3. Post *reperiebat* Ms. Dan. Leid. 1. Ed. Ultraj. Gebh. Keuch. addunt, *facile eadem oratione explicabat.* [Sed ad glossam jure ablegant ea vocc. Tzschuck. et antea Kapp.

NOTÆ

[c] *Is uxorem Acharnanam civem duxit*] Existimo vel legendum esse *Acarnanem;* quia nullibi me legisse memini *Acarnanam:* vel nomen esse proprium, quod verisimilius videtur. Variæ autem sunt opiniones, ex qua gente fuerit Themistoclis mater: alii enim Halicarnassiam fuisse scribunt; alii vero longe plures Treiciam meretriculam, Abrotonam nomine, asserunt. Sic Athenæus lib. XIII. 13. Porro Acarnania Epiri pars est, quam Achelous fluvius ab Ætolia dividit; unde Acarnan, nomen appellat, com. gen,

Thucydides, verissime judicabat,[b] et de futuris callidissime conjiciebat.[12] Quo factum est, ut brevi tempore illustraretur.

2. Primus autem gradus fuit capessendæ[1] reipublicæ bello Corcyræo:[d] ad quod gerendum prætor a populo factus, non solum præsenti bello, sed etiam reliquo tempore, ferociorem[2] reddidit civitatem.[c] Nam cum[3] pecunia publica,[e] quæ ex metallis redibat, largitione magistratuum quotannis[4] interiret, ille persuasit populo, ut ea pecunia classis centum navium ædificaretur. Qua[5] celeriter effecta, primum[6] Corcyræos fregit, deinde maritimos prædones consectando mare tutum reddidit. In quo cum[7] divitiis ornavit, tum etiam peritissimos belli navalis fecit Athenienses. Id[8] quantæ saluti fuerit universæ Græciæ, bello cognitum est Persico,[9] cum Xerxes[e] et mari et terra bellum universæ

[b] *Quia et de præsentibus, juxta Thucydidem, certissime statuebat.*
[c] *Bellicosiorem urbem fecit.*

in Harl. opuscul. p. 460. ac Staver. ad ed. 2. maj.]—12 *Neque minus....conjiciebat.* Hunc ordinem verborum servant Mss. et edd. nostri omnes, [etiam recentt.] Staver. autem in ed. 2. s. min. eum, de conjectura Buchneri, [cui assenserat Grævius ad Cicer. de Offic. I. c. 5. p. 22. et ad libr. II. c. 9. p. 218. qui tamen ita legit, *celeriter, quæ opus erant, reperiebat,*] ita mutavit, *quod et de instant. ut ait Thuc. ver. judic. et de fut. cal. conjic. Neque minus in r. g. pr. qu. exc. erat.* [Quam trajectionem approbat Heinr. in not. Stav. tamen in ed. 3. s. sec. maj. pristinum reduxit verborum ordinem, et copiose refutat Heus. qui conjecit: *celeriterque, quæ opus erant, reperiebat, facile eadem oratione explicabat: (neque minus in rebus gerendis promtus, quam excogitandis erat,) quod et de instantibus....callidissime conjiciebat.*]

1 *Gradus capess.* Ms. Voss. 2. Ax. *gradus fuit capesendæ* Ed. Jens. Med. *gr. f. capescendæ* Ed. Arg. Long.—2 *Feraciorem* Ms. Voss. 2. Axen.—3 *Cum ex pec.* Ms. Leid. 2.—4 *Quot annis* Ed. Jens. Med.—5 *Quæ* Ms. Boecl. Leid. 2. Ed. Arg. Steph. Boecl. Bos. 1. 2. Sed *qua* Ms. Voss. 1. 2. 3. Ed. Jens. Med. Paris. Ald. Lamb. Gebh. Keuch. Stav. 1. 2. 3. Heus. recte. [Item edd. Harl. Tzschuck. 1. 2. et rel. recentt. quare *qua* recepi.]—6 *Primos* Ms. Leid. 2. Dein *Corcyræus* Ms. Voss. 3.—7 *Tum* Ms. Leid. Ed. Arg. *cum* Ed. Paris.—8 *Id vero* Ed. Long. et ante *tum peritiss.* Ed. Keuch. Postea autem *quantæ sal.* Ed. Arg. *quanti sal.* Ms. Leid. 2.—9 [*Persico, cum Xerxes...bellum....Europæ cum tantis copiis, quantas....habuit quisquam.* Ita, suadente jam Bosio, (v. not.)

NOTÆ

[d] *Bello Corcyræo*] Contra Herodotus lib. VII. et Thucydides lib. I. pro Corcyræo Ægineticum scribunt. Corcyra autem, quæ et Phæacia olim dicta, nunc vulgo *Corfou;* insula est in Ionio mari, hodie Venetæ ditionis, contra Epirum.

[e] *Xerxes*] Darii filius.

inferret Europæ cum tantis copiis,[f] quantas neque antea,[10] neque postea habuit quisquam. Hujus enim classis mille[11] et ducentarum navium longarum fuit, quam duo millia onerariarum sequebantur: terrestres autem exercitus septingentorum millium peditum, equitum quadringentorum millium fuerunt.[12] Cujus de adventu cum fama in Græciam esset perlata et maxime Athenienses peti dicerentur, propter pugnam Marathoniam; miserunt Delphos consultum, quidnam[13] facerent de rebus suis.[d] Deliberantibus Pythia respondit, ut mœnibus ligneis se munirent. Id responsum quo valeret, cum intelligeret nemo;[e] Themistocles persuasit, consilium esse Apollinis, ut in naves se suaque conferrent:[14] eum enim a Deo[15] significari murum ligneum. Tali consilio probato, addunt ad superiores totidem naves triremes:[16] suaque omnia, quæ moveri poterant, partim Salamina,[17] partim Trœzena[g] asportant:[18] arcem sacerdotibus

[d] *Quo pacto res suas tuerentur.*
[e] *Hoc oraculum quorsum spectaret, cum nullus caperet.*

---

constitui locum cum Heus. Stav. ed. maj. 2. Harl. Tzschuck. 1. 2. Ith. Heinr. Paufl. Olim enim, et in ed. Bos. Stav. 1. et min. Wetz. Brem. leg. ...*Persico. Nam cum Xerxes....Europæ, cum tantis eam copiis invasit, quantas.... habuit quisquam; hujus enim....* Sed *nam* abest Ms. Leid. et *cum tantis copiis, quantas*, omissis vocc. *eam* et *invasit*, legitur in Mss. Dan. Mendos. Leid. 2. Voss. 3. at *cum tantis copiis venit, quantas* Ms. Ox. Ax.] Præterea *cum et Xerxes* Ms. Voss. 3. et *ferret* loco *inferret* Ed. Jens. Med. Paris. Ald.—10 *Ante* Ms. Dan. Ed. Jens. Med. Paris. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Pat. *an* ed. Arg. tum *nec postea* Ms. Voss. 3.—11 *Milla* Ed. Med. Dein *milia* Ed. Jens. Med. Paris. ubique, et *onerarium* Ms. Leid. 2. *orariarum* Ms. Voss. 3.—12 *Decem peditum equitum CCCC. fuerunt* Ms. Voss. 1. *D. peditum, equitum quadringentorum fuerunt* Voss. 3. *septingentorum decem millia fuer.* Ms. Boecl. *septing. peditum, equitum quadring. fuer.* Ms. Dan. Leid. 2. *septingenta decem millia peditum, equitum quadringenta milia fuer.* Ms. Ax.—13 *Quædam* Voss. 3. [Mox *e rebus suis* conjec. Heyne ad Tibull. I. 1. 37. probatque Tzsch. ad ed. 2.]—14 *Conferret* Ms. Voss. 3. Statim *eum etenim* Ms. Ax.—15 *A Deo* ab edd. Jens. Med. Arg. Ald. Lamb. Long. Pat. absunt. Tum *signifruci* Ms. Leid. 2. *significare* Ed. Paris.—16 *Trientes* Ms. Voss. 1. sed in marg. *triremes.*—17 *Salaminam* Ms. Mendos. Voss. 1. (in quo tamen

NOTÆ

[f] *Cum tantis copiis*] De illo ingenti copiarum numero varie varii. At vero disce ex Herodoto lib. VII. quomodo Xerxes exercitum suum dinumeraverit: quem Valer. Max. lib. III. 2. 'gravem mari et terræ' vocat, 'nec hominibus tantum terribilem, sed et Neptuno quoque compedes, et cœlo tenebras, minitantem.'

paucisque majoribus natu, ac sacra procuranda tradunt, reliquum oppidum relinquunt.

3. Hujus consilium plerisque[1] civitatibus displicebat, et in terra dimicari[2] magis placebat. Itaque missi sunt delecti[h] cum Leonida Lacedæmoniorum rege,[3] qui Thermopylas occuparent,[i] longiusque barbaros progredi non paterentur. Hi vim hostium non sustinuerunt, eoque loco omnes interierunt.[j] At classis communis Græciæ trecentarum[4] navium,

supra notatum erat *Salaminem*,) 3. Ed. Jens. Med. Mag. Long. Arg. Paris. [*Salaminem* Ed. Lamb. Bos. Stav. 1. 2.] *Salamina* Ms. Voss. 2. Ax. Ed. Heus. [Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Harl. Wetz. Ith. &c.] Pariter *Træzenem* Ms. Leid. 2. (sed *partim* abest ab illo cod.) [Ed. Lamb. Bos. Stav. 1. 2. præmisso tamen *partim*:] et *partim Træzenam* Ms. Voss. 3. Etiam in Voss. 1. erat *Træzenam*; sed supra notatum *Træzenem*: *p. Træzena* Ms. Ax. Ed. Ultraj. Heus. [et reliquæ antea memoratæ.]—18 *Absportant* Ms. Mendos. Voss. 3. *deportant* Ms. Dan. et *paucique* Ms. Voss. 3. [Mox *ad sacra proc.* suaserunt Lamb. et anonymus ap. Stav. ad ed. 2. (quem conferes:) cui recte haud displicuit; sed dissentit Heusing. qui *sacra* interpretatur loca sacra, templa et Deorum religiones.]

1 *Plærisque* Ed. Med. Paris.—2 *Terra dimicari* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax.—3 *Cum Leonida duce* Ms. Voss. 2. Ax. 'Regem' tamen vocat etiam Herodot. VIII. pr. add. Herod. de eodem VII. cap. 204. et 205. et Paus. III. c. 3. 4. et 14. A scholiaste Aristoph. ad Equit. vs. 56. vocatur 'Macedonum et Spartanorum rex.'—4 *Trecentum* Ms. Leid. 2.—5 *Arthemisium* Ms. Dan. Ed. Med.

NOTÆ

g *Partim Salamina, partim Træzena*] Salamis, sive Salamin, vel Salamina, insula est in sinu Saronico contra Atticam, in qua Telamon Ajacis et Teucri pater regnavit, non procul ab Ægina ejusdem sinus insula, nunc vulgo *Coluri*; Ægina vero, nunc *Engia*. Trœzene, sive Trœzena, urbs est maritima Peloponnesi in agro Argolico, Argolicum inter et Saronicum sinum posita.

h *Missi sunt delecti*] Hos fuisse milites gravioris armaturæ, atque ex Lacedæmoniis CCC. tantum, duce Leonida, refert Herodotus in Polyhymnia; additque ex multis aliis Græciæ civitatibus longe plures missos, quos fuse enumerat. Sed tamen illos omnes delectos non ultra mille fuisse testantur Isocrates et Diodorus; quanquam Justin. lib. II. 11. quatuor millia fuisse cum Leonida scribit.

i *Qui Thermopylas occuparent*] Viæ sunt angustæ inter montium fauces iis qui e Thessalia in Phocidem iter habent, sic dictæ a *Thermis*, quia aquæ calidæ in ipsis faucibus scaturiunt, et a *pylis*, quas portas vocant.

j *Eoque loco omnes interierunt*] Quibus publica monumenta erecta sunt, ut qui pro libertate patriæ interiissent, inscriptaque trophæis Epigrammata. Vide Strabonem lib. IX. et Herodot. lib. VII. Non tamen omnes in eo loco, sed CCC. Lacedæmonios cum D. circiter sociis cecidisse legimus; quibus Leonidas prandere jussit, tanquam apud inferos cœnaturi essent. Justin. lib. II. solos Lacedæmonios ibi periisse ait numero sexcentos, reliquis a Leonida dimissis.

in qua ducentæ erant Atheniensium, primum apud Artemisium,[5][k] inter Eubœam continentemque terram cum classiariis regis conflixit: angustias enim Themistocles quærebat, ne multitudine circumiretur.[6] Hic etsi pari prælio[7] discesserant,[f] tamen eodem loco non sunt ausi manere: quod erat periculum, ne, si pars navium adversariorum Eubœam superasset,[8] ancipiti premerentur periculo.[g] Quo factum est, ut ab Artemisio[9] discederent, et exadversum[10] Athenas apud Salamina classem suam constituerent.[11]

4. At Xerxes,[1] Thermopylis expugnatis, protinus accessit astu,[h][2][l] idque nullis defendentibus, interfectis sacerdotibus, quos in arce invenerat,[3] incendio delevit. Cujus fama[4][m] perterriti classiarii[n] cum manere non auderent, et

[f] *Quanquam inde æquo Marte abierant.* [g] *Hoste a fronte et a tergo urgerentur.* [h] *Extemplo ad urbem venit.*

Arg. Paris. *Artemensium* Ms. Leid. 2. In 2. ed. Stav. notatur, in cod. Leid. esse *Artemisium.* Ab Ed. Mag. Steph. Gebh. absunt verba *primum apud Artemisium.* Mox *et inter Eub.* Ms. Dan.—6 *Circuiretur* Ms. Leid. 2. Dan. Voss. 2. Ax. Ed. Jens. (haud dubie scriptum invenit editor *circuiretur,*) Ald. Stav. 2. 3. Brem. Tzsch. 1.—7 *Hic et pari pr.* Ed. Arg. *hic etsi prælio* Ms. Voss. 3. *hinc etsi p. p.* Ed. Lamb. et probat Wetz. in not.—8 *Superassent* Ed. Jens. Med. Arg.—9 *Arthemisio* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. *Arthemesio* Ms. Voss. 2. *Artemensio* Ms. Leid. 2.—10 Sic Ms. Gif. Dan. Put. Sav. Boecl. Voss. 1. 2. (in quo tamen supra notatum erat *et adversum,*) Ax. Edd. recentt. Sed *adversum* Ed. Jens. Med. Arg. Mag. Paris. Ald. Long. Lamb. Steph. Boecl. Bos. 1. Dein *Salaminam* Ms. Voss. 1. (in quo supra scriptum *Salaminem,*) 2. 3. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Paris.—11 *Constituerunt* Ed. Lamb.

1 *Xerxes* Ed. Med. Mag.—2 *Astum* Ms. Voss. 1. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Mag. Long. *Astu* ed. Paris. *Asty* Ed. Ald. *astiam* Ms. Voss. 3. *arcem* Ms. Long. et Fabius Paulin. in Prælectt. Marc. s. comment. in Thucydidis histor. &c. p. 501. qui de *arce* accipere videtur. Dein *id nullis* Ms. Leid. 2.—3 *Invenerant* Ms. Leid. 2.—4 Quædam Edd. *flamma:* [vid. not. Bos. etiam Ms. Thott. ac probare videtur Schlegel. l. c. pag. 72. et Heus. utrumque et *fama* (quæ est lectio vulgata, et a recentt. etiam edd. recepta,) et *flamma* fieri potuisse judicat; atque, ' viderunt,' ait, ' sed aliquandiu incerti, an

NOTÆ

[k] *Primum apud Artemisium*] Promontorium Eubœæ, apud quod secundo Græci cum Xerxe decertarunt; nam primo ad Thermopylas.

[l] *Protinus accessit astu*] Athenas, quæ apud Atticos Ἄστυ per excellentiam dicebatur: quemadmodum Romani Romam suam Urbem vocabant.

[m] *Cujus fama*] Aptius forte legeretur *flamma,* ut alii volunt; cum Salamis non adeo remota sit Athenis, ut flamma incensæ urbis hinc cerni non potuerit.

[n] *Classiarii*] Græcorum classis milites intellige.

plurimi hortarentur, ut domos suas[5] discederent, mœnibusque se defenderent: Themistocles unus restitit,[o] et universos esse pares[6] aiebat,[p] dispersos testabatur perituros: idque Eurybiadi[7][q] regi Lacedæmoniorum, qui tum summæ imperii præerat, fore affirmabat. Quem cum minus, quam vellet, moveret,[i] noctu de servis suis, quem habuit fidelissimum,[8][r] ad regem misit, ut ei nuntiaret suis verbis, adversarios ejus in fuga esse: qui si discessissent, majore cum labore, et longinquiore tempore bellum confecturum, cum singulos consectari[9] cogeretur: quos si statim aggrederetur, brevi universos oppressurum. Hoc eo valebat, ut ingratiis[10] ad depugnandum omnes cogerentur.[k] Hac re audita, barbarus nihil doli subesse credens, postridie

[i] *Cui cum, prout cupiebat, non persuaderet.*
[k] *Id eo tendebat, ut inviti omnes ad pugnam adigerentur.*

Athenæ arderent: nuntiis postea certiores sunt facti. Nihil tamen muto.' Sed lectionem *fama* tuentur Tzschuck. ad ed. 2. et reliqui recentt. interpretes.]—5 *Domos s. disc.* Ms. Dan. Boecl. Voss. 1. 2. 3. Sed *domos suasque disc.* Ms. Leid. 2. *dom. suas quisque disc.* Ed. Long. Steph. Mag. Gebh. Keuch. Atque sic scribere voluisse videtur librarius libri Leidens. Conf. Gron. ad Macrob. Somn. I. 1. p. 3.—6 *Pares esse* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. *par. esse posse* Ms. Dan. Gif. Put. Sav.—7 *Eurkiadi* Ms. Voss. 1. 3. *Eurybradi* Ed. Jens. Med. *Eurybiadi* Ed. Ald. *Euribiadi* Ed. Mag. Tum *summe* Ed. Jens. Med. Arg.—8 *Fidissimum* Ms. Voss. 1. 3. Boecl. *sibi fideliss.* ed. Long.—9 *Insectari* Ms. Boecl. Ax.—10 Ita Ms. Ernst. Ed. Lamb. et recentt. Sed *ingratis* Ms. Dan. Gif. Put. Sav. Bav. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ax. Boecl. v. Schefferi Epist. ad Heins. in Sylloge epp. Burm. tom. v. p. 9. *ingrati* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Mag.—11 *Sibi* abest ab Ed. Gebh. Boecl.

NOTÆ

[o] *Themistocles unus restitit*] Vide Herodotum, apud quem Themistoclis oratio est, qua Græcis omnibus, ne domum redirent, persuasit.

[p] *Et universos esse pares aiebat*] 'Insuperabiles sunt universas aggredientibus; easdem lacerabit et carpet, qui per partes attentaverit.' Frontin. lib. I. 10. Sic et Cicero ad Atticum: 'Nos disjecta manu pares adversariis esse non possumus.'

[q] *Idque Eurybiadi*] Is, Leonida ad Thermopylas interemto, summæ rerum administrationi apud Lacedæmonios successerat.

[r] *De servis suis, quem habuit fidelissimum*] Servum hunc Themistoclis liberorum pædagogum fuisse, nomine Sicinnum, unde Sicinnis saltatio dicta est, testatur Clemens Alexandr. his verbis: Καὶ τῶν Θεμιστοκλέους παίδων ὁ παιδαγωγὸς Σίκιννος, οἰκέτης ῥάθυμος ἦν, ὀρχεῖσθαι φασὶν αὐτὸν καὶ σικιννίζειν εὑρηκέναι. Hicque sua sagacitate inter claros Græciæ propugnatores illorum temporum meruit annumerari.

alienissimo sibi[11] loco, contra opportunissimo hostibus, adeo angusto mari conflixit, ut ejus multitudo navium[12] explicari non potuerit. Victus est ergo magis[13] consilio Themistoclis, quam armis Græciæ.

5. Hic[1] etsi male rem gesserat, tamen[2] tantas habebat reliquias copiarum, ut etiam cum his[3] opprimere posset hostes. Interim ab[4] eodem, gradu depulsus est.[i] Nam Themistocles verens, ne bellare perseveraret, certiorem eum fecit, id agi, ut pons, quem ille in Hellesponto fecerat, dissolveretur,[5] ac reditu in Asiam excluderetur: idque ei persuasit. Itaque qua sex mensibus iter fecerat, eadem minus diebus triginta in Asiam reversus est, seque a Themistocle non superatum, sed conservatum, judicavit. Sic unius viri prudentia Græcia liberata est, Europæque succubuit Asia. Hæc altera victoria, quæ cum Marathonio[6] possit comparari tropæo.[7] Nam pari modo apud Salamina[8] parvo numero navium maxima post hominum memoriam classis est devicta.

6. Magnus hoc bello Themistocles fuit; nec[1] minor in pace. Cum enim Phalerico[2] portu neque magno, neque

[i] *Ab eadem occasione* rei bene gerendæ *dejectus est.*

Tum *oportuniss.* Ms. Voss. 1. Ed. Med.—12 *Manuum* Ed. Ultraject.—13 Sic Ed. Long. Keuch. Bos. 2. Wetz. idque suavius. Sed *victus ergo est magis etiam c.* Ms. Dan. Boecl. Ax. Voss. 3. *victus ergo est m. c.* Edd. nostri omnes: etiam Heus. Tzschucke, &c.

1 *Hic barbarus* Ed. Long. Steph. Gebh. Mag. Keuch. Pat. *hic etsi male gess.* Ms. Voss. 3.—2 *Tamen* abest ab Ed. Boecl. et *habuit* Ms. Boecl. Ax.—3 *Uti etiam his op.* Ms. Ax. *ut eti. tum his tum op.* Ms. Dan.—4 Sic Ms. Dan. et edd. recentt. Sed *iterum ab* Ms. Leid. 2. Ax. Ed. Ultraj. et placet Kappio, et cum Bosio in ind. interpretatur: *iterum ab eodem* (Themistocle) *gradu depulsus est* (Xerxes). Sed Tzschuck. ad ed. 2. tuetur *interim* et *eodem* conjungit cum *gradu*, interpretans: *interim et hac opportunitate privatus est; omnino nihil effecit.* Add. Heus. *Interim tamen ab* Ms. Voss. 3. Ed. Long. Steph. Gebh. Keuch. idque melius foret, nisi offenderet repetitum *tamen.*—5 *Dissolveret* Ms. Leid. 2.—6 *Quæ Marath.* Ms. Leid. 2.—7 *Trophæo* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Bos. 1. male: *tropheo* Ms. Voss. 1. 2. 3. pejus, quia Græcum est τρόπαιον.—8 *Salaminam* Ms. Leid. 2. Voss. 1. (in quo tamen supra scriptum erat *Salaminem*,) 2. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Paulo post *maximam* Ed. Arg.

1 *Neque minor* Ms. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Steph. Gebh. Keuch.—2 *Phaleræo* Ed. Arg. Long. Mag. *Phalerico* Ms. Ox. Voss. 3. Ed. Ultraj. Heus. quem vid. Ith. Heinr. Bipont. Harl. Tzschuck. 1. 2. Stav. 3. Wetz. *Phalarico* Ms. Mendos. Dan. Voss. 1. 2. Boecl. *Phalereo* Ed. Bos. Stav. 1. 2. Brem. cum anti-

bono Athenienses uterentur, hujus consilio triplex Piræei[3] portus[s] constitutus est: isque mœnibus circumdatus,[4] ut ipsam urbem dignitate æquipararet, utilitate superaret.[5] Idemque[6] muros Atheniensium restituit præcipuo periculo suo.[7] [t] Namque Lacedæmonii causam idoneam nacti propter barbarorum excursiones,[8] qua negarent, oportere extra Peloponnesum[9] ullam urbem haberi, ne essent loca munita,[10] quæ hostes possiderent, Athenienses ædificantes prohibere sunt conati. Hoc longe alio spectabat,[11] atque videri volebant.[m] Athenienses enim duabus victoriis, Marathonia et Salaminia, tantam gloriam apud omnes gentes erant consecuti, ut intelligerent Lacedæmonii, de principatu sibi[12] cum his certamen fore. Quare eos quam[13] infirmissimos esse volebant. Postquam autem audierunt muros instrui,[14] legatos Athenas miserunt, qui id fieri vetarent. His præsentibus desierunt,[15] [u] ac se de ea re legatos ad eos

[m] *Hac in re longe aliud intendebant, quam quod ostentabant.*

quieribus.—3 *Pirei* Ms. Voss. 1. *Pyræi* Ed. Arg. Paris. Long. *Pireæi* Ed. Mag. Tum *Isque* Ed. Steph. pro duplici *i*, h. e. *iisque:* v. Schefferi Epist. VII. ad Heins. in Sylloge Epistoll. Burm. tom. v. p. 9. sq.—4 *Circundatus* Ed. Jens. Med. Arg. Dein *equiper*. Ed. Arg. *æquiper*. Ed. Jens.—5 *Superare* Ed. Arg.—6 *Idem mur*. Ms. Leid. 2. Boecl. Voss. 1. 2. 3.—7 *Suo periculo* Ms. Ax. Ed. Arg. Steph. Gebh. Keuch.—8 *Excurs. barbarorum* Ms. Ax. Ed. Arg. Keuch. Statim *qua re negar*. Ed. Lamb. Steph. Ingolst. nec omnino displicet Heusing. *quare*.—9 *Poloponessum* Ms. Voss. 1. 2. Tum *urbem muros habere* Ms. Leid. 2. *urbem habere* Ms. Voss. 1. 2. 3. Ax. Boecl. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Mag. Long. (qui subintelligit *Græciam*.) [et *urb. habere* malit Kapp. ac subintelligere *muros*. Atque Tzschuck. illam lectionem in not. ad ed. 1. non solum comprobavit, sed etiam in ed. 2. in textum recepit *habere*. Sed dissentit Bremi, et *urbem* interpretatur locum mœnibus circumdatum.]—10 *Punita* Ed. Med. et *quam hostes* Ms. Leid. 2.—11 *Hoc longe aliter spectabant* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. *hoc longe aliter animo expectabant* Ms. Ox. *hoc l. animo spectabant* Ms. Voss. 1. 3. Mendos. *hoc longe spectabant* Ms. Voss. 2. *hoc longe aliter animo spectabat* Ms. Ax. *hoc l. alio spectabant* Ed. Long. Statim *atque vid. vol.* omisit Ed. Mag.—12 *Sui* Ms. Leid. 2.—13 Sic Mss. Bavar. et edd. nostri omnes. Sed aberat τὸ *quam* Ms. Boecl. et Edd. Long. Mag. Ingolst.—14 *Strui* Ed. Lamb. Steph.—15 *Disierunt* Ed. Long.—16 *Ut cum* Ed. Med. *tum*, omisso

NOTÆ

[s] *Triplex Piræei portus*] Piræeum, quem hodie Portum Leonem vocant, vulgo *Porto Lione*, XL. stadiis Athenis remotum esse patet ex Laërtio in Antisthene; hicque a Themistocle fortissimo muro civitati conjunctus est.

[t] *Præcipuo periculo suo*] Quod postea explicatur.

[u] *His præsentibus desierunt*] Ne, sci-

missuros dixerunt. Hanc legationem suscepit Themistocles, et solus primo profectus est; reliqui legati ut tum[16] exirent, cum satis altitudo muri exstructa videretur, præcepit: interim[17] omnes servi atque liberi opus facerent, neque ulli loco parcerent, sive sacer esset, sive profanus,[18] sive privatus, sive publicus: et[19] undique, quod idoneum ad muniendum putarent, congererent.' Quo factum est, ut Atheniensium muri ex sacellis sepulcrisque constarent.

7. Themistocles autem, ut Lacedæmonem venit, adire ad magistratus[1] noluit, et dedit operam, ut quam longissime tempus duceret;[2] causam interponens, se collegas expectare. Cum Lacedæmonii[3] quererentur, opus nihilominus fieri, eumque[4] in ea re conari fallere, interim reliqui legati sunt consecuti: a quibus cum audisset, non multum superesse[5] munitionis,[a] ad Ephoros Lacedæmoniorum accessit,[v]

[a] *Prope esse ut munitio absolveretur.*

τῷ ut, Ms. Dan. Voss. 1. 2. Leid. 2.—17 *Ut interim* Ed. Long. Steph. Gebh. Keuch.—18 *Sive sacer sive privatus esset* Ms. Mend. Boecl. Voss. 1. 3. *sive sacer esset sive privatus* Ms. Ernst. Gif. Put. Sav. Leid. 1. Bav. Ed. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. *sive sacer, sive profanus, sive privatus esset* Ms. Dan. Voss. 2. Ax. Boecl. Ed. Long. et Arg. in qua tamen scriptum est *prophanus: sive sacer, sive prophanus, sive privatus* Ed. Jens. Med. Par. *sive sac. esset, sive prof. sive pr.* Ed. Ald. (in qua tamen scriptum est *prophanus*,) Lamb. Bos. 1. Heus. (cui tamen in notis haud necessaria videntur vocc. *sive prof.*) Stav. 1. et 3. in ed. 2. s. min. omisit uncinos, quibus in duabus 1. et 3. cum Bosio inclusit *sive prof.* recte. [Atque recentior edd. non solum retinuerunt *sive prof.* et recte omiserunt uncin. sed etiam Kapp. Tzschuck. Bremi, Paufl. bene vindicant illa vocc. Oppositio enim est concinnior *sive sacer, s. profan.* (de quo voc. v. Brem.) *s. priv. s. publ.*]—19 *Sed undiq.* Ed. Steph. Mag. Gebh. Keuch. Tum *ad mun. idoneum* Ms. Ax. et *cogerent* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Par. Mag. Ald. Ultraj.

1 Sic Ms. Gif. Dan. Mendos. Ed. Jens. Med. Paris. Sed *adire mag.* Ms. Ax. Voss. 2. Ed. Arg. Mag. Long. Steph.—2 *Duceret* Ms. Leid. 2. Ed. Ultraj. Bos. et recentt. Sed *duceretur* Ed. Jens. Med. Paris. Ald. Lamb. Keuch. Put. *ut quam long. tempus interponens diceret causam* Ms. Mendos. *ut qu. long. tempus: interponens causam diceret* Ms. Voss. 3.—3 *Lacedæmoni* Ms. Voss. 3.—4 *Eoque* Ed. Long. Statim *in ea re* Ms. Dan. Boecl. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ed. Arg. Steph. Gebh. Boecl. Stav. 2. et 3. [Heus. Harl. Tzschuck. 1. 2. Bipont. Ith. Brem. Paufl. sed *in* omiss. in ed. Bos. Wetz. &c.] Tum *conati* Ed. Ald.—5 *Superare* Ms. Mendos. Voss. 1. [et hoc, tanquam rarius, eodem sensu

NOTÆ

licet, a Lacedæmoniis et reliquis Peloponnesiis ab opere incepto impediretur. Diodorus lib. II.

[v] *Ad Ephoros Lacedæmoniorum accessit*] Ephori supremi erant Spartanorum Magistratus, quales fere apud

penes quos summum imperium erat:[6] atque apud eos contendit, falsa his esse[7] delata: quare æquum esse, illos viros bonos[8] nobilesque mittere, quibus fides haberetur,[9] qui rem explorarent: interea se obsidem[10] retinerent. Gestus est ei[11] mos, tresque legati, functi[12] summis honoribus, Athenas missi sunt. Cum his collegas suos Themistocles jussit[13] proficisci: eisque prædixit,* ut ne prius Lacedæmoniorum legatos dimitterent,[14] quam ipse esset remissus. Hos postquam Athenas pervenisse ratus est,[15] ad magistratum senatumque Lacedæmoniorum adiit, et apud eos liberrime professus[16] est: Athenienses suo consilio, quod communi jure gentium facere possent, Deos[17] publicos, suosque patrios ac penates,[w] quo facilius ab hoste possent defendere, muris sepsisse:[18] neque eo,[19] quod inutile esset

* *Eosque præmonuit.*

ac *superesse* usurpatum, h. l. præferre malit Tzschuck. Aliter sentit Staver. ad ed. 2. et 3.]—6 *Imperium summum erat* Ms. Dan. *imper. summ. est* Ms. Ax. Voss. 2. sed in hujus margine *erat*. Ms. Voss. 3. *summum erat imper*. quod suavius est.—7 *Falsa esse* Ms. Ax.—8 *Bonos viros* Ed. Jens. Med. Ald. Lamb. Pat.—9 Sic Ms. Dan. Ed. Lamb. et recentt. Sed *adhiberetur* Ms. Boecl. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ed. Jens. Med. Mag. Arg. Paris. Ald. Long. Steph. Gebh. Sed *fidem adhibere* est, fide uti, adhibere se fidelem; *fidem habere* est, credere: et hoc sensus hujus loci requirit.—10 *Interea sibi detrahere retin.* Ms. Mendos. Voss. 3. [Unde hoc ortum est? an latet alia lectio verior in illa vitiosa?]—11 *Gestus ei* Ms. Voss. 2. Ax. et *est* carere nos posse censet Heus.—12 *Facti* Ms. Mendos.—13 *Them. si jussit* Ms. Voss. 1. [An *sic juss.* maluit scribere librarius haud eruditus?] Mox *hisque præd.* Ms. Boecl. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long. et *ut quam prius* Ms. Voss. 3.—14 *Remitterent* Ms. Voss. 2. sed *dimitterent* supra notatum erat: [ac *dimitt.* Ms. Leid. et sic legendum censet Oudend. ad Frontin. Strateg. I. cap. 1. nr. 62.] *demitterent* Ed. Keuch.—15 *Est ratus* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Lamb. Tum *et ad mag*. Ed. Keuch. sed mox in eodem libro ante τὸ *apud* abest τὸ *et*. —16 Ita Ms. Sav. Dan. Ed. Jens. Med. Paris. Ald. et recentior. Sed *prolocutus est* Ms. Long. *prosecutus est* Ms. Put. Gif. Boecl. Voss. 2. Ed. Arg. Long. —17 *Deosque* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald.—18 *Sepisse* Ms. Voss. 2. *sæpsisse* Ed. Jens. Med. Pat.—19 Sic Ms. Mendos.

NOTÆ

Romanos Tribuni plebis. Ut enim a Consulibus ad Tribunos provocare licebat, sic a Regibus Lacedæmoniorum ad Ephoros. Tanta insuper erat eorum potestas, ut etiam Regem in vincula publica conjicere valerent. Infra in Pausania.

[w] *Deos publicos, suosque patrios ac penates*] Deos nempe toti Græciæ communes, et eos qui suæ civitati peculiariter præessent, ut Athenis Minervam; quique privatis ædificiis præsiderent.

Græciæ, fecisse;[p] nam illorum urbem ut[20] propugnaculum oppositum esse barbaris, apud quam jam bis classes regias[21] fecisse naufragium.[x] Lacedæmonios autem male et injuste facere, qui id potius intuerentur, quod ipsorum dominationi, quam quod universæ Græciæ, utile esset. Quare si suos legatos recipere[22] vellent, quos Athenas miserant, se remitterent: aliter illos nunquam in patriam recepturi.[23]

8. Tamen[1] non effugit civium suorum invidiam. Namque ob eundem timorem, quo damnatus erat Miltiades, testarum[2] suffragiis[y] e civitate ejectus, Argos habitatum con-

[p] *Nec ideo* aliquid, *quod Græciam non juvaret, operatum esse.*

Boecl. Bav. Voss. 3. et Edd. nostri omnes, etiam Long. Sed *neque in eo quod* Ms. Dan. Leid. 1. Ed. Ultraj. [quod, stylo Corneliano simile, probat Heus. in not.] *neque eos* Ed. Lamb. Brem. Sed hanc lectionem damnat, et *neque eo* tuetur Schopp. Veris. I. cap. 20. p. 73.—20 *Et propugn.* Ed. Jens. Med. Par. Ald. tum *oppositum esse* Ms. Leid. 2. Voss. 3. Dan. Ed. Jens. Med. Paris. Ald. Lamb. Boecl. Bos. 1. 2. Heus. [Brem. et uterque defendit *oppositum*, quod refertur more haud insolito (v. Heusing. præf. ad Cic. de offic. p. XXXXVIII.) ad proximum substantivum *propugn.* non ad primarium verbum *urbem*: Wetz. Bip.] sed *oppositam esse* Ms. Voss. 2. Ax. Ed. Long. Steph. Gebh. Keuch. Stav. 1. 2. 3. quem v. in Obss. Misc. Nov. ann. 1744. p. 532. sqq. Tzschuck. 1. 2. Harl. Heinr. Ith. Paufl. Schmied.—21 *Classem regiam* Ed. Jens. Med. Paris. Ald. Boecl. [Bos. item Stav. 1. Wetz. Brem. sed *classes regias* Ms. Leid. 1. Boecl. Ax. Voss. 1. 2. Ed. Arg. Long. Heus. Stav. 2. 3. Tzschuck. 1. 2. Heinr. Harl. Ith.] *classis regia fecisset* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. quod rejicit Munker ad Hygin. p. 26. Stav. at *fecisse* Ms. Voss. 3. aberat: [sed *fecisse*, loco *fecisset*, more Livii, præsertim Græcis solita constructione.]—22 *Accipere* Ed. Jens. Med. Paris. Ald.—23 *Essent recepturi* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. [Bos. Heusing. Ith. Stav. 1. Wetz. Heinr.] sed *recepturi* omisso τῷ *essent* (ut referatur ad *remitterent*) Ed. Keuch. Stav. 2. 3. [Tzschuck. 1. 2. (qui, alias, ait, præstet *esse recepturos*, sc. dixit,) Harl. Brem. et ego expunxi.] Paulo ante *aliter* Ms. Dan. Ed. Jens. Med. Paris. Ald. Sed *alias* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. Ed. Arg. Long.

1 *Hic tamen* Ed. Steph. Gebh. Keuch. Mox *civicorum* Ms. Leid. 1. et *Milciades* Ed. Arg.—2 Sic etiam Ms. Gif. Put. sed *testularum* Ms. Savar. Mendos.

NOTÆ

[x] *Apud quam jam bis classes regias fecisse naufragium*] Semel in Euripo freto apud Artemisium promontorium, ubi Persarum classis male rem gessit; deinde semel apud Salaminam insulam in Sinu Saronico.

[y] *Testarum suffragiis*] Ostracismus erat apud Athenienses relegationis genus, quo scilicet dum cives pœnam alicui irrogandam, vel propter ejus divitias, vel amicos, aliamve potentiam, existimabant, in vas quoddam testulas viritim in concilio ipsis datas suffragiorum loco mittebant, in quibus quisque nomen illius scribebat, quem urbe cedere voluisset. Magistratus vero, qui huic negotio præerant, universos simul calculos recensebant; qui nisi sex millium numerum excessissent, nil confectum esse judicaba-

cessit.[a] Hic cum propter[3] multas ejus virtutes magna cum dignitate viveret, Lacedæmonii legatos Athenas miserunt, qui eum absentem accusarent, quod societatem cum rege Persarum[4] ad Græciam opprimendam fecisset. Hoc crimine absens proditionis est damnatus.[5] Id ut audivit, quod non satis tutum se Argis videbat, Corcyram[6] demigravit.[b] Ibi cum ejus principes civitatis animadvertisset[7] timere, ne propter se bellum his Lacedæmonii et Athenienses indicerent,[8] ad Admetum Molossorum regem,[9][b] cum quo ei hospitium fuerat,[10] confugit. Huc cum venisset, et in præsentia

Leid. 1. Ax. Voss. 2. 3. Ed. Mag. Long. Steph. Gebh. Keuch.—3 *Per multas* Ms. Leid. 2. Dein loco *ejus* dicendum erat *suas*, judice Heus. qui, fortasse, ait, explicandi causa aliena manu pronomen ascriptum est. Atque verba *propter....virtutes* tanquam spuria esse notata a Riclefio, animadvertit Tzschuck. ad ed. 2. at, forte, inquit, suam quasi interposuit sententiam: nec desunt similia; n. ubi nulla inde existit ambiguitas.—4 *Persarum* Ed. Long. [et recentt.] Sed *Persæ* Ms. Leid. 2. Dan. Voss. 1. 3. Ed. Paris. *Persæ* Ed. Jens. Med. *Persia* Ed. Ald. Mox *iniisset* loco *fecisset* Ed. Long.—5 *Damnatus est* Ms. Leid. 2. Axen. Ed. Arg.—6 *Corcyram* Ed. Gebh. Mox *ubi* Ms. Ax.—7 *Cum ejus princeps animadv.* Ms. Leid. 2. *cum ejus principes animadv.* Ms. Mendos. *cum ej. pr. civit. animadvertissent* Ed. Jens. Med. Long. Arg.—8 *Inducerent* Ed. Jens. Med. Arg. Long. Par. *inciderent* Ms. Voss. 1. sed in marg. 'alii *indicerent*.'—9 Sic ed. Long. Bos et rell. Sed *ad Molossorum Admetum Molossum* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. *ad Matum Molossum regem* Ms. Dan. —10 *Erat* Ms. Dan. [Ed. Heinr. et probant Brem. et Wetz. in not. sed dissen-

NOTÆ

tur. At quicumque tali suffragiorum numero damnatus erat, hic ad decennium extra urbem ejiciebatur. Vide Aristot. Politic. lib. III. Dictus autem Ostracismus ἀπὸ τῶν ὀστράκων, hoc est, *a testulis*, in quibus suffragia scribi solebant. Causa instituti, ne quis ob nimiam potentiam libertate oppressa tyrannidem occuparet. Sigonius de rebus Atheniensium l. II. 4.

[a] *Argos habitatum concessit*] Duo sunt præcipua hujus nominis oppida, in Peloponneso. Alterum Hippium, clarissima civitas non procul a Mycenis ad Inachum amnem: 'Ecce autem Inachiis sese referebat ab Argis.' Virg. Æn. VII. Quæ ad discrimen aliarum ejusdem nominis urbium, Argos Hippium dicebatur, ab Equorum multitudine. Nam *Hippos* Græce dicitur, Latine *Equus*. Alterum Dipsium, ab aquæ penuria, quod et Phoronicum dictum est a Phoroneo primo Rege, teste Stephano. Est item Argos oppidum Thessaliæ, quod et Pelagiscon a Pelasgis. Porro Argos locus erat certus ac definitus, in quo commorabantur qui testularum suffragiis urbe ejecti fuerant. Vide Plinium, Strabonem, Ptolemæum.

[a] *Corcyram demigravit*] Vide supra.

[b] *Ad Admetum Molossorum Regem*] Molossi a Molossia, quæ pars est Epiri, in qua olim nascebantur egregii canes, qui et Molossi dicebantur. Cur vero ad eum confugerit, infra ostenditur.

rex abesset,[11] [q] quo majore religione se receptum tueretur, filiam ejus parvulam arripuit,[c] et cum ea se in sacrarium, quod summa colebatur cærimonia, conjecit: inde non prius egressus est,[12] quam rex eum data[13] dextra in fidem reciperet: quam præstitit. Nam cum ab Atheniensibus[14] et Lacedæmoniis exposceretur publice, supplicem non prodidit;[r] monuitque,[15] ut consuleret sibi: difficile enim esse, in tam propinquo loco tuto eum versari. Itaque Pydnam[16] eum deduci jussit,[d] et quod satis esset[17] præsidii dedit. Hic[18] in navem omnibus ignotus nautis[19] escendit.[20] Quæ cum

[q] *Tumque Rex alio in loco versaretur.*
[r] *Fidem supplici datam publice non violavit.*

tit Tzschuck. ad ed. 2. quia jus hospitii, alias per totam vitam servati, etiam renuntiari poterat, docente Cicer. in Verr. 2. 36.] Fischer in Addendis, *erat*, ait, 'si quid video, recte. Nam hospitium, h. e. jus sive societas hospitii per totam vitam colebatur, immo in liberos quoque transibat, ut e Plauti Pœnulo 5. 1. apparet.' Cic. ad Famil. 13. 19. 'cum Lysone Patrensi est quidem mihi hospitium vetus, quam ego necessitudinem sancte colendam puto.' Dein *hic* pro *hac* Ed. Boecl.—11 *Rex esset* Ms. Leid. 1. *rerum abesset* Ms. Leid. 2.—12 *Inde prius egressus non est* Ms. Boecl. (Magius ibi se reperisse ostendit *inde vero pr. egr. n. e.*) Voss. 2. Ax.—13 *Quam rex quem d.* Ms. Voss. 3.—14 *Nam cum Ath.* Ms. Voss. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Paris.—15 *Monuit* Ms. Ax.—16 *Phydnam* Ms. Leid. 2. Dan. Ed. Jens. Paris. *Phidam* Ms. Voss. 1. 3. Ed. Med. Arg. *Fidnam* Ms. Ax.—17 *Esse* Ed. Jens. Med.—18 [Antea in edd. Bos. Stav. 1. 3. Bip. Ith. Heinr. Paufl. legebantur *Hac re audita hic:*] sed Ms. Leid. 2. Ax. Dan. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Longol. Steph. [Lamb. Stav. 3. sive 2. maj. Tzschuck. 1. 2. Brem.] absunt; [et ego, quod sunt spuria, atque *hac....hic* molestum accidit auribus, expunxi *hac re audita.*] Heusing. qui in nota copiose ea damnat, [Harl. Wetz.] incluserunt uncinis. Sed *Hic re audita* Ms. Voss. 3.—19 *Nautis* Ms. Leid. Boecl. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Ultraj. [Bos. 2. Cell.] Heus. [Ith. Bip. Wetz. Heinr.] Sed a Ms. Voss. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long. Steph. Lamb. Gebh. Boecl. Keuch. Stav. 1. 2. 3. [qui ad alteram edit. multis impugnat lection. *nautis*, Tzschuck. Brem. Paufl.] abest.—20 Sic Ms. Dan. Voss. 1. Ed. Bos. 2. Heus. [Bipont. Wetz. Heinr.] Sed *exscendat* Ms. Voss. *ascendit* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Lamb. Bos. 1. Stav. 1. 2. 3. [qui in not. ad min. ed. laudat Duker. et Drakenb. ad Liv. xxxi. 29. et Oudend. ac Davis. ad Cæs. B. G.

NOTÆ

[c] *Filiam ejus parvulam arripuit*] Thucydides lib. I. 8. fere sub finem, filium, non filiam, eumque, suadente Regina, arripuisse scribit: subjungitque idem Thucydides, Molossorum Regem a Themistocle fuisse vehementer obsecratum, ne rerum inter se anteactarum recordaretur, neque de misero vindictam sumeret, quod in levissimis eum rebus offendisset, hic vero de salute sua ageretur. Quod silentio præterit Nepos noster; immo vero Themistoclem cum eo hospitium habuisse refert.

[d] *Itaque Pydnam eum deduci jussit*] Urbem Macedoniæ. Stephanus Cydnam vocat. Hujus meminit Plin. lib. IV. 10.

tempestate maxima Naxum ferretur,[e] ubi tum[21] Atheniensium erat exercitus; sensit Themistocles, si eo pervenisset, sibi esse pereundum. Hac necessitate coactus, domino navis, qui sit,[22] aperit, multa pollicens, si se conservasset. At ille clarissimi viri captus misericordia, diem noctemque procul ab insula in salo navem tenuit in anchoris, neque quenquam[23] ex ea exire passus est. Inde Ephesum pervenit,[f] ibique Themistoclem exponit: cui ille pro meritis gratiam postea retulit.[*][24]

9. Scio plerosque ita scripsisse, Themistoclem Xerxe regnante[1] in Asiam transiisse. Sed ego potissimum Thucydidi credo,[g] quod ætate proximus erat de iis, qui[2] illorum

* *Quem postea merita mercede donavit.*

v. 7. ad major. autem sive 3. ed. appellat Burm. ad Phædr. lib. IV. fab. 21. vs. 9. docentem, proprium in hac re esse verbum *ascendere;* Ed. Harl. Tzschuck. 1. 2. (qui sibi non satis liquere fatetur, quomodo *escendo* simpliciter possit *adscendo* dici,) Ith. Brem. Paufl.]—21 *Ubi Athen. tum* Ms. Ax. Voss. 2. Paulo ante *fertur* Ms. Leid. 2.—22 Sic Ms. Dan. Boecl. Voss. 2. 3. Ax. Ed. Bos. 2. Heus. [Stav. Tzschuck. et reliquæ recent. meæ edd.] *quis sit* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Bos. 1. Pat. Confer Cort. ad Sallust. B. Catil. 44. 5.—23 *Eque quemque* Ms. Leid. 2. —24 *Postea grat. ret.* Ms. Voss. 2. Ax. *gratiam retulit* Ed. Boecl.

1 *Ad Xerxem regnantem* Ms. Ern. Bav. Ox. Ern. Mox *transisse* Ms. Bav. [v. Schopp. Veris. I. cap. 20. p. 73.] Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Keuch. Ingolstad. Bos. 1. Heus. [Wetz. Heinr. Stav. 3. reliquæ *transiisse*:] *misisse* Ms. Ox. Dein *Thucididi* Ed. Arg.—2 *Ætate....qui.* Sic Ms. Dan. omisso tamen verbo *erat.* Sed *de his* omiserunt edd. Mag. Long. Pat. *q. æt. prox. ab his qui* Ms. Bav. *qui* [*quod* legi in cod. Ernstii, scripsit Stav. ad maj. editt.] *æt. pr. ab his erat qui* Ms. Ernst. *q. æt. pr. erat iis qui* Ms. Mendos. Voss. 1. *qui æt. proximus erat his, qui* Ms. Boecl. a prima manu, sed alia delerat τὸ *his: qui æt. prox. erat qui* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Bos. 1. *quod æt. prox. erat de his, qui* Bos. 2. [Wetz. et sic quoque Stav. 1. et 3. Tzsch. 1. 2. nisi ut pro *his* habeant *iis;* in min. autem edit. *quod æt. prox. erat, qui.*] Sed *qui æt. prox. de iis, qui* Ed. Heus. [Ith. Bipont. Heinr. in quibus tamen, uti in Ms. Axen., legitur *de his.*] *æt. prox. et is qui* Ms. Voss. 3. [*quod æt. prox. erat qui* Paufl. *de iis* Staver. in textum quidem recepit; sed dubitat, an *proximus de his* loco *ab his*, aut *ab iis* unquam reper-

NOTÆ

e *Naxum ferretur*] Unam ex Cycladibus, olim Baccho sacram, quæ hodie *Nixia.*

f *Inde Ephesum pervenit*] Urbem Ioniæ maritimam, Amazonum opus, et celeberrimo Dianæ templo totius Asiæ clarissimam. Stephanus.

g *Sed ego potissimum Thucydidi credo*] Thucydides Atheniensis, historiæ scriptor peritissimus de bellis Peloponnesi.

temporum historiam reliquerunt, et ejusdem civitatis[3] fuit. Is autem ait, ad Artaxerxem[h] eum venisse, atque his verbis epistolam misisse: 'Themistocles veni ad te, qui plurima mala omnium[4] Graiorum in domum tuam intuli, cum mihi necesse fuit adversus[5] patrem tuum bellare, patriamque meam defendere. Idem multo plura bona feci,[6] postquam in tuto ipse, et ille[7] in periculo esse cœpit. Nam cum in Asiam reverti vellet,[8] prælio apud Salamina facto, literis eum certiorem feci, id agi, ut pons, quem in Hellesponto fecerat, dissolveretur, atque ab hostibus circumiretur:[9] quo nuntio ille periculo est liberatus. Nunc autem ad te confugi,[10] exagitatus a cuncta Græcia,[i] tuam petens amici-

tum sit; et suspicatur, Nepotem simpliciter scripsisse, *quod ætate proximus et ejusdem civitatis fuit*, quia et Herodotus, qui nullam de hujus transitu Themistoclis facit mentionem, antiquior fuit Thucydide, et Cicero in Bruto cap. XI. (quem locum Cornelius ante oculos habuisse videtur Staver. quod vero parum credibile videtur Heusing. in Appendicula annotatt.) 'quem' (Themistoclem), ait, 'Thucydides, qui et Atheniensis erat, et summo loco natus, summusque vir, et paulo ætate posterior, tantum mortuum scripsit.' Sed *de his* sive *iis*, h. e. ex his, inter eos, respicit verba *qui....reliquerunt*.—3 *Ut ejusdem* Ms. Leid. 2. [Mox *venio ad te* legendum putabat Stav. ad ed. min. quod Thucyd. lib. I. c. 137. Θεμιστοκλῆς, ait, ἥκω παρά σε. Sed Tzschuck. ad utramque ed. recte tuetur *veni*; nam ἥκω etiam Græcis idem significat, et Thucydides jam affuit. Idem tenendum mox est de *confugi*, pro quo Lambin. maluit *confugio*.]—4 *Hominum* Ms. Voss. 1. 3. [et ita legere jussit Staver. supra ad I. 6.]—5 Sic Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Mag. Gebh. Boecl. Keuch. [Harl. Wetz. Tzschuck. 2. Brem. et ego rescripsi, quod gratius h. l. ad aures accidit, quam *adversum*, quod est in Ms. Dan. et reliquis editt.] Statim *patrem bellare* Ms. Leid. 2.—6 *Orsus fui* Ms. Bav. *orsus feci* Ms. Ax. *fecit* Ed. Keuch. [*Eidem vero....feci* conjic. Schmieder. quod vero rejicit Tzschuck. ad ed. 2. nam *idem* elegantius est pro *sed et*.]—7 *Ipse et ille* Ms. Dan. [Ed. Bos. et recentt.] Sed *ipse ego et ille* Ed. Mag. Long. Steph. Gebh. [*in tuto ipse et ille* legendum esse, V. D., forsan Bernegger., margini mei exempl. Lambin. ascripsit: conf. etiam Boecleri not.]—8 *Nollet* Ms. Mendos. Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Mox *Salaminam* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Mag. Long. Paris.—9 Sic Ms. Dan. [Ed. Bos. Stav. 1. 3. et recentt.] Sed *circuiretur* Ed. Stav. 2. [Harl.] *circumveniretur* Ed. Long. Steph. *circumveniret* Ed. Mag.—10 [*Nunc ad te autem conf.* Ed. Bos. Stav. 1. 2. Wetz.] *nunc confugi ad te* Ms. Dan. Voss. 1. 3. Ax. [Stav. 3. Brem.

NOTÆ

[h] *Ad Artaxerxem*] Artaxerxes, Xerxis filius fuit, qui et Longimanus dictus est, Persarum Rex. Porro inter nomen Xerxis et Artaxerxis illud discrimen est, quod alterum ab altero derivetur cum additamento illo honorifico *Art*: quod quidem apud Persas, Hesychio Interprete, significat magnum; ita ut Artaxerxes sit quasi magnus dominator.

[i] *Exagitatus a cuncta Græcia*] A venatoribus id translatum, qui nullibi

tiam: quam si ero adeptus, non minus me bonum amicum habebis, quam fortem inimicum ille expertus est. Ea autem[11] rogo, ut de his rebus, de quibus tecum colloqui[12] volo, annum mihi temporis[13] des,[j] eoque transacto, me ad te[14] venire patiaris.'

10. Hujus rex animi magnitudinem admirans,[1] cupiensque talem virum sibi conciliari, veniam dedit.[l] Ille omne illud[2] tempus literis sermonique Persarum dedit:[3] quibus adeo eruditus est, ut multo commodius dicatur apud regem verba fecisse, quam hi poterant, qui in Perside[4] erant nati.[k] Hic cum multa regi esset pollicitus, gratissimumque illud, si suis uti consiliis vellet, illum[5] Græciam bello oppressurum: magnis muneribus ab Artaxerxe[6] donatus, in

[l] *Petitioni annuit.*

Tzschuck. 1. 2. et Heus. *nunc ad te conf.* malit:] *nunc autem conf.* Ed. Jens. Med. Paris. Ald. *nunc autem ad te conf.* Ed. Lamb. [qui etiam malit *confugio*, sed v. ad n. 3.] Mag. Long. Boecl. Gebh. Keuch. Pat. [Heus. Harl. Heinr. Bip. Ith. et quia suavius est, recepi.] Mox *amiciciam* Ed. Med.—11 *Id autem ....ut his* Ms. Leid. 2.—12 *De quib. tec. loqui* ed. Lamb. Bos. 1. 2. Sed *quas tecum colloqui* Ms. Mendos. Bav. Voss. 1. 2. 3. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Mag. Ald. Long. Steph. Gebh. Keuch. Pat. [Brem. qui tuetur hanc lectionem, quæ est Græcorum imitatio, et defendi potest, docentibus Cortio ad Sall. B. Cat. c. 5. nr. 9. et Staver. ad nostrum locum in ed. maj.] *de quibus tec. coll.* Ed. Heus. Stav. 1. 2. 3. [Harl. Tzschuck. 1. 2. rell. atque ego rescripsi.]—13 Ita Ms. Sav. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Stav. [Tzschuck. 1. Harl. Wetz. Ith. Brem. Heinr.] Sed *annuum mihi tempus* Ms. Dan. Bav. Leid. 2. [Tzschuck. 2. quod jam Heusing. verissimum esse existimavit.] *annu mihi tempus* Ms. Gif. *annum mihi temporis spatium* Ms. Put. *annuum tempus* Axen.—14 *Ad te*, omisso τῷ *me*, Ms. Voss. 2. 3. Boecl. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. [*me*] *ad te ven.* Heus. [Harl. Stav. 3. *me ad te ven.* Lamb. Bos. Wetz. qui negat, *me* posse commode abesse, et recentt.]

1 *Admiratus* Ms. Boecl. Voss. 2. sed in hoc supra notatum erat alia manu *admirans:* mox *cupiens talem* Ms. Leid. 2. et ab eodem Ms. *sibi* aberat.—2 *Id tempus* Ed. Steph. Gebh. Mag. [suavius hoc quidem loco.]—3 *Se dedidit* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. *se dedit* Ms. Ax.—4 *Persida* Ms. Sluisq.—5 *Illud Gr.* Ed. Med. Arg. Long. [male! uam τὸ *illum* referendum est ad Artaxerxem.]—6

NOTÆ

feram consistere patiuntur, donec in potestatem eorum veniat.

[j] *Annum mihi temporis des*] Nimirum ut per illud literis sermonique Persarum operam daret. Vide Valer. Max. Exter. lib. VIII. 7. 15.

[k] *Qui in Perside erant nati*] Hæc est imperii Persarum peculiaris regio, cujus caput Persepolis: nam Græci distinguunt inter Περσικὰς πόλεις, et πόλεις Περσίδος. Sic Salmasius.

Asiam rediit,[1] domiciliumque Magnesiæ sibi constituit.[m] Namque hanc urbem ei rex donarat, his usus[7] verbis: 'quæ ei panem præberet;' ex qua regione quinquaginta [ei][8] talenta quotannis redibant: Lampsacum[n] autem, unde[9] vinum sumeret: Myuntem,[10] [o] ex qua opsonium[11] haberet. Hujus ad nostram memoriam monumenta manserunt duo: sepulcrum prope oppidum,[p] in quo est sepultus; statuæ in foro[12] Magnesiæ. De cujus morte multimo-

---

Artaxerxe Ed. Paris. Mox *Maganem* Ms. Leid. 2.—7 *Don. cum duabus aliis his usus* Mss. apud Long. *don. cum duabus aliis, quæ panem præberet* Ed. Long. Mag. Pro *donarat* Ed. Lamb. Mag. Keuch. Patav. *donaverat*. Tum pro *his usus verbis* Ms. Dan. *his quidem vbis*, Ms. Leid. 2. *hisque verbis*, Ms. Ax. *his verbis*: absunt Ed. Long.—8 [*Ei*] Ms. Voss. 1. 2. 3. Boecl. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Paris. Steph. Gebh. Keuch. Bos. 1. Heus. [Bipont.] abest: [uncis id inclusum est in ed. Bos. 2.] Erat autem in Ms. Dan. [in mea Lamb. ed.] et Stav. 1. 2. [3. reliquisque meis recentt.] Dein *quot annis* Ed. Jens. Med. et *redibat* Ms. Leid. 2.—9 Sic Ms. Dan. (in quo est *Lamsacum*,) Boecl. Leid. 2. Voss. 2. Ax. [Bos. 2. Wetz.] Sed *Lampsacum, unde* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Stav. 1. 2. 3. Heus. [Tzschuck. 1. 2. Bipont. Harl. Ith. Heinr. Brem.] *Lampsacum item* Ed. Long. Loco *unde* Ed. Arg. *ũn*.—10 Ita etiam Ed. Ald. Lamb. Bos. ceterique recentiores. [*Myunta* tamen Ed. Heus. Tzschuck. Harl. Stav. 3. Brem.] Sed *Myntam* Ms. Voss. 1. 3. Ed. Long. *Minthum* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. *Smyrnam* Ms. Boecl. Leid. 2. Voss. 2. Ax. *et Myuntem* Ed. Steph.—11 *Obsonium* Ed. Jens. Med. Arg. Steph. Gebh.—12 *Statuat vero* Ms. Voss. 3. et in Ms. Voss. 1.

NOTÆ

[1] *In Asiam rediit*] Scil. Minorem, quæ hodie Anatolia dicitur.

[m] *Domiciliumque Magnesiæ sibi constituit*] Magnesia urbs Ioniæ ad Meandrum amnem sita, juxta montem qui Thorax dicitur; in quo monte dicunt crucifixum fuisse Daphitam grammaticum, quod Reges suis versibus incesseret, unde ortum est proverbium, 'Cave a Thorace,' quo utimur, cum alicujus linguæ petulantiam compescere volumus. Ita Strabo lib. xiv. et Pius II. summus Pontifex, in sua Asia lxxxi. Magnesiam autem Themistocli idcirco a Persarum Rege datam esse existimo, quæ ei panem præberet, quia urbs illa in solo feracissimo sita est, nimirum in campis patentissimis per quos Mæandrus amnis multoties in se recurrens, illos suis aquis mirum in modum fœcundat.

[n] *Lampsacum*] Asiæ oppidum in Hellesponti littore clarum et nobile; hanc urbem a Priapo Bacchi et Veneris filio conditam antiqui referunt, inter quos Plutarchus, in Libello de claris mulieribus, et Demosthenes. Ideo autem id commentum fuisse puto, quod vini et tritici summa ibi sit copia; hinc Themistocli in vinum data.

[o] *Myuntem*] Urbem ad Mæandri ostia sitam, omnium piscium ubertate et copia prædivitem: hinc Themistocli in obsonium concessa. Vide Diodorum, Thucydidem, Strabonem, et Plinium.

[p] *Prope oppidum*] Athenas, juxta Pyræum portum. Vide infra.

dis[13] apud plerosque scriptum est:[14] sed nos eundem potissimum Thucydidem auctorem probamus: qui illum ait Magnesiæ morbo mortuum: neque negat, fuisse famam, venenum sua sponte sumsisse,[q] cum se, quæ regi de Græcia opprimenda[15] pollicitus esset, præstare posse desperaret. Idem, ossa ejus clam in Attica ab amicis esse[16] sepulta,[r] quoniam legibus non concederetur,[s] quod proditionis esset damnatus, memoriæ prodidit.

verba *in foro* ab alia erant ascripta manu. Mox *Magnensia* Ms. Leid. 2. [Vocc. *in quo est sepultus* esse a librario quodam interpolata, late acuteque probare sustinuit Bremi.]—13 Sic Ms. Dan. Gif. Put. Sav. Voss. 1. Ed. Gebh. Bos. 2. Heus. [Bipont. Heinr. Wetz. Schmied. Paufl.] Recte. Cic. Orat. cap. 45. [qui, 'sine vocalibus,' ait, 'sæpe brevitatis causa contrahebant, ut ita dicerent, multi modis.'] Sed *multis modis* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Lamb. Mag. Long. Steph. Keuch. Bos. 1. Stav. 1. 2. [3. Harl. Tzschuck. 1. 2. Ith. Brem.] *in multis modis* Ms. Ax.—14 *Est* Ms. Voss. 3. aberat. Mox *eum potiss.* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax et *Thucididem* Ed. Arg.—15 *Optinenda* Ms. Voss. 2. Ax. [Atque *obtinenda*, h. e. *occupanda*, haud spernendum videtur.]—16 Τὸ *esse* aberat Ms. Boecl. Leid. 2. Voss. 2. 3. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long. Heus. [Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Brem.]

NOTÆ

[q] *Venenum sua sponte sumsisse*] Tauri sanguinem hausisse testatur Valerius Max. lib. v. 6. 6. nimirum in sacrificio, ut ab oppugnanda sua patria abstineret. Vide etiam Cicero in Bruto. Thucydides tamen, et Herodotus, et alii plures de taurino sanguine nihil prodiderunt.

[r] *Ossa ejus clam in Attica ab amicis esse sepulta*] Alii palam et Oraculi jussu id factum aiunt, quod non prius pestis finem fore responderat, quam Themistoclis ossa Magnesia reducta essent. Sic Pausanias in Atticis. At nec Herodotus nec Thucydides ejus rei mentionem faciunt.

[s] *Quoniam legibus non concederetur*] Cautum enim legibus erat, ne quicumque sacrilegii reus esset, vel patriam prodidisset, ejus ossa in Attica sepelirentur. Vide ea de re Xenoph. lib. I. de rebus Græciæ, cap. ultimo; et Plutarchum in Phocione, de quo infra.

III.

ARISTIDES.[1]

ARGUMENTUM.

Cap. 1. Æmulus Themistoclis, mulctatur exilio. 2. Ante tempus revocatur; prætor contra Mardonium, imperium Atheniensibus conciliat. 3. Ærario præest; pauper moritur.

Aristides, Lysimachi filius, Atheniensis, æqualis fere fuit[a] Themistocli. Itaque cum eo de[2] principatu contendit:[b] namque obtrectarunt inter se.[*] In his autem cognitum est, quanto antestaret[3] eloquentia innocentiæ. Quanquam[4] enim adeo excellebat Aristides abstinentia, ut unus[5] post hominum memoriam, quod quidem nos audierimus,[6] cog-

[*] *Namque se mutuo criminati sunt.*

1 *Aristidis vita* Ed. Jens. Med. Paris. Arg. Ald.—2 *Eo princip.* Ms. Voss. 3. Mox *obtrectarunt* Ms. Leid. 2.—3 *Antestaret* Ms. Voss. 1. 2. 3. Ax. Ed. Jens. Arg. Paris. Ald. Long. Steph. Mag. [Tzschuck. 1. 2. Wetz. Brem. quibus sum obsecutus: *antistaret* Bos. et rell.] *constaret* Ms. Leid. 2. *attestaret* Ed. Med.—4 *Cumcum* Ms. Dan. addita glossa 'pro *quanquam*.' An scriptum fuit *cancam*? Veteres enim librarii solebant pro *qu* scribere *c*; ut *condam* pro *quondam*, ap. Justin. 3. 2. 3. et apud Curtium VIII. 14. *oblicum* pro *obliquum*, apud Curt. IV. 15. &c.—5 *Et unus* Ms. Leid. 2.—6 *Quæ quidem nos aud.* Ms. Dan. *quam quid. audiemus* Ms. Leid. 2. *quem quidem audierimus* Ms. Ax. *quidem nos audierimus*

NOTÆ

[a] *Æqualis fere fuit*] Id de ætatis et dignitatis æqualitate simul intelligi potest, non vero de morum conformitate; Aristides enim placidus et animo tranquillus, Themistocles contra fervens et ambitiosus.

[b] *De principatu contendit*] Nimirum uter alteri in administranda civitate cederet.

nomine Justus sit appellatus:[c] tamen, a Themistocle collabefactus, testula illa,[b][d] exilio[7] decem annorum mulctatus est. Qui quidem cum intelligeret, reprimi concitatam multitudinem non posse, cedensque[8] animadverteret[9] quendam scribentem, ut patria pelleretur,[10][e] quæsisse ab eo dicitur, quare id faceret, aut quid Aristides commisisset, cur tanta pœna[11] dignus duceretur? Cui ille respondit, se ignorare Aristidem; sed sibi non placere, quod tam cupide[12] elaborasset, ut præter ceteros Justus appellaretur. Hic decem annorum legitimam pœnam non pertulit.[f] Nam postquam Xerxes in Græciam descendit, sexto fere anno, quam erat[13] expulsus, populi scito[14] in patriam restitutus est.

2. Interfuit autem pugnæ navali apud Salamina,[1] quæ

[b] *Nihilominus per Themistoclem ostracismo illo condemnatus.*

Ms. Voss. 2. sed in marg. al. m. *quod: quod q. nos audiemus* Bos. 1. [*quod quid. nos audierimus* Bos. 2. uti rell. edd. etiam habent;] *quid. nos audiverimus* Ed. Keuch.—7 *Exsulio* Ed. Lamb. ubique.—8 *Sedensque* Ed. Paris. Ald.—9 *Animadvertisset* Ms. Dan. Leid. 1. Voss. 3. Ax. [idque haud inepte scriptum judicat Heusing. et probat Wetzel. in not. propter sequens verbum et tempus *quæsisse.*]—10 *Expelleretur* Ms. Leid. 2. [sed nihil mutandum est: v. Stav. ad edit. maj.] Mox *curve* Ed. Long.—11 *Tantam pœnam* Ed. Jens. Med. Arg. Paris.—12 Ita Ms. Dan. Gif. Mendos. Leid. 1. Bav. Voss. 1. 3. [Ed. Bos. 2. Heus. et rell. recentt.] Sed *tam* aberat Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. *quod ita cupide* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax.—13 Sic Ms. Boecl. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Ultraj. Long. [Bos. 2. Stav. Tzschuck. et rec.] v. Abr. Gronov. ad Justin. p. 929. Sed *postquam* Ed. Lamb. Bos. 1. Keuch. [Wetz.]—14 *Populiscito* Ms. Dan. Leid. 1. [Ed. Bos. 2. Heus. et rell. recentt.] Sed *plebiscito* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Arg. Paris. Mag. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. *blebiscito* Ed. Med. *plebescito* Ms. Voss. 2.

1 *Salaminam* Ms. Voss. 1. 2. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Mag. Long.

NOTÆ

[c] *Cognomine Justus sit appellatus*] Vide Ciceronem pro Sextio, et Tuscul. v. 'Aristides nonne ob eam causam expulsus est patria, quod præter modum justus esset?' Cui subjunge Plutarchum in ejus vita.

[d] *Themistocle collabefactus testula illa*] Hæc erat lex Ostracismi, ut paulo supra in Themistocle.

[e] *Quendam scribentem, ut patria pelleretur*] Quisque enim civium, ut supradictum est, in calculo suo ejus nomen scribebat, quem vellet exulem fieri.

[f] *Hic decem annorum legitimam pœnam non pertulit*] Ne eo sensu intelligas 'legitimam,' quod foret justa, sed lege Ostracismi decretam.

facta est prius, quam pœna liberaretur.[g] Idem[2] prætor fuit Atheniensium apud Platæas[3] [h] in prælio, quo Mardonius[i] fusus, barbarorumque exercitus est interfectus.[4] Neque aliud[5] est ullum hujus in re militari illustre factum, quam hujus imperii memoria; justitiæ vero et æquitatis, et innocentiæ, multa: in primis, quod ejus æquitate factum est, cum in communi classe esset Græciæ simul cum Pausania, quo duce Mardonius erat fugatus, ut summa imperii maritimi ab Lacedæmoniis[6] transferretur ad Athenienses. Namque ante id[7] tempus et mari et terra duces erant Lacedæmonii; tum[8] autem et intemperantia Pausaniæ, et justitia factum est Aristidis,[j] ut omnes fere civitates Græciæ ad Atheniensium societatem se applicarent, et adversus barbaros hos duces deligerent[9] sibi, quo[10] facilius repellerent, si forte bellum renovare conarentur.

3. Ad classes ædificandas, exercitusque comparandos, quantum pecuniæ quæque civitas daret, Aristides delectus

---

Mox *prius quam* a Ms. Voss. aberant.—2 Hinc cap. 2. incipit in ed. Patav.—3 Sic [Gr. Πλαταιᾶ et Πλαταίαι] Ed. Mag. Long. Stav. 1. 2. 3. Heus. ubique, [atque edd. recentt.] *Platæeas* Ed. Lamb. Bos. al. *Plateas* Ed. Jens. Med. Arg. Paris.—4 Sic Ed. Lamb. Bos. [Wetz.] Sed *exerc. interf. est* Ms. Voss. 1. 2. 3. Ax. Ed. Stav. 1. 2. [3. Heus. et rell. recentt.] *Est* omissum est in Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Mag. Ald. Long.—5 *Neque illud* Ms. Ax.—6 Sic quoque Ms. Dan. Sed *a Laced.* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Mag. Long. Ald. Lamb. Patav.—7 *Namque id ante id* Ms. Leid. 2.—8 *Tunc* Ms. Leid. 2. Mox *intemp.* omisso τῷ *et* Ms. Voss. 3.—9 *Diligerent* Ms. Voss. 3. Ed. Med. *delegerent* Ms. Ax.—10 *Quos quo facil.* Ms. Long. Dan. Ax. Leid. 1. 2. Voss. 1. 2. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Heus. Atque in hoc postremo [et ed. Bipont. ac Schmied.] novum hinc incipit caput, [probante Wetzel. at hæsitante Stav. ad ed. 3. dissentientibus vero Tzschuck. et Bremi.] Vir doct. in ed. Patav. conjecit *quos eo facil.* Ceterum etiam in Jens. locus ita distinguitur: *quos quo fac. ....conarentur: ad class. ædif.*

NOTÆ

g *Quæ facta est prius, quam pœna liberaretur*] Id est, priusquam pœnæ tempus Ostracismi lege constitutum absolveretur, quia plebiscito ante illud revocatus est.

h *Apud Platæas*] Urbem Bœotiæ, de qua supra in Miltiade.

i *In prælio, quo Mardonius*] Satrapes Xerxis, natione Medus.

j *Tum autem et intemperantia Pausaniæ, et justitia factum est Aristidis*] De Pausaniæ intemperantia postea. De justitia vero Aristidis hoc accipe: cum enim ille ictum fœdus cum omni Græcia firmaret, post diras execrationes, accensos ferreos orbes in mare dejecit; adjurans, ut ita extinguerentur cum omni stirpe et gente, qui contra fœdus irent. Thucydides lib. I. et Plutarchus in Aristide.

est, qui constitueret. Ejus arbitrio[1] quadringena et sexagena[2] talenta[k] quotannis Delum[3] sunt collata:[l] id enim commune ærarium esse voluerunt: quæ omnis pecunia postero tempore Athenas translata est. Hic qua fuerit[4] abstinentia, nullum est certius indicium, quam[5] quod, cum tantis rebus præfuisset, in tanta paupertate decessit, ut qui efferretur,[6] vix reliquerit.[c] Quo factum est,[7] ut filiæ ejus publice alerentur, et de communi ærario dotibus datis collocarentur. Decessit autem fere post annum quartum, quam Themistocles Athenis erat expulsus.

[c] *Ut unde funus fieret, ægre ipsi superfuerit.*

1 *Ejusque arbitrio* Ms. Voss. 1. 2. 3. Dan. Ax. [Ed. Wetz.]—2 Sic Ms. Gif. Dan. Mendos. Boecl. Ed. [Bos. 2. Stav. Heus. Tzschuck. 1. 2. (quo judice efficiunt circiter summam 600,000 thalerorum.) Ith. et rell.] Sed *quadringenta et sexagena* Ms. Voss. 2. sed in marg. alia manu *sexaginta*; Ed. Jens. Med. Arg. Ald. [Harl.] *quadringena et sexaginta* Ms. Ax. *quadringena sexaginta* Ed. Paris. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [*quadringenta et sexaginta* Ed. Lamb. in meo Paris. ex. Schmied.] Tum *quot annis* Ed. Jens. Med.—3 *In bellum* Ms. Voss. 3.—4 *Hic fuerit* omisso τῷ *qua* Ms. Voss. 1.—5 *Null. e. cert. ind. majusque, quum* Ms. Voss. 2. Statim *quam cum*, omisso τῷ *quod*, Ms. Leid. 2. Voss. 3. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long.—6 Ita Ms. Dan. et Edd. nostri fere omnes: *quibus efferr*. Ed. Long. Mag. Steph. *quo qui eff.* Ms. Ax. sed *quo* est glossa.—7 *Est* aberat Ms. Voss. 1. [Atque Stav. ad ed. 3. late docet, hoc verbum substantivum sæpius omitti, et posse h. l. facile abesse.] Statim *aut fil. ejus* Ms. Leid. 2. et *filias* Ms. Voss. 3.

NOTÆ

[k] *Quadringena et sexagena talenta*] Duplex erat talentum apud Atticos, magnum et minus: magnum minas octingentas habebat: minus, coronatos sexcentos. Ideoque vel si de minore hic sermo est, quadringenta et sexaginta talenta summam efficient nostri æris ducenties septuagies sexies mille aureorum Coronatorum. Schottus. Vide et Jul. Pollucem lib. IX. et Budæum de Asse.

[l] *Delum sunt collata*] Una est Cycladum omnium notissima, prius Ortygia, a coturnicibus, quas Græci Ortygas vocant. Plin. lib. IV.

IV.

PAUSANIAS.[1]

ARGUMENTUM.

Cap. 1. Pugna ad Platæas. 2. Byzantium expugnat, Xerxi favet, Græciæ futurus proditor. 3. Peregre absentis mores et carcer. 4. Literarum commercium cum hoste; perturbatus se ipse indicat. 5. In æde Minervæ obstruitur, et mox interit.

Pausanias[a] Lacedæmonius magnus homo, sed varius in omni genere vitæ[2] fuit. Nam, ut virtutibus eluxit, sic vitiis est obrutus. Hujus illustrissimum[3] est prælium apud Platæas.[b] Namque, illo duce, Mardonius,[4] satrapes regius, natione Medus, regis gener,[c] in primis omnium Persarum et manu fortis et consilii plenus,[d] cum ducentis millibus[5] peditum, quos viritim legerat, et viginti millibus[6] equitum,

1 *Pausaniæ vita* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald.—2 *Vita* aberat Ms. Mendos. Mox *eluxit virtutib.* Ms. Ax.—3 *Industrissimum* Ms. Voss. 1. *est illustrius.* Ms. Ax. Dein *Plataeas* Ed. Mag. Patav. Stav. Tzschuck. Heus. rell. *Plataeas* Ed. Lamb. Bos. 1. et 2.—4 *Maradonius* Ms. Voss. 3.—5 *Cum* VII. *millibus* Ms. Leid. 2. *cum duc. milibus* Ms. Voss. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Steph. Gebh. Boecl. *cum duo. militibus* Stav. 2. operarum peccato.—6 *Viginti equitum* Ms. Dan. Boecl. Leid. 2. Ax. Voss. 2. *vig.* [*millibus*] *equ.* Ed.

NOTÆ

[a] *Pausanias*] Cleombroti filius, Paterque alterius Cleombroti Lacedæmoniorum Ducis, qui temere cum Epaminonda pugnans vulnere occubuit, exercitusque ejus deletus est.

[b] *Apud Platæas*] Vide sup. in Miltiade.

[c] *Regis gener*] Darii, cujus filiam Artozostren nomine duxerat, Xerxisque tunc Persis imperantis sororis maritus. Herodotus lib. VI.

[d] *Consilii plenus*] In eo tamen plus audaciæ quam prudentiæ fuisse, testatur idem Herodotus in Calliope.

haud ita magna manu Græciæ[7] fugatus est, eoque ipse dux cecidit prælio.[e] Qua victoria elatus plurima miscere cœpit[a] [8] et majora concupiscere. Sed primum in eo est[9] reprehensus, quod ex præda tripodem aureum Delphis posuisset,[10] [f] epigrammate scripto, in quo erat hæc sententia: SVO DVCTV BARBAROS APVD PLATAEEAS[11] ESSE DELETOS EIVSQVE VICTORIAE ERGO APOLLINI DONVM DEDISSE. Hos versus Lacedæmonii exsculpserunt,[12] [g] neque aliud scripserunt, quam nomina earum civitatum, quarum auxilio Persæ erant victi.

2. Post id prælium, eundem Pausaniam cum classe communi Cyprum atque Hellespontum miserunt,[h] ut ex his[1] regionibus barbarorum præsidia depelleret. Pari felicitate in ea re usus, elatius se[2] gerere cœpit, majoresque appetere res. Nam cum, Byzantio[3] expugnato,[i] cepisset complures[4]

[a] *Multa turbare aggressus est.*

Heus. [Tzschuck. 1. 2. Stav. 3.]—7 Sic Ms. Leid. 2. Ax. Voss. 2. sed in hoc a m. sec. *Græcia:* [Edit. Tzschuck. 1. 2. Staver. 3. quem vid. et, quos ille laudat, Herodot. IX. 65-72. et Diodor. Sic. XI. 31. atque sic rescripsi: *Græcia* vulgo.]—8 *Cepit* Ed. Med.—9 *In eo cum repreh.* Ms. Voss. 3. Paullo post *quod cum ex pr.* Ms. Voss. 3. Dan. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Lamb. Mag. Steph. Gebh. Keuch. [*quod, quum ex pr.* Heus. et in not. vindicavit; sed acriter refutatur a Stav. ad Ed. 3.]—10 *Potuisset* Ms. Voss. 3. Mox *hæc sententia erat* Ms. Voss. 2. Ax.—11 *Platæeas* Bos. 1. 2. *Plateas* Ed. Jens. Med. Arg. Par. ubique. [*Platæas* Lamb. et rell.]—12 *Exsculpserunt* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. sed *expulserunt* Ms. Voss. 3. *exculpserunt* Ed. Med. Arg. Par. Ald. *exscalpserunt* Ed. Steph. Gebh. Courtin. *excalpserunt* Ed. Mag. Mox *scripserunt* abest a Ms. Voss. 3.

1 *Ex iis* Ms. Ax.—2 *Elatus gerere* Ms. Voss. 1.—3 *Curantio* Ms. Leid. 2. *bizantio* Ed. Jens. Med. ubique.—4 *Quem plures* Ms. Leid. 2. *quam plures* Ms.

NOTÆ

[e] *Eoque ipse dux cecidit prælio*] Ictus nimirum lapide Mardonius periit. Plutarchus in Aristide.

[f] *Tripodem aureum Delphis posuisset*] Mos victoribus erat, ut ex hostium præda Tripodem Apollini plerumque consecrarent, idque præsertim inter Græcos, quod frequenter in Attica historia legitur. Thucydides lib. I. 8.

[g] *Hos versus Lacedæmonii exsculpserunt*] Idem, ibidem.

[h] *Cyprum atque Hellespontum miserunt*] Cyprus insula est in Pamphilico mari, Veneri sacra. Hellespontus vero fretum angustum Europam ab Asia dividens, Propontidem inter et mare Ægæum; nunc vulgo, *Stretto di Gallipoli*.

[i] *Nam cum, Byzantio expugnato*] Urbe Thraciæ ad Bosphorum sita, nunc *Constantinople*, a Constantino instauratore dicta.

Persarum nobiles, atque in his nonnullos regis[5] propinquos, hos clam Xerxi remisit, simulans ex vinculis publicis[6] effugisse; et cum his Gongylum Eretriensem,[7] qui literas Regi redderet, in quibus hæc fuisse scripta Thucydides memoriæ prodidit: 'Pausanias dux Spartæ, quos Byzantii[8] ceperat, postquam propinquos tuos cognovit, tibi muneri misit; seque tecum affinitate conjungi cupit. Quare, si tibi videtur, des ei filiam tuam nuptum.[9] Id si feceris, et Spartam,[10] et ceteram Græciam sub tuam potestatem[11] se, adjuvante te,[12] redacturum pollicetur. His de rebus[13] si quid geri volueris,[14] certum hominem ad eum mittas face, cum quo colloquatur.' Rex tot[15] hominum salute, tam sibi necessariorum, magnopere gavisus, confestim cum epistola Artabazum[16] ad Pausaniam mittit.[j] In qua eum collaudat, ac petit,[17] ne cui rei parcat ad ea perficienda,

Voss. 3. Ed. Mag.—5 *Regi prop.* Ms. Voss. 3.—6 *Ex vinclis publ.* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. *publicis vinculis*, omisso τῷ *ex*, Ms. Leid. 2.—7 *Gongulum Eretr.* Ms. Dan. *Congylum Cretensem*, Ed. Jens. Med. Paris. Arg. Ald. *Gong. Erethiens.* Ms. Dan. Leid. 2. Ed. Long. *Gong. Cretensem* Ms. Voss. 2. Ax. *Gongulium Eretr.* Ms. Voss. 1. *Gongulum cretensem* Ms. Voss. 3. —8 *Byzanti* Ms. Dan. Leid. 1. Mox *ut muneri* Ms. Voss. 3. et *se tecum* Ms. Leid. 1. Tum *affinitatem* Ed. Lamb. [in mea tamen Lamb. ed. Lutet. *affinitate*.] —9 *Nuptā* Ed. Arg. Paris. Long. *nuptū* Ed. Mag.—10 *Sparten* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Long.—11 *Sub sua potestate* Ms. Leid. 2. *pot. sub tuam* Ms. Ax.—12 *Se adjuvante*, omisso τῷ *te*, Ms. Dan. Voss. 1. 2. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Lamb. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. *pot. te adjuvante redacturum se* Ed. Mag. Long. Steph. sed *reducturum* Ms. Dan. [*se adjuvante, te redacturum* Ed. 2. Tzschuck. quem vide. Heus. conjecit *te adjuvante redact.* vel *sub tuam potestatem adjuvante te red.* ut *se* subaudiatur.]—13 Sic Ms. Mendos. Ed. Ultraj. [Bos. et rell. recentt.] Sed *hisque de rebus* Ms. Voss. 2. Axen. *his rebus* Ed. Ald. *horum igitur* Ed. Long. Lamb. Pat.—14 *Nolueris* Ms. Voss. 1. Tum *loquatur* Ms. Leid. 2.—15 *Tot* a Ms. Voss. 3. Mendos. aberat. Mox *necessarium* Ms. Leid. 2.—16 *Arthabazum* Ms. Voss. 3. *Artabazum* Ms. Voss. 1. sed in marg. *Artabarem*: at *Artabatem* Ms. Voss. 2. *Artabarum* Ed. Arg. *Arthabarum* Ed. Jens. Med.—17 *Petit*, omisso τῷ *ac*, Ms. Boecl. Leid. 2. Ax. Voss. 2. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. [Mox *polliceatur*, quoniam oratio sit obliqua, Tzschuck. ad minor. ed. suaserat, et in ed. 2. præeuntibus Schmiedero ac Ricleffio; in textum recepit. Atque Schmied. in not. malit *pollicitus esset*. Sed nihil temere mutandum esse, jam ostenderant Heusing. et Sta-

NOTÆ

[j] *Artabazum ad Pausaniam mittit*] Artabazus ille summus Xerxis præfectus fuit, de quo Herodotus lib. IX. et Thucydides lib. I. quod patet ex ejus nominis Etymologia. Hesychius, Stephanus.

quæ pollicetur: si fecerit,[18] nullius rei a se repulsam laturum.[19] Hujus Pausanias voluntate cognita, alacrior ad rem gerendam factus, in suspicionem cecidit Lacedæmoniorum.[20] In quo facto domum revocatus, accusatus capitis, absolvitur; mulctatur[21] tamen pecunia: quam ob causam ad classem remissus non est.

3. At ille post non multo sua sponte ad exercitum rediit,[b] et ibi non callida,[1] sed dementi ratione, cogitata[2] patefecit. Non enim mores patrios solum, sed etiam cultum vestitumque mutavit. Apparatu regio utebatur, veste Medica:[3][k] satellites Medi et Ægyptii sequebantur:[l] epulabatur more Persarum luxuriosius, quam qui aderant perpeti possent: aditum petentibus conveniendi[4] non dabat:[5] superbe respondebat, et crudeliter imperabat: Spartam redire nolebat: Colonas,[6][m] qui locus in agro Troadis[7] est, se contulerat:

[b] *Ille vero post breve tempus privato consilio ad castra reversus est.*

ver. ad min. ed.—18 *Perfecerit* Ms. Dan. Boecl. Leid. 1. Voss. 1. 2. Ax.—19 *Accepturum* Ms. Ax.—20 *Lacedæmio* Ms. Leid. 2.

1 *Calida* Ms. Voss. 1. tum *ratione:* etiam Ms. Dan. Sed *oratione* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long.—2 *Cogitata* Ed. Ultraj. Lamb. [Bos. et rell. recentt.] Sed *cognata* Ms. Dan. *conata* Ed. Gebh. *cognita* Ms. Mendos. Sav. Gif. Put. Ax. Oxon. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—3 *Medico* Ms. Leid. 2. Mox *Egyptii* Ed. Arg.—4 *Conveniundi* Ms. Leid. 2. Dan. [Hoc voc. spurium et ex glossa intrusum, putant Heinr. et Schmieder. Sed Tzschuck. ad ed. 2. bene animadvertit, posse quidem id utique abesse, sed libros omnes id sustinere, et Nepotem forte causam aditus voluisse indicare.]—5 Sic etiam Ms. Dan. Sed *dabat* omisso τῷ *non* Ed. Arg. Long. Mox *crudeliter* omisso τῷ *et* Ms. Voss. 2. Ax. Leid. 2. [*et*] *crudeliter* Ed. Heusing.—6 Sic Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long. [Lamb. in meo exemplo,] Steph. Gebh. Heus. Stav. 2. 3. [et rell. recentt.] Recte: nam Gr. Κολῶναι. v. Stav. in Obss. nov. misc. Belgic. tom. 8. p. 312. [ἐς δὲ Κολώνας τὰς Τρῳάδας ἱδρυθεὶς, Thucydid. ait lib. I. c. 131. Hodie vocatur *Khemali*. add. Staver. ad min. ed. ibique Harl. *Golonas* Ed. Bos. Stav. 1.]—7 Ita Ms. Boecl. Ax. Ed. Heus. [Keuch. Bipont. Stav. 3. qui tamen in not. conjicit *in Troade*, omisso *agro;* Tzschuck. 1. 2. Ith. Heinr. Schmied. et ego rescripsi; nam, judicibus Heusing. et Tzschuck., Troias femininum cum *agro*

NOTÆ

[k] *Veste Medica*] Ut ostenderet se jam ad Medos et Persas defecisse. Medorum autem vestem purpuream fuisse scribit Xenoph. lib. I. de Cyri vita.

[l] *Satellites Medi et Ægyptii sequebantur*] Quales Persarum Reges habent, qui Doryphori dicuntur et Melophori, quia aurea mala hastis præfixa ferunt, vel a colore vestis Melino. Ælianus, et Athenæus lib. XII. 3.

[m] *Colonas*] De hoc loco meminit

ibi consilia cum[8] patriæ, tum sibi inimica capiebat. Id postquam Lacedæmonii resciverunt,[9] legatos ad eum cum scytala[10] miserunt;[n] in qua more illorum erat scriptum, nisi domum reverteretur, se capitis eum damnaturos. Hoc nuntio motus,[11] sperans se etiam pecunia[12] et potentia instans periculum posse depellere, domum rediit.[13] Huc ut venit, ab ephoris in vincula publica conjectus est. Licet enim legibus eorum cuivis ephoro hoc facere regi.[14 o] Hinc[15]

minime congruit. Add. Scheffer. in miscell. Obss. Belgicis vol. IX. p. 203. Vulgo enim legitur et, quia ut adjectivum *ager Troias* posset explicari, retinuit ac defendit Wetzel., *Troiade*.]—8 *Tum patriæ* Ms. Voss. 2. Ed. Med. Arg. Mag.—9 Sic Ms. Ax. Ed. Stav. 2. 3. v. quoque Stav. in Obss. nov. miscell. VIII. p. 813. Oudendorp. ad Cæs. B. G. I. 28. p. 42. [et ego recepi in textum. Vulgo *resciverunt*.]—10 *Scytala* [ab Aldo in plurimas, etiam recentt. venit editt.] Sed *lana* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Sav. Put. Ed. Jens. Med. Par. *lancea* Ms. Ox. Boecl. Ax. (in quo leg. *cum l. ad e. m.*) Ed. Arg. Long. Mag. [quod genuinum esse judicat Wetz.] *lana* Ms. Dan. Gif. Mendos. *cum talea*, quæ proprie erat e ligno, restituendum Nepoti, existimabat Oudendorp. ad Cæs. B. G. v. 12. quam conjecturam Staver. [ad nostrum quidem loc. in min. ed. haud rejecit.]—11 *Commotus* Ms. Sav. Put. Gif. Ax. Voss. 2. [Ed. Bos. 2. Heus. Stav. 1. 3. et plur. recentt.] Sed *motus* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Lamb. Bos. 1. Pat. Stav. 2. [cui id in not. ad edit. 2. et 3. magis arridet, et ed. Harl. qui id recepit propter ingratum plurium *o*, si *commot.* retineatur, concursum: et ego reddidi *motus*.]—12 *Cum pecunia* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. [*tum pec.* Heus. de sua conjectura, cum alioqui *etiam* sit otiosum. Atque Schmieder. in ed. rescripsit *tum;* sed in Lexico Corn. p. 9. *etiam* h. l. iniquo loco positum, et scribendum putabat *se pec. et pot. instans etiam per.* et *etiam tum* edd. Bip. Ith. Heinr. Paufler. Stav. vero ad ed. 3. scribere jubet *cum* vel *tum pec. tum potentia*. Tzschuck. tamen ad ed. 2. retinet h. l. *etiam pec.* et prius voc. explicat *iterum, rursus*, nectitque cum *pecunia*.]—13 *Rediit* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Tum *ad Ephoros* Ms. Voss. 3. et *vincla* Ed. Lamb. Dein *est conject.* Ms. Ax.—14 *Licet....regi* Inclusit uncinis Stav. in ed. min. [parenthesi vero Heus. Staver. in Misc. obss. nov. tom. VIII. p. 815. arbitratur, *legibus eorum* vel de suo addidisse Nepotem vel in codd. aliorum Mss. irrepsisse; Leid. vero cod. male exhibere *hoc facere, quod regi*. Tum quod non cuivis nec uni Ephoro id licuit facere, sed ex suffragiis vel cunctorum, vel trium saltem, id fieri potuit, atque Thucyd. I. cap. 131. fin. scripsit ἔξεστι δὲ τοῖς Ἐφόροις τὸν βασιλέα δρᾶν τοῦτο· Cornelius vel ipse errasse videtur; vel, ut Stav. ad ed. 3. qui multus est de hoc loco, putabat, vertere potuisse, *licet enim legibus eorum ephoris hoc cuivis facere regi*.

NOTÆ

Thucydides lib. I. 8. Non procul a Lampsaco, Milesiorum Colonia. Strabo lib. XIII.

[n] *Legatos ad eum cum scytala miserunt*] Scytala, quantum hic ego conjicio, epistolæ jussoriæ et comminatoriæ genus est, sigillo quodam publico obsignatæ, qua Lacedæmonii ad revocandos Imperatores suos uti solebant; cujus formam depingunt Plutarchus in Lysandro, et Gellius lib. XVII.

[o] *Licet enim legibus eorum cuivis ephoro hoc facere regi*] De Ephoro-

tamen se expedivit. Neque eo magis carebat suspicione. Nam opinio manebat, eum cum rege habere societatem. Est genus quoddam hominum, quod Helotes[16] vocatur,[p] quorum magna multitudo agros Lacedæmoniorum colit, servorumque munere fungitur. Hos quoque solicitare spe libertatis existimabatur. Sed quod harum rerum nullum erat apertum crimen, quo argui posset, non putabant de tali tamque claro viro[17] suspicionibus oportere judicari; et[18] expectandum, dum se ipsa res aperiret.

4. Interim Argilius quidam, adolescentulus, quem puerum Pausanias amore Venereo[1] dilexerat, cum epistolam ab eo ad Artabazum[2] accepisset, eique in suspicionem venisset, aliquid in ea de se esse[3] scriptum, quod nemo eorum rediisset, qui super tali causa eodem[4] missi erant: vincula epistolæ laxavit,[5] signoque detracto cognovit, si pertulisset,

Atqui forsan sic a Cornelii manu fuit scriptum.] *Cujus* pro *cuivis* Ed. Jens. Med. *et hæc fac.* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long.—15 *Huic* Ed. Jens. Med.—16 *Ullote* Ms. Leid. 2. *Elote* Ms. Voss. 1. *Ilote* Ms. Boecl. *illote* Ms. Voss. 2. 3. Ax. *illotæ* Ms. Dan. *Ilotæ* Ed. Jens. Med. Arg. Par. *Helotæ* Ed. Ald. Long. Mag. [et Tzschuck. in ed. 2. quoniam et codd. eo ducant, et Livius XXXIV. 27. 9. eandem formam omnino librorum fide ediderit. At enim in edit. Drakenb. legitur *Ilotarum.*]—17 *Tamque viro claro* Ms. Voss. 2. Ax. Tum *judicare* Ms. Voss. 3.—18 Sic Ms. Voss. 1. 3. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Heus. [Ith. Stav. 3. Harl. Bip. Heinr. et ego pro vulgata lectione *sed* reposui, quoniam *et* post propositiones negativas idem est ac *sed.*]

1 *Venerio* Ms. Dan. *Venero* Ms. Voss. 3.—2 *Artabarum* Ed. Jens. Arg. *Arthabarum* Ed. Med.—3 *Esset* Ed. Ald. Mox *redisset* Ed. Mag. Keuch.—4 *Super eodem tali causa* Ms. Ax.—5 *Laceravit* Ms. Bavar. Boecl. Ernst. Voss. 2. Ed. Bos. 2. et rell. edd. Sed *laxavit* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. et 2. in margine a manu sec. [Thott. et probat Schlegel in diss. cit. p. 72.] Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Lamb. Long. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. probatque Abresch. in Dilucidatt. Thucyd. pag. 134. et provocat ad suas Animad. ad Æsch. lib. II. p. 496. [Atque propter loc. Thucydid. Argilium sigillum Pausaniæ sigillo simile fecisse, ut, si opinione sua deceptus fuisset, aut etiam si quid ille mutare voluisset, non agnosceret, epistolarum vincula, (quibus n. colligabantur epistolæ,) laxasse, (λύει τὰς ἐπιστολὰς,) Gott-

NOTÆ

rum potestate supra diximus.

p *Est genus quoddam hominum, quod Helotes vocatur*] Erant servi publici apud Lacedæmonios, præpositi agris arandis et colendis, quorum tamen tantum jus erat, ut civitatem Spartanam assequi possent. De quibus vide Thucydidem lib. I. 6. Platonem de Legibus VI. Aristot. Politic. II. 7. Horum fides erat admodum lubrica, et impulsu ad mutationem facilis. Polyæn. lib. I.

sibi esse pereundum. Erant in eadem epistola, quæ ad ea pertinebant, quæ inter regem Pausaniamque convenerant.[6] Has ille literas ephoris tradidit. Non est prætereunda gravitas Lacedæmoniorum hoc loco. Nam ne hujus quidem indicio[7] impulsi sunt, ut Pausaniam comprehenderent: neque prius vim adhibendam putaverunt, quam se ipse[8] indicasset.[c] Itaque huic indici, quid fieri vellent, præceperunt. Fanum[9] Neptuni est Tænari,[q] quod violari nefas putant Græci. Eo ille index confugit: in ara consedit. Hanc juxta, locum fecerunt sub terra, ex quo posset audiri, si quis quid[10] loqueretur cum Argilio. Huc ex ephoris quidam descenderunt. Pausanias, ut audivit, Argilium confugisse in aram, perturbatus eo venit:[11] quem cum supplicem Dei[r] videret in ara sedentem, quærit, causæ quid sit[12] tam repentino consilio.[13] Huic ille, quid ex literis comperisset, aperit. Tanto[14] magis Pausanias perturbatus orare

[c] *Quam se reum exhibuisset.*

---

leb. ad illum locum p. 221. in nostro Cornelii loco *laxavit* unice verum esse judicavit; idemque probabilius esse existimarunt Harl. Wetzel. et Tzschuck. Quare ego rescripsi *laxavit*.]—6 *Erant in....convenerant* a Ms. Leid. 2. aberant, sed Stav. in Misc. Obss. nov. tom. 8. p. 814. ex Diodoro Sic. lib. XI. p. 34. docet, illa verba non esse delenda.—7 *Judicio* Ed. Jens. Med.—8 *Ipse se* Ed. Long. Statim *judicasset* Ms. Dan. Ed. Jens. Med. pariter *judici* et paulo post *judex* Ed. Jens. Med.—9 *Vanum* Ms. Voss. 3. Dein *in araque* Ms. Leid. 2. Dan.—10 *Si quis aliquid* Ms. Ax.—11 *Pert. venit eo* Ms. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Mag. *eo venit* omisso *τῷ perturbatus* Ms. Voss. 3. Mendos. Ed. Ultraj.—12 *Quid si* Ed. Med. Lamb. [n. Francof. ann. 1608. nam in ed. 1. Lamb. Lutet. *quid sit* legitur.]—13 *Repentini consilii* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Lamb. Steph. Boecl. Bos. 1. 2. [Wetz.] Keuch. Sed *repentino consilio* Ms. Dan. Leid. 2. Ed. Gebh. Stav. 1. 2. 3. Heus. [Ith. et rell. Utrumque recte; n. vel ad verbum referas, vel ad substantivum; sed *repentino consilio* est doctior lectio, illustrata a Cortio ad Sall. B. Cat. c. 40. nr. 2. et ab Oudend. ad Cæs. B. G. lib. v. cap. 44. p. 265. Hinc eam prætuli.]—14 *Modo magis* Ms. Mendos. Bav. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Mag. Par. Ald. Ultraj. Long. *mō* (h. e. ut Scheffer. conj. *multo*) *magis* Ms. Boecl. [et Tzschuck. ad ed. min. cum Heusing. probavit atque in ed. 2. rescripsit *Multo magis*.] Statim *Pausanias* aberat a Ms. Voss. 2.

NOTÆ

[q] *Fanum Neptuni est Tænari*] Tænarus promontorium est Laconicæ regionis, in quo fauces erant ad inferos descendentes, quo hippocampos suos Neptunus subducere credebatur, unde fanum ipsi dicatum est.

[r] *Quem cum supplicem Dei*] Id est, Neptuni.

cœpit, ne enuntiaret,[15] nec se, meritum de illo optime, proderet: quod si eam veniam sibi dedisset,[d] tantisque implicitum[16] rebus sublevasset, magno esse ei[17] præmio futurum.

5. His rebus ephori cognitis, satius putaverunt[1] in urbe eum comprehendi. Quo cum essent profecti, et Pausanias, placato Argilio, ut putabat, Lacedæmonem reverteretur; in itinere, cum jam in eo esset, ut comprehenderetur,[e] e[2] vultu cujusdam ephori, qui eum admonere[3] cupiebat, insidias sibi fieri intellexit. Itaque paucis ante gradibus, quam qui sequebantur, in ædem Minervæ, quæ Chalciœcos[4] vocatur,[s] confugit. Hinc ne exire posset, statim ephori valvas ejus ædis[5] obstruxerunt,[t] tectumque sunt demoliti, quo facilius[6] sub divo interiret.[f] Dicitur, eo tempore matrem

[d] *Quod si eo beneficio se devinxisset.* [e] *Cum jam prope esset ut caperetur.*
[f] *Ut celerius sub aperto cælo moreretur.*

—15 *Ne nunciaret* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. *ne nuntiaret* Ed. Ald. *ne enunciaret* Ms. Dan. [atque *enuntiaret*, quod Lamb. Bos. et rell. dederunt, aptius dicitur de rebus arcanis, quam *nuntiaret*.]—16 *Implicatum* Ms. Leid. 2. Voss. 2. 3. Dan. Ed. Lamb. [sed et Lutet. s. Par. et Francof. edit. Lamb. præbent *implicitum*.]—17 *Magnoque ei pr.* Ed. Med. Arg. Long. *magno se esse ei premio* Ed. Jens. Par. Ald. (in quo tamen est *præmio*:) *magno ei pr.* Ms. Ax. Ed. Mag. Keuch. Pat.

1 *Putarunt* Ms. Leid. 2. Ax. Mox *ut putabat* in parenthesi Ed. Ald. Mag.—2 *Ex vultu* Ms. Voss. 3. *et ex vultu* Ms. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par.—3 *Admoneri* Ms. Voss. 2. 3. Boecl. Leid. 1. Ax. *ammoneri* Ms. Leid. 2. Dan. *amoveri* Ox. Mox *et insidias* Ed. Ald.—4 Sic Ed. Heus. [Harl. Heinr. Schmied. Tzschuck. 2. et ego reddidi terminationem Græcam.] *Χαλκίοικος* Ms. Voss. 2. *Chalciæcus* Ed. Ald. Mag. *Chalcidicos* Ms. Leid. 2. Dan. *Calchidicos* Ms. Voss. 1. *Chalcidicus* Ms. Voss. 3. Ab Ms. Ax. aberat, relicto tamen spatio: [*Chalciæcus* vulgo.]—5 *Valvas ædis* Ms. Ax. Leid. 2. et *ejus* delendum; et dein *sunt moliti*, [quod verbum aliquando notat demoliri, labefactare, dejicere, v. Gron. ad Liv. XXIV. 46.] ex fide cod. Voss. 3. Leid. legendum censet Stav. in Misc. Obss. nov. tom. 8. p. 814. [Idem Stav. ibid. quia Diodor. Sic. XI. p. 35. dicit, matrem ad introitum ædis lapidem attulisse, antequam Lacedæmonii dubitabundi ejusdem valvas obstruxissent, in Nepote paulo post legendum putat: *Dicitur ad templum matrem Pausaniæ venisse.*]—6 *Quo celerius* Ms. Ernst. Leid. 1. Bav. Voss. 1. 2. 3. Ax. Ed. Ultraj. Sed in marg. Ms. Voss. 2. *quo facilius*. Statim *divo* etiam Ms. Mendos. Gif. Ax. [Ed. Bos.

NOTÆ

[s] *In ædem Minervæ, quæ Chalciœcos vocatur*] De eadem Æde Minervæ sacra loquitur Thucydides lib. I. in quam velut ad Asylum facinorosi confugisse videntur, hucque fugientes impunitate donari: Chalciœcus dictus, teste Suida, ἢ ὅτι Χαλκοῦν οἶκον εἶχεν, ἢ διὰ τοὺς Χαλκιδεῖς τοὺς ἐν Εὐβοίᾳ φυγάδας αὐτὸν κτίσαι.

[t] *Valvas ejus ædis obstruxerunt*] Non Ephoros, sed Patrem Pausaniæ eas obstruxisse ait Plutarchus, qua in re errare videtur, quemadmodum et in ejus Patris nomine, quem Agesilaum

Pausaniæ vixisse, eamque jam magno[7] natu,[s] postquam de scelere filii comperit, in primis, ad filium claudendum, lapidem ad introitum ædis attulisse. Sic Pausanias magnam belli gloriam turpi morte maculavit. Hic cum semianimis[8] de templo elatus esset, confestim animam efflavit.[u] Cujus mortui corpus cum eodem nonnulli[9] dicerent inferri[10] oportere, quo hi, qui ad supplicium essent dati; displicuit pluribus: et procul ab eo loco infoderunt, quo[11] erat mortuus. Inde posterius Dei Delphici[12] responso erutus,[13][v] atque eodem[14] loco sepultus, ubi[15] vitam posuerat.

[s] *Eamque jam longævam.*

et recc.] Sed *dio* Ed. Ald. Mag. Lamb. Steph. Keuch.—7 *Magno* aberat a Ms. Voss. 1. at *magno metu* Ms. Mendos.—8 *Semianimus* Ms. Ax. fortasse vere. —9 *Non nulli* Ed. Jens. Med. ubique.—10 *Inferre* Ms. Ax.—11 *Quo*, omisso τῷ *in*, Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Boecl. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Heus. [Bip. Heinr. Wetz. Stav. 3. Harl. Tzschuck. 1. 2. Schmied. et ego *in* delevi: *in quo* rell. edd.]—12 *Delphici*, omisso τῷ *Dei*, Ms. Leid. 1. 2. Boecl. Ax. Voss. 2. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Mag. Nam *Dei* ob seq. vocab. omitti facile potuit. *Delfici* Ms. Bav.—13 *Exutus* Ed. Jens. Med. Ald.—14 *Eodem* abest ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. [At in edit. Lamb. Lutet. et Francof. extat *in eo loco*.] Erat autem in Ms. Dan.—15 *Ut* Ms. Gif. Statim *posuerat* Ms. Mendos. Dan. Leid. 1. Bav. Gif. Ax. Ed. Ultraj. Gebh. [Bos. 2. et rell. recentt.] Sed *finierat* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos. 1. e glossemate puto.

NOTÆ

vocat, cum sit Cleombrotus, ut supradictum est; id vero Matri ejus imputat Nepos, ut infra legitur, cui nomen erat Theano, Polyæno auctore lib. VIII.

[u] *Confestim animam efflavit*] Huic opinioni adversatur Xenophon lib. III. de rebus Græciæ, scribitque Pausaniam damnatum Tegeam profugisse, ibique morbo periisse.

[v] *Inde posterius Dei Delphici responso erutus*] Diodorus ait Apollinem, qui Delphicus Deus dicitur, Lacedæmoniis iratum, quod supplicum asylum violassent, respondisse, Supplicem Deo restitui oportere; quod cum fieri non posse viderent, pro uno corpore vivo duas statuas Pausaniæ posuisse. Sic etiam fere Thucydides, lib. I. sed præter duas statuas æneas, corpus ejus, oraculi mandato, huc delatum ac conditum esse scribit.

V.

CIMON.[1]

ARGUMENTUM.

Cap. 1. Hæres paternorum vinculorum, ab uxore liberatur. 2. Ejus virtutes et res gestæ: Persas eodem die navali et terrestri prælio vincit. 3. Ostracismo ejicitur. Revocatus pacem cum Lacedæmoniis conciliat. Citii moritur. 4. Cimonis encomium.

Cimon,[2] Miltiadis filius, Atheniensis, duro[3] admodum initio usus est adolescentiæ.[a] Nam cum pater ejus litem æstimatam[4] populo solvere non potuisset,[a] ob eamque causam in[5] vinculis publicis decessisset, Cimon eadem custodia[6] tenebatur, neque legibus Atheniensibus[7] emitti pote-

[a] *Durissimum habuit juventutis exordium.*

1 *Cimonis vita* Ed. Jens. Par. Ald. *Cymonis vita* Ed. Med. Arg. *Cymon* Ms. Voss. 2.—2 *Cymon* Ed. Jens. Med. Arg. ubique [ed. Francof.] *Cumon* Ms. Ax. Statim *Mylliadis filius* Ed. Jens. Med. Arg. *Militiadis* Ms. Dan. ubique.—3 Sic Ms. Sav. Put. Gif. Dan. Sed *diro* Ed. Jens. Med. Arg. Long.—4 *Extimatam* Ed. Jens. Med. Arg. [An *existimatam* dare voluit scriba cod. aut curator ed. Jens.? Nam *æstimare* et *existimare* in codd. confundi solent: v. Schwarz. ad Plin. Paneg. c. 38. p. 155.]—5 *In* omissum est in Ms. Voss. 1.—6 *Custodi* Ed. Jens. Med. Arg.—7 Sic Ms. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. Sed *Atheniensium* Ms. Ax. Ed. Steph. Gebh. quod mihi placet, quia sic κακοφωνία vitatur: [sic quoque suaserat Lamb. in altera ed. Francof. probante Heusingero.] Dein *mulctatus erat* Ms. Boecl. *multatus erat* Ms. Ax. *mult. fuerat* Ms. Leid.

NOTÆ

[a] *Litem æstimatam populo solvere non potuisset*] Nimirum quinquaginta talentis, ut supra in Miltiade. Vide Senecam Controvers. lib. IV. 26. et Quintil. Decl. 103.

rat,[b] nisi pecuniam, qua pater mulctatus esset, solvisset. Habebat autem in matrimonio sororem germanam suam,[c] nomine[8] Elpinicen,[9] non magis amore, quam more ductus.[10] Nam[11] Atheniensibus licet, eodem patre natas, uxores ducere. Hujus conjugii cupidus Callias[12] quidam,[d] non tam generosus, quam pecuniosus, qui magnas pecunias ex metallis fecerat, egit cum[13] Cimone, ut eam sibi uxorem daret: id si impetrasset, se pro illo pecuniam soluturum. Is cum talem conditionem aspernaretur,[14e] Elpinice[15] negavit, se passuram Miltiadis progeniem in vinculis publicis interire, quoniam prohibere posset;[16] seque Calliæ[17] nupturam, si ea, quæ polliceretur, præstitisset.

2. Tali modo custodia liberatus Cimon, celeriter ad principatum pervenit. Habebat enim satis eloquentiæ,[1]

2.—8 *Nomine* abest ab ed. Long. Mag. Mox *suam germ.* Ed. Steph. Gebh. Mag. Keuch.—9 *Helpicenem* Ms. Dan. Leid. 1. *Helpinice* Ms. Voss. 1. 2. *Helpicene* Ms. Voss. 3. *Helpinicē* Ed. Arg. *Helpinicem* Ed. Mag. Long. *Elpenicem* Ed. Jens. Med. *Elpenicen* Ed. Par. Ald. *Elpinicem* Ed. Stav. 1. 2. [sed *Elpinicen* Ed. Bos. Stav. 3. et rell. recentt. atque 'Ελπηνίκη vocatur a schol. Aristoph. Equit. v. 851. aliisque.]—10 Sic Ms. Gif. Dan. Mendos. Leid. 1. Ox. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. Ed. Ultraj. [Bos. Stav. et rell. recentt.] Sed *quam ore*, interjecto spatio inter *quam* et *ore*, Ed. Jens. *quam more patrio ductus* Ed. Par. Ald. Mag. Long. Lamb. Patav. *quam patrio more d.* Ed. Steph. Keuch. —11 *Namque* Ms. Dan. [melius h. l.]—12 *Gallias* Ed. Ald.—13 *Egit Cim.* Ms. Leid. 2.—14 *Aspernatur* Ms. Leid. 2. *aspernarent* Ms. Voss. 3.—15 *Helpicene* Ms. Dan. *Elpenices* Ed. Jens. Med. *Helpinice* Ed. Arg. Mag. Long. *Elpinices* Ed. Par. *Elpenice* Ed. Ald. Mox *Myltiadis* Ed. Jens. Med. *Milcyadis* Ed. Arg. dein *vinclis* Ed. Arg. Lamb.—16 Sic Ms. Boecl. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. [Ed. Long. Bos. 2. et recentt.] Sed *quoniam prohiberet* Ed. Ald. *quoniam prohibere* omisso τῷ *posset* Ed. Jens. Med. *quoniamque prohibere posset, se* (omisso τῷ *que*,) *Call. n.* Ed. Lamb. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. *quando proh. posset* Ms. Ax.—17 *Callias* Ms. Voss. 3. *Galliæ* Ed. Ald.

1 *Hab. en. eloq. satis* Ms. Leid. 2. *hab. tum satis eloq.* Ms. Voss. 2. 3. Leid.

NOTÆ

[b] *Neque legibus Atheniensibus emitti poterat*] Tyrannorum filii, apud Græcos, parentum crimina luebant; ut scribit Alex. Neapol. lib. II. 16.

[c] *Sororem germanam suam*] Ut in præfatione.

[d] *Hujus conjugii cupidus Callias quidam*] Vir ditissimus, qui apud Athenienses λακκόπλουτος dictus, quod ex puteis et fodinis divitias parasset. Hunc sordide divitem natum vocat Seneca Controvers. lib. IV. 24. De hoc Divite vide Athenæum lib. XII. 8. et 17. Et Theophrastum lib. περὶ λίθων.

[e] *Is cum talem conditionem aspernaretur*] Contra, facilem illum et paratum ad hanc conditionem asserit Plutarchus.

summam liberalitatem, magnam prudentiam cum[2] juris civilis, tum[3] rei militaris, quod cum patre a puero in exercitibus[4] fuerat versatus. Itaque hic et populum urbanum[f] in sua tenuit potestate, et apud exercitum plurimum valuit auctoritate. Primum imperator apud[5] flumen Strymona[g] magnas copias Thracum[h] fugavit: oppidum Amphipolim constituit,[i] eoque decem millia[6] Atheniensium in coloniam misit. Idem iterum apud Mycalen[7][j] Cypriorum et Phœnicum[k] ducentarum navium classem devictam[8] cepit: eodemque die pari fortuna in terra[9] usus est. Namque[10] hostium navibus captis, statim ex classe copias suas eduxit,[l] barbarorum uno concursu maximam vim prostravit.[11] Qua victoria, magna præda potitus, cum domum reverteretur, quod jam nonnullæ insulæ, propter acerbitatem imperii, defecerant, bene animatas confirmavit,[b][12] alienatas ad offi-

[b] *Bene affectas corroboravit.*

1.—2 *Tum juris civ.* Ms. Leid. 2. Ed. Arg.—3 *Cum rei mil.* Ms. Leid. 1. Voss. 2. 3.—4 Sic Ms. Dan. Gifan. [Ed. Bos. 2. Stav. et rell. recentt.] Sed *exercitu* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Keuch. Bos. 1. —5 *Ad* Ed. Par. Dein *Amphipolin* Ed. Heus. [Tzschuck. 2. Wetzel. Harl.]—6 *Eoque exercitu* Ms. Leid. 2. τὸ *millia* aberat a Ms. Dan.—7 *Micalen* Ms. Ax. Ed. Gebh. *Mychalen* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Jens. Par. *Mychalem* Ed. Med. *Mychalē* Ed. Arg. [*Michalen* cod. Thott.] Statim *Cyprorum* Ms. Mend. Gif. Leid. 2. Voss. 3. Ax. Ed. Arg.—8 *Devinctam* Ms. Voss. 2. Ed. Long. in qua etiam male legitur *cœpit*.—9 *In terra* a Ms. Leid. 2. Voss. 3. aberant.—10 *Nam* Ms. Leid. 1. Mox *capti* Ms. Voss. 3.—11 *Barb. max. vim uno conc. prostr.* Ms. Boecl. *barborumque m. v. u. c. pr.* Ms. Leid. 2. Ax. Dan. *barbarorumque m. v. u. c. prostr.* Ed. Arg. Long. [*barbarorumque u. c. max. vim prostr.* Tzschuck. 1. 2.]—12 *Bene anim. confirm.* a Ms. Ox. Ed. Jens. Med. Par.

NOTÆ

[f] *Itaque hic et populum urbanum*] Id est, in urbe morantem.

[g] *Apud flumen Strymona*] Quo Macedonia a Thracia dividitur.

[h] *Magnas copias Thracum*] Quia tunc Thraces in Persarum exercitu militabant.

[i] *Oppidum Amphipolim constituit*] Sic dictum, quod utrimque Strymone fluvio alluitur. Plin. lib. IV. 10. 23. et aliis in locis. Urbs ista media est Macedoniam inter et Thraciam; hodie *Chrysopoli.*

[j] *Iterum apud Mycalen*] Nomen montis in Caria. Ad Eurymedontem fluvium in Pamphylia pugnam commissam fuisse ait Pompon. Mela lib. I. 14.

[k] *Cypriorum et Phœnicum*] De Cypro insula jam dictum est in Pausania. Phœnices vero populi a Phœnicia oriundi: Phœnicia autem regio est Syriæ maritima, Judææ contermina, cujus præcipuæ urbes fuerunt Tyrus et Sidon ad mare.

[l] *Statim ex classe copias suas eduxit*]

ciam redire coëgit. Scyrum,[13] quam eo tempore Dolopes incolebant,[m] quod contumacius se gesserant,[14] vacuefecit,[n] sessores veteres urbe insulaque ejecit,[o] agros civibus divisit.[15 p] Thasios opulentia fretos[q] suo adventu fregit. His ex manubiis[16] Athenarum arx, qua[17] ad meridiem vergit,[18] est ornata.

3. Quibus rebus cum unus in civitate maxime floreret, incidit in eandem invidiam, quam[1] pater suus ceterique Atheniensium principes. Nam testarum suffragiis,[r] quod illi Ostracismum[2] vocant, decem annorum exilio mulctatus

Ald. absunt. Sed erant in Ms. Mendos.—13 *Cyprum* Ms. Dan. Gif. Mendos. Voss. 1. 3. Ed. Jens. Med. Par. Dein *Delopes* Ed. Med.—14 *Gesserant* [h. e. Dolopes et reliqui incolæ,] Ms. Voss. 1. 2. Dan. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Hens. [Bip. Ith. Heinr. Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Schmied. Paufl. et ego rescripsi :]. *gesserat* Ald. Bos. [Stav. 1. 2. Wetzel. et rell.] Mox *vacuefecit* Ed. Med. Arg. Long. Dein *possessores* Ed. Gebh. [Sed *sessores* pro possessoribus, (uti *sedere, sedes* de domiciliis s. habitationibus usurpatur,) est lectio doctior. v. Vellei. Pat. lib. I. c. 3. init. ibiq. Burm. et, ante illum, Heinsius ad idem cap. §. 3. p. 537. ed. Ruhnk. Præter tamen rem ibi dubitat Heins. num lectio in Corn. loco nostro sana sit.]—15 *Dimisit* Ed. Jens. Med. Statim *et Thracios* Ms. Voss. 3. [sed Thasos, insula maris Ægæi, prope Thraciam sita est.]—16 *E manubiis* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Lamb. Mag. Long. *ex manibus* Ms. Leid. 2. *ex navibus* al. Statim *arx Athen.* Ms. Dan. Ax. Ed. Arg. Mag. Long. Steph. Gebh. [quæ suavior est lectio.]—17 *Que ad* Ms. Leid. 2. *quæ ad* Ms. Boecl. Voss. 1. 2. 3. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. —18 *Pertinet* Ms. Ax. [quod est glossema.]

1 *In quam* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. [Ed. Wetzel.]—2 *Hostracos* Ms. Voss. 1. *ostrachismon* Ms. Voss. 2. *hostratos* Ed. Jens. Med. Arg. *ostracon* Ed. Par. Ald. *ὀστρακισμὸν* Ed. Mag. Long. Steph. Gebh. *Ostracismon* Ed. Heus. [An-

NOTÆ

De hoc Strategem. Polyæn. lib. I.

m *Scyrum, quam eo tempore Dolopes incolebant*] Scyros insula est in Ægæo mari, in qua Achilles fœminam mentitus delituit inter Lycomedis Regis filias. Dolopes vero populi erant Thessaliæ, e cujus regione Scyros sita est: prope Pindum habitabant, unde Achelous amnis ad Echinadas cursum præcipitat.

n *Quod contumacius se gesserant, vacuefecit*] Id est, Insulam, a Dolopibus, qui, ut refert Plutarchus, piraticam artem exercebant, occupatam, repurgavit.

o *Sessores veteres urbe insulaque ejecit*] Quidam legunt *possessores*; solos tamen Dolopes inde ejectos propter eorum rapinas vult Plutarchus.

p *Agros civibus divisit*] Id est, Coloniam huc deduxit, cui agros hujus insulæ distribuit.

q *Thasios opulentia fretos*] Thasus insula est maris Ægæi, Thraciæ adjacens, generosis vitibus et insigni marmoris genere nobilitata; unde Thasii, quos Cimon navali prælio debellavit.

r *Nam testarum suffragiis*] De Ostracismo supra dictum est, in Miltiade et Themistocle.

est. Cujus facti celerius Athenienses, quam ipsum, pœnituit. Nam cum ille forti animo[3] invidiæ ingratorum civium cessisset, bellumque Lacedæmonii Atheniensibus indixissent, confestim notæ ejus virtutis[4] desiderium consecutum est. Itaque post annum quintum, quam[5] expulsus erat, in patriam revocatus est. Ille, quod hospitio Lacedæmoniorum utebatur,[s] satius existimans, contendere[6] Lacedæmonem, sua sponte est profectus, pacemque[7] inter duas potentissimas civitates conciliavit. Post, neque ita multo, Cyprum[8] cum ducentis navibus imperator[9] missus, cum ejus majorem partem insulæ devicisset, in morbum implicitus, in oppido Citio[10] est mortuus.[t]

4. Hunc Athenienses non solum in bello, sed[1] in pace, diu desideraverunt. Fuit enim tanta liberalitate, cum[2] compluribus locis prædia hortosque haberet, ut nunquam in eis

---

tecedens *quod illi* Tzschuck. at *quod* tantum Stav. ad ed. 3. ejici posse, si codd. addicerent, arbitrabantur, quoniam *quod* duriore synesi ad præcedens referatur. Sed Perizon. ad Sanctii Minervam lib. II. c. 9. not. 4. *τὸ quod* defendit: et Tzschuck. etiam vel *judicium* repetere jubet, vel latius intelligere *quam rem.*]—3 *Animo forti* Ms. Dan. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long.—4 *Virtutes* Ms. Voss. 1. sed supra notatum erat *virtutis.*—5 Sic Ms. Ax. [et ex ed. Bos. 2. venit in reliquas.] Sed *quo* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Lamb. Bos. I.—6 Ita Ms. Sav. Put. Gif. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Sed *satis existimans verbis contendere* Ms. Ox. Ax. *satius æstimans cont.* Ms. Voss. 3. *satius existimans eos et cives suos inter se una voluntate consentire, quam armis contendere* Ed. Lamb. Steph. [Schmied. in parenthesi.]—7 *Pacem* Ms. Voss. 3. Idem paulo post *neque multo.*—8 *in Cyprum* Ed. Par. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Pat. —9 *Super* Ms. Voss. 3. idem dein *sed in morbum.*—10 *Cythio* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Dan. Ed. Jens. Med. Arg. Par. *Cytio* Ms. Voss. 2.

1 *Sed etiam in pace* Ms. Leid. 2. Voss. 2. Ax. Ed. Arg. [Wets. Schmied. at vid. Heus. et Harl.]—2 *Liberalitate usus est, ut* Ms. Ox. Statim *quam pluribus*

NOTÆ

[s] *Ille, quod hospitio Lacedæmoniorum utebatur*] Quia, scilicet, in Spartanorum agris exulabat Ostracismi causa.

[t] *In oppido Citio est mortuus*] Hanc urbem expugnatam a Cimone negat Thucydides lib. I. 6. immo vero in obsidione urbis morte fuisse eum occupatum ait: cui opinioni Diodorus adversatur; nam et Citium expugnasse, et in cives ejus humanum se præbuisse scribit; unde Plutarchus refert ex Nausicrate Rhetore Citienses quoddam Cimonis sepulcrum coluisse, qui Oraculi cujusdam jussu eum quasi Deum in adversitatibus venerabantur. Citium autem est urbs Cypri, in qua Zeno, Stoicorum Sectæ conditor, natus est.

custodem imposuerit[3] fructus servandi gratia, ne quis impediretur, quo minus ejus rebus, quibus quisque[4] vellet, frueretur. Semper eum pedisequi[5] cum nummis sunt secuti,[u] ut, si quis opis ejus indigeret, haberet, quod statim daret, ne differendo videretur negare.[v] Sæpe, cum aliquem offensum fortuna videret minus bene vestitum,[c] suum amiculum[6] dedit. Quotidie[7] sic cœna ei coquebatur,[8] ut, quos invocatos[9] vidisset in foro, omnes devocaret:[d][10] quod facere nullum diem prætermittebat. Nulli fides ejus, nulli opera, nulli[11] res familiaris defuit: multos locupletavit: complures[12] pauperes mortuos, qui, unde efferrentur,[13] non reliquissent, suo sumtu extulit.[e] Sic se gerendo, minime est mirandum,[14] si et vita ejus fuit secura[15] et mors acerba.[f]

[c] *Cum non raro aliquem forte* sibi *obvium cerneret male indutum.*
[d] *Ut quos in foro non invitatos aspiceret, universos invitaret.*
[e] *Quibus non supererat, unde funus ipsis pararetur, suis impensis paravit.*
[f] *Si et tute vixit, et cum omnium luctu obiit.*

Ms. Voss. 3.—3 Ita Ms. Voss. 1. 2. 3. Sed *eis....posuerit* Ms. Gif. Ed. Gebh. Plin. IX. Ep. 37. 'custodes fructibus ponam.' At *eis custodes imposuerit* Ms. Leid. 2. *eis cust. imposuerit* Ed. Lamb. Steph. Pat.—4 Sic præter Ms. Dan. Leid. 1. et Boecl. etiam Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ax. [Ed. Bos. 2. et recentt. præter Tzschuck. 1. 2. a quibus *quisque*, uti] ab Edd. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Pat. abest.—5 Sic Edd. Lamb. Stav. 2. 3. Heus. ubique, et plurimæ recc. [*pedissequi* contra metri legem et monumentorum fidem Ed. Bos. Ith. Wetz. et aliæ antiquiores.]—6 *Aminiculum* Ed. Jens. Med. Arg. Long. *amic. suum* Ms. Ax.—7 *Quottidie* Ed. Arg. *cotidie* Ed. Ald. ubique.—8 *Quoquebatur* Ed. Jens. Med.—9 Sic Ms. Dan. Gif. Put. Sav. Mendos. Ax. Ernst. Bav. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ed. Ultraj. [Bos. et recc.] Sed *non vocatos* Ed. Lamb. Steph. *convocatos* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. quod ex *non vocatos* extitisse videtur.—10 Ita etiam Ms. Voss. 1. 2. Dan. Ax. [Ed. Lamb. Bos. et recentt.] sed *devoraret* Ms. Voss. 3. Ed. Jens. Med. Mag. *devoraret* Ed. Arg. Long.—11 *Nulla res* Ms. Voss. 2.—12 *Quam plures* Ms. Voss. 3.—13 *Efferentur* Ms. Voss. 1.—14 *Admirandum* Ms. Leid. 3.—15 *Secuta* Ms. Voss. 1.

NOTÆ

[u] *Semper eum pedisequi cum nummis sunt secuti*] Hos hodie ab eleemosynis ministros dicimus. De Cimonis liberalitate, idem refert Plutarchus in Pericle.

[v] *Ne differendo videretur negare*] Cui sententiæ illud P. Syri conforme est: 'Beneficium bis dat, qui dat celeriter.' Et illud Ausonii: 'Gratia quæ tarda est, ingrata est gratia: namque, Quæ fieri properat gratia, grata magis.'

VI.

LYSANDER.[1]

ARGUMENTUM.

Cap. 1. Athenarum victor; decemviros Græciæ civitatibus imponit. 2. Crudelis in Thasios. 3. Reges tollere et oraculum corrumpere conatur; accusatus absolvitur; occiditur a Thebanis. 4. Lysander suus ipse accusator.

Lysander,[a] Lacedæmonius,[b] magnam reliquit sui famam, magis felicitate,[2] quam virtute, partam. Athenienses enim in Peloponnesios[3][c] sexto et vicesimo anno bellum gerentes confecisse apparet. Id qua[4] ratione consecutus sit, latet. Non enim virtute sui exercitus, sed immodestia factum est[5] adversariorum: qui quod dicto audientes imperatoribus suis non erant,[*] dispalati in agris, relictis navi-

[*] *Qui quia suorum ducum mandatis minime obtemperabant.*

1 *Lysandri vita* Ed. Jens. Med. Arg. Par.—2 *Fortuna* Ms. Ernst.—3 *In Peloponnesso* Ms. Leid. 2. *in Peloponnessios* Ms. Voss. 2. *in Peloponesios* Ms. Voss. 3. [Ed. Lamb. Wetz.] *in Peloponnexios* Ed. Med. *in Peloponnesos* Ed. Arg. *adversus Pelop.* Ms. Ax. e glossemate. Mox *viges.* Ed. Jens. Med. Par. Ald. —4 *Cesqua* Ms. Voss. 3. inde Struchtmeier. pag. 52. *nec qua.*—5 *Factum*

NOTÆ

[a] *Lysander*] Aristocleti filius, ex Heraclidarum genere. Plutarchus in Lysandro.

[b] *Lacedæmonius*] Apud Athenæum lib. vi. Mothacem eum fuisse asserit Theopompus. Idem quoque testatur Ælianus lib. xii. 43. 'Quod nomen imponebatur iis, quos Patres in Gymnasia locupletum exercitatum mitterent.' Alii Mothaces volunt fuisse conditione servos; a verbo Græco μόθαξ, *verna*; vel μόθος, *labor*.

[c] *In Peloponnesios*] Peloponnesii a Peloponneso dicti, peninsula quæ hodie Morea, de qua supra.

bus, in hostium venerunt potestatem. Quo facto Athenienses se[6] Lacedæmoniis dediderunt.[7] Hac victoria Lysander elatus, cum antea semper factiosus audaxque fuisset, sic sibi indulsit,[b 8] ut ejus opera in maximum odium Græciæ Lacedæmonii pervenerint. Nam cum hanc causam Lacedæmonii dictitassent[9] sibi esse belli, ut Atheniensium impotentem dominationem refringerent, postquam apud Ægos[10 d] flumen Lysander classis hostium est potitus, nihil aliud molitus est, quam ut omnes civitates in sua teneret potestate,[11] cum id se Lacedæmoniorum causa facere simularet.[12] Namque undique, qui Atheniensium rebus studuissent, ejectis, decem delegerat[13 e] in unaquaque civitate, quibus summum imperium potestatemque omnium rerum committeret. Horum in numerum[14] nemo admittebatur, nisi qui aut ejus hospitio contineretur,[c] aut se illius fore[15] proprium fide confirmarat.[d]

2. Ita decemvirali[1] potestate in omnibus urbibus constituta, ipsius nutu omnia gerebantur: cujus de crudelitate ac

[b] *Adeo se impotenter gessit.* [c] *Nisi qui vel hospitum ejus numero haberetur.* [d] *Vel se penitus ipsi addictum sacramento sponderet.*

adcers. Ms. Voss. 3.—6 *Se* aberat a Ms. Ax.—7 *Dedcrunt* Ms. Voss. 1. 3. Mendos. Ed. Jens. Med. Ald. [quod rectius esse putat Stav. ad ed. 3. laudatque Cortium ad Sall. B. Jug. c. 75. 5. ac Davis ad Cæs. de B. Civ. lib. III. 11.]—8 *Indulxit* Ms. Voss. 3.—9 *Dictassent* Ms. Voss. 1. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Mag. Long. Tum *bellum* Ed. Arg. Long. Mox in Ed. Jens. Med. Arg. est *in potentem*, et in Arg. etiam *refrigeret*.—10 *Egos* Ms. Dan. *eghos* Ed. Jens. Med. Arg. Mox *classe* Ed. Ultraj. Dein *est molitus* Ms. Ax.—11 *In suo tenore pot.* Ms. Voss. 3.—12 *Simulavit* Ms. Voss. 2. sed a manu sec. *simularet*. Statim *nanque* Ed. Ald. Lamb. ubique.—13 *Delegarat* Ms. Voss. 1. sed supra notatum erat *delegerat*. Tum *una quaque* Ed. Jens. Med.—14 *In numero* Ms. Boecl. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long.—15 *Se fore ill. propr.* Ms. Ax. Mox *confirmarat* etiam Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Sed *confirmaret* Ed. Gebh. Keuch. Pat.

1 *Decem virali* Ed. Jens. Med. Arg. ut mox cap. 3.—2 *Eadem* Ms. Ax.

NOTÆ

[d] *Ægos*] Chersonesi Thraciæ fluvius, ad cujus ostia Atheniensium classis a Lysandro aut capta fuit aut summersa; sic dictus quasi Capræ fluvius. Plinius lib. II.

[e] *Decem delegerat*] Hos Xenophon *δεκαρχίας* vocat lib. III. de rebus Græc. Athenis autem triginta præfecerat, decem vero Piræeo. Plutarch. Hi postea urbem oppresserunt, dictique sunt triginta tyranni. Xenophon ibidem.

perfidia[f] satis est unam rem, exempli gratia, proferre, ne de eodem[2] plura enumerando defatigemus[3] lectores. Victor ex Asia cum reverteretur, Thasumque devertisset,[4 g] quod ea civitas præcipua fide fuerat erga Athenienses, proinde[5] ac si iidem[6] firmissimi solerent esse amici, qui constantes fuissent inimici, eam pervertere concupivit.[h] Vidit autem, nisi in eo occultasset voluntatem, futurum,[7] ut Thasii dilaberentur,[8 i] consulerentque rebus suis.[j] Itaque * * *

Voss. 2. sed supra notatum erat *eodem*.—3 *Defatigemus* Ms. Mend. Gif. Ax. Dan. Voss. 1. 2. 3. Ed. Stav. 1. 2. 3. [Heus. Ith. Harl. Tzsch. 2. Bip. Heinr. Paufl. et ego rescripsi.] Sed *fatigemus* Ed. Long. Lamb. [Bos. 1. 2. Wetzel.] reliquique editi nostri.—4 *Divertisset* [Ed. Bos. Stav. 1. 2.] Sed *devertisset* Ed. Steph. [Lamb.] Heus. recte; [et sic Ed. Stav. 3. et rell. recentior. atque ego reposui. Atque Bos. in indice in voc. *devertere* nostro loco *devertisset*, scil. ex itinere in urbem, legere jubet probatque. Add. Ernest. clavem Cic. voc. *devertere*, et Burm. ad Quintil. II. 3. fin. ad Petron. cap. 9. et ad Suet. Tib. cap. 12.] Pro *Thasum* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Paris. Lamb. *Thassum*.—5 *Perinde* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Mag. Long. Steph.—6 *Idem* Ms. Voss. 2. Ax. [*iisdem* Tzschuck. 1. 2.] Ceterum Long. et Mag. locum ita legunt: *perinde ac si iidem firmissimi solerent esse inimici, qui constantes fuissent amici*. Ed. Ultraj. in margine *perinde ac si non iidem f. s. e. a. q. c. f. inimici*. Ut Bosius edidit, ita est etiam in ed. Lamb. [Atqui Thasios, antea Lacedæmoniorum socios atque amicos, omnia prius expertos, triumque annorum obsidionem passos esse, quam sese Atheniensibus dederent, Ith. post Lambin. aliosque ex Thucyd. I. capp. 100. et 101. docuit.]—7 *Futuram* Ms. Voss. 2. 3. 1. (in quo tamen suprascriptum erat *futurum*.) Mox *Thassii* Ed. Par. [Lamb.]—8 *Liberarentur* Ms. Voss. 3. Post verba *rebus suis* in Ed. Lamb. Steph. Gebh. Pat. spatium trium versuum relictum, adjectis verbis his: 'Desideratur hic exemplum Lysandri crudelitatis et perfidiæ in Thasios.' In reliquis editis nostris, Jens. Med. Paris. Ald. Mag. Long. conjunguntur cum sequentibus verbis, nullo intermisso spatio: [*rebus suis....Itaque* Ed. Lamb. Bos. Stav. 1. 2. Wetzel. Ith.]

NOTÆ

[f] *Cujus de crudelitate ac perfidia*] Hæc sunt illius perfidiæ argumenta, quod dicere solebat, ubi leonina pellis non proficeret, vulpinam esse assuendam. Item, pueros taxillis, homines vero jurejurando fallendos. Vide Plutarchum, qui eum cum Sylla comparat.

[g] *Thasumque devertisset*] Insulæ nomen simul et civitatis; de qua supra in Cimone.

[h] *Eam pervertere concupivit*] Id est, ab Atheniensium partibus ad Lacedæmoniorum partes eam abducere tentavit.

[i] *Futurum, ut Thasii dilaberentur*] Id est, ut aperte deficerent.

[j] *Consulerentque rebus suis*] Quandoquidem hic desunt nonnulla, conjiciendum est in iis quædam perfidiæ Lysandri exempla narrari; et forte etiam quædam alia, propter quæ Ephori decemviralem potestatem ab eo in Civitatibus constitutam abrogarent. Vide ea de re Plutarchum in Lysandro, et Diodorum lib. XIII.

3. Decemviralem[1] suam potestatem sui[2] ab illo constitutam sustulerunt. Quo dolore incensus iniit consilia, reges Lacedæmoniorum tollere. Sed sentiebat id se sine[3] ope Deorum facere non posse, quod Lacedæmonii omnia ad oracula referre[4] consueverant. Primum Delphos[5] corrumpere est conatus.[k] Cum id non potuisset, Dodonam adortus est.[l] Hinc quoque repulsus, dixit se vota[6] suscepisse, quæ[7] Jovi Hammoni solveret,[m] existimans, se Afros[8] [n] facilius corrupturum. Hac[9] spe cum profectus esset in Africam, multum[10] eum antistites Jovis fefellerunt. Nam non solum corrumpi non potuerunt, sed etiam legatos Lacedæmona[11] miserunt, qui Lysandrum accusarent, quod

1 *Itaque hi decemv.* Ms. Dan. Boecl. Leid. 1. τὸ *itaque* aberat a Ms. Voss. 1. 2. 3. [*Ita decemv.* Schmied. Paufl.]—2 *Sui* aberat Ms. Dan. Boecl. Leid. 1. Ax. Gronov. de pecun. vett. p. 647. legit: *Itaque hi decemvir. pot. ab illo constitutam.* [Schmied. *sui* de Lacedæmoniorum regibus intelligit, quod in illos primum effuderit ultionem, et vocc. *ab illo constitutam* ex glossa, ad explicandum τὸ *suam* ab aliquo ascripta, male irrepsisse putat. Sed dissensum bene lateque declarat Tzschuck. ad ed. 2. Hic tamen ad ed. 1. *sui* ob præcedens *suam* haud probarat et conjecerat *vi ab illo.*]—3 Sic Ms. Dan. [Ed. Lamb. Bos, et recentt.] Sed *id sine* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long. Statim *Deorum ope* Ed. Mag.—4 *Deferre* Ms. Voss. 3. Sed supra notatum erat *referre.*—5 Sic etiam Ms. Ax. [Ed. Lamb. et recentt.] Sed *Delphi* Ms. Dan. Gif. Mendos. Voss. 1. 3. Ed. Jens. Med. *Delphis,* (uti conjec. Bos.) Ms. Leid. 2. Ed. Paris. *Itaque Delphos* Ed. Steph. Gebh.—6 *Voto* Ms. Ax.—7 *Quæquæ Jovi* Ms. Voss. 1. *quæq. Jovi* Ms. Voss. 3. Statim *Amoni* Ms. Voss. 2. *Hammoni* Ms. Dan. Ed. Jens. Med. Steph. Gebh. Mag. Pat. [Harl. Tzsch. 2. recte. v. Drakenb. ad Sil. Ital. I. 39. Harl. ad Cellar. Orthogr. lat. p. 169. et 173. quare reposui. *Ammoni* vulgo.]—8 *Aphros* Ed. Par. Mox in Ald. est *corrumpturum.*—9 *Ac spe* Ms. Voss. 3.—10 Sic etiam Ms. Dan. Sed *multi* Ms. Ax. Ed. Arg. Long. Mag.—11 *Lacedæmonem* Ms. Voss. 1. 2. 3. Ax. Dan. [Ed. Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Sed *Lacedæmona* Ed. Lamb. Bos. Stav. 1. 2. Heus. (cujus not. vid.) Harl. Bip. Ith. Heinr. Schmied.] *Lacedæmonē* Ed. Arg.

NOTÆ

[k] *Primum Delphos corrumpere est conatus*] Hos, nempe, qui in templo Apollinis Delphici Oraculis præerant.

[l] *Dodonam adortus est*] Urbem Chaoniæ in Epiro Jovi sacram; ab hac urbe quernum illud nemus Dodoneum dictum, ubi templum et oraculum vetustissimum. Lege Sophoclem in Trachiniis, et Herodotum; qui multa de hoc oraculo fabulose scripserunt.

[m] *Quæ Jovi Hammoni solveret*] Jovis oraculum fuit in Libya, toto orbe celeberrimum, hic sub Arietis forma Jupiter colebatur. Vide Q. Curtium lib. IV. 7.

[n] *Existimans, se Afros*] Afri ab Africa dicti, quæ tertia est Orbis terrarum pars, fere tota sub Zona torrida. Ideo autem se Afros facilius corrupturum putabat, quod sint lubricæ fidei; unde apud Livium, 'Fraus plusquam Punica.'

sacerdotes fani[11] corrumpere conatus esset. Accusatus hoc crimine, judicumque absolutus[13] sententiis, Orchomeniis missus subsidio,[o] occisus est a Thebanis apud Haliartum.[14 p] Quam vere[15] de eo foret judicatum, oratio indicio fuit,[16] quæ post mortem in domo ejus reperta est, in qua suadet Lacedæmoniis, ut, regia potestate dissoluta, ex omnibus dux[17] deligatur ad bellum gerendum; sed ita scripta, ut Deorum videretur[18] congruere sententiæ, quam ille se habiturum, pecunia fidens, non dubitabat. Hanc ei scripsisse Cleon Halicarnasseus[19 q] dicitur.

4. Atque hoc loco[1] non est prætereundum factum Pharnabazi, satrapis[2] regii.[r] Nam cum Lysander præfectus classis in bello multa crudeliter avareque[3] fecisset, deque his rebus suspicaretur ad cives suos esse perlatum, petiit[4] a Pharnabazo, ut ad[5] ephoros sibi testimonium daret,

Mox *adcusarunt* Ed. Mag.—12 *Phani* Ed. Jens. Med. Arg. Long.—13 *Absolutũ* Ed. Arg. Mox *Orchomenis* Ms. Voss. 3. *Orchemenis* Ms. Dan. *Orchomoins* Ed. Mag.—14 *Alyarthum* Ed. Jens. Med. Arg. *Alyartum* Ed. Paris.—15 *Fere* Ms. Voss. 3. *vero* Ed. Jens. Med. Par. Tum *foret de eo* Ed. Arg. Mag. Long.—16 *Indicio, quæ*, omisso τῷ *fuit*, Ms. Voss. 1. *Inditio f.* Ed. Jens. Med. Arg.—17 *Dux* a Ms. Boecl. Voss. 1. 2. Ax. aberat: statim *eligatur* Ms. Voss. 3. Mendos.—18 *Sed scripta, ut dicit, non videntur congruere sententiæ* Ms. Mendos. Voss, 3. *sed scripta, ut D. v. c. s.* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. Long. A Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. aberant. Statim *quo ille se hab.* Ms. Boecl. Voss. 2. *qua ille se h.* Ed. Jens. Med. Arg. *quod ille se hab.* Ms. Ax. Voss. 3. 1. in quo tamen supra notatum erat *quam.*—19 Ita etiam Ed. Long. [Lamb. Bos. et seqq.] Sed *Alicarnas* Ms. Dan. Gif. Sav. Put. *Halicarnas* Ms. Voss. 1. 3. *Alicarnaseus* Ms. Voss. 2. *Alycarnaseus* Ed. Arg. *Alycarnias* Ed. Jens. Med. Par.

1 *Hoc non* Ms. Leid. 1.—2 *Strapis r.* Ms. Voss. 2. *strupis regis* Ms. Ax. an *satrapæ?* [At utraque forma, *satrapis* et *satrapæ*, usum obtinet, Tzschuck. jam annotante.] Tum *Barnabuzi...regis* Ms. Voss. 3.—3 *Avare fec.* Ms. Ax. Voss. 2. Ed. Arg. Long.—4 *Petiit* abest ab Ed. Long.—5 *Aut Ephoros* Ms. Voss. 3. sed a manu sec. *aput Eph.* Etiam in ed. Arg. est *aut Eph.* Ms. Ax. *aliud sibi*

NOTÆ

[o] *Orchomeniis missus subsidio*] Orchomenus, seu Orchomenum, Bœotiæ oppidum, ad fluvium ejusdem nominis situm, cui olim Thebani tributum penderunt. Strabo lib. IX. Fuit item ejus nominis in Arcadia, de quo non hic sermo est.

[p] *Apud Haliartum*] Nomen urbis Bœotiæ, quam Haliartus Thersandri filius condidit. Strabo lib. IX.

[q] *Cleon Halicarnasseus*] Nomen Sophistæ ex Halicarnasso, urbe Cariæ principe, juxta quam fons Salmasius, quo veteres crediderunt lavantium corpora effœminari.

[r] *Pharnabazi, satrapis regii*] Hic alterius Pharnabazi filius, olim Darii et postea Artaxerxis satrapis, qui Alcibiadem interfecit. Diod. lib. XIV.

quanta sanctitate bellum gessisset, sociosque[6] tractasset, deque ea re accurate scriberet: magnam enim ejus auctoritatem in ea[7] re futuram. Huic ille liberaliter pollicetur: librum gravem[8] multis verbis conscripsit,[a] in quo summis eum effert laudibus.[9] Quem cum legisset probassetque, dum obsignatur,[10] alterum pari magnitudine, [tanta similitudine][11] ut discerni non posset, signatum subjecit, in quo accuratissime ejus avaritiam perfidiamque accusarat.[12] Hinc[13] Lysander domum cum redisset, postquam de suis rebus gestis apud maximum magistratum,[14] quæ voluerat, dixerat; testimonii loco librum[15] a Pharnabazo datum tradidit. Hunc, summoto Lysandro, cum ephori cognossent,[16] ipsi legendum dederunt. Ita ille imprudens ipse suus[17] fuit accusator.

[a] *Prolixam epistolam exaravit et ponderosam.*

ephoros.—6 *Socioque* Ms. Voss. 3. Mox *de eaque re* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Lamb. Pat.—7 *In ejus re* Ms. Voss. 3. Mox *hinc ille* Ed. Jens. Med. Paris.—8 *Gravem* etiam Ms. Boecl. Ax. Sed *grandem* Ms. Dan. Gif. Ed. Ultraj.—9 Ita quoque Ms. Leid. 2. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. (nisi quod in Ald. uti in Long. est *in quibus*, quod etiam in ed. Patav. e Jens. laudatur,) Lamb. Bos. 1. 2. [Wetz.] Sed *in quibus eum summis fert laudibus* Ms. Gif. Voss. 3. Ed. Ultraj. *in quo eum sum. fert laudibus* Ms. Dan. Voss. 1. Ed. Gebh. *in quo sum. eum fert laud.* Ed. Stav. 1. 2. 3. Heus. [Tzschuck. 1. 2. Ith. Bip. Heinr. Schmied.] In Ms. tamen Voss. 3. vitiose erat scriptum *fere*, [unde Heus. conjec. *ferret*.] *In quo s. e. offert laudibus* Ms. Ax. *in quo s. e. laudibus effert* Ed. Mag.—10 *Dum signatur* Ms. Boecl. Voss. 2. 3. Ed. Arg. Long. *dum designatur* Ed. Jens. Med. Par. Ald. *dum signaretur* Ed. Mag.—11 *Tanta similit.* erant in Ms. Boecl. Voss. 1. 2. 3. Ax. Leid. Dan. Ed. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh. Bos. 2. Patav. Stav. 1. 2. 3. Heus. [et reliquis recentt. sine uncinis.] Sed in aliis libris, ut Ms. Mendos. Ed. Jens. Med. Par. Ald. Lamb. Keuch. Bos. 1. non leguntur.—12 *Accusarit* Ms. Voss. 3. *accusaret* [Ms. Ax. Ed. Vorst.] Ed. Patav.—13 *Hunc* Ms. Voss. 1. 2.—14 *Maximos magistratus* Ms. Leid. 1. uti conjec. Grævius ad Justin. II. 10.—15 *Libro* Ms. Voss. 1. 2. Mox *submoto* Ms. Voss. 3. [Ed. Heus. Stav. Tzschuck. Bip. Harl. Heinr. Schmied. Sed *summoto* rell.]—16 *Cognovissent* Ms. Voss. 2. Ax. *cognoscerent* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Mag. Long. Pat. male. Mox *ipsæ* Ms. Voss. 2. et *dederunt* aberat a Ms. Voss. 3.—17 *Sui* Ms. Ax. et *fuit* abest ab ed. Ald. male: [v. Harl. not.]

VII.

ALCIBIADES.[1]

ARGUMENTUM.

Cap. 1. Excellens in virtutibus et vitiis. 2. Juvenis educatio et mores. 3. Dux contra Syracusanos. In suspicionem venit. 4. Domum revocatus aufugit. Lacedæmoniis inservit. 5. Lacedæmoniis suspectus transit ad Persas. Atheniensibus reconciliatur. 6. Gloriose excipitur. 7. In invidiam recidit. In Thracia prospere pugnat. 8. Civibus Atticis bene consulit. 9. In Asiam transit. 10. In Phrygia interficitur. 11. Alcibiadis laus et vituperatio.

Alcibiades, Cliniæ filius,[a] Atheniensis. In hoc[2] natura, quid efficere possit, videtur experta. Constat enim inter omnes, qui de eo memoriæ prodiderunt, nihil eo[3] fuisse excellentius, vel in vitiis, vel in virtutibus. Natus[4] in amplissima civitate,[b] summo genere, omnium ætatis suæ[5] multo formosissimus,[c] ad omnes res aptus, consiliique plenus. Namque Imperator fuit summus et[6] mari et terra: disertus,

1 *Alcibiadis vita* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald.—2 *In quo* Ms. Leid. 1. [Ed. Wetz.] Statim *quid natura* Ms. Dan.—3 *Illo* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Lamb. Long. Mag. Boecl. Keuch. Bos. 1. Pat. [*eo* Ed. Bos. 2. et rell.]—4 Ita etiam Ms. Ernst. Gif. Put. Sav. Sed *nam* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Lamb.—5 *Civitatis suæ* Ms. Ox. *ætatis* omisso τῷ *suæ* Ms. Voss. 1. *ætates* Ed. Mag.—6 Ita Ms. Leid. 1. Boecl. Ax. Sed *mari* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Mag. Boecl. Keuch. Bos. 1. In Ed. Heus. [Bip. Wetz.] verba *et....terra* uncis sunt inclusa. Sed bene dissentit Tzschuck. ad ed.

NOTÆ

a *Cliniæ filius*] Vide Plutarchum in Alcibiade.

b *Natus in amplissima civitate*] Id est, Athenis.

c *Omnium ætatis suæ multo formosissimus*] Alcibiadis forma a Petronio celebratur; et a Val. Max. lib. VII. 9. præstantissima dicitur.

ut inprimis dicendo valeret: quod[7] tanta erat commendatio oris atque orationis, ut nemo ei dicendo posset resistere: dives;[8] cum tempus posceret, laboriosus,[d] patiens, liberalis, splendidus, non minus in vita, quam victu:[9] affabilis, blandus, temporibus callidissime inserviens.[e] Idem, simul ac se remiserat,[a][10] neque causa suberat, quare animi laborem perferret, luxuriosus, dissolutus, libidinosus, intemperans reperiebatur; ut omnes admirarentur,[11] in uno homine tantam inesse[12] dissimilitudinem, tamque diversam naturam.

2. Educatus est in domo Periclis:[1][f] privignus enim ejus[2] fuisse dicitur;[g] eruditus a Socrate:[3][h] socerum habuit Hip-

[a] *Ubi ille animum relaxaverat.*

2.]—7 Sic Ms. Dan. Gif. Boecl. Leid. 1. Voss. 1. Ax. Sed *et tanta* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Long. Lamb. Keuch. Bos. 1. Pat. Heusing. verba *quod.... resistere* uncis inclusit. [Neque ista placent Tzschuck.]—8 Ita Ms. Gif. Dan. Mendos. Voss. 1. Sed *deinde* Ms. Voss. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Mag. Ald. Long. Heus. [Bip. Ith. Heinr.] *idem* Ed. Lamb. Steph. Boecl. [Wetz. Schmied.] quod placet. Epamin. 3. Nepos docere vult, Alcibiadem fuisse ad omnes res aptum, eum fuisse excellentem et in vitiis et in virtutibus.—9 *Non minus....victu* absunt ab ed. Ultraj. *in victu* Ms. Ax. Mox *calidissime* Ms. Voss. 1. et *serviens* Ms. Dan. Leid. 2.—10 *Præmiserat* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Statim *neque causa* etiam Ms. Dan. Leid. 1. Ax. Sed *nec causa* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long. Lamb. Keuch. Pat. —11 *Admirentur* Ed. Gebh.—12 *Tantam esse* Ms. Mendos. Boecl. Ox. Ax. (a quo etiam *τὸ in* aberat ante *τὸ uno*,) Voss. 1. 2. Ed. Arg. Long. *tantam* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Pat. *tantam morum* Ed. Mag. Steph. Gebh. *tantam esse morum dissim.* Ed. Long.

1 *Pericli* Ms. Leid. 1. Dan. ut *Neocli* II. 1.—2 Ita etiam Ms. Ax. Dan. Sed *priv. en. suus* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long.—3 *Societate*

NOTÆ

[d] *Dives; cum tempus posceret, laboriosus*] Id a Nepote referri videtur, quasi inter se pugnent divitiæ et labor, in Alcibiade tamen conveniant.

[e] *Temporibus callidissime inserviens*] Illum Chamæleonti non absimilem fuisse scribit Plutarchus; quem etiam in eo vincebat, quod Chamæleon colori candido se simulare non potest.

[f] *Educatus est in domo Periclis*] Viri inter Athenienses clarissimi, plurimumque auctoritate pollentis; adeo ut per quadraginta annos remp. gubernaverit. Plutarchum vide.

[g] *Privignus enim ejus fuisse dicitur*] Immo sororis filium Diod. Suidas, Aul. Gellius, lib. XXV. 17. fuisse asserunt; quod tamen facile conciliari potest: nam revera si Pericles non Alcibiadis, at saltem uxoris ejus vitricus fuit, quia Hipponici filiam, quam Hyparetam vocat Plutarchus, Alcibiades uxorem habuit; hujus vero Hipponici conjugem in uxorem postea duxit Pericles. Plutarch. in Pericle.

[h] *Eruditus a Socrate*] Philosopho Atheniensi, qui, Apollinis Oraculo,

ponicum, omnium Græca lingua loquentium ditissimum:[4] ut, si ipse fingere vellet,[b] neque plura bona reminisci,[5] neque majora posset consequi, quam vel fortuna vel natura tribuerat.[6] Ineunte adolescentia amatus est a multis more[7] Græcorum: in eis a Socrate, de quo mentionem facit Plato[i] in Symposio.[j] Namque eum induxit commemorantem, se pernoctasse cum Socrate, neque aliter ab eo surrexisse, ac filius a parente debuerit.[8] Postea quam robustior est factus, non minus multos amavit, in quorum amore, quoad licitum[9] est, odiosa multa delicate[10] jocoseque fecit: quæ referremus, nisi majora potioraque[11] haberemus.

3. Bello Peloponnesiaco[1 k] hujus consilio atque auctori-

[b] *Ut, si ipse excogitare cuperet.*

Ms. Voss. 1.—4 *Om. Græcæ linguæ eloquentia ditiss.* Ms. Dan. Mendos. Gif. [Ed. Bos. Stav. 1. 2. Wetz. Brem. qui tamen probat Heusing. emendation.] Sed *omn. Gr. l. eloq. dissertissimum* Ms. Boecl. [Thott. probatque Schlegel diss. cit. p. 72.] Ed. Jens. Med. Arg. Par. Mag. Ald. Long. Boecl. Put. *omnium Græcorum divitissimum* Ed. Lamb. Steph. *omnium Græca lingua loquentium divitissimum* Ed. Heus. [Ith. Bip. Harl. Stav. 3. Ita quoque Tzschuck. 1. 2. et Schmied. nisi quod leg. *ditissimum*.] Certe vulgatam repudiat vel res vel lingua. [Quare, cum Hipponicus a nemine laudetur ab eloquentia, ego cum aliis viris doctis reposui Heusingeri emendationem, servato τῷ *ditissimum*; quamvis Wetzel. eam vocaret insolentem.]—5 [*Eminisci* h. e. excogitare, ea, quæ mens fingit, aperire, indicare, legendum censuit Heus. ad h. l. et in Emendationum libro, edito a Frid. Heusing. Gothæ 1751. p. 402. assentitque Bremi in not. at dissentiunt Stav. ad ed. 3. in primis Tzschuck. qui putat, *reminisci* aut positum esse pro *comminisci*, aut proprie valere, *ex omni memoria aliquid repetere*. Verba, *neque maj. consequi posset*, Schmied. superflua esse, præter necessitatem opinabatur in Lexico.]—6 *Quæ ....tribuerant* Ms. Leid. 1. *quam vel natura vel fortuna tribueret* Ms. Dan.—7 *Amore Gr.* Ms. Gif. Dan. Leid. 1. Statim *in eis Socrate* Ms. Dan. Ax. *in eis Socratem* Ms. Voss. 2.—8 *Debuerat* Ms. Leid. 1.—9 *Quo adlic.* Ed. Ald.—10 *Delicata* Ms. Voss. 2.—11 *Potiora* Ms. Dan.

1 *Peloponnesio* Ms. Dan. Leid. 1. Ed. Keuch. Heus. [Ith. Bip. Heinr. Harl. Tzschuck. 2. Schmied. Sed *Peloponnesiaco* Brem. Stav. qui ad ed. 3. defendit, quia incolæ quidem vocentur *Peloponnesii*, bellum vero ipsum *Peloponnesiacum*. Cum unico *n Peloponesiaco* Ed. Wetz.] *Peloponnessio* Ms. Voss. 2. *Peloponnesso* Ms. Voss. 1. [quæ quidem falsa scriptura confirmat probabiliorem aliorum lectionem *Peloponnesio*.] Mox *auctoritate*, omisso τῷ *atque*, Ed.

NOTÆ

omnium sapientissimus est judicatus.

[i] *De quo mentionem facit Plato*] De amore illo lege Aristophanem in Nebulis.

[j] *In Symposio*] Id est, in libro qui inscribitur Symposium, seu Convivium.

[k] *Bello Peloponnesiaco*] De quo Thucydides.

tate Athenienses bellum Syracusanis indixerunt: ad quod gerendum ipse dux delectus est. Duo præterea collegæ dati, Nicias et Lamachus.[2] Id cum appararetur, prius quam classis exiret, accidit, ut una nocte omnes Hermæ,[1] qui[3] in oppido erant Athenis, dejicerentur,[4] præter unum, qui ante januam erat Andocidi. Itaque ille postea Mercurius Andocidis[m] vocitatus est.[5] Hoc cum appareret, non sine magna multorum consensione[6] esse factum, quod non ad privatam,[7] sed ad publicam rem pertineret, magnus multitudini timor[8] est injectus, ne qua repentina vis in civitate existeret, quæ libertatem opprimeret populi.[9] Hoc maxime convenire in Alcibiadem videbatur,[10][n] quod et potentior et

Gebh.—2 *Micia et Lamauchus* Ms. Leid. 1. *Nitia et Lam.* Ms. Voss. 1. *Nisias* Ed. Lam. Ms. Voss. 2. *Militia et Lammachus* Ms. Dan. *Nicias et Lamacus* Ed. Jena. Med. Arg. Mox *appareretur* Ed. Med.—3 *Quæ in* Ed. Jena. Med. Mox *Athenis* forte glossema. [Forte pro *oppido* legendum esse *foro* conjecit Stav. ad ed. min. et tert. Sed vulgatam lect. tuetur Bremi.]—4 *Deiceretur* Ms. Dan. *deicerentur* Ms. Voss. 2. Leid. 1.—5 *Qui ante januam erat, Andocides vocatus est* Ms. Boecl. *qui ante januam erat Andocidi. Itaque ille postea Mercurius Androcydes vocitatus est* Ms. Dan. *qui....itaque ille postea Mercur. Androclidis vocatus est* Ed. Ultraj. *qui ante januam Androclidi, Androclidisque vocatus est* Ms. Ox. *qui ante januam erat Androclides; itaque ille postea vocit. est* Ms. Leid. 2. *qui ante januam erat; itaque ille p. Merc. Androclides vocitatus* Ms. Voss. 1. *qui ante j. er. Andocidis; itaque i. p. Androclis Hermes vocitatus est* Ms. Voss. 2. *qui ante januam erat Androclydes vocitatus est* Ms. Ax. *qui ante januam Andocidis erat, Andocidisque Hermes vocatus est* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. *qui ante januam ejus erat Andocidesque vocitatus est* Ed. Mag. *qui....Andocidesque vocatus est* Ed. Long. *qui ante januam ejus erat Androcydesque vocatus est* Ed. Par. *qui ante j. erat Androcydesque v. e.* Ed. Ald. *qui a. j. e. Androclides vocatus est* Ed. Jena. Med. *qui ante j. e. Androclides vocitatus est* Ed. Arg. In ed. Heus. [Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Bip. Schmied. Wetz. Heinr.] pro *Andocidi*, [quod leg. quoque in edd. Stav. 1. 2. Harl. Ith.] etiam est *Andocidis*. Taylor in Lectt. Lysiac. p. 690. s. p. 252. tom. II. Reisk. auctor est, locum in Ms. vetusto melius hoc pacto legi, *ante januam Andocidis erat. Itaque ille postea Mercurius Andocidis vocatus est.* [Add. Harl. prol. de Mercurii statuis, &c. in Opusc. p. 473. sq. de nostro loco.] —6 *Confusione* Ms. Leid. 2. Mox *quæ non* Ms. Boecl. Ax. Voss. 2.—7 *Privatum* Ed. Jena. Med. et *sed publicam* Ms. Leid. 2. Ed. Mag.—8 *Timor* aberat a Ms. Leid. 2.—9 *Quæ populi lib. opprim.* Ed. Lamb. Patav.—10 *Videbantur*

NOTÆ

[1] *Omnes Hermæ*] Id est, Mercurii statuæ lapideæ quadratæ, et ad cubi figuram conformatæ, nimirum sine manibus; et quorum capita mutari poterant: unde Cicero ad Atticum lib. I. 'Hermæ,' inquit, 'illi tui Pentelici cum capitibus æneis, de quibus ad me scripsisti, nunc admodum me delectant.' Ideo autem sine manibus, quod omnia, ut inquit Festus, sermo sine manibus conficiat.

[m] *Andocidis*] Andocides unus ex decem præcipuis Athen. Rhetoribus.

[n] *Hoc maxime convenire in Alcibia-*

major quam privatus, existimabatur. Multos enim liberalitate devinxerat, plures etiam opera forensi[11] suos reddiderat.[c] Quare fiebat, ut omnium oculos, quotiescumque[12] in publicum prodisset,[13] ad se converteret, neque ei par quisquam[14] in civitate poneretur. Itaque non solum spem in eo[15] habebant maximam, sed etiam timorem, quod et obesse plurimum[o] et prodesse poterat. Aspergebatur etiam infamia, quod in domo sua facere mysteria dicebatur:[p] quod nefas erat more Atheniensium: idque non ad religionem, sed ad conjurationem pertinere existimabatur.

4. Hoc crimine in concione[1] ab inimicis compellabatur.[d2] Sed instabat tempus ad bellum proficiscendi. Id ille intuens,[3] neque ignorans civium suorum consuetudinem,

[c] *Plurimos pariter judicio defensos sibi conciliarat.*
[d] *Reatu illo ad causam dicendam eum adversarii compellebant.*

Ms. Leid. 2.—11 *Opere* Ms. Sav. *opera forensis* Ed. Mag.—12 *Quotienscunque* Ms. Voss. 1. Ed. Arg. Long. [Conf. Cellar. Orthograph. lat. ed. Harl. cum hujus additament. p. 336. Auctore Pontedera in Antiquitatum Latinarum Græcarumque enarrationibus atque explicatt. Patav. 1740. 4. p. 20. *totiens* est, cum *tot vices* sint, et *quotiens*, cum *quot vices* sint.]—13 *Prodissent* Ms. Leid. 2.—14 *Quisquam* aberat a Ms. Leid. 2.—15 *In eo spem* Ed. Steph. Gebh. Keuch. Mag.

1 Ita e conj. Cl. Puteani Lambinus, in cujus tamen editione ubique scribitur *contio*, uti in Justino Bongarsius edidit. sed *in contentionem* Ms. Voss. 1. 2. Ed. Ald. Steph. Gebh. Keuch. Mag. Patav. [Tzschuck. 2. et probat Wetz.] *in contentione* Ms. Mendos. Dan. Gifan. Boecl. Ax. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long.—2 Ita Ms. Dan. Gif. Boecl. Voss. 1. 2. [Ed. Lamb. Bos. et plurimæ recentt.] Sed *compellebatur* Ms. Mendos. Leid. 2. Ax. Ed. Med. Ald. Mag. Steph. Gebh. Keuch. [Wetz. et Tzschuck. ad ed. 1. placuit, et vero ab hoc in ed. 2. in textum est receptum.]—3 *Intuens* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Mag. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. Heus. [Tzschuck. 1. 2. Harl. Ith. Bip. Schmied. atque ego id reposui.] Sed *metuens* Ms. Boecl. [Ed. Bos. Stav. 1. 2. (ad quam ille contra Heus. multis tueri studuit τὸ *metuens*)

NOTÆ

dem videbatur] Non directe id factum Alcibiadi imputatum esse quidam scribunt; sed Argis qui privato tunc Alcibiadis hospitio continebantur, quique omnes propterea a civibus concisi sunt. Diod. lib. XIII.

[o] *Quod et obesse plurimum*] Ad hoc refertur, quod Timon ille hominum osor unum Alcibiadem amabat; quod magno malo illum aliquando Atheniensibus fore præsagiret.

[p] *Quod in domo sua facere mysteria dicebatur*] Id est, Cereris sacra, Justino teste, lib. v. ab initio; quæ quidem nocte fiebant, eaque revelare nefas: at vero duplicis erant generis, magna seu quinquennalia, et parva seu triennalia; qua de re consule Plin. lib. XXIV.

postulabat, ut,[4] si quid de se agi vellent, potius de præsente[5] quæstio haberetur, quam absens invidiæ crimine accusaretur. Inimici vero ejus quiescendum in præsenti,[6] quia noceri[7] non posse intelligebant, et illud tempus expectandum decreverunt, quo exisset,[8] ut sic absentem aggrederentur: itaque fecerunt. Nam postquam in Siciliam eum pervenisse crediderunt, absentem, quod sacra violasset, reum fecerunt. Qua de re cum ei nuntius a magistratu in Siciliam missus esset,[9] ut domum ad causam dicendam rediret, essetque in magna spe provinciæ bene administrandæ, non parere noluit,[10] et in trierem,[11] quæ ad eum deportandum erat[12] missa, ascendit. Hac[13] Thurios in Italiam pervectus,[q] multa secum reputans de immoderata civium suorum licentia, crudelitateque erga nobiles, utilissimum ra-



et 3. Brem. Wetz. At nihil præcessit, quod metueret: v. Schmied.]—4 *Ut* uncis inclusit Heus. [ac Schmied.] et abest a Ms. Boecl. Ax. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Mag. Par. Ald. [Schmied. atque a librariis suppletum esse videtur Tzschuckio.]—5 *Præsenti* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav.—6 *In præsentia* Ed. Mag. Steph. Gebh.—7 Ita Ms. Gif. Dan. Boecl. Ax. Leid. 2. Voss. 1. 2. [Ed. Bos. 2. et recc.] Sed *nocere* Ms. Leid. 1. et supra scr. in Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Par. Ald. Long. Mag. *nocere se ei* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Pat. [quod ferri posse, putat Wetz.]—8 *Quo si exisset, abs. aggr.* Ms. Leid. 1. *quo si ex. ut abs. aggr.* Ms. Boecl. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Mag. Patav. [probatque Heus. in not.] *quo si ex. ut sic abs. aggr.* Ms. Voss. 2. *quo si existet, ut a. a.* Ms. Voss. 1. *quo ex. ut si abs. ag.* Ms. Leid. 2. et *adgred.* Ed. Long. [*itaque fec.* est *et ita fec.* nec mutandum cum Oudendorp. in *idque fecerunt.*]—9 *Est* Ms. Voss. 2. Ed. Ox. Dein *essetque magna spe* Ed. Jens. Med. Par. Ald.—10 *Voluit* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag.—11 *Triremem* [Ms. Thott.] Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Heus. [Ith. Tzschuck. 1. 2. Heinr. Schmied. Sed *trierem* Bos. 2. Stav. 1. 2. 3. Ith.]—12 Sic Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Heus. [Tzschuck. 1. 2. Bip. Ith. Heinr. Wetz. Schmied. quos ego sum secutus. Sed *erat dep.* Ed. Bos. 2. Stav. Brem.]—13 *Hac Thur.* Ms. Boecl. Ax. Voss. 2. Ed. Heus. [Stav. 3. Bip. Ith. Heinr. Harl. Wetz. Schmied. et ego, ut oratio suaviore connexione procederet, recepi: *hæc Thur.* Ms. Leid. 2. [*ac Thur.* Ed. Lamb. Bos. Stav. 1. 2. Brem. cum antiquiori-

NOTÆ

[q] *Hac Thurios in Italiam pervectus*] Thurios, ab oppido Thurio inter Crathim et Sybarim amnes sito; unde Thurina regio, ex qua Aug. Cæsaris majores oriundi erant. Sueton. Olim et ipsum oppidum Sybaris dicebatur. De ea urbe Diodorus lib. XII. et Strabo lib. VI. Porro legitur *Thurii, orum;* et *Thurium, rii.*

tus[14] impendentem evitare tempestatem, clam se a custodibus subduxit, et inde primum Elidem,[15][r] deinde Thebas[s] venit. Postquam autem se capitis damnatum, bonis publicatis, audivit, et, id quod usu venerat, Eumolpidas[16] sacerdotes[t] a populo coactos, ut se devoverent, ejusque devotionis quo testatior[17] esset memoria,[e] exemplum, in pila lapidea incisum, esse positum in publico; Lacedæmonem demigravit. Ibi, ut ipse prædicare consueverat,[18][u] non adversus patriam, sed inimicos suos,[19] bellum gessit;[e] quod iidem[20] hostes essent civitati. Nam cum intelligerent,[21] se plurimum prodesse posse[22] reipublicæ, ex ea ejecisse,[23] plusque iræ suæ, quam utilitati communi, paruisse. Itaque hujus consilio Lacedæmonii cum Persarum[24] rege amicitiam fecerunt: deinde Deceliam[25] in Attica munierunt,[v]

[e] *Ut se diris devincirent, et quo execrationis illius memoria magis innotesceret.*

bus.]—14 *Raptum* Ms. Leid. 2.—15 *Eludem* Ms. Leid. 2. Statim *dein* Ms. Dan. —16 *Olympiadas* Ms. Ax. Leid. 2. Ed. Arg. Long. (qui jam vidit, *Eumolpidas* legendum esse:) *Olympidas* Ms. Dan. Voss. 1. 2. Sav. Put. Gifan. *Olympiadæ* Ed. Jens. Par. *Olympiade* Ed. Med.—17 *Testatio* Ms. Leid. 2.—18 *Consuerat* Ed. Arg. Long. et τὰ *ut ipse pr. consueverat* in parenthesi in ed. Mag.—19 *Suos* aberat a Ms. Leid. 2.—20 *Eidem* Ms. Dan. Leid. 2.—21 *Cum illi int.* Ed. Long.—22 *Posse* est in Ms. Dan. Boecl. Ax. Leid. 2. [Ed. Bos. et plurimis recentt.] Sed abest ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. [Wetz. cui languet τὸ *posse*: uncinis inclus. Ed. Harl.]—23 *Jecisse* Ms. Leid. 2. In ed. Long. locus legitur, [aut, judice Magio, depravatus est] sic: *nam cum illi intelligerent, se plurimum abesse reip. quod ex ea illum ejecissent: videbat eos plus iræ suæ, quam utilitati communi paruisse:* [post *ejecisse* deesse *se*, animadvertit Schmied.]—24 *Perse* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Par. *Persiæ* Ed. Ald.—25 *Deinde Celeam* Ms. Leid. 2. *dein Deceleam* Ms. Voss. 1. *deinde Deceleam* Ms. Voss. 2. Ed. Arg. Long. Steph. [nec

NOTÆ

[r] *Elidem*] Peloponnesi regionem in Occidentali tractu non procul ab Olympia. Virg. Georg. III.

[s] *Deinde Thebas*] Bœotiæ oppidum ad Ismenum amnem, cui proximus mons Cithæron, Sphyngis fabula clarus.

[t] *Eumolpidas sacerdotes*] Eumolpidæ, ab Eumolpo quodam Rege, quem Ægyptii generis fuisse refert Diodorus. Vel, ut aliis placet, ab alio quodam Eumolpo, Atheniensi poëta, quem Suidas Musæi poëtæ, quidam Orphei filium dicunt. Hic ante Homerum fuisse traditur.

[u] *Ut ipse prædicare consueverat*] Extat apud Xenophontem lib. I. 10. hac de re popularis excusatio et absolutio.

[v] *Deinde Deceliam in Attica munierunt*] Agri Attici locus est, de quo frequenter loquitur Thucydides; quo munito, Lacedæmonii Atheniensibus reditus cum e regione, tum ex argenti

præsidioque perpetuo ibi[16] posito in obsidione Athenas tenuerunt. Ejusdem opera Ioniam a societate averterunt Atheniensium. Quo facto, multo superiores bello esse cœperunt.

5. Neque vero his rebus[1] tam amici Alcibiadi sunt facti, quam timore ab eo alienati. Nam cum acerrimi viri præstantem prudentiam in omnibus rebus cognoscerent; pertimuerunt, ne caritate patriæ ductus aliquando ab ipsis descisceret, et cum suis in gratiam rediret. Itaque tempus ejus interficiundi[2] quærere instituerunt. Id Alcibiadi diutius celari[3] non potuit. Erat enim ea sagacitate, ut decipi non posset, præsertim cum animum attendisset ad cavendum. Itaque ad Tissaphernem[4] præfectum regis Darii se contulit. Cujus cum in[5] intimam amicitiam pervenisset, et Atheniensium, male gestis in Sicilia rebus, opes senescere, contra Lacedæmoniorum[6] crescere videret; initio cum Pisandro[7] prætore,[w] qui apud Samum[x] exercitum habebat, per internuntios colloquitur, et de reditu suo facit mentionem. Erat enim eodem, quo[8] Alcibiades, sensu, populi potentiæ non amicus, et optimatum[9] fautor. Ab hoc[10] destitutus,[y] primum per Thrasybulum Lyci[11] filium[z] ab

---

male. Græc. Δεκέλεια.] Statim *in Affrica* Ms. Leid. 2.—26 *Ibi perp.* Ms. Dan. Ax.

1 *His verbis rebus* Ms. Voss. 2.—2 Sic Ms. Dan. [Ed. Bos. 2. Stav. 1. 2. 3.] Sed *interficiendi* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Heus. [et rell.] *interfaciendi* Ms. Leid. 2.—3 *Cælari* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—4 *Thissaphernem* Ms. Leid. 2. *Thysaphernem* Ms. Voss. 1. Dan. Ed. Med. *Tissaphernem* Ms. Voss. 2. Ed. Arg. Long. *Tysaph.* Ed. Jens. *Tyssaph.* Ed. Par.—5 *Cujus cum int.* Ms. Leid. 2.—6 *Lacedæmonium* Ms. Leid. 2.—7 *Pysandro* Ms. Voss. 1. *Pidico* Ms. Leid. 2. *Pisancho* Ed. Jens. Med. Par.—8 *Quo* aberat a Ms. Voss. 2.—9 *Optimatium* Ms. Voss. 1. Statim *fauctor* Ms. Voss. 2.—10 *Adhoc* Ms. Mendos. Mox *Trasyb.* Ms. Voss. 1.—11 *Lycei* Ms. Dan. Gif. Mendos. Axen. Voss. 1. 2. [Ed. Bos. 2.

NOTÆ

fodinis intercipiebant, et veluti obsidione Athenas tenebant. Vide Isocratem in oratione de Pace.

[w] *Cum Pisandro prætore*] Scilicet, Atheniensium.

[x] *Qui apud Samum*] Samos, vel Samo, insula est Icarii maris, ab Ionia brevi freto discreta, nec procul ab Epheso, olim Junoni dicata, quod in ea nata esse crederetur. Est et alia in mari Ægæo ad Thraciam, quæ idcirco Samothracia dicitur.

[y] *Ab hoc destitutus*] Legendum videretur, *ad hoc*; quod idem est ac

exercitu recipitur, prætorque fit apud Samum; post suffragante Theramene[a] populiscito[12] restituitur, parique absens imperio præficitur simul cum Thrasybulo et Theramene. Horum imperio[13] tanta commutatio rerum facta est, ut Lacedæmonii, qui paulo ante victores viguerant, perterriti[14] pacem peterent. Victi enim erant quinque præliis terrestribus, tribus navalibus:[b] in quibus ducentas[15] naves triremes amiserant, quæ captæ in hostium venerant potestatem. Alcibiades simul cum collegis receperat Ioniam, Hellespontum, multas præterea urbes Græcas, quæ in ora sitæ[16] sunt Asiæ: quarum expugnarant complures;[17] in his Byzantium.[c] Neque minus multas consilio ad amicitiam

Heus. Bipont. Ith. Stav.] Sed *Licet* Ms. Leid. 2. *Lyci* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Keuch. Bos. 1. Pat. [Tzschuck. 1. 2. Brem. Heinr. Harl. Wetz. et ego reposui. Sic enim infra in vita Thrasybuli cap. 1. et *Θρασύβουλος ὁ τοῦ Λύκου* est ap. Thucyd. VIII. 75. Add. Schlegel. l. c. p. 95.] —12 Sic Ms. Dan. Ax. Gif. Leid. 1. Ed. Ultraj. [Bos. 2. et rell. recentt.] Sed *plebiscito* Ms. Mendos. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. *plebescito* Ms. Leid. 2. Voss. 1.—13 Sic etiam Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. 2. [Tzschuck. 1. 2. Wetz.] Sed *horum in imperio* Ms. Boecl. Ax. Voss. 1. 2. Ed. Arg. Long. Stav. 1. 2. 3. Heus. [Harl. Ith. Brem. Schmied. Paufl.]—14 *Præterriti* Ms. Voss. 1. *Perteriti* Ed. Jens. Med.—15 *Trecentas* Ms. Ax. —16 *Hora* Ms. Dan. et *sita* Ms. Voss. 2. Ax.—17 Sic etiam Ms. Dan. Mendos. [Ed. Bos. 2. Heus. et rell. recentt.] Sed *quar. exp. quam plures* Ms. Leid. 2. Ax. Voss. 2. in quo tamen erat *expugnaverant:* ut Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. primo ediderant: *qu. expugnaverant quamplures* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. in duabus tamen posterioribus est *expugnaverat*. Mox *Bisantium* Ms. Voss. 2. *Bacantium* Ms. Leid. 2. *Bizantium* Ed. Jens.

NOTÆ

præterea: ita ut hic foret sensus: Ad hoc destitutus: Præterea ab amicis desertus. Nam a Pisandro non destitutum, immo adjutum, scribit Thucydides. Tamen ex eodem Thucydide legitur revera ab eo fuisse destitutum postea, et eo invito ab Atheniensibus Alcibiadem fuisse receptum, et rerum summæ præpositum. Vide lib. VIII. sub finem. Atque adeo nihil mutandum esse arbitror.

[z] *Per Thrasybulum Lyci filium*] Thrasybulus Atheniensis dux, exul factus, comparato exercitu omnia Athenis restituit, exulesque, quos inter Alcibiades erat, plebiscito reduxit. Cicero Philipp. I. et Val. Max. lib. IV. 1.

[a] *Suffragante Theramene*] Nobili Atheniensi, Agnonis filio. Vide Thucydidem, lib. VIII.

[b] *Tribus navalibus*] Quorum postremum ad Cyzicum, in quo Alcibiades Mindarum Lacedæmoniorum ducem interfecit. Xenoph. lib. I.

[c] *In his Byzantium*] Proditione captum refert Xenophon, et proditorum nomina recenset lib. I. In quo consentiunt Diodorus lib. VIII. et Plutarchus in Alcibiade.

adjunxerant, quod in captos clementia[18] fuerant usi.[d] Inde[19] præda onusti, locupletato exercitu, maximis rebus gestis, Athenas venerunt.

6. His cum obviam universa civitas in Piræeum[1] descendisset,[e] tanta fuit omnium expectatio visendi Alcibiadis, ut ad ejus triremem vulgus conflueret, proinde[2] ac si solus advenisset. Sic enim populo erat persuasum, et adversas[3] superiores, et præsentes secundas res accidisse ejus opera. Itaque et Siciliæ amissum,[4] et Lacedæmoniorum victorias culpæ suæ tribuebant,[f] quod talem virum e civitate expulissent.[5] Neque id sine causa arbitrari videbantur. Nam postquam exercitui præesse cœperat, neque terra neque mari hostes pares esse potuerant.[6] Hic ut navi[7] egressus est, quanquam Theramenes et Thrasybulus eisdem rebus præfuerant, simulque venerant in Piræeum, tamen illum unum[8] omnes prosequebantur et, id quod

[f] *Quamobrem et quod Siciliam amisissent, et Lacedæmonii vicissent, imputabant.*

Med. Arg. Long.—18 *Dementia* Ed. Jens. Med.—19 *Ita* Ms. Dan. Ax. Ed. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. *in* Ed. Jens. Med. Debebat scribi *ĩn.* Mox *honusti* Ms. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Tum *locupleto* Ms. Voss. 1.

1 *Pyreum* Ms. Leid. 2. *Piræum* Ms. Voss. 2. Ed. Par. ubique. *Pyræum* Ed. Arg. ubique, Long. [*Pyræeum* Ed. Bos. 2. Stav. Wetz. Heus. Bipont. vitiose; et tamen paulo post in ed. Bos. recte scriptum est *Piræeum;* Gr. enim Πειραῖος, Πειραιεύς. Quare ego cum Mag. Lamb. et rell. recentt. hic correxi *Piræeum*, et sic quoque suasit Schlegel l. c. p. 58.]—2 *Perinde* Ed. Med. Arg. Paris. Ald. Steph. Gebh. Boecl. [Bos. 2. Stav. 1. Heus. Ith. Wetz. Schmied. Bip. Brem.] Sed *proinde* Ms. Dan. Leid. 2. Ed. Lamb. [Stav. 2. 3. (qui laudat Oudend. ad Jul. Cæs. III. B. Civ. cap. 1. p. 661.) Tzschuck. 1. 2. quos sum secutus.]—3 *Adversus* Ed. Jens. Med.—4 Sic Ms. Dan. Gif. Leid. 2. Ed. Par. Ald. Sed *amissum imperium* Ms. Voss. 1. *admissum* Ms. Ax. Mendos. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. Westerhov. ad Terent. Eun. I. 2. 81. conjecit *Siciliam amissam*: [sed v. Stav. ad ed. 3.]—5 *Extulissent* Ed. Med. Mox *causa* Ms. Leid. 2. Dein *ceperat* Ed. Arg. Long.—6 *Potuerunt* Ed. Arg. Long.—7 *Ut e navi* Ms. Leid. 1. 2. Mox *iisdem* Ed. Mag.—8 *Unum illum* Ms. Dan. Voss. 1. Ax. Leid. 2. Statim *omnes* aberat a Ms. Leid. 2. et deinde idem liber exhibebat *persequebantur:* quæ ipsa lectio est Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag.

NOTÆ

[d] *Clementia fuerant usi*] Nam Byzantinis urbem suam reddiderant, nec in eos sævierunt. Diodorus lib. XIII.

[e] *His cum obviam universa civitas in Piræeum descendisset*] De glorioso Alcibiadis in Patriam reditu, lege Xenophontem lib. I. 10. et Justin. lib. V. 4.

nunquam antea usu venerat,[9] nisi Olympiæ victoribus, coronis aureis æneisque vulgo donabatur.[f] Ille lacrymans[g] talem benevolentiam civium suorum accipiebat, reminiscens[10] pristini temporis acerbitatem. Postquam astu[11] venit,[g] concione advocata, sic verba fecit,[12] ut nemo tam ferus fuerit, quin ejus casum lacrymarit, inimicumque his[13] se ostenderit, quorum opera patria pulsus fuerat; proinde[14] ac si alius populus, non ille ipse, qui tum flebat, eum sacrilegii damnasset.[h] Restituta ergo[15] huic sunt publice bona; iidemque[16] illi Eumolpidæ[17] sacerdotes[i] rursus resacrare[18] sunt coacti, qui eum devoverant:[h] pilæque illæ,[19] in quibus devotio fuerat scripta,[i] in mare præcipitatæ.

7. Hæc[1] Alcibiadi lætitia non nimis[2] fuit diuturna. Nam cum ei[3] omnes essent honores decreti, totaque respublica

[g] *In urbem reversus.*
[h] *Iterum ad eum sacris restituendum compulsi sunt, qui eum a sacris arcuerant.*
[i] *Quibus execratio insculpta erat.*

solenni permutatione.—9 *Eoenerat* Ed. Arg. Long. *usu venerat* Ed. Jens. *usuenerat* Ed. Med.—10 *Reminisci* Ms. Dan.—11 *Asty* Ed. Ald. Lamb. Boecl. Keuch. [Bos. 1. 2. Wetz.] Sed *astu* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Stav. 1. 2. 3. Pat. Heus. [Tzschuck. et rell. v. ad II. 2. 8.] Statim *cœpit, e conc.* Ms. Voss. 2.—12 *Facit* Ms. Voss. 2. Tum *causam* ed. Ultraj.—13 *Iis es* Ms. Voss. 1. Mox *epulsus* Ms. Voss. 2.—14 *Perinde* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Pat. [Sed melius *proinde* Ed. Lamb. Bos. et rell.]—15 *Ergo* aberat a Ms. Leid. 2.—16 *Eidemque* Ms. Voss. 2. Ax. Leid. 2. *Iidem* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long.—17 *Olympidæ* Ms. Mendos. Gif. Dan. Voss. 1. 2. Leid. 2. *Olympiadæ* Ed. Jens. Med. Arg. Par. *Olmpidæ* Ms. Ax. Statim *sacerdotes ac Ceryces* Ed. Ald. Lamb. —18 Ita Ms. Dan. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. [Bos. Heus. et rell.] Sed *resecrare* Ed. Gebh. Keuch.—19 *Pilasque illas* Ms. Ax. Voss. 2. et Boecl. a manu sec. et *præcipitare* iidem.

1 *Hoc Alc.* Ms. Voss. 2. In ed. Arg. est *leticia* ubique.—2 Sic Ms. Gif. Mendos. Boecl. Ax. Leid. 2. Voss. 1. 2. [Ed. Bos. et rel. recc.] Sed *minus* Ed. Long. Lamb. Mag. Pat. [Stav. 2. s. ed. min. quod temporis brevitati exprimendæ aptius videtur Heusing.] *nimis* Ms. Dan.—3 *Ei* aberat a Ms. Leid. 2.

NOTÆ

[f] *Coronis aureis æneisque vulgo donabatur*] Sunt qui legant, *coronis aureis, tæniisque*: ego vero vulgatam lectionem sequor, ita ut hic sit verborum sensus: nimirum, Alcibiadem pro cujuslibet facultatibus duplici coronarum genere donatum; a divitibus quidem, aureis; a pauperibus vero, æneis. Ita Gebhardus in Alcibiade.

[g] *Ille lacrymans*] Præ gaudio.

[h] *Sacrilegii damnasset*] Id est, Cereris mysteriorum sacrum silentium violasse.

[i] *Iidemque illi Eumolpidæ sacerdotes*] Vide paulo supra.

domi bellique tradita, ut unius arbitrio gereretur; et ipse postulasset, ut duo sibi collegæ darentur, Thrasybulus et Adimantus,[4] neque id negatum esset: classe jam[5] in Asiam profectus, quod apud Cymen[6] [1] minus ex sententia rem gesserat, in invidiam[7] recidit. Nihil enim eum non efficere posse ducebant. Ex quo fiebat, ut omnia minus prospere gesta ejus[8] culpæ tribuerent, cum eum aut[9] negligenter aut malitiose fecisse loquerentur: sicut tum[10] accidit. Nam corruptum a rege capere Cymen noluisse, arguebant. Itaque huic maxime putamus malo fuisse[11] nimiam opinionem ingenii atque virtutis.[a] Timebatur enim non minus, quam diligebatur; ne secunda fortuna magnisque opibus elatus,[12] tyrannidem concupisceret. Quibus rebus factum est, ut absenti magistratum abrogarent, et alium in ejus

[a] *Quamobrem ex immoderata expectatione quam de prudentia et ejus fortitudine conceperant, hoc præsertim malum oriri putamus.*

Statim *omnes essent* Ms. Dan. Leid. 2. [Ed. Bos. Stav. Heus. Ith. Brem. Schmied.] Sed *essent omnes* Ed. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. [Wetz.] *essent* omisso τῷ *omnes* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. *essent* aberat a Ms. Ax. Voss. 2.—4 *Thrasibulus et Adamanthus* Ms. Voss. 1. *Trasib. et Adim.* Ed. Ald.—5 Sic Ms. Ax. Aberat a Ms. Boecl. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Pat.—6 *Symen* Ed. Long. et Mag. etiam sect. 2.—7 *Invidiam*, omisso τῷ *in*, Ms. Leid. 2.—8 *Ejus* aberat a Ms. Boecl. Voss. 2. Leid. 2. Ax.—9 *aut cum* Ms. Voss. 2. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Mag. Mox *loqueretur* Ms. Leid. 2.—10 Ita Ms. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Long. [Bos. Heus. et rell. recc. præter Tzschuck. 2. in qua legitur *tunc*.] Sed *tamen* Ms. Leid. 2. Abest ab Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. [Paulo post Tzschuck. ad ed. 2. conjic. *Cymen voluisse*.]—11 *Maxime malo imputamus causam fuisse* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. *maxime imputamus malo causam f.* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav. *maxime putamus malo causam fuisse* Ms. Voss. 1. [Ed. Harl. Similiter Stav. 3. et Tzschuck. nisi ut in ed. 1. esset *fuisse causam*, in ed. 2. autem τὸ *causam*, quia langueat, uncinis includeretur:] *maxime imputamus malo fuisse* Ms. Dan. [Lectio Lamb. a Bosio recepta, est quoque in ed. Stav. 1. 2. Heus. Ith. Brem. Bip. Wetz. Schmied. Hensing. tamen in notis conjecit, *huic maxime malorum putamus causam fuisse*: et consentit Kapp. etiam suspicatus *huic maximorum putamus malorum c. f.* Bremi autem putabat, si τὸ *causam*, forsan minus recte ejectum, retineatur, legendum esse *malorum fuisse causam*.]—12 *Elatus opibus* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh.

NOTÆ

[1] **Quod apud Cymen**] Urbs est Æolidis prope Lesbum insulam, Pompon. lib. I. quæ et Cuma dicta est, Æolicarum urbium maxima, et fere metropolis.

locum substituerent. Id ille ut audivit, domum reverti noluit, et se Pactyen[13] contulit,[k] ibique tria castella communivit,[14] Bornos, Bisanthen, Neontichos:[15][l] manuque collecta[16] primus Græciæ civitatis[17] in Thraciam introiit, gloriosius existimans barbarorum præda locupletari, quam Graiorum. Qua ex re creverat cum fama, tum opibus,[18] magnamque amicitiam sibi cum quibusdam regibus Thraciæ[m] pepererat.

Keuch. melius, puto. Mox in Ed. Arg. *factum*, omisso τῷ *est*.—13 Probat hanc lectionem Wesseling. ad Diodor. Sic. tom. 1. p. 600. [et sic ex Bos. 2. rescripserunt Heus. et rell. recentt.] Sed *Pataram* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. *Pateram* Ms. Ax. Voss. 2. in cujus marg. notata erat glossa 'proprium nomen loci.' *Pactyes* Ms. Leid. 2. *Pactya* Ms. Dan. *Pethye* Ms. Voss. 1. *Perinthum* Ed. Lamb. Sav. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. *Parinthum* Ms. Long. *Petye* Ms. Sav. *patere pactis* Ms. Put.—14 *Communiit* Ed. Ald. Stav. 2.—15 [*Bisanth.* Ed. Tzschuck. 1. 2. Harl. Ith. Brem. Heinr. Schmied. quia codd. quidam exhibent vel *Bisan* vel *Biram;* et ego rescripsi. *Bysanth.* Bos. 2. Stav. Heus. Wetz.] *Biziam, Themeontichos* Ms. Leid. 2. *Byzam, Themeontichos* Ms. Voss. 1. *Byzam, Themeonticos* Ms. Voss. 2. *Biram, Themeonticos* Ed. Jens. Med. Par. Ald. *Bizam Themeonticos* Ed. Arg. Long. Mag. *Byziam Themeonticos* Ed. Lamb. Steph. Boecl. Bos. 1. *Bisan* Ms. Ax. *Byziam Macrontichos* Ed. Gebh. Keuch. [*Neonteichos* Ed. Heinr. *Neontichos* rell.]—16 Ita Ed. Long. Lamb. [Bos. et seqq.] Sed *conjecta* Ms. Dan. Mendos. Voss. 1. Leid. 2.—17 *Civitatis* legebatur in Ms. Leid. 2. Boecl. Ax. Voss. 1. 2. [Ed. Bos. 2. Heus. et recentt. præter Cellar. nec non Schmied. qui reposuerunt *civitates Thracia;* sed forsan, uti in nota scripsit, dare voluit *civitates in Thracia*, et vertit, summum virum Græciæ se contulisse ad gentes Thracicas: et Wetz. in not. assentit Cellario.] In ed. Ald. est *civitates in Thracia.* Abest τὸ *civitatis* ab Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. Claud. Civilis s. Withos. in Obss. miscell. nov. Nov. a. 1740. p. 153. sq. conjec. *primus Græciæ privatus in Thraciam introiit.* [Riclef. *privatus* legere malit pro *primus.* Sed Tzschuck. ad ed. 2. bene animadvertit, mirum esse, si in voc. tam noto aberraverint omnes librarii.] Statim *in Threciam* Ms. Dan. Sic etiam mox s. 5. et cap. 9. 1. Dein *gloriosus* Ms. Leid. 2.—18 Ita Ms. Dan. Voss. 1. Sed *creverat fama tum opibus* Ms. Voss. 2. Ax. *creverat tum fama tum op.* Ms. Leid. 1. *creverat fama*, omissis ceteris, Ms. Leid. 2. *crev. fama cum op.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Keuch. Bos. 1. *crev. ejus fama cum opibus* Ed. Lamb. Steph. Boecl. A verbis *Qua ex re* incipit cap. 8. in ed. Patav.

NOTÆ

[k] *Et se Pactyen contulit*] Alii legunt *Perinthum*, alii aliter. Pactye urbs est Thraciæ ad Propontidem.

[l] *Bornos, Bisanthen, Neontichos*] Bornos non alibi mihi occurrisse memini. Bisanthe, vel Byzia, vero est arx regum Thraciæ, a Terei nefando crimine hirundinibus invisa. Plin. lib. IV. 11. Neontichos, Νέον τεῖχος, Thraciæ oppidulum, haud procul Heraclea et Perintho. Macrontichos, ut quidam legunt, oppidum est Thraciæ, non procul ab Isthmo Chersonesi, sic dictum a longo muro, quem Miltiades ibi a Propontide ad Melanem sinum duxit, Chersonesum a reliqua excludens Thracia. Plin. ibidem.

[m] *Cum quibusdam regibus Thraciæ*]

8. Neque tamen a caritate[1] patriæ potuit recedere. Nam cum apud Ægos[2] flumen[n] Philocles,[3] prætor Atheniensium, classem constituisset suam; neque longe abesset Lysander,[o] prætor Lacedæmoniorum, qui in eo erat occupatus, ut bellum quam diutissime duceret, quod ipsis pecunia a rege[4] suppeditabatur, contra Atheniensibus exhaustis, præter arma et naves,[5] nihil erat super:[p] Alcibiades ad Atheniensium venit exercitum,[6] ibique præsente vulgo agere cœpit:[l] si vellent, se coacturum Lysandrum aut dimicare, aut pacem petere:[7] Lacedæmonios eo nolle confligere classe,[8] quod pedestribus copiis plus quam navibus valerent; sibi autem esse facile,[9] Seuthen regem Thracum deducere,[10] ut eos terra[11] depelleret: quo facto, necessario aut classe conflicturos, aut bellum compositures.[12] Id etsi vere dictum Philocles[13] animadvertebat, tamen postulata facere noluit; quod sentiebat, se, Alcibiade recepto, nullius momenti apud exercitum futurum; et si quid secundi evenisset, nullam in ea re suam partem fore;[m] contra ea, si quid

[l] *Hicque præsentibus militibus proponere orsus est.*
[m] *Nullatenus se* gloriæ *participem futurum.*

1 *Charitate* Ed. Par. Ald. ubique. Mox *recedere potuit* Ms. Ax. Voss. 2.—2 *Egos* Ms. Dan. Ed. Jens. Med. Arg. Par.—3 *Phylocles* Ms. Voss. 1. *Philopedes* Ms. Leid. 2. *Philoclees* Ed. Long. *Philodes* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Atque sic quoque paulo inferius.—4 Verba *a rege* aberant a Ms. Ax. —5 *Navis* Ms. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long.—6 Sic editi nostri vett. omnes. [etiam Ed. Stav. 1. Brem. Wetz. Tzschuck. 1. 2.] Sed *ad exercitum venit Atheniensium* Ms. Dan. Ax. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Heus. Stav. 2. 3. [Ith. Heinr. Schmied. Harl.]—7 *Lysand. dimicare aut pacem petere responderet* Ms. Leid. 2. Voss. 1. *Lys. dimicare aut pac. petere. Respondent* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Long. Mag. *Lys. dim. aut p. pet. respondẽs* Ed. Par.—8 *Classe confl.* Ms. Dan. Statim *quot* Ed. Ald.—9 *Fatale* Ms. Leid. 2. Statim *Seuthem* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Keuch. Pat. *Seucem* Ed. Jens. Med. Par. *Seucẽ* Ed. Arg. *Scotym* Ed. Ald. *Uthen* Ms. Ax. Tum *Threcum* Ms. Dan. ut c. 9. 2.—10 *Inducere* Ed. Ultraj. —11 *Eum ex terra* Ms. Boecl. Voss. 2. add. not.—12 *Conflicturum....compositurum* Ms. Boecl. Leid. 2. Dan. Voss. 2. Ax.—13 *Philodes* Ms. Leid. 2. *Phylocles*

NOTÆ

Hos Diodorus lib. VIII. Medocum et Seuthen vocat.

[n] *Apud Ægos flumen*] Thraciæ, de quo jam supra.

[o] *Neque longe abesset Lysander*] Tunc enim erat Lampsaci quæ urbs est in ora Asiæ ad Propontidem. Vide Strabonem lib. III.

[p] *Nihil erat super*] Anastrophe, pro, nihil supererat.

adversi accidisset, se unum ejus[14] delicti futurum reum. Ab hoc discedens Alcibiades, 'Quoniam,' inquit, 'victoriæ patriæ repugnas, illud moneo, juxta hostes[15] castra habeas nautica: periculum est enim, ne immodestia militum nostrorum[16] occasio detur Lysandro nostri[17] opprimendi exercitus.' Neque ea res illum fefellit. Nam Lysander, cum per speculatores comperisset, vulgum[18] Atheniensium in terram prædatum exisse, navesque pæne inanes relictas, tempus rei gerendæ non dimisit, eoque impetu totum bellum[19] delevit.[n]

9. Et Alcibiades, victis Atheniensibus, non satis tuta eadem loca sibi arbitratus,[1] penitus in Thraciam se supra Propontidem abdidit,[q] sperans ibi facillime suam fortunam occuli posse. Falso.[2] Nam Thraces,[3] postquam eum cum magna pecunia venisse senserunt, insidias ei[4] fecerunt: qui[5] ea, quæ apportarat, abstulerunt, ipsum capere non potuerunt. Ille cernens, nullum locum sibi tutum in Græcia, propter potentiam Lacedæmoniorum,[r] ad Pharnabazum in Asiam transiit:[6] quem quidem[7] adeo sua cepit humanitate,[o]

[n] *Eaque aggressione bellum penitus confecit.*
[o] *Cui quidem suæ urbanitatis causa tam gratus fuit.*

Ms. Voss. 1.—14 *Eis del.* Ed. Ald.—15 *Hostem* Ms. Voss. 2. Ax. [quæ lectio jure placet Stav. in not.]—16 *Vestrorum* Ms. Dan. Ax.—17 *Vestri* Ms. Dan. Ax. *nostris* in ed. Stav. 2. operarum peccato.—18 *Vulgus* Ed. Ultraj. [Sed haud necessaria est hæc mutatio: v. Harl.] Mox *prædatam* Ed. Med. Arg.—19 *Bellum totum* Ms. Dan.

1 Ita Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ax. [Ed. Bos. et rell. recentt.] Sed *arbitrans* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—2 *Posse. Falso.* Ita et Ms. Dan. Sed *posse falso* Ed. Long. *Sed falso* Ms. Ax. v. Gronov. ad Liv. XLII. 64. 4.—3 *Threces* Ms. Leid. 2.—4 *Ei* aberat a Ms. Voss. 1. 2. Ax. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—5 *Quia ea* Ms. Leid. 2. Statim *apportaret* Ms. Dan. Ax. Voss. 2. 3. Leid. 2. Ed. Keuch. Heus. [Stav. 3. Harl. Ith. Heinr. Wetz. Schmied. Paufl.] Bene: [Vulg. etiam ed. Brem. *apportavit*.] Tum *abstulerant* Ms. Voss. 2. Ed. Long.—6 *Transit* Ms. Voss. 1. *transivit* Ms. Leid. 2.—7 *Quandoquidem* Ed. Mag. Dein

NOTÆ

[q] *Penitus in Thraciam se supra Propontidem abdidit*] In Bithyniam profugisse ait Plutarchus; quod non prorsus alienum est a Nepotis mente; nam et Thraces Bithyniæ partem incolebant, atque ipsi Thraces Bithyni dicti, postquam in Asiam transfretassent. Unde Claudianus: 'Thyni Thraces eant, quæ nunc Bithynia fertur.' Vide Plin. lib. I. 31.

[r] *Propter potentiam Lacedæmoniorum*] Qui, devictis Atheniensibus, ter-

ut eum nemo in amicitia[8] antecederet. Namque ei Grynium[9] dederat in Phrygia[s] castrum, ex quo quinquagena[10] talenta vectigalis capiebat.[11] Qua fortuna Alcibiades non erat contentus, neque Athenas victas Lacedæmoniis servire poterat pati.[12] Itaque ad patriam liberandam omni ferebatur cogitatione. Sed videbat, id sine rege Persarum[13][t] non posse fieri: ideoque eum amicum sibi cupiebat adjungi, neque dubitabat, facile se consecuturum, si modo ejus conveniundi[14] habuisset potestatem. Nam Cyrum[u] fratrem ei bellum clam parare, Lacedæmoniis adjuvantibus, sciebat: id si ei[15] aperuisset, magnam se [ab eo][16] initurum gratiam videbat.

10. Hæc[1] cum moliretur, peteretque a Pharnabazo ut ad regem mitteretur; eodem tempore Critias[2][v] ceterique

---

cepit Ed. Arg. Long.—8 *Amiciciam* Ed. Med. *amicitiam* Ed. Par.—9 *Grinium* Ms. Leid. 2. Voss. 2. Ed. Arg. *Grinium* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Par. Ald. *Grynium* Ed. Long. Mag. Steph.—10 Ita Ms. Dan. Mendos. Ed. Ald. Ultraj. [Bos. 2. et rell. recentt.] Sed *quinquaginta* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. *quadringena et sexagena* Ms. Gif. Boecl.—11 Sic Ms. Dan. [Ed. Bos. et seqq.] Sed *habebat* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Patav.—12 Sic Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Sed *pati* (omisso τῷ *poterat*) Ed. Gebh. Keuch.—13 *Persæ* Ms. Dan. Leid. 2. Ax. Voss. 1. a quo etiam aberat τὸ *rege*. Statim *fieri non posse* Ms. Leid. 2.—14 Sic Ms. Dan. [Ed. Bos. 2. Stav. Harl.] Sed *conveniendi* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Heus. [et rell. recentt.]—15 Τὸ *ei* aberat a Ms. Boecl. Ax. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Mag. Long. Inclusit in sua edit. uncinis Heus. [Item Stav. in ed. 2. qui in notis, multus de ellipsi hujus pronominis, suspicatur, posse vel τὸ *ei* vel τὸ *ab eo*, quod etiam multi codd. non agnoscunt, facile abesse; nec non Harl. Tzschuck. 1. 2. Schmied.] tum *apper.* Ed. Med. Arg.—16 Uncini absunt ab Ed. Lambin. Steph. Long. Mag. Gebh. Boecl. Bos. 1. Patav. [Brem.] recte: [ac Wetz. quod sensus illa desideret, uncinos haud admittit, ea tamen parenthesi inclusit.] Verba ipsa aberant a Ms. Dan. Boecl. Ax. Leid. 1. 2. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. repugnante numero.

1 *Hoc* Ms. Dan. Voss. 1. Ax. Tum *molliretur* Ms. Voss. 2. Statim *preterque* Ms. Leid. 2.—2 *Chrysias* Ms. Leid. 2.—3 *Miserat* Ed. Arg. Long. *miserant*

NOTÆ

ræ et maris imperium obtinebant.

[s] *Grunium dederat in Phrygia*] Legitur et Grynium in exemplis Basiliensibus. De hoc Castro loquitur lib. III. de reb. Græc.

[t] *Sine rege Persarum*] Artaxerxe, qui Dario successerat.

[u] *Nam Cyrum*] Artaxerxis fratrem, et Darii filium, cui Pater testamento legaverat civitates, quarum præfectus erat. Justin. lib. v. 11.

[v] *Eodem tempore Critias*] Triginta

tyranni Atheniensium certos homines ad Lysandrum in Asiam miserunt,[3] qui eum certiorem facerent, nisi Alcibiadem sustulisset, nihil earum rerum[4] fore ratum, quas ipse Athenis constituisset. Quare, si suas res gestas manere vellet, illum persequeretur. His Laco[w] rebus[5] commotus statuit, accuratius sibi agendum cum Pharnabazo.[6] Huic ergo renuntiat, quæ regi cum Lacedæmoniis essent,[x] irrita futura,[p] nisi Alcibiadem vivum aut mortuum tradidisset.[7] Non tulit hoc[8] satrapes; et violare clementiam, quam regis opes minui, maluit. Itaque misit Sysamithren et Bagæum[9] [y] ad Alcibiadem interficiendum, cum ille esset

[p] *Illi igitur abnegat Regi cum Lacedæmoniis quicquam fœderis esse.*

Ed. Mag.—4 *Rerum* abest ab Ed. Med. Arg.—5 Sic Ms. Dan. Ax. Sav. (in quo tamen erat *Lacon*: v. Oudendorp. [et Burmann.] ad Lucan. I. 214.) Voss. 2. Leid. 2. [Ed. Bos. et rell. recc.] Sed *Lacon rebus* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. *latoribus* Ms. Gif. Put. Bav. Mox *accurantius* Ms. Leid. 2.—6 *Ag. cum Pharn. societatem* Ms. Voss. 2. Boecl. Leid. 1. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long.—7 *Mort. tradidissent* Ms. Leid. 2. *mort. sibi tradidisset* Ms. Boecl. Ax. Voss. 1. *mort. trad. stare non posse* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Postrema verba nata videntur e glossemate. Scripserat quis ad verba: *quæ regi...futura*, interpretamentum *societatem stare non posse*. Hæc postea a librariis ineptis distracta, et alieno loco collocata suspicor.—8 *Hunc* Ms. Leid. 2. *hanc* Ms. Voss. 2. Ax. Mox *claem.* Ed. Med. Arg. ubique.—9 *Susametrem et Galgenem* Ms. Leid. 2. *Susametrem et Bageum* Ms. Voss. 1. *Susametrem et Bagæum* Ms. Dan. *Susamithrem et Bageum* Ms. Mendos. Ed. Sav. *Sisametiem et Bagrum* Ed. Jens. Med. Par. *Susametrē et Mageum* Ed. Arg. Mag. *Sysamethem et Bagoam* Ed. Ald. Lamb. Keuch. *et Bagoam* Ed. Pat. *Susamithrem et Magæum* Ed.

NOTÆ

Tyrannorum apud Athenienses immanissimus. Cic. Tusc. Quæst. lib. I. 96.

[w] *His Laco*] Id est, Lysander, Laco [vel Lacon] dictus, quia Lacedæmon erat in Laconia.

[x] *Huic ergo renuntiat, quæ regi cum Lacedæmoniis essent*] Aliquid sane hic supplendum esse, aut restituendum putarem, hoc fere modo: *Huic ergo renuntiat fœdera, quæ Regi cum Lacedæmoniis essent, stare non posse*: nisi *renuntiare* idem esset, ac irritum facere. Unde Cic. ad Atticum 'renuntiare conductionem,' id est, irritam facere: 'Renuntiare alicui hospitium,' idem Cicero. Quod idem est ac si Gallice diceretur, *Déclarer à quelqu'un qu'on renonce au droit d'hospitalité avec lui.* Renuntiare vitæ. Sueton. *Déclarer qu'on renonce à la vie.*

[y] *Itaque misit Sysamithren et Bagæum*] Sysamithren Pharnabazi patruum fuisse quidam volunt ex Plutarcho, quod nomen Persicum est. Bagæum vero, vel Bagoam, non tam nomen esse proprium, quam commune, apud Persas Eunuchum significans, verisimile est.

in Phrygia,[z] iterque ad regem compararet.[10] Missi clam vicinitati,[a] in qua tum Alcibiades erat, dant negotium,[† 11] ut eum interficiant. Illi, cum eum ferro aggredi[12] non auderent, noctu ligna contulerunt circa casam eam,[13] in qua quiescebat, eamque succenderunt: ut incendio conficerent,[14] quem manu superari posse diffidebant. Ille autem, ut sonitu flammæ est excitatus,[15] etsi gladius ei[16] erat subductus, familiaris sui subalare telum eripuit.[‡ b] Namque erat cum eo quidam ex[17] Arcadia hospes, qui nunquam discedere voluerat.[18] Hunc sequi se jubet, et id, quod in præsentia

† *Ministri latenter iis, quibus tum vicinus Alcibiades erat, curam imponunt.*
‡ *Servi sui pugionem extrahit.*

Long. Steph.—10 *Pararet* Ed. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. *compararet* etiam Ms. Leid. 2. Voss. 2. Dan. et Edd. nostri reliqui veteres, [et recentiores] omnes.—11 *Missi clam in civitatem, in q. t. A. erat, introëunt; quibus datum negotium* Ms. Mendos. Etiam in Ms. Voss. 1. pro *vicinitati* erat *in civitatem*; sed in marg. *vicinitati*: et in Ms. Leid. 2. et Voss. 2. *datum negot.* pro *dant negot.*—12 *Cum ferro*, omisso τῷ *aggredi*, Ms. Leid. 1. *cum ferro aggr.* Ms. Leid. 2. Ax. Voss. 2. Ed. Arg. Ald. Long. Mag. *cum* [*eum*] *ferro aggr.* Ed. Heus. *cum securo aggr.* Ms. Mag. Ed. Jens. Med. Par.—13 *Circa sarneam* Ms. Leid. 2. *circa samineam* Ms. Gif. Sav. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Ald. Mag. *circa Saminea* Ed. Arg. Par. Long. *circa sanneam* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. *circa Samenam* Ms. Put. *circa samneam* Ms. Dan. Mendos. *circa Sunenum* Ms. Voss. ap. Mag. *circa domum stramineam* Ed. Lamb. Steph. *circa stramineam casam* Ed. Patav. [Add. Stav. ad maj. et min. edit. atque Harl.]—14 *Conficeretur* Ms. Ax. Voss. 2. Ed. Arg. Long. Mag. Sed *conficerent* Ms. Dan. [et rell. editt.]—15 Ita Ms. Boecl. Leid. 1. 2. Voss. 1. 2. Ax. [Ed. Bos. 2. Heus. et rell.] Sed *ille ut in son. fl. excit.* Ms. Sav. *ille autem in son. flammæ est excit.* Ed. Jens. Med. Par. Mag. *ille autem in son. fl. excitatus* Ed. Ald. *ille autem ut son. fl. exc.* Ed. Bos. 1. *ille aut. sonitu fl. excitatus* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. Statim *etsi* etiam Ms. Voss. 1. 2. Ax. Leid. 2. Sed *quod* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Pat.—16 *Ei* aberat a Ms. Ax. Mox *tælum* Ed. Arg. ubique, et *erripuit* Ms. Voss. 2.—17 *Quidam cum eo ex Arc.* Ms. Leid. 2. Etiam in Ms. Voss. 1. 2. erat τὸ *ex*, non item in Ms. Sluisqu.—18 Ita Ms. Dan. Sed *discedere ab eo vol.* Ed.

NOTÆ

[z] *Cum ille esset in Phrygia*] Minoris Asiæ regione, Cariæ, Lydiæ, Mysiæ, et Bithyniæ finitima; duplex est, superior et inferior; in hac postrema situm erat Ilium, ad montis Idæ radices.

[a] *Clam vicinitati*] Hanc vicinitatem Melissam vocatam scribit Athenæus lib. XIII. Quam urbis nomen esse volunt Geographi; hancque fuisse Phrygiæ civitatem testatur idem Athenæus ibidem cap. 12.

[b] *Familiaris sui subalare telum eripuit*] Quod sica est, seu pugio, sic dictum quia ejus erat brevitatis, ut sub alis gestari posset.

vestimentorum fuit, arripuit.[19] His in ignem ejectis,[c] flammæ vim[20] transiit. Quem ut barbari incendium effugisse [eminus][21] viderunt, telis missis interfecerunt,[d] caputque ejus ad Pharnabazum retulerunt.[22] At mulier, quæ cum eo vivere[23] consuerat,[e] muliebri sua veste contectum, ædificii incendio mortuum cremavit, quod ad vivum interimendum erat comparatum. Sic Alcibiades, annos circiter quadraginta natus, diem obiit supremum.

11. Hunc, infamatum a plerisque,[f] tres gravissimi historici summis laudibus extulerunt: Thucydides,[1] qui ejusdem ætatis fuit; Theopompus,[g] qui fuit post[2] aliquanto natus; et Timæus:[h] qui quidem duo maledicentissimi,

Long. *ab eo disc. vol.* Ms. Ernst.—19 *Arripuit* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Heus. Patav. [Stav. 2. Harl. Tzsch. 1. 2. Bip. Ith. Heinr. Schmied. Panfl. et ego recepi, quod sequitur *transiit.*] Sed *arripit* Ms. Dan. [Ed. Bos. 2. Wetz. Brem. Stav. 1.] *erripuit* Ms. Boecl. *abripit* Ed. Stav. 2. [Ricklef.]—20 *Flammium* Ms. Voss. 1. *fl. viam* Ed. Ald. Statim *transiit* etiam Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Sed *transit* Ed. Keuch.—21 *Effugisse*, omisso τῷ *eminus*, Ms. Boecl. Ax. *effug. eminus* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos. 1. Pat. [Ith. Wetz.] In Ms. Leid. 1. et Dan. legitur τὸ *eminus* post τὸ *telis*; [atque *viderunt, telis eminus missis*, Bremi, Heinr. (qui tamen τὸ *eminus* uncinis inclusit,) et Tzschuck. in ed. 2. melius dederunt. Harl. conjec. *viderunt, eminus telis missis*] uti extat in ed. Gebh.—22 *Rettul.* Ed. Jens. Med. Arg.—23 *Vivere* abest ab ed. Ultraj. Sed erat etiam in Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ax. Statim *consuerat* Ms. Dan. [Ed. Bos. 2. Heus. et recc. fere omnes.] Sed *consueverat* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Ith.]

1 *Tucyd.* Ed. Jens. Med.—2 *Qui post* Ms. Ax. Leid. 1. 2. Voss. 1. 2. *qui* [*fuit*] *post* Ed. Heus. [Stav. 3. Tzschuck.] Dein *Thimæus* Ms. Leid. 2. *Thy-*

NOTÆ

[c] *His in ignem ejectis*] Ut nempe suo pondere vim flammæ obruerent.

[d] *Telis missis interfecerunt*] Varii varia de Alcibiadis morte referunt; alii in cubiculo in quo dormiebat crematum esse dicunt, ut Justin. lib. v. 8. his verbis: 'Cum occidi aperte non posset, vivus in cubiculo in quo dormiebat, crematus est.' Contra vero Aristoteles lib. vi. 29. de natura animalium, in Elapho Asiæ monte occubuisse memorat, in quo monte omnes cervæ scissa sunt aure.

[e] *At mulier, quæ cum eo vivere consuerat*] Alii Timandram vocant, ut Plutarchus, quam Laidis Corinthiæ matrem fuisse refert. Alii Theodotam, ut Athenæus, lib. xiii. 12.

[f] *Hunc infamatum a plerisque*] Athenæus lib. xii. 9. refert Antiphonem quendam librum contumeliæ scripsisse in Alcibiadem; et lib. xiii. 12. Lysiam oratorem in eundem orationem composuisse.

[g] *Theopompus*] Chius orator et Historicus simul post Thucydidem et Herodotum.

[h] *Timæus*] Qui a maledicentia sua

nescio quo modo, in illo uno laudando[3] conscierunt.[4] Namque ea, quæ supra diximus, de eo prædicarunt,[5] atque hoc amplius, cum Athenis splendidissima civitate natus esset, omnes [Athenienses][6] splendore ac dignitate superasse vitæ;[7] postquam inde expulsus Thebas venerit, adeo studiis eorum inservisse,[8] ut nemo eum[9] labore corporisque viribus posset æquiparare. Omnes enim Bœotii[10] [i] magis firmitati corporis, quam ingenii acumini inserviunt. Eundem apud Lacedæmonios, quorum moribus summa virtus in patientia ponebatur,[j] sic duritiæ[11] se dedisse,[*] ut parsimo-

* *Adeo austeram vitam duxisse.*



meus Ms. Voss. 1. Dan.—3 *In illo uno cons.* Ed. Keuch. *in illo laudando* Ms. Leid. 2.—4 *Consenserunt* Ed. Ald. Long. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. [Bos. Stav. 1. Heus. in textu, Bip. Ith. Brem. Schmied. Wetz. Paufl.] Sed *conscierunt* Ms. Leid. 2. Voss. 2. Boecl. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ultraj. Stav. 2. 3. [Harl. Tzschuck. 1. 2. probatque Heus. in not. item Oudendorp. ad Cæs. de B. G. I. c. 28. 1. p. 42. et recepi.] *Consuerunt* Ms. Dan. Gif. Ed. Ultraj. marg. Mox *Namque ea* Ms. Ax. Voss. 1. 2. [Ed. Harl. Tzschuck. 2. isque in not. ad ed. 1. atque Heus. in not. id prætulerunt.] *nanque ea* Ed. Jens. Med. *nam* vulgo.—5 *Prædicatur* Ms. Voss. 2.—6 Τὸ *Atheniens.* aberat a Ms. Dan. Boecl. Leid. 1. 2. Voss. 1. Ax. Ed. Arg. Long. Mag. Patav. [Tzschuck. 2. Schmied. Paufl. et bene abesse potest, quia facile secundum sensum suppletur atque subintelligitur, cum præcesserit *Athenis.* v. Harl. not.] Et absunt duo illa verba ab Ed. Jens. Med. Par. *Omnes Athen.* sine uncis Ed. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Ith. Brem. Wetz. τὸ *Athen.* uncinis est inclusum in Ed. Bos. 2. Stav. Tzschuck. 1. Heus. Bip. Harl. Heinr.]—7 *Superasse vita* Ms. Ax. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. melius, credo. [Et ego sic transposui vocc.: *vitæ superasse* Ed. rell.]—8 *Inserviisse* Ed. Keuch. sed *inservisse* etiam Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Paulo ante *Thebas venit* Ed. Mag.—9 *Cum* Ed. Jens. Med. Arg. Deinde *æquiperare* Ed. Jens. Ald.—10 *Boëtii* Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Dan. Ed. Arg.—11 *Duritie* Ms. Leid. 2. *duricie* Ed. Jens. Med. Arg. fortasse pro *duritiei*, ut *fide* ap. Horat. &c. *duritiei* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. *duriciæ* Ed. Long.

NOTÆ

Epitimæus dictus est, id est, objurgator; Siculus historicus, ut Thucydidem et Philistum se facile superaturum jactitaret. Plutarch. in Nicia. Aliter Cicer. de Orat. II.

[i] *Omnes enim Bœotii*] Bœotiæ ad Septemtrionem Atticæ circa Ismenum amnem populi, qui plus studii et operæ impendunt in acquirendo confirmandoque corporis robore, quam in excolendo ingenio; quos aliqui propterea παρὰ τοὺς βόας denominatos volunt. Cic. de fato: 'Athenis tenue cœlum; ex quo acutiores etiam censentur Attici: crassum Thebis; itaque pingues Thebani et valentes.'

[j] *Apud Lacedæmonios, quorum moribus summa virtus in patientia ponebatur*] Propter austeritatem legum Lycurgi. Vide Horat. Od. lib. 1. 7.

nia victus atque cultus omnes[12] Lacedæmonios vinceret. Fuisse apud Thracas, homines vinolentos,[13] [k] rebusque Venereis deditos;[l] hos quoque in his rebus antecessisse. Venisse ad Persas, apud quos summa[14] laus esset fortiter venari,[m] luxuriose vivere; horum sic imitatum consuetudinem, ut illi ipsi eum in his maxime admirarentur. Quibus rebus effecisse, ut apud quoscumque esset, princeps[15] poneretur, haberetarque carissimus.[16] Sed satis de hoc: reliquos ordiamur.[17]

Mox *dedidisse* Ed. Mag.—12 *Omnis cultus* Ms. Boecl. Voss. 2. Mox *trachas* Ed. Jens. Med. Arg. *Thracos* Ed. Long.—13 *Violentos* Ms. Leid. 2. Statim *rebus* sine *que* Ms. Ax. et *Veneriis* Ms. Dan.—14 *Sinoma* Ed. Jens. Med.—15 *Principes* Ed. Jens. Med. Par. *poneretur princeps* Ed. Ald. Lamb. Patav. Mox *haberetur* Ed. Keuch.—16 *Karissimus* Ms. Dan. [Ed. Bos. Stav.] Sed *charies.* Ed. Ald. Long. Mag. *carissimus* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Par. Lamb. [et rell.]—17 *Ordinamur* Ms. Voss. 2. Ed. Lamb.

NOTÆ

[k] *Thracas, homines vinolentos*] Quos Græci ἀκρατοπότας vocarunt, sicut et Scythas: unde Horatius Od. I. 27. 'Natis in usum lætitiæ scyphis Pugnare Thracum est.'

[l] *Rebusque Venereis deditos*] De his Ovid. Metamorph. VI. 'Digna quidem facies, sed et hanc innata libido Exstimulat,' &c.

[m] *Fortiter venari*] Xenoph. Cyropæd. lib. I. et Strabo lib. XV.

VIII.

THRASYBULUS.[1]

ARGUMENTUM.

Cap. 1. Patriam a tyrannis liberat. 2. Phylen confugit; Munychiam occupat; parcit civibus. 3. Pace facta, legem fert oblivionis. 4. Corona oleagina ornatur. Ad Ciliciam a barbaris interficitur.

Thrasybulus, Lyci[2] filius,[a] Atheniensis. Si per se virtus sine fortuna ponderanda sit, dubito, an hunc primum omnium[3] ponam. Illud sine dubio; neminem huic præfero[4] fide, constantia, magnitudine animi, in patriam amore. Nam quod multi voluerunt, pauci[5] potuerunt, ab uno tyranno patriam liberare; huic contigit, ut a[6] triginta oppressam tyrannis[b] ex servitute in libertatem vindicaret. Sed nescio, quo modo, cum eum nemo anteiret his[7] virtutibus, multi nobilitate præcucurrerunt.[8] [c] Primum Peloponnesio[9] bello

1 *Thrasybuli vita* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—2 *Lici* Ed. Arg.—3 *Omnium primum* Ms. Leid. 2. Ante *ponder. est* Ms. Ax.—4 Ita Ms. Gif. Dan. Boecl. Mendos. Ax. Leid. 1. 2. Voss. 2. Ed. Ultraj. [Bos. Heus. Ith. Stav. et plur.] Sed *illi sine dubio neminem præfero*, omisso τῷ *huic*, Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. [Schmied.]—5 *Paucique* Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ax.—6 *Ut triginta* Ms. Leid. 2. Mox *e servit.* Ed. Long. Mag. et *vendicaret* Ms. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg.—7 *His* aberat a Ms. Leid. 2.—8 *Præcucurrerunt* Ms. Ax. Voss. 2.

NOTÆ

[a] *Thrasybulus, Lyci filius*] Jam de Lyco Thrasybuli patre in Alcibiade.

[b] *Huic contigit, ut a triginta oppressam tyrannis*] Quos nimirum Lacedæmonii victores Atheniensibus a Lysandro victis præfecerant, et a quibus Thrasybulus ipse in exilium pulsus fuerat.

[c] *Nobilitate præcucurrerunt*]. Quædam editiones habent *procurrerunt*,

multa hic sine Alcibiade gessit,[d] ille nullam rem sine hoc: quæ ille[10] universa naturali quodam bono fecit lucri.[a] Sed illa tamen omnia communia imperatoribus cum militibus et fortuna: quod in prælii concursu abit res a consilio ad * vires, vimque pugnantium.[b 11 e] Itaque jure suo nonnulla ab imperatore miles, plurima vero fortuna vindicat,[c 12] seque

[a] *Quæ hic omnia optima quadam natura adeptus est.*
[b] *Quod inter pugnandum* ducis *consiliorum exitus ex bellatorum viribus animisque dependent.*
[c] *Idcirco sibi quædam, ut par est, a duce miles, plura vero sors repetit.*

Ed. Arg. Long. Mag. Gebh. Hens. [Stav. 3. Harl. Tzschuck. 1. 2. Bip. Ith. Heinr. Schmied. *præcurrerunt* Ed. Lamb. Bos. et rell.]—9 *Peloponensio* Ms. Dan. *Peloponnessio* Ms. Voss. 1. *Peloponesi* Ms. Voss. 2. *Peloponnesi* Ms. Boecl. [rectius, opinabatur Scheffer. in Obss. misc. Belg. vol. IX. p. 207. si scribas *Peloponnensi:*] *Peloponensi* Ms. Ax.—10 *Quæ illa* Ms. Voss. 2.—11 *Abiit* Ms. Leid. 2. Ax. Voss. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. [nec displicet Stav. ad ed. 3. pro *abire solet.*] *ab. res....ad vires cujusque pugnantium* Ms. Mendos. *ab. res....ad vires nostrum cujusque pugn.* Ms. Sav. *ab. res....ad vires undique pugn.* Ms. Put. *ad vires usque pugn.* Ms. Leid. 1. *hæit* [quod Scheffero in Obss. misc. Belg. vol. IX. p. 207. pæne mutandum videbatur in *fluit* aut *ruit*,] *res a c. ad vires vimque pugn.* Ms. Boecl. *in præliis concursu habuit*, &c. Ms. Voss. 2. *ad vires vimque p.* Ed. Bos. 1. Stav. [et recentt.] *abit res consilio ad vireis v. p.* Ed. Lamb. *abiit res cons. ad vires* Ed. Ald. [Heus. conjec. *abit res ad vir. utrimque pugnant.* cujus tamen sententiæ subscribere dubitat Stav. in not. ad ed. 3. Huic autem ad ed. min. placuit emendatio Lambini, legentis, *vires virtutemque pugn.* vel *ad vim virtutemque pugn.* et Curtius nostrum imitatus videtur, qui l. IX. c. 7. §. 16. 'ob eximiam,' ait, 'virtutem virium.' Heinr., Nepotem omnino scripsisse, *ad vir. fortunamque pugn.* aut simile quid, arbitratus, a scripturæ vestigiis nimis discessit, judice Tzschuck. ad ed. 2. qui suspicatur *casusque*, quod ad lectionem nonnullorum codd. *cujusque* quam proxime accedat. Idem cum Wetzel. et Brem. haud probat Puteani emendationem, ab Harl. probatam et illustratam *ad vices vimque pugn.* Bene defendit Kapp. vulgatam lection.]—12 *Plurima....his plus val.* Ita Ms. Dan. Ed. Keuch. [Bos. Stav. 1. 2.] Sed *plurima vero a fortuna vindicat, seque his plus val. quam duc. prudentia vere pot. præd.* Ed. Ald. Steph. *plurima vero fort. vind. seque hic plus val. quam duc. prudentiam, v. p. præd.* Ed. Lamb. *plurima vero a fortuna* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. *vendicat* Ms. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. et *hic plus val.* Ms. Voss. 1. 2. Boecl. Ed. Lamb. Heus. [Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. et rell. recentt. Recte vero Tzschuck. ad min. ed. retulit τὸ *hic* non ad bellum Peloponnesiacum, uti Harl. fecerat, sed, cum sententia sit generalis, ad prælium omnino in supe-

NOTÆ

quod minime probandum.

[d] *Multa hic sine Alcibiade gessit*] De quibus Xenoph. de reb. Græc. lib. I. Diodorus XIII. et Cicero pro Muræna.

[e] *Ad vires, vimque pugnantium*] Varie a variis hic locus legitur. Lambinus enim *ad vires virtutemque pugnantium:* Puteanus *ad vices, vimque pugnantium:* quidam *ad vires undique pugnantium:* alii denique *ad vires nostrûm cujusque pugnantium.* At ego nihil mutandum esse arbitror, quia Auctoris mens ea est, ut pugnæ exi-

hic plus valuisse, quam ducis prudentiam, vere potest prædicare.[d] [13] Quare illud magnificentissimum factum, proprium est Thrasybuli. Nam cum[14] triginta tyranni, præpositi a Lacedæmoniis, servitute oppressas tenerent Athenas, plurimos cives, quibus in bello parserat[15] fortuna, partim patria expulissent, partim interfecissent, plurimorum bona publicata inter se divisissent; non solum princeps, sed et solus initio bellum his indixit.

2. Hic enim, cum Phylen[1] confugisset,[f] quod est castellum in Attica munitissimum, non plus habuit secum, quam[2] triginta de suis.[g] Hoc initium fuit salutis Actæorum;[3] hoc robur libertatis clarissimæ[4] civitatis. Neque vero hic non contemtus est primo a tyrannis, atque ejus solitudo:[e] [5]

[d] *Atque suas vires victoriæ magis, quam Imperatoris consilium, contulisse, non falso valet gloriari.*

[e] *Sed quod solus esset.*

---

rioribus notatum: *hic* nempe in prælii sorte atque eventu.]—13 *Prædicari* Ms. Voss. 1. 2. *judicari* Ms. Axen.—14 *Nam triginta* Ms. Leid. 2.—15 Sic Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 1. [Ed. Bos. Heus. Stav. Ith. Brem. Harl. Bip. Paufl. Tzschuck. Heinr.] Sed *pepercerat* [Ms. Thott. probatque Schlegel. in disp. laud. p. 68.] Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebb. Boecl. Keuch. Patav. [Wetz. Schmied.]

1 *Phylem* Ms. Leid. 2. *Philen* Ms. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par.—2 *Quam* aberat a Ms. Leid. 2. Ax. Voss. 1. 2. Boecl. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Sed uncis inclusit Heusing. [Contra tuentur Stav. ad ed. 3. et Tzschucke, quia *plus* sine *quam* ponatur, si statim id præcedat numero, non, uti h. l., si quædam intercedant vocabula:] v. Ruhnken. ad Vellei. Paterc. II. 1. p. 76. qui τὸ *quam* retinet.—3 *Acteorum* Ms. Dan. *Atticorum* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Tzschuck. 2. cod. Thott. idque unice probat Schlegel. in disp. laud. p. 69. Stav. quoque, qui quidem, uti rell. edd., edidit *Actæorum*, in not. ad ed. 3. miratur, Nepotem hoc voc. non nisi poëtis proprio usum esse.] Sed a Ms. Leid. 2. aberant verba: *Hoc in. f. s. Act. hoc robur.*—4 Ita Ms. Dan. recte. Sed *carissimæ* Ed. Long. librariorum, credo, incuria: cujus et alia vestigia sunt in illo libro.—5 *Neque vero....solitudo.* Sic legit Ms. Mendos. Dan. Leid. 1. Sav. Voss. 1. Ed. Ultraj. [Bos. Stav. et rell. recentt.] Sed in Ms. Boecl. Bav. pro *atque* erat *neque:* Ms. Ernst. Ed. Lamb. Keuch. *neque vero hic contemtus est primo a tyrannis, sed ejus solitudo;* [atque sic correctum est a manu docta in meo Lambini exemplo:] Ms. Leid. *neque vero hic neque, &c.* Ms. Long.

NOTÆ

tum ad corporis vires, et vim animi referat.

[f] *Hic enim, cum Phylen confugisset*] Locus erat munitus, distans Athenis centum stadiis, in Œnide tribu, de quo meminit Scholia in Aristophanis Plutum, act. v. sc. 1. et Xenoph. de reb. Græc. lib. II. 8. Justin. lib. v. 9.

[g] *Quam triginta de suis*] Septuaginta fuisse refert Xenophon ibidem.

quæ quidem res et illis contemnentibus, perniciī;[6] et huic despecto, saluti fuit.[f] Hæc enim illos ad persequendum segnes,[7] hos autem, tempore ad comparandum dato, fecit robustiores.[g] Quo magis præceptum[8] illud omnium in animis esse debet, 'Nihil in bello oportere contemni:' nec[9] sine causa dici, 'Matrem timidi flere non solere.'[h] Neque tamen[10] pro opinione Thrasybuli auctæ sunt opes.[h] Nam jam tum illis temporibus fortius boni pro libertate loquebantur, quam pugnabant. Hinc in Piræeum[11] transiit, Munychiamque munivit.[i] Hanc bis tyranni oppugnare sunt adorti:[12] ab eaque turpiter repulsi, protinus in urbem, armis impedimentisque[13] amissis, refugerunt. Usus est Thrasybulus non minus prudentia, quam fortitudine. Nam cedentes violari vetuit:[i] cives enim civibus parcere æquum censebat. Neque quisquam est vulneratus, nisi qui prior impugnare

[f] *Qui quidem contemtus et his qui contemnebant exitium, illi vero qui contemnebatur salutem attulit.*
[g] *Illos verò, mora* ad pugnandum *data, viribus auxit.*
[h] *Minus vèro quam* ferebat *opinio Thrasybuli vires crevere.*
[i] *Num non resistentibus vim inferri prohibuit.*

Voss. 2. Ed. Long. Mag. Steph. *neque vero hic modo, &c.* atque *contemptus* Ed. Long. Mag. [Stav. 2. 3. male.] Tum *neque ejus solitudo* Ms. Leid. 2. Ax. *sed et ejus solitudo* Ms. Voss. 2. *sed ejus solitudo* Ms. Mag. Ed. Mag. Steph. *neque ejus solicitudo* Ed. Jens. Med. Arg. *sed ejus solicitudo* Ed. Long. *neque ejus sollicitudo* Ed. Paris. Ald.—6 Sic Ms. Gif. Dan. [Ed. Bos. 2. Stav. Heus. Ith. Heinr. Tzschuck. Brem.] Sed *perniciei* [cod. Thott. probante Schlegel. in disp. cit. p. 68. nec reluctante Tzschuck. ad ed. 2. cum noster sic dicat in Chabria 4.] Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Wetz. Schmied.]—7 *Segnes ad perseq.* Ms. Voss. 2. Dan. Ax. Statim *hostes autem* Ed. Long. Tum *rubustiores* Ms. Voss. 2.—8 *Præceptorum* Ed. Arg.—9 *Neque sine* Ms. Voss. 1.—10 *Neque tum* Ms. Voss. 2.—11 *Pireum* Ms. Voss. 1. Leid. 2. *Pyræum* Ed. Long. Tum *Minthiamque* Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 1. sed in marg. 'al. *Munichiamque*,' ut Ed. Med. Arg. Gebh. *Munichiumque* Ed. Long.—12 *Adorsi* Stav. 2. 3. [Harl. repugnante Tzschuck.]—13 *Impedimentis* Ms. Voss. 1.—14 Sic quoque Ms. Voss. 1. Leid.

NOTÆ

[h] *Matrem timidi flere non solere*] De hoc adagio vide Erasmum.

[i] *Munychiamque munivit*] Munychia tumulus est in Chersonesi formam curvatus, ingressum habens ore angusto, a quo murus quadraginta stadiorum longitudinis protendebatur, Athenarum urbem cum Piræeo duobusque aliis portubus conjungens. Ovid. Metamorph. vi. 'Munychiosque volans agros, gratamque Minervæ Despiciebat humum.'

voluit: neminem jacentem veste spoliavit:[14j] nil[14] attigit, nisi arma, quorum indigebat, et quæ ad[15] victum pertinebant. In secundo prælio cecidit Critias[16k] dux tyrannorum, cum quidem[17] exadversus Thrasybulum fortissime pugnaret.

3. Hoc dejecto, Pausanias venit Atticis auxilio, rex[1] Lacedæmoniorum. Is inter Thrasybulum et eos, qui urbem tenebant, fecit pacem, his conditionibus:[2] ne qui præter triginta tyrannos, et decem, qui postea prætores creati,[l] superioris more crudelitatis erant usi,[m] afficerentur exilio: neve bona publicarentur:[3] reipublicæ procuratio populo redderetur.[n] Præclarum hoc[4] quoque Thrasybuli, quod, reconciliata pace, cum plurimum in civitate posset, legem tulit, ne quis[5] ante actarum rerum accusaretur, neve mulctaretur: eamque illi [legem][6] oblivionis appellarunt.[o]

[k] *Nullum in acie cæsum exuit.*

---

14. Sed *nihil* Ms. Voss. 2. Ax.—15 *Et quæ id* Ms. Voss. 1. *quæ ad*, omisso τῷ *et*, Ms. Voss. 2. *quæque ad* Ms. Dan.—16 *Chritias* Ms. Voss. 2. *Cricias* Ed. Jens. Med. Arg.—17 *Quomodo* Ms. Bav. *aliquid* Ms. Voss. 2. Boecl. *quo* Ms. Ax. Statim *exadversus* Ms. Gif. Ax. Dan. Boecl. Voss. 2. Bav. Ed. Sav. [Bos. 2. Heus. et rell. recentt. Sed non omnino placet Tzschuck. ad ed. 2.] *Ex adverso* Ms. Leid. 2. [et sic legere malit Burm. ad Sueton. Tiber. 2. dissentit tamen Kapp. cujus et Harl. not. vid. Busmanno autem assentit Oudendorp. ad Suet. vit. Cæs. c. 39. p. 64. et ad vit. Tiber. c. 33. p. 401.] *adversus* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.

1 *Rex auxilio* Ms. Voss. 1.—2 *Condicionibus* Ed. Lamb. Statim *neque præt.* Ms. Voss. 2. *nequi* Ed. Par.—3 *Neve cujusquam bona publ.* Ed. Lamb.—4 *In hoc* Ms. Leid. 2.—5 *Nequis* Ed. Par. Sic mox *anteactarum*.—6 *Legem* aberat a Ms. Dan. Boecl. Leid. 1. 2. Voss. 1. Ax. Unci absunt ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.

NOTÆ

j *Neminem jacentem veste spoliavit*] Ut se tantum adversus improbos et armatos cives pugnare ostenderet; præterquam, quod turpe est, et forti duce indignum ex mortuis lucrum captare, ut refert Aristoteles, Rhet. II.

k *Cecidit Critias*] Illum cum Hippomacho cecidisse narrat Xenoph. de reb. Græc. lib. II. Justinus vero lib. V. 9. in eo bello non Hippomachum, sed Hippolochum et Critiam, omnium tyrannorum sævissimos, periisse ait, quod ad idem referri puto.

l *Et decem, qui postea prætores creati*] Ii sunt, qui in Piræeo imperabant; Xenoph. de rebus Græc. lib. II.

m *Superioris more crudelitatis erant usi*] Hoc est, qui triginta tyrannorum inhumanitatem æmulati fuerant.

n *Reipublicæ procuratio populo redderetur*] Id est, status Democraticus restitueretur.

o *Eamque illi [legem] oblivionis ap-*

Neque vero[7] hanc tantum ferendam curavit, sed etiam, ut valeret, effecit. Nam cum quidam ex his,[8] qui simul cum eo in exilio fuerant,[9] cædem facere eorum[10] vellent, cum quibus in gratiam reditum erat,[11] publice prohibuit; et id quod pollicitus erat, præstitit.

4. Huic pro tantis meritis honoris corona[p] a populo data est, facta duabus[1] virgulis oleaginis:[q] quæ,[2] quod amor civium, non vis,[3] expresserat,[l] nullam habuit invidiam: magnaque fuit gloria.[4] Bene ergo Pittacus ille,[r] qui septem sapientum numero est habitus, cum ei Mitylenæi[5] multa millia jugerum agri munera[6] darent,[s] 'Nolite, oro

[l] *Quæ, quia ex civium benevolentia, non ex violentia, obvenerat.*

[Ith. Brem. Heinr. Wetz.] Tum *appellarent* Ed. Mag.—7 *Vere* Ms. Leid. 2. idemque mox *efficit*.—8 *Ex iis* Ms. Voss. 1. Ed. Lamb. Patav.—9 *Fuerunt* Ms. Dan. Voss. 1. Ax.—10 *Eorum* aberat a Ms. Leid. 2. Voss. 2. et *facere* abest ab ed. Keuch.—11 *reditum fuerat* Ed. Steph. Gebh.

1 *E duabus* Ed. Lamb. Patav.—2 *Quia quod* Ms. Dan. *qui quod* Ms. Leid. 2. *quam quod* Ms. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Jens. Med. [Ed. Heus. Stav. 3. (qui ad ed. 1. et 3. hanc antiptosin utrinsque linguæ admodum familiarem copiose illustrat,) Ith. Tzschuck. 1. 2. Harl. Bipont. Heinr. *quæ, quod* Ed. Lamb. Bos. Stav. 1. 2. Brem. Schmied. (qui in nota hanc tuetur lectionem; in Lexico autem Cornel. p. 23. sq. nec *quæ*, nec *quod* probat,) Panfl.]—3 *Et non vis* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ax. [Stav. 3. sed τὸ *et* h. l. cum sit in oppositione, neque denotet *nec potius*, quod contra Heusing. bene observat Tzschuck., videbitur barbarum, nec Latinis auribus ferendum.]—4 Sic etiam Ms. Voss. 1. 2. Leid. [Ed. Bos. et seqq.] Sed *magnæ f. gloriæ* Ed. Lamb. [Haud male quidem.] Mox *Pithacus* Ms. Leid. 2.—5 *Militeni* Ms. Leid. 2. *Mitileni* Ms. Voss. 1. Dan. *Mityleni* Ed. Jens. Med. Arg. *Mitylenei* Ed. Par. *Mitilenæi ei* Ms. Ax.—

NOTÆ

pellarunt] Græci ἀμνηστίαν vocant; qua lege cautum erat, ut ne qua rerum præteritarum mentio fieret, omnisque memoria sempiterna oblivione deleretur. Sic Cicero Philippica I. Et Valer. Max. lib. IV. 1.

[p] *Honoris corona*] Hac donabatur quisquis de Rep. bene meritus erat in magna populi frequentia, adjuncto Præconis elogio. Casaubon.

[q] *Facta duabus virgulis oleaginis*] Quod etiam in usu fuit apud Romanos, antequam coronas e floribus texere didicissent. Unde Virgil. Æneid. VII. 'Centum oratores augusta ad mœnia regis Ire jubet, ramis velatos Palladis omnes.' Quia vel qui pacem poscebant, vel pacis auctores erant, olivæ frondibus coronabantur.

[r] *Pittacus ille*] Philosophus Mitylenæus; de quo vide Laërtium in ejus vita.

[s] *Cum ei Mitylenæi multa millia jugerum agri munera darent*] Quandoquidem ille ex Lesbo insula Melanchrum

vos,'[7] inquit, 'id mihi[8] dare, quod multi invideant, plures etiam concupiscant. Quare ex istis nolo amplius, quam centum jugera, quæ et mei[9] animi æquitatem et vestram voluntatem indicent.' Nam parva munera, diutina: locupletia, non propria esse consueverunt.[m] [10] Illa igitur corona contentus Thrasybulus, neque amplius requisivit, neque quenquam honore se antecessisse existimavit. Hic sequenti tempore, cum prætor classem ad Ciliciam[11] appulisset,[t] neque satis diligenter in castris ejus[12] agerentur vigiliæ, a barbaris,[u] ex oppido noctu eruptione facta, in tabernaculo interfectus est.

[m] *Opulenta, non stabilia esse solent.*

6 *Muneri dar*. Ed. Ald. Lamb. Steph. Gebb. Boecl. Keuch. [Bos. 1. 2. Ith. Bipont. Heinr. Wetz. Paufl. Schmied.] Sed *et agri munera dar*. Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ax. *agri munera dar*. Ed. Heus. Stav. 1. 2. 3. [Harl. Tzschuck. 1. 2. Brem. Utrumque recte dicitur: sed mihi cum Tzschuck. placuit, codices sequi, cum, ut ille ait, ex appositione probetur et soni variationem inferat:] *jugerum agri et munera* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag.—7 Ita Ms. Ax. Leid. 1. Dan. Boecl. Leid. 2. Voss. 2. Sed *rogo vos* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebb. Boecl. Keuch. Bos. 1. (*rogo vos*) Ed. Ald. Lamb.—8 Sic etiam Ms. Leid. 1. 2. Voss. 2. [Ed. Bos. 2. et recentt.] Sed *mihi*, omisso *τῷ id*, Ms. Dan. Boecl. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebb. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—9 *Meum* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebb. Boecl. Keuch. Bos. 1. Heus. [Ith. Bipont. Heinr. Schmied. Paufl. *mei* Ed. Bos. 2. et rell.]—10 *Consuerunt* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Par. Ante *locupleta* Ed. Mag.—11 Sic etiam Ms. Voss. 2. [Edd. Lamb. Bos. et seqq.] Sed *ad Siciliam* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. *Ciciliam* Ms. Voss. 1. *ad Siliciam* Ms. Long.—12 *Suis* Ms. Leid. 2.

NOTÆ

tyrannum ejecerat, et Phrynonem hostium ducem in singulari certamine, reti injecto implicitum, superaverat. Vide Laërtium, ibidem.

[t] *Ad Ciliciam appulisset*] Cilicia, hodie *Caramania*, regio est in minori Asia, Syriæ proxima, Tauro monti subjecta. Hunc tamen non in Cilicia, sed in Pamphylia, prope Aspendum ejusdem regionis urbem, noctu in castris interfectum fuisse scribit Xenoph. lib. IV. 17.

[u] *A barbaris*] Hoc est, ab Aspendiis, qui propter agrorum suorum devastationem in eum infensi, noctu urbe sua erumpentes trucidarunt.

IX.

CONON.[1]

ARGUMENTUM.

Cap. 1. Peloponnesio bello bene meretur de republica. 2. Exul Persis usui est adversus Lacedæmonios. 3. Accusaturus Tissaphernen, per literas agit cum Artaxerxe. 4. Vincit Lacedæmonios ad Cnidum. Græcia liberatur, et Atheniensium muri reficiuntur. 5. A Tiribazo in vincula conjicitur.

Conon,[a] Atheniensis, Peloponnesio[2] bello accessit ad rempublicam, in eoque ejus opera magni fuit.[3] Nam et prætor pedestribus exercitibus præfuit, et præfectus classis res[4] magnas mari gessit. Quas ob causas præcipuus ei honos habitus est. Namque omnibus unus insulis præfuit:[b] in qua potestate Pheras[5] cepit,[c] coloniam Lacedæmonio-

1 *Cononis vita* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—2 *Peloponnessio* Ms. Voss. 1. 2. et sic quoque §. 2. Voss. 2.—3 Sic primus rescripsit ex conjectura Puteani Lambin. [quem secuti sunt Bos. et reliqui recc. editores.] Sed *in eoque ejus operæ magni fuit* Ms. Gif. Dan. Put. *in eoque ejus operæ magnus fuit* Ms. Voss. 1. Sav. Ed. Jens. Med. Arg. Par. et Long. in qua tamen omissum est τὸ *ejus: in eoque ejus operæ magnus fuit usus* Ed. Ald. Mag. Steph. *in eoque ejus opera magna fuit* Ms. Leid. 2. *in eoque ejus operæ magni fuit* Ms. Voss. 2.—4 *Classis magnas* Ms. Dan. *cl. et res magn.* Ms. Ax. Voss. 2. Ab Ms. Leid. 2. verba *et præf. cl....præfuit* aberant. [Atque Heus. opinabatur, posse τὸ *præfectus classis* abesse; at nihil est mutandum.]—5 Sic etiam Ms. Voss. 1. Ax. Leid. 2. sed

NOTÆ

a *Conon*] Is Timothei Atheniensis, non Samii, filius fuit.

b *Namque omnibus unus insulis præfuit*] Hæc opinio cum omnibus aliis pugnare videtur; nisi forte id tempus intelligatur, quo victis ad Cnidum amnem Lacedæmoniis, adjuvante Pharnabazo, classi regis Persarum præfectus, omnes insulas a Lacedæmoniis avertit, ut infra videbitur.

c *Pheras cepit*] Neque sic legendum, neque, ut quidam volunt, *Theram*,

rum. Fuit etiam extremo Peloponnesio bello prætor, cum apud Ægos flumen[6][d] copiæ Atheniensium a Lysandro sunt devictæ. Sed tum abfuit,[7][e] eoque pejus res administrata est. Nam et prudens rei militaris, et diligens erat imperii.[*][8] Itaque nemini erat his temporibus dubium, si affuisset, illam Athenienses[9] calamitatem accepturos non fuisse.

2. Rebus autem afflictis, cum patriam obsideri audisset, non quæsivit, ubi ipse tuto[1] viveret, sed unde præsidio posset esse civibus suis. Itaque contulit se ad Pharnabazum, satrapen[2] Ioniæ et Lydiæ, eundemque generum regis[f] et propinquum: apud quem ut multum gratia valeret, multo labore multisque effecit periculis. Nam cum Lacedæmonii, Atheniensibus devictis,[3] in societate non manerent,[g] quam

* *Siquidem et artem militarem callebat, et ducis partes strenue implebat.*

speras Ms. Boecl. [*Spheras* Ms. Thott.] *Sparas* Ms. Voss. 2. *Pharas* Ed. Lamb. Boecl. Keuch. Bos. 1. Pat. Vales. ad Exc. Polyb. Peiresc. tom. 3. p. 171. Lips. *Theram* Ed. Gebh. probatque Rutgers. varr. lectt. IV. 10. p. 352. [item Schlegel. l. c. p. 33.]—6 *Egos fl.* Ms. Dan. Ed. Jens. Med. *egeos fl.* Ms. Leid. 2. *eghos fl.* Ed. Arg.—7 Sic etiam Ms. Voss. 2. Leid. 2. et Edd. nostri vett. [et recentt.] omnes. Sed *affuit* Ms. Voss. 1. Ed. Lamb. *afuit* Ed. Gebh.—8 *Dil. er. imperii* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Ald. Lamb. Sav, Gebh. Keuch. Heus. Patav. [Staver. 2. 3. Tzschuck. 1. 2. Harl. Ith. Bip. Brem. Heinr. Paufl. Atque Stav. laudat Burm ad Phædr. lib. v. prol. vs. 4. Sic Nepos XV. 3. 1. 'diligens veritatis,' aliaque aliorum loca excitat Heusing. Quare *imperii* rescripsi. Sed *dil. er. imperator* Ed. Arg. Par. Steph. Boecl. [Bos. Stav. 1. Wetz. Schmied. quam vero lectionem beue oppugnat Brem.]—9 *Athenienses* Ms. Dan. Ed. Stav. 1.

1 *Tuto* aberat a Ms. Voss. 2.—2 *Satrapem* Ed. Med. Arg. Ald. Steph. Gebh. —3 *Victis* Ms. Voss. 2. Ax. Mox *Artaxerse* et c. 3. 1. *Artaxersi* Ed. Mag.—

NOTÆ

autumo; sed mihi magis arridet, *Pharas cepit;* ut colligi potest ex his verbis Xenoph. de reb. Græc. lib. IV. Καταπλεύσας δὲ πρῶτον εἰς Φαρὰς, de qua etiam urbe meminit Pausanias in Achaicis, estque in Creta insula, a Messeniis condita. De qua Plinius, lib. IV. 12.

[d] *Cum apud Ægos flumen*] De hoc in Lysandro.

[e] *Sed tum abfuit*] Id Xenoph. lib. II. 1. de reb. Græc. et Plutarchus in vita Lysandri negant, eumque ex eo prælio fugisse ad Evagoram Cypri regem cum octo triremibus testantur; quibus et Justinus lib. VI. et Isocrates in Evagora non dissentiunt.

[f] *Eundemque generum regis*] Duxerat enim Pharnabazus Apamam, unam ex Xerxis filiabus. Plutarchus in Artaxerxe.

[g] *In societate non manerent*] Nepoti refragantur Xenoph. lib. IV. de reb. Græc. et Plutarchus in Apophtheg. Illi enim narrant Agesilaum a Lacedæmoniis in Asiam esse missum, eo

cum Artaxerxe fecerant, Agesilaumque[4] bellatum misissent in Asiam, maxime impulsi a Tissapherne,[h] qui ex intimis regis ab amicitia ejus defecerat, et cum Lacedæmoniis coierat societatem: hunc adversus Pharnabazus habitus est imperator; re quidem[5] vera exercitui præfuit Conon, ejusque omnia arbitrio gesta sunt. Hic multum[6] ducem summum Agesilaum[i] impedivit, sæpeque ejus consiliis obstitit. Neque vero non fuit apertum,[7] si ille non fuisset, Agesilaum Asiam Tauro tenus regi fuisse erepturum.[*] Qui posteaquam domum a suis civibus revocatus est, quod Bœotii[8] et Athenienses Lacedæmoniis bellum indixerant: Conon nihilo[9] secius apud præfectos regis versabatur, hisque omnibus maximo[10] erat usui.

3. Defecerat a rege Tissaphernes,[1] neque id tam Artaxerxi, quam ceteris, erat apertum: multis enim magnisque meritis apud regem, etiam[2] cum in officio non maneret, valebat. Neque id mirandum,[3] si non facile ad credendum

[*] *Manifestumque fuit, si hic defuisset, fore ut Agesilaus Asiam ad Taurum usque Artaxerxi abstulisset.*

4 *Hagesilaum* Ms. Dan. Mox *Tinsapherne* Ms. Dan. Leid. 2. *Tisapherne* Ed. Jens. ubique, Mag. *Thisapherne* Ed. Med. Arg. Long.—5 Sic Ms. Voss. 1. Leid. 1. Ed. Steph. [Lamb. Bos. et rell.] Sed *re quid vera* Ms. Voss. 2. *re quidem vere* Ed. Keuch.—6 Sic Ms. Dan. Ax. Boecl. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Sav. [Bos. et recentt.] Sed *militum duc. summ.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Patav.—7 *Apparatum* Ms. Leid. 2. *Tum fusisset* Ed. Long.—8 *Boëtii* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Arg. ubique. Mox *bellum Lacedæmon.* Ms. Leid. 2. [Forsan melius.]—9 Ita quoque Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Mox *versebatur* Ms. Voss. 1. Leid. 2. et *iisque* Ed. Lamb. Patav. —10 *Magno* Ms. Ax. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Ald. Par. Lamb. Patav.

1 *Thisaphernes* Ms. Leid. 2. *Thysiphernes* Ms. Dan. *Tysaphernes* Ms. Voss. 1. *Tisaphernes* Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag.—2 *Et cum* Ms. Voss. 2. Ax. [*etiam* h. l. idem est, ac *adeo*: at Heus. legere jubet divisim *et jam* pro *adhuc*.]—3 Sic Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Ultraj. [Bos. et seqq.] Sed *neque id erat mir.* Ms. Leid. 1. *neque admirandum* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Keuch. Patav. *neque mirandum* Ms. Ax. Mox *ad*

NOTÆ

quod audierant Artaxerxem exercitum et classes adversus Græcos parare. Non igitur Lacedæmonii, sed Persæ in societate non manebant.

[h] *Maxime impulsi a Tissapherne*] Tissaphernes præfectus Persarum, cui regis jussu caput abscissum est propter proditionem. Xenoph. in Agesilao, et Diodorus lib. XIV.

[i] *Ducem summum Agesilaum*] Hic Archidami filius, qui post Agidis fratris sui mortem regno potitus est.

adducebatur,[4] reminiscens, ejus se opera Cyrum fratrem superasse. Hujus accusandi gratia Conon a Pharnabazo ad regem missus, posteaquam[5] venit, primum ex more Persarum ad Chiliarchum,[6] [j] qui secundum gradum imperii tenebat, Tithrausten[7] [k] accessit, seque ostendit cum rege colloqui velle: nemo enim sine hoc admittitur. Huic ille, 'Nulla,' inquit,[8] 'mora est; sed tu delibera, utrum colloqui malis, an per literas agere,[9] quæ cogitas: necesse est enim, si in conspectum veneris, venerari te regem,' (quod προσκυνεῖν[10] illi vocant:)[c] 'hoc si tibi grave est, per[11] me nihilo secius editis mandatis conficies, quod studes.'[d] Tum Conon: 'Enimvero,'[12] inquit, 'non est grave quemvis ho-

[c] *Quod adorare hi nuncupant.*
[d] *Mea pariter opera*, scriptis *arcana exponendo, quod optas exequeris.*

cedendum Ed. Jens. Med. Ald.—4 *Inducebatur* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Steph. Gebh. Boecl. [Lamb. Bos. Stav. 1. Heus. Ith. Brem. Wetz.] Sed *adducebatur* Ms. Leid. 2. Ax. Voss. 2. Dan. Ed. Stav. 2. [3. Harl. Tzschuck. 1. 2. Bipont. Schmied. Paufl. Atque sic h. l. legere jubet Oudend. ad Jul. Cæs. de B. G. IV. 6. p. 176.]—5 *Postquam* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Lamb. Patav.—6 *Cheliarchon* Ms. Ax. *Chetiarcum* Ms. Voss. 1. Leid. 2. *Cheliarchum* Ms. Dan. *chilarchum* Ed. Ald.—7 *Tethrausten* Ms. Dan. *Titharsten* Ed. Long. *Tethraustem* Ms. Leid. 2. *Tethrausten* Ms. Ax. *Tetraustem* Ms. Voss. 1. *Titraustem* Ed. Ald. *Tetraustem* Ed. Jens. Med. Arg. *Tetrausten* Ed. Par. *Tithrausten* Ed. Heus. [Stav. 3. Harl. Bip. Heinr. Tzschuck. Wetz. Schmied. Paufl. quos sum secutus. *Tithraustem* Ed. Lamb. Bos. Stav. 1. 2. Ith. Brem.]—8 *Inquit, nulla* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Lamb. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav. In Med. mox est *verum* pro *utrum*.—9 Sic etiam Ms. Gif. Dan. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Sav. [Bos. et recentt.] Sed *arege* Ms. Voss. 2. *edere* Ed. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ultraj. Long. abest.—10 *Proscynin* Ed. Jens. Med. Arg. Par. *prochynesin* Ms. Leid. 2. *proschynesin* Ms. Voss. 1. *προσκύνησιν* Ms. Mendos. Dan. *quod....vocant* parenthesi includunt Stav. 2. 3. Heus. [Tzschuck. et al.] In Ms. Ax. verbum Græcum deerat.—11 *Pro me* Jens. Med. in quibus mox est *nihilo....secius*.—12 *Mihi vero* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag. Lamb.

NOTÆ

[j] *Ad Chiliarchum*] Χιλίαρχος a Græcis dicitur, qui mille viris præponitur. Joseph. lib. III. de bello Judaico: 'Milites,' inquit, 'ad Centuriones, illi ad Chiliarchos conveniunt.' Sed ut dicam, quod super ea re sentio; Chiliarchi gradus secundus erat a Rege, totiusque regiæ curationem habebat, quemadmodum apud Romanos Præfectus prætorio, et apud Francos olim, *Le Maire du Palais*; sine cujus venia nemo ad regem accedere poterat.

[k] *Tithrausten*] Nomen ipsius Chiliarchi, qui, Regis jussu, Tissapherni caput abscidit. Xenoph. in Agesilao.

norem habere regi: sed vereor, ne civitati meæ sit opprobrio, si, cum ex ea sim[13] profectus, quæ ceteris gentibus imperare consueverit, potius barbarorum, quam illius, more fungar.' Itaque, quæ volebat, huic scripta tradidit.[14]

4. Quibus cognitis, rex tantum auctoritate ejus motus est, ut Tissaphernem hostem judicaverit,[1] et Lacedæmonios bello persequi jusserit, et ei permiserit, quem vellet eligere ad dispensandam pecuniam.[1] Id arbitrium Conon negavit sui esse consilii, sed ipsius,[e] qui optime suos nosse deberet: sed se suadere,[2] Pharnabazo id negotii daret. Hinc magnis muneribus donatus[3] ad mare est missus, ut Cypriis,[4] et Phœnicibus, ceterisque maritimis civitatibus[5] naves longas imperaret, classemque, qua[6] proxima æstate mare tueri posset, compararet;[7] dato adjutore Pharnabazo, sicut ipse voluerat. Id[8] ut Lacedæmoniis est nuntiatum, non sine cura rem administrarunt,[f][9] quod majus bellum imminere arbitrabantur, quam si cum barbaro solum conten-

e *Hanc electionem non ad se, sed ad eum pertinere dixit.*
f *Non absque solicitudine res gesserunt.*

Steph. Boecl. Keuch. Patav. [Wetz. Riclef. Brem. et elegantius id mihi videtur. Dissentit tamen Tzschuck. ad ed. 2.]—13 Sic Ms. Dan. Mendos. Sed *ex ea civitatis sim* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Mox *consuerit* Ms. Leid. 2. Voss. 2. [Ed. Wetz.]—14 *Itaq. quæ huic volebat, scripto tradidit* Ms. Leid. 1. *itaq. quæ huic vol. scripta trad.* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Bos. 1. *itaque huic, quæ volebat, sc. trad.* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Stav. 1. 2. 3. Heus. [Tzschuck. 1. 2. Ith. Harl. (qui *huic* glossema esse putat,) Wetz. Brem. Schmied. Heinr. Paufl.]

1 *vidicarit* Ed. Jens. Med. *judicarit* Ed. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Gebh. Keuch. Pat.—2 *Sed suad.* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag. Mox *negocii* Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag.—3 *Donatis* Ed. Med.—4 *Cypris* Ms. Dan. Mox ante *Phœn.* τὸ *et* aberat in Ms. Ax.—5 *Civit. marit.* Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav. Statim *navis* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Lamb.—6 Sic Ms. Dan. Voss. 1. 2. Leid. 2. [Ed. Lamb. Bos. et recc.] Sed *quæ pr.* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch.—7 Sic Ms. Sav. Put. Gif. Ed. Jens. Med. Arg. Long. [Bos. et recentt.] Sed *comparare* Ms. Dan. *comparet* Ed. Par. Abest ab Ed. Ald. Lamb.—8 *Sed ut* Ms. Ax.—9 Ita ed. Long. [Lamb. Bos. et recentt.] Sed *amministrant* Ms. Dan. *administrant*

NOTÆ

1 *Quem vellet eligere ad dispensandam pecuniam*] Is apud Romanos Quæstor dicebatur, qui scilicet cogendis administrandisque pecuniis præficiebatur.

derent. Nam ducem fortem et[10] prudentem, regiis[11] opibus præfuturum, ac secum dimicaturum videbant: quem neque consilio[12] neque copiis superare possent. Hac mente magnam contrahunt classem; proficiscuntur, Pisandro[13] duce. Hos Conon apud Cnidum[14][m] adortus, magno prælio fugat, multas naves capit,[15] complures deprimit. Qua victoria non solum Athenæ, sed etiam cuncta Græcia, quæ sub Lacedæmoniorum fuerat imperio,[n] liberata est.[o] Conon cum parte[16] navium in patriam venit: muros dirutos a Lysandro, utrosque et Piræei[17] et Athenarum, reficiendos curat: pecuniæque quinquaginta[18] talenta, quæ a Pharnabazo acceperat, civibus suis donat.

5. Accidit huic, quod ceteris mortalibus, ut inconsideratior[1] in secunda, quam in adversa esset fortuna.[p] Nam classe Peloponnesiorum[2] devicta, cum ultum[3] se injurias



Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ab Ed. Gebh. Keuch. abest τὸ *rem.*—10 *Fortem, prud.* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—11 Sic etiam Ms. Voss. 2. Leid. 2. Ed. Long. [Bos. et recentt.] Sed *regis* Ms. Dan. Voss. 1. Ed. Med. Lamb. Patav.—12 *Consiliis* Ms. Ax.—13 Sic etiam Ms. Dan. Sed *Pysandro* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Dan. *Lysandro* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. [At Lysander, monente jam Wetzelio, non fuit h. a. 360. classi præfectus, sed jam paulo ante in bello Thebano, ante Agesilai reditum ex Asia, perierat. V. supra VI. 3.]—14 *Gnidum* Ms. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Steph. ubique. *Gnydum* Ms. Leid. 2. Long. Mag.—15 *Rapit* Ms. Leid. 2. Mox *quam plures* Ms. Ax. Num fuit *quomplures?*—16 *Patre* Ms. Leid. 2. idemque mox *in papiram* loco *in patriam*. Tum *dirrutos* Ms. Voss. 2.—17 *Pirei* Ms. Voss. 1. Leid. 2. *Piræi* Ed. Par. Long.—18 *I* Ed. Jens. Med. Arg. Par. *L* Ed. Ald. Long.

1 *Consideratior* Ms. Leid. 2.—2 *Peloponnesiorum* Ms. Voss. 2.—3 *Insultum*

NOTÆ

m *Apud Cnidum*] Urbs est in extremo cornu peninsulæ, Cariæ adhærentis; hodie vulgo *Cabo-Erio;* non longe ab Halicarnasso, et Co insula: hæc olim Praxitelis Venere nobilitata fuit; unde Horatius Od. I. 30. 'O Venus, regina Cnidi Paphique, Sperne dilectam Cypron,' &c.

n *Quæ sub Lacedæmoniorum fuerat imperio*] Scilicet, maritimo; de quo tamdiu certamen fuit inter Spartiatas et Athenienses.

o *Liberata est*] In perpetuum assertæ Græciæ libertatis monumentum, binæ statuæ, sumtu publico, erectæ sunt prope Jovis Servatoris simulacrum; quarum altera Cononi, altera Evagoræ Cypriorum regi, teste Plutarcho, dicata est.

p *Ut inconsideratior in secunda, quam in adversa esset fortuna*] Idem de Conone refert Polybius, histor. XVII. Et certe, hoc velut in more positum est, ut quos secunda fortuna amplectitur, hos quoque cæcitatis suæ participes faciat.

patriæ[q] putaret, plura concupivit, quam efficere potuit. Neque tamen ea non pia et probanda fuerunt, quod potius patriæ opes augeri, quam regis[4] maluit. Nam cum magnam anctoritatem sibi pugna illa[5] navali, quam apud Cnidum fecerat, constituisset, non solum inter barbaros, sed etiam inter[6] omnes Græciæ civitates; clam dare operam cœpit, ut Ioniam et Æoliam[7] restitueret Atheniensibus. Id cum[8] minus diligenter esset celatum;[9] Tiribazus,[10 r] qui Sardibus præerat, Cononem evocavit, simulans ad regem eum se[11] mittere velle, magna de re.[12] Hujus nuntio parens

Ms. Voss. 2. *ulsiact* Ed. Ald. *ultimi* Ed. Jens. Med.—4 *Quam regis aug.* Ms. Ax.—5 Sic Ms. Voss. 1. 2. Edd. nostri vett. omnes [et plerique recentt. recte.] Sed *sua* Ed. Keuch. Stav. 1. 2. [3. qui laudat Burmann. ad Valer. Flacc. I. Argonaut. v. 543. etiam Brem. add. not. Harl. præsertim de vi verbi *constituere*, h. e. fundare, firmare.] Mox *Gnydum* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Long. Mag. Tum *fecerant* Ed. Jens. Med. Ald.—6 Sic Ed. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. 2. [Stav. 1. 2. Ith. Brem. Harl. Wetz. Paufl.] Sed *etiam omnes* Ms. Boecl. Mendos. Leid. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. [Tzschuck. 2.] *etiam* [*inter*] *omnes* Ed. Heus. [Stav. 3. Tzschuck. 1. *etiam inter Græc. civit.* Ed. Schmied. Atque Heus. dedit *civitatis*, et intelligit quartum casum pluralis. Stav. quidem ad ed. min. ait, eum non esse audiendum; at tamen in ed. 3. rescripsit *civitatis;* item Tzschuck. sed existimat periphrasin Græcorum, in Genit. ut Ἑλλὰς γῆ Græcorum forma, ut noster in Alcib. 7.]—7 *Edym* Ms. Leid. 2.—8 *Id quod* id. Ms. *quod* Ms. Voss. 1.—9 *Celatum* aberat a Ms. Dan. Sed *cœlatum* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—10 *Tyriabasus* Ms. Dan. *Tiriabazus* Ms. Voss. 1. *Tyriabarus* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. et sic deinde quoque. *Teribazus* Ed. Ald. Steph. Mag. Gebh. Keuch. ubique.—11 *Eum mittere velle* Ms. Voss. 2. Ax. Ed. Lamb. Bos. 1. [Sed in utraque mea Lamb. ed. est lectio, quam Bos. in not. judicavit.]—12 Sic Ms. Gif. Dan. Sav. [Ed. Bos. 2. et recentt.] Sed *magna festinatione* Ms. Ax. Voss. 2. Put. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Bos. 1. Keuch. [Sed in mea ed. Longol. Colon. 1543. 8. uti in ed. Mag. et Pat. sic interpunctum est: *velle: magna festinatione hujus nuncio* (sic) *parens, cum venisset ;* quæ lectio atque interpunctio haud temere orta nec emendatio Bos. spernenda esse videtur. Aut forsan in antiquissimo codice scriptum fuit *velle magna de re. Magna festinatione hujus nuntio:* unde per incuriam librariorum propter vicinitatem τοῦ *magna* ab aliis scribis *magna*

NOTÆ

q *Injurias patriæ*] A Lacedæmoniis illatas.

r *Tiribazus*] Qui Sardibus præerat, Cononem evocavit. At paulo aliter istud refert Xenoph. lib. IV. de reb. Græc. Diodorus lib. XIV. Aiunt enim Tiribazum Cononi, ob res prospere ab eo gestas, invidisse, et hac prætexta causa, quod Atheniensibus pecunia et classe regia urbes acquireret, eum Sardeis perductum in vincula conjecisse. Isocrates tamen per omnia fere Nepoti consentit, et aperte significat in Panegyrico, Cononem immerito a Persis esse comprehensum.

cum venisset,[13] in vincula conjectus est:[14] in quibus aliquamdiu fuit. Nonnulli[15] eum ad regem abductum, ibique perisse, scriptum reliquerunt. Contra ea Dinon[16] historicus,[a] cui nos plurimum de Persicis rebus credimus, effugisse scripsit: illud addubitat,[17] utrum Tiribazo[b] sciente, an imprudente, sit factum.[18]

de re, ab aliis *magna festinatione* omitti aut negligi potuit.]—13 *Convenisset* pro *cum venisset* Ms. Leid. 2.—14 *Est* abest ab Ed. Gebh. Keneh.—15 *Inde nonnulli* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ax. Boecl. Ed. Par. Long. Heus. *non nulli* Ed. Jens. Med. Mox *eum periisse* Ed. Long. et *periisse* etiam ed. Mag. Pat. [Brem. Heinr. Schmied. Tzschuck. 1. 2. Stav. 1. 2. Harl. *perisse* Ms. Ax. Ed. Lamb. Bos. Heus. Stav. 3.]—16 *Contra Dinon* Ms. Boecl. Voss. 2. *contra Calyon* Ms. Leid. 2. Statim *Dinon* Ms. Gif. Ed. Long. Lamb. [Bos. et recentt.] Sed *Dynon* Ms. Dan. *Dimon* Ms. Long. *Dion* Ms. Put. Sav. Ed. Jens. Med. Ang. Par. Ald.—17 *Illud autem dubitat* Ms. Leid. 1. Mox *Tiriabazo* Ms. Dan. *Tyribazo* Ed. Jens. Med. Arg. Par. *Teribazo* Ed. Mag.—18 *Factum sit* Ms. Voss. 2. minus numerose, et præter morem Nepotis. V. Dion. 1. 2. 5. Iphicr. 2. Chabr. 1. et 2. Epamin. 1.

NOTÆ

[a] *Dinon historicus*] Hic Persica scripsit, Clitarchi pater fuit, vixitque tempore Artaxerxis Ochi et Philipp. Voss. de Hist. Græc. lib. IV. 8.

[b] *Tiribazo*] Pedestrium copiarum præfecto. Diod. lib. XVI.

X.

DION.[1]

ARGUMENTUM.

CAP. 1. Dionysiorum affinis et intimus. 2. Platonis discipulus et amicus. 3. Simultas Dionis et Dionysii junioris. 4. Corinthum devehitur. Ejus filius pessime educatur. 5. Syracusarum potitus, tyrannum ad pactiones adigit. 6. Heraclidis cæde populum a se alienat. 7. Tyrannus non ferendus audit. 8. Callicratis consilio decipitur. 9. Domi suæ die festo jugulatur. 10. Tumultus post ejus mortem, et desiderium mortui.

DION, Hipparini[2] filius,[a] Syracusanus, nobili genere natus, utraque implicatus tyrannide Dionysiorum.[*] [b] Namque ille superior[c] Aristomachen,[3] sororem Dionis,[d] habuit in matrimonio:[4] ex qua duos filios, Hipparinum et Nysæum,[5]

[*] *Cum utroque Dionysio tyranno* affinitate *junctus*.

1 *Dionis vita* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—2 *Hipporini* Ms. Ax. et paulo post, *Hypparinum* Ed. Med. Arg.—3 *Aristomachē* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Ab Ms. Ax. aberat non minus, quam deinde *Sophr. Areten*.—4 *Matrimonium* Ms. Ax.—5 *Nyseum* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. *Nisæum* Ed. Steph.

NOTÆ

[a] *Dion, Hipparini filius*] Hipparinum hunc Syracusanorum optimatum illustrissimum fuisse constat ex Diodoro lib. XVI. Item ex Suida et Plutarcho.

[b] *Utraque implicatus tyrannide Dionysiorum*] Scilicet, patris et filii, qui ambo tyranni dicti sunt.

[c] *Namque ille superior*] Pater, nempe, qui ætate superior.

[d] *Aristomachen, sororem Dionis*] Duas uxores uno die duxit Dionysius superior, teste Æliano Var. Hist. l. XIII. Alteram Locrensem nomine Doridem, et alteram nomine Aristænetam Hipparini filiam, Dionis sororem. Unde patet Ælianum et Nepotem circa nomen ultimæ dissentire. Ex Locrensi Dionysium juniorem habuit; ex Dionis sorore Hipparinum et Nysæum filios, vel Narsæum, ut vult Diodorus. Vide Ciceronem Tusc. Quæst. lib. V.

procreavit; totidemque filias, nomine[6] Sophrosynen et Areten; quarum priorem Dionysio filio, eidem, cui regnum reliquit, nuptum[7] dedit; alteram, Areten, Dioni. Dion autem, præter nobilem propinquitatem, generosamque majorum famam,[8] multa alia ab natura habuit bona: in his ingenium docile, come, aptum ad artes optimas; magnam corporis dignitatem, quæ non minimum commendatur;[9] magnas præterea divitias a patre relictas, quas ipse tyranni muneribus auxerat. Erat intimus Dionysio priori, neque minus propter mores, quam affinitatem. Namque etsi Dionysii crudelitas ei[10] displicebat: tamen salvum [esse][11] propter necessitudinem, magis etiam suorum causa,[f] studebat. Aderat in magnis rebus: ejusque consilio multum movebatur tyrannus, nisi qua in re major ipsius cupiditas intercesserat. Legationes[12] vero, quæ essent illustriores, per Dionem administrabantur: quas quidem ille diligenter obeundo, fideliter administrando,

Heus. [Ith.]—6 Sic Ms. Ax. Dan. Boecl. [Ed. Bos. et seqq.] Abest ab Ed. Jens. Med. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav. Statim *Sophrosynem* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. *Sophormen* Ms. Voss. 1. et *Arethen* Ms. Voss. 1. 2. *Arechen* Ms. Leid. 2. *Aretem* Ed. Long. Sed *Areten* Ms. Dan. [Ed. Lamb. Bos. et rell.] Sed mox abest ab Ed. Ald. Long. Lamb.—7 *Nuptui* Ms. Leid. 2.—8 *Fama* Ms. Voss. 1. Mox *a natura* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Sed *ab natura* etiam Ms. Voss. 1. 3. Leid. 2. —9 Ita etiam Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. [Ed. Bos. 2. Heus. (qui conjecit tamen, *qua non minimum commendaretur*,) Stav. 1. 2. 3. Tzschuck. 1. 2. Harl. Ith. Heinr. Wetz.] Sed *commendat* Ed. Lamb. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Brem. Schmied. quod tamen absolute positum: durum putat Tzschuck. ad ed. 2.] Struchtmeyer lib. I. Animadv. cap. 10. legit *quæ non minimum commendavit*, [cujus emendatio perplacuit Stav. ad ed. 3. Hic quoque alteram Heusingeri suspicionem, nos facile his verbis posse carere, nisi in omnibus invenirentur exemplaribus, se probaturum esse profitetur; sed addit, Cornelium alibi hujusmodi sententiarum interjectionibus uti solere. Wopkens. olim legisse, *qua non minimum commendabatur*, aut *quæ non min. commendat*, monuit Struchtmeyer.]—10 *Ipsi* Ms. Leid. 2. Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch.—11 *Esse* Ed. Par. Ald. Long. Lamb. Bos. 1. [Ith. Wetz. Brem. Heinr.] *salvum illum propter necess....suorum causa esse studebat* [in mea Longolii ed.] Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav. *Esse* aberat a Ms. Dan. Boecl. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. [uncis inclusum in Ed. Bos. 2. Heus. Stav. Harl. Schmied. Tzschuck.]—12 *Legiones* Ed. Jens. Med. *legat. vero omnes* Ed. Steph. Gebh. Keuch. et *vero omnes, quæ* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long. Lamb. Patav. [Tzschuck. 1. 2.] Bene: nu-

NOTÆ

[f] *Magis etiam suorum causa*] Nimirum, propter sororis suæ liberos.

crudelissimum nomen tyranni sua humanitate tegebat.[13] Hunc a Dionysio missum, Carthaginienses[14] suspexerunt,[a 15] ut neminem unquam Græca lingua loquentem magis sint admirati.

2. Neque vero hæc Dionysium fugiebant;[1] nam quanto esset sibi ornamento, sentiebat. Quo fiebat, ut uni huic maxime[2] indulgeret, neque eum secus diligeret ac filium. Qui quidem, cum Platonem Tarentum venisse[g] fama in Siciliam esset perlata, adolescenti negare non potuit,[3 h] quin eum arcesseret,[c] cum Dion ejus audiendi cupiditate flagraret. Dedit ergo huic veniam, magnaque[4] eum ambitione Syracusas[d] perduxit:[i] quem Dion adeo admiratus est atque adamavit, ut se ei totum[5] traderet. Neque vero

[b] *Pœni venerati sunt.* [c] *Quominus illum acciret.*
[d] *Huic igitur facultatem* adducendi *fecit, et exquisito apparatu illum Syracusas advexit.*

meri causa.—13 Sic Ms. Voss. 2. Boecl. Gif. Put. Sav. Ax. Bav. 1. Ed. Arg. Par. Long. Ultraj. [Bos. Stav. Harl. (cujus et Kapp. et Stav. ad min. ed. not. conferes,) Brem. Schmied. Heinr. Paufl. probatque Scheffer. ad Phædr. II. fab. 2. 8.] Sed *regebat* Ms. Bav. 2. *tenebat* Ms. Dan. Mendos. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Ald. *leniebat* Ms. Voss. 1. Ed. Lamb. Heus. [qui multis illam vindicat illustratque lectionem; Ith. sed dubitat de veritate lectionis et interpretatione Heusing. Schmied. in Lex. Cornel. p, 26.] A verbis, *Hunc a Dionys.* incipit cap. 2. in ed. Patav.—14 *Carthaginenses* Ed. Long. Mag. Keuch. [*Karthaginenses* Ed. Bos. Wetz. Rectius vero Lamb. Heus. et rell. dederunt vel *Karthaginienses* vel *Carthaginienses:* de qua duplici scriptura v. Cellarii Orthogr. lat. p. 200. sq. et 260. sqq. cum Harles. supplementis, et Arntzen ad Aurel. Victor. de viris illustr. c. 37. p. 171. qui scripturam per *C* defendit: et ipse Bosius infra ad XXII. 1. *Carthaginiensis* edidit lateque tuitus est.]—15 Sic Ms. Put. Gif. Sav. Dan. Voss. 2. [Ed. Bos. et seqq.] Sed *susceperunt* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Vid. Ducker. ad Flor. IV. 12.

1 *Fugebant* Ms. Voss. 2.—2 *Magis* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ax.—3 *Potuerit* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. Mox *accerseret* Ms. Dan. [male: v. Cellar. orthogr. lat. ibique Harl. p. 177. sq. et Westerhov. ad Terent. Andr. III. 3. 14.] *arcessiret* Ms. Ax. Ed. Heus.—4 *Magnosque* Ms. Voss. 2.—5 *Se ei totum* Ms.

NOTÆ

[g] *Platonem Tarentum venisse*] Hodie vulgo *Tarento*, urbs est Apuliæ notissima, in intimo recessu sinus, qui ab ea dicitur Tarentinus.

[h] *Adolescenti negare non potuit*] Id est, Dioni, qui tum in florente juventa erat, cum Platonem prima vice audivit, valde docilis, et ingenio acerrimo. Plutarch. in Dione.

[i] *Syracusas perduxit*] Civitatem totius Siciliæ tunc facile principem, quæ sub Pachyno monte sita est, ubi

minus Plato[6] delectatus est Dione.[j] Itaque cum a Dionysio tyranno[7] crudeliter violatus esset,[k] quippe quem venumdari[8] jussisset; tamen eodem rediit,[l] ejusdem Dionis[9] precibus adductus. Interim in morbum incidit Dionysius; quo cum gravi[10] conflictaretur, quæsivit a medicis Dion, quemadmodum se haberet: simulque ab[11] his petiit, si forte majori esset periculo,[12] ut sibi faterentur: nam velle se cum eo colloqui de partiendo regno; quod sororis suæ filios[m] ex illo natos partem regni putabat debere habere. Id medici non tacuerunt, et ad Dionysium filium[*13] sermonem retulerunt: quo ille commotus, ne agendi cum eo esset Dioni potestas,[14] patri soporem[n] medicos dare coëgit.[*]

* Potionem *soporiferam parenti a medicis dari voluit.*

Ax. Voss. 2. Dan. certe rotundius: ut cap. 3. *imitari patrem.* [Et ego sic posui pro vulgato *se totum ei.*]—6 *Plato minus* Ms. Ax.—7 *Tyranno* aberat a Ms. Leid. 2.—8 *Vænundari* Ed. Par. Ald. *venumdari* Ed. Patav. [Stav. 3. Harl. Ith. Tzschuck. 1. *venum dari* divisim Tzschuck. 2.] Tum *jussit* Ed. Long. Mag. Sed *jussisset* etiam Ms. Dan. [Concinnius fore, *quippe qui ipsum,* putat Schmied.]—9 *Dionysii precibus* Ms. Voss. 2. Ax.—10 Ita Ms. Mendos. Leid. 2. Ox. Bav. 1. 2. Ed. Jens. Ultraj. Long. Sav. [Bos. 1. et recentt. fere omnes.] Sed *graviter* Ms. Ax. Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Mag. Keuch. Bos. 1. Patav. [Schmied. Sed prius est elegantius.]—11 *De his pet.* Ed. Jens. Med. Ald.—12 *In periculo* Ed. Lamb. Steph. Mox *fateretur,* dein *parendo regno* Ed. Jens. Med. tum *quot sor.* Ed. Ald.—13 *Dionys. suum filium* Ms. Leid. 2. et *rettulerunt* Ed. Med. Arg.—14 *Ut Dioni agendi esset potestas* Ms. Boecl. *et agendi ess. D. pot.* Ms. Ax. Etiam a Ms. Leid. 2. et Voss. 1. aberant verba *cum eo,* non minus quam ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long.

NOTÆ

fons Arethusa Poëtarum carminibus celebratus. Vide Cicer. VI, in Verrem. Hodie vulgo *Saragosa.*

[j] *Neque minus Plato delectatus est Dione*] Vide Laërtium in ejus vita. Hujus etiam rei argumento sunt versus ejus in Dionem, qui dilectum a Platone atque ardenter amatum indicant.

[k] *Crudeliter violatus esset*] Quia Platonem de virtute viri boni, et de justitia disputantem ferre non potuit; quippe qui vitam justorum esse beatam, tyrannorum miseram diceret; ideo inhumaniter eum habuit tyrannus, et tanquam mancipium in foro venumdari jussit. Diodorus lib. XV. et Plutarchus in Libello cui titulus est; Πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα;

[l] *Eodem rediit*] Iterum in Siciliam navigasse Plato ipsemet testis est, sed post mortem Dionysii prioris; quia secundus Dionysius literis ipsi promiserat fore, ut, si veniret, exulanti Dioni omnia concederet.

[m] *Quod sororis suæ filios*] Eos nimirum, qui ex Aristomacha sorore sua et Dionysio antiquiore nati erant.

[n] *Patri soporem*] Φάρμακον ὑπνωτικὸν, *soporiferam potionem,* quæ ex nigri pa-

Hoc ægro[15] sumto, ut[16] somno sopitus, diem obiit supremum.

3. Tale initium fuit Dionis et Dionysii simultatis,[o] eaque multis rebus aucta est: sed tamen primis temporibus aliquamdiu simulata inter eos amicitia mansit. Cumque Dion non desisteret[1] obsecrare Dionysium, ut Platonem Athenis arcesseret, et ejus consiliis uteretur; ille, qui[2] in aliqua re vellet patrem imitari,[p] morem ei gessit.[3][q] Eodemque tempore[4] Philistum historicum[r] Syracusas reduxit,[5] hominem amicum[6] non[7] magis tyranno, quam tyrannis.[8][s] Sed de hoc in

Mag. *ne ag.* [*cum eo*] *ess. D. pot.* Ed. Heus. [Stav. 3. Tzschuck. 2.]—15 *Ergo* Ms. Boecl. Leid. 2. Ax. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. [et probat Tzschuck.]—16 Sic Ms. Dan. Boecl. Leid. 1. Voss. 1. Ax. [Ed. Bos. 2. et plurimæ recentt.] Sed abest τὸ *ut* ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos. 1. Pat. [Wetz. Schmied.] In Ms. Dan. erat etiam *sumno* pro *somno*.

1 *Cum Dion desist.* Ms. Boecl. *quum Dion non desist.* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. *quumque Dion desisteret* Ms. Ax. Voss. 2. *cum Dion non desineret* Ed. Par. Ald. Patav. Etiam in ed. Lamb. est *desineret.*—2 *Quod* Ms. Ax. Mox *velit* Ms. Leid. 2. et *imitari patrem* Ms. Voss. 2. Ax.—3 *Morem gessit ei* Ms. Leid. 2. Voss. 1. *ei* aberat a Ms. Voss. 2. Ax.—4 *Temp.* abest ab ed. Lamb. Tum *Phylistum* Ms. Voss. 1.—5 *Duxit* Ms. Ax. Voss. 2.—6 *Inimicum* Ed. Ald.—7 Τὸ *non* aberat a Ms. Voss. 1.—8 Sic Ms. Dan. Boecl. Ax. Leid. 2. Voss. 1. 2. [Ed. Bos. 2. Heus. Stav. Harl. Ith. Wetz.] Sed *tyrannidi* Ed. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Bipont. Brem. Tzschuck. 1. 2. Heinr. Schmied. Paufl. probatque

NOTÆ

paveris et cicutæ succo parari solet, eaque frigidissima est; quo mortis genere Athenienses capite damnatos necare solebant. Unde Juven. Sat. VII. 'hunc inopem vidistis, Athenæ, Nil præter gelidas ausæ conferre cicutas.'

[o] *Tale initium fuit Dionis et Dionysii simultatis*] Paulo aliter super ea re sentiunt Diodorus lib. XVI. et Plutarchus in Dione.

[p] *Ille, qui in aliqua re vellet patrem imitari*] Nam Dionysius superior Platonem acciverat, ut supra dictum est.

[q] *Morem ei gessit*] Id est, Dioni obtemperans ad Platonem scripsit, cujus epistolæ summa extat inter epistolas Platonis.

[r] *Philistum historicum*] Qui a Dionysio patre regno pulsus fuerat; revocatus est autem in invidiam Dionis et Platonis. Varias ille conscripsit historias de rebus Siculis, cum esset Adriæ otiosus et exul. Vossius de historicis Græcis.

[s] *Hominem amicum non magis tyranno, quam tyrannis*] Id est, qui non minus tyrannum, quam tyrannidem amabat; revera enim cum Dionysio stricto amore copulabatur, nec ejus indoles a tyrannide abhorrebat.

eo meo[9] libro[1] plura sunt exposita, qui de historicis[10] conscriptus est. Plato autem tantum apud Dionysium auctoritate potuit, valuitque eloquentia, ut ei[11] persuaserit, tyrannidis facere finem, libertatemque reddere Syracusanis: a qua voluntate Philisti consilio deterritus,[u] aliquanto crudelior esse cœpit.

4. Qui quidem cum a Dione se superari videret ingenio, auctoritate, amore populi, verens, ne, si eum secum haberet, aliquam occasionem sui daret opprimendi, navem ei triremem dedit, qua Corinthum deveheretur:[v] ostendens, se id utriusque facere causa,[w] ne, cum inter se timerent, alteruter alterum præoccuparet.[f] Id cum factum multi indignarentur, magnæque esset[1] invidiæ tyranno;[g] Dionysius omnia quæ moveri poterant Dionis in naves[2] imposuit, ad eumque[3] misit. Sic enim existimari volebat,[4]

[f] *Indicans, id a se fieri in commune utriusque bonum; ne, propter mutuam diffidentiam, alteruter alterum supplantaret.*
[g] *Magnamque in tyrannum invidiam concitasset.*

Kapp.] *tyrannum* Ed. Long.—9 Sic etiam Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ed. Long. [Lamb. Bos. et reliq. recentt.] Aberat τὸ *meo* a Ms. Dan. Leid. 1.—10 Sic Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. et ceteri omnes. Sed *hist. Græcis conscr.* Ms. Mendos. Sav. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ven. ap. Mag. [Ed. Tzschuck. 1. 2. Wetz.]—11 Sic etiam Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Sed τὸ *ei* abest ab Ed. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav.

1 *Essent* Ms. Ax.—2 Ita etiam Ed. Ald. [et plurimæ :] *in navis* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Stav. 2. 3. [Est etiam accusativ. pluralis, de qua terminatione v. Voss. de Analogia c. 16. et Orthograph. Noris. pag. 225. sqq. 242. sqq. additam Cellar. orthogr. ab Harles. editæ, tom. II. et Cellar. ibid. tom. I. p. 22. sq. de utraque terminatione accusat. pluralis in *is* et *eis* :] *in naveis* Ms. Dan. Ed. Lamb. Gebh. Keuch. *in navi* Ed. Long. Mag. Steph. [Sed hoc corruptum esse ex accusativo *navis*, et multo frequentius ac proprie dici 'imponere in naves,' quam 'in navi,' docet Ondendorp. ad Cæs. de B. C. III. 14. p. 677. sq. et ad Hirt. de B. Afric. c. 54. 4. p. 901.] Tum *imponit* Ms. Voss. 2. Ed. Long.—3 *Ad eum quia* Ms. Leid. 2.—4 *Volebant*

NOTÆ

[t] *In eo meo libro*] Hunc nobis temporum injuria abstulit, solumque ejus desiderium reliquit.

[u] *A qua voluntate Philisti consilio deterritus*] Hunc, ut mox diximus, ab exilio revocaverat Dionysius junior, ut aliquem haberet qui Platoni et Dioni adversaretur.

[v] *Qua Corinthum deveheretur*] Corinthus, urbs Achaiæ celeberrima, duobus portubus inclyta; in Isthmo Peloponnesi, cujus veluti claustrum est, sita.

[w] *Ostendens, se id utriusque facere causa*] Aliter Plutarchus, aliter Diodorus illud narrant; Plutarchus quidem in Dione, Diodorus vero lib. XV.

id se non odio hominis, sed suæ salutis fecisse causa. Postea vero quam audivit,[5] eum in Peloponneso[6] manum comparare, sibique bellum facere conari; Areten,[7] Dionis uxorem, alii nuptum dedit,[x] filiumque ejus[y] sic educari jussit, ut indulgendo turpissimis imbueretur cupiditatibus. Nam puero, priusquam pubes esset, scorta adducebantur: vino epulisque obruebatur, neque ullum tempus sobrio relinquebatur.[h] Is usque eo vitæ statum commutatum[8] ferre non potuit,[z] postquam[9] in patriam rediit pater, (namque appositi erant custodes, qui eum a pristino victu deducerent,)[a] ut se de superiore[10] parte ædium dejecerit, atque ita interierit.[11] Sed illuc revertor.

5. Postquam Corinthum pervenit Dion, et eodem perfugit Heraclides, ab eodem expulsus[b] Dionysio, qui præfectus fuerat equitum; omni ratione bellum comparare cœperunt. Sed non multum proficiebant, quod[1] multorum annorum tyrannis,[2][c] magnarum opum putabatur. Quam ob causam

[h] *Neque ut sobrius esset spatium dabatur.*

Ms. Voss. 2.—5 *Vero aud.* Ed. Jens. Med.—6 *Peloponnesso* Ms. Voss. 1. 2, *Peloponeso* Ed. Med.—7 *Arethen* Ms. Voss. 1.—8 *Statum vitæ comm.* Ms. Ax. [Ed. Wets. suavior est ordo.]—9 *Ut, postquam* Ed. Ald. Lamb. in quibus, uti in ed. Arg. τὸ *ut* posthæc ante τὸ *se* est omissum. [quæ collocatio verborum est elegantior.]—10 Sic Ms. Leid. 2. Dan. [Ed. Bos. 2. Hens. (cujus not. confer,) et plur. recentt.] Sed *de* abest Ms. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Par. Long. Mag. [Riclef.] *e super.* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. In Ed. Long. ῥῆσις hæc legitur hoc ordine: *is vero, posteaquam in patriam rediit pater, usque eo vitæ statum commutatum, (namque appositi erant custodes, qui eum a pristino victu deducerent,) ferre non potuit, ut se superiore, &c.* Bosius ordinem Ms. Dan. expressit.—11 *Intererit* Ed. Jens. Med. Mox *illud rev.* Ms. Voss. 2. *ad illud* Ms. Ax. Ab *Sed ill.* incipit cap. 5. in ed. Pat.

1 *Quot* Ed. Ald.—2 Ita primus rescripsit Lamb. Sed *tyrannus* Ms. Leid.

NOTÆ

[x] *Areten, Dionis uxorem, alii nuptum dedit*] Scilicet, Timocrati familiari suo, sed invitam. Sic Plutarchus ibidem.

[y] *Filiumque ejus*] Hunc Aretæum alii, alii Hipparinum, alii Hipparionem vocant.

[z] *Is usque eo vitæ statum commutatum ferre non potuit*] Ea de re fuse loquitur Plutarchus in Dione.

[a] *A pristino victu deducerent*] Id est, a pristino vivendi genere corruptisque moribus revocarent.

[b] *Heraclides, ab eodem expulsus*] Hunc turbulentum, seditiosum, mobilem, infidum, rei militaris imperitum scribit Plutarchus.

[c] *Quod multorum annorum tyrannis*]

pauci ad societatem[d] periculi perducebantur. Sed Dion fretus non tam suis copiis, quam odio[3] tyranni, maximo animo, duabus onerariis navibus, quinquaginta annorum imperium, munitum quingentis longis navibus, decem equitum, centum[4] peditum millibus, profectus oppugnatum; (quod omnibus gentibus admirabile est visum,)[5] adeo facile perculit,[6] ut post diem tertium, quam Siciliam[7] attigerat, Syracusas introierit.[e] Ex quo intelligi potest, nullum esse imperium tutum, nisi benevolentia[8] munitum. Eo tempore aberat Dionysius,[f] et in Italia classem opperiebatur, adversariorum ratus[9] neminem sine magnis copiis ad se venturum. Quæ res eum fefellit. Nam Dion iis[10] ipsis, qui sub adversarii fuerant potestate,[11] regios spiritus repressit,[1] totiusque ejus partis Siciliæ potitus est, quæ sub potestate Dionysii fuerat:[12] parique modo urbis Syra-

[1] *Tyrannicam superbiam arcuit.*

2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Statim *maguorum putabatur* Ms. Voss. 1.—3 *Odii* Ed. Jens. Med.—4 *Centumque ped.* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Patav.—5 *Ausum* pro *visum* Ms. Leid. 1.—6 *Pertulit* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Ald. [Sed *perculit*, (quod cum *pertulit* sæpius confunditur,) gravius est denotatque, evertit, pervertit: v. Drakenb. ad Liv. xxxv. 27. 16. tom. iv. p. 949.]—7 *In Siciliam* Ms. Voss. 2. Statim *attigerit* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Long.—8 *Benivol.* Ed. Jens. Med. Arg. Par.—9 [Fischer interpunxit manu, edd. Long. et Mag. secutus, *operiebatur adversariorum, ratus.*]—10 *His ipsis* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—11 *Fuer. potestati* Ms. Leid. 2.—12 *sub Dionysii fuerat potestate* Ms. Dan. Ax. *sub Dion. pot. fu.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.

NOTÆ

Non de Tyranno, sed de Tyrannide hic loquitur; quæ jam quinquaginta abhinc annis inceperat sub priore Dionysio, qui se relinquere filio tyrannidem adamante, seu vinculis adamantinis, vinctam dicebat. Plutarchus in Dione. Diodor. lib. xv. Ælianus lib. vi.

[d] *Pauci ad societatem*] Triginta Syracusanos, qui in Peloponneso exulabant, Dionem secutos esse tradit Diodorus; sed multos in Græcia propter tyranni odium se ipsi adjunxisse verisimile est.

[e] *Syracusas introierit*] Hujus reditus magnificentiam et lætitiam describunt Plutarchus in Dione, et Diodorus ibidem.

[f] *Eo tempore aberat Dionysius*] Tunc enim circa Cauloniam seu Colonem erat, oppidum in prima Italiæ fronte apud Locros situm. Plin. lib. iii. 10. Nec nisi septimo post Dionis reditum die Syracusas reversus est. Diodorus lib. xv.

cusarum, prætor arcem, et insulam adjunctam oppido;[g] eoque rem perduxit, ut talibus pactionibus pacem tyrannus facere vellet:[13] Siciliam Dion obtineret, Italiam Dionysius, Syracusas Apollocrates,[14][h] cui maximam fidem uni habebat [Dion].[15]

6. Has tam prosperas tamque inopinatas res consecuta est subita commutatio, quod[1] fortuna sua mobilitate,[2] quem paulo ante extulerat, demergere est adorta.[3] Primum in filio,[4] de quo commemoravi supra, suam vim[5] exercuit. Nam cum uxorem reduxisset,[i] quæ alii fuerat tradita, filiumque vellet revocare ad virtutem a perdita luxuria, accepit gravissimum[6] parens vulnus morte filii: deinde orta dissensio est[7] inter eum et Heraclidem:[j] qui quidem prin-

Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Bos. 1. Patav. [Ith. Wetz.]—13 *Velle* Ed. Jens. Med. Mox *optin.* Ed. Jens. Par. Ald.—14 *Apollochrates* Ms. Voss. 1. *Hypollocrates* Ms. Voss. 2. *Apollocrathes* Ms. Dan.—15 *Dion.* Sic etiam Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. et ceteri. Sed (*Dion*) Ed. Stav. 2. [3. Heus. Harl. Tzschuck. 1. 2. Bipont. Paufl. Quare et ego, quoniam aperta est falsa lectio, id uncis seclusi, aut præferrem emendationem Lambin.] *Dionysius* Ed. Lamb. [Ith. Heinr. Wetz. Schmied. Utrumque nomen, supervacaneum, suadente jam Heus. haud male omisit Bremi: Add. not. Stav. et Harl. et de *Apollocrate, Nisæo*, et *Hipparino* Periz. ad Æl. V. H. lib. II. 41. 1.]

1 *Quod* aberat a Ms. Leid. 2. Sed *quot* Ed. Ald.—2 *nobil.* Ed. Arg. Long. Statim *quæ p.* Ms. Boecl.—3 Sic Edd. nostri omnes. Sed *adorsa* Ed. Stav. 2. 3. [Harl. et sic h. l. ac supra VIII. 2. legere jussit Drakenb. ad Liv. XXXV. 51. 8. tom. IV. p. 996. ab *adordior*, h. e. aggredior, incipio.]—4 Sic Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Heus. Patav. Stav. 2. [3. Ith. et reli. recentt. Atque ego rescripsi, suadente etiam Oudendorp. ad Jul. Cæs. de B. G. II. 32. p. 126.] Sed *in filium* Ed. Arg. Long. Boecl. Bos. Stav. 1.—5 *Suam vim* Ms. Dan. Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Heus. Patav. [Ith. Bipont. Harl. Heinr. Schmied. Tzschuck. 2. Paufl. et ego reddidi: add. Kappii et Heusing. not. *vim suam* Stav. 3. Wetz. Tzschuck. 1.] *suam sævitiam* Ed. Arg. Long. [*sævit. suam* Ed. Bos. Stav. 1. 2. Brem.]—6 *Gratissimum* Ms. Leid. 2. [Mox *parens* Tzschuck. ad ed. 2. posse suspicatur abesse. Sed graviter additum esse putem.]—7 Ita etiam Ms. Ax. [Ed. Bos. Stav. Heus. Ith. Brem.

NOTÆ

g *Et insulam adjunctam oppido*] Insula portio erat urbis; nam Syracusæ constabant veluti ex quatuor urbibus. Livius Annal. XXV.

h *Syracusas Apollocrates*] Hunc Dionysii filium fuisse scribit Plutarchus, et Strabo lib. VI.

i *Nam cum uxorem reduxisset*] Nempe Areten, quæ, expulso Dione, Timocrati invita nupserat, ut supra dictum est.

j *Deinde orta dissensio est inter eum et Heraclidem*] Siquidem ille Dioni principatum non concedebat. Porro,

cipatum non concedens,[8] factionem comparavit. Neque is[9] minus valebat apud optimates; quorum consensu præerat classi, cum Dion exercitum pedestrem teneret. Non tulit hoc[10] animo æquo Dion,[11] et versum illum Homeri retulit ex secunda rhapsodia,[k] in quo hæc sententia est: Non posse bene geri[12] rempubl. multorum imperiis. Quod dictum magna invidia consecuta est. Namque aperuisse videbatur, omnia[13] in sua potestate esse velle. Hanc ille non lenire obsequio, sed acerbitate opprimere studuit, Heraclidemque, cum Syracusas venisset, interficiendum curavit.

7. Quod factum omnibus maximum timorem injecit. Nemo enim, illo interfecto, se tutum putabat. Ille autem, adversario remoto, licentius eorum bona, quos sciebat adversus se sensisse, militibus dispertivit. Quibus divisis, cum quotidiani maximi fierent sumtus, celeriter pecunia deesse cœpit: neque, quo manus porrigeret,[1] suppetebat,[l]

Heinr. Tzschuck. 1. 2. Schmied.] Sed *orta dissensione* Ed. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. [Wetz.] *orta dissensione est* Ed. Jens. Med. Arg. Mox *Heraclidem* omisso τῷ *et* Ed. Jens. Med. *Heraclidemque* Ed. Par. Ald.—8 *Qui Dioni princip. non conced.* Ms. Leid. 1. Ed. Lamb. Keuch. *Dioni* etiam additur in Ed. Patav. *qui quod principat. non concedebat* Ms. Voss. 1. Ed. Heus. [Tzschuck. 1. 2. Ith. Stav. 3. Heinr. Schmied. Paufl.] *quæ quidem princ. non concedebat* Ms. Voss. 2. Ax. *qui quid. pr. non concedebat* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long.—9 Ita Ms. Dan. Sed *enim* Ed. Lamb. *his* Ed. Jens. Med. Arg. Long.—10 *Hoc* abest ab ed. Ald. Lamb.—11 *Dion* aberat a Ms. Boecl. Voss. 2. Mox *rettulit* Ed. Jens. Med. Arg. *et ripsod.* Ed. Med. Arg.—12 *Regi* Ms. Mendos.—13 [Vulgo *se omnia*. Sed] *se* aberat a Ms. Dan. Boecl. Ax. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Arg. Long. (in quibus est *omnia videbatur*,) [Harl. Riclef. Tzschuck. 2. et ego id delevi:] *se omnia videbatur* Ed. Jens. Med. Par. Ald. *omnia videb.* omisso τῷ *se* Ed. Stav. 2. *videbat: [se] omnia* Ed. Heus. [Stav. 3. Tzschuck. 1. Bipont.] Mox *interficiundum* Ms. Voss. 1.

1 Sic Ms. Dan. Leid. 1. 2. Voss. 1. 2. [Ed. Lamb. Bos. et seqq.] Sed *quo minus porrigeret* Ms. Boecl. Ed. Arg. *neque amplius quod porrig. suppetebat* Ed.

NOTÆ

ut inquit Seneca in Agamemnone, 'Nec regna socium ferre, nec tædæ sciunt.' Lege orationem Heraclidis apud Plutarchum.

[k] *Ex secunda rhapsodia*] Id est, ex secundo Iliad. libro, ubi sic legitur, Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω, Εἷς βασιλεὺς, ᾧ ἔδωκε Θεὸς παῖς ἀγκυλομήτεω Σκῆπτρον.

[l] *Neque, quo manus porrigeret, suppetebat*] Quidam legunt, *Neque amplius quid porrigeret, suppetebat*, nisi amicorum possessiones. Qui sensus fere idem est.

nisi in amicorum possessiones.[k] Id hujusmodi[2] erat, ut, cum milites reconciliasset, amitteret optimates. Quorum rerum cura frangebatur, et insuetus male audiendi[l] non æquo animo ferebat, de se ab iis[3] male existimari, quorum paulo ante in cœlum fuerat[4] elatus laudibus. Vulgus autem, offensa in eum militum[5] voluntate, liberius loquebatur, et, tyrannum non ferendum, dictitabat.

8. Hæc ille intuens,[1] cum, quemadmodum sedaret, nesciret, et quorsum evaderent,[2] timeret; Callicrates[3] quidam,[m] civis Atheniensis, qui simul cum eo ex Peloponneso in Siciliam venerat, homo et callidus[4] et ad fraudem acutus, sine ulla religione ac fide, adit[5] ad Dionem, et ait: eum [in][6] magno periculo esse propter offensionem populi et odium[7] militum: quod nullo modo evitare posset, nisi alicui suorum negotium daret, qui se simularet illi[8] inimicum: quem si invenisset[9] idoneum, facile omnium animos[10] cogniturum, adversariosque sublaturum, quod inimici ejus dissidenti[11] suos sensus aperturi forent. Tali consilio pro-

[k] *Neque quod raperet, supererat, præter ea quæ ab amicis possidebantur.*
[l] *Nec qui* probra *de se audire soleret.*

Long. ac *supputebat* Ms. Voss. 2. Tum *nisi amicorum* Ed. Long. Boecl. [Bos. 2. Stav. 1.] Sed *nisi in amicorum* Ms. Dan. Voss. 1. Leid. 2. Ax. Ed. reliqui omnes. Etiam Heus. Stav. 2. [3. omnes recentt.] Tum *possestiones* Ms. Voss. 2.—2 *Ejusmodi* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—3 *Ab his* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—4 *Fuerat* aberat a Ms. Ax.—5 *Multum* Ms. Ax.

1 *Metuens* Ms. Gif. Ax. Boecl. Ed. Long.—2 *Ut quorsum evaderet* Ed. Jens. Med. Ald. Atque *evaderet* etiam Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. (sed in meo exemplo V. D. manu correxit *evaderent*,) Steph. Sed *evaderent* Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 2. Ax. [et edd. rell.]—3 *Chalycrates* Ms. Leid. 2. *Chalicrates* Ms. Voss. 1. [Si codd. addicerent, Stav. ad ed. min. lubentius scripturum se profitetur *Callippus*, et multus est de hoc homine.] —4 *Calidus* Ed. Jens.—5 *Adiit* Ms. Ax. Ed. Arg.—6 *In* aberat a Ms. Ernst. Boecl. Bav. Voss. 2. Ax. Uncis inclusum est in Ed. Bos. 2. Stav. 1. 2. 3. Heus. [Tzschuck. 1. 2. Harl. Heinr.] Unci absunt ab reliquis nostris omnibus edd.—7 *Et odio* Ms. Ax. Voss. 1. Boecl. In Ed. Long. τὸ *et* non legitur. *Dein negocium* Ed. Jens. Med. Arg.—8 *Illi* aberat a Ms. Leid. 1.—9 *Quem inv.* Ed. Jens. Med. Ald. Lamb. Patav.—10 *Amicos* Ed. Jens. Med. Par. Ald. —11 *Dissidentis* Ms. Dan. Ax. Leid. 2. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.

NOTÆ

[m] *Callicrates quidam*] Hunc Calippum nominant Plutarchus, Diodorus, Suidas, et Athenæus lib. xi. 28.

lato, excipit[12] has partes ipse Callicrates, et se armat imprudentia Dionis: ad eum interficiendum socios conquirit: adversarios ejus convenit, conjurationem[13] confirmat. Res, multis consciis, quæ gereretur, elata defertur[m] [14] ad Aristomachen sororem Dionis, uxoremque Areten. Illæ timore perterritæ conveniunt,[15] cujus de periculo timebant. At ille negat, a Callicrate fieri sibi insidias, sed illa, quæ agerentur,[16] fieri præcepto suo. Mulieres nihilo secius Callicratem in ædem Proserpinæ[a] deducunt, ac jurare cogunt,[b] nihil ab illo periculi fore[17] Dioni.[n] Ille hac religione non modo [ab incepto][18] non deterritus, sed ad maturandum concitatus est, verens, ne prius consilium aperiretur suum,[19] quam conata perfecisset.[20]

[m] *Quia per multos conscios res agitabatur, divulgata.*
[n] *Nullatenus se Dioni nociturum.*

In eodem Ms. Leid. pro *quod* erat *qui*.—12 *Excepit* Ms. Ax. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Heus. Stav. 2. [3. Ith. Bipont. Tzschuck. 1. Schmied. Paufl. Sed *excipit* reliqui, et defendunt Kapp. atque Harl.]—13 *Conjuratione* Ms. Dan. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Par. Ald. Lamb. —14 Sic Ms. Ax. Dan. Voss. 1. 2. Ed. Arg. Long. Heus. [Ith. Bipont. Brem, Heinr. Stav. 3. Harl. Tzschuck. 1. 2. Schmied. Paufl. et ego, quia est proprium in hoc nexu, sic edidi, probante quoque id Oudendorp. ad Jul. Cæs. de B. G. I. 35. p. 54. Sed *refertur* Ed. Lamb. Bos. et rell.]—15 Ita etiam Ms. Dan. Sed *perter. illum convek. quod ejus de peric.* Ed. Long. sine causa: *perteritæ c.* Ed. Jens. Med. et *cujus de peric.* etiam Ms. Dan.—16 *Gererentur* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. Sed in Ms. Voss. 1. et Leid. 2. erat etiam *agerentur*. —17 *Nunquid ab illo periculi foret* Ms. Boecl. *nunquid ab illo periculum Dioni foret* Ms. Ax.—18 Aberant a Ms. Ax. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. non item a Ms. Leid. 2. Unci non sunt in Ed. Lamb. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Ith. Brem. Heinr. Wetz. Schmied. Paufl.] Statim *est deterritus* Ms. Voss. 2. *deteritus* Ed. Jens. Med.—19 Sic Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Heus. Patav. [Stav. 3. et propter majorem soni suavitatem librorumque auctoritatem, ordinem mutavi. *Cons. suum aperir.* Edd. rell.] Add. Ruhnken. ad Vell. Paterc. II. 35. p. 194.—20 *fecisset* Ed. Jens. Med. Par. Ald.

NOTÆ

[a] *In ædem Proserpinæ*] Cereris et Jovis filiæ; quæ cum in Campis Ennæis flores legeret in Sicilia, a Plutone rapta est, et in hujus honorem templum erectum est. Claudianus de raptu Proserpinæ.

[b] *Ac jurare cogunt*] Sacramentum ejusmodi, quod maxime formidandum existimabatur, hac solennitate fiebat, teste Plutarcho in Dione; qui fidem præstabat, in Cereris templum descendens, Deæ purpuram, quibusdam peractis sacrificiis, induebat, tumque facem tenens, se fidem servaturum jurabat.

9. Hac[1] mente proximo die festo, cum a conventu remotum se[2] Dion domi teneret, atque in conclavi edito recubuisset; consciis[3] loca munitiora oppidi tradit,[4] domum custodibus[5] sepit, a foribus qui non discedant,[6] certos[7] præficit: navem triremem armatis ornat, Philostratoque[8] fratri suo[p] tradit:[9] eamque in portu agitari jubet, ut si exercere remiges vellet: cogitans, si forte consiliis[10] obstitisset fortuna, ut haberet, qua fugeret[11] ad salutem. Suorum autem e[12] numero Zacynthios[13] adolescentes[q] quosdam eligit,[14] cum audacissimos, tum viribus maximis: hisque dat negotium, [ut][15] ad Dionem eant[16] inermes, sic, uti[17]

1 *Hanc* Ed. Med.—2 *Se remotum* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. [Heus. Stav. 3. Harl.]—3 *Consociis* Ms. Voss. 1. *cum sociis* Ms. Leid. 2. *consciis facinoris* Ms. Ax. Boecl. Leid. 1. Ed. Arg. Long. e glossemate.—4 Sic Ms. Dan. Boecl. Leid. 2. Ax. [Atque tempus præsens h. et seqq. locis studium apparatus et celeritatem melius declarat quam præteritum. Nam] *tradidit* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—5 *Custodiis* Ms. Voss. 2. Boecl. Statim *sepit* etiam Ms. Dan. Leid. 1. Sed *sepsit* Ms. Boecl. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. *sæpsit* Ed. Patav. [et Lambin. in utroque meo exemplo.]—6 Sic Ms. Dan. Boecl. Voss. 1. 2. Leid. 2. Sed *discederent* Ed. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Bos. 1. Patav. *discedebant* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Boecl. —7 *Ceteros* Ms. Voss. 2. Ax. Tum *præfecit* Ms. Boecl. Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. Sed *præficit* etiam Ms. Voss. 2.—8 Sic Ms. Dan. Boecl. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. Sed *Philostratosque* Ms. Voss. 2. *Philocratique* Ed. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. *Philocratoque* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. —9 *tradidit* Ms. Boecl. Ax. Ed. Long. Arg.—10 *Si a consiliis* Ms. Leid. 2.—11 Sic Ms. Dan. [Ed. Bos. (in meo tamen exemplo V. D. manu correxit *quo*,) Stav. 1. Wetz.] Sed *quo fug.* Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Stav. 2. 3. Heusing. [Ith. Schmied. Brem. (qui interpretatur, *ut haberet aliquid, quo fug.*) Tzschuck. (qui in priore ed. explicat *ut eo* (in navem) *fug. ad sal.* in nota autem ad ed. 2. inclinat ad lectionem *qua*,) Harl. (ubi v. Kappii not.) Heinr. Pauli.—12 *Autem num.* Ed. Jens. Med. Ald. *servorum autem numero Zachinthynos.... eligit* Ms. Ax.—13 Ita Ed. Mag. [Lamb. Bos. et seqq. e Zacyntho, maris Ionii insula, hodie *Zante*.] Sed *Zachyntinos* Ms. Voss. 2. *Zacynthinos* Ed. Arg. *Saguntinos* Ms. Ox. Ed. Jens. Med. Par. *Zaguntios* Ms. Dan. *Zazynthinos* Ed. Long.—14 Sic Ms. Boecl. Voss. 1. 2. [Ed. Bos. 2. et seqq.] Sed *elegit* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Bos. 1. Keuch.—15 *Ut* aberat a Ms. Boecl. Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. Ed. Stav.

NOTÆ

p *Philostratoque fratri suo*] Alias Philocrates nominatur.

q *Zacynthios adolescentes*] Zacynthus insula est non longe a Cephalenia in Ionio mari, nunc vulgo *Zante*. At vero quidam non *Zacynthios*, sed *Saguntinos* legunt, propter nominis affinitatem.

conveniendi ejus gratia viderentur venire. Hi propter notitiam sunt intromissi. At illi, ut limen ejus intrarunt,[18] foribus obseratis[r] in lecto cubantem invadunt: colligant,[s] fit strepitus, adeo ut exaudiri posset[19] foris. Hic, sicut ante dictum[20] est, quam invisa sit singularis potentia, et miseranda vita, qui se[21] metui, quam amari, malunt, cuivis[22] facile intellectu fuit. Namque illi ipsi custodes, si propitia[23] fuissent[24] voluntate,[t] foribus effractis servare eum[25] potuissent, quod illi inermes telum foris flagitantes vivum tenebant. Cui cum succurreret nemo, Lycon[26] quidam, Syracusanus, per fenestras gladium dedit, quo Dion interfectus est.

10. Confecta cæde cum multitudo visendi gratia introisset,[1] nonnulli ab insciis pro noxiis conciduntur. Nam celeri rumore dilato,[2] Dioni vim allatam, multi concurrerant, quibus tale facinus displicebat. Hi falsa suspicione

1. 2. 3. [Brem. Heinr. Tzschuck. 1. 2. Harl. uncis inclusum est in Ed. Bos. 2. Heus. Bipont.] Sed est, omissis uncinis, in Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Ith. Wetz. Schmied. Paufl.]—16 *Erant* Ms. Voss. 2.—17 Ita Ms. Leid. 1. [Ed. Bos. 2. Heus. et seqq. *sicuti* Stav. 3.] Sed *sic ut* aut *sicut* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. Statim *conv. ejus* etiam Ms. Leid. 2. Sed in Ed. Steph. Gebh. Keuch. τὸ *ejus* non legitur.—18 *Intrarant* Ms. Dan. Voss. 1. Sed in hoc supra notatum erat *intrarunt*, et legebatur quoque in Ms. Voss. 2. Leid. 2.—19 *Possit* Ed. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—20 *Ante sæpe dict.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav.—21 *Quæ met.* Ms. Voss. 2. *qui met.* Ms. Ax.—22 *Cujus* Ms. Ax. Ed. Long. Mox *intellecta* Ed. Ald.—23 Ita Ed. Long. [Lamb. Bos. Heus. et seqq.] Sed *propria* Ms. Dan. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. [Et forsan est elegantior lectio, ut intelligatur voluntas perpetua, stabilis, ab invidia aliena :] *propiore* Ed. Ald. *propitia pronaque* vetus liber apud Longol.—24 *Fuisset* Ms. Voss. 1.—25 *Cum* Ed. Jens. Med. Dein *quot illi* Ed. Ald.—26 Sic Ed. Long. [Lamb. Bos. et seqq.] Sed *Lygo* Ms. Dan. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. *Ligo* Ms. Ax. Voss. 2.

1 Sic etiam Ms. Voss. 1. 2. Sed *introivisset* Ed. Lamb. *introiisset* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav. Statim *non nulli* Ed. Jens. Med. Mox in Ald. est *pronoxii*.—2 *Delato* Ms. Voss. 1. 2. Ax. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Patav. Mox *multitudo*

NOTÆ

r *Foribus obseratis*] Intus, ab iis qui intromissi fuerant; quanquam Plutarchus ab illis qui extra erant clausas seu ad se adductas esse dicit.

s *Colligant*] Vinculis astringunt.

t *Si propitia fuissent voluntate*] Alias, *propria*.

ducti, immerentes[3] ut sceleratos occidunt. Hujus de morte ut palam factum est,[o] mirabiliter vulgi mutata[4] est voluntas. Nam qui vivum eum tyrannum vocitarant, iidem[5] liberatorem patriæ tyrannique expulsorem prædicabant. Sic subito misericordia odio successerat, ut eum suo sanguine, si possent, ab Acheronte[6] cuperent redimere.[p][u] Itaque in urbe, celeberrimo loco,[v] elatus publice, sepulcri monumento donatus est.[w] Diem obiit circiter annos quinquaginta quinque[7] natus; quartum post annum, quam ex Peloponneso[8] in Siciliam redierat.

[o] *Ut mors ejus vulgata est.*
[p] *Ad vitam optarent revocare.*

---

concurrerat Ed. Mag.—3 Ita Ms. Ax. Sed *irruentes* Ms. Voss. 1. *immerenteis inermeis* Ed. Lamb. *immerentes inermes* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Keuch. Patav.—4 Sic etiam Ms. Voss. 1. 2. Sed *immutata* Ed. Lamb. Gebh. Keuch.—5 *Iidem* Ms. Voss. 2. Ax. [Sic conjecit Bremi et ego cum Wetzel. Riclefio et Tzschuck. in ed. 2. reposui. Vulgo *eundem.*]—6 *Ab Acherunte, si possent* Ms. Dan. (in hoc tamen scriptum erat *Acheronte,*) Gif. Voss. 1.—7 *Quinquagesimos quintos* Ms. Ax.—8 *Quam ex Peloponesso* Ms. Voss. 1. 2. *qui ex Pelop.* Ms. Leid. 2. Statim *Siciliam*, omissa præpositione, Ed. Long.

NOTÆ

[u] *Ab Acheronte cuperent redimere*] Sic Cicero, post reditum in Senatu, et omnes Metellos præstantissimos cives pæne ex Acheronte excitatos. Porro Acheron est Epiri fluvius apud Geographos, apud Poëtas vero Inferorum, sic dictus ἀπὸ τοῦ ἄχεος καὶ ῥέω, quasi *doloris fluvius.*

[v] *Itaque in urbe, celeberrimo loco*] Quod sane eximii honoris indicium fuit, quia veteres quenquam, nisi forte imperatores, in urbe sepelire non solebant.

[w] *Sepulcri monumento donatus est*] Duplicis erant generis sepulcra; alia sumtu publico facta; alia quæ tantum ex decreto publico erigebantur. Prima iis tantum concedebantur qui optime de Rep. meriti fuerant: secunda vero claris quidem viris permittebantur, quia in Atheniensium Rep. non licebat sepulcra defunctorum ornare, quantum aut hæredum aut ipsius etiam defuncti ambitio postulasset; sed de tumulis majoris impensæ cognoscebatur. Casaubon.

XI.

IPHICRATES.[1]

ARGUMENTUM.

Cap. 1. Disciplina militari nobilis. 2. Ejus expeditiones bellicæ. Ad Corinthum. Adversus Ægyptios. Adversus Arcadas. 3. Ejus indoles et dotes.

Iphicrates[2] Atheniensis[a] non tam magnitudine rerum gestarum, quam disciplina militari,[3] [b] nobilitatus est. Fuit enim talis dux, ut non solum ætatis suæ cum primis compararetur,[4] sed ne de majoribus natu quidem[5] quisquam anteponeretur. Multum vero in bello est versatus;[6] sæpe exercitibus præfuit; nusquam culpa [sua][7] male rem ges-

1 *Iphicratis vita* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—2 *Hiphicrates* Ms. Leid. 2.—3 Sic Ms. Dan. Bav. Mag. Sav. Mendos. Sed *non tam genere quam magnitudine rerum gestarum, disciplinaque militari* Ms. Ernst. *non tam genere, quam magn. rer. gest. quam disc. mil.* Ed. Long. *non tam genere aut magnitudine r. g. q. d. m.* Ed. Lamb.—4 *Compareretur* Ed. Arg.—5 *Majoribus quidem natu* Ms. Voss. 1.—6 Sic Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Heus. Patav. [Ith. Harl. Tzschuck. 2. Bipont. Wetz. Schmied. Paufl. et ego recepi τὸ *est*, quod abest ab Ed. Boecl. Bos. Stav. qui in nota ad ed. 3. legi posse more Cornel. *versatus est* opinatur.]—7 *Sua* legebatur in Ms. Gif. Dan. Ed. Long. [Tzschuck. 2. Brem.] Abest a Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1.

NOTÆ

a *Iphicrates Atheniensis*] Iphicratem Sutoris filium non pauci existimant, inter quos Aristoteles I. Rhet. Xenoph. lib. VI. Plutarchus, Athenæus, Ælianus, et alii quam plures.

b *Quam disciplina militari*] Fuit et præterea optimus Rhetor, unde Justin. lib. VI. 5. ait in Iphicrate non imperatorias tantum, verum et oratorias fuisse artes.

sit,[c] semper consilio[8] vicit; tantumque eo valuit,[9] ut multa in re militari partim nova attulerit, partim meliora fecerit. Namque ille pedestria arma mutavit,[d] cum ante illum imperatorem maximis clypeis,[10] brevibus[11] hastis, minutis gladiis uterentur. Ille e contrario peltam pro parma fecit,[e] a quo postea peltastæ pedites appellantur; ut ad motus concursusque essent leviores: hastæ modum[a] duplicavit:[f] gladios longiores fecit. Idem genus loricarum[12] mutavit, et pro sertis[13] atque æneis[b] linteas[14] dedit.[g] Quo facto expeditiores milites reddidit. Nam pondere detracto, quod æque[15] corpus tegeret et leve esset,[16] curavit.

[a] *Hastas duplo* majores *fecit*. [b] *Ex lino* textas *præbuit*.

Patav. [Heinr. Uncis inclusum est in Edd. Bos. 2. Heus. et rell.]—8 *Consilio prudentia* Ms. Ax.—9 *Tantum convaluit* Ms. Leid. 2. Mox *multa* aberat a Ms. Ax. Boecl. Uncis inclusit Heus. [sed tuentur illud Stav. ad ed. 3. et Tzschuck. ad ed. 2. Comp. Diod. Sic. IV. 44.]—10 *Clipeis* Ed. Jens. Med. Arg.—11 Sic Ms. Dan. [Ed. Bos. et seqq.] Sed *brevibusque* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Statim *astis* Ed. Jens. Med. et *minutis gladiisque* Ms. Leid. 3. Postea *a qua post. pelt*. Ed. Lamb.—12 *Idemque lor. gen*. Ms. Leid. 2. Tum *mutavit* aberat a Ms. Boecl. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par.—13 Sic Mss. Bav. Ax. Dan. Boecl. Mendos. Sav. Gif. Put. Leid. 2. Voss. 2. Sed *ferreis* Ed. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Wetz. Schmied.] Mox *aënis* pro *æneis* Ms. Dan. Ed. Jens. Med.—14 Sic etiam Ms. Voss. 2. Dan. Ax. Sed *lintheas* Ms. Voss. 1. Ox. *lineas* Ed. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. Statim *dececit* loco *dedit* Ms. Leid. 2. Tum *expeditores* Ms. Voss. 2.—15 Sic Ms. Mendos. Ed. Long. Mag. Ultraj. [Bos. Heus. et seqq.] Sed *quodque* Ms. Bav. 2. Ed. Jens. Med. Ald. *quod eque* Ed. Arg. *ut æque* Ed. Lamb.—16 *Tegerent et leves essent* Ed. Lamb. *tergeret* est in Ed. Jens. Med.

NOTÆ

[c] *Nusquam culpa* [*sua*] *male rem gessit*] In re militari tamen ejus consilium reprehendit Xenoph. lib. VI. de reb. Græc. in fine.

[d] *Namque ille pedestria arma mutavit*] Vide Diodorum lib. XIII. cum quo Nepos prorsus consentit.

[e] *Peltam pro parma fecit*] Peltæ amazonicæ hederæ folio similes erant; Thraciæ quadrangulæ, teste Suida; pelta autem scutum est brevissimum et fere quadratum; parma vero, brevius et mobilius, ac fere rotundum: formam peltæ describit Xenoph. apud Jul. Pollucem Onomast. lib. I. c. 10.

[f] *Hastæ modum duplicavit*] Quod patet ex his Diodori verbis: Ηὔξησε τὰ δόρατα ἡμιολίῳ μεγέθει. Id est, hastas magnitudine sesqui altera auxit.

[g] *Et pro sertis atque æneis linteas dedit*] Propterea quod ferreæ et æneæ majori oneri et impedimento essent, quam commodo; lineæ vero maximo essent usui, nullique fere impedimento. Fiebant autem linei thoraces hoc modo; linum aceto, cui sal esset adjectum, imbuendo et

2. Bellum cum Thracibus gessit: Seuthen[1] socium Atheniensium[b] in regnum restituit. Apud Corinthum tanta severitate exercitui præfuit, ut nullæ unquam in Græcia neque exercitatiores copiæ, neque magis dicto audientes fuerint duci:[c] in eamque consuetudinem adduxit,[2] ut, cum prælii signum ab imperatore esset datum, sine ducis opera sic ordinatæ consisterent, ut singuli ab[3] peritissimo imperatore dispositi viderentur. Hoc exercitu moram[i] Lacedæmoniorum intercepit:[d4] quod maxime tota celebratum est Græcia. Iterum eodem bello omnes copias eorum fugavit:[j] quo facto magnam adeptus est[5] gloriam. Cum Artaxerxes Ægyptio regi[k] bellum inferre voluit,[6] Iphicratem ab Athe-

[c] *Nec magis obsequentes duces habuerit.* [d] *Partem Spartanorum cecidit.*

1 *Seuthem* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Long. Mag. Steph. *Scotym* Ed. Ald. *Seutem* Ed. Jens. Med. Arg. *Seutē* Ed. Par. *Seuthen* Ms. Ax. [Ed. Lamb. Bos. et rell.]—2 *Induxit* Ms. Leid. 1. *adcluxit* Ms. Dan.—3 Sic etiam Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ax. Sed *a perit.* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. [Wetz. Ith. Brem.]—4 *Interfecit* Ms. Ax. Dan. Put. Mendos. Leid. 1. [probatque Sciopp. Verisim. IV. 18. Ed. Bos. 1. 2. Wetz.] Ita conjecit Wolf. ad Æschin. pag. 635. tom. 1. Nam Æschin. ὅτι μόραν Λακεδαιμονίων ἀπέκτεινε. Dinarch. I. p. 54. tom. 2. Ἰφικρ. ἀνεῖλε τὴν Λακεδ. μόραν. V. Markl. ad v. Lys. Dion. Halic. 1. p. 158. tom. 2. Reisk. Sed *interfuit* Ms. Bav. 1. *intercepit* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Sav. Bavar. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Keuch. Heus. Stav. 1. 2. [3. et fere rell. omnes. Quare reddidi *intercepit*; h. e. in via præter opinionem deprehendit, subito ex insidiis factis oppressit ac delevit. V. Xenoph. hist. Græc. IV. 5. 11. sqq. et not. Bos. In Ms. Dan. erat *mora.*]—5 *Adeptus gloriam* Ms. Voss. 1. Mox *Artoxerxes* Ed. Par. *Artaxerses* Ed. Mag.—6 Ita Ms. Dan. [Ed. Lamb. Bos. et seqq.] Sed *noluit* Ms. Voss. 1. Ed. Med. *voluisset*, [forsan e correctione,] Ed. Long. Mag. Steph. Gebh.

NOTÆ

macerando; deinde ita cogebatur, ut soliditatem ac crassitiem lintei decies et amplius in se complicati haberet. Vide super ea re Nicetam Acominatum lib. I. rerum Isaaci Angeli.

[b] *Seuthen socium Atheniensium*] Quidam *Scothym* legunt; hic est qui apud Curtium lib. x. 1. Seuthes Odrysias dicitur, quem non Regem Polyænus facit, Strat. VII.

[i] *Hoc exercitu moram*] Mora vox Græca est, quæ idem valet ac μοῖρα, hoc est Pars; qua voce utebantur Lacedæmonii et Dores. Diodorus μέρος appellat, quod moram hic dicimus. Hujus Turmæ seu Cohortis cladem multis verbis exponit Xenoph. de reb. Græc. lib. IV.

[j] *Iterum eodem bello omnes copias eorum fugavit*] Et ubi et quando id factum sit, difficile est in aliis historicis detegere, nisi forte hæc sit pugna de qua loquitur Xenoph. de rebus Græc. lib. VI. fere ab exordio.

niensibus petivit ducem,[7] quem præficeret exercitui[a] conductitio,[8 l] cujus numerus duodecim millium fuit. Quem quidem[9] sic omni[10] disciplina militari erudivit, ut, quemadmodum quondam 'Fabiani' milites Romani appellati sunt, sic 'Iphicratenses' apud Græcos[m] in summa laude fuerint.[11] Idem subsidio Lacedæmoniis profectus,[n] Epaminondæ[12] retardavit impetus.[13] Nam nisi ejus adventus appropinquasset,[14] non prius Thebani Sparta abscessissent, quam captam incendio delessent.

3. Fuit autem et animo magno, et corpore, imperatoriaque forma,[o] ut ipso aspectu[1] cuivis injiceret admirationem sui. Sed in labore nimis remissus,[2] parumque patiens, ut

[a] *Quem mercenariis copiis præponeret.*

Keuch. Statim *Ipsicratem* Ms. Dan.—7 *Ducem petivit* Ms. Voss. 1. *ducem petit* Ms. Voss. 2.—8 Ita Ms. Sav. Put. Gif. Sed *conducto* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. *conducticio* Ed. Arg. Long. Patav. —9 *Quosque* Ms. Voss. 2. Ax.—10 *Omnium disciplina* Ms. Voss. 2. sed in marg. notatum erat 'al. *omni disciplina*.'—11 *Fuerunt* Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. —12 *Epaminundæ* Ed. Jens. Med. Arg.—13 *Inceptus* diserte Ms. Leid. 2. [Ed. Bos. 2. Tzsch. 1. Stav. 1. 2. 3. Harl.] *incæptus* Ms. Mendos. Voss. 1. Ed. Sav. *interceptus* Ms. Dan. *impetus* Ms. Ax. [Thott.] Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Heus. Patav. [Tzschuck. 2. et rell. recentt. et probavit Schlegel. diss. cit. p. 92. Atque illorum auctoritatem secutus, inprimis quia *impetus* aptius respondet τῷ *retardavit*, uti Heusing. qui similia Ciceronis et Cæsaris exempla attulit, ac Tzsch. docuerunt, rescripsi *impetus*. Staver. tamen ad min. edit. contra Heusing. pugnans, defendit τὸ *inceptus*. Contra Fischer. quoque in nota Msta, *impetus*, ait, verum puto: certe accommodatius est verbo *retardavit*, ut in Eumene 9, 'ad refrenandum impetum.']—14 *Propinquasset* Ms. Ax.

1 *Ipse aspect.* Ed. Stav. 1. 2. operarum peccato: certe in Edd. reliquis omnibus [etiam Stav. 3.] est *ipso*.—2 Sic Ms. Dan. Ax. Ed. Heus. [Wetz. et ego propter suaviorem sonum hunc verborum ordinem posui pro vulgato: *rem.*

NOTÆ

[k] *Cum Artaxerxes Ægyptio regi*] Nimirum Acori, ut vult Lambinus.

[l] *Exercitui conductitio*] Conductitius exercitus ille est, qui ex militibus mercede conductis, seu mercenariis, constat.

[m] *Quemadmodum quondam 'Fabiani' milites Romani appellati sunt, sic 'Iphicratenses' apud Græcos, &c.*] Fabiani milites a Fabio Maximo, qui Cunctator dictus, et qui cunctando vires Annibalis attrivit; sic Joviniani, Herculiani milites apud Zozimum et Mamertinum.

[n] *Idem subsidio Lacedæmoniis profectus*] Nimirum clade apud Leuctram per Epaminondam egregium Thebanorum ducem Lacedæmoniis illata.

[o] *Imperatoriaque forma*] Quæ in frontis et corporis majestate consistit, unde pulchri dicuntur Imperio digni. Sic Plin. de Trajano in Panegyrico.

Theopompus memoriæ prodidit: bonus vero civis, fideque magna. Quod cum in aliis rebus declaravit,[3] tum maxime in Amyntæ[4] Macedonis liberis[p] tuendis. Namque Eurydice[5] mater Perdiccæ et Philippi,[q] cum his duobus pueris,[6] Amynta mortuo, ad Iphicratem confugit, ejusque opibus defensa est. Vixit ad senectutem, placatis in se suorum civium animis:[r] causam capitis semel dixit, bello sociali, simul cum Timotheo,[7] eoque judicio est absolutus. Menesthea[8] filium reliquit, ex Thressa[9][s] natum, Coti[10] regis[t] filia. Is cum interrogaretur, utrum pluris[11] patrem matremne[12] faceret; matrem, inquit. Id cum omnibus mirum videretur: at ille 'Merito,' inquit, 'facio. Nam pater,[13]

nimis.]—3 Sic etiam Ms. Voss. 2. Leid. 2. Dan. [Ed. Bos. et seqq.] Sed *declaraverit* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—4 *Amynthæ* Ms. Voss. 1. 2. *Amintæ* Ed. Jens. Med. in quibus ipsis mox est libris: *Amyntæ* omisso τῷ anteced. *in* Ed. Long.—5 *Erudice* Ms. Leid. 2. *Euridice* Ms. Voss. 1. Ed. Arg. Mox *Perdicæ* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long.—6 Sic etiam Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Sed *liberis* Ed. Mag. Steph. Gebh. Kench. Mox *Iphicraten* Ms. Voss. 2.—7 *Thimotheo* Ed. Med.—8 *Menesta* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. *Mnesthea* Ed. Long. Mag.—9 *Ex Tharsa* Ms. Voss. 1. Bav. *ex Tarsa* Ms. Voss. 2. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Tum *natum* abest ab Ed. Ultraj. Gebh.—10 *Cothi* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Dan. *Cotiis* Ed. Long. *Cotyis* Ed. Mag. Steph. Heusing. [Ith. Harl. Bipont. Heinr. Schmied. *Coti* Lamb. Bos. et rell. fere tam antiquior. quam recentt. De scriptura hujus nominis et de homine ipso multus est Stav. ad ed. 3. add. Harl.]—11 Sic ed. Long. [Lamb. Bos. et seqq.] Sed *plus* Ms. Dan. Bav. 1. Voss. 2. Ax.—12 Sic quoque Ms. Dan. [Ed. Lamb. Bos. 2. Heus. et al.] Sed *matremve* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Bos. 1. Keuch. [Brem.] *an matrem* Ed. Long. Mox *patrem, inquit* Ms. Leid. 2. Statim *id cum....inquit* aberant a Ms. Bav. 1.—13 *Mater* Ms. Leid. 2. Tum *Threcem* Ms. Dan.—14

NOTÆ

[p] *In Amyntæ Macedonis liberis*] Cujus filius Philippus Alexandri magni pater.

[q] *Namque Eurydice mater Perdiccæ et Philippi*] Vide Q. Curtii supplementum in principio, ubi de Eurydice et Perdicca sermo est.

[r] *Placatis in se suorum civium animis*] Nam Athenienses irati Iphicratem et Timotheum in judicium vocatos multis talentis mulctaverant, et imperandi munere abdicarant, quod infra videbitur: sed Polyænus, cum Nepote conveniens, Iphicratem et accusatum esse significat et absolutum.

[s] *Ex Thressa*] Id est, in Thracia nata.

[t] *Coti Regis*] Is Thraciæ Rex fuit. Alii *Cotyis* legi volunt.

quantum in se fuit, Thracem me genuit:[14] contra ea[15] mater Atheniensem.' [u]

---

[14] *Me genuit, creavit* Ms. Bav. *me genuit vel creavit* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ax. Unde duplicem olim in libris fuisse scripturam, apparet. Vera *creavit*. [Atque *creavit*, quod de patre et matre adhibetur, post Bosium alii probarunt, et Bremi in textum recepit.]—15 *Contra* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Bos. 1. [Wetz.] Sed *contra ea* Ms. Dan. Voss. [Ed. Bos. 2. et rell. conf. infra xv. c. 10. fin. et ind. Bos. Heusing. h. v.] Statim *pater Athen.* Ms. Leid. 2.

NOTÆ

[u] *Nam pater, quantum in se fuit, Thracem me genuit: contra ea mater Atheniensem*] Sic Patris cum barbara matrimonium carpere videtur, eumque solum arguere, si quid alienum a Græcorum urbanitate et moribus haberet; nam Pater ejus, quantum in se fuit, Thracem genuit, quia uxorem Threissam duxit; immo vero mater, quantum potuit, Atheniensem fecit, quia viro Atheniensi nupsit.

XII.

CHABRIAS.[1]

ARGUMENTUM.

Cap. 1. Novo pugnandi genere celeber. 2. Ejus bella in Ægypto; in Cypro; classi Ægyptiæ præest. 3. Domum revocatur; propter invidiam plerumque abest. 4. In bello sociali occumbit, desertus a suis.

Chabrias, Atheniensis. Hic quoque in summis habitus est ducibus, resque multas memoria dignas gessit.[a] Sed ex his elucet maxime inventum ejus in prælio, quod apud Thebas fecit, cum Bœotiis[2] subsidio venisset. Namque in eo, victoria fidente summo duce Agesilao,[3] fugatis jam ab eo conductitiis catervis, reliquam phalangem[b] loco

1 *Chabriadis vita* Ed. Jens. Med. Arg. Par. *Chabriæ vita* Ed. Ald.—2 *Boëtiis* Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. ubique. Paulo ante *memoriæ dign.* Ms. Ax.—3 *In ea victoria fidentem summum ducem Agesilaum* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. *in ea auctoritate fidentem summum ducem* Ms. Voss. 2. et Boecl. Etiam in Ed. Keuch. et Patav. est *in ea.* Mox *conducticiis* Ed. Jens. Med. Arg. Long.

NOTÆ

[a] *Resque multas memoria dignas gessit*] De quibus fuse Xenoph. de reb. Græc. lib. v. Diodorus lib. xv. Plutarchus in Phocione. Demosthenes oratione in Leptinem; quem etiam non solum res memoria dignas gessisse, sed et dixisse testatur Plutarchus in Apophthegm.

[b] *Reliquam phalangem*] Dupliciter apud Auctores phalangis nomen accipitur: apud Macedones turba erat constans octo peditum millibus; apud alios Græciæ populos, stabile dicitur agmen sine determinato numero, ubi vir viro, arma armis conserta sunt; quo sensu hic accipitur.

vetuit cedere, obnixoque genu scuto,[c] projecta[que][4] hasta[a] impetum excipere hostium docuit. Id novum Agesilaus contuens,[5] progredi non est ausus, suosque jam incurrentes tuba revocavit.[b] Hoc usque eo tota Græcia[6] fama celebratum est, ut illo statu Chabrias sibi[7] statuam fieri voluerit, quæ publice ei ab Atheniensibus in foro constituta est. Ex quo factum est, ut postea athletæ[8] [d] ceterique artifices[e] his statibus[9] in statuis ponendis uterentur, in quibus[10] victoriam essent adepti.[c]

2. Chabrias autem multa in Europa bella administravit, cum dux Atheniensium esset:[1] in Ægypto sua sponte[f] ges-

[a] *Clypeoque ad genu* firmiter *acclinato, porrectaque hasta.* [b] *Receptui cecinit.*
[c] *Eo in* corporis *habitu statuas ponerent, in quo victoriam obtinuissent.*

Mag. Patav. Dein *phalangen* Ms: Voss. 2.—4 *Projecta hasta* Ms. Dan. Ax. Boecl. Leid. 2. Voss. 1. 2. [Ed. Tzschuck. 2. Heinr. Paufl. Schmied.] *projectaque hasta* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Ith. Wetz. *que* uncinis inclus. in Ed. Bos. 2. Stav. Heus. et rell.]—5 Sic Ms. Dan. Boecl. Leid. 1. [Ed. Bos. 2. et seqq. fere omnes.] Sed in Ms. Boecl. totus locus sic legitur: *id novum cernens, Agesilaus contuens id progr.* Etiam in Ms. Voss. 2. erat *id novum cernens Agesilaus contuens.* Sed *intuens* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Wetz. et sic correctum est a manu V. D. in meo exemplo ed. Bos. 2.]—6 Sic Ms. Dan. Ax. Voss. 1. 2. Leid. 2. [Ed. Bos. cum seqq.] Sed *in Græcia* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. *Græcia* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—7 *sibi* aberat a Ms. Leid. 2. Voss. 1. —8 *Atheletæ* Ed. Med.—9 *His stantibus statuis* Ms. Gif. Ax. Mendos. *his statibus, statuis* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. *iisdem statibus* Ms. Ernst. *his stantibus* Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Dan. In Ms. Bav. altero verba *statibus in* non habebantur.—10 Sic Ms. Ernst. Lamb. Gebh. [Bos. 2. Stav. 1. 2. 3. Heus. et rell.] Sed *cum* Ms. Gif. Mendos. Leid. 2. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Boecl. Keuch. Bos. 1. *quum* Ms. Voss. Faber in Agonist. p. 147. maluit *quibus*, vel *in quibus*.

1 *Dux esset Athen.* Ms. Ax.—2 Sic Ms. Dan. Mag. Mendos. Boecl. Leid.

NOTÆ

[c] *Obnixoque genu scuto*] De hoc habitu ad præliandum composito vide Marcellinum, et D. Ambrosium; cui Romani testudinem substituerunt.

[d] *Ut postea athletæ*] Ii dicebantur, qui certaminibus, quæ a Græcis ἀγῶνες εἰσελαστικοὶ vocantur, vicissent; ii et Gymnici, quia nudi pugnabant quinque certaminum generibus, luctatione, pugilatu, cursu, saltu, pancratio.

[e] *Ceterique artifices*] Quales sunt Scenici, Musici, Pantomimi, et alii ejusmodi.

[f] *Multa in Ægypto sua sponte gessit*] Id est, sine publica auctoritate. Tulit autem auxilium Ægyptiis, quorum tunc Rex erat Tachus; vel, ut Polyæno placet, Thamus, cujus filius Nectanebus, alias Nectenabus; quem non filium, sed sororis ejus filium vocat Plutarchus in Agesilao.

sit.[d 2] Nam Nectanabin[3] adjutum profectus, regnum ei[4] constituit.[e] Fecit idem Cypri,[g] sed publice ab Atheniensibus Evagoræ adjutor datus: neque prius inde discessit, quam totam insulam bello devinceret; qua ex re Athenienses magnam gloriam sunt adepti. Interim bellum inter Ægyptios et Persas conflatum est. Athenienses[5] cum Artaxerxe societatem habebant; Lacedæmonii cum Ægyptiis, a quibus magnas prædas Agesilaus rex eorum faciebat.[h] Id intuens[6] Chabrias, cum in re nulla Agesilao cederet, sua sponte eos[7] adjutum profectus,[i] Ægyptiæ classi præfuit; pedestribus copiis Agesilaus.

3. Tum præfecti regis Persiæ,[1] legatos miserunt Athenas questum, quod Chabrias adversum regem bellum gereret cum Ægyptiis. Athenienses diem certam Chabriæ præstituerunt,[2] quam ante domum nisi redisset, capitis se illum

[d] *Plurima ad Nilum privato jure fecit.* [e] *Illi principatum asseruit.*

1. 2. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Ald. [Bos. Stav. et seqq. fere omnes.] Sed *nulla in Æg. s. sp. g.* Ms. Ernst. *In Ægypto bellum sua sp. g.* Ms. Bav. 1. *in Æg. s. sp. quædam gess.* Ed. Long. *multa in Æg. s. sp. g.* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. [Wetz. Sed quod unum hoc bellum, in quo classi præfuit, a Plutarcho in vita Chabriæ c. 37. a Diod. Sic. xv. 92. et a Nepote commemoratur, τὸ *multa* neque addi neque ex præcedentibus repeti debet; sed subintelligendum est *bellum*.]—3 *Nectebenin* Ms. Dan. *Nectebenni* Ms. Bav. 1. *Neptenabum* Ms. Bav. 2. Ed. Jens. Med. Par. *Nectebenum* Ms. Voss. 1. 2. *Hecteben* Ms. Leid. 2. *Nectanabin* Ed. Heus. [Tzschuck. 2. Schmied. Heinr. et sic correxi: *Nectanebin* Ed. Ith. *Nectanebum* Ed. Long. Lamb. Bos. Stav. (qui ad ed. 2. et 3. defendit hanc scripturam, et appellat Wesseling. ad Diod. Sic. xv. c. 42. et 92.) Tzschuck. 1. Harl. Wetz. Brem. Paufl.] *Nectenabum* Ed. Patav.—4 *Ei* aberat a Ms. Voss. 2. Ax.—5 Sic Ms. Dan. Boecl. Voss. 1. 2. Ex. [Ed. Bos. 2. Stav. Heus. et seqq.] Sed *et Athen.* Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—6 *Id metuens* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax.—7 *Sponte ad adj.* Ms. Ax.

1. *Persæ* Ms. Bav. 1. 2. Ax. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. bene: ut '*Ægyptius* rex,' II. 2. et Nepos dicit *Persis*, non, *Persia*: v. Eumen. 7. et 8. *Perse* Ms. Boecl. *Perses* Ms. Leid. 2. in quo etiam erat *regii* pro *regis*. Mox q̃sitũ Ed. Arg.—2 *Præstiterunt* Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Arg. Ald.

NOTÆ

[g] *Fecit idem Cypri*] Pro, *in Cypro*; vel, *fecit idem Cypri Regi*.

[h] *A quibus magnas prædas Agesilaus rex eorum faciebat*] Sic Cicero in Verrem: maximos quæstus prædasque fecisse.

[i] *Sua sponte eos adjutum profectus*] Id est, sine suffragio et decreto populi, ut jam supra; nam Diodorus scribit eum ab Acoride fuisse arcessitum.

damnaturos denuntiarunt. Hec ille nuntio Athenas rediit, neque ibi diutius est moratus, quam fuit necesse. Non enim libenter erat ante oculos civium suorum:[3] quod et vivebat laute, et indulgebat sibi liberalius, quam ut invidiam vulgi posset[4] effugere. Est enim hoc commune vitium in[5] magnis liberisque civitatibus, ut invidia gloriæ comes sit;[6] et libenter de his[7] detrahant, quos eminere[8] videant altius: neque animo æque[9] pauperes alienam opulentium[10] intuuntur[11] fortunam.[j] Itaque Chabrias, quoad ei[12] licebat, plurimum aberat. Neque vero solus ille aberat Athenis libenter, sed omnes fere principes fecerunt idem:[13] quod tantum se ab invidia putabant futuros,[14] quantum a conspectu suorum recessissent.[15][k] Itaque Conon plurimum Cypri vixit, Iphicrates in Thracia, Timotheus Lesbi,[l]

Long. *prostituerunt* Ms. Ax.—3 *Suorum civium* Ms. Dan.—4 *Possit* Ms. Dan.—5 Hæc *vitium in* absunt ab Ed. Ultraj.—6 *Ut invidia gloria comes sit* Ms. Dan. Voss. 2. Ax. *et invidia gloriæ comes sit* Ms. Leid. 2. *Ut invidiæ gloriæ comes sit* Ms. Voss. 1. sed supra notatum *invidia.*—7 *De iis* Mss. Bav. [Gif. v. hujus indic. Lucret. in *Suaviloquus.*] Ed. Lamb. *his* Ed. Ultraj. Statim *detrahunt* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Patav. [Sed *detrahant* Ms. Dan. Bav. Ed. Gebh. Bos. et seqq.]—8 Sic Ms. Dan. Ax. Bav. Sed *emergere* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Patav. Statim *vident* Ed. Ultraj. [*viderint* Ed. Long.] —9 *Æquo animo* Ms. Ax.—10 *Opulentum* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Pat. sed *opulentium* etiam Ms. Dan. Gif. Bav. Put. Sav. [Riclef. et ante eum Scheffer. in Obss. misc. vol. IX. tom. 2. p. 210. voc. *opul.* tanquam superfluum ideoque spurium uncis inclusit; sed immerito, arbitror.] —11 Sic Ms. Dan. Gif. Bav. Mendos. Voss. 2. Leid. 2. [Ed. Bos. 2. Heusing. Stav. Tzschuck. quem vid. ad ed. 2. Bip. Ith. Brem. Harl.] Sed *intuentur* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Bos. 1. [Schmied. Wetz. Sed Heusing. 'mirum vero est,' ait, 'si Nepos obsoleti verbi forma uti voluit, cur non dixerit potius *intuantur*, cum conjunctivum exigat sententia. Fortasse omnia hæc *neque animo....intuuntur fortunam* ab aliquo allita sunt, qui probatis sibi gnomis similes apponere licitum putavit.' At vereor, ut hoc sit probabile.]—12 *Quoad lic.* Ms. Boecl. *quo ei lic.* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ax.—13 Hæc *fecerunt idem* aberant a Ms. Mendos.—14 Sic etiam Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. [Ed. Long. Bos. cum plurimis seqq.] Sed *se futuros* Ms. Ax. *afuturos* Ed. Lamb. Gebh. Keuch. qui sic legendum censet: *abfuturos* Ed. Paris. Steph. Mag. Patav. [Brem. Wetz. atque Heusing. in not. non rejicit.] *affuturos* Ed. Ald.—15 *Recesserint* Ms. Dan. Ax. Mox *Threcia* Ms. Dan.—16 *Lesbo*....

NOTÆ

j *Opulentium intuuntur fortunam*] Pro *opulentorum*: opulens, pro opulentus, ex Ausonio: 'Non opulens nec egens, parcus sine sordibus egi.' Violens, pro violentus, ex Horatio Od. III. 30.

k *Quantum a conspectu suorum recessissent*] Quia subductio sui ab oculis vulgi lividi omnem invidiæ viam præcidit.

Chares in Sigeo.[16 m] Dissimilis quidem Chares[n] eorum[17] et factis et moribus, sed tamen Athenis et honoratus et potens.

4. Chabrias autem periit bello sociali tali modo. Oppugnabant Athenienses Chium:[1 o] erat in classe Chabrias privatus, sed omnes, qui in magistratu erant, auctoritate anteibat; eumque magis milites, quam qui præerant, aspiciebant. Quæ res ei[2] maturavit mortem. Nam dum primus studet portum intrare, et[3] gubernatorem jubet eo dirigere navem, ipse sibi perniciei[4] fuit. Cum enim eo penetrasset, ceteræ non sunt secutæ. Quo facto circumfusus hostium concursu, cum fortissime pugnaret,[5] navis rostro percussa, cœpit sidere.[6 p] Hinc refugere cum posset,[7] si

---

Sygæo Ms. Dan. Gif. Voss. 2. Leid. 2. Ed. Arg. Etiam in Ed. Jens. Med. Long. Mag. est *Sygæo*. [Sed ego cum Heusing. Stav. 3. et reliquis reddidi *in Sigeo*, quia in Græcis scribitur Σίγειον: v. Stav. ad ed. 3. qui de hoc Troadis promontorio, hod. *Iannizari*, cum urbe cognomine, quæ h. l. innuitur, et lectione loci copiose agit, laudatque Herodot. v. c. 65. et 91. et interpret. ad c. 95. atque Hemsterh. ad Luciani Contempl. tom. I. p. 520. aliosque.] *Lesbo.... Sigæo* Ms. Ax. *in Sigæo* Ed. Par. [Kench. Lamb. Bos. Stav. 1. 2. Harl. Bipont. Brem. Schmied.] *Leisb* Ed. Med. librariorum peccato.—17 *Horum* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Keuch. Heus. [Ith. Bip. Heinr. Wetz. Schmied.] Statim *et factis* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Heus. [Tzschuck. Ith. Bip. Heinr. Schmied. Wetz. et ego addidi; verum τὸ *et* prius omittitur in ed. Bos. Staver. Harl. Brem.]

1 *Chyum* Ed. Arg.—2 *Ei* aberat a Ms. Leid. 2. Statim *mortem maturavit* Ms. Voss. 2. Ax.—3 *Et* aberat a Ms. Voss. 2. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—4 *Perniciei sibi* Ms. Ax.—5 *Pugnarent* Ed. Jens. Med.—6 *Fidere* Ms. Voss. 1. Mendose.—7 Sic Ms. Gif. Sed *cum ref. posset* Ms. Dan.

NOTÆ

l *Timotheus Lesbi*] De Timotheo mox. Lesbos insula est, de qua supra.

m *Chares in Sigeo*] Chares, Atheniensium Dux, in promissis facilis et promtus; unde istud, 'Charetis pollicitationes.' Suidas. Sigeum Idæ promontorium est; Arist. animalium lib. v. Ælianus vero et Pomponius oppidum dicunt. Apud Strabonem lib. XIII. tamen duo sunt ejus nominis oppida, sibi vicina; ut est apud Plinium.

n *Dissimilis quidem Chares*] Super ea re Diodorum et Plutarchum in Apophthegm. consule.

o *Oppugnabant Athenienses Chium*] Chius insula est Ionum clarissima, prope Erythras urbem minoris Asiæ. Vide Plin. lib. v. 31.

p *Navis rostro percussa, cœpit sidere*] Pro, pessum ire, et demergi; nam sidere anchoræ dicuntur quæ fundo infixæ hærent; unde illud Poëtæ Horatii, 'Priusque cœlum sidet inferius mari.' Et apud Senecam Rhet. Sua-

se in mare dejecisset,[q] quod suberat classis Atheniensium, quæ exciperet[8] natantes;[9] perire maluit, quam armis abjectis[r] navem relinquere, in qua fuerat vectus.[10] Id ceteri facere noluerunt, qui nando in tutum pervenerunt. At ille præstare honestam mortem existimans turpi vitæ,[11] comminus[12] pugnans telis hostium interfectus est.

Bav. 1. 2. Ed. Patav. *ref. cum non posset* Ms. Voss. 2. Ax. *cum ref. non posset* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Statim *nisi* Ed. Ald. Mag. Lamb. Steph. Tum *in mari* Ms. Voss. 2.—8 *Acciperet* Ms. Voss. 1.—9 *Natantis* Ms. Gif. [Ed. Bos. 2. Stav. Tzschuck. Harl.] Sed *natanteis* Ms. Dan. *natantes* Ed. Heus. [Heinr. Schmied. Wetz. v. supra ad x. 4.] *natantem* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Ith.]—10 Hæc verba *in qua fuerat vectus*, glossema esse censet Oudendorp. ap. Staver. sed recte dissentiente Tzschuckio ad ed. 2. Atque in nostro hinc inde quædam redundare solent.] —11 *Turpi vitæ exist.* Ed. Steph. Gebh. Keuch.—12 *Cominus* Ed. Med. Arg. Long. Mag. Patav. [Heinr. Tzschuck. Schmied. et ego correxi pro *comminus* in Ed. Lamb. Bos. Heus. et rell. Hensing. tamen tuetur scripturam *comminus*, quod sit a *con* et *manus*. Fischer ad h. l. in libello varr. lectt. ea, quæ sequuntur, manu ascripsit: 'Hactenus contuli cum edit. Patav. quia ex his jam putabam de diligentia posse judicari.' Et tamen postea sæpius attulit lectt. illius edit.

NOTÆ

soriarum I. 'Accumulat fragor ipse metus, jam sidere limo Navigia, et rapido desertam flamine classem.'

[q] *Hinc refugere cum posset, si se in mare dejecisset*] Alii, cum negatione, leguntque, *hinc cum refugere non posset, nisi se in mare, &c.* utrumque non improbandum mihi videtur.

[r] *Quam armis abjectis*] Quia probrum erat, et dedecus militare.

XIII.

TIMOTHEUS.[1]

ARGUMENTUM.

Cap. 1. Ejus virtutes et facta bellica. 2. Ipsi, Lacedæmoniorum victori, statua ponitur. 3. Senex Menestheo prætori in consilium datur. A Charete, prætore, accusatus damnatur. 4. Filius ejus Conon muros reficere cogitur. Singularis amicitiæ testimonium Jasonis erga Timotheum.

Timotheus, Cononis filius,[a] Atheniensis. Hic a patre acceptam gloriam multis auxit virtutibus. Fuit enim disertus,[b] impiger, laboriosus,[c] rei militaris peritus, neque minus civitatis regendæ. Multa hujus sunt præclare facta, sed hæc maxime illustria. Olynthios et Byzantios[2][d] bello subegit. Samum cepit: in qua oppugnanda[3] superiore[4] bello Athenienses mille et ducenta talenta consumserant:[5]

1 *Timothei vita* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—2 *Bizant.* Ed. Arg.—3 *In quo oppugnando* Ms. Leid. 2. Dan. Mendos.—4 *Superiori* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Keuch. Patav. [Sed *superiore* Ed. Bos. et seqq. Bene. Nam comparativorum sextus casus rectius in *e* terminatur: v. Bentlei. ad Horat. Serm. 1. 9. 68. et Gruner. ad Vellei. Paterc. II. 4. p. 87.]—5 *Consumserunt* Ms. Ax. et statim *hanc ille* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch.

NOTÆ

[a] *Cononis filius*] Ex Threicia pellice, quæ postea modestiæ exemplum evasit. Athenæus lib. XIII. 13.

[b] *Fuit enim disertus*] Idem testatur Cicero de Offic. l. I. 'Africanus,' inquit, 'cumulavit bellicam gloriam; quod idem fecit Timotheus Cononis filius: qui cum belli laude non inferior fuisset quam pater, ad eam laudem doctrinæ et ingenii gloriam adjecit.'

[c] *Laboriosus*] Φιλόπονος, seu laboris amicus.

[d] *Olynthios et Byzantios*] Olynthus, urbs Thraciæ, olim Atticæ ditionis. De Byzantio jam supra dictum est.

id ille sine ulla publica impensa populo restituit. Adversum Cotym[6] bella gessit,[e] ab eoque[7] mille et ducenta talenta prædæ in publicum retulit.[8] Cyzicum obsidione liberavit.[f] Ariobarzani[9] simul cum Agesilao[g] auxilio profectus est: a quo cum Laco[h] pecuniam numeratam accepisset, ille cives suos agro atque urbibus augeri maluit, quam id sumere, cujus partem domum suam ferre posset.[10] Itaque accepit Crithoten[11] et Sestum.[i]

2. Idem classi præfectus circumvehens[1] Peloponnesum, Laconicam[2] populatus, classem eorum fugavit. Corcyram

Patav. [sed id per synesin, sc. argentum sive argenti pondus, bene se habet.]—6 *Cothum* Ms. Ax. *Cotum* Ms. Dan. Ed. Jens. Med. Arg. Par. [Stav. 3. Tzschuck. 1. 2.] *Cotyn* Ed. Long. Mag. Steph. Gebh. [Wetz. et malit Heus. qui tamen, uti reliqui, edidit *Cotym*:] v. Ducker. ad Flor. IV. 2. *Cholum* Ms. Voss. 1. in quo ipso libro pro *adversum* erat *adversus*, ut in Ed. Long. Steph. Gebh. Keuch. [Wetz.]—7 *Ab eo* Ed. Par. Ald. Lamb.—8 Sic etiam Ms. Dan. Ax. Voss. 2. Ed. Bos. 1. 2. Keuch. Ultraj. Heus. [Wetz. Ith. Bipont. Brem. Schmied.] Sed *detulit* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Stav. 1. 2. 3. Patav. [Harl. Tzschuck. 1. 2. qui tamen in not. *retulit* in hoc nexu melius esse censet:] *detulit* probat Grævius ad Cic. de Offic. II. 22. Statim *Cyzicum* Ms. Voss. 1. *Cizicum* Ed. Jens. Med. Arg.—9 *Ariobarzanum* Ed. Jens. Med.—10 *Possent* Ms. Ernst. Leid. 2. *quisque ferre posset* Ms. al. marg. [Atqui *possent* Tzschuck. in not. ad ed. 1. probarat; sed in not. ad ed. 2. tuitus est et recte explicuit cum Heusing. et Harl. (quem vid.) vulgatam lect. *posset*.]—11 Ita conjecit Gebh. [quem Bos. in ed. 2. et sequentes sunt secuti.] Sed *Erithonem* Ms. Dan. *Chrithonem* Ms. Gif. Mendos. Leid. 1. *Critonem* Ms. Voss. 1. *Chrythonem* Ms. Leid. 2. *Erichthonem* Ms. Voss. 2. Ed. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. Mox *Sextum* Ms. Ax. Voss. 1. 2. Dan. Mendos. Gif. Ed. Mag. *Sestæ* Ed. Ald.

1 *Circunvehens* Ed. Jens. Med. Ald.—2 *Laconitem* Ms. Leid. 2. *Laconicem* Ed. Jens. Med. Arg. Par. *Laconicen* in forma Græca Ms. Ax. [Ed. Long.

NOTÆ

[e] *Adversum Cotym bella gessit*] Vel *Cotyn*; quidam etiam *Cotum*, ut supra in Iphicrate. Hic Paphlagonum, ille Thracum rex fuit.

[f] *Cyzicum obsidione liberavit*] Cyzicus, urbs antiqua in Mysia ad Propontidem, juxta Ptolemæum, et alios.

[g] *Ariobarzani simul cum Agesilao*] Ariobarzanes ille Persarum Regis Satrapes fuit, qui jampridem a Rege defecerat.

[h] *A quo cum Laco*] Agesilaus designatur.

[i] *Itaque accepit Crithoten et Sestum*] *Erichthonem*, ut quidam legunt, Abydi synonymum esse conjicit Abrahamus Ortelius. Sunt qui *Erithonem* et *Sextum* legant; quidam etiam *Crithonem*. Est Crithote urbs in Chersoneso Thraciæ, quam Athenienses, Miltiade Duce, incoluerunt, ut supra dictum est in Miltiade, Suida et Stephano testibus. Sestus vero ad Hellespontum Abydo objecta in eadem Chersonese sita, ut jam dictum est.

sub imperium Atheniensium redegit;[j] sociosque idem[3] adjunxit Epirotas,[k] Athamanas,[4][l] Chaonas, omnesque eas gentes, quæ mare illud adjacent.[m] Quo facto Lacedæmonii de diutina contentione destiterunt,[5] et sua sponte Atheniensibus imperii maritimi principatum[n] concesserunt; pacemque his legibus constituerunt, ut Athenienses mari duces essent. Quæ victoria tantæ fuit Atticis lætitiæ, ut tum primum aræ PACI publice sint factæ,[6][o] eique Deæ pulvinar sit institutum.[p] Cujus laudis ut memoria maneret, Timotheo publice statuam in foro posuerunt:[q] qui honos huic uni ante hoc tempus[7] contigit, ut, cum patri populus

Stav. 3. Tzschuck. et sic legere etiam vult Heusing. in not.]—3 *Eidem* Ms. Leid. 2. [Heusing. non male conjecit *iidem*, pro *eisdem*, scil. Atheniensibus.]—4 Sic etiam Ed. Mag. (in qua quidem vitiose *Athamanos*; sed e notis Magii intelligitur, eum voluisse edi *Athamanas*,) Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Sed *Atamanas* Ed. Ald. *Athamanas* Ms. Ax. *Athamattas* Ms. Dan. *Athamantias* Ms. Voss. 1. *Athamantios* Ed. Jens. Med. Arg. Par. *Acharnanas* Ed. Bos. 1. *Acharmanas* est in Ed. Boecl. etiam Bos. 2. haud dubie operarum errore, quod notæ Bosii satis declarant. *Acarnanas* Ed. Long. in quo mox est *Chaones*, ut in Ed. Arg. Par. et Ms. Ax.—5 *Destituerunt* Ed. Long. operarum peccato.—6 *Pacis publicæ f.* Ms. Leid. 2. *paci publicæ s. f.* Ms. Ax. Ed. Long. Mag. Keuch. Patav. Mox *pulvina* Ms. Leid. 2.—7 *Ante id tempus* Ms. Boecl. Ax. Dan. Leid. 2. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. [et tuetur explicatque *eo tempore* Schmied. in Lex. Corn. p. 86. uti jam rescripserat antea et interpretatus erat Heus. quem vid. Etiam dare voluisse Stav. ex ejus nota ad ed. 2. colligitur:] *ante tempus* Ed. Ald. Statim *contigit nemini* Ed. Steph.—

NOTÆ

[j] *Corcyram sub imperium Atheniensium redegit*] Insula est in Ionio mari, nunc vulgo *Corfu*; ut supra.

[k] *Adjunxit Epirotas*] Epiri regionis Græciæ versus Adriaticum mare incolas, qui primo Pyrrhidæ dicti sunt.

[l] *Athamanas*] Quidam *Athamatas*; alii *Athamantios*; alii *Acarnanas*; ex Diodoro, quod non improbo, quia in eo tractu nulli inveniuntur populi qui superioribus nominibus cogniti fuerint. De Acarnanibus autem jam dictum est.

[m] *Quæ mare illud adjacent*] Antiqua loquendi forma; pro, quæ mari illi, vel, ad mare illud, adjacent.

[n] *Imperii maritimi principatum*] Quem per septuaginta quinque annos servaverunt, postquam diu de illo cum Lacedæmoniis Athenienses contendissent.

[o] *Aræ* PACI *publice sint factæ*] Aras paci jam positas post victoriam Cimonis in Persas ad Eurymedontem scribit Plutarchus in Cimone, quod Nepoti repugnare videtur.

[p] *Eique Deæ pulvinar sit institutum*] Quod apud Romanos in more positum est, ut et apud Græcos, ex Livio, et aliis qui frequenter de Lectisterniis loquuntur, seu sacris pulvinaribus.

[q] *Timotheo publice statuam in foro posuerunt*] Statuam hanc inter eas numerat Pausanias quæ in Arce Minervæ positæ sunt.

statuam posuisset, filio quoque[8] daret. Sic juxta posita recens filii veterem patris renovavit memoriam.[9 r]

3. Hic cum esset magno natu, et magistratus gerere desisset,[1] bello Athenienses undique premi[2] sunt cœpti. Defecerat Samus: descierat[3] Hellespontus:[s] Philippus jam tum[4] valens[t] [Macedo][5] multa moliebatur;[a 6] cui oppositus Chares cum esset,[u] non satis in eo præsidii putabatur. Fit Menestheus[7] prætor,[v] filius Iphicratis,[8] gener Timothei, et, ut ad bellum[9] proficiscatur, decernitur. Huic in consilium[10] dantur duo usu sapientiaque[11] præstantes, [quorum consilio uteretur,][12] pater et socer:[w] quod in his tanta erat[13] auctoritas, ut magna spes esset, per eos amissa[14] posse recuperari. Hi cum Samum profecti essent, et eodem Chares,

[a] *Philippus Macedo, jam tum potens, plurima machinabatur.*

8 *Quodque* Ms. Voss. 1.—9 *Memoriu* Ed. Ald. Mag.

1 *Desiisset* Ed. Long. *descisset* Ms. Voss. 2.—2 *Præmi* Ed. Arg. et in Ald. Mox *cepti*.—3 *Desierat* Ms. Voss. 2.—4 *Tunc* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Lamb. Keuch.—5 Absunt unci in ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Wetz. Schmied. Neque Kappio voc. *Macedo* ejiciendum neque suspectum videtur.]—6 *Molibatur* Ms. Dan. *jam tum val. Macedo jam tum multa mol.* Ms. Ax.—7 *Menesteus* Ms. Voss. 1. *Mnestheus* Ed. Ultraj. Long. Mag.—8 *Hippacratis* Ms. Voss. 1. sed in marg. 'al. *Hyphicratis*.'—9 Sic etiam Ms. Voss. 1. 2. Ax. Leid. 2. sed *et ad b*. Ms. Boecl. Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag. Tum *proficiscitur* Ed. Jens. Med. Par. —10 *In consilio* Ms. Boecl. Voss. 2. [idque non repudiandum judicat Scheffer. in Obss. misc. Belg. vol. IX. tom. 2. p. 210.]—11 Sic Ms. Dan. Boecl. Sed *et sapientia* Edd. nostri omnes, præter Stav. 1. 2. 3. [Brem. Tzschuck. 1. 2.]—12 Absunt unci ab Edd. nostris cunctis præter Bos. 1. 2. Stav. 1. 2. 3. [Ith. Wetz. Tzschuck. 1. 2. Harl. Bipont. Schmied. Paufl.]—13 *tanta esset* Ms.

NOTÆ

[r] *Veterem patris renovavit memoriam*] In aliis legitur *memoria*, quasi dicas, Recens filii statua veterem patris statuam memoria renovavit; quod parum mihi probandum videtur.

[s] *Descierat Hellespontus*] Id est, ora Hellespontiaca ab Atheniensium partibus defecerat.

[t] *Philippus jam tum valens*] Alexandri Magni pater.

[u] *Cui oppositus Chares cum esset*] Hunc Atheniensium Ducem segnem, tardum, deliciisque affluentem scribit Athenæus, lib. XII. 15. et Theopompus lib. XLV. Plutarchus vero in Phocione sic de eo censet: 'Charetem itaque populus non tam suo merito, quam Oratorum ambitione, et studiis partium, huic expeditioni præficiunt.'

[v] *Fit Menestheus prætor*] Menestheus Iphicratis filius, de quo jam supra in Iphicrate.

[w] *Pater et socer*] Id est, Iphicrates et Timotheus.

adventu eorum cognito,[15] cum suis copiis proficisceretur, ne quid absente se gestum videretur; accidit, cum ad insulam appropinquarent, ut magna tempestas oriretur: quam evitare duo veteres imperatores utile arbitrati, suam classem suppresserunt.[b 16] At ille, temeraria usus ratione, non cessit majorum natu auctoritati: et, ut in sua navi[17] esset fortuna, quo contenderat, pervenit; eodemque ut sequerentur, ad Timotheum et Iphicratem[18] nuntium misit. Hinc male re gesta, compluribus amissis navibus, eodem, unde erat profectus, se recepit, literasque Athenas publice misit, sibi proclive fuisse Samum capere,[c] nisi a Timotheo et Iphicrate desertus esset.[19] Ob eam rem in crimen vocabantur. Populus acer, suspicax, mobilis, adversarius, invidus etiam potentiæ, domum revocat: accusantur prodi-

[b] *Naves suas continuerunt.* [c] *A se facile Samum capi potuisse.*

Boecl.—14 *Admissa* Ms. Ax.—15 *adv. cognito* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Ald. Mag. *adv. illorum cogn.* Ms. Leid. 2. Ed. Arg. Long. *illorum adv. cognito* Ms. Ax. Dan. Mendos. *eorum adv. cogn.* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. *eorum* uncis inclusit Heus. ['Possit abesse,' ait Tzschuck. 'neque tamen, ut similia alia, necessario et jure abest.' At, quia modo abest, modo alio legitur ordine, modo *illorum* scriptum est, τὸ *eorum* suspectum esse videtur.]—16 *Repres-serunt* Ms. Mendos. Paulo ante τὸ *utile* omisit Ed. Mag.—17 Sic etiam Ms. Mendos. Bav. 1. Voss. 2. Ed. Arg. Ultraj. Long. Steph. Gebh. Keuch. Bos. 1. 2. [Stav. 1. 3. Bipont. Paufl. Tzschuck. Brem.] *et ut in sua manu* Ms. Dan. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Heus. [qui, quod plures erant naves, quibuscum Chares ad insulam accesserat, non una, nec fortunam *in navi esse*, a Latinis dici putat, tuetur *manu*, Ed. Ith. Schmied.] *et ut si in sua manu* Ed. Ald. Lamb. Patav. [Wetz.] *et ut sua navi* Ms. et Ed. Boecl. *et in sua manu* Ed. Jens. Med. *et tanquam in sua manu* Ed. Par. *et ut si in sua navi* Ed. 2. Stav. [Harl. Heinr.] quod placet. V. Dat. 3. et 11. Ages. 4. et 6. [et sic legere jam maluit Scheffer. in Obss. misc. Belg. vol. IX. tom. II. p. 210. Heinr. haud male suspicatus, *ut si in navi esset sua fortuna*, eo putat majorem sententiæ venustatem esse accessuram; Tzschuck. ad ed. 2. τὸ *si* lubens amplecteretur, si in vett. libris adesset; sed recte defendit *navi*.]—18 *Hippocratem* (ut sect. 2.) et mox *Hippocrate* Ms. Voss. 1. sed supra notatum erat *Hiphicratem*, et dein *Hiphicrate*.—19 Asteriscus abest ab Edd. nostris omnibus. [Sed est in Bos. 2. Stav. 1.] In Ms. Dan. Boecl. Voss. 1. Leid. 1. 2. legitur locus sic: *populus acer, suspicax, ob eamque rem mobilis, adversar. inv.* [Scheffer. quem vid. in Obss. l. c. p. 211. τὸ *invidus* omittit] *et jam pot. in crimen vocabantur domum rev.* Sed a Ms. Voss. 2. aberant verba: *ob eam rem in crimen vocabantur.* Heusinger. inde illa verba inclusit uncis: [sed dissentit ab eo Staver. ad ed. min. At Bremi quoque illa verba censet ab alio fuisse interpretationis loco ascripta.] Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. *populus acer, suspicax, ob eamque rem mobilis, adversarius, invidus etiam potentiæ: in crimen vocabatur:* [Ed. Arg. *vocabantur.*] *Domum revocat: accusantur* [accusatur Ed. Par. Ald.] *proditionis.* In Ms. Mendos. erat *in crimen vocabant:* Ed. Long. *ob eam rem in cr. vocabantur. Nam pop. ac. susp. mob.*

tionis.[d] [20] Hoc judicio damnatur Timotheus,[x] lisque ejus æstimatur[21] centum talentis. Ille odio ingratæ civitatis coactus, Chalcidem[22] se contulit.[y]

4. Hujus post mortem cum populum judicii sui pœniteret,[1] mulctæ novem partes[2] detraxit, et decem talenta Cononem filium ejus[3] ad muri quandam partem reficiendam jussit dare. In quo fortunæ varietas est animadversa. Nam quos avus Conon muros ex hostium præda patriæ restituerat, eosdem nepos, cum summa ignominia familiæ, ex sua re familiari reficere coactus est. Timothei autem moderatæ sapientisque vitæ cum pleraque possimus[4] proferre testimonia, uno erimus contenti; quod ex eo facile conjici poterit, quam carus[5] suis fuerit. Cum Athenis adolescentulus causam diceret, non solum amici privatique hospites ad eum defendendum convenerunt, sed etiam in eis Jason tyrannus,[6] [z] qui illo tempore fuit omnium potentissimus. Hic cum in patria sine satellitibus se tutum non arbitrare-

[d] *Ut rei accusabantur.*

adv. inv. etiam pot. confestim eos domum rev.—20 *Prodictionis* Ms. Voss. 1.—21 *Existimatur* Ms. Voss. 2.—22 *Chalciden* Ed. Long. *Chachidem* Ms. Voss. 1.

1 Sic Ms. Mendos. Dan. [Ed. Bos. et sqq.] Sed *cum populum sui judicii pœnitebat* Ms. Leid. 1. *populus, cum eum jud. sui p.* Ed. Lamb. Pat. *cum populus judicii sui p.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—2 *Partis* Ed. Jens. Med. Gebh.—3 *Ejus filium* Ed. Lamb.—4 Ita etiam Ms. Dan. Voss. 1. Ed. Lamb. [Bos. 2. Stav. Harl. Brem. Heinr. Tzschuck. Schmied.] Sed *cum complura possumus* Ms. Voss. 2. Ed. Boecl. Keuch. Bos. 1. *cum pleraque possumus* Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Long. Mag. Patav. *cum plura possimus* Ms. Ax. Ed. Heus. [Ith. Wetz., qui vulgatum ineptum esse pronuntiat, nec damnat τὸ *plura* Tzschuck. ad utramque edit. ratus id apte spectare τὸ *uno*.] Male: *nam plerique* sunt sæpe *multi*: v. Rucker. tom. 1. Diss. Belgic. p. 309. [Add. Stav. ad ed. min.]—5 Ed. Jens. Med. [Heus. et recentt. recte: *charus* in multis edd. etiam Stav.]—6 *Jason tyran. Thessaliæ* Ms. Dan. Leid. 1. *Lason tyr.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. *Jason tyr. Thessalorum* Ed. Long. [Atque Stav. ad ed. min. addendum putat *Thessaliæ* vel *Thessalorum*, ut ab aliis distinguatur, et

NOTÆ

[x] *Hoc judicio damnatur Timotheus*] Quia etsi una cum illo Iphicrates accusatus fuisset, tamen absolvitur, ut supra in Iphicrate.

[y] *Chalcidem se contulit*] Urbem Eubœæ ad Euripum; unde Virg. Æneid. VI. 'Chalcidicaque levis tandem super astitit arce.'

[z] *Jason tyrannus*] Non clarus ille Argonautarum Dux, sed, ut quidam volunt, Thessalorum tyrannus, cujus meminerunt Xenophon, Diodorus, Plutarchus, et alii complures.

tur, Athenas sine ullo præsidio venit;[7] tantique hospitem fecit, ut mallet se capitis periculum adire, quam Timotheo de fama dimicanti deesse. Hunc adversus tamen Timotheus postea populi jussu bellum gessit; patriæque[8] sanctiora jura, quam hospitii, esse duxit.[a] Hæc extrema fuit ætas imperatorum Atheniensium, Iphicratis, Chabriæ, Timothei: neque post illorum obitum quisquam dux in illa urbe fuit dignus memoria.

de eo fusius disserit.]—7 *Tὸ venit* aberat a Ms. Voss. 2.—8 *Patriæ* Ms. Dan. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. *patriæ enim* Ed. Long. Mag. Steph. Gebh.

NOTÆ

[a] *Patriæque sanctiora jura, quam hospitii, esse duxit*] Quod ei veluti probrum aliquod objicit Æschines Orat. *περὶ παραπρεσβ.*

XIV.

DATAMES.[1]

ARGUMENTUM.

Cap. 1. Inter barbarorum duces facile clarissimus. Bello contra Cadusios meretur, partem Ciliciæ. 2. Thyum dynasten Paphlagoniæ vivum capit. 3. Captum ad regem adducit. Copiis ad bellum Ægyptium præficitur. 4. Revocatur. Aspim Cappadocem capit. 5. Aulicorum insidias edoctus, Cappadociam sibi et Paphlagoniam occupat. 6. In bello adversus Pisidas amittit filium. Proditores et hostes Pisidas superat. 7. A filio natu maximo proditur. 8. Ducem Persarum, contra se missum, vincit. 9. Regis insidias callide declinat. 10. Mithridatis dolo capitur. 11. In colloquio per fraudem occiditur.

Venio nunc ad fortissimum virum, maximique consilii, omnium barbarorum; exceptis duobus Carthaginiensibus,[2] Hamilcare et Hannibale.[3] De quo hoc plura referemus,[4] [a] quod et obscuriora[5] sunt ejus gesta pleraque;[6] et ea, quæ prospere ei cesserunt, non magnitudine copiarum, sed consilii, quo tum omnes[7] superabat, acciderunt. Quorum nisi

1 *Datamis vita* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—2 In quibusd. *Carthaginensibus*: v. ad x. 1. sub fin.—3 *Amilcare et Anybale* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Etiam in Ed. Lamb. est *Annibale*. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. *Hamilchare*. [De scriptura voc. *Hannibal* v. Cellarii Orthogr. lat. p. 245. ibique Harl. et Arntzen. ad Aurel. Victor. de viris ill. cap. 14. p. 103. et infra Bos. ad xxiii. 1.]—4 *De hoc plura feremus* Ms. Dan. *de quo hoc plura feremus* Ms. Voss. 1. *de quo hæc plura ferremus* Ms. Ax. *de hoc plura referemus* Ed. Long.—5 *Quod obsc.* Ms. Ax.—6 *Pluraque* Ms. Voss. 2. Ax.—7 Sic Ms. Boecl. Ax. Voss. 1. 2. Ed. Long.

NOTÆ

[a] *De quo hoc plura referemus*] Hinc omnes fere editiones incipiunt præter Lambinianam, quæ ab his verbis incipit; *Venio nunc ad fortissimum virum, &c.* quæ verba membranæ veteres Timotheo ascribunt.

ratio explicata fuerit, res apparere non poterunt. DATAMES patre[8] Camissare, natione Care,[9] matre Scythissa[c] natus, primum militum numero fuit apud Artaxerxem eorum, qui regiam tuebantur.[10] Pater ejus Camissares, quod[11] et manu fortis et bello strenuus, et regi multis locis fidelis erat repertus, habuit provinciam, partem Ciliciæ[12 d] juxta Cappadociam, quam incolunt[13] Leucosyri.[e] Datames militare munus fungens primum, qualis esset, aperuit[14] in bello, quod rex adversus Cadusios[15 f] gessit. Namque hic, multis millibus

Boecl. [Bos. 1. 2. Wetz. Schmied. Pauli. *tunc* Ed. Tzsch. 2.] Sed *quo tamen omnes* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Mag. *quo tantum non* (h. e. fere, propemodum) *omnes* Ed. Lamb. ex conjectura Tevenini, Steph. Gebh. Keuch. Stav. 1. 2. 3. Heus. Patav. [Ith. Harl. Brem. Bipont. Heinr.] Tuetur Gronov. et multis illustrat exemplis Drakenb. ad Liv. IV. 2. 12.—8 Ab his verbis incipit vita Datamis in Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ax. Mendos. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Superiora leguntur annexa vitæ Timothei. Lambin. primus huc videtur transtulisse. [Atque Tzschuckio bene videtur Nepos præfationis loco hæc apposuisse.] *Dathames* Ms. Leid. 2. et *Camisare* Ms. Dan. ubique, Voss. 1. *Chamissare* Ms. Leid. 2. Ed. Arg. Par. *Chamisare* Ms. Voss. 2.—9 *Chare* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. et *nactione* Ms. Voss. 2. tum *Scytissa* Ms. Voss. 1. Dein *Artoxerxem* Ed. Par.—10 *Turbantur* Ms. Voss. 1.—11 *Quin et* Ms. Voss. 1. *quot et* Ed. Ald.—12 Sic Ms. Dan. (in quo tamen erat *Cilitiæ*,) Mendos. Voss. 1. 2. Leid. 2. [Thott.] Sed *provinciam Ciliciæ* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Patav. [Heusing. conjecit vel *habuit provinciam Ciliciæ juxta ac Cappadociæ*, vel, si voc. *partem* retinere malimus, *Ciliciæ partem juxta ac Cappadociam*. Sed Tzschuck. ad ed. 2. recte tuetur vulgatam lect. propter Leucosyros, Syrorum reliquias in ea Cappadociæ parte, &c. add. Harl. et Schlegel. diss. cit. p. 84. sq. de lato voc. Syrorum significatu et de Leucosyris.]—13 *Colunt* Ms. Ax. —14 Sic Ms. Dan. Mendos. Ed. Ultraj. [Bos. Harl. Wetz. Tzschuck. 1. 2.] Sed *apparuit* Ms. Ax. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Heus. Patav. [Ith. Bipont. Schmied. Pauli.] Statim *in bello* etiam Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Dan. [Ed. Long. Lamb. Bos. et rell.] Sed *bello* Ed. Steph. Gebh. Keuch.—15 *Gadusios* Ms. Voss. 1. Dan. Ed. Jens.

NOTÆ

[c] *Datames patre Camissare, natione Care, matre Scythissa*] Id est, cujus pater Camissares ex Caria natus erat, mater ex Scythia. Porro Caria nunc vulgo *Lango*, regio minoris Asiæ, inter Lyciam et Ioniam. Vide Plin. lib. III. 27.

[d] *Habuit provinciam, partem Ciliciæ*] Quidam legunt, *habuit provinciam Ciliciæ*; quod minus probo, quia Leucosyri non omnem Ciliciam incolebant, sed partem tantum, cui præpositus est. Cilicia autem, nunc vulgo *Caramania*, regio est minoris Asiæ Tauro monti subjecta.

[e] *Juxta Cappadociam, quam incolunt Leucosyri*] Cappadocia est regio Pontica, quam Euphrates a majore Armenia dividit. Leucosyri vero eam Cappadociæ partem incoluerunt, quæ circa ostia Thermodoontis. Plin. l. VI.

[f] *Adversus Cadusios*] Sunt Mediæ populi ad Caspium mare. Vide Strab. lib. XI.

regiorum interfectis, magni fuit ejus opera.[16] Quo factum est, ut,[17] cum in eo bello cecidisset Camissares, paterna ei traderetur provincia.

2. Pari se virtute postea præbuit, cum Autophradates[1] [g] jussu regis bello persequeretur[2] eos, qui defecerant. Namque ejus[3] opera hostes, cum castra jam intrassent, profligati sunt, exercitusque reliquus conservatus regis est:[4] qua ex re majoribus rebus præesse cœpit.[5] Erat eo tempore Thyus[6] dynastes Paphlagoniæ,[h] antiquo genere natus[7] a Pylæmene[8] illo, quem Homerus Troico bello a Patroclo[9] interfectum ait.[i] Is regi[10] dicto audiens non erat. Quam ob causam[11] bello eum persequi constituit, eique rei præ-

Med. Arg. *Candusios* Ms. Voss. 2.—16 *Namque hic...opera.* Sic Ms. Leid. 1. Bav. 1. 2. Boecl. Ax. Voss. 2. (in quo tamen scriptum erat *milibus.*) [Ed. Bos. Heus. et seqq.] *n. h. multis millibus interfectis...opera* Ms. Dan. Ed. Gebh. Keuch. Patav. *n. h. multis militibus regiorum interfectis...opera* Ms. Leid. 2. *multis militibus interfectis* Ms. Voss. 1. Longolius multa hic addidit. Edidit enim, *multis milibus hostium, regiorum quoque non paucis, interfectis;* quod etiam Ernstio placebat. Lambinus autem, *mult. mill. hostium et regiorum.* —17 *Ut* aberat a Ms. Leid. 1. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.

1 Sic etiam Ed. Ald. et Ms. Frontini Mag. v. Keuchen. ad Frontini Strategem. p. 24. [s. ad lib. I. cap. 4. ex. 5. ubi quoque consules not. Oudendorp. p. 53.] Sed *Autophrodates* Ms. Mendos. Dan. *Androphrodates* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. [Mag. quoque citavit Fischer. in mst. nota.] *Antiophyodates* Ms. Leid. 2.—2 *Prosequeretur* Ed. Med. Arg. Long. Mag.—3 *Hujus opera* Ms. Dan. Ax. Ed. Heus. [Heinr. Schmied. Sed *hujus* referendum esset ad Antophradatem; quare *ejus*, scil. Datamis, h. l. præstat.]—4 Sic quoque Ms. Dan. Ax. Sed *cons. est regis* Ms. Leid. 1. *τὸ regis* abest ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Patav.—5 *Cæperat* Ed. Lamb.—6 Sic Ms. Leid. 2. Voss. 2. Sed *Thuys* Ms. Dan. et sic s. 3. *Thuis* Ms. Ax. *Thyius* Ms. Voss. 1. Statim *dinastes* Ms. Voss. 1.—7 *Ortus* Ms. Dan. Gif. Ed. Stav. 2. [Atque sic h. l. scribere jussit Oudend. ad Cæs. de B. G. VII. 77. 2. Sed *ortus* glossam sapit, et Stav. in ed. 3. tacite restituit *natus.*]—8 *Philemone* Ms. Dan. *Philimene* Ed. Jens. Med. *Philomene* Ed. Par. Arg. Long.—9 *Et Patr.* Ed. Jens. Med.—10 Sic Ms. Dan. Ed. Ultraj. [Bos. et seqq. Recte: v. Drakenb. ad Liv. XXIX. 20.] Sed *regis* Ms. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Pat.—11 Hæc *quam ob causam* aberant a

NOTÆ

g *Cum Autophradates*] Lydiæ Satrapes, de quo Diodorus lib. XV.

h *Thyus Dynastes Paphlagoniæ*] Hunc Paphlagoniæ regem vocat Athenæus ex Theopompo lib. IV. Paphlagonia minoris Asiæ regio ad Septemtrionale littus versa.

i *A Patroclo interfectum ait*] Ex ipso Homero, non a Patroclo Achillis amico, sed a Menelao Lacedæmoniorum Rege interemtum esse Pylæmenem cognoscimus. Iliad. lib. V.

fecit Datamem,[12] propinquum Paphlagonis: namque ex fratre et sorore erant nati. Quam ob causam Datames omnia[13] primum experiri voluit, ut sine armis propinquum ad officium reduceret. Ad quem cum venisset sine præsidio, quod ab amico nullas vereretur[14] insidias, pæne interiit. Nam Thyus eum clam interficere voluit. Erat mater cum Datame, amita Paphlagonis: ea, quid ageretur, rescivit, filiumque monuit. Ille fuga periculum evitavit, bellumque indixit Thyo:[15] in quo cum ab[16] Ariobarzane,[j] præfecto Lydiæ et Ioniæ totiusque Phrygiæ, desertus[17] esset: nihilo segnius[18] perseveravit, vivumque[19] Thyum cepit cum uxore et liberis.

3. Cujus facti ne prius fama ad regem, quam ipse, perveniret, dedit operam. Itaque omnibus insciis, eo, ubi erat rex, venit: posteroque die Thyum, hominem maximi corporis terribilique facie, quod et niger, et[1] capillo longo, barbaque erat promissa,[2] optima veste texit,[3][k] quam satrapæ regii gerere consueverant; ornavitque[4] etiam torque, et

Ms. Leid. 2.—12 *Datamen* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. ubique. [Ith. Tzschuck. Harl.]—13 *Omnia* aberat a Ms. Leid. 1. Boecl. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Uncis id inclusit Heusing. [qui etiam alias *prius*, non *primum* dicendum fuisse existimat. Sed bene dissentit Tzschuck. add. Stav. ad ed. 2.]—14 *Revereretur* Ms. Voss. 2. Ax.—15 *Thuyni* Ms. Dan. *Thumi* Ms. Voss. 1. sed in margine 'al. *Thio*.' Ms. Voss. 2. *Thiu*. Ms. Ax. *Thui*.—16 *Cum Arieb*. sine *ab* Ms. Leid. 1. Mendos. Ed. Jens. Med. Arg.—17 *Totiusque Phrygiæ dejectus esset desertus* Ms. Voss. 2.—18 Sic quoque Ms. Voss. 1. 2. Leid. 1.—19 *Divumque* Ed. Haqu. vitiose. Statim *Thuym* Ms. Dan. *Thuim* Ms. Ax. Mox in Ed. Arg. et Long. est *cepit*.

1 *Niger, cap*. Ed. Lamb.—2 Ita etiam Ms. Gif. Dan. Ed. Ultraj. Gebh. [Bos. 2. Stav. et seqq.] Sed *prolixa*, [quæ glossa esse videtur,] Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. *prolisa* Ms. Voss. 2. Eadem permutatio horum vocabulorum est ap. Justin. IV. 4. 1.—3 Sic quoque Ms. Gifan. Leid. 2. Voss. 2. Ed. Boecl. [Bos. et seqq. recentt.] Sed a Ms. Dan. τὸ *texit* aberat. In Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Keuch. *contexit*. Mox *satrape* Ed. Mag. Dein *consuerant* Ms. Dan.—4 *Ornavit* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. [Wetz.] sed *orna-*

NOTÆ

[j] *In quo cum ab Ariobarzane*] De quo vide Diodorum, lib. XV.

[k] *Optima veste texit*] Nimirum purpura auroque distincta, qua provinciarum rectores ornari solebant; unde Satrapæ seu Dynastæ illi purpurati dicebantur.

armillis[5] aureis, ceteroque regio cultu: ipse agresti duplici[6] amiculo circumdatus, hirtaque tunica, gerens in capite galeam venatoriam,[m] dextra manu clavam, sinistra copulam,[a] qua[7] vinctum ante se Thyum agebat, ut si feram bestiam captam duceret. Quem cum omnes prospicerent[8] propter novitatem ornatus, ignotamque formam, ob eamque rem magnus esset concursus; fuit non nemo, qui agnosceret Thyum, regique nuntiaret.[9] Primo non accredidit.[10] Itaque Pharnabazum misit exploratum;[11] a quo ut rem gestam comperit, statim admitti jussit, magnopere delectatus[12] cum facto, tum ornatu: inprimis quod nobilis[13] rex in potestatem inopinanti[14] venerat. Itaque magnifice Data-

[a] *Leva vinculum.*

vitque etiam Ms. Voss. 2.—5 *Et armilis* Ms. Voss. 1. *atque armillis* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Keuch. Mox *ceteraque* Ms. Voss. 2. Ax.—6 Sic etiam Ms. Dan. Voss. 1. Ax. [Ed. Bos. et seqq. recte.] Sed *duplicique* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Patav. Statim *ãniculo* Ed. Jens. *anniculo* Ed. Med.—7 *Qua* abest ab Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav. Statim *victum* Ms. Ax. Voss. 2. Mendos. Ed. Med. Arg. Ald. Long.—8 Sic et Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Lamb. Steph. Bos. 2. Gebh. [Tzschuck. Stav. Harl. Wetz.] Sed *conspicerent* Ms. Dan. *aspicerent* Ms. et Ed. Boecl. Ms. Ax. Ed. Arg. Long. Keuch. Bos. 1. *quem omnes quum adspicerent* Ed. Heus. [Ith. Bip. Schmied. Heinr. At *prospicere* interpretor cum Tzschuckio, nec Bosius multum abest ab illa interpretatione, cum cura inspicere, versus aliquem spectare, oculis ad aliquem spectare. Hinc fieri potuit *concursus;* nec τὸ *omnes*, quod quidem tunc suspectum videbatur Staver. de usu τοῦ *prospicere* late disputanti, dubium erit aut incommodum.]—9 Sic Mss. Bav. Dan. Ax. Boecl. Voss. 2. Ed. Ultraj. [Bos. et seqq. recte.] Sed *nemo non qui agn. Thyum regique nunt.* Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Long. Keuch. Patav. *nemo, qui agn. Th. r. n.* Ed. Par. Ald. Lamb. Sav. Steph. *nemo non qui agn. Th. regi nunt.* Ed. Jens. Med. et pro *regique* in Ed. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. *qui non regi* legitur.—10 Sic Mss. Bav. 1. Ax. Dan. Ed. Jens. Med. Arg. [Bos. Stav. et rect.] Sed *ac primo non accred.* Ms. Bav. 2. Ernst. Mendos. Etiam in Ms. Sav. Gif. Put. Leid. 2. Voss. 1. 2. erat *accredidit*. Sed *ac primo non credidit* Ed. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph.—11 *Exploratum misit* Ms. Voss. 2. Ax.—12 *Delectatus est* Ms. Voss. 2.—13 Sic etiam Ms. Mendos. Sed *non vilis* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag. Steph. Gebh.—14 *Inopinati* Ms. Voss. 2. Ed. Arg. Long. Mag. Mox *ita*

NOTÆ

[l] *Ornavitque etiam torque, et armillis*] Torquis erat inter insignia regia apud Persas, ut et armillæ aureæ, quas Græci βραχιστήρια vocant: fuerunt autem circuli rotundi ex argento vel auro, quibus summum brachium ornatus causa cingebatur. Liv. lib. I. de Sabinis.

[m] *Gerens in capite galeam venatoriam*] Galeæ venatoriæ fiebant ex

num donatum ad exercitum misit, qui tum contrahebatur,[n] duce Pharnabazo et Tithrauste,[15] ad bellum Ægyptium, parique[16] eum, atque illos, imperio esse jussit.[b] Postea vero quam Pharnabazum rex revocavit, illi summa imperii tradita est.[17]

4. Hic cum maximo studio compararet exercitum, Ægyptumque proficisci pararet; subito a rege literæ sunt[1] ei missæ, ut Aspim aggrederetur, qui Cataoniam[2] tenebat,[o] quæ gens jacet supra Ciliciam, confinis Cappadociæ. Namque Aspis saltuosam regionem, castellisque munitam incolens, non solum imperio regis non parebat, sed etiam finitimas[3] regiones vexabat, et, quæ regi portarentur, abripiebat.[4] Datames, etsi longe aberat ab his regionibus, et a majore[5] re abstrahebatur;[p] tamen regis voluntati morem gerendum putavit. Itaque cum paucis, sed viris fortibus, navem conscendit: existimans, id quod accidit,[6] facilius se imprudentem[7] parva manu oppressurum, quam paratum,

[b] *Eumque illis imperio adæquavit.*

magn. Ms. Ax. et *Datamen* Ed. Long. Mag. Patav.—15 *Tysiaste* Ms. Leid. 2. *Tithrauste* Ms. Voss. 1. 2. Ax. *Titrauste* Ms. Dan. *Teuthrauste* Ed. Long. *Teutrauste* Ed. Jens. Med. Arg. Par. *Titrauste* Ed. Ald.—16 *Pari* Ms. Ax.—17 Sic etiam Ms. Voss. 1. Leid. 2. Sed *summa imperia tradita* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. *summa imp. tradita sunt* Ms. Dan.

1 *Sunt ei missæ literæ* Ms. Ax. Statim *aut Aspim* Ms. Leid. 2. *uti Asp.* Ed. Heus. [Ith. Schmied. Bipont. Brem.]—2 *Cathoniam* Ms. Leid. 2. *Catoniam* Ms. Voss. 1. *Cartaoniam* Ms. Ax. Statim *confinus* Ms. Voss. 1. Mox in ed. Arg. est *Capadociæ*.—3 *Finitimis* Ed. Jens. Med.—4 Sic Ms. Dan. Sed *arripiebat* Ms. Leid. 2. Ax. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Mag. *adripiebat* Ed. Long.—5 *Minore* Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag.—6 Sic etiam Ms. Voss. 1. Sed *existimans quod accidit* Ms. Leid. 2. Voss. 2. Boecl. Ax.—7 Sic Mss. Bav. Sav. Gif. Put. Boecl. Voss. 1. 2. Ax. Leid. 2. Sed *se*

NOTÆ

ferarum cæsarum exuviis, atque adeo hirsutis pellibus obductæ erant. Vegetius lib. II. 17.

[n] *Qui tum contrahebatur*] Verisimile est exercitum hunc contractum fuisse potius in Syria, quam alibi; quia, ut legitur postea, procul erat a Cataonia, quo iturus Datames navem conscendit; et quia exercitus ille parabatur circa urbem Acen, quæ Phœniciæ civitas est, quamque Stephanus Ptolemaim esse dicit, et Strabo lib. XVI.

[o] *Qui Cataoniam tenebat*] Cataonia Cappadociæ pars est, teste Plin. lib. VI. 3. qua Comagenem attingit.

[p] *Et a majore re abstrahebatur*] Scilicet, a bello Ægyptio.

quamvis magno exercitu. Hac delatus in Ciliciam,[8] egressus inde, dies noctesque iter faciens, Taurum transiit,[9] eoque, quo studuerat, venit: quærit, quibus locis sit Aspis: cognoscit, haud longe abesse, profectumque eum venatum: quem[10] dum speculatur, adventus ejus causa cognoscitur. Pisidas, cum iis,[11] quos secum habebat,[q] ad resistendum Aspis comparat. Id Datames ubi audivit, arma sumit, suosque[12] sequi jubet: ipse equo concitato ad hostem vehitur: quem procul Aspis conspiciens ad[13] se ferentem, pertimescit, atque a conatu resistendi deterritus,[14] sese dedit. Hunc Datames vinctum ad regem ducendum tradit Mithridati.[r]

5. Hæc dum geruntur, Artaxerxes[1] reminiscens, a quanto bello ad quam parvam rem principem ducum misisset,[c] se ipse[2] reprehendit,[d] et nuntium ad exercitum Acen[3] misit,[s]

[c] *A quanta belli* expeditione *præcipuum ducem abstraxisset, ad rem tam levem suscipiendam.*
[d] *Consilium mutavit.*

imprud. et imparatum Ed. Lamb. Steph. Gebh. Patav.—8 *Ciliciam,* omissa præpositione, Ms. Leid. 2. Mox *dies noctes* Ms. Boecl. Voss. 2.—9 *Transit* Ed. Med. Arg. Long. [Tzsch. 1. 2. Heus. Harl. Ith. Bipont. Heinr. Schmied. Paufl.]—10 *Quæ dum* Ms. Dan.—11 *Cum eis* Ms. Dan. Leid. 2. in quo etiam erat *Piscidas.* Mox *ad restituendum Asp.* Ed. Mag.—12 Sic Ms. Dan. Ax. Gif. Boecl. Leid. 1. Voss. 2. (in quo tamen scriptum erat *summit.*) Sed *arma capit, suos* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Patav. Etiam in Ms. Voss. 1. Leid. 2. erat *capit:* itemque in Ed. Boecl. Longol.—13 *In se fer.* Ms. Leid. 2. idem mox *conato.*—14 *Deteritus* Ed. Jens. Med. Mox *dedidit* Ms. Gif. Dan. Boecl. Ax. [et unice hoc probat Heusing. in emendatt. libr. pag. 3.]

1 *Artox.* Ed. Par. ubique.—2 *Se ipsum* Ed. Mag. Steph. Gebh. Sed *se ipse* Ms. Leid. 2. Ax. Voss. 2. [Ed. Bos. et rell. rectius atque elegantius.]—3 *Achrem* Ms. Leid. 2. *Atrem* Ms. Mendos. *Acrem* Ms. Voss. 1. 2. Ax. Ed.

NOTÆ

[q] *Pisidas, cum iis, quos secum habebat*] Pisidiæ populos, qui antea Solymi dicebantur, teste Plin. lib. xx. Pisidia autem Asiæ regio est, Lycaoniæ, Isauriæ, et Pamphyliæ finitima; de his populis Claudianus in Eutrop. lib. II.

[r] *Tradit Mithridati*] A quo postea perfide interfectus est, ut postea videbitur: isque Ariobarzanis filius fuit.

[s] *Ad exercitum Acen misit*] Ace, Phœniciæ civitas, quæ et postea Ptolemais dicta est, ut mox diximus ex Stephano et Strabone: hæc in sacris literis *Accho* vocatur. Joseph. lib. II. belli Judaici, c. 17.

quod nondum[4] Datamem[5] profectum putabat; qui diceret,[6] ne ab exercitu discederet. Hic priusquam perveniret, quo erat profectus,[7] in itinere convenit, qui Aspim ducebant. Qua celeritate cum magnam benevolentiam[8] regis Datames consecutus esset; non minorem invidiam aulicorum excepit, qui illum unum[9] pluris, quam se omnes, fieri videbant: quo facto cuncti ad eum opprimendum consenserunt. Hæc Pandates,[10] gazæ custos regiæ, amicus Datami, perscripta ei mittit, in quibus docet, eum magno[11] fore periculo, si quid illo imperante in Ægypto adversi[12] accidisset: namque eam esse consuetudinem regiam,[13] ut casus adversos hominibus tribuant, secundos fortunæ suæ; quo fieri,[1] ut facile impellantur[14] ad eorum perniciem, quorum ductu res male gestæ nuntientur; illum hoc majore fore in discrimine,[15] quod, quibus rex maxime obediat,[*] eos habeat inimicissimos. Talibus ille literis cognitis,[16] cum jam ad exercitum Acen[17] venisset, quod non ignorabat ea vere scripta, desciscere a rege constituit. Neque tamen quicquam fecit, quod fide sua esset indignum. Nam Mandro-

[*] *Quia quos rex præsertim audit.*

Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. ubique. *Acæum* Ed. Lamb. Gebh. ubique.—4 *Non* Ms. Voss. 1.—5 *Datamen* Ed. Mag. Long. Lamb. Bos. 1. Patav. [Tzschuck. Ith. Heinr.]—6 Sic et Ms. Voss. 1. Leid. 1. Sed *qui ei dic.* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Mox *his, priusquam* Ed. Ox.—7 *Profecturus* Ms. Leid. 2.—8 *Benivolentiam* Ms. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Lamb. Patav.—9 Sic etiam Ms. Voss. 2. [Ed. Long. Bos. et seqq.] Sed *quod ill. pl.* Ms. Leid. 2. Ed. Mag. *quod illum unum pl.* Ms. Ax. Ed. Lamb. Steph. Keuch. Patav. *quod illum civum* Ed. Jens. Med. —10 *Pandantes* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Dan. Mox *præscripta* Ed. Mag. [Sed *perscripta* est accurate scripta nec divisim legendum *per scripta.*]—11 Sic Ms. Ernst. Sed *in magno* Ms. Voss. 2. Leid. 2. *magno fore in periculo* Ed. Lamb.—12 *Adversi in Æg.* Ms. Ax.—13 *Regiam* [h. e. regum Persiæ.] Ita Ms. Dan. Boecl. Ax. Voss. 2. Sed *regum* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav. —14 Sic Ms. Dan. Leid. 1. [Ed. Bos. 2. et seqq.] Sed *quo facile fieri, ut imp.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—15 *Fore discrim.* Ed. Jens. Med. Ald. Mag. Steph. Gebh. Patav.—16 *Cognotis* Ms. Voss. 2.—17 *Ageen* Ms. Mendos. Dan. Ax. Boecl. Voss. 2. Ed. Arg. Par. *Agcen* Ms. Voss. 1. *Agron* Ms. Leid. 2. *Agneæ*

NOTÆ

[1] *Quo fieri*] Supple, solet.

clem[18] Magnetem exercitui præfecit: ipse cum suis in Cappadociam discedit, conjunctamque huic Paphlagoniam occupat; celans,[19] qua voluntate esset in regem: clam cum Ariobarzane facit amicitiam,[u] manum comparat, urbes munitas suis tuendas tradit.[20]

6. Sed hæc propter hyemale tempus minus prospere procedebant.[1] Audit, Pisidas[2] [v] quasdam copias adversus se parare. Filium eo Arsideum[3] cum exercitu mittit: cadit in prœlio adolescens. Proficiscitur[4] eo pater, non ita cum magna manu, celans, quantum vulnus accepisset; quod prius ad hostem pervenire cupiebat, quam de re male[5] gesta fama ad suos perveniret, ne cognita filii morte animi debilitarentur[6] militum. Quo contenderat, pervenit, hisque[7] locis castra ponit, ut neque circuiri multitudine[8] adversariorum posset, neque impediri, quo minus ad dimicandum

Ed. Long. *Acæum* Ed. Lamb. Patav. *Aceum* Ed. Keuch.—18 Ita Ms. Mendos. Ven. Sed *Mandroclen* Ms. Voss. 1. *Mandrodem* Ms. Leid. 2. Ed. Arg. Long. *Androclem* Ed. Lamb. Steph. *Androdem* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag. Tum *Magneten* Ms. Voss. 1.—19 *Cælans* Ed. Jens. Med. Arg. ubique.—20 *Tradit suis tuendas* Ms. Leid. 2. [suavius.]

1 Sic Ms. Dan. Ax. Mendos. Boecl. Voss. 1. 2. Leid. 2. Sed *succedebant* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. [Quam diversæ sint nonnullorum sententiæ de hoc loco, aliis verba *sed hæc... procedebant* spuria esse judicantibus, aliis (et novissime Schmied.) *hyemale tempus*, aliis *prospere* improbantibus; vid. apud Heusing. Stav. ad ed. 3. Brem. et Tzschuck. sed illi quoque tuentur nostram lectionem; et 'prospere procedere' dixit etiam Cicero ad divers. XII. 9. Ithe probat Schefferi conjecturam *propere proc.*]—2 *Physidas* Ms. Leid. 2.—3 *Arsidæum* Ms. Boecl. Ed. Pat. Keuch. [Ith. Heus. Tzschuck. 2. Schmied. Paufl.] Sed *Arsideum* Ms. Dan. Mendos. Ed. Ultraj. Sav. [Bos. Stav. Tzschuck. 1. Brem.] *Aruidæum* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. *Arideum* Ed. Par. Long. Mag. Lamb. *Aridæum* Ed. Ald. Steph. [*Arridæum* scribere maluit Stav. in not. ad ed. min. idque reposuit Harl. et scribendum esse judicavit Kapp.]—4 *Proficitur* Ms. Voss. 1. Mox *magna cum m.* Ed. Lamb.—5 *Male re* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—6 Gesner. in Thes. Fabr. voc. *delibo*, legit *deliberentur*, h. e. minuerentur: [probatque Arntzen. ad Plin. Panegyr. XXXVIII. 1. Sed *debilitarentur* recte tuentur Heus. et Stav. ad ed. 3.]—7 *Iisque* Ed. Lamb.—8 *Circumiri a mult.* Ed. Lamb. atque *circumiri* est etiam in Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. [Wetz.

NOTÆ

[u] *Clam cum Ariobarzane facit amicitiam*] De eo supra: eumque jampridem a rege defecisse diximus.

[v] *Audit, Pisidas*] Contra Diodorus non Pisidas, sed Persas adversus Datamen Duce Artabazo venisse narrat lib. XV.

manum haberet expeditam.[9] Erat cum eo Mithrobarzanes,[10] socer ejus, præfectus equitum. Is, desperatis generi rebus, ad hostes transfugit.[w] Id Datames ut audivit, sensit, si in turbam exisset,[g] [11] ab homine tam necessario se relictum,[12] futurum, ut ceteri consilium sequerentur. In vulgus edit,[h] suo jussu[x] Mithrobarzanem[13] profectum pro perfuga,[14] quo facilius receptus interficeret hostes:[15] quare relinqui eum non par esse, et[16] omnes confestim sequi: quod si animo strenuo fecissent, futurum, ut adversarii non possent resistere, cum et intra[17] vallum et foris cæderentur. Hac re probata, exercitum educit, Mithrobarzanem persequitur: qui tantum quod[18] ad hostes pervenerat, Datames signa

[g] *Intellexit, si pervulgatum esset.* [h] *Publice enuntiat.*

Heinr.] *circumveniri* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch.—9 *Expeditam Datames* Ed. Long. et paulo ante *quo minus ipse ad dim.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch.—10 *Methrobarzanes* Ms. Voss. 1. *Metrobarzanes* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. ubique.—11 *Exiisset* Ed. Stav. 1. 2. [Harl.]—12 Ita Ms. Bav. Dan. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Ultraj. [Bos. et fere omnes sqq.] Sed *se esse relictum* Ed. Lamb. Steph. [Wetz.] *se relictum iri* Ed. Long. *se relicto* Ms. Ax.—13 *Methrob.* Ms. Voss. 1. —14 *Prof. profuga* Ms. Voss. 2. [Atque Stav. ad ed. 1. et 3. 'forsan,' ait, '*pro profuga;*' sed ad ed. min. retinendum recte censet *pro perfuga*; h. e. quasi esset perfuga; v. Gronov. et Drakenb. ad Liv. XXVII. 15. 11. et, animadvertente Oudendorp. ad Frontini Strateg. I. 6. not. 4. p. 99. *profugus* dicitur, qui captivus aufugit; *perfuga* est desertor, transfuga.]—15 *Hostes interficeret* Ed. Lamb. idem mox *eum rel.*—16 Sic Ms. Boecl. Ax. Voss. 2. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Heus. [quem vide, Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Harl. Ith. Brem. recte; quoniam antecedit enuntiatio negans, et tunc pro *sed* frequenter a Cornelio ponitur: v. in Pausania 3. Eumene 4. &c. *sed omnes* Edd. rell.]—17 *Cum et inter* Ms. Voss. 1. Ax.—18 *Tantum quod.* [h. e. simulac, vix.] Sic etiam Ms. Ernst. Ed. Lamb. [Bos. 2. Heus. (cujus et Harl. not. conferes,) et rell.] v. Cellar. ad Cicer. VII. ad divers. Ep. 23. ab init. Sed *tantum dum* Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 2. Dan. Boecl. *tantum: qui vix dum* Ed. Long. *tantum. Qui cum* Ms. Leid. 1. *tantum qui tum* Ed. Ald. *tantum qui dum* Ms. Ax. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. *tantum non* Ed. Ultraj. *qui tum* Ed. Mag. Steph. *qui dum* Ed. Boecl. Gebh. Keuch. Patav. *tantum*

NOTÆ

[w] *Ad hostes transfugit*] Idem prorsus sentit Diodorus ibidem.

[x] *In vulgus edit, suo jussu, &c.*] Paulo aliter illud Datamis strategema exposuit Frontinus lib. II. 7. 'Datames,' inquit, 'Dux Persarum adversus Autophradatem in Cappadocia, cum partem equitum suorum transfugere comperisset; ceteros omnes venire secum jussit, assecutusque transfugas, laudavit, quod eum acriter præcessissent; hortatusque est eos, ut fortiter hostem adorirentur. Pudor transfugis attulit pœnitentiam, et consilium suum, quia non putabant deprehensum, mutaverunt.'

inferri jubet. Pisidæ, nova re commoti, in opinionem adducuntur, perfugas mala fide compositoque fecisse, ut recepti, essent majori[19] calamitati:[a] primum eos adoriuntur. Illi cum, quid ageretur, aut quare fieret, ignorarent, coacti sunt cum eis pugnare, ad quos transierant; ab hisque[20] stare, quos reliquerant: quibus cum neutri parcerent, celeriter sunt concisi. Reliquos Pisidas resistentes Datames invadit: primo impetu pellit, fugientes persequitur, multos interficit, castra hostium capit. Tali consilio uno tempore et proditores perculit, et hostes[21] profligavit; et quod ad perniciem[22] fuerat cogitatum, id ad salutem convertit. Quo neque acutius ullius imperatoris cogitatum, neque celerius factum usquam legimus.

7. Ab hoc tamen viro Scismas,[1] maximo natu filius,[a] desciit, ad regemque[2] transiit, et de defectione[3] patris detulit. Quo nuntio Artaxerxes commotus, quod intelligebat sibi cum viro forti ac strenuo[4] negotium esse, qui, cum cogitasset, facere auderet, et prius cogitare, quam conari, consuesset; Autophradatem[5] in Cappadociam mittit. Hic ne intrare posset, saltum, in quo Ciliciæ portæ sunt sitæ,[a]

[a] *Transfugas proditorie et ex industria venisse, quo admissi majorem ipsis perniciem afferrent.*

dum Ed. Bos. 1. Mox *Datame* Ms. Voss. 2.—19 *Majori essent* Ms. Ax.—20 Sic Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Stav. 1. 2. 3. Heus. [Harl. et rell. recc. quare sic rescripsi: *ab eisque* Ed. Bos.] Mox *reliquerat* Ms. Voss. 2.—21 *Hostis* Ed. Jens. Med. *hosteis* Ed. Par.—22 Sic etiam Ms. Voss. 2. Sed *ad suam pernic.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav.

1 *Sysinas* Ms. Dan. Ed. Gebh. male. *Scismias* Ed. Long. Patav. *Schismas* Ed. Keuch. Mox *maximus natu* Ed. Par. Steph. Gebh. Keuch. *maximo natus* Ed. Mag. Sed *maximo natu* Ms. Sav. Put. Gif.—2 Pro *ad regemque* Ms. Dan. Ed. Gebh. Keuch. *adque regem.* Sed *et ad regem* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph.—3 *Et defectionem* Ms. Leid. 2.—4 *Strenue* Ed. Arg. tum *qui quod cog.* Ed. Lamb.—5 *Androphadatem* Ms. Leid. 2. *Autophrodatem* Ms. Dan. *Androphrodatem* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. ubique. [sic quoque c. 8.] Statim *Cappadoc.* sine *in* Ed. Jens. Med. Arg. Par.

NOTÆ

[a] *Scismas, maximus natu filius*] Quidam *Schysmas*, vel *Syzinas*; sed *Sisynas* præfero, quia ad Persica nomina propius accedit.

[a] *In quo Ciliciæ portæ sunt sitæ*] Cilicia undique fere perpetua montium catena cingitur, nec adiri potest, nisi per tres angustias; quarum prima

Datamen praeoccupare studuit. Sed tam subito copias contrahere non potuit. A[6] qua re depulsus, cum ea manu, quam contraxerat, locum delegit[7] talem, ut neque circumiretur[8] ab hostibus, neque præteriret adversarius, quin ancipitibus locis premeretur;[a] et, si dimicare cum eo[9] vellet, non multum obesse[10] multitudo hostium suæ paucitati posset.

8. Hæc etsi Autophradates[1] videbat, tamen statuit[2] congredi, quam cum tantis copiis refugere, aut tam diu uno loco sedere. Habebat barbarorum equitum viginti, peditum centum millia, quos illi Cardacas[3] appellant,[b] ejusdemque generis tria funditorum;[c] præterea Cappadocum[4] octo,[d] Armeniorum decem,[e] Paphlagonum quinque,[f] Phrygum

[a] *Quominus a fronte et a tergo urgeretur.*

Ald.—6 Tò *A* abest Ed. Long.—7 *Deligit* Ms. Dan.—8 *Circuiretur* Ms. Voss. 2. Ed. Stav. 1. 2. 3. Heus. [et al.]—9 *Dimicare eo* [scil. loco] Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. *dimicare* [*cum*] *eo* Ed. Heus. [Sed. Stav. ad ed. 2. et Tzschuck. jure præferunt *cum eo*.] —10 *Deesse* Ms. Voss. 2.

1 *Antrophrates* Ms. Leid. al. aliter, ut cap. 7.—2 Sic Ms. Mendos. Gif. Leid. 2. Dan. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Ultraj. Sav. [Bos. et rell. plur. et per Græcismum haud infrequentem supprimitur particula comparationis *magis, potius* &c. v. Schott. et Stav. ad ed. 3.] Sed *satius tamen stat*. Ed. Lamb. Steph. [Wetz.]—3 *Cardaces* Ed. Keuch. et sic laudat Blancard. ad Arrian. Exped. Alex. M. 7. p. 451. Sed *Gardacas* Ms. Gif. Dan. *Gardatas* Ms. Voss. 2. Mendos. *Gardotas* Ms. Voss. 1. Ax. *Cardeytas* Ms. Leid. 2. *Gardates* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos. 1.—4 Sic etiam Ms. Voss. 1. (in quo tamen et ed. Long. *Capadocum* erat,) 2. Leid. 2. Sed *præter Cappadocum* Ed. Me-

NOTÆ

adeo arcta est, ut instar portarum sit. 2. Non procul est ab Isso per Amanum montem; unde Amanicæ portæ dictæ sunt. 3. Circa Sinum Issicum. Plin. lib. v. 27. et alii omnes Geographi. Vide et Curtium lib. III. 4.

[b] *Quos illi Cardacas appellant*] Apud Persas sic dicebantur, qui ex rapto vivebant; nam *Carda* apud eos bellicosum et violentum significabat. Strabo lib. xv. Polybius tamen et Arrianus illos Asiæ min. populos esse scribunt.

[c] *Ejusdemque generis tria funditorum*] Supple, millia.

[d] *Cappadocum octo*] Cappadocia Asiæ minoris regio, quam in duas Satrapias a Persis divisam fuisse tradit Strabo; vide et Plin. lib. VI. 2. et 3.

[e] *Armeniorum decem*] Armenia Asiæ pariter minoris regio nobilissima inter Taurum et Caucasum sita, quæ in majorem et minorem dividitur. Vide Plin. lib. I. Strab. lib. II. et Ptolemæi IV. Tabulam Asiæ.

[f] *Paphlagonum quinque*] Horum re-

decem,[g] Lydorum quinque,[h] Aspendiorum[5] [i] et Pisidarum[j] circiter tria, Cilicum[k] duo,* Captianorum[6] [l] totidem, ex Græciæ conductorum tria [millia];[7] levis armaturæ maximum numerum. Has adversus copias spes omnis consistebat Datami in se locique natura. Namque hujus partem non habebat vicesimam[8] militum. Quibus fretus conflixit, adversariorumque multa millia concidit; cum de ipsius exercitu non amplius hominum mille cecidisset:[9] quam ob causam postero die tropæum[10] posuit, quo loco pridie pugnatum erat.[11] Hinc[12] cum castra movisset, semperque inferior copiis, superior omnibus præliis discederet:[13] quod

tar.—5 *Aspendorum* Ms. Voss. 2.—6 Abest asteriscus ab Edd. nostris omnibus: [præter Stav. 1. 3. Sed *Caspianorum* Ed. Ith. Schmied. Bellermann. Raith.]—7 Tò *millia* aberat a Ms. Dan. Ax. Voss. 2. Ed. Heus. [Tzschuck. 2. Heinr.] Unci absunt etiam ab Ed. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Ith. Brem.] Ceterum in Ms. Leid. 2. totus locus legitur ita: *tria millia funditorum. Præterea Cappadocum octo millia, Armeniorum decem, Paphlagonum quinque, Phrygum decem millia, Lydorum quinque millia, Aspendiorum et Pisidarum circiter tria millia.*—8 Sic etiam Ms. Voss. 1. Dan. [Ed. Lamb. Bos. et meliores recentt.] Sed *vigesimam* Ms. Voss. 2. Leid. 2. Ed. Jens. ceterique nostri vett.—9 Sic quoque Ms. Leid. 2. Voss. 1. Dan. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Steph. Boecl. [Lamb. Bos. Heus. (qui subintelligit τὸ *numerus*,) Ith. Brem. Wetz. Tzschuck. et Stav. 1. 3. atque *mille* tanquam substantivum cum genitivo struitur: v. Perizon. ad Sanctii Minerv. IV. 4. not. 78. de vi et usu voc. *mille* copiose disputantem p. 611....615. Amstel. 1754. 8. et IV. 2. not. 1. p. 528. sqq. ac Stav. ad nostr. loc. in ed. 3. de potestate *amplius*, et subintelligendo *quam* post illud.] Sed *cecidissent*, scil. homines, Ms. Voss. 2. Ed. Long. Keuch. Stav. 2. [Harl. Schmied. Panfl.]—10 *Trophæum* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [male, quia Græcum est τρόπαιον.]—11 Sic etiam Ms. Ax. Dan. Voss. 1. [Ed. Bos. 2. et seqq. recentt.] Sed *erat* abest Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. *pugnatum est* Ed. Boecl. Bos. 1.—12 *Hic* Ms. Dan. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Gebh. Keuch. Patav.—13 Sic Ms. Boecl. Voss. Dan. Ax. [Ed. Bos. et seqq.]

NOTÆ

gio in minore Asia, olim etiam Palæmenia dicta, de qua jam supra.

[g] *Phrygum decem*] Phrygia duplex, major et minor. Major inter Galatiam et Lydiam sita est. Minor vero inter Bithyniam, Cariam, Lycaoniam, et Hellespontum, unde etiam Hellespontiaca dicitur apud Strabonem.

[h] *Lydorum quinque*] Lydia minoris Asiæ regio Crœso rege, et Pactolo aurifero amne notissima.

[i] *Aspendiorum*] Ii Pamphyliæ populi, ab Aspendo ejus provinciæ oppido ad fluvium Eurymedonta sito. Vide Steph. et Pompon. lib. I.

[j] *Pisidarum*] De his supra.

[k] *Cilicum*] De Cilicia quoque paulo supra dictum est.

[l] *Captianorum*] Quidam *Caspianorum* legunt; sed hoc improbat Ortelius.

nunquam manum consereret, nisi cum adversarios[14] locorum angustiis clausisset; quod perito[15] regionum callideque cogitanti sæpe accidebat. Autophradates, cum bellum duci majore regis calamitate, quam adversariorum, videret, ad[16] pacem amicitiamque hortatus est, ut cum rege in gratiam[17] rediret. Quam ille etsi fidam non[18] fore putabat, tamen conditionem accepit, seque ad Artaxerxem legatos missurum dixit. Sic bellum, quod rex adversus Datamem[19] susceperat, sedatum.[20] Autophradates in Phrygiam se recepit.

9. At[1] rex, quod implacabile odium in Datamem susceperat, postquam bello eum opprimi non posse animadvertit, insidiis interficere studuit, quas ille plerasque vitavit. Sicut, cum[2] nuntiatum esset, quosdam sibi insidiari, qui in amicorum erant numero; de quibus, quod inimici detulerant,[3 m] neque credendum, neque negligendum putavit: experiri voluit, verum falsumne[4] esset relatum. Itaque eo profectus est, quo itinere[5] futuras insidias dixerant.[6] Sed

Sed *inf. cop. sup. o. pr. disc.* Ed. Brix. ann. 1498. Jens. Med. Arg. Ceterum Ms. Leid. 2. totum locum exhibebat sic: *Hinc cum castra movisset, erat inferior copiis, superior omnibus præliis, semperque discederet, quod nunquam manum consereret, nisi cum adversarios l. a. cl.* Sed *ut inferior copiis, ita superior omn. præliis discedebat* Ed. Par. Ald. Lamb. *movisset, inferior copiis, superior o. pr. discedebat* Ed. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—14 Sic Ms. Boecl. Dan. Leid. 2. Voss. 1. Sed *nisi advers.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—15 *Quod perito* etiam Ms. Dan. Sed *quod quidem per.* Ed. Long.—16 *Ad* aberat a Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Mag. *ad pacemque* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Statim *atque amicitiam* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. Mox *est, et ut* Ed. Long.—17 *In amicitiam* Ms. Leid. 1.—18 Sic Ms. Dan. [Ed. Bos. et seqq.] Sed *non fidam* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Keuch. Patav. *non fidem* vitiose Ed. Arg. Long.—19 *Datamen* hic et initio seq. cap. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Keuch. Patav. [Tzschuck.] ubique.—20 *Sedatum est* Ms. Dan. Statim *Autophrodates* Ms. Leid. 2. Dan. *Androphrodates* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Tum *Frigiam* Ms. Voss. 1. Dein *receperat* Ed. Mag. *recipit* Ed. Lamb. Steph. Gebh.

1 *Atque rex* Ms. Voss. 2. Ax.—2 *Cum ei nunt.* Ms. Dan. Ax. Voss. 1. Leid. 2. *cum sibi nunt.* Ed. Lamb.—3 *Detulerunt* Ms. Voss. 1. 2. Ax. Leid. 2.—4 *Falsumve* Ms. Ax. *falsumve sibi* Ed. Long. *falsumne sibi* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav. [Tzschuck. 1. 2.]—5 *In quo itinere* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.

NOTÆ

m *De quibus, quod inimici detulerant*] Non sui, sed amicorum suorum inimici: alioqnin quomodo eorum verba non esse negligenda putasset?

elegit corpore et statura[7] simillimum sui, eique vestitum suum dedit, atque eo loco ire, quo ipse consueverat,[8] jussit. Ipse autem ornatu [vestituque][9] militari inter corporis custodes iter facere cœpit. At insidiatores, postquam in eum locum agmen pervenit, decepti ordine atque vestitu, in eum faciunt impetum,[10] qui suppositus erat. Prædixerat autem his[11] Datames, cum quibus iter faciebat, ut parati[12] essent facere, quod ipsum vidissent. Ipse, ut concurrentes[13] insidiatores animadvertit, tela in eos conjecit. Hoc idem cum universi fecissent, priusquam pervenirent ad eum, quem aggredi volebant, confixi ceciderunt.[14]

10. Hic tamen tam callidus vir extremo tempore captus est Mithridatis, Ariobarzanis filii, dolo. Namque is pollicitus est regi, se eum interfecturum, si ei[1] rex permitteret, ut, quodcumque vellet, liceret impune facere; fidemque de ea re, more Persarum, dextra dedisset.[o] Hunc ut accepit a rege missam,[2] copias parat, et absens amicitiam cum

Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. [Tzschuck. qui haud probat Heinrich. opinionem, τὸ *itinere* esse suspectum, et interpretatur: profectus est ad eum locum, in quo iter facienti insidias futuras dixerunt: *quo itinere* Ed. Bos. et rell.]—6 Sic Ms. Dan. [Ed. Bos. et seqq.] Sed *insid. evenire dixerant* Ms. Mendos. Boecl. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ed. Med. Arg. Par. Long. *insid. ev. dixerat* Ms. Ax. Ed. Jens. Ald. Mag. *ins. illi dixerant* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. *dixerat* etiam Ms. Voss. 2.—7 Sic Mss. Bav. Ax. Leid. 1. [Ed. Bos. et seqq. fere omnes. Eleganter.] Sed *corporis statura* Ed. Ald. Lamb. *corpore statura* Ed. Jens. Med. *corpore ac statura* Ms. Boecl. Ed. Heus.—8 *Consuerat* Ms. Leid. 2. *Censuerat* Ms. Voss. 1.—9 *Ornatu vestituque mil.* Ms. Gif. Dan. [Ed. Ith.] *ornatu vestitu mil.* Ms. Mendos. *ornatu militari*, omisso τῷ *vestitu*, Ed. Ultraj. *ornatus vestitu mil.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Sav. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. Haud dubie *vestitu* glossema est. [Atque id voc. in Ed. Bos. et reliquis uncis est inclusum.]—10 *Fac. impet. in eum* Ms. Ax. Voss. 2. *impet. in eum faciunt* Ms. Dan.—11 *His* abest ab Ed. Lamb.—12 *Paccati* Ms. Leid. 2. [*parati... facere* per Græcismum pro *ad faciendum:* v. Cort. ad Sallust. B. Jug. c. 46. nr. 5. et Stav. ad nostrum locum in ed. 3.]—13 *Concurrentis* Ed. Jens. Med. Arg. Par.—14 *Conciderunt* Ms. Voss. 1. Mendos. Ax.

1 *Si rex* Ed. Steph. Gebh. Keuch. Statim *promitteret* Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. Sed *permitteret* Ms. Dan. [Ed. Bos. 2. et rell.] Mox *quodcumque vi vellet* Ms. Leid. 2.—2 Sic Mss. Bav. Dan. Boecl. [Ed. Bos. 2. Stav. et plur. recentt.] Sed *ut recepit a rege missam* Ed. Jens. Med.

NOTÆ

o *Fidemque de ea more Persarum dextra dedisset*] Mos enim erat apud Persas, ut quemcumque Rex in fidem reciperet, ipsi dextram daret, ut

Datame facit,[3] regis provincias[4] vexat, castella expugnat, magnas prædas capit:[5] quarum partem[6] suis dispertit, partem ad Datamem mittit: pari modo complura castella ei tradit. Hæc diu faciendo, persuasit homini, se infinitum[7] adversus regem suscepisse bellum;[1] cum nihilo magis, ne quam[8] suspicionem illi præberet insidiarum, neque colloquium ejus petivit,[9] neque in conspectum venire studuit. Sic absens amicitiam gerebat,[p] ut non beneficiis mutuis, sed odio communi,[10] quod erga regem susceperant, contineri viderentur.[q]

11. Id cum satis se confirmasse arbitratus est, certiorem facit[1] Datamem, tempus esse, majores exercitus parari, bellum[2] cum ipso rege suscipi: deque ea re,[3] si ei videretur,

[1] *Irreconciliabili in Regem se implicuisse bello.*

Arg. Par. Ald. Heus. [Ith. Bipont. Brem.] *ut recepit a rege* Ms. Gif. Sav. Voss. 1. Leid. 2. *ut accepit a rege* Ms. Put. Mendos. *ut accepit a rege missas* Ms. Voss. 2. Ax. *ut recepit, copias parat* Ed. Mag. [*ut accepit, copias parat* Ed. Schmied. (qui vocc. *a rege missam* haud commode adhibita existimat,) et Raith. Longolius edidit: *Hanc ut recepit a rege, inimicitiam adversus regem simulat, copias parat.* Lambinus: *hanc ut accepit, simulat se suscepisse cum rege inimicitias, cop. parat:* quam lectionem fere nuperi editores retinuerunt. Nec τὸ *missam* placet Stav. ad ed. min. add. eundem ad ed. maj. Sed Heus. ex Brissonio de regno Persar. lib. 1. nr. 163. monet, etiam absentibus missam manum h. e. per internuntios datam esse.] Lambinum secuti erant Steph. Gebh. Boecl. (in quo tamen est *inimicitias,*) Keuch. Bos. 1. Patav. editor.—3 *Fecit* Ed. Jens. Med. Arg. Ald.—4 Sic Ms. Dan. Leid. 1. Voss. 2. [Ed. Bos. 2. et seqq.] Sed *provinciam* Ed. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. *pecunias* Ms. Ax.—5 Sic Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Edd. nostri omnes. Sed *agit* Ed. Lamb. Steph.—6 *Partim suis* Ms. Dan. Leid. 1. Boecl. Ax. Voss. 2. bis. Mox *pariter ad Dat.* Ms. Dan. et *Datamen* Ed. Mag. Pat. [Ith.] ubique.—7 *In infinitum* Ms. Voss. 1. Mox *suscepit* Ms. Voss. 2.—8 *Nequam* Ed. Jens. Med. Arg. Par. in quo etiam est *suspitionem*, et *illi suspic.* Ms. Ax.—9 *Penituit* Ms. Leid. 2.—10 *Communi odio* Ms. Dan. *odio com.* Ed. Jens.

1 *Fecit* Ed. Mag.—2 *Et bellum* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. [Tzschuck. Wetz.] Mox *cum ipso* Ms. Dan. Ax. Boecl. [Ed. Bos. et. seqq.] Sed τὸ *ipso* abest ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—3 *Deque ea re*, [scil. monet, petit, postulat, ut,] Ms. Mendos. Leid. 2. Boecl. Voss. 1. Ax. Heus. [Ith. Heinr.

NOTÆ

supra in Themistocle; illudque omni sacramento sanctius ducebatur atque observabatur. Sic Auctor Scholiorum in Aristophanis Nub. Item docet Diodorus lib. XVI.

[p] *Sic absens amicitiam gerebat*] Id est, sic absens absenti amicitiæ officia præstabat.

[q] *Contineri viderentur*] Id est, arctissime cohærere viderentur.

quo loco vellet,[4] in colloquium veniret. Probata re, colloquendi tempus sumitur, locusque quo conveniretur. Huc Mithridates cum uno,[5] cui maximam habebat fidem, ante aliquot dies venit, compluribusque locis separatim gladios obruit, eaque loca diligenter notat. Ipso autem colloquendi[6] die, utrique, locum qui explorarent, atque ipsos scrutarentur, mittunt. Deinde ipsi sunt congressi.[7][r] Hic cum aliquamdiu in colloquio fuissent, et diversi[8] discessissent,[m] jamque procul Datames abesset; Mithridates, priusquam ad suos perveniret, ne quam[9] suspicionem pareret,[s] in eundem locum revertitur, atque ibi, ubi telum erat impositum,[10][t] resedit, ut si a[11] lassitudine cuperet acquiescere: Datamemque[12] revocavit, simulans se quiddam[13] in colloquio esse[14] oblitum. Interim telum, quod latebat, protulit,[u] nudatumque vagina veste texit, ac Datami venienti ait, digredientem se animadvertisse,[15] locum quendam, qui erat

[m] *Et hinc inde se recepissent.*

Tzsch. 2. Schmied. et recepi. Copiose docteque disputant de hac formula Heusing. et Stav. in ed. 3. qui etiam ipsam historiam bene illustrat, et de Mithridate laudat Wessel. ad Diodor. Sic. xvi. 90. §. 16. Vulgo *de qua re.*]—4 *Quo vellet* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. *quocumque loco vellet* Ms. Leid. 2. Sed *quo loco vellet* Ms. Dan. Ax. Boecl. Mendos. Leid. 1.—5 *Cum uno* aberant a Ms. Leid. 2. Mox *maximam* aberat a Ms. Voss. 2. Boecl. Ax. Sed *maxime* Ms. Dan.—6 *Colloquii* Ms. Gif. Dan.—7 *Egressi* Ms. Ax.—8 *Diversæ* Ms. Dan. Boecler. Voss. 2. Ax. male.—9 *Nequam* Ed. Jens. Med. ut paulo ante cap. 10. 3. Mox *pararet* Ms. Ax. Ed. Mag. Gebh.—10 Sic etiam Ms. Voss. 2. Ax. Leid. 2. Sed *impostum* Ms. Dan. *positum* Ed. Lamb.—11 *Ut si lassit.* Ms. Boecl. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. *ac si lassitudine* Ms. Ax. Mox in ed. Long. [Stav. Heus. Tzschuck. Harl.] In edit. Mag. est *requiescere.*—12 *Datamem* Ms. Boecl. Ax. *Datamenque* Ed. Long. Mag. Pat. et al.—13 Sic etiam Ms. Boecl. [Ed. Lamb. Bos. et seqq.] Sed *quædam* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ven. *quoddam* Ms. Ax. Voss. 2. Ed. Arg. *quodam* Ed. Jens. Med. *cujusdam* Ed. Long.—14 *Esse* aberat a Ms. Boecl. Sed *fuisse* Ms. Ax.—15 *Digr. animadv.* Ms. Ernst. *digrediendum: se animadv.* Ed. Jens. Med.

NOTÆ

[r] *Deinde ipsi sunt congressi*] Id est, deinde in mutuum colloquium venerunt.

[s] *Ne quam suspicionem pareret*] Id est, exhiberet, gigneret.

[t] *Ubi telum erat impositum*] Hic telum pro quocumque armorum offensivorum genere accipitur.

[u] *Protulit*] Id est, ex terra eduxit.

in conspectu, ad castra ponenda esse[16] idoneum: quem cum digito demonstraret,[17 v] et ille conspiceret, aversum[18] ferro transfixit: priusque,[19] quam quisquam posset succurrere, interfecit. Ita vir,[20] qui multos consilio, neminem perfidia ceperat, simulata captus est amicitia.

Lamb. forte *degredientem*, ut Pelop. 6. 'degressus a suis.'—16 *Esse* aberat a Ms. Voss. 2.—17 Sic Ms. Boecl. Voss. 1. Leid. 2. Ax. Ed. Heus. minus numerose. [At tamen *demonstr*. etiam Ed. Tzschuck. 1. 2. Bipont. Stav. 3. Ith. Wetz. Heinr. Paufl. Schmied. quos ego sum secutus. Atque 'digito demonstrare' ap. Cicer. Somn. Scip. c. 8. Sueton. August. c. 45. v. Stav. Sed *monstraret* Ed. Long. Lamb. Bos. et rell.] Mox *illi conspic*. Ms. Voss. 2.—18 *Adversum* Ms. Voss. 2. [Sed *aversum*, h. e. a tergo, per tergum, recte legitur.]—19 *Et prius* Ms. Ax. Ed. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch.—20 *Ita ille vir* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. In Ed. Jens. et Med. extrema hac vita leguntur verba: *DATAMIS VITA FELICITER FINIT.*

NOTÆ

v *Quem cum digito demonstraret*] Adi Polyænum, qui id fuse narrat lib. VII. sed paulo aliter.

XV.

EPAMINONDAS.[1]

ARGUMENTUM.

CAP. 1. De moribus Græcorum animadversio. 2. Epaminondæ pueritia et adolescentia. 3. Ejus animi virtutes. 4. Exemplum ejus abstinentiæ. 5. Ejus dicendi vis. 6. Exempla hujus eloquentiæ. Pugna ad Leuctra. 7. Injuriarum immemor exercitum incolumem domum reducit; in Peloponneso bellum gerit. 8. Accusatus, feliciter a judicio capitis se liberat. 9. Apud Mantineam invictus moritur. 10. Cœlibatus criminatio diluta. Horror a civili cæde. Thebarum gloria.

EPAMINONDAS,[2] Polymni filius,[a] Thebanus. De hoc[3] priusquam scribamus, hæc præcipienda videntur lectoribus,[b] ne alienos mores ad suos referant;[*] neve ea, quæ ipsis leviora sunt, pari modo apud ceteros fuisse arbitrentur. Scimus

[*] *Ne ex patriis moribus extraneos metiantur.*

1 *Epaminundæ vita* Ed. Jens. Arg. *Epaminondæ vita* Ed. Med. Par. Ald.—2 *Epaminundas* Ms. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. ubique. Statim *Polumni* Ms. Voss. 2. *Polympni* Ms. Leid. 2. [*Polymnis*, quia a Græcis, Pausan. IV. 31. 8. et VIII. 52. 9. ac IX. 2. 43. ab Ælian. V. H. III. 17. ac XI. 9. et II. 43. non *Polymnus*, sed *Polymnis* dicitur, rescripserunt Wetzel. et Tzschuck. 2. add. Periz. ad Æl. V. H. II. 43. et Staver. ad nostr. loc. in min. ed.]—3 *De quo*

NOTÆ

[a] *Polymni filius*] Alii legunt *Polymnidis*, ut Ælianus Var. hist. lib. II. 9. Unde conjiciendum est Nepotem Latina terminatione formasse Græcum; quemadmodum supra scripsit *Neoclus*, pro *Neocles*; item *Periclus*, pro *Pericles*.

[b] *Hæc præcipienda videntur lectoribus*] Hæc eadem jam in præfatione legimus; unde fit, ut Magius id memoriæ vitio Nepoti vertat: sed in eo excusari potest, quod absoluto ac perfecto jam operi præfatio supervenerit, ut fieri solet.

enim, musicen nostris moribus abesse a[4] principis persona;[b] saltare vero etiam[5] in vitiis poni:[c] quæ omnia apud Græcos et grata,[6] et laude digna ducuntur. Cum autem exprimere imaginem consuetudinis atque[7] vitæ velimus Epaminondæ, nihil videmur debere[8] prætermittere, quod pertineat ad eam declarandam. Quare dicemus primum[9] de genere ejus: deinde quibus disciplinis et a quibus sit eruditus: tum de moribus, ingeniique facultatibus; et si qua alia digna memoria[10] erunt: postremo de rebus gestis, quæ a plurimis[11] omnium anteponuntur virtutibus.

2. Natus igitur patre, quo diximus, honesto genere,[1][d] pauper jam a majoribus relictus. Eruditus autem sic,[e] ut nemo Thebanus magis. Nam et citharizare,[2][f] et cantare ad

[b] *Principem non decere.*

prinsq. Ms. Boecl. Voss. 2. Ax.—4 *Ab princ.* Ms. Voss. 2. Ax.—5 *Etiam* omisso τῷ *vero* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. Sed *vero etiam* Ms. Ax. Voss. 2. Boecl. Edd. rell.—6 *Gratia* Ed. Keuch. Mox *digna dicuntur* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag.—7 *Atque* aberat a Ms. Ax. [abest quoque ab Ed. Schmied.] et uncis inclusit Heus. [sed dissentit Stav. ad ed. 1. et plenius explicuit Tzschuck. in ed. 2.]—8 *Videmur velle* Ms. Voss. 2.—9 *Primus* Ms. Voss. 2. *primo* Ed. Heus. [Ith. Heinr. Wetz. Schmied. Paufl. Rectius.] Mox *ejus* aberat a Ms. Ax.—10 *Memoria digna* Ms. Voss. 2. Dan. Ax.—11 Sic Ms. Gif. Sav. Dan. Leid. 1. [Ed. Bos. et recentt.] Sed *plurimis*, omissa præpositione, Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. *a plurimis pluribus* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. Lectio loci fuit duplex.

1 *Genere honesto* Ms. Ax.—2 *Citarizare* Ed. Jens. Med. Mox *cordarum* Ed.

NOTÆ

[c] *Saltare etiam in vitiis poni*] Indecoram apud Romanos saltationem fuisse pluribus in locis innuit Cicero pro Muræna, pro Plancio, et alibi. Quod tamen de omni saltationum genere minime intelligendum est. Nam Quintilianus negat inhonestam fuisse Pyrrhicen saltationem, quam armati peragebant, et hoc laboriosum erat saltationis genus, quia ejus opere jactus ictusque declinabant, ut docet Plato de legibus, lib. VII. et Plin. lib. VII. 57.

[d] *Patre honesto genere*] Hæc verba generis ejus mediocritatem innuere videntur; quotiescumque enim Latini alicujus parentes obscuros dicere nolunt, eos, quadam sermonis gratia, honestos vocant; unde Ælianus lib. XII. scribit Polymnum Epaminondæ patrem fuisse obscurum et humilem.

[e] *Eruditus autem sic*] Vide Cicer. de Orat. III. et Offic. I. Plutarchum in Pelopida, Diogenem Laërtium in Pythagora. Adi etiam Just. lib. VI. 8.

[f] *Nam et citharizare*] Pro citharam tangere; verbum obsoletum.

chordarum sonum doctus est a Dionysio:[g] qui non minore fuit in musicis gloria, quam Damon,[3] aut Lamprus;[h] quorum pervulgata[4] sunt nomina: [carmina][5] cantare tibiis[i] ab Olympiodoro,[j] saltare a Calliphrone.[6k] At philosophiæ præceptorem habuit Lysim[7l] Tarentinum, Pythagoreum: cui quidem sic fuit deditus, ut adolescens tristem et severum senem omnibus æqualibus suis in[8] familiaritate anteposue-

Jens. Med. Arg. Ald. Long. Mag.—3 *Damo* Ms. Voss. 2. Deinde *Lampus* Ms. Leid. 1. Dan. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. [Sed Λάμπρος Atheniensis et inventor Lydiæ harmoniæ sive Mixolydiæ dicitur a Plutarcho de Musica p. 1136. s. edit. Reisk. vol. x. p. 667. et Λάμπρος musicus, abstemius, ὑδροπότης, nominatur ab Athenæo II. 6. pag. 44. D. ed. Casaub. De Lampro v. Fabricii B. Gr. lib. II. c. 15. 36. vol. II. p. 128. ed. Harl. inprimis Lessing. in vita Sophocl. p. 36-47. it. Guil. Leon. Mahne in diatribe de Aristoxeno §. 4. rec. in Thesauro critico novo, tom. I. Lips. 1803. 8. p. 11. sq. De Dionysio autem Fabric. l. c. pag. 120.]—4 *Pervigilata* Ms. Voss. 1. *quorum pervulgata carmina, cantare tibiis* Ms. Ax.—5 *Carmina* quod [Bos. in ed. 2., ut Stav. in ed. 1. et 3. Tzschuck. (qui id omittendum censet in not. ed. 2.) et Wetz. uncis inclusit,] aberat a Ms. Dan. Leid. 1. 2. [et Ith. Brem. atque Hutten. id omiserunt.] Unci absunt ab Ed. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. Bos. 1. Stav. 2. Patav. [Heus. Harl. Schmied. Heinr. neque ego spurium esse existimem.] Mox *Olimprodoro* Ed. Med. Arg. *Olymprodoro* Ed. Jens.—6 *Caliphrone* Ms. Voss. 1. Ed. Arg. Par. Ald. *Calphrone* Ed. Jens. Med.—7 Ita Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Kench. [Bos. Heus. Ith. Heinr. Brem. Schmied. Wetz. Stav. 1. 2. *Lysin* Stav. 3. Tzschuck. Harl.] Sed *Lysiam* Ms. Voss. 1. 2. Ax. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. (in quo est *Lysiam Tar. Pythagoræum*, Mag.) Etiam in Ms. Dan. scriptum fuerat *Lysiam*; sed alia postea manus deleverat literam *a*.—8 *In* abest ab Ed. Ald.

NOTÆ

g *A Dionysio*] Hic Lyristes Thebanus fuit valde peritus. Plutarchus libro qui inscribitur De Musica.

h *Quam Damon et Lamprus*] Damonis meminerunt Plato dialogo de rep. et Athenæus lib. XIV. 2. Huncque Lydiam harmoniam remissam excogitasse testatur Plutarchus libro supra citato; solebatque ebrios ac petulantes homines harmonia sua ad modestiam reducere. Lamprus ab eodem Plutarcho ibidem inter eos qui recte movendis instrumentis Lyricis excelluerunt annumeratur; quamvis a Platone imperitus dicatur Musicus in Menexeno; qua in re non consentit Athenæus, lib. I. 16. et lib. XI. 2.

i *Carmina cantare tibiis*] Veteri suo libro abesse *carmina*, testatur P. Daniel.

j *Ab Olympiodoro*] Viro in sua arte versatissimo; præter quem tamen, et ab Orthagora Epaminondam doctum fuisse testatur Athenæus lib. IV. cap. ultimo.

k *Saltare a Calliphrone*] Id nomen alibi mihi occurrisse non memini.

l *Philosophiæ professorem habuit Lysim*] Laërtius in vita Pythagoræ Lysiden vocat. Porro Lysis ille Epaminondam et Philippum simul Amyntæ filium philosophiam Pythagoricam docuit, quæ quidem ex Democriti philosophia prodiit; fuitque Epaminondas simul summus Philosophus et Imperator. Justin. lib. VI. 8.

rit:[9] neque prius eum a se dimiserit, quam in doctrinis tanto antecesserit[10] condiscipulos, ut facile intelligi posset, pari modo superaturum omnes in ceteris artibus.[11] Atque hæc ad nostram consuetudinem sunt levia, et potius contemnenda; at in Græcia utique olim magnæ laudi[12] erant. Postquam ephebus factus est, et palæstræ dare operam cœpit:[e] [m] non tam magnitudini virium servivit, quam velocitati.[f] Illam enim ad athletarum[13] usum; hanc ad[14] belli existimabat utilitatem pertinere. Itaque exercebatur plurimum currendo et luctando,[15] ad eum finem,[16] quoad stans[17] complecti posset, atque contendere.[n] In armis[18] plurimum studii consumebat.

[e] *Postquam pubertatem attigit, et gymnicis artibus exerceri orsus est.*
[f] *Non tam corroborandis viribus, quam celeritati applicuit.*

—9 *Composuerit* Ms. Leid. 2.—10 Sic Ms. Ax. Boecl. Voss. 2. [Ed. Bos. 2. et seqq. atque, recte, ait Schmied. et ex usu linguæ perfectum ponitur præcedentibus particulis *sic*, ut hic, vel *adeo*, *tantum*, ubi non finitum tempus, sed res omnino ejusque vis spectatur.] Sed *doctrinis t. antecessit* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. Statim *discipulis* Ms. Voss. 1. sed supra notatum, *discipulos*. Dein *facili* Ed. Jens. Med. Arg.—11 *In ceteris art. superat.* Ed. Lamb. [*in c. art. superat. omnes* Ed. Wetz.]—12 *Laudi* aberat a Ms. Mendos. et in eodem libro diphthongo *æ* vocab. *magnæ* suprascripta erat litera *i*. Mox *post ephebus est factus* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. Dein *palestræ* Ed. Ald.—13 *Illam enim athlet.* Ms. Voss. 2. Ax. [nec invenuste, ait Stav. ad ed. 3. quia Latini præpositiones in priore membro omittere soleant. Enimvero num h. l. omissio illa venusta fuisset, equidem dubito, et ille Græcismus a poëtis potius adhibetur.] *Illam ad atlæth.* Ed. Jens. Med. *illam ad athlæt.* Ed. Arg.—14 *Hanc belli* Ed. Med.—15 Hæc *et luctando* aberant a Ms. Boecl.—16 Hæc *ad eum finem* aberant a Ms. Leid. 1. [*ad eum fin. quoad* est *tam diu*, *quam*.] Cic. Verrin. I. 6. 'usque ad eum finem, dum' &c. idem Verrin. v. 29. 'quem ad finem? dum cum imperio fuisti.' Cic. pro Cœlio cap. 5.—17 *Quoad stans.* Recte. [Ed. Lamb. Bos. et rell.] *quo adstans* Ms. Ernst. Voss. 1. Bav. *quod stans* Ms. Boecl. Voss. 2. [cui lectioni favet Stav. in not. ad ed. 3.] *quo astans* Ms. Leid. 2. *quod istas* Ms. Ax.—18 *In armis vero* Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ax. [Ed. Wetz.] Hinc cap. 3. incipit in ed. Patav. Mox *consumebant* Ms. Voss. 2.

NOTÆ

[m] *Et palæstræ dare operam cœpit*] Hoc erat in more positum apud Græcos, ut juventus omnis maxime gymnicis artibus exerceretur, et in eo præsertim incumberet. In palæstra autem variis decertabant exercitiis, quorum præcipua refert Virg. Æneid. lib. v. 'Quique pedum cursu valet, et qui viribus audax Aut jaculo incedit melior levibusque sagittis.'

[n] *Currendo et luctando, ad eum finem, quoad stans complecti posset, atque contendere*] Hic locus obscurus, et varie a variis legitur. Quidam

3. Ad[1] hanc corporis firmitatem plurima[2] etiam animi bona accesserant. Erat enim modestus, prudens, gravis,[3] temporibus sapienter utens, peritus belli, fortis manu,[4] animo maximo: adeo veritatis diligens, ut ne[5] joco quidem mentiretur.[o] Idem continens, clemens, patiensque admirandum[6] in modum: non solum populi, sed etiam amicorum ferens injurias: inprimisque[7] commissa celans;[p] quod interdum non minus prodest, quam diserte dicere: studiosus audiendi:[8] ex hoc enim facillime disci arbitrabatur. Itaque cum in circulum venisset,[q] in quo aut de republica disputaretur,

1 *At hunc* Ms. Voss. 1.—2 *Plura* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Heus. Ith. Heinr. Schmied. Stav. 3. Bipont. Tzschuck. Paufl. *plurima* Ed. Bos. 2. et rell.]—3 *Gnavis* Ms. Ax.—4 [Hæc est constans lectio librorum. Sed quod Cornel. animi bona nunc recenset, Harl. ad ed. 1. conjecerat *fortissimus*, *animo max.* (et assentitur Bergsträsser, nec plane improbat Tzschuck. ad ed. 2.) aut *forti animo*, *ingenio*, aut *consilio max.* Sed quoniam aliis illa conjectura videbatur audacior, ad ed. 2. noluit esse pertinax in defendenda sua suspicione. Bremi voce. *fortis manu* a librario quodam intrusa esse opinatur, idque malit accipere Tzschuck. sed tamen dubius est.]—5 *Nec joc.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Mox *item cont.* Ed. Gebh. Keuch. et *clæmens* Ed. Jens. Med. Arg.—6 *Admirum in mod.* Ms. Voss. 2. *mirandum* Ms. Ax.—7 *In primis* Ms. Leid. 2. Dan. Mox in Ed. Jens. Med. Arg. Ald. est *cælans*. Mox a Ms. Ax. aberat τὸ *dicere*.—8 *Audendi* Ed. Arg.—9 *Aut philos.* Ed. Jens.

NOTÆ

legunt *currendo* (omissa voce, *luctando*) *ad eum finem, quod stans complecti posset atque contendere.* Sic legendum olim Freinshemius existimavit, nimirum: *Ad eum finem quod astans complecti posset atque contendere.* ' Astans, inquit, esset coram factus, igitur non modo currere discebat; id enim nihil aliud quam eum in periculum perduxisset, deinde deseruisset. Sed etiam luctari, quod astans, et prope hostem positus eum complecti, atque cum eo contendere posset.' Quod mihi non improbandum videtur: nam revera is sensus Nepotis esse debet, ut scilicet Epaminondas eatenus curreret, et luctaretur, quatenus astans complecti posset adversarium atque cum illo contendere.

[o] *Ut ne joco quidem mentiretur*] Simile quidpiam de Ptolemæo Arrianus, de Juliano Mamertinus: de Attico idem Nepos in vita ejus. Ideo autem tanto eum odio mendacium habuisse credibile est, quod et natura et Philosophiæ præcepta illud ipsi instillassent. Super ea re vide Ælian. hist. anim. lib. III. 23.

[p] *Commissa celans*] Quod in Epaminonda non adeo mirandum puto: cum enim Pythagorica philosophia probe imbutus fuisset, quæ religiosissime silentium ac fidem præcipiebat, id facile de ipso crediderim.

[q] *Cum in circulum venisset*] Circulus vulgo dicitur cœtus coëuntium ac confabulantium, qui veluti circulum faciunt et coronam. Vide Ovid. Metam. lib. XIII. ' Consedere duces, et vulgi stante corona.'

aut de philosophia[9] sermo haberetur, nunquam inde prius discessit, quam ad finem sermo esset adductus.[10] Paupertatem adeo facile perpessus est,[r] ut de republ. nihil præter gloriam ceperit:[11] amicorum in se tuendo caruit[12] facultatibus:[a] fide ad alios sublevandos sæpe sic usus est, ut possit judicari,[13] omnia ei cum amicis fuisse communia. Nam cum aut civium suorum aliquis ab hostibus esset[14] captus, aut virgo amici nubilis propter paupertatem[15] collocari non posset; amicorum concilium[16] habebat, et quantum quisque daret, pro cujusque[17] facultatibus imperabat. Eamque summam cum fecerat,[18] priusquam acciperet pecuniam, adducebat eum, qui quærebat,[s] ad eos, qui conferebant: eique ut ipsi numerarent, faciebat; ut ille, ad quem ea res perveniebat, sciret, quantum[19] cuique deberet.

4. Tentata[1] autem ejus est abstinentia a Diomedonte

[a] *Necessariorum opibus minime usus est, quibus se tueretur.*

Med.—10 Sic Ms. Dan. Mendos. Leid. 1. Ax. Sed *aductus* Ms. Voss. 2. *deductus* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. [Wetz.] *eductus* Ms. Leid. 2. Mox *adeo facile* aberant a Ms. Leid. 2.—11 *Caperit* Ed. Med. Arg.—12 *Caruerit* Ms. Gif. Mendos. Dan. Leid. 2. Ax. [sed verum est τὸ *caruit*, h. e. more Græcorum *carere voluit*.]—13 *Judicari possit* Ms. Leid. 2.—14 *Fuisset captus* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. [Wetz.]—15 *Quæ propter paup.* Ms. Boecl. Ax. Voss. 2. Ed. Arg. Par. Mag. *quam pr. paup. collocare non posset* Ms. Voss. 1. Sav. Gif. Put. Ed. Jens. Med. Ald. etiam Ed. Long. *collocare* habet. [Heus. prisca lectio fuisse videtur: *aut virgo amici nubilis* (repete, *esset*), *quæ propt. paup. colloc. non posset*.]—16 *Consilium* Ms. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch.—17 *Cujusque* aberat a Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Sed Heus. uncis inclusit. [at bene id tuetur Brem.]—18 *Fecerat*, [i. e. collegerat, comparaverat.] Sic Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Heus. [Stav. 3. Ith. Harl. Wetz. Tzschuck. 1. 2. Heinr. Schmied. Recte: nam plusquamperfectum indicativi sequente imperfecto actionis celeritatem indicat. v. Tzschuck. Sed *faceret* Edd. rell.]—19 *Quibus et quantum* Ed. Ald. Lamb. Steph.

1 *Temptata* Ms. Voss. 1. Mox τὸ *est* aberat a Ms. Voss. 2. Ax. Sed Ed.

NOTÆ

[r] *Paupertatem adeo facile perpessus est*] Vide Ælian. Var. hist. lib. XI. 9, Justin. lib. VI. 8. Et Julium Front. lib. IV. 3. qui refert Epaminondam in supellectile sua præter ahenum et veru unum non habuisse; quod quidem admirandæ ejus abstinentiæ est exemplum.

[s] *Adducebat eum, qui quærebat*] Id est, procum, seu virginis sponsum.

Cyziceno.[2] [1] Namque is rogatu Artaxerxis Epaminondam pecunia corrumpendum susceperat. Hic magno cum pondere auri Thebas venit; et Micythum[3] adolescentulum quinque talentis ad suam perduxit voluntatem: quem tum Epaminondas plurimum diligebat. Micythus[4] Epaminondam convenit, et causam adventus Diomedontis ostendit. At ille Diomedonte coram, 'Nihil,' inquit, 'opus pecunia est. Nam si ea rex[5] vult, quæ Thebanis sint[6] utilia, gratis facere sum paratus: sin autem contraria, non habet auri atque argenti satis. Namque orbis terrarum divitias accipere nolo pro patriæ caritate.[f] [7] Te, qui[8] me incognitum tentasti, tuique similem existimasti, non miror: tibique[9] ignosco: sed egredere propere, ne[10] alios corrumpas, cum me non potueris. Tu, Micythe,[11] argentum huic redde: nisi[12] id confestim facis, ego te[13] tradam magistratui.' Hunc Diomedon cum rogaret, ut tuto exire,[14] suaque, quæ attulisset, liceret efferre: 'Istud,'[15] inquit, 'faciam: neque tua causa, sed mea: ne, si tibi sit pecunia ademta,[16] aliquis

[f] *Major enim est in me amor patriæ, quam ut vellem eum cum terrarum orbis divitiis commutare.*

Long. ac Mag. [Wetz.] *tentata autem est ejus abstin.*—2 *Ciziceno* Ed. Jens. Med. Arg.—3 *Admihitte* Ms. Leid. 2. *Michitum* Ms. Dan. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Mag. ubique. *Mythicum* et mox *Mythicus* Ed. Long.—4 *Michytus* Ms. Dan. et mox *Diomedonti.*—5 *Si rex ea* Ms. Ax. Dan.—6 *Sunt* Ms. Ax. Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch.—7 *Namque...caritate* absunt ab Ed. Ultraj. —8 *Tuque* Ms. Mendos. *tu quod* Ms. Dan. Ax. Ed. Heus. [Ith. *te quod* Ed. Schmied.] *tu qui* Ms. Boecl. Leid. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. [Harl. *te qui* Edd. rell. et tuetur Stav. ad ed. 3. quia sequitur *tibique ignosco.*] Mox *temptasti* Ms. Voss. 1.—9 *Tibi* Ed. Jens. Med. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav.—10 *Neque alios* Ms. Voss. 1. Leid. 2.—11 *Micythe* abest ab Ed. Ald. Lamb. Sed *et tu Mychyte* Ms. Dan. *i tu Mythice* Ed. Long. Pat. *i tu Michite* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. *i tu Michyte* Ms. Ax. *tu* [*Micythe*] Ed. Heus. quem vid.—12 *Aut nisi* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch.—13 *Ego trad. mag.* Ms. Boecl. Voss. 2. In Ms. Leid. 2. erat *magistratu*; [in dativo antiquo. v. Stav. ad ed. 1. et 3. qui *magistratibus* conjicit.]—14 *Exiet* Ms. Leid. 2. *exiret* Ms. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Long.—15 *Istud quidem inquit* Ms. Ax. [Eleganter. Sed *illud, inquit* Tzschuck. 1. 2.]—16 *Adempta* Ed. Jens.

NOTÆ

[1] *A Diomede Cyziceno*] Ex Cyzico Bithyniæ urbe. Tentatus etiam fuit a Jasone Thessalorum tyranno, qui ad eum summa paupertate laborantem quinquaginta auri talenta attulerat. Vide Ælianum lib. xi. 9.

dicat; id ad me ereptum[17] pervenisse, quod delatum accipere noluissem.' A quo cum quæsisset,[18] quo se deduci vellet; et ille, Athenas, dixisset:[19] præsidium dedit, ut eo tuto[20] perveniret. Neque vero id satis habuit, sed etiam, ut inviolatus in navem ascenderet,[21] per Chabriam Atheniensem,[22] de quo supra mentionem fecimus, effecit.[23] Abstinentiæ erit hoc satis testimonium. Plurima quidem proferre[24] possemus; sed modus adhibendus est: quoniam uno hoc volumine vitam[25] excellentium virorum concludere[26] constituimus: quorum[27] separatim multis millibus versuum[a] complures scriptores ante nos explicarunt.

5. Fuit etiam[1] disertus, ut nemo Thebanus[2] ei par esset

Med. Arg. Par. Ald. Keuch. [Long. male.]—17 Sic Ms. Dan. [Ed. Lamb. Bos. 2. et recentt. atque *ad me* conjungi debet cum *pervenisse*.] Sed *id a me er.* Ms. Boecl. Ax. Voss. 2. *id me er.* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Long. *ad id me er.* Ms. Voss. 1. *ad me, er.* (omisso τῷ *id*) Ed. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—18 *Quæsivisset* Ed. Keuch. sed *quæsisset* etiam Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Mox *deduci* etiam Ms. Dan. Ax. Boecl. Voss. 1. Leid. 1. [Ed. Bos. 2. et seqq. recte. Nam *deducere* est, de loco in alium locum ducere, et Stav. ad ed. 1. et 3. laudavit Cort. ad Sallust. B. Cat. cap. 55. nr. 2.] Sed *duci* Ms. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—19 *Diceret* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—20 *Ex tuto* Ms. Leid. 1. *tuto*, omisso τῷ *eo*, Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. *eo* uncis inclusit Heus.—21 Sic Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. [et sic, vel *adscenderet* Ed. Long. Lamb. Bos. et recentt.] Sed *escenderet* Ms. Dan. *extenderet* Ms. Ax.—22 *Atheniensem curavit* Ed. Lamb. Steph. Gebh. (omisso deinde τῷ *effecit.*)—23 Sic Ms. Gif. Dan. Mendos. Ed. Sav. [Bos. et seqq.] Sed *procuravit* Ed. Long. Abest ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh.—24 *Proferre* aberat a Ms. Boecl. Voss. 2. Ax.—25 *Vitam* Ms. Dan. Ax. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Keuch. Heus. Patav. [Harl. et ego id reposui. Sed *vitas*, quomodo legitur in ceteris meis edd. acriter lateque h. l. defendit Stav. ad ed. 3.]—26 Ita Ms. Boecl. Ax. Voss. 2. [Ed. Bos. et seqq.] Sed *vir. complurimum concl.* Ms. Voss. 1. *virorum complurium concl.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. Statim *constituemus* Ms. Leid. 1. Abest ab Ed. Jens. Med. Ald.—27 *Quas* Ed. Long. Mag. Steph. Sed *quorum* Ms. Dan. Ed. Ald. [et rell.]

1 *Fuit etiam* Ms. Voss. 2. Ax. Ed. Heus. [Harl. Ith. Schmied. Bipont. Heinr. Paufl. et ego id revocavi. Atque Heusingero τὸ *et* (quod extat in rell. edd.) pro *etiam* suspectum est in hoc libello, quanquam haud negat, duo fortasse loca esse, VIII. 1. et XXV. 8. quibus *et* pro *etiam* adhuc hæreat, quorum vero, ait, fidem ipsa paucitas imminuit.] Statim *ne nemo* Ms. Leid. 2.—2 *Ex Thebanis* Ms. Ax. Boecl. *ei Thebanus par* Ms. Dan. Ed. Heus. [Wetz.] Atque *ei* post τὸ *Thebanus* aberat hic a Ms. Dan. Boecl. Voss. 2. Ed. Jens.

NOTÆ

[a] *Multis millibus versuum*] Hic versus sunt lineæ; ex quarum numero libros metiri olim solebant, et in ultima cera ascribebant.

eloquentia: neque minus concinnus in brevitate respondendi, quam in perpetua oratione ornatus. Habuit obtrectatorem Meneclidam[3] [v] quendam indidem[4] Thebis, et adversarium in administranda republ. satis exercitatum[5] in dicendo, ut Thebanum scilicet. Namque illi genti plus inest virium, quam ingenii. Is, quod in re militari florere Epaminondam videbat, hortari solebat Thebanos, ut pacem bello anteferrent, ne illius imperatoris opera desideraretur. Huic ille, 'Fallis,' inquit, 'verbo cives[6] tuos, quod hos a bello avocas;[7] otii enim nomine servitutem concilias.[8] Nam paritur pax bello. Itaque, qui ea diutina volunt frui, bello exercitati esse debent. Quare si principes Græciæ esse vultis,[9] castris est vobis utendum, non palæstra.'[g] Idem ille Meneclidas[10] cum huic objiceret, quod liberos non haberet, neque uxorem duxisset;[w] maximeque insolentiam,[11] quod sibi Agamemnonis belli[12] gloriam videretur consecutus:

[g] *Quamobrem si Græciæ principatum postulatis, belli laboribus, non palæstricis ludis, vobis assuescendum est.*

Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Hens. [Wetz.]—3 *Meneclydem* Ms. Dan. *Menedidem* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. ubique: *Menaclidem* Ms. Ax. *Meneclidam* Ed. Hens. [Harl. Tzschuck. 2. et sic rescripsi. *Meneclidan* Ed. Stav. 3. Tzschuck. 1.]—4 *Indedem* Ms. Voss. 2. Ed. Arg. Mox *et advers.* etiam Ms. Dan. Ax. Leid. 1. 2. Boecl. [Ed. Bos. 2. et seqq.] Sed copula abest ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. Deinde *in* ante *administr.* aberat a Ms. Leid. 2.—5 *Exercitus* Ms. Voss. 2. [Forsan pro *exercitum,* ait Staver. ad edit. 3. sed *exercitatum* præfert, laudatque Oudendorp. ad Frontin. Strategem. lib. II. 1. num. 30.]—6 *Civis* Ed. Jens. Med. Arg. Par.—7 *Evocas* Ms. Boecl. Mendos. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—8 *Concilians* Ed. Med. Arg.—9 *Vultis esse* Ms. Ax. Mox *nobis ut.* Ms. Voss. 1. Ed. Mag.—10 *Meneclydes* Ms. Dan. *Menaclides* Ms. Voss. 2. *Menedemides* Ed. Long. *Meneclidas* Ed. Hens. [Stav. Harl. Tzschuck. 1. 2. et ego reddidi, nam mox sequitur *Meneclida* in vocativo, cujus primus casus in *as* exire debet. Vulgo *Meneclides.*]—11 *Maximeque insolentia* Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Long. Mag. *Maximaque esset insolentia* Ed. Par.—12 Ita Ms. Dan. Mendos. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Ultraj. [Bos. et seqq.]

NOTÆ

[v] *Habuit obtrectatorem Meneclidam*] De eo Plutarchus in Pelopida; huncque ait fuisse δεινότατον μὲν λέγειν, ἀκόλαστον δὲ καὶ κακοήθη τὸν τρόπον.

[w] *Neque uxorem duxisset*] Contra censet Polyænus Strategem. lib. XI. ubi indicat Epaminondam uxorem habuisse; et genuisse filium nomine Stesibrotum, quem jussit interfici, quod in bello adversus Lacedæmonios, se absente, suoque injussu, prælium commisisset. Plutarch. περὶ παραλλήλων.

stulta, 'Desine,' inquit, 'Menoclida,[13] de uxore mihi exprobrare: nam nullius in ista re minus[14] uti consilio volo.'[h] Habebat enim Menoclidas[15] suspicionem adulterii.[i] 'Quod autem me Agamemnonem æmulari putas; falleris.[16] Namque ille cum universa Græcia[x] vix decem annis unam cepit urbem: ego contra, ex[17] una urbe nostra, dieque uno,[y] totam Græciam, Lacedæmoniis fugatis, liberavi.'

6. Idem cum in conventum venisset Arcadum,[1] petens, ut societatem cum Thebanis et Argivis facerent; contraque[z] Callistratus[2] Atheniensium legatus, qui eloquentia omnes eo præstabat tempore, postularet, ut potius amicitiam[3]

[h] *Nam* tu is omnium es, *cujus sententiam hoc in negotio minus probo.*
[i] *Menoclides namque suspicione adulterii notabatur.*

Sed bello Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Patav.—13 Sic etiam Ms. Dan. Boecl. Voss. 1. 2. Leid. 2. [Bos. 2. et seqq.] Sed *Menoclide* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Bos. 1. Patav. *Menoclides* Ed. Mag. *Menodamida* Ed. Long. *Menoclyda* Ms. Dan. *Menodida* Ed. Jens. Med. Arg. Par. *Menoclide* Ed. Ald. *Menaclida* Ms. Ax.—14 Verba *quam tuo*, quæ hic adduntur post *minus* in Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Patav. aberant a Ms. Voss. 1. 2. Ax. Dan. Mendos. Leid. 1. Ed. Ultraj. [Bos. et rell.]—15 *Menoclidas* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Heus. [Stav. 3. Harl. Tzschuck. 1. 2. et sic rescripsi pro vulgato *Menoclides*:] *Menacidas* Ms. Ax.—16 *Fallis* Ms. Mendos. Ed. Gebh. Keuch. [Quod addit Fischer. ed. Heus. in eo fallitur; nam Heus. in textu dedit *falleris*: in nota vero, Schott. membr. *fallis*, ait, quod verbum alterum, *putas*, excludit.]—17 *Contra ea una u. n.* Ms. Gif. Dan. Mendos. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Gebh. Keuch. [et Heus. qui *una urbe* interpretatur, cum civibus unius urbis nostræ, sed graviter impugnat eum Staver. ad ed. 3. Tzschuck. tamen ad ed. 2. quia brevius est et concinnius, prætulerit *una urbe nostra*, tanquam ablativos absolutos, eo sensu, cum una esset urbe nostra, nisi sonus offenderit: add. Stav. ad 2. ed. ibique Harl.]

1 *Archadum* Ms. Voss. 1.—2 *Contra* Ed. Jens. Med. Ald. Patav. Statim *Calistratus* Ms. Dan. et *Atheniens. ductor legatus* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax.—3 *Amicitias* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.

NOTÆ

[x] *Namque ille cum universa Græcia*] Id notum est tum ex Homero, cum ex aliis omnibus antiquis scriptoribus, Agamemnonem cum omnibus Græciæ viribus et Principibus per decennium ad Trojam pugnasse; quod Calchas vates fore prædixerat ex passerum numero, quos serpens deglutiverat, ut Homerus refert Iliad. II. Quos versus Latine vertit Cic. de Divinatione, lib. II.

[y] *Ex una urbe nostra, dieque uno*] De pugna Leuctrica hic loquitur, in qua intra unum diem soli Thebani, duce Epaminonda, omnes Lacedæmoniorum vires fregerunt.

[z] *Contraque Callistratus*] Cujus orationem refert Xenoph. de reb. Græc. lib. VI. 4. quam habuit apud Lacedæmonios. Fuit item Callistratus nomen statuarii. Plin. lib. XXXIV. 8.

sequerentur Atticorum; et in oratione sua multa[4] invectus esset in Thebanos[a] et Argivos, in eisque[5] hoc posuisset, animadvertere[6] debere Arcadas, quales utraque civitas cives procreasset,[b] ex quibus de ceteris possent judicare; Argivos enim fuisse Orestem[7] et Alcmæonem,[c] matricidas; Thebis Œdipum natum,[d] qui, cum patrem suum interfecisset, ex matre liberos procreasset:[8] hic in respondendo Epaminondas, cum de ceteris perorasset,[k] postquam ad illa duo opprobria[9] pervenit, admirari se, dixit, stultitiam

[k] *Cum ad cetera capita respondisset.*

amicitia Ms. Voss. 2.—4 *Multa* aberat a Ms. Boecl. Ax. Voss. 2. [Τὸ *multa* hoc loco sustinet adverbii vicem ex Græca ratione. Sic in Timol. cap. 5. 'nonnulla invehi,' notante Tzschuckio et antea Boecl. in ind. voc. *invehi.*]—5 *In eosque* Ms. Voss. 2.—6 *Animum advertere* Ms. Voss. 1. Mox *Arcadas* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Heus. [Stav. 3. Ith. Tzschuck. 1. 2. Heinr. Schmied. et ego sic rescripsi: *Arcades* Ed. Bos. et al.] *Archadas* Ms. Voss. 2. Ax. Statim *qualis....civis* Ms. Voss. 2. Etiam in Ed. Jens. Med. Par. est *civis.*—7 *Herestem* Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Tum *Alcmeonem* Ed. Arg. Par. Long. Mag. *Alcynconem* Ms. Leid. 2. *Alcineonē* Ed. Jens. Med. Dein *Œdippum* Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2.—8 *Procreasse* Ms. Dan. [Ed. Lamb. Bos. Stav. 1. 3.] Sed *procreasset* Ms. Voss. 1. 2. Ax. Leid. 2. Ed. Long. Mag. Keuch. Heus. Stav. 2. Patav. [Harl. Tzschuck. et rell. recentt.] Statim *hic* etiam Ms. Leid. 2. Voss. 2. Sed *hinc* Ms. Voss. 1. *huic* Ms. Ax. Boecl. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Patav. Scheffer. in Obss. misc. vol. 8. p. 432. conjecit *heic.*—9 *Obprobria* Ed. Jens. Med. Arg.

NOTÆ

[a] *Multa invectus esset in Thebanos*] Eodem utitur loquendi modo, infra, 'ac nonnulla inveherentur in Timoleonta:' quod alibi rarius invenies.

[b] *Quales utraque civitas cives procreasset*] Hæc referuntur ad Orestem, et Clytæmnestram ejus matrem; ad Œdipum, Laium, et Jocastam.

[c] *Orestem et Alcmæonem*] Orestes Agamemnonis et Clytæmnestræ filius, qui cruentam patris mortem ulturus, matrem interfecit; propter quod patricidium furiis agitatus est, quibus non ante purgari potuit, quam ad aram Dianæ Tauricæ perpetratum scelus expiaverit. Alcmæon vero Amphiarai et Eriphyles filius, qui pariter matrem interfecit, quod illa monili aureo corrupta, Amphiaraum maritum suum, qui in bello Thebano hiatu terræ absorptus est, prodidisset Polynici.

[d] *Thebis Œdipum natum, &c.*] Pater ejus Laius, quem nescius occidit, mater vero Jocasta Creontis Thebanorum regis filia, quam soluto Sphyngis ænigmate uxorem pariter nescius duxit, ex qua Etheoclem et Polynicem suscepit, qui de regno disceptantes mutuis se vulneribus confoderunt. Hæc sunt ipsiusmet verba apud Senecam, 'occidi patrem, Sed matrem amavi, proh! loqui hymenæum pudet.'

rhetoris Attici, qui non animadverterit[10] innocentes illos natos; domi scelere admisso,[11] cum patria essent expulsi,[12] receptos esse ab Atheniensibus. Sed maxime ejus eloquentia eluxit Spartæ,[a] [legati ante pugnam Leuctricam]:[13] quo cum omnium sociorum convenissent legati, coram frequentissimo legationum[14] conventu, sic Lacedæmoniorum tyrannidem coarguit, ut non minus illa oratione opes eorum concusserit, quam Leuctrica pugna.[e] Tum enim perfecit, quod post apparuit, ut auxilio sociorum Lacedæmonii privarentur.

7. Fuisse patientem,[1] suorumque injurias ferentem civium, quod sè patriæ irasci nefas esse duceret,[f] hæc sunt testimonia. Cum eum propter invidiam cives præficere exercitui[2] noluissent, duxque esset delectus belli imperitus;

[a] *At præsertim Lacedæmoni legatus suam facundiam exhibuit.*

[Stav. Tzschuck. 1. 2.]—10 *Animadverteret* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Stav. 2.—11 *Amisso* Ms. Voss. 2. [sed 'scelus admittere' pro *perpetrare* eleganter dici, ostendit Stav. ad ed. 3.]—12 *Pulsi* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Keuch. Patav. [Wetz.] Sed *expulsi* Ms. Dan. Boecl. Ax. Voss. 2. [Ed. Bos. et sqq. fere omnes.]—13 *Legati ante p. Leuctr.* erant in Ms. Dan. (in quo scriptum *Leuctrycam,*) Gif. Mendos. Ax. Boecl. Leid. 1. 2. Voss. 1. 2. Absunt ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Patav. Unci absunt ab Ed. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Ith. Brem. Tzschuck. 2. Schmied. qui illa verba ad sensum et historiam necessaria esse judicat in Lex. Cornel. p. 42. Uncis tamen ea inclusa sunt in Ed. Bos. 2. Hens. et pluribus recentt.]—14 *Legionum* Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Sed *legationum* Ms. Dan. Boecl. Voss. 2. Ax. [Edd. rell. recte.] Mox *si Laced.* Ms. Voss. 1. dein *Leutrica* Ms. Voss. 2.

1 *Fuisse autem pat.* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Patav. [Tzschuck. 1. in altera tamen edit. uti in Bos. et rell. omissum est *τὸ autem.*]—2 *Exerc. præf.* Ed. Lamb. Patav. *præf.* omisso *τῷ exercitui* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Statim *voluissent* Ed. Jens. Med. Arg.

NOTÆ

[e] *Quam Leuctrica pugna*] De illa Diodorus lib. XV. Xenoph. de reb. Græc. lib. VI. Plutarchus in Pelopida. Pausanias in Bœoticis: in ea autem Cleombrotus Lacedæmoniorum rex cecidit, multaque prodigia et ostenta cladem illam antecesserunt. Cicero, Xenoph. Diodorus. Porro Leuctra vicus est Bœotiæ juxta Thespias urbem liberam, Heliconi proximam.

[f] *Quod se patriæ irasci nefas esse duceret*] Vide apud Val. Max. lib. III. 7. patientiæ ejus exemplum, cujus hæc sunt verba: 'Siquidem Epaminondas, cum ei cives irati sternendarum in oppido viarum contumeliæ causa curam mandarent (erat enim illud ministerium apud eos sordidum), sine ulla cunctatione id recepit.'

cujus errore eo esset deducta[3] illa multitudo militum,[m4] ut omnes de salute pertimescerent, quod locorum angustiis clausi ab hostibus obsidebantur: desiderari cœpta est Epaminondæ diligentia: erat enim ibi privatus numero militis.[5] A quo cum peterent[6] opem, nullam adhibuit memoriam contumeliæ, et exercitum obsidione liberatum, domum reduxit incolumem. Neque[7] vero hoc semel fecit, sed sæpius. Maxime autem fuit illustre, cum in[8] Peloponnesum exercitum duxisset adversus Lacedæmonios, haberetque collegas duos,[9] quorum alter erat Pelopidas,[g] vir fortis ac strenuus. Hic cum criminibus adversariorum omnes in invidiam venissent, ob eamque rem imperium his esset abrogatum,[h] atque in eorum locum alii prætores successissent;[11] Epaminondas populiscito[12] non paruit, idemque ut facerent, persuasit collegis, et bellum, quod susceperat, gessit. Namque animadvertebat, nisi[13] id fecisset, totum exercitum propter prætorum imprudentiam inscientiamque[14] belli periturum.

[m] *Cujus imperitia* in eas angustias *adductum esset numerosum illud agmen.*

Long.—3 *Ded. esset* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. *essent ded.* Ed. Boecl.—4 Sic Ms. Gif. Dan. [Ed. Bos. 2. Stav. Heus. et seqq.] Sed *illa mil. mult.* Ed. Boecl. Bos. 1. *res illa militum* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Patav. *res militum* Ms. Ax. Boecl. Voss. 2. [quam lectionem probat Scheffer. et ait, eam nihil aliud significare, quam ipsos milites :] *illa multitudinem militum* Ms. Leid. 1.—5 Sic etiam Ms. Voss. 1. 2. Ax. Leid. 2. v. Burmann. ad Phædr. fab. IV. 24. 16. Sed *militum* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch.—6 *Peteret* Ed. Jens. Med. Arg. Par.—7 *Nec vero* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ax.—8 *Cum Pelop.* Ms. Boecl. Ax. Voss. 2.—9 Ita etiam Ed. Arg. Long. Mag. Lamb. [Bos. et seqq.] Sed *suos* Ed. Jens. Med. Arg. Mag. —11 *Succesissent* Ed. Jens. Med.—12 Sic Ms. Gif. Dan. Ed. Ultraject. [Ed. Bos. 2. et seqq.] Sed *plebiscito* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. *plebescito* Ms. Voss. 2.—13 [Sic codd. Ed. Bos. 2. et seqq.] Sed *ubi* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—14 *Inscitiamque*

NOTÆ

[g] *Quorum alter erat Pelopidas*] Vide Plutarchum in Pelopida, et ipsum Nepotem postea.

[h] *Ob eamque rem imperium his esset abrogatum*] Non abrogatum, sed elapsum tempus imperii lege præfinitum scribit Plutarchus in Pelopida. Ambo enim, inquit, (de Epaminonda et Pelopida loquitur,) cum rediissent, capitis accersiti sunt, quoniam non deposito magistratu primo futuro mense quo lex jubebat, quatuor item totos menses, præter legem eo functi essent; quibus et in Messenia, Arcadia, et Laconica commorati sunt.

Lex erat Thebis,[i] quæ morte multabat, si quis imperium diutius retinuisset,[15] quam lege præfinitum foret. Hanc Epaminondas cum reipubl. conservandæ causa latam videret, ad perniciem civitatis conferre noluit; et quatuor[16] mensibus diutius, quam populus jusserat, gessit imperium.

8. Postquam domum reditum est, collegæ ejus[j] hoc crimine accusabantur: quibus ille permisit, ut omnem causam[1] in se transferrent,[*] suaque opera factum contenderent, ut legi non obedirent. Qua defensione illis periculo liberatis, nemo Epaminondam responsurum putabat, quod, quid[2] diceret, non haberet. At ille in judicium venit: nihil eorum negavit, quæ adversarii crimini dabant, omniaque, quæ collegæ dixerant,[3] confessus est; neque recusavit,[4] quo minus legis pœnam subiret; sed unum ab iis[5] petivit, ut in periculo[6] suo inscriberent:[k] EPAMINONDAS A THEBANIS MORTE MULCTATUS EST, QUOD[7] EOS COEGIT APUD LEUCTRA[8] SUPERARE LACEDÆMONIOS, QUOS ANTE SE

[*] *Ut omnem in se culpam rejicerent.*

Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos. 1. [conf. Cic. de N. D. I. 1. et Ernest. clav. Cicer. voc. *inscientia*.]—15 *tenuisset* Ms. Dan.—16 *Quattuor* Ed. Med.

1 *Omnem ut caus.* Ed. Steph. Gebh. Keuch.—2 *Qui quid* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. Mox *non habebat* Ed. Mag.—3 Sic Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Heus. Patav. Credo, melius. [Sic quoque Ed. Ith. Tzschuck. Harl. Bipont. Heinr. Wetz. Schmied. *dixerunt* Ed. Bos. Stav. Brem.]—4 *Renuntiavit* Ms. Boecl. Mox *pœnam legis* Ms. Ax.—5 *Ab his* Ms. Voss. 2. Ax. Leid. Ed. Jens. Med. Par. Lamb.—6 Sic etiam Ms. Gifan. Sav. [Thott.] Put. Mendos. et, quos Magius inspexit, omnes; Ed. Jens. Long. Lamb. [Bos. et seqq.] Sed *sepulchro* Ed. Ald. Mox *conscriberent* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. sed *inscriberent* Ms. Boecl. Sav. Ax. Leid. 1. 2. Voss. 2. [Ed. Bos. 2. et rell.]—7 *Quot* Ed. Ald.—8 *Leuctram*

NOTÆ

[i] *Lex erat Thebis*] Hujus legis meminit Alexander ab Alexandro lib. IV. 6. genialium dierum.

[j] *Collegæ ejus*] Reliquos duces huic legi paruisse testatur Plutarchus in Pelopida, præter Epaminondam ipsumque Pelopidam.

[k] *Ut in periculo suo inscriberent*] Hic locus varie legitur: Lambinus conjicit legendum esse, *in cippo suo*; Memmius, *in scapulo*; Magius, *breviculo*; Longolius, *peristylio*; Aldus, *sepulcro*; alii, aliomodo. Plutarchus et Ælianus στήλην vocant, quod idem est ac *cippus*, vel, *titulus sepulcri*; adeo ut hic sit sensus, Ut in periculo suo conscribant; id est, Ut in sepulcri titulo currerent.

IMPERATOREM NEMO BŒOTIORUM[9] AUSUS FUIT ASPICERE[10] IN ACIE;[l] QUODQUE UNO PRŒLIO NON SOLUM THEBAS AB INTERITU RETRAXIT,[11] SED ETIAM UNIVERSAM GRÆCIAM IN LIBERTATEM VINDICAVIT;[12] EOQUE RES UTRORUMQUE PERDUXIT, UT THEBANI SPARTAM OPPUGNARENT, LACEDÆMONII SATIS HABERENT SI SALVI ESSE POSSENT: NEQUE PRIUS BELLARE DESTITIT,[13] QUAM, MESSENE CONSTITUTA,[14][m] URBEM EORUM OBSIDIONE CLAUSIT. Hæc cum dixisset, risus omnium cum hilaritate coortus est; neque quisquam judex ausus est de eo[15] ferre suffragium. Sic a judicio capitis maxima discessit gloria.

9. Hic extremo tempore imperator apud Mantineam,[n] cum[1] acie instructa audacius instaret hostes,[2] cognitus a

Ms. Leid. 2. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. [male. Græc. enim Λεῦκτρα, ων.] *Leuctrium* Ms. Voss. 1.—9 *Bœotorum* Ms. Dan. [Dionys. Perieg. vers. 426. ἐπὶ Βοιωτῶν, &c. Horat. Epist. II. 1. 244. 'Bœotum.... natum.'] *Bœtiorum* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. *Bœtonum* Ms. Voss. 1. *Bœticorum* Ms. Voss. 2.—10 *Inspicere* Ms. Voss. Mox *quodque* etiam Ms. Dan. Sed quoque Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. *aspicere* seu rectius *adspicere*. *In acie quoque uno.*—11 *Retraxit* etiam Ms. Ax. Voss. 1. 2. Sed *extraxit* Ed. quæd.—12 *Vendicarit* Ed. Jens. Med. Arg. male. Mox in Med. est *habere.*—13 *Destitistis* Ms. Leid. 2. Mox *Messene* Ms. Voss. 1. 2. Dan. Ax. Leid. 2. Ed. Heus. [Stav. (qui multus est de illa urbe et scriptura,) 3. Harl. Bipont. Ith. Tzschuck. 1. 2. Schmied. Heinr. et sic rescripsi pro vulgato *Messena*:] *Messane* Ed. Par.—14 Sic etiam Ms. Ax. Voss. 2. [Ed. Long. Lamb. Bos. et seqq.] Sed *restituta* Ms. Gif. Dan. Leid. 1. 2. Voss. 1. Ed. Sav. *destituta* Ms. Boecler. *constitutus* Ed. Par.—15 *De eo* erant in Ms. Voss. 1. 2. Boecl. Dan. Ax. [Ed. Bos. 2. et seqq.] Sed absunt ab ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.

1 *Cum cum* Ed. Arg.—2 *hostibus* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav. [Tzschuck. Wetz.] Sed *hostes* Ed. Bos. [et seqq.] Statim *cognitum* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax.

NOTÆ

[l] *Ausus fuit aspicere in acie*] Hoc est, oculis rectis et irretortis; quasi ante Epaminondam solo aspectu Lacedæmonii Bœotios debellarent: quod et de Romanis testatur Cæsar lib. I. de bello Gallico, his verbis; 'Sæpenumero cum iis congressos, ne vultum quidem, atque aciem oculorum ferre potuisse.' Flor. lib. II. 18. 'Mancinum assiduis cædibus ita subegerunt, ut ne oculos quidem, aut vocem Numantini viri quisquam sustineret.'

[m] *Quam, Messene constituta*] Messene, civitas Peloponnesi ad mare prope Panisum amnem, unde sinus Messeniacus.

[n] *Apud Mantineam*] Urbem Arcadiæ, de qua lege Diodor. XV. et Xe-

Lacedæmoniis, quod in unius pernicie ejus,[3] patriæ sitam putabant salutem, universi in unum impetum fecerunt; neque prius abscesserunt,[4] quam, magna cæde facta,[5] multisque occisis, fortissime[6] ipsum Epaminondam pugnantem, sparo eminus percussum,[o] concidere viderunt. Hujus casu[7] aliquantum retardati sunt Bœotii:[8] neque tamen prius pugna excesserunt, quam repugnantes[9] profligarunt. At Epaminondas, cum animadverteret, mortiferum se vulnus accepisse, simulque, si ferrum, quod ex hastili in corpore remanserat, extraxisset, animam statim emissurum;[10] usque eo retinuit, quoad renuntiatum est, vicisse Bœotios.[p] Id postquam audivit, 'Satis,' inquit, 'vixi;[11] invictus enim morior.' Tum, ferro extracto, confestim exanimatus est.

10. Hic uxorem nunquam duxit.[q] In quo cum reprehenderetur, [quod liberos non relinqueret,][1] a Pelopida, qui

—3 *In ejus unius pernicie* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. *in un. pernicie ejus* Ed. Ald. *ejus* aberat a Ms. Voss. 2.—4 *Ascesserunt* Ms. Voss. 2.—5 *Facta* omittunt Mss. Boecl. Ax. Voss. 2. Leid. 2. Ed. Jens. Brix. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Heusingerus verba *facta multisque occisis* tanquam spuria, atque a grammatico quodam verbis *magna cæde* superscripta inclusit uncis. [Tzschuck. ad ed. 2. suspicatur *magna cæde, multis occisis*, et refert illa verba ad Lacedæmonios, in Epaminondam acriter irruentes, et hominum strage viam quasi sibi parantes, etsi omnino utrimque cædem factam esse per se pateat. Stav. vero ad ed. 3. quod apud Diodor. Sic. xv. 87. legitur *καὶ πολλῶν παρ' ἀμφοτέροις ἀναιρεθέντων*, haud male opinatur, a Cornelio scriptum fuisse vel, *magna cæde facta, multisque mutuo occisis*, vel, *mutua cæde multis occisis*.]—6 *Fortissime* erat in Ms. Leid. 1. [Ed. Bos. ac seqq. recte: Diodor. enim Sic. l. c. *ἡρωϊκῶς*, ait, *ὑπὲρ τῆς νίκης ἀγωνισάμενος*.] Abest ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Mox *pugn. pharo* Ms. Leid. 2.—7 Sic Ms. Voss. 2. Ax. Sed *causa* Ms. Leid. 2. Voss. 1. *cā* Ed. Jens. Med. Arg. Par. *causa* Ed. Long. Mag. Statim *aliquantulum* Ed. Arg. Long. Mag.—8 *Boëtii* Ms. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. ubique.—9 *Repugnantis* Ms. Voss. 1.—10 Ita Ms. Sav. Put. Gif. Boecl. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ox. Ax. [Ed. Bos. 2. et seqq.] Sed *amissurum* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. (quem v. ad Plaut. p. 25. D.) Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—11 *nisi* Ms. Voss. 1. *viri* Ed. Hagu. [Conf. Ælian. H. V. xii. 3. ibique Periz. et Justin. vi. 8. ibique interpr. ac Stav. ad nostr. loc.]

1 Ita, uncis tamen omissis, Ms. Boecl. Dan. Sav. Voss. 2. Leid. 2. Ax. Sed *repr. a Pelopida, quod l. n. rel.* Ms. Leid. 1. Omittuntur hic verba *quod l. n. rel.*

NOTÆ

noph. de rebus Græc. vii.

[o] *Sparo eminus percussum*] Sparus, inquit Servius, telum est rusticum, in modum pedis recurvum, quo frequenter Græci utebantur.

[p] *Usque eo retinuit, quoad renuntiatum est, vicisse Bœotios*] Vide Justin. lib. vi. 8.

[q] *Hic uxorem nunquam duxit*] De hoc supra diximus.

filium habebat[2] infamem; maleque eum in eo patriæ consulere diceret: 'Vide,' inquit, 'ne tu[3] pejus consulas, qui talem ex te natum relicturus sis. Neque vero stirps mihi potest deesse; namque ex me natam relinquo pugnam Leuctricam, quæ non modo mihi superstes, sed etiam immortalis sit necesse est.' Quo tempore, duce Pelopida, exules Thebas occuparunt,[4] et præsidium Lacedæmoniorum ex arce expulerunt,[r] Epaminondas, quam diu facta est cædes civium, domo[5] se tenuit; quod neque malos defendere volebat, neque impugnare, ne manus suorum sanguine cruentaret:[6] namque omnem civilem victoriam funestam putabat. Idem, postquam apud Cadmeam[7] pugnari cum Lacedæmoniis cœpit,[8] in primis stetit. Hujus de virtutibus vitaque satis erit dictum, si hoc unum adjunxero, quod nemo eat[9] inficias, Thebas et ante Epaminondam natum, et post ejus[10] interitum,[s] perpetuo alieno paruisse imperio; contra[11] ea, quam diu ille præfuerit reipubl. caput

eaque dein post *τὸ diceret* inseruntur in Edd. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Unci absunt ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. [Sed Heinrich. conjicit, probatque Tzschuck. ad ed. 2. *in quo quum reprehenderet Pelopidas et diceret.*]—2 *Habet* Ed. Lamb. Mox *male* Ms. Leid. 2.—3 *Ne in pejus* Ed. Stav. 2. [Harl.]—4 Sic etiam Ms. Leid. 2. Sed *occupaverunt* Ed. Steph. Gebh. Keuch.—5 Ita Mss. et Ox. Ed. Long. [Bos. 2. et plures seqq.] Sed *domi* Ed. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav. [Wetz. et sic Corn. in Pelopida c. 4. init. et in Dione c. 9. nec improbant Heus. et Tzschuck. ad ed. 2.] et *retinuit* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—6 *Neque....cruentare* Ms. Boecl. Voss. 1. 2. Ax. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mox *putabat* aberat a Ms. Voss. 1. Boecl. Tum *idemque* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Sed *idem* etiam Ms. Boecl. Ax.—7 *Achademiam* Ms. Boecl. Ax. Dan. Voss. 1. *Academiam* Ms. Sav. Mendos. Ed. Jens. Med. Arg. Par. *Mantineam* Ms. Leid. 2. *Achademi* Ms. Voss. 2. *Cadmeiam* Ed. Long. *ad Cadmiam* Ed. Ald. Lamb. Patav. [*ad Cadmeam* suspicatus est Heus. et in textum recepit Tzsch. in ed. 2.]—8 *Cum Laced. pugnavit* Ms. Boecl. Ax. *pugnavit cum Laced.* Ms. Voss. 2. *pugnare cum Laced. cœpit* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. [Tzschuck. 2. qui *pugnari* probaret, si sequeretur *cœptum est*, uti in priore sua ed. sed nescit, unde ediderat; at in nullo extat libro:] *cum Laced. pugnare* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Dan.—9 *It infic.* Ms. Leid. 1. 2.—10 *Post ejusdem* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Keuch. Patav.—11 Ita Ms. Dan. Sav. Gif. Sed *cum ea* Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. Lamb.

NOTÆ

[r] *Ex arce expulerunt*] Scilicet, Cadmea, Thebarum arce.

[s] *Et post ejus interitum*] Hac de re lege Xenoph. lib. ultimo de reb. Græc.

fuisse[12] totius Græciæ: ex quo intelligi potest, unum hominem pluris, quam civitatem[t] fuisse.[e] [13]

[e] *Plus unum hominem, quam urbem valuisse.*

Steph. *cum eo* Ed. Ald.—12 *Fuisset* Ed. Par. Long. Mag. Steph.—13 Extrema hac vita in Ed. Jens. Med. addita leguntur hæc verba: 'Epaminundæ vita feliciter finit.'

NOTÆ

[t] *Unum hominem pluris, quam civitatem fuisse*] Consule Polybium lib. VI. de Thebanorum Rep. loquentem.

XVI.

PELOPIDAS.[1]

ARGUMENTUM.

CAP. 1. In exilium ejicitur. 2. Cum duodecim adolescentibus clam Thebas revertitur. 3. Interfectis tyrannis, libertatem patriæ restituit. 4. Reliquæ ejus expeditiones cum Epaminonda. 5. Prælio adversus Alexandrum Pheræum cadit.

PELOPIDAS Thebanus magis historicis,[a] quam vulgo, notus.[2] Cujus de virtutibus dubito,[3] quemadmodum exponam, quod vereor, ne,[4] si res explicare incipiam,[b] non vitam ejus enarrare, sed historiam videar scribere:[5] si tantummodo summas attigero, ne rudibus literarum Græcarum[6] minus lucide appareat, quantus fuerit ille vir. Itaque utrique rei occurram, quantum potero;[7] et medebor cum[8]

[b] *Si facta extendere aggrediar.*

1 *Pelopidæ vita* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—2 Ita Ms. Dan. Mendos. Boecl. Leid. 2. Voss. 1. 2. [Ed. Bos. 2. et seqq. h. e. doctis, literatis, historiæ peritis.] Sed *historiis* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Keuch. Bos. 1. Patav. *historicus* Ms. Ax.—3 *Dubito* aberat a Ms. Leid. 2. —4 *Ne* est in Ed. Lamb. [Bos. 2. plurimisque seqq. et requirit id h. l. elegantia formæ periodicæ. Heusingerus vero id rejecit post τὸ *incipiam* ediditque, *ne non vitam;* quod *ne* ante *non* facilius excidere potuerit.] Nam *ne* abest ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Heus.—5 *Scribere videar* Ms. Ax.—6 *Græc. literar. min. dilucide* Ms. Dan.—7 *Potuero* Ms. Dan. Boecl. Voss. 2. Ax.—8 *Tum sat.* Ms. Ax.

NOTÆ

[a] *Magis historicis, quam vulgo, notus*] Aliqui legunt, *historiis;* sed res eodem recidit. Ita ut sensus sit, Pelopidæ nomen minus in ore populorum versari, quam in scriptorum monumentis.

satietati tum ignorantiæ lectorum. Phœbidas[9] Lacedæmonius,[b] cum exercitum Olynthum duceret,[c] iterque per Thebas faceret, arcem oppidi, quæ Cadmea[10] nominatur,[d] occupavit impulsu[11] perpaucorum[e] Thebanorum, qui adversariæ factioni[f] quo facilius resisterent, Laconum rebus studebant: idque suo privato,[12] non publico fecit consilio.[g] Quo facto, eum Lacedæmonii ab exercitu removerunt pecuniaque mulctarunt:[h] neque eo magis arcem Thebanis reddiderunt, quod, susceptis inimicitiis, satius ducebant eos obsideri, quam liberari.[i] Nam post[13] Peloponnesium bellum Athenasque devictas, cum Thebanis sibi rem esse existimabant: et eos esse solos, qui adversus resistere auderent. Hac mente amicis suis[j] summas potestates[14] dederant, alteriusque[15] factionis principes[k] partim interfecerant,

Voss. 1. Dan. *cum sacietati* Ed. Jens. Arg.—9 *Phebidas* Ms. Dan. Ed. Jens. Med. Arg. Mox *Olyntum* Ed. Long.—10 *Cadmei* Ms. Voss. 1. *Cadmeia* Ed. Long.—11 *Impulsum* Ms. Boecl. Voss. 2. Statim *paucorum* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Boecl. Ax. *per paucorum* Ed. Jens. Med. Arg. Mox *adversarii* Ed. Long.—12 *Suæ privatæ* Ms. Voss. 2.—13 *Post* abest ab Ed. Jens. Med. Statim *Peloponensium* Ms. Voss. 1. Leid. 1. Dan. *Peloponnesum* Ed. Jens. Med. Arg. —14 *Summam potestatem* Ms. Voss. 2. Ax.—15 Sic Ms. Dan. Boecl. Leid. 2.

NOTÆ

[b] *Phœbidas Lacedæmonius*] De quo vide Diodorum lib. xv. et Xenoph. de reb. Græc. lib. v.

[c] *Olynthum duceret*] Urbs est inter Athon montem, et Pallenam urbem, ut tradit Suidas; hanc Thraciæ urbem maximam vocant Xenophon et Libanius.

[d] *Arcem oppidi, quæ Cadmea nominatur*] Ideo Cadmea, quia Cadmus Agenoris regis Phœnicum filius ædificaverat.

[e] *Impulsu perpaucorum*] Hos fuisse Archiam, Leontidem, et Philippum testatur Plutarchus, quos vocat *ἄνδρες ὀλιγαρχικοὶ, καὶ πλούσιοι, καὶ μέτριον οὐδὲν φρονοῦντες*.

[f] *Adversariæ factioni*] In qua erant Ismenias, Pelopidas, Pherenicus, Androclides, et Epaminondas, quanquam hic propter philosophiam et paupertatem minus timebatur.

[g] *Non publico fecit consilio*] Diodorus tamen lib. xv. auctor est, Ephoros clam mandasse ut Cadmeam occuparent.

[h] *Pecunia mulctarunt*] Decem myriadibus drachmarum, ut refert Plutarchus.

[i] *Quod, susceptis inimicitiis, satius ducebant eos obsideri, quam liberari*]. Hoc est, quod cum jam propter istud facinus inter se commotæ essent inimicitiæ, satius ducebant Thebanos obsideri, quam liberari.

[j] *Amicis suis*] Id est, viris suæ potentiæ fautoribus, de quibus mox.

[k] *Alteriusque factionis principes*] Nimirum Ismeniam, Androclidem, Pelopidam, ut supra, ex quibus Is-

alios in exilium ejecerant: in quibus Pelopidas hic, de quo scribere exorsi sumus, pulsus patria carebat.[16]

2. Hi omnes fere Athenas se contulerant,[1] non quo[2] sequerentur otium, sed, ut, quemque[3] ex proximo locum fors obtulisset,[4] eo patriam recuperare niterentur.[b] Itaque cum tempus est visum rei gerendæ, communiter cum his, qui Thebis idem sentiebant, diem delegerunt,[5] ad inimicos opprimendos civitatemque liberandam, eum, quo[6] maximi magistratus[7] simul consueverant[8] epulari.[1] Magnæ sæpe[9]

[b] *Verum ut quamcumque statim occasionem fortuna dedisset, ea domos suas recuperaturi uterentur.*

[Ed. Bos. 2. et seqq.] Sed *alterius* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—16 *Carebat* aberat a Ms. Voss. 1.

1 *Contulerunt* Ms. Voss. 1.—2 Sic Ms. Dan. Ax. Mendos. Ed. Ultraj. [Bos. Hens. et seqq.] Sed *ut sequer*. Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Patav.—3 *Quemcunque* Ed. Lamb. [sed temere, judice Tzschuckio. Mox *sors* Ms. Voss. 2. loco τοῦ *fors:* quæ duo vocc. sæpius permutari, docet Arntzen. ad Vict. de V. illustr. cap. 13. nr. 1. V. Stav. ad ed. 3. Heusing. cujus not. conf. post *ut* interpunxit, uti jam Lambin. fecerat, et Fisch. in suo exemplo manu ita distinxit, *sed, ut, quemque, &c.* uterque igitur τὸ *ut* retulerunt non ad τὸ *obtulisset*, sed ad τὸ *niterentur ;* tunc *quemque* significat *quemcumque*, et post *eo* subintelligendum est *loco*. Atque Heusingeri interpunctionem admiserunt in textu, partim pluribus defenderunt Tzschuck. 1. 2. Harl. Brem. Heinr. quos sum secutus. Contra Schmied. vulgatam interpunctionem *sed, ut quemque ex prox.* tuetur et consecutionem vocc. *ut quemque...obtulisset* magis Latinam esse pronuntiat.]—4 *Optulisset* Ed. Jens. Med. Tum *niteretur* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long.—5 *Elegerunt* Ms, Voss. 2. [Sed *delegerunt* h. l. aptius est. V. Stav. ad ed. 3.] et paulo ante *idem solebant* Ed. Mag.—6 *Eum, quo die* Ms. Ax. fortasse recte: [neque τὸ *die* supprimendum videtur Heusingero, quia veteres substantivum, ubi nobis supervacaneum videtur, iterare soleant, et laudavit Voss. de constructione cap. 55. atque Cortium ad Sallust. B. Cat. 51. 41. At Tzschuck. sine majore codicum consensu obtrudere nolit:] *cum quoque* Ms. Voss. 2. *eum quoque* Ms. Boecl.

NOTÆ

... meniam capitis accusatum damnarunt, Androclidem dolo interficiendum curavit Leontidas. Sic Plutarchus, et Xenoph. de reb. Græc. lib. v. 8.

[1] *Diem delegerunt, ad inimicos opprimendos civitatemque liberandam, eum, quo maximi magistratus simul consueverant epulari*] Locus iste minus implicatus mihi videretur, si hoc ordine legeretur: *Ad inimicos opprimendos, civitatemque liberandam, diem eum delegerunt quo maximi magistratus simul epulari consueverant.* Rem hanc fuse narrat Xenoph. de reb. Græc. lib. v. 14. aitque eum diem fuisse, quo Veneris celebrabatur festum, quoque magistratus suum imperium deponere solebant. Vide ibidem reliquam hujus rei narrationem. Plutarchus idem refert, sed aliis circumstantiis.

res non ita magnis copiis sunt gestæ; sed profecto nunquam ab tam[10] tenui initio tantæ opes sunt profligatæ. Nam duodecim adolescentuli[m] coierunt ex his, qui exilio erant mulctati, cum omnino non essent amplius centum, qui tanto se offerrent periculo: qua paucitate perculsa[11] est Lacedæmoniorum potentia. Hi enim non magis adversariorum factioni,[12] quam Spartanis,[13] eo tempore bellum intulerunt: qui principes erant totius Græciæ: quorum imperii[14] majestas,[n] neque ita multo post, Leuctrica pugna,[15] ab hoc initio perculsa, concidit.[16] Illi igitur duodecim, quorum erat dux[17] Pelopidas, cum Athenis interdiu exissent, ut vesperascente cœlo Thebas possent pervenire,[a]

[a] *Cum de die Athenis profecti essent, ut recurrente nocte Thebas ingredi valerent.*

cum quo Ed. Ald.—7 Sic Ms. Dan. Sav. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 2. [Et plurimæ vett. atque omnes Edd. post Bos. 2. Recte; atque, more Latinis usitato, voc. magistratus in plurali numero de collegio, h. l. Polemarchorum, adhiberi, uberius docuit Stav.] Sed *maximus magistratus* Ms. Leid. 1. *magistratus*, omisso τῷ *maximi*, Ed. Lamb. Boecl. Bos. 1. *maxime magistratus* Ed. Keuch. [Sed in repetita Keuch. edit. Hafniæ 1776. recte editum est *maximi*.] Statim *similiter* Ms. Boecl.—8 *Consueverunt* Ms. Leid. 2. Dan. *consuerat* Ms. Voss. 1. *cōvenerāt* Ed. Arg. Long. Mag.—9 *Spe* Ms. Leid. 2.—10 *Ab ten.* Ms. Voss. 2. *tam ab tenui* Ms. Dan.—11 *Percussa* Ms. Dan. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. 1. Bos. 1. solenni permutatione; [v. infra, XVIII. 5. Sed rectius *perculsa*, h. e. afflicta, Ed. Bos. 2. et seqq. v. Heusing. ad h. l. qui etiam in indice voc. *percellere* h. l. ita legere jubet. Atque Stav. ad sect. 4. de vi verbi *percellere*, Burm. et Harl. ad Valer. Flacc. II. 91.]—12 *Factionis* Ed. Jens. Med. Arg.—13 *Spartani* Ms. Voss. 2.—14 Sic Ms. Dan. Mendos. Ax. Boecl. Leid. 1. Voss. 1. 2. Ed. Sav. [Bos. et seqq.] Sed *imperiosa* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. *imperio* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag.—15 Sic Ms. Dan. Ax. Boecl. [Ed. Bos. et seqq.] Sed *post Leuctricam pugnam* Ms. Sav. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Patav.—16 Ita Ms. Dan. Ax. Mendos. Ed. Sav. [Ed. Bos. 2. et recentt. Recte. De potestate verbi *perculsa* v. nr. 11. et compositum *concidit* vim intendit.] Sed *percussa cecidit* Ms. Voss. 2. *perculsa cecidit* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1.

NOTÆ

[m] *Nam duodecim adolescentuli*] De eorum numero cum Nepote consentit Plutarchus; at sex tantum exules fuisse cum Melone uno ex Thebanis exulibus, qui septimus erat, refert Xenoph. de rebus Græc. lib. v. 14.

[n] *Quorum imperii majestas*] Hæc dicuntur ad ostentationem eximii Spartanorum Imperii super omnem Græciam: scribit enim Plutarchus in Pelopida, ante Leuctricam pugnam tantas Lacedæmoniorum vires fuisse, et tam firmis vinculis eorum imperium fuisse astrictum, ut vulgo

cum canibus venaticis exierunt, retia ferentes, vestitu agresti, quo minore suspicione facerent iter. Qui cum tempore ipso, quo studuerant, pervenissent, domum Charonis[18 o] devenerunt, a quo et tempus et dies erat datus.

3. Hoc loco libet interponere, etsi sejunctum ab re posita est,[1] nimia fiducia quantæ calamitati[2] soleat esse.[p] Nam magistratuum Thebanorum statim ad aures pervenit, exules in urbem devenisse.[3] Id illi, vino epulisque dediti,[q] usque eo[4] despexerunt, ut ne quærere quidem de tanta re laborarint. Accessit etiam, quod magis aperiret eorum dementiam. Allata est enim epistola Athenis ab * Archia hierophante, Archiæ,[5 r] qui tum maximum magistratum Thebis

---

Patav.—17 *Dux erat* Ms. Ax.—18 *Caronis* Ms. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Statim *devenerunt* etiam Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Sed *deverterunt* Ed. Lamb. Keuch. e glossemate.

1 Sic Ms. Boecl. Ax. Voss. 2. Leid. 2. [Ed. Bos. 2. Tzschuck. 1. Stav. 1. 2. 3. Brem. (quem vid.) Schmied.] Sed *a re posita* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. *a re proposita est* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Wetz.] *ab re proposita est* Ms. Dan. Ed. Heus. [Harl. Bipont. Ith. Heinr. Tzschuck. 2. Et equidem verius, saltem aptius esse putem. *Propositum* enim, h. e. ab initio positum, erat Cornelio, ostendere, quantus vir fuerit Pelopidas (cap. 1.) et quantas res non ita magnis copiis gesserit. Ab ea igitur re, antea proposita, alienum hoc interponit, nimiam fiduciam magnæ calamitati esse solere. Conf. Hensing. qui etiam monet, *ponere* h. l. non esse narrare, referre: quod ita *ponenda*, non *posita* dicendum fuisset. Sed quod *ponere* pro *proponere* etiam legitur, (v. interprr. ad Phædr. III. 14. 8.) equidem *re posita* loco suo removere non audeo; at interpretor, *antea posita, dictave re*, vel *de qua agitur*.]—2 *Quanta calliditate* Ms. Boecl. et Ax. a manu secunda; sed manus prima scripserat *calamitate*.—3 *Venisse* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax.—4 *Usque despex.* Ms. Ax. Mox *re* omittit Ms. Voss. nescio, uter.—5 Ita Ed. Ald. (in qua tamen scriptum est *hierophonte*,) Lamb. [Bos. 2. in textu; in ed. tamen prima abest stellula, Stav. 1. 2. 3. Tzschuck. 1. 2.

NOTÆ

omnes existimarent, solvere illud aut frangere neminem unquam valiturum.

o *Domum Charonis*] In quibusdam editionibus legitur, *Coronis*; sed nihil muto, quia sic legitur apud Xenoph. lib. V. 14. jam sæpe citato; quem pariter unum ex conjuratis, sed minime a tyrannis suspectum ait: διεσκηνήσαντο (?) παρὰ Χάρωνί τινι.

p *Nimia fiducia quantæ calamitati soleat esse*] Cui simillimum est istud Velleii Paterc. lib. II. 118. 'Neminem celerius opprimi, quam qui nihil timet; et frequentissimum initium esse calamitatis, securitatem.'

q *Illi, vino epulisque dediti*] Simile exemplum refert Livius lib. XXII. de Syracusis captis inter vini epularumque copiam. Sunt et præterea innumera ejusdem rei exempla.

r *Ab Archia hierophante, Archiæ*] Varie hic locus legitur, quibus tamen lectionibus prætermissis, referam illud solum, quod mihi arridet magis. Certum est enim Plutarchum scrip-

obtinebat:[6] in qua omnia de profectione exulum perscripta[7] erant. Quæ cum jam accubanti[8] in convivio esset data, sicut erat signata, sub pulvinum[9] subjiciens: 'In crastinum,' inquit, 'differo res severas.'[10] [a] At illi omnes, cum jam nox processisset,[11] vinolenti ab exulibus, duce Pelopida, sunt interfecti.[b] Quibus rebus confectis, vulgo ad arma libertatemque vocato, non solum, qui in urbe erant, sed etiam undique ex agris concurrerunt,[12] præsidium Lacedæmoniorum ex arce pepulerunt,[c] patriam obsidione liberaverunt, auctores Cadmeæ occupandæ partim occiderunt, partim in exilium ejecerunt.[13]

Harl. Brem. Wetz.] Sed *ab Archino uno Thisarchiæ* Ms. Leid. 2. *ab Archino uno Hexhisarchiæ* Ms. Voss. 1. *ab Archino hierophante uno ex his*, Ms. Voss. 2. *ab Archino uno ex his Archiæ* Ms. Dan. Ax. Boecl. Mendos. Venet. *ab Archino uno tysarchiæ* Ed. Jens. Med. Arg. Par. *ab Archia uno, Tysarchæ* Codd. vett. apud Mag. *ab Archia uno Tinarchiæ* Ed. Long. Mag. *ab Archia, hierophante, uni ex his, Archiæ* Ed. Heus. [Bipont. Ith. Schmied. Paufl. quæ emendatio admodum probabilis esse videtur.]—6 *Obtenebat* Ms. Voss. 2. *optinebat* Ed. Jens. Med.—7 *Scripta* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Patav. [Sed *perscripta*, h. e. ordine et accurate pleneque scripta, Ed. Bos. et seqq. recte: v. Stav. ad maj. ed. et Harl.]—8 Ita ed. Long. [Bos. et rell.] Sed *cum jam accub.* Ms. Dan. *cum accub.* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. *cuidam accub.* Ms. Leid. 2.—9 Sic Ms. Dan. Boecl. Voss. 1. 2. Ax. [Ed. Bos. et seqq. recte: v. Burm. ad Petron. Satyr. c. 74. p. 367. ed. 1. et Stav. ad ed. 3.] Sed *in pulvinum* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch.—10 Ita etiam Ms. Mendos. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. [Bos. Stav. 1. et rell. plurimæ.] Sed *serias* Ed. Stav. 2. 3. [Harl. Tzschuck. 1. et Schott. id melius habere libros editos, (sed quinam ?) affirmat: sensu quidem eodem; sed *severas* h. l. plus est. Plutarch. in Pelop. c. 10. *εἰς αὔριον τὰ σπουδαῖα.* V. Tzsch. ad ed. 2.] —11 *Cum jam non processissent* Ms. Voss. 2. Ax. Statim *vino pleni* Ms. Ernst. e glossemate, puto. Mox in Ms. Ax. deerant verba, *duce Pelopida.*—12 *Concurrunt* Ed. Ald. Mox *libereraunt* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Patav. [Wetz.]—13 *Alios in ex. ejec.* Ms. Mag. *partim ex. ejec.* Ms. Bav. *part. in ex. venerunt* Ms. Leid. 2.

NOTÆ

sisse, παρὰ Ἀρχίου τοῦ ἱεροφάντου, πρὸς Ἀρχίαν. Ergo ille Atheniensis, qui scripsit, nomen habuit Archias, qui Hierophantes, id est, Æditnus, seu sacrorum custodiæ præfectus erat; et ille, cui scribebatur, Archias etiam nuncupabatur; et summam Thebis potestatem tenebat. Vid. Xenoph. loco citato.

[a] *'In crastinum,' inquit, 'differo res severas'*] Schottus mavult *serias*; quod fere eodem recidit.

[b] *Duce Pelopida, sunt interfecti*] Vide Xenophontem loco citato, qui hanc historiam fuse describit, sed alias adhibet circumstantias. Eandem etiam refert Plutarchus.

[c] *Præsidium Lacedæmoniorum ex arce pepulerunt*] Cadmea, quam cum occupassent, ut supra dictum est, Lace-

4. Hæc tam turbido tempore, sicut supra docuimus,[1] Epaminondas, quoad cum[2] civibus dimicatum est, domi quietus fuit. Itaque hæc liberandarum Thebarum propria laus est Pelopidæ: ceteræ fere omnes communes cum Epaminonda. Namque in[3] Leuctrica pugna, imperatore Epaminonda, hic fuit dux[4] delectæ manus,[v] quæ prima phalangem prostravit Laconum: omnibus præterea periculis affuit: sicut Spartam cum oppugnavit, alterum tenuit cornu: quoque Messena[5] celerius restitueretur,[d] legatus in Persas est profectus.[w] Denique hæc fuit altera persona Thebis,[x] sed tamen secunda, ita ut proxima esset Epaminondæ.[e]

5. Conflictatus autem est cum adversa fortuna. Nam et initio, sicut ostendimus, exul patria caruit; et cum Thessaliam[1] in potestatem Thebanorum cuperet redigere, legationisque jure satis tectum[2] se arbitraretur,[y] quod apud omnes gentes sanctum esse consuesset,[3] [z] a tyranno Alex-

[d] *Et ut promtius Messena instauraretur.*
[e] *Adeo ut secundum ab Epaminonda* locum *teneret.*

1 Sic etiam Ms. Voss. 1. Leid. 2. Sed *diximus* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. male. Statim *Epaminondas* Ms. Leid. 2.—2 *Cum* aberat a Ms. Voss. 1. —3 [Sic Ed. Lamb. Bos. Stav. 1. 3. Ith. Tzschuck. 1. Brem. Wetz. Schmied.] *in* aberat a Ms. Boecl. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Stav. 2. [Harl. Heinr. Bipont. Tzschuck. 2. Paufl. v. Oudend. ad Cæsar. B. G. II. 1. p. 87. b.] *in* uncis inclusit Heus.—4 *Dux* abest ab Ed. Jens. Med. Ald. Mox *primam* Ed. Mag.—5 *Essent* Ms. Leid. 2. *Essena* Ms. Voss. 1. Dan. *Mesena* Ms. Voss. 2. Ax. in quo etiam est *quo* pro *quoque*.

1 *Thesaliam* Ms. Voss. 2.—2 Sic Ms. Dan. Sed *tutum* Ed. Long. Mag. Steph.—3 In Ms. Boecl. [et Voss. 2.] corrupte erat: *quod apud eos gentes*

NOTÆ

dæmonii, duce Phœbida, semper retinuerant valido præsidio.

[v] *Hic fuit dux delectæ manus*] Scilicet, cohortis trecentorum militum sibi mutuo amore amicitiæ conjunctorum, qui una vincere, aut una perire semper parati erant: hæc etiam sacra cohors dicebatur, cujus auctor Gorgias fuit. Polyænus lib. II.

[w] *Legatus in Persas est profectus*] Ne scilicet legati a Lacedæmoniis prius missi de societate cum Persis ineunda, impedirent ne Messena diruta atque eversa instauraretur, atque incolis frequentaretur.

[x] *Hæc fuit altera persona Thebis*] Hæc translatio a scena sumta est.

[y] *Legationisque jure satis tectum se arbitraretur*] Nihil de hac legatione Plutarchus. Diodorus vero lib. XV. scribit Pelopidam et Ismeniam cum Alexandro Pherarum tyranno occurrissent, temere et sine ulla ratione ab eo comprehensos esse, et in carcerem conjectos.

[z] *Quod apud omnes gentes sanctum*

andro Pheræo[a] simul cum Ismenia[4] comprehensus, in vincula[5] conjectus est. Hunc Epaminondas recuperavit, bello persequens Alexandrum.[b] Post id factum, nunquam is animo placari potuit in eum, a quo erat violatus. Itaque persuasit Thebanis, ut subsidio Thessaliæ proficiscerentur, tyrannosque ejus expellerent. Cujus belli cum ei summa[6] esset data, eoque cum exercitu profectus esset, non dubitavit, simul ac[7] conspexit hostem, confligere.[c] In quo prælio Alexandrum ut animadvertit, incensus ira equum in eum concitavit, proculque degressus[8] a suis, conjectu telorum confossus concidit.[9] Atque hoc secunda victoria accidit:[f] nam jam inclinatæ erant tyrannorum copiæ. Quo facto, omnes Thessaliæ civitates interfectum Pelopidam coronis aureis[d] et statuis æneis, liberosque ejus multo[10] agro donarunt.

[f] *Idque inclinante* in Thessalos belli *fortuna evenit.*

factum esse consuescet. Scriptum fuerat *apud oes.* In Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. est *factum*, pro *sanctum.*—4 *Similiter cum hismenia* Ms. Boecl. *simul cum ii sine via* Ms. Leid. 2. Atque *Hismenia* Ed. Jens. Med. Arg. *his Menia* Ms. Ax. Græce Ἰσμηνίας dicitur.—5 *Vincla* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Long.—6 *Summa cum ei* Ed. Lamb. [Wetz.]—7 *Simulac* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Mox *conflingere* Ms. Leid. 2.—8 *Digressus* Ms. Voss. 1. 2. Leid. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Keuch. Patav. ut Datam. c. 11. [Sed *degressus* Ed. Lamb. Bos. et rell. conf. Plutarch. in Pelop. c. 32. Stav. Tzschuck. &c.] Mox *confosus* Ms. Voss. 2.—9 Sic Ms. Dan. Ax. Leid. 1. 2. Voss. 1. 2. [Ed. Bos. 2. Heus. Stav. 1. 2. 3. et plur. recentt.] Sed *cecidit* Ed. Arg. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Harl. Tzsch. 1. 2.] Statim *atque hæc* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. Dein *Thesaliæ* Ms. Voss. 2.—10 Hæc duo vocc. *æneis....multo* aberant a Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. Mox *donaverunt* Ed. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch.

NOTÆ

esse consuesset] Quanta ubique gentium legatorum nomini habeatur veneratio, satis notum est. Unde Statius lib. II. 'Sanctum populis per sæcula nomen Legatum.' Et Cic. Verr. III. 'Legatorum jus divino humanoque vallatum præsidio.'

[a] *Alexandro Pheræo*] Pheræ, oppidum Thessaliæ; unde Pheræus.

[b] *Bello persequens Alexandrum*] Hunc exitum bellum illud habuit, ut tyrannus, impetratis triginta dierum induciis, Pelopidam liberaret. Plutarchus in Pelopida.

[c] *Non dubitavit, simul ac conspexit hostem, confligere*] Licet Alexander haberet militum amplius viginti millia. Diodorus.

[d] *Coronis aureis*] Quæ etiam mortuis imponi solebant, ut scribit Cic. in oratione pro Flacco. Sic honoris ergo auream coronam castricio mortuo imponendam Pergamenos decrevisse.

XVII.

AGESILAUS.[1]

ARGUMENTUM.

CAP. 1. Cum fratris filio de honore regni contendit. 2. Pactas cum Tissapherne inducias religiose servat. 3. Phrygiam depopulatur. Ephesi hyemat, et militem exercet. Alio se iturum simulat, semper in Asia victor. 4. Domum revocatur. Bœotios vincit, iisque parcit. 5. Bello circa Corinthum victor, miseratur cædem Græcorum. 6. Ad pugnam Leuctricam ire recusat. Spartam servat singulari commento. 7. Patriam sublevat pecunia. 8. Ejus corporis et vitæ ratio. In portu Menelai morbo decedit.

AGESILAUS, Lacedæmonius, cum a ceteris scriptoribus, tum eximie a Xenophonte Socratico[2][a] collaudatus est: eo enim usus est familiarissime.[b] Hic[3] primum de regno cum Leotychide,[4][c] fratris filio, habuit contentionem. Mos est enim a

1 *Agesilai vita* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—2 *Sacratico* Ms. Voss. 1. 2. Statim *collatus* pro *collaudatus* Ed. Long.—3 Sic rescribe. In ipsa ed. Boecl. Bos. Stav. 1. est *hinc* vitiose.—4 *Leontychide* Ms. Leid. 2. Ed. Ald. *Leutychide* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. [et ita eum constanter vocat Herodotus lib. VI. 65. 71. 72. inprimis VIII. c. 131. de stemmate illius, (ubi v. Valcken.)

NOTÆ

[a] *A Xenophonte Socratico*] Socratis auditore: una enim cum Platone Socratem audivit, cujus meminit Gellius lib. XIV. 3. et Cicero Epist lib. V. 12. ad Luceium, et de Oratore lib. II. Fuerunt et alii ejusdem nominis viri egregii, de quibus vide Suidam.

[b] *Eo enim usus est familiarissime*] Dubium est, uter altero familiariter usus sit; mihi vero id potius ad Agesilaum, quam ad Xenophontem referri videtur.

[c] *Cum Leotychide*] Idem ipsi nomen affingitur a Xenophonte in Agesilao.

majoribus Lacedæmoniis traditus, ut duos haberent semper reges, nomine magis quam imperio, ex duabus familiis Procli[5] et Eurysthenis,[d] qui principes ex progenie Herculis Spartæ[6] reges fuerunt. Harum[7] ex altera in alterius familiæ locum fieri non licebat:[a e] itaque[8] utraque[9] suum retinebat ordinem. Primum ratio habebatur,[10] qui maximus natu esset ex liberis ejus, qui regnans decessisset: sin is virilem sexum non reliquisset, tum deligebatur,[11] qui proximus esset propinquitate. Mortuus erat Agis rex, frater Agesilai: filium reliquerat Leotychidem,[12 f] quem ille natum[13] non agnorat: eundem moriens suum esse dixerat. Is de honore regni cum Agesilao suo patruo[14] contendit; neque id, quod

[a] *Fas non erat* quenquam *ex altera familia alterius familiæ vices occupare.*

se IX. c. 91. et sic nomen scribere jussit Oudendorp. ad Frontin. Strateg. I. 11. sect. 7. p. 138.]—5 Ita etiam Ms. Leid. 2. Voss. 1. [Ed. Long. Bos. 2. Stav. Heus. Ith. Brem. Bipont. Heinr. Paufl.] Sed *Precli* Ms. Voss. 2. *Proclis* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Tzschuck. Harl. Wetz. Schmied.] Mox *Erysthenis* Ms. Leid. 2. Dan. *Eristhenis* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—6 *Sparthæ* Ms. Dan.—7 *Horum* (scil. Procli et Eurysth.) Ms. Mendos. Voss. 1. 2. Ax. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Hensing. [Ith. Schmied. Bipont. Heinr. Tzschuck. 2. qui cum Heusing. illam lectionem late defendit. Sed *harum*, scil. familiarum, Ed. Bos. Stav. Harl. Brem. Wetz. Tzschuck. 1. Paufl.]—8 *Ita* Ms. Voss. 1. [et h. l. propter seq. τὸ *utraque* suavius.]—9 Sic Ms. Boecl. Leid. 1. Ed. Ultraj. [Bos. 2. Heus. et rell. recentt.] Sed *uterque* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1.—10 Sic Ms. Dan. Leid. 1. Ax. Sed *primum ideo habebatur* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. *primus in eo habebatur* Ed. Ald. Mag. Lamb. Steph. Patav.—11 *Tunc deligebatur* Ms. Voss. 1. Leid. 2. [Ed. Wetz.] *tunc diligebatur* Ms. Ax. Voss. 2. Ed. Med. Arg. Boecl. *tum delig.* Ed. Mag. Long. Keuch. Stav. 1. 2. 3. [Heus. Ith. Harl. Tzschuck. Heinr. *tunc eligeb.* Ed. Bos. 1. 2. Ith. nam *deligitur*, qui ex pluribus, sed idoneis; *eligitur*, qui ex promiscua multitudine legitur.] *Tum dilegebatur* Ed. Lamb. [*tum diligeb.* Ed. Schmied. Paufl.]—12 *Leontychidem* Ms. Voss. 1. Leid. 2. *Leontychiden* Ed. Ald. *Leutychidē* Ed. Jens. Med. Arg. Par. [v. ad cap. 1.]—13 Ita Ms. Dan. Boecl. Leid. 1. 2. Ax. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. (in quo est *tnatum*) Arg. Par. Long. [Bos. et seqq.] Sed *vivens* Mss. et ed. Mag. *vivus* Ed. Ald.

NOTÆ

[d] *Procli et Eurysthenis*] Hi ambo prodeunt ex Heraclidarum familia, quorum successionis Catalogum ab Hercule enumerat Pausanias. De his etiam quædam a Cicer. lib. II. de divinatione scribuntur.

[e] *Fieri non licebat*] Qui enim ex Proclidarum familia erat, non poterat Rex fieri in locum ejus, qui ex Eurysthenidarum familia esset; et vice versa.

[f] *Filium reliquerat Leotychidem*] De quo mox diximus.

petivit, consecutus est.[15] Nam, Lysandro suffragante,[g] homine,[16] ut ostendimus supra, factioso, et his[17] temporibus potente, Agesilaus antelatus est.

2. Hic, simulatque[1] imperii potitus est, persuasit Lacedæmoniis, ut exercitum emitterent in Asiam, bellumque regi facerent: docens, satius esse in Asia, quam in Europa dimicari.[2] Namque fama exierat,[3] Artaxerxem comparare classes,[4] pedestresque exercitus, quos in Græciam mitteret. Data potestate, tanta celeritate usus est, ut prius in Asiam cum copiis[5] pervenerit, quam regii satrapæ eum scirent profectum. Quo factum est, ut omnes imparatos[6] imprudentesque offenderet. Id ut cognovit Tissaphernes,[7][h] qui summum imperium tum inter præfectos habebat regios, inducias a Lacone petivit,[i] simulans, se dare operam, ut

Lamb. Steph. Gebh. Keuch.—14 *Patruo suo* Ms. Ax.—15 *Est* aberat a Ms. Voss. 1. Dein a vocc. *Nam Lysandro* incipit cap. 2. in ed. Patav.—16 *Lys. homine suffr. homine* Ms. Voss. 2.—17 *Iis* Ms. Voss. 1. Mox divisim *ante latus* Ed. Jens. Med.

1 *Simulac* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Statim *imperio* Ms. Ax. Boecl. Ed. Long. sed *imperii* Ms. Dan. Ed. Par. Ald. Lamb. et rell.—2 Ita Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ax. [Ed. Bos. 2. Stav. Tzschuck. Harl. Brem. Wetz.] Sed *dimicare* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. Heus. [Ith. Heinr. Schmied. Paufl.]—3 *Erat* Ms. Mendos. Ed. Ultraject. *famam exire* Ed. Ald.—4 *Classis* Ms. Boecl. Voss. 1. Ed. Bos. 2. Stav. 1. 2. 3. [Harl.] Sed *classem* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Pat. [Tzschuck.] *classes* Ms. Dan. Heus. [Ith. Brem. Schmied.] Statim *pedestrisque exerc.* Ms. Boecl. Leid. 2. [Ed. Bos. 2. Stav. Harl.] Sed *pedestresque exerc.* Ms. Voss. 1. Ed. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Bos. 1. Heus. [et rell. recc.] *pedestreisque* Ed. Lamb.—5 Hæc *cum copiis* aberant a Ms. Ax. Statim *perveniret* etiam Ms. Ax. [Ed. Bos. Stav. 1. 2. Brem. Harl.] Sed *pervenerit* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Mediol. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lambin. Steph. Gebh. Keuch. Patav. Heusing. [Stav. 3. Ith. Wetz. Tzschuck. 1. 2. Schmied. Heinr. Paufl. idque h. l. melius esse videtur: accedit quoque major codd. veterumque edd. auctoritas.]—6 *Omnes imperatores imparatos* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Sed rectius abest *imperatores* ab Ms. Dan. [et Ed. Bos. ac seqq.]—7 *Tissaph.* Ed. Jens. Med. Arg. ubique.

NOTÆ

[g] *Lysandro suffragante*] Lysander ille, de quo jam supra, Agesilaum puerum amaverat, teste Plutarcho in Lysandro et Agesilao.

[h] *Id ut cognovit Tissaphernes*] Ille, Cyrum minorem apud Artaxerxem fratrem criminando, causa fuit ejus belli quod postea inter fratres exarsit: occisus est tandem ejusdem Artaxerxis jussu, quod adversus Agesilaum rem proditorie gerere videretur. Vide Xenoph. de rebus Græcis lib. III. 11.

[i] *Inducias a Lacone petivit*] Id est,

Lacedæmoniis cum rege conveniret;[b8] re autem vera, ad copias comparandas: easque impetravit trimestres.[9] Juravit autem uterque, se sine dolo inducias conservaturum: in qua pactione summa fide mansit Agesilaus: contra ea Tissaphernes nihil aliud, quam bellum comparavit. Id etsi sentiebat Laco,[10] tamen jusjurandum servabat, multumque in eo se consequi[11] dicebat, quod Tissaphernes perjurio suo et homines suis rebus abalienaret, et Deos sibi iratos redderet; se autem, servata religione,[12] confirmare exercitum,[c] cum animadverteret, Deorum numen[13] facere secum,[d] hominesque sibi conciliari[14] amiciores, quod his[15] studere consuessent, quos conservare fidem[16] viderent.

3. Postquam induciarum præteriit[1] dies, barbarus non dubitans, quod ipsius erant plurima domicilia in Caria,[j] et ea regio his[2] temporibus multo putabatur locupletissima,

[b] *Ut Lacedæmonios cum rege conciliaret.*
[c] *Se vero, non violato sacramento, suos milites corroborare.*
[d] *Deos sibi esse adjutores.*

Mox in Ed. Jens. Med. est *Licone.*—8 *Lacedæmonii....convenirent* Ms. Voss. 1. Leid. 2. [At Stav. ad ed. 3. late docet, non recte dici homines *cum aliquo convenire*, pro pacisci, consentire; sed vel rem dici, vel de re convenire inter homines, vel sæpe etiam Nominativum rei subintelligi.]—9 *Trimenstris* Ms. Dan. *trimestris* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mox *indutias* Ed. Lamb. et *Tisaphernes* Ed. Long.—10 *Loco* Ms. Voss. 2.—11 *Consequi se* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Heus. Patav. [Wetz. Ith.]—12 *Confirmata relig.* Ms. Voss. 1. sed in marg. ' al. *conservata:*' [et *conservata* Ed. Paufl.] Mox *animadverter.* aberat a Ms. Voss. 2.—13 *Unius nomen* Ms. Boecl. Voss. 2. *unius numen* Ms. Ax. [*Deorum numen* est vel periphrasis pro *Deos*, vel Deorum potestas, auxilium, auspicium.]—14 Ita Ms. Dan. Leid. 2. [Ed. Bos. cum plurimis.] Sed *conciliare* Ms. Leid. 1. Ax. Boecl. Voss. 1. 2. (sed in Voss. 1. supra notatum erat *conciliari,*) Ed. Gebh. [Wetz. ut pari constructione procedat cum *confirmare.*] Statim *amitiores* Ed. Jens. Med. Arg. *amicitiores* Ms. Ax.—15 *Iis* Ed. Mag. Sed *his* etiam Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2.—16 *Confirmare fid.* Ms. Voss. 2. tum *videret* Ed. Arg.

1 *Preteriit* Ed. Jens. Med.—2 *Iis tempor.* Ms. Voss. 1.—3 *Hostis* Ed. Jens.

NOTÆ

ab Agesilao. De iisdem induciis, proditorie a Tissapherne factis, loquitur Xenoph. lib. III. 8.

j *Plurima domicilia in Caria*] Diodorus refert lib XIV. in ejusmodi domiciliis seu castellis hortos fuisse amœnissimos, omnibusque rebus ad voluptatem et delicias comparatis instructos.

eo potissimum hostes[3] impetum facturos; omnes suas copias eo contraxerat. At Agesilaus in Phrygiam se convertit, eamque prius depopulatus est, quam Tissaphernes usquam se moveret. Magna præda militibus locupletatis, Ephesum hyematum exercitum reduxit;[k] atque ibi, officinis[4] armorum institutis, magna industria bellum apparavit,[5] et quo studiosius armarentur, insigniusque[6] ornarentur, præmia proposuit,[l] quibus donarentur, quorum egregia in ea re fuisset industria. Fecit idem in exercitationum generibus, ut, qui ceteris præstitissent, eos magnis[7] afficeret muneribus. His igitur rebus effecit, ut et ornatissimum et exercitatissimum haberet exercitum.[8][m] Huic cum tempus esset visum, copias extrahere ex hybernaculis; vidit, si, quo esset iter facturus, palam pronuntiasset, hostes[9] non credituros, aliasque regiones præsidiis[10] occupaturos, nec dubitaturos, aliud[11] esse facturum, ac pronuntiasset. Itaque cum ille Sardes[12] iturum se[13] dixisset, Tissaphernes eandem Cariam defendendam putavit. In quo[14] cum eum opinio fefellisset,

Med. Arg.—4 *Efficinis* Ms. Leid. 2.—5 Ita etiam Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Sav. Put. Gif. [v. not. Stav. ad ed. maj. Ed. Bos. cum seqq.] Sed *apparuit* Ms. Ax. *paravit* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph.—6 *Insignius* Ms. Boecl. Voss. 2. *insignibusque* Ms. Dan. Mox *premia* Ed. Jens. Med. Dein *egrecia* pro *egregia* Ms. Voss. 2.—7 *Eos magis* Ms. Boecl. Voss. 2. quod Scheffero melius videtur.—8 *Haberet exercitum et exercitatissimum* Ms. Leid. 2. In ed. Ald. τὸ *et* ante *ornat.* deest.—9 *Hostis* Ms. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg.—10 Ita Ms. Dan. Leid. 1. [Ed. Bos. et seqq.] Sed abest ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav. Mox in Ms. Ax. erat *neque* pro *nec.*—11 *Eum aliud* Ms. Ax.—12 *Sardeis* Ed. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. [*Sardes* Ed. Wets. Paufl. Schmied.] *Sardis* Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. [Ed. Bos. Heus. et rell. plur.]—13 Sic Ms. Dan. [Ed. Bos. 2. Stav. et seqq. recentt.] Sed *se iturum* Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch.—14 *In eo* Ms. Voss. 1.—15 *Magni erat* Ms.

NOTÆ

[k] *Ephesum hyematum exercitum reduxit*] Quia exta sacrificanti parum læta fuerant, et victimæ sine fibris etiam extiterant, ideo longius non progressus est. Sic refert Diodorus lib. XIV. Adde quod id etiam factum est, quia ipsi equitatus deficiebat, cujus defectu barbaris impar esse videbatur. Xenoph. de reb. Græc. lib. III.

[l] *Præmia proposuit*] De hac re Xenoph. ibidem.

[m] *Ut et ornatissimum et exercitatissimum haberet exercitum*] Id est, exercitum omnibus instrumentis bellicis optime instructum, et milites in omni exercitationum genere apprime versatos.

victumque se vidisset consilio, sero suis præsidio profectus est.[n] Nam cum illo venisset, jam Agesilaus, multis locis expugnatis, magna[15] erat præda potitus. Laco autem, cum videret, hostes equitatu superare, nunquam in campo sui fecit potestatem,[e] et his locis manum conseruit, quibus plus pedestres copiæ valerent. Pepulit ergo, quotiescumque[16] congressus est, multo majores adversariorum copias; et sic in Asia versatus est, ut omnium opinione victor duceretur.[17]

4. Hic cum jam animo[1] meditaretur proficisci in Persas, et ipsum regem adoriri, nuntius ei domo venit ephorum missu,[2] bellum[f] Athenienses et Bœotios[3] indixisse Lacedæmoniis; quare venire ne dubitaret.[4] In hoc non minus ejus[5] pietas suspicienda est, quam virtus bellica: qui cum victori[6] præesset exercitui, maximamque haberet fiduciam regni Persarum potiundi, tanta modestia dicto audiens fuit jussis absentium magistratuum,[7] [f] ut si privatus in comitio[o]

[e] *Nusquam in patenti loco suas copias explicuit.*
[f] *Tam modeste absentium magistratuum mandatis obtemperavit.*

Voss. 2.—16 *Quotienscunque* Ms. Voss. 1. 2. Ed. Med. Arg. Long.]—17 *Diceretur* Ed. Ald.

1 Sic Ms. Dan. [Ed. Bos. et seqq.] Sed ab Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav. abest τὸ *jam*.—2 Ita glossa Ms. Dan. et Ed. Ultraject. in marg. [Ed. Bos. 2. Staver. Heus. et fere omnes seqq.] Sed *ephororum jussu* Ms. Dan. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Brem.] *pro ephororum jussu* Ms. Leid. 2.—3 *Et Bœotios bellum indix.* Ms. Ax. Voss. 2. In Ms. Voss. 1. erat *Boëtos.* In Ed. Jens. Med. *est boëtes.*—4 Sic Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Heus. [Tzschuck. Stav. 3. Ith. Harl. Schmied. Paufl. Sed *non dubitaret* Ed. Bos. et reliq. edd. antiq. ac recc.]—5 *Ejus* aberat a Ms. Boecl. et Ax. [uncis id inclusum habent Ed. Bos. 2. Heus. Stav. Harl. Bipont. quia illarum editores anteced. *in hoc* interpretantur de Agesilao.] Sed unci absunt ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Tzsch. Ith. Wetz. Brem. Schmied. Heinr. Paufl. *In hoc* tum explicandum est *in hoc facto, hac in re.*] Mox *suscipiendæ* Ms. Mendos. Ed. Arg.—6 *Victor* Ed. Ald.—7 *Magratuum* Ed. Jens.—8 *Tant.*

NOTÆ

[n] *Sero suis præsidio profectus est*] Quarto scilicet die postquam in Lydiam ingressus erat, et jam populatus erat Agesilaus. Sic refert Xenoph. lib. III 11.

[o] *In comitio*] Id est, in loco ubi comitia habebantur. Quo etiam vocabulo in eodem sensu utitur Cic. in Oratione pro Sextio, et in Verrem. Agesilao autem missam fuisse scyta-

esset Spartæ: cujus exemplum utinam imperatores nostri[p] sequi voluissent! Sed illuc redeamus. Agesilaus opulentissimo regno præposuit bonam existimationem; multoque gloriosius duxit, si institutis patriæ paruisset, quam si bello superasset Asiam. Hac igitur mente Hellespontum copias trajecit, tantaque usus est celeritate,[8] ut, quod iter Xerxes anno vertente[q] confecerat,[s] hic transierit triginta diebus. Cum jam haud ita longe[9] abesset a Peloponneso, obsistere ei conati sunt Athenienses et Bœotii,[10] ceterique eorum socii,[r] apud Coroneam:[s] quos omnes gravi prælio vicit. Hujus victoriæ vel maxima fuit laus, quod cum plerique ex fuga se in templum Minervæ[t] conjecissent,[11] quæreretur que ab eo, quid his fieri vellet;[12] etsi aliquot vulnera acceperat eo prælio, et iratus videbatur omnibus, qui adversus arma tulerant; tamen antetulit iræ[13] religionem, et eos vetuit violari. Neque vero[14] hoc solum in Græcia fecit, ut templa Deorum sancta haberet; sed etiam apud barbaros summa religione omnia simulacra arasque conservavit. Itaque prædicabat, mirari se, non sacrilegorum numero haberi, qui supplicibus eorum nocuissent; aut non

[s] *Ut, quam viam anni spatio Xerxes emensus fuerat.*

---

celer. usus est Ms. Ax. Paulo ante *Asiam super.* Ed. Lamb.—9 Ita Ms. Dan. Leid. 1. Boecl. [Ed. Bos. et seqq.] Sed *ita aut longe* Ms. Voss. 2. Ax. *haud longe* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Lamb. Gebh. Boecl. Keuch.—10 *Boëtii* Ms. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg.—11 *Conjecisset* Ms. Ax.—12 *Vellet fieri* Ms. Leid. 2.—13 *Ire* Ed. Jens. Med. Arg.—14 Ita etiam Ms. Voss. 1. 2. Ax. Leid. 2. [Ed. Bos. et sqq.] Sed *τὸ vero* abest ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav.

NOTÆ

len, qua semper in revocandis suis ducibus utebantur Lacedæmonii, testis est Xenoph. lib. IV. 4. Porro de scytala, vide supra in Pausania.

[p] *Cujus exemplum utinam Imperatores nostri*] Hæc in Julium Cæsarem dici videntur, qui, invito etiam Senatu, exercitum retinuit, nec Romam armis positis redire voluit.

[q] *Ut quod iter Xerxes anno vertente*] Cum nimirum bellum Græciæ intulit stipatus decies septies centenis armatorum millibus.

[r] *Ceterique eorum socii*] Scilicet Eubœenses, Locri, Argivi, Corinthii, et quidam alii, ut Xenoph. refert de reb. Græc. lib. IV.

[s] *Apud Coroneam*] Bœotiæ urbem.

[t] *In templum Minervæ*] Cognomento Itoniæ, teste Pausania in Laconicis.

gravissimis poenis affici, qui religionem minuerent,[15] quam qui fana spoliarent.

5. Post hoc prælium, collatum est omne bellum[1] circa Corinthum, ideoque Corinthium[2] est[3] appellatum. Hic cum una[4] pugna decem millia hostium, Agesilao duce, cecidissent,[5] eoque facto opes adversariorum debilitatæ viderentur; tantum[6] abfuit ab insolentia gloriæ, ut commiseratus sit fortunam Græciæ, quod tam multi a se victi vitio adversariorum[u] concidissent: namque illa multitudine, si sana mens esset, Græciæ supplicium Persas dare potuisse.[h7] Idem cum adversarios intra mœnia compulisset, et, ut Corinthum oppugnaret, multi hortarentur; negavit, id suæ virtuti convenire: se enim eum esse,[8] dixit, qui ad officium peccantes redire cogeret, non qui urbes nobilissimas expugnaret Græciæ. 'Nam si,' inquit, 'eos[9] extinguere voluerimus, qui nobiscum adversus barbaros steterunt,[10] nosmetipsi nos expugnaverimus,[11] illis quiescentibus: quo facto, sine negotio, cum voluerint, nos opprimient.'

6. Interim accidit illa calamitas apud Leuctra[1] [v] Lacedæmoniis: quo ne proficisceretur,[2] cum a plerisque ad exeun-

[h] *Per hanc enim multitudinem, si Græci saperent, Persas supplicio affici potuisse.*

—15 *Minuerint* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. *minueret....spoliaret* Ms. Ax. *Phana* pro *fana* Ed. Jens. Med. Arg. Long.
1 *Coll. omne b. est* Ms. Ax.—2 *Corinthum* Ms. Voss. 2. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. add. not. [Stav. ad ed. 3. malit *Corinthiacum*. Græcis quidem est usitatum Κορινθιακός· sed utramque formam horum gentilium promiscue, etiam in libris Græcis, sæpe occurrere, annotavit Tzschuck. ad ed. 2.]—3 [*Est* omittitur in Ed. Bos. et Wetz.]—4 *Una* aberat a Ms. Voss. 1.—5 *Reciderunt* Ms. Leid. 2.—6 *Tamen* Ed. Gebh. Statim *afuit* Ed. Lamb. Gebh. Keuch: —7 *Potuisset* Ed. Long.—8 *Eum dixit* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. Mox *peccantis* Ed. Jens. Med. Arg. Par.—9 *Eos* abest ab Ed. Gebh. Keuch.—10 Ms. Boecl. [Voss. 2. Ax.] *steterint*.—11 *Expugnamus* Ms. Leid. 2.
1 *Leuctram* Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. [Sed ἐς Λεῦκτρα (Leuctra,) Thucyd. v. 54.]—2 *Proficiscerentur* Ed. Gebh.—3 Ms.

NOTÆ

[u] *Vitio adversariorum*] Id est, pertinacia et culpa ceterorum Græcorum, qui adversus Lacedæmonios fœdus pepigerant.

[v] *Interim accidit illa calamitas apud Leuctra*] De illa ingenti pugna, quæ Thebanos inter et Spartanos commissa est apud Leuctra, loquitur hic Nepos; in qua ultimi magna internecione victi sunt, ut supra diximus.

dum premeretur, ut si de exitu divinaret,[3] exire noluit.[i] Idem, cum Epaminondas Spartam oppugnaret, essetque sine muris oppidum,[w] talem se imperatorem præbuit, ut eo tempore omnibus apparuerit, nisi ille fuisset, Spartam futuram non fuisse.[k] In quo quidem discrimine celeritas ejus consilii saluti fuit universis. Nam cum quidam adolescentuli, hostium adventu perterriti,[4] ad Thebanos transfugere vellent, et locum[5] extra urbem editum cepissent; Agesilaus, qui perniciosissimum fore videret, si animadversum esset, quenquam ad hostes transfugere conari, cum suis eo venit,[6] atque, ut si bono animo fecissent, laudavit consilium eorum, quod eum locum occupassent, et se id quoque[7] fieri debere animadvertisse. Sic adolescentulos, simulata laudatione, recuperavit,[x] et adjunctis de suis comitibus locum tutum reliquit. Namque illi, aucto numero eorum, qui expertes erant consilii, commovere se non sunt ausi, eoque libentius, quod latere arbitrabantur, quæ cogitarant.[8]

[i] *Quem in locum ne pergerent, quasi eventum præsentiret, pluribus ad proficiscendum illum urgentibus, proficisci recusavit.*
[k] *Si non ille vixisset, Lacedæmonem perituram fuisse.*

Boecl. *ut si de exercitu divin.* ed. Ultraj. *ut si de exitu dimicaret.* Sed editam lectionem tuentur verba Diodori lib. xv. 54. 55. *ὕστερον δὲ διὰ τῶν ἀποτελεσμάτων ἔδοξεν οὐκ ἀνθρωπίνην ἀπόφασιν, ἀλλὰ θεῶν τινα χρησμὸν εἰρηκέναι.* —4 *Perteriti* Ed. Jens. Med.—5 *Et eum locum* Ms. Voss. 2. Ax. Mox *capiessent* Ed. Jens. Med. Arg.—6 *Convenit* pro *eo venit* Ed. Jens. Med. Par. Ald. —7 *Se quoque id* Ed. Patav. certe numerosius. [Et Bremi unice probat, quoniam *quoque* a *se* dependeat. Schmied. interpungit *et se, id quoque....debere, animadv.* Tzschuck. ad ed. 2. post *quoque* distinguendum putat, ita ut *id* utramque partem respiciat. Riclef. *quoque* glossema esse censet.] Tum *debere* abest ab ed. Mag.—8 *Cogitaverant* Ms. Voss. 1. Ax. *cogitarunt* Ms. Voss. 2.

NOTÆ

[w] *Essetque sine muris oppidum*] Omnes olim Græciæ urbes sine muris fuisse testatur Thucydides in Proœmio: at vero inter ceteras Spartam sine mœnibus fuisse ex eo constat, quod ex præcepto Lycurgi, viri fortitudine sua pro mœnibus essent: unde Ovid. Metamorph. x. ait: 'Cum Deus Eurotam, immunitamque frequentat Sparten.' Hanc tamen muris fuisse circumdatam docet Livius, lib. iv. 5. et 8. Decad. iv. Quia tandem Spartani armis diffisi, urbem suam murorum præsidio clauserunt. Just. lib. xiv. 15.

[x] *Simulata laudatione, recuperavit*] Hoc loquendi modo jam supra usus est Nepos in Pelopida; scilicet, 'hunc Epaminondas recuperavit bello;' quanquam verbum illud rarius de persona dicitur.

7. Sine dubio[1] post Leuctricam pugnam Lacedæmonii se nunquam refecerunt,[l y] neque pristinum imperium recuperarunt: cum interim Agesilaus non destitit, quibuscumque rebus posset, patriam juvare. Nam cum præcipue Lacedæmonii indigerent pecunia; ille omnibus, qui a rege defecerant, præsidio fuit.[2 z] A quibus magna donatus pecunia, patriam sublevavit. Atque in hoc illud inprimis fuit admirabile;[3] cum maxima munera ei ab regibus, et dynastis, civitatibusque conferrentur, nihil unquam [in] domum[4] suam contulit, nihil de victu, nihil de vestitu Laconum mutavit.[a] Domo eadem fuit contentus, qua Eurysthenes,[5]

[l] *Spartani se nunquam restituerunt.*

1 *Si non dubio* Ms. Ax. et *Leuctricam* Ms. Voss. 2.—2 *Fuit* aberat a Ms. Ax.—3 *Amirabile* Ms. Voss. 2. Dein *conferentur* Ms. Voss. 1.—4 *Quod nihil unquam domum* Ms. Boecl. Voss. 2. [et comprobavit Scheffer. quia more Græcorum duplex negatio validius neget:] *quod nihil unquam d.* Ms. Ax. [Ed. Wetz. et placuit Heusing.] *nihil unquam dom.* Ms. Leid. 1. Voss. 1. [Ed. Schmied.] *nihil u. in dom.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Paufl. qui exemplis veterum, etiam Cornelii VII. 3. VI. 3. allatis docet, voc. *domus*, si per adjectivum, h. l. *suam*, aut per substantivum in Genitivo curatius designetur, præponi solere præpositionem. Atque Stav. ad ed. 2. laudat locum Cornelii in Attico cap. 22. 'ut....ex domo in domum videretur migrare:' et Cicer. lib. I. Acad. Quæstion. 'remigrare in domum veterem e nova.' Harles. conjecit et uberius exposuit: 'admirabile, quod, cum....conferrentur, nihil,' &c. Heusing. vero et Tzschuck. atque Fischer. in suo exempl. post *admirabile* punctum posuerunt, et Cum majore litera initiali scripserunt, (atqui, si τὸ *quod* omiseris, hæc interpunctio concisæ et minutæ Nepotis orationi erit aptior,) τὸ *in* autem cum aliis VV. DD. incluserunt uncis.]—5 *Erysthenes* Ms. Leid. 2. *Heristenes*

NOTÆ

[y] *Se nunquam refecerunt*] Id translatum est ab iis, qui deliquio aut gravi morbo vires reparant. Sic Sallust. 'Quo et ceterorum animos reficeret.' Et infra in Hamilcare idem Nepos: 'Si paululum modo res essent refectæ.'

[z] *Ille omnibus, qui a rege defecerant, præsidio fuit*] Tacho inprimis qui Ægypti, et Mausolo qui Cariæ rex erat; a quibus etiam maxima dona accepit. Xenoph. in Agesilao.

[a] *Nihil de victu, nihil de vestitu Laconum mutavit*] Hoc veluti summum moderationis exemplum proponitur; arguiturque Principum ac populorum vanitas, qui post victorias secundasque res, solent sibi cultum opulentiorem circumdare, ac victu lautiore uti. Simile quidpiam refert auctor noster infra in Attico. Et Justinus lib. XLIV. 2. 'Viriathi,' inquit, 'ea virtus continentiaque fuit, ut cum Consulares exercitus frequenter vicerit, tantis rebus gestis, non armorum, non vestis cultum, non denique victum mutaverit: quo primum bellare cœpit, perseveraverit, ut quivis gregarius miles ipso Imperatore opulentior videretur.'

progenitor[b] majorum suorum, fuerat usus: quam qui intrarat,[6] nullum signum libidinis, nullum luxuriæ videre poterat: contra,[7] plurima patientiæ atque abstinentiæ.[c] Sic enim erat instructa,[8] ut nulla in re differret a cujusvis[9] inopis atque privati.

8. Atque hic tantus vir, ut naturam fautricem habuerat in tribuendis animi virtutibus, sic maleficam nactus est[d] in corpore fingendo. Nam et statura fuit humili, et corpore exiguo,[1] et claudus altero pede. Quæ res etiam nonnullam afferebat deformitatem: atque ignoti faciem ejus cum intuerentur, contemnebant;[2][e] qui autem virtutes[3] noverant, non poterant admirari satis. Quod ei usu venit, cum annorum octoginta[4] subsidio Tacho[5] in Ægyptum ivisset,[f] et in

Ms. Voss. 1. *Eristhenes* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long.—6 *Intravit* Ms. Ax.—7 *Contra ea plur.* Ms. Leid. 2. Ax. Sav. Gif. Put. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Heus. [Schmied. Ith. Heinr. Sed Tzschuck. offendit in *ea* sonus similis.]—8 *Sic enim structa* Ms. Ax. Boecl. Voss. 2. *Sic en. instructa* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—9 *Cuivis* Ms. Boecl. Ax. [Ed. Bos. Stav. Harl. Paufl.] Sed *a cujusvis* Ed. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Heusing. Patav. [Ith. Tzschuck. 1. 2. Wetz. Schmied. Brem. Heinr.] *ut in re nulla differret a cujusvis in.* Ms. Leid. 2. *ut in re nulla differret cujusvis in.* Ms. Voss. 1. *ut nulla in re differret cujusvis in.* Ms. Voss. 2. Ed. Long. et *cujusvis* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.

1 *In corpore exiguo* Ms. Dan. Mendos. Boecl. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. *in corpore exiguus* Ed. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. Mag. [in qua omissa quoque sunt verba *fingendo. Nam ....corpore,* uti in Long. et in antiquioribus codd. opinor, atque editt. memoratis: namque haud omnino curate annotarunt interpretes var. lect. de lect. Ms. Leid. et Ed. Ultraject.] In Ms. Leid. 2. et Voss. 1. pro *nactus est* erat *habuit.* —2 *Contemnabant* Ms. Leid. 1.—3 Sic Ms. Boecl. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Ultraject. [Bos. 2. et fere omnes seqq.] Sed *virtutem* Ed. Jens. Med. Arg. Paris. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Wetz.]—4 *Octuaginta* Ms. Leid. 2.—5 Sic Ms. Voss. 1. 2. Ed. Stav. 2. 3. Heus. [Tzschuck.

NOTÆ

[b] *Qua Eurysthenes, progenitor*] Qui fuit Aristodemi filius, et Proclis frater; de quo paulo supra in eodem Agesilao.

[c] *Contra, plurima patientiæ atque abstinentiæ*] Vide Plutarch. in Agesilao, qui de ejus frugalitate in victu cultuque corporis plurima verba facit.

[d] *Sic maleficam nactus est*] Nam et statura fuit humili, et exiguo corpore, ita ut vere erga eum natura difficilis dici possit. Quemadmodum Ovid. epistola Sapphus: 'Si mihi difficilis formam natura negavit, Ingenio formæ damna rependo meæ.'

[e] *Atque ignoti faciem ejus cum intuerentur, contemnebant*] Siquidem vulgus eos tantum magnarum rerum capaces existimat, quos eximia specie instructos videt: digna enim est imperii forma.

[f] *Subsidio Tacho in Ægyptum ivisset*] Nectanebo, non Tacho, suppetias tu-

acta cum suis accubuisset,[m] sine ullo tecto; stratumque haberet tale, ut terra tecta esset stramentis, neque huc amplius quam pellis esset injecta:[g] eodemque comites omnes accubuissent, vestitu humili, atque obsoleto, ut eorum ornatus non modo in his regem neminem significaret, sed hominis non beatissimi[6] suspicionem præberet.[n] Hujus de adventu fama cum ad regios esset perlata,[h] celeriter munera[7] eo cujusque generis sunt allata. His,[8] quærentibus Agesilaum, vix fides facta est, unum esse ex his, qui tum[9] accubabant. Qui cum regis verbis, quæ attulerant, dedissent, ille præter vitulina, et hujusmodi genera obsonii,[10] quæ præsens tempus desiderabat, nihil accepit; unguenta, coronas,[11 i] secundamque mensam servis dispertiit;[o] cetera[12] referri jussit. Quo facto eum barbari magis etiam[13] con-

[m] *Et in littore cum suis sedisset.*
[n] *Sed hominem non valde fortunatum se exhiberet.*
[o] *Et secunda fercula famulis distribuit.*

1. 2. Harl. Bipont. Ith. Wetz. Schmied. pro vulgato *Thaco*, quod etiam retinuit Brem.] *Taco* Ms. Leid. 2. v. Kühn. et Perizon. ad Æl. V. H. v. 1. Mox *isset* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Heus. [Stav. 3. Tzschuck. Ith. Heinr. Schmied.] Tum *astha* pro *acta* Ms. Leid. 2.—6 *homines non beatissimi* Ms. Voss. 1. sed supra scriptum erat *hominis*. Sed *homines non beatissimos* Ms. Boecl. Voss. 2. [quod probat Scheffer. et *esse* subintelligit, sed Heusingero recte dissentiente:] Mendos. Ax. Ed. Ultraject. —7 *Munera* aberat a Ms. Ax.—8 *Iis quær.* Ed. Lamb.—9 *Qui cum* Ms. Voss. 1. Mox *attulerant* Ms. Voss. 1.—10 *Opsonii* Ed. Lamb. [Heus. Tzschuck. Brem. Wetz. Schmied.] Mox *desideradat* Ed. Jens.—11 *Cerenos* Ms. Voss. 2. sed in marg. *coronas*.—12 *Ceteraque* Ed. Par. Ald. Lamb.—13 *Etiam magis* Ms. Voss. 2. Ax. A Ms. Leid. 2. aberat τὸ *etiam*. Statim *contempserunt* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. In his quoque mox legitur *sump-*

NOTÆ

lisse ait Polyænus lib. II. in Agesilao. Sed Athenæus lib. XIV. et Plutarchus in Agesilao cum Nepote conveniunt.

[g] *Neque huc amplius quam pellis esset injecta*] De Tuberone Stoico simile aliquid narrat Cic. pro Muræna.

[h] *Cum ad regios esset perlata*] Id est, cum ad regis Ægypti ministros pervenisset.

[i] *Coronas*] Ægyptios Agesilao in Ægyptum proficiscenti inter alia munera Papyrum coronariam misisse refert Athenæus lib. XV. 6. Hocque idem esse conjicio, quod per *Coronas* intelligit Nepos; nam Coronæ ejusmodi fiebant ex gramine quodam quod Βύβλον Græci vocant, unde Charta seu Papyrus conficiebatur. Præterea Plin. ait lib. XIII. 11. Papyri florem ad Deos coronandos usui fuisse. Adde quod Coronarum frequens usus fuit in conviviis apud veteres, quas primo ex rosis, deinde ex Nardi folio contexebant, et unguentis

temserunt, quod eum ignorantia bonarum rerum illa potissimum sumsisse arbitrabantur. Hic cum ex Ægypto reverteretur, donatus a rege Nectanabe[14][j] ducentis viginti talentis, quæ ille muneri populo suo daret; venissetque in portum, qui Menelai vocatur,[k] jacens inter Cyrenas[l] et Ægyptum; in morbum implicitus[15] decessit. Ibi eum amici, quo Spartam[16] facilius perferre possent, quod mel non habebant, cera circumfuderunt;[m] atque ita domum retulerunt.[17][n]

sisse.—14 *Onabide* Ms. Boecl. Voss. 2. *Nabide* Ms. Voss. 1. *Natenabide* Ms. Leid. 2. *Notonabide* Ms. Ax. *Nathabide* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. *Nectanebe* Ed. Patav. [Wetz.] *Nectanabide* Ed. Heus. [Tzschuck. 2. Ith. Schmied. Paufl.]—15 *Implicatus* Ed. Lamb.—16 *Spartham* Ms. Voss. 1. ubique. —17 *Rettul.* Ed. Jens. Med. Arg.

NOTÆ

pretiosissimis aspergebant. Qua de re vide Carol. Paschalium in opere Coronario.

[j] *Donatus a rege Nectanabe*] Polyænus, *Nectanebo*, loco paulo supra laudato. Nam *Nectanebus*, *Nectanabis*, et *Nectanebis* inveniuntur.

[k] *Venissetque in portum, qui Menelai vocatur*] De quo portu vide Strab. lib. I.

[l] *Jacens inter Cyrenas*] Quod de Libya Cyrenaica intelligendum est. Cyrenæ autem insigne Libyæ oppidum: vulgo, *Coréna*.

[m] *Quod mel non habebant, cera circumfuderunt*] Contra Diodorus scribit Agesilai corpus in melle Spartam deportatum esse; nam antiquitus cadavera quæ servari vellent, melle condiebant. Persarum tamen mos fuit non melle, sed cera circumlinire, teste Herodoto lib. I. et Cic. in Tuscul.

[n] *Atque ita domum retulerunt*] Leges præcipiebant apud Lacedæmonios, ut suorum regum corpora defuncta domum reducerent: de ceteris vero ducibus non sic jubebatur. Turneb. lib. XXVI. 33.

XVIII.

EUMENES.[1]

ARGUMENTUM.

Cap. 1. Ejus officia apud reges Macedonum. 2. Cappadociam sortitur provinciam. Carus Perdiccæ est et fidus. 3. A Perdicca oppositus Europæis adversariis, deviis itineribus milites suos fallit, ut, contra quos ducerentur, resciscere non possent. 4. Vincit Craterum et Neoptolemum. 5. Absens capitis damnatur. Obsessus in castello Nora callide se suosque liberat. 6. Olympiadi liberisque Alexandri bene consulit. 7. Bellum parat adversus Antigonum nomine Alexandri. 8. Antigoni victor, cogitur a militibus, copias hyematum dividere. Antigonus in hybernaculis hostem vult aggredi. 9. Consilio callido Antigoni refrænat impetum. 10. Victor, Antigono victo, a suis traditur. 11. Impatiens supplicium expostulat. 12. Fame fatigatus, jugulatur a custodibus. 13. Extincto Eumene, præfecti usurpant nomen regis.

Eumenes, Cardianus.[a] Hujus si virtuti par data esset fortuna, non ille quidem major,[2] sed multo illustrior, atque etiam honoratior; quod magnos homines[3] virtute metimur, non fortuna.[4b] Nam cum ætas ejus incidisset[5] in ea tem-

1 *Eumenis vita* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—2 Sic etiam Ms. Mendos. Ed. Long. Mag. Sav. [Bos. et seqq.] Sed *major fuisset* Ed. Lamb. Steph. Tale additamentum desiderari hic, videbatur mihi.—3 *homines evasisset, virt.* Ed. Long.—4 Ita Ms. Mendos. Boecl. [Ed. Bos. Stav. Heus. et seqq. Recte: Nepos enim suam hic interponit sententiam. *Metiri* autem, ut Græc. *μετρεῖν*,

NOTÆ

[a] *Eumenes, Cardianus*] Quidam *Sardianus*, sed male; nam ex Cardia urbe Thraciæ oriundus erat Eumenes, in cujus gratiam immunem a tributis fecisse Philippum scribit Alexander Myndius.

[b] *Quod magnos homines virtute metimur, non fortuna*] Proprie enim homi-

pora, quibus Macedones florerent;[c] multum ei detraxit inter hos[6] viventi, quod alienæ erat civitatis:[a] [d] neque aliud huic defuit, quam generosa stirps. Etsi[7] ille domestico summo genere erat,[b] [e] tamen Macedones eum sibi aliquando anteponi indigne ferebant; neque[8] tamen non patiebantur. Vincebat enim omnes[9] cura, vigilantia, patientia, calliditate, et celeritate ingenii. Hic peradolescentulus ad amicitiam accessit Philippi,[f] Amyntæ[10] filii, brevique tempore in in-

[a] *Quia alienigena erat, ipsum inter illos degentem valde depressit.*
[b] *Hic quanquam ex summa familia ortus erat.*

h. l. idem est ac æstimare.] Sed *virtute metiuntur, non fortuna* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Par. Ald. *virtute metiunt, non f.* Ed. Med. Arg. nempe scriptum erat '*metiunt*'. id neglexerunt operæ: *virt. metiuntur, non fortuna, prudentes* Ed. Long. Mag. Lamb. Steph.—5 *cecidisset* Ms. Voss. 1. 2. [Ed. Bos. Stav. 1. 2. Brem. qui id accuratius dictum putat, quod notionem casus et eventus fortuiti includat: neque tamen desunt exempla ejusdem significationis τοῦ *incidere*. Nam] *incidisset* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Heus. Patav. [Stav. 3. Harl. et rell. fere omnes. Quare reduxi *incidisset*. Cicer. Orat. cap. 12. s. sect. 39. 'quorum ætas cum in eorum tempora, quos nominavi, incidisset.'] Mox *florent* Ed. Gebh.—6 *Inter eos* Ms. Voss. 1. Mendos. Ed. Mag. Gebh. Keuch. Patav. Sed absunt ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. [*inter hos* Ed. Bos. et seqq.]—7 *Tametsi enim ille* Ed. Lamb. Stav. ita interpunxit *stirps: etsi ille....erat. Tamen Maced.* [Tzschuck. tamen ad min. ed. periodus hiulca videtur; eum quoque offendit iteratum *tamen* post *neque*.]—8 *Nāque* Ed. Jens. Med.—9 *Omnis* Ed. Jens. Med. Arg. Par.—10 *Amynthæ* Ms. Voss.

NOTÆ

nes magni majoresve sola virtute dicuntur; at fortuna illustriores atque honoratiores: hinc Q. Curtius lib. IX. 54. 'Sed fortuna, quæ rebus famam pretiumque constituit, hoc quoque militiæ probrum vertit in gloriam.'

[c] *Quibus Macedones florerent*] Vixit namque tempore Philippi Macedonum regis, et Alexandri Magni, qui res maximas gesserunt.

[d] *Quod alienæ erat civitatis*] Alienigenis enim non tanta tribuitur fides et favor, quantus civibus et propinquis. Unde apud Curtium lib. VIII. 8. de Callisthene loquentem sic scribitur: 'Quem, si Macedo esset, tecum introduxissem, dignissimum te discipulo magistrum. Nunc Olynthio non idem juris est.'

[e] *Neque aliud huic defuit, quam generosa stirps. Etsi ille domestico summo genere erat*] Hæc duo sibi parum cohærere videntur. Quomodo enim defuit illi stirps generosa, si ille domestico summo genere erat? Itaque hæc paulo clarius explicanda sunt: et hic sensus mihi esse videtur; nimirum, Eumenem reipsa ex parentibus summæ sortis et nobilitatis ortum esse, sed parum magnanimis et belli facinoribus celebrandis.

[f] *Hic peradolescentulus ad amicitiam accessit Philippi*] Vix ille siquidem 23. ætatis annum attigerat, cum in Philippi Macedonis amicitiam et familiaritatem venit. Cum enim ipsum Philippus inter reliquos juvenes decertantem luctantemque conspexis-

timam pervenit familiaritatem. Fulgebat enim jam in adolescentulo indoles virtutis.[g] Itaque eum habuit ad manum scribæ loco:[h] quod multo apud Graios honorificentius est,[11] quam apud Romanos. Nam apud nos, revera sicut sunt, mercenarii scribæ existimantur:[i] at apud illos contrario[12] nemo ad id officium admittitur, nisi honesto loco, et fide, et industria cognita; quod necesse est omnium consiliorum eum esse[13] participem. Hunc locum tenuit amicitiæ apud Philippum annos septem. Illo interfecto, eodem gradu fuit apud Alexandrum annos tredecim.[14 j] Novissimo tempore præfuit etiam alteræ[15] equitum alæ, quæ hetærice[16] appellabatur.[c k] Utrique autem in consilio[17] semper affuit,[l] et omnium rerum habitus est particeps.[18]

[c] *Quæ socialis dicebatur.*

1.—11 *Honorif. quam* Ms. Ax. in quo mox erat *namque ap. nos.* [Dein *mercennarii* Ed. Ald.]—12 Sic Ms. Boecl. Voss. 1. 2. Sed *e contrario* Ms. Leid. [Ed. Lamb. v. Heus. et Stav. ad ed. 2.]—13 *esse eum* Ms. Ax.—14 *Tresdecim* Ms. Voss. 1. 2.—15 Sic Ms. Gif. Mendos. Boecl. Voss. 2. Leid. 2. [Thott. Ed. Bos. 2. Stav. Heus. Harl. Ith. Heinr. Bipont. Tzschuck.] Sed *alteri* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Wetz. Brem. Schmied.]—16 *Etherice* Ms. Voss. 2. Leid. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. *hateriœ* Ed. Bos. 1. *Eratrice* Ed. Long. *etærice* Ed. Ald.—17 *Consilio* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav. *et in consilio* Ed. Lamb.—18 *Participes* Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2.

NOTÆ

set, sibi assumsit ejus fortitudine et solertia delectatus, ut refert Plutarchus. Deinde Philippo mortuo eum simili benevolentia sibi devinxit Alexander Magnus.

[g] *Fulgebat enim jam in adolescentulo indoles virtutis*] Quemadmodum ex fructuum præludio futuram arboris bonitatem cognoscimus; ita ex puerili indole virtutem plenioris ætatis præsumimus: unde Paterculus lib. II. 94. 'Ut per id quod agebat quantus evasurus esset, eluceret.' Et Claud. lib. de Laudib. Stilichon. 'mens ardua semper A puero, tenerisque etiam fulgebat in annis.'

[h] *Scribæ loco*] Scribæ ejusmodi tales erant tunc temporis, quales fere hodie sunt Cancellarii; unde fit ut Plutarchus eum non scribam simpliciter, sed Principem seu Præfectum scribarum vocet.

[i] *Mercenarii scribæ existimantur*] Ii sunt, quos abusive hodie secretarios Magistratuum appellamus, quique revera serviles sunt ministri, et serviliter suis dominis addicti.

[j] *Eodem gradu fuit apud Alexandrum annos tredecim*] Cujus et filiis tutor etiam postea datus est, ut videbitur infra.

[k] *Quæ hetærice appellabatur*] A voce Græca ἑταιρικὴ, quæ *socialis* est; atque ita vocabatur ala equitum hone-

2. Alexandro Babylone[1] mortuo, cum regna singulis familiaribus dispartirentur,[2 m] et summa rerum tradita esset tuenda eidem, cui Alexander moriens annulum[3] suum dederat,[n] Perdiccæ; ex quo omnes conjecerant,[4] eum regnum ei commendasse,[5 o] quoad liberi ejus in suam tutelam pervenissent: (aberant[6] enim Craterus et Antipater,[p] qui antecedere hunc videbantur: mortuus erat Hephæstio,[7 q] quem unum[8] Alexander, quod facile intelligi posset, plurimi[9]

1 *Babilone* Ed. Arg.—2 *Dispartèrentur* Ms. Leid. *dispertirentur* Ms. Ax. Ed. Steph. Gebh. Keuch. [Wetz.] *dispartiretur* Ed. Jens. Med. Par. [*dispertirentur* Ed. Lamb. Long. Bos. Heusing. et plurr. rell. Sic *resacrare*, *detractare*, &c. V. supra ad VII. 6.]—3 *Anulum* Ms. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Par. Long. Mox idem cod. eædemque edd. *Perdicæ*.—4 *Conjecerunt* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch.—5 *Commisisse vel commendasse* Ms. Leid. 1. Mendos. Voss. 1. Ed. Sav. In Ms. Ax. erat *regnum ei quoad commisisse liberi ejus*. Statim *quod ad* Ms. Voss. 2.—6 *Aberat* Ed. Ox. Lond. Mox *Crateros* Ms. Leid. 2. *Cratheros* Ms. Voss. 1. *Cratheres* Ms. Ax. *Cratherus* Ed. Jens. Arg. *Gratherus* Ed. Med.—7 *Ephestio* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Arg. *ephescio* Ed. Jens. Med.—8 Sic et Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Sed *vivum* Ed. Par. Ald. Lamb. *numerum* Ed. Jens. Med.—9 *Plurimum* Ms. Mendos. Ed. Ultraj.—

NOTÆ

ris causa apud Macedones, ab amicitia et sodalitate regia. Sic Arrian. de reb. Alex. Mag. lib. VI. 18.

[l] *Utrique autem in consilio semper affuit*] Quoniam et in rebus politicis et bellicis plurimum valuit.

[m] *Cum regna singulis familiaribus dispartirentur*] Hoc notum est ex omnibus historicis, præsertimque ex Q. Curtio, Justino, Orosio, Arriano, multisque aliis, cum sacris, tum profanis.

[n] *Cui Alexander moriens annulum suum dederat*] Scilicet, Perdiccæ, ut dicitur paulo infra. Vide Just. lib. XII. 15. Q. Curt. lib. X. 5. Deinde locus ille posset aliquatenus effici clarior, si immutato paulisper ordine sic legeretur: *Et summa rerum tradita esset tuenda eidem Perdiccæ, cui Alexander moriens annulum suum dederat.*

[o] *Eum regnum ei commendasse*] Alexandrum Magnum regnum Macedonum Perdiccæ commendasse ex eo liquet, quod antiquitus per transmissionem sigilli videbatur fieri transmissio hæreditatis; quod Casaub. ad Suetonium notat, putatque id causæ fuisse, cur Tiberio morienti Caius annulum ademerit. Quod quidem secundum juris privati analogiam factum fuisse apparet: nam ut videtur tutius patrimonii jus tradi, traditis clavibus ædium; ita et possessio regni tradi quoque videbatur, tradito Principum sigillo.

[p] *Aberant enim Craterus et Antipater*] Craterus qui, ut ait Curtius, erat Regi carus in paucis. Antipater vero Iolai filius, qui inter præcipuos Alexandri duces et successores annumeratur.

[q] *Mortuus erat Hephæstio*] Qui carissimus Alexandro fuit; et ob cujus mortem, quæ morbo evenit ad Ecbatana, incredibili affectus dolore multa regi indecora fecisse dicitur. Ælianus, Var. Hist. lib. XII. 7. refert Alexandrum Achillis monumentum

fecerat:) hoc tempore data est Eumeni Cappadocia,[r] sive[10] potius dicta;[d] nam tum in hostium erat potestate.[s] Hunc sibi Perdiccas adjunxerat magno studio, quod in homine fidem et industriam magnam videbat: non dubitans, si[11] eum pellexisset,[e] magno usui fore sibi in his rebus, quas apparabat. Cogitabat enim, quod fere omnes in magnis imperiis concupiscunt, omnium partes[12] corripere atque complecti.[13] Neque vero hoc ille solus fecit;[14] sed ceteri quoque[15] omnes, qui Alexandri fuerant amici. Primus Leonnatus[16] [t] Macedoniam præoccupare destinaverat.[17] Is multis magnis[18] pollicitationibus persuadere Eumeni studuit, ut Perdiccam desereret, ac secum faceret societatem. Cum perducere eum[19] non posset, interficere conatus est: et fecisset, nisi ille clam noctu[20] ex præsidiis ejus effugisset.

3. Interim conflata sunt illa bella,[u] quæ ad internecionem[1]

[d] *Seu potius assignata.* [e] *Si hunc sibi sociasset.*

10 *Sine* Ms. Voss. 1. Mox *hostium potestate* Ms. Voss. 2. Statim *nunc* Ms. Voss. 2.—11 *Ni eum* Ms. Voss. 1.—12 *Omnium partis* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long.—13 *amplecti* Ed. Mag. Gebh. Sed *complecti* etiam Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ax.—14 Sic Ms. Voss. 1. Ed. Stav. 2. 3. Heus. [Harl. et rell. recc.] Parum abest Ms. Boecler. Voss. 2. Ax. *nec vero hæc ille sol. fecit.* *Sed neque vero hoc solus fecit* Ed. Ald. Steph. Gebh. Keuch. Bos. *neque vero hoc tempore solus fecit* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long.—15 *Quæque* Ms. Voss. 2. Mox *fuerunt* Ms. Leid. 2.—16 *Leonnadus* Ms. Voss. 2. *Leonatus* Ed. Jens. Med. Arg. Par.—17 *Prædestinavit* Ms. Boecl. Voss. 1. 2. *prædestinaverat* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Long.—18 *Magnisque* Ms. Voss. 1. Leid. 2. [Ed. Long. Lamb. Wetz.]—19 *Eum perd.* Ed. Lamb.—20 *Noctu* aberat a Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Mediol. Par. Ald. Lamb.

1 Ita etiam Ms. Voss. 1. Leid. 2. [Ed. Bos. et sqq.] Sed *interceptionem* Ms. Boecl. Voss. 2. *internicionem* Ed. Jens. Med. *internitionem* Ed. Long.

NOTÆ

coronasse, Hephæstionem Patrocli; ut ostenderet ita se carum Alexandro, ut Patroclus Achilli olim fuit.

[r] *Data est Eumeni Cappadocia*] Cappadociam cum Paphlagonia ei datam fuisse scribit Just. lib. XIII. quæ sunt regiones ad mare Ponticum vergentes et finitimæ.

[s] *Nam tum in hostium erat potestate*] Hanc enim Ariarathes Rex tunc tenebat, nec Imperio Macedonico tunc suberat.

[t] *Primus Leonnatus*] Hic Euni filius Pellæ natus, cui obtigerat Phrygia, quæ Hellespontum attingit; fueratque ex Alexandri corporis custodibus.

[u] *Conflata sunt illa bella, &c.*] De his bellis, quæ sane atrocissima fuerunt, et Imperium Macedonicum in mille

post Alexandri mortem gesta sunt, omnesque concurrerunt[2] ad Perdiccam opprimendum:[v] quem etsi infirmum videbat, quod unus omnibus resistere cogebatur; tamen amicum non deseruit, neque salutis, quam fidei, fuit cupidior. Præfecerat eum Perdiccas ei parti Asiæ, quæ inter Taurum montem jacet atque Hellespontum,[w] et[3] illum unum opposuerat Europæis adversariis.[x] Ipse Ægyptum oppugnatum adversus Ptolemæum[4] [y] erat profectus. Eumenes cum neque magnas copias neque firmas haberet, quod[5] inexercitatæ, et non multo ante erant contractæ, adventare autem dicerentur, Hellespontumque transisse[6] Antipater[7] et Craterus magno cum exercitu Macedonum, viri cum claritate tum usu belli præstantes; (Macedones vero milites ea tunc[8] erant fama, qua nunc Romani feruntur; etenim semper habiti sunt fortissimi, qui summam[9] imperii potirentur:[z]) Eumenes[10] intelligebat, si copiæ suæ cognossent,[11] adversus

interinitōnem Ed. Arg.—2 *Concurrunt* Ed. Par. Ald. Mox *Perdicam* Ms. Voss. 1. Ed. Long.—3 *Ellespontum ut ill.* Ms. Voss. 2. Mox *unum apposuerat* Ms. Voss. 2. Statim *Europis adv.* Ms. Leid. 2.—4 *Ptolom.* Ed. Bos. 1.—5 *Et inexerc.* Ms. Boecl. Ax.—6 *Transcurrisse* Ed. Ald. Lamb. *transiisse* Ed. Steph. Gebh. Keuch. [et sic meum exempl. Long. non, *transcurr.* ut Bosius in nota scripserat.]—7 *Antypater* Ed. Jens. Med. tum *Crateros* Ms. Voss. 1. *Cratheros* Ms. Voss. 2. *Graterus* Ed. Med. sic queque in cap. seq. init.—8 *Tum* Ms. Ax.—9 Sic codd. a Bosio citati, ac Put. Voss. 1. Leid. 2. [Ed. Long. Lamb. Bos. et seqq.] Sed *summa imp.* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. Ed. Mag. Steph.—10 *Eumenes igitur* Ed. Lamb. Statim *intellegebat* Ms. Voss. 1. —11 Sic Ms. Boecl. Mendos. [Ed. Bos. Heus. Stav. 1. 3. et seqq. recentt.] Sed *cognoscerent* Ms. Ax, Voss. 1. 2. Leid. 2. Ed. Long. Mag. Lamb. Steph.

NOTÆ

partes sciderunt, lege Curt. lib. x. Just. et alios.

[v] *Omnesque concurrerunt ad Perdiccam opprimendum*] Invidia, scilicet, commoti, quod ab Alexandro sigillum accipiens, jus quoque et dominium in eos accepisse videretur. Craterus autem et Antipater primi fuerunt, qui in eum arma movere, quos postea secutus est Antigonus.

[w] *Ei parti Asiæ, quæ inter Taurum montem jacet atque Hellespontum*] Cappadociam et Bithyniam fuisse existimo, quæ revera Hellespontum et montem Taurum interjacent.

[x] *Europæis adversariis*] Cratero scilicet et Antipatro, de quibus mox, multisque aliis.

[y] *Adversus Ptolemæum*] Lagi filium, qui ex gregario milite inter duces et successores Alexandri habitus est, atque illo mortuo Ægyptum occupavit; a quo postea omnes Ægypti Reges Ptolemæi dicti sunt.

[z] *Qui summam imperii potirentur*] Pro, summa Imperii: nam id secun-

quos ducerentur,[a] non modo non ituras, sed simul cum nuntio dilapsuras. Itaque hoc ejus fuit prudentissimum consilium,[12] ut deviis[13] itineribus milites duceret, in quibus vera[14] audire non possent, et his persuaderet,[15] se contra quosdam barbaros proficisci. Itaque tenuit hoc propositum, et prius in aciem exercitum eduxit, præliumque commisit,[16] quam milites sui scirent, cum quibus arma conferrent. Effecit etiam illud locorum præoccupatione,[b] ut[17] equitatu potius dimicaret, quo plus valebat, quam peditatu, quo erat deterior.

4. Quorum acerrimo concursu cum magnam partem diei esset pugnatum,[1] cadit Craterus dux, et Neoptolemus,[2] qui secundum locum imperii tenebat.[c] Cum hoc concurrit ipse[3] Eumenes. Qui cum inter se complexi[4] in terram ex equis decidissent, ut facile intelligi posset inimica mente contendisse, animoque magis etiam pugnasse, quam corpore; non prius distracti sunt, quam alterum anima reliquerit.[f][e] Ab

[f] *Non ante avulsi sunt, quam alter vitam amiserit.*

Gebh. Kench. Stav. 2. Patav.—12 *Consilium* aberat a Ms. Boecl. Ax. [sed ob τὸ *consilium* sequitur *ut*: illo autem omisso, scribendum erat *quod*, Heusing. bene annotante et docente.] In Ms. Ax. etiam erat *præstantissimum* pro *prudentissimum*.—13 *Denis* Ed. Jens. Med.—14 *Vestra* Ed. Jens. Med.—15 *Perfunderet* Ms. Leid. 2.—16 *Plurimumque commissit* Ms. Voss. 2. *præliumque emisit* Ed. Lamb.—17 *Et equit.* Ms. Voss. 2. Ax.

1 *Oppugnatum* Ms. Ax. Boecl. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. De varia lect. τοῦ *Craterus* v. ad cap. 3.—2 *Pneotholemus* Ms. Voss. 1. *Neprolemus* Ms. Voss. 2.—3 *Ipse* aberat a Ms. Boecl. Ax.—

NOTÆ

dum veterem loquendi modum in accusativo casu ponitur.

[a] *Adversus quos ducerentur*] Sedulo milites suos celare studuit se adversus Craterum proficisci, quia intelligebat, id si rescirent, confestim elapsuros, ut infra dicitur.

[b] *Effecit etiam illud locorum præoccupatione*] Id est, ut posset prius loca ad pugnandum sibi idonea occupare.

[c] *Et Neoptolemus, qui secundum locum imperii tenebat*] Neoptolemus ille sinistro cornu præerat, teste Diodoro lib. XXVIII.

[d] *Qui cum inter se complexi in terram decidissent*] Vide Plutarchum in Eumene, a quo lepide hæc monomachia describitur.

[e] *Quam alterum anima reliquerit*] Scilicet, Neoptolemum, qui, teste Plutarcho, et Diodoro, poplite saucius valide diuque Eumeni integro restitit; sed denique, accepto in collo vulnere, succubuit.

hoc aliquot plagis Eumenes vulneratur, neque[5] eo magis ex prælio excessit, sed acrius hostes institit.[6] Hic equitibus profligatis, interfecto duce Cratero, multis præterea, et maxime nobilibus captis, pedester[7] exercitus, quod in ea loca erat deductus, ut, invito Eumene, elabi non posset, pacem ab eo petiit:[8] quam cum impetrasset, in fide non mansit, et se, simul ac[9] potuit, ad Antipatrum recepit. Eumenes Craterum ex acie semivivum[10] elatum recreare studuit. Cum id non posset,[11] pro hominis dignitate, proque pristina amicitia; namque illo usus erat, Alexandro vivo, familiariter; amplo funere[12] extulit, ossaque in Macedoniam uxori ejus ac liberis remisit.

5. Hæc dum apud Hellespontum[1] geruntur, Perdiccas apud flumen Nilum interficitur[f] a Seleuco et Antigono;[g] rerumque[2] summa ad Antipatrum defertur. Hic, qui deseruerant,[3 h] exercitu suffragium ferente, capitis absentes

4 *Complessi* Ms. Voss. 2.—5 *Nec* Ms. Boecl. Ax. Voss. 2.—6 *Hostis inst.* Ms. Gif. Mendos. [Ed. Bos. 2. Heus. Stav. Harl. Ith. Heinr. Schmied. *Instare hostes*, (quomodo habent Edd. Wetz. et Brem.) erit, docente Stav. ad ed. maj. stare in, vel contra hostes.] Sed *hostibus inst.* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. [Jens.] Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Tzschuck.] ut xv. 9. ubi similis varietas: *instituit* Ed. Ox. operarum errore.—7 Sic Ms. Voss. 2. Leid. 1. [Ed. Bos. Stav. Heus. Harl. Tzschuck. et seqq.] Sed *pedestris* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. *pedestres exerc.* Ed. Ald. tum *que* Ed. Jens. *qui* Ed. Ald. loco *quod*.—8 *Petit* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Patav.—9 *Simulac* Ed. Jens. Med. Arg. Par.—10 *Semivivum* aberat a Ms. Voss. 2. Sed *semianimem* Ms. Ax.—11 Sic quoque Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. [Ed. Long.] Lamb. [Bos. Heus. Stav. et seqq.] Sed *potuisset* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Mox *Alexander* Ed. Jens. Med. Arg. Par.—12 *Munere* Ms. Gif. Mendos. Voss. 1.

1 *Hellespunthum* Ms. Voss. 1. Mox *Perdicas* Ms. Voss. 1. Ed. Long. tum *Nilum flumen* Ms. Ax. et *Sæleuco* Ms. Voss. 2.—2 *Verumque* Ms. Voss. 1.—

NOTÆ

[f] *Perdiccas apud flumen Nilum interficitur*] Vix Ægyptum ingressus erat Perdiccas, cum per seditionem obtruncatur. Vide Diodorum lib. XVIII. De ejus tamen morte variæ sunt auctorum opiniones. Vide eundem Diodor. eodem lib. cap. 36.

[g] *A Seleuco et Antigono*] Seleucus, Antiochi filius, Philopator dictus, qui mortuo Alexandro Syria et Babylone potitus est: sic Cedrenus, Arrianus, Diodorus, et alii. Antigonus vero, Philippi Regis spurius, qui in Asia Minore diu dominatus est.

[h] *Hic, qui deseruerant*] Id est, omnes illi, qui apud flumen Nilum ab Antipatri partibus non steterant.

damnantur: in his Eumenes. Hac ille perculsus[4] plaga non succubuit, neque eo secius bellum administravit; sed exiles res animi magnitudinem, etsi non frangebant, tamen minuebant.[5] Hunc persequens[6] Antigonus, cum omni genere copiarum abundaret, sæpe in itineribus vexabatur: neque unquam ad manum accedere licebat, nisi his locis, quibus pauci possent[7] multis resistere. Sed extremo tempore, cum consilio capi non posset, multitudine circumventus[8] est. Hinc[9] tamen, multis suis amissis, se expedivit, et in castellum Phrygiæ, quod Nora[10] appellatur, confugit.[i] In quo cum[11] circumsederetur, et vereretur, ne uno loco manens equos militares perderet, quod spatium non esset agitandi; callidum fuit ejus inventum, quemadmodum stans jumentum calefieri[12] exercerique posset, quo libentius et cibo uteretur, et a corporis motu[13] non removeretur. Substringebat caput loro[14 j] altius, quam ut prioribus pedibus plane terram posset attingere;[15] deinde post verberibus[16] cogebat exultare,[k] et calces remittere: qui motus non mi-

3 *Deseruerant* Ms. Voss. 2. Ed. Long. Mag. Stav. 2.—4 *Percussus* Ed. Lamb. Brouckhus. ad Propert. I. 1. 13. [Ed. Brem. atque Tzschuck. malit *perculsus*, quod rem inopinam, subitum ictum, vel acrem commotionem indicet, et propter sequens *non succubuit* aptius videatur. Vid. XVI. 2. n. 16.]—5 Sic Ms. Ax. Boecler. Voss. 1. 2. Leid. 2. [Ed. Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Brem. et ego codd. auctoritate motus reposui pro vulgato *imminuebant*:] *non minuebant* Ed. Jens. Med. Arg. Long.—6 *Ipse sequens* Ms. Voss. 2. [Mox *neque usquam*, quia sequatur *nisi his locis*, legere malint Bremi et Tzschuck.]—7 *Posset* Ms. Voss. 2. *multis possent pauci* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag. Patav. *quibus pauci multis possent* Ms. Ax. [Ed. Wetz.]—8 *Circuitus* Ms. Voss. 1.—9 *Huic* Ed. Jens. Med.—10 *Hora* Ms. Long. Ed. Arg. Par. *hora* Ed. Jens. Med.—11 *Quo circ.* Ed. Jens. Med. Mox *spacium* Ed. Jens. Med. Arg. Mag. ubique.—12 *Concalefieri* Ms. Voss. 1.—13 *Victu* Ms. Leid. 2.—14 *Loco* Ed. Jens. Med. —15 *Posset terram attingere* Ms. Ax.—16 *Posterioribus* Ms. Sav. Leid. 2.

NOTÆ

[i] *Et in castellum Phrygiæ, quod Nora appellatur, confugit*] Noram in Cappadociæ ac Lycaoniæ finibus esse scribit Plutarchus: at vero juxta Taurum montem locat Strabo lib. XII. et sua ætate Neroassam appellari dicit.

[j] *Substringebat caput loro*] Meminit ejus industriæ Front. Strateg. lib. IV. his verbis: 'Certis quotidie horis ita suspendebat, ut posterioribus pedibus innixi, prioribus allevatis, cum naturalem appetunt consuetudinem, ad sudorem usque crura jactarent.'

[k] *Deinde post verberibus cogebat exultare*] Parisiensis editio habet, *posterioribus*, pro *post verberibus;* quod magis Frontini verbis mox citatis con-

nus sudorem excutiebat, quam si in spatio decurreret.[17] Quo factum est, quod omnibus mirabile est visum, ut jumenta æque[18] nitida ex castello educeret,[g] cum complures menses in obsidione fuisset, ac si in campestribus ea locis habuisset. In hac conclusione,[19] [1] quotiescumque[20] voluit, apparatum[21] et munitiones Antigoni alias incendit, alias disjecit. Tenuit autem se uno loco, quamdiu fuit hyems. Sed quod castrum subsidia habere non poterat, et ver appropinquabat;[22] simulata deditione,[m] dum de conditionibus tractat, præfectis[23] Antigoni imposuit, seque ac suos omnes[24] extraxit incolumes.

[g] *Ut equos tam comtos ex arce expromeret.*

Voss. 1. in marg. *verberibus*, omisso τῷ *post* Ms. Ax.—17 *Decurrerent* Ms. Boecl. Ax.—18 *Æque jumenta* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. —19 *Ac si....conclusione* absunt ab Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag. [In ed. Lamb. et Patav. legitur *in campestribus et planis ea locis habuisset. Quotiescunque voluit*, &c. Lambin. in notis alteram lection. *in h. concl.* (quam ille et Magius et Steph. in textu omiserunt,) attulit et interpretatus est. Fischer. τὰ *et planis* haud dubie e glossemate orta esse judicat.] Sed *cum complures menses....apparatum* etiam Ms. Mendos. Ven. Ed. Long. Atque *in hac conclusione* etiam Ms. Leid. 1. 2. Boecl. Voss. 1. 2. Ax. [Ed. Long. Bos. Heus. et seqq.] Sed *ea conclus.* Ms. Mendos. Ed. Gebh. Keuch.—20 *Quotienscunque* Ms. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Statim *voluit* Ed. Jens. Med. —21 *Et apparatum* Ed. Jens. Med. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. [Brem.]—22 Sic Ms. Voss. 2. Ax. Boecl. Sed *sed castrum subsidia hab. n. p. et v.* Ms. Ernst. *quod castra subsidio habere n. pot. et v.* Ms. Mendos. Gif. *quod castrum subsidia hab. n. p., ver* Ms. Boecl. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Bos. 1. [Heus. Ith.] *quod castra subsidio vel sub divo h. n. pot., ver* Ms. Leid. 1. *quod castra sub divo hab. n. poterat. Ver* Ms. Sav. Ed. Gebh. Keuch. Patav. [quam lectionem veram esse judicat, beneque explicat Kapp. in Opusc. Harles. p. 463. sq.] Etiam in Ms. Leid. 2. Voss. 1. erat *sub divo*: et in priore quoque *ad ver*: [forsan debuit scribere *ac* vel *at*.] Ms. Put. *quod castrum subsidium, &c.* [Sed *hyems, quod castrum subsidia hab. non poterat, donec ver appropinquabat. Simulata tunc deditione* Ed. Long. *hiems. Quod castrum subsid. h. non pot., ver appropinquabat; sim. ded.* Ed. Heus. Ith. Bipont. Tzschuck. 1. Sic quoque Stav. in ed. 3. et Paufl. nisi ut cum Bosio τῷ *ver* præponerent *et*. Sed Schmied. dedit *hiems; quod castrum subs. h. non poterat, cum ver approp.* Ego vero cum Tzschuck. in ed. 2. Bremio et Wetz. recepi ex cod. Ernst. *sed*, quod facere etiam voluisse Bosium, ex ejus nota colligo: (nam in textu editum erat, *hiems: quod castrum....et ver approp.*) atque interpunxi et dedi, *hiems. Sed quod....et ver adprop.*]—23 *Præfectus* Ms. Leid. 2.—24 *Omnis* Ed. Jens. Med. Arg. Par. *omneis* Ed. Ald. Statim *traxit* Ms. Voss. 1.

NOTÆ

forme videtur.

[1] *In hac conclusione*] Id est, quamdiu hoc in castello conclusus est.

[m] *Simulata deditione*] Paulo aliter Plutarchus; ait enim, Antigono Noram obsidente, Antipatrum obiisse,

6. Ad hunc Olympias,[n] mater quæ fuerat Alexandri, cum literas et nuntios misisset in Asiam, consultum, utrum repetitum Macedoniam veniret,[1] (nam tum in Epiro habitabat,) et[2] eas res occuparet; huic ille primum suasit, ne se moveret, et expectaret, quoad Alexandri filius[o] regnum adipisceretur: sin aliqua cupiditate raperetur in Macedoniam, omnium injuriarum oblivisceretur,[3] et in neminem acerbiore uteretur imperio. Horum nihil ea fecit.[4] Nam et in Macedoniam profecta est, et ibi crudelissime se gessit.[p] Petiit[5] autem ab Eumene absente, ne pateretur Philippi domus et familiæ inimicissimos stirpem quoque interimere,[6] ferretque opem liberis Alexandri. Quam

1 Sic Ms. Voss. 2. Mendos. Ven. Ed. Lamb. [Bos. Heus. et seqq. recentt.] Sed *utr. rep. in Macedoniam veniret* Ms. Ax. Mendos. Voss. 1. Leid. 2. Sav. *utrum rep. iret Macedoniam* Ed. Ultraj. Gebh. Keuch. *utr. repetū in Mac. ven.* Ms. Boecl. *utrum repetitam in Maced. ven.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. [Stav. ad ed. 2. conjecit, et ad ed. 3. uberius ex historia reposuit, *repetita*, i. e. revocata in Macedoniam. Olympias enim, quæ Neoptolemi, Epirotarum regis, erat filia, et fœmina magni animi, nec rei militaris imperita, a Polysperchonte ex Epiro, in quam propter inimicitias cum Antipatro, tutore Alexandri Ægi, confugerat, consentiente senatu amicorum, in Macedoniam revocata erat, antequam has literas ad Eumenem mitteret. Conf. Diodor. Sic. XVIII. 49. 58. et 65. Nunquam autem forsan revocata fuisset Olympias, nisi Macedones jam gemuissent sub tyrannide Eurydicæ, uxoris Aridæi, sub nomine mariti omnia pro lubitu agentis. V. Justin. XIV. 5. et plura apud Stav.]—2 *Ut eas* Ms. Leid. 2. [*eas res* interpretatur Heusing. illud imperium. Tzschuck. *ejus* (scil. Macedoniæ) *res* h. e. imperium.]—3 *Oblivisceretur omnium injur.* Ms. Voss. 1. Mox *imp. uter.* Ed. Lamb.—4 *Illa nihili fecit* Ms. Ax.—5 *Petit* Ms. Leid. 2. Ax. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. *peticit* Ed. Long. Mag. Patav. Paulo post *ac famil.* Ms. Ax.—6 Sic Ms. Mendos. Ven. Boecl. Voss. 1. 2. Leid. 2. Sed *amicissimos interire* Ms. Ernst. Ed. Long. *amicissimus interire* Ed. Mag. *inimicissimos interimere*

NOTÆ

qui, Justino teste, lib. XIV. 2. auxilia Eumeni miserat, atque aliam ob caussam obsidionem hanc solutam fuisse.

[n] *Olympias*] Neoptolemi, Molossorum regis, filia, quæ Myrtale prius appellata est, quam Philippus Macedo uxorem habuit; ex qua Alexandrum Magnum progenuit. Vide Justin. lib. IX. 7.

[o] *Quoad Alexandri filius*] Quem Alexander ex Roxane genuerat; quemque alii Philippum, alii Herculem, alii vero, idque probabilius, ex patris nomine Alexandrum appellatum fuisse scribunt; ut testatur Pausanias in Atticis et Bœoticis, et Diodorus XIX.

[p] *Et ibi crudelissime se gessit*] Quia, ut refert Just. lib. XIII. 6. muliebri potius iracundia, quam regio animo se gerens, multas virorum illustrium cædes edidit.

veniam si sibi[7] daret,[h] quam primum exercitus pararet, quos sibi subsidio adduceret:[8] id quo facilius faceret, se omnibus præfectis, qui in officio manebant, misisse literas,[q] ut ei parerent, ejusque consiliis uterentur. His rebus[9] Eumenes permotus satius duxit,[10] si ita tulisset fortuna, perire bene meritis[11] referentem gratiam, quam ingratum vivere.

7. Itaque copias contraxit, bellum adversus[1] Antigonum comparavit. Quod una erant Macedones complures nobiles, in his Peucestes,[2][r] qui corporis custos fuerat Alexandri, tum autem obtinebat Persidem, et Antigenes,[3][s] cujus sub imperio phalanx erat Macedonum; invidiam verens, (quam tamen[4] effugere non potuit,) si potius ipse alienigena[5] summi imperii potiretur, quam alii Macedonum, quorum[6] ibi erat multitudo; in principiis[t] nomine Alexandri

[h] *Quod si concederet.*

Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. *interire* etiam Ms. Ax.—7 *Sibi* abest a Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav. —8 *Adducere* Ed. Jens. Med. Mox *manebat* Ms. Voss. 2.—9 Sic Ms. Mendos. Leid. 1. 2. Voss. 1. 2. Ax. Sed *his verbis* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—10 *Dixit* Ed. Hacq.—11 *Meritus* Ms. Voss. 2. *meritum* Ms. Ax. *benemeritis* Ed. Jens. Med. Par.

1 *Adversum* Ed. Gebh. Keuch.—2 *Peucrestes* Ms. Voss. 1. *Peucrestis* Ms. Voss. 2. *Peucestas fuit* Ed. Long. *Peucestes fuit* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Mox *optin.* Ed. Jens. Med. Arg.—3 *Antigenes* Ms. Mendos. *et Antigenes* Ed. Mag. Pat. [Tzschuck. Brem. et sic rescripsi: τὸ *et* omiserunt Bos. et alii.] Sed *Antigenem* Ms. Leid. 2. *Antigenus* Ms. Voss. 2. *et Teutamus* Ed. Lamb. *et Antigonus* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Steph. Gebh. Keuch.—4 *Tamen* Ed. Jens. *Tamē* Ed. Med.—5 *Alienigenas* Ed. Jens. Med. Arg.—6 *Quorum* aberat a Ms. Leid. 2.

NOTÆ

[q] *Misisse literas*] Lege Diodorum lib. XVIII. et Plutarchum in Eumene, apud quos harum literarum formulas et argumenta invenias.

[r] *In his Peucestes*] Hic primum Clypeigerulus, postea factus est unus ex septem Alexandri custodibus post victum Porum. Arrianus lib. VI.

[s] *Et Antigenes*] Hunc Phalangis Macedonicæ ducem scribit Polyænus lib. IV. quemadmodum et Nepos; secundumque Imperii gradum obtinebat.

[t] *In principiis*] Certum est principia in hoc loco designare loca quædam in castris, quo principes ac duces conveniebant deliberaturi: non definitur autem utrum in medio vel in extremo castrorum essent; tamen Polyænus medium locum occupare innuere videtur, ἐν μέσῳ στρατοπέδῳ. Eo sensu apud Just. lib. II. 5. scriptum legimus: ‘Ordines quoque nemo nisi sexagenariis duxit; ut si principia castrorum cerneres, Senatum te alicujus priscæ reip. videre diceres.’

statuit tabernaculum,[7] [u] in eoque sellam auream[8] cum sceptro ac diademate jussit poni, eoque[9] omnes quotidie convenire,[v] ut ibi de summis rebus consilia caperentur; credens minore se invidia fore, si specie imperii nominisque simulatione Alexandri bellum videretur administrare. Quod et fecit.[10] Nam cum non ad Eumenis principia, sed ad regia conveniretur, atque ibi de rebus deliberaretur, quodammodo latebat; cum tamen per eum unum gererentur omnia.

8. Hic in Parætacis[1] [w] cum Antigono conflixit, non acie instructa, sed in itinere; eumque male acceptum in Mediam hyematum coëgit redire. Ipse in finitima regione Persidis hyematum copias divisit, non ut voluit, sed ut militum cogebat voluntas.[2] Namque illa phalanx[x] Alexandri Magni,[3] quæ Asiam peragrarat,[4] deviceratque Persas, inveterata cum gloria tum etiam[5] licentia, non parere se duci-

—7 *Tabern. statüit* Ms. Voss. 1. *Alexandri nomine tab. statuit* Ms. Ax.—8 *Æream* Ed. Jens. Med. Ald. Mag. Mox *sceptro ut diad.* Ed. Med.—9 *Atque omn.* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag.—10 [*Quod effecit* conjecit pluribusque bene explicuit Heusing. probavitque Tzschuck. et in textum recepit Schmied. h. e. finem assecutus est, ut Macedones principes ejus mandatis, tanquam ab Alexandro datis, parerent. Sed Stav. graviter increpans Heusingerum, τὸ *fecit* h. l. more Corneliano idem esse contendit ac *effecit*.]

1 Sic Ms. Gif. Dan. Ed. Ultraj. Lamb. [Bos. et rell. recentt.] Sed *hic inper* Ms. Ernst. *hic in Paretastis* Ms. Leid. 2. *hic inper ætatis* Ms. Ax. Voss. 1. 2. Sav. Put. Mendos. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—2 Ita Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ax. [Ed. Bos. et seqq.] Sed *sed ut mil. cogebant vol.* Ms. Voss. 2. *sed mil. cog. vol.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Patav. *mil. id cog. vol.* Ed. Gebh. Keuch. [*sed mil. it cog. vol.* Ed. Long. at τὸ *it* vitiose editum esse videtur pro *ut*: atque *sed mil. ut cog. vol.* Ed. Lamb.]—3 *Al. magis* Ms. Voss. 2.—4 Sic Ms. Voss. 1. Leid. 2. [Ed. Long. Lamb. Bos. et rell. recentt.] Sed *peragraverat* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Statim *devigaretque* Ms. Voss. 2.—5 *Tum glor. tum et* Ms. Boecl. Voss. 1. 2. Ed. Mag.—

NOTÆ

Sic Tacitus, sic Florus, sic Valer. Max. sic Frontinus, multique alii scriptores.

[u] *Nomine Alexandri statuit tabernaculum*] Ut non suo nomine bellum movere videretur, sed regio, sicque se ab omni affectatæ tyrannidis suspicione expediret.

[v] *Eoque omnes quotidie convenire*] Ne si dedignarentur ad Eumenem tanquam ad alienigenam accedere, ipse quoque non erubesceret ante ipsorum tentoria conspici, qui dux exercitus esset.

[w] *Hic in Parætacis*] Stephano Παραιτάκη, πόλις Μηδίας. Ptolemæo Parætaceni Mediæ accensentur. Tamen ex Nepotis verbis conjicere est, locum hunc non in Media, sed Mediam inter et Persidem situm esse, quia Antigonum in Mediam redire coëgit.

[x] *Namque illa phalanx*] De phalan-

bus,[6] sed imperare postulabat; ut nunc veterani faciunt nostri.[7] [y] Itaque periculum est, ne faciant, quod illi fecerunt sua intemperantia nimiaque licentia, ut omnia perdant, neque minus eos, cum quibus steterint, quam adversus quos fecerint.[i] Quod si quis illorum veteranorum legat facta, paria horum cognoscat; neque rem ullam,[8] nisi tempus, interesse judicet. Sed ad illos revertar. Hyberna sumserant[9] non ad usum belli, sed ad ipsorum luxuriam, longeque inter se discesserant.[10] Hoc Antigonus cum comperisset, intelligeretque, se parem non esse paratis adversariis; statuit aliquid sibi consilii novi[11] esse capiendum. Duæ erant viæ, qua ex Medis, ubi ille hyemabat, ad adversariorum hybernacula[12] posset perveniri: quarum brevior per loca deserta, quæ nemo incolebat propter aquæ inopiam, ceterum dierum erat[13] fere decem; illa autem, qua omnes commeabant, altero tanto longiorem habebat anfractum,[k] sed erat copiosa, omniumque rerum abundans. Hac si proficisceretur,[14] intelligebat, prius adversarios rescituros de suo adventu, quam ipse[15] tertiam partem confecisset itineris:[16] sin per loca sola contenderet,[l] sperabat, se imprudentem hostem oppressurum. Ad hanc rem con-

[i] *Quam contra quos pugnaverint.* [k] *Duplo majorem habebat circuitum.* [l] *Sin per locorum solitudinem incederet.*

6 *Omnibus ducibus* Ms. Voss. 2.—7 *Nostri* [scil. Romani]. Sic Ms. Mendos. Ed. Ultraj. Abest ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Lamb. Patav. Sed Heusing. [et Bipont.] incluserunt uncis; [at invito Stav. ad ed. 3.]—8 *Nullam* Ms. Voss. 2.—9 *Sumserat* Ed. Med. Arg. *sumpserat* Ed. Long. Mag.—10 *Discenserat* Ms. Voss. 1. 2. *dissenserant* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—11 *Novi consilii* Ed. Bamb. *consilii*, omisso τῷ *novi*, Ed. Ald.—12 *Ad hyb. adv.* Ms. Ernst. [nexu quidem molliore; sed exemplis similem syllabarum geminationem Heusing. et Stav. vindicant.]—13 *Erant* Ms. Ax.—14 Ita etiam Ms. Ax. [uniceque probat Heusing.] Sed *hanc si proficiscerentur* Ms. Boecl. *hac si proficiscerentur* Ms. Voss. 2.—15 *Quam ille* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—16 Sic Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. [Ed. Ald. Par. Lamb. Bos. et seqq.] Sed *itineris sui* Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Statim *quod si* pro *sin* Ed. Long. *si* Ed.

NOTÆ

ge illa mox dictum est.

[y] *Ut nunc veterani faciunt nostri*] Hic carpit veteranorum sui temporis arrogantiam, in quam etiam Cic. acriter invehitur Philipp. I. 6. et multis aliis in locis.

ficiendam, imperavit,[17] quam plurimos utres[18] atque etiam culleos comparari; post hæc[19] pabulum; præterea cibaria cocta dierum decem,[20] utque quam minime fieret ignis in castris. Iter,[21] quod habebat, omnes celat. Sic paratus, qua constituerat, proficiscitur.

9. Dimidium fere spatium confecerat, cum ex fumo castrorum ejus suspicio allata[1] est ad Eumenem,[a] hostem appropinquare. Conveniunt duces; quæritur,[2] quid opus sit facto. Intelligebant[3] omnes, tam celeriter copias ipsorum contrahi non posse, quam Antigonus affuturus videbatur. Hic omnibus titubantibus,[a] et de rebus summis desperantibus, Eumenes ait, si celeritatem velint adhibere, et imperata facere, quod ante non fecerint, se rem expediturum. Nam, quod[4] diebus quinque hostis transisse[5] posset, se effecturum, ut non minus totidem dierum spatio retardaretur: quare circumirent,[b] suas quisque copias[6]

Mag.—17 *Imperat* Ed. Long. Mag. Steph. Gebh.—18 *Vires* Ed. Jens. Med. Mox *culeos* Ed. Par. Ald. Loug. Mag. [Heusingero verba, *atque etiam culleos comparari*, suspecta videbantur, quoniam satis esset *imperavit quam plur. utres*, nec satis constet, quæ culleorum et utrium differentia fuerit. Enimvero quod *cullei* fuisse dicuntur utribus capaciores; illa verba prudentiam Antigoni, ac majorem ejus curam et aquæ abundantiam ad illius inopiam per loca deserta sublevandam declarant.]—19 *Post hoc* Ms. Voss. 2. Ax. Mox *præterea* aberat a Ms. Boecl.—20 Ita Ms. Boecl. Ed. Long. [Bos. 2. Heus. et plur. seqq.] Sed *decem dierum* Ms. Voss. 2. Ed. Ald. Lamb. Bos. 1. [Ith.] Statim *ut* Ms. Boecl. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ax. [Ed. Brem. qui τὸ *que* post *ut* in longa nota damnat: at *ignis* intelligi debet de ignibus nocturnis, qui in castris fieri solebant. Hinc imperavit, ut quam minime fieret ignis in castris.]—21 *Item* Ms. Voss. 2. *iterque* Ed. Par. Ald. Lamb. [Tum Tzschuck. ad ed. 2. conjicit *quod agebat;* quia *iter habere* insolens sit locutio.] Mox *cælat* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.

1 *Alata* Ms. Voss. 2.—2 *Quærere* Ms. Ax. Voss. 1. sed in hoc supra notatum erat *quæritur*.—3 *Intellegebant* Ms. Voss. 1.—4 *Quot diebus* Ms. Voss. 1.—5 Ita etiam Ms. Leid. 2. Sed *transire* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—6 *Suasque quisque* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long.

NOTÆ

[a] *Suspicio allata est ad Eumenem*] Nimirum a Barbaris, qui non fumum, sed ignium fulgorem videntes, teste Plutarcho, ex summitate collium circumjacentium camelis cursoribus nuntium Eumeni et Peucestæ attulerunt, ut refert Diodorus; Plutarchus vero soli Peucestæ, quippe qui propior esset hostibus.

[a] *Hic omnibus titubantibus*] Id est, trepidantibus. Nonius, titubare trepidare est.

[b] *Quare circumirent*] Sua hyberna circumeundo milites suos congregarent.

contraheret. Ad Antigoni autem refrænandum[7] impetum, tale capit consilium. Certos[8] mittit homines ad infimos montes,[m] qui obvii erant[9] itineri adversariorum: hisque præcipit,[10] ut prima nocte,[n] quam latissime possint, ignes[11] faciant quam maximos, atque hos secunda vigilia minuant, tertia perexiguos reddant; et assimulata castrorum consuetudine[o][c] suspicionem injiciant hostibus, his[12] locis esse castra, ac de eorum adventu prænuntiatum;[13] idemque postera nocte faciant.[p] Quibus imperatum erat,[14] diligenter præceptum curant. Antigonus, tenebris obortis, ignes[15] conspicatur; credit de suo adventu esse auditum, et adversarios illuc suas contraxisse copias. Mutat consilium, et, quoniam imprudentes[16] adoriri non posset, flectit iter suum, et illum anfractum longiorem copiosæ viæ capit, ibique diem unum opperitur, ad lassitudinem sedandam militum, ac reficienda jumenta, quo integriore exercitu decerneret.[q]

10. Hic[1] Eumenes callidum imperatorem vicit consilio,[2][d]

[m] *Fidos relinquit milites ad montium radices.* [n] *Ut prima vigilia.*
[o] *Et observato castrorum usu.* [p] *Pariterque quarta vigilia agant.*
[q] *Ut alacrioribus copiis decertaret.*

Patav. Statim *contrah. cop.* Ms. Voss. 2. Ax. propius certe ad rationem Nepotis. [Secus sentit Tzschuck.]—7 *Referendum* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. —8 *Fidos certos* Ms. Ax. e glossemate. Nam librarii glossis glossemata junxere: v. ad Cic. orat. post red. ad Quirit. 1. extr. Mox *ad infimos m.* Ed. Med.—9 *Eant* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Keuch. Patav.—10 Sic Ed. Lamb. Steph. Gebh. [Tzsch. Wetz. Brem. Schmied.] nam præcedit et sequitur præsens; [ideoque recepi pro, *præcepit*, quod est in aliis.]—11 *Ignis* Ms. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Mox *reddant*, ut Ed. Patav.—12 *In his* Ed. Lamb.—13 *Pernuntiatum* Ms. Leid. 2. *esse prænuntiat.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Steph. Lamb. (sic meum quidem utrumque exemplum: Fischer. tamen ex Lamb. ed. notat *prænunt. esse,*) Gebh. Boecl. Keuch. Heus. [Ith. Bipont. Wetz. Schmied.] Statim *idem* sine *que* Ms. Ax. Dein *faciet* Ed. Arg. *Idemque...facient* Ed. Long.—14 *Erat* abest ab Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag.—15 *Ignis* Ms. Voss. 2. Ed. Med. Long. *Igneis* Ed. Par. Lamb.—16 *Imprudentem* Ms. Boecl. Ax. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. [*imprudenteis* Ed. Lamb.]

1 [*Sic Eum.* conjiciebat Heusing. neque tamen, quod Nepoti familiare est *hic*, n. adverbium, textum mutare ausus est. Sed *sic* in textum recepit et

NOTÆ

[c] *Assimulata castrorum consuetudine*] Ignes scilicet accendendo, rumores et strepitum excitando, et cetera ejusmodi castrensia exhibendo.

[d] *Vicit consilio*] Idem sentit Plutarchus.

celeritatemque impedivit ejus: neque tamen multum profecit. Nam invidia ducum, cum quibus erat, perfidiaque [militum][3] [e] Macedonum veteranorum, cum superior prælio discessisset,[f] Antigono est deditus, cum exercitus ei ter ante, separatis temporibus, jurasset, se eum defensurum, nec[4] unquam deserturum. Sed tanta fuit[5] nonnullorum virtutis obtrectatio, ut fidem amittere mallent,[6] quam eum non prodere.[7] Atque hunc Antigonus, cum ei fuisset infestissimus,[r] conservasset, si per suos esset licitum, quod ab nullo se plus adjuvari posse intelligebat[8] in his rebus, quas impendere jam apparebat omnibus. Imminebant[9] enim Seleucus, Lysimachus, Ptolemæus,[h] opibus jam valentes, cum quibus ei de summis rebus erat dimicandum. Sed non passi sunt hi,[10] qui circa erant: quod videbant, Eumene recepto, omnes præ illo parvi futuros. Ipse autem Antigonus adeo erat incensus, ut, nisi magna spe maximarum rerum, leniri non posset.

[r] *Quamvis eum maxime odisset.*

late defendit Brem.]—2 *Consilio* aberat a Ms. Mendos.—3 *Militum* aberat a Ms. Mendos. Boecl. Leid. 1. Ax. [Ed. Heinr.] Erat in Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. Unci absunt ab Ed. Long. Lamb. Mag. Bos. 1. Steph. Gebh. Keuch. Stav. 2. Patav. [Harl. Ith. Wetz. Schmied.]—4 *Neque* Ms. Ax.—5 *Fuit* aberat a Ms. Ax. Voss. 2. Statim *non nullorum* Ed. Jens. Med. Arg. ubique.—6 *Nollent* Ms. Leid. 2.—7 *Perdere* Ms. Voss. 1. 2. Mendos. Boecl. [Ed. Bos. Wetz.] Sed *prodere* [h. e. destituere, hostibus tradere, adeoque etiam *perdere*; v. Heusing. et Stav.] Edd. nostri omnes, [et recentt.]—8 *Intelleg.* Ms. Voss. 1. *intelligat* Ed. Arg. Statim *in iis reb.* Ms. Voss. 1.—9 *Imminebat* Ms. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mox *Ptolomæus* Ms. Leid. 2. *Ptholomæus* Ms. Voss. 1.—10 *ii* Ms. Voss. 1. Dein *omnis* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Statim *pro illo* Ms. Leid. 2.

NOTÆ

[e] *Perfidiaque* [*militum*] Ad hanc proditionem impulsos fuisse milites Justinus scribit lib. XIV. et Plutarchus in Eumene, ut uxores et liberos suos, et quæ in prælio amiserant, ab Antigono reciperent.

[f] *Cum superior prælio discessisset*] Immo Antigonum superiorem fuisse scribit Just. eodem lib. XIV. 3. cujus hæc verba sunt: 'Ad postremum cum Antigonum venire cum exercitu nuntiatum esset, compellit eos in aciem descendere. Ibi dum ducis imperia contemnunt, hostium virtute superantur.'

[g] *Cum exercitus ei ter, &c.*] Quater, Justinus, ut patet ex his illius verbis: 'Quater intra hunc annum in mea verba jurejurando obstricti estis:' lib. XIV. 4.

[h] *Imminebant enim Seleucus, Lysimachus, Ptolemæus*] Seleucus Babyloniæ

11. Itaque, cum eum in custodiam dedisset, et præfectus[1] custodum quæsisset, quemadmodum servari vellet? ut acerrimum, inquit, leonem;[2] aut ferocissimum elephantum. Nondum[3] enim statuerat, conservaret[4] eum, nec ne. Veniebat autem ad Eumenem utrumque genus hominum,[s] et qui propter odium fructum oculis ex ejus casu capere vellent,[t] et qui propter veterem amicitiam colloqui consolarique cuperent; multi etiam, qui ejus formam cognoscere studebant, qualis esset, quem tamdiu, tamque valde[5] timuissent, cujus in pernicie positam spem habuissent victoriæ. At Eumenes, cum diutius in vinculis esset, ait Onomarcho,[6] penes quem summa imperii erat custodiæ, se mirari, quare jam tertium diem sic teneretur: non enim hoc convenire Antigoni prudentiæ, ut sic deuteretur[u] [7] victo: quin[8] aut interfici, aut missum fieri juberet. Hic cum ferocius Onomarcho loqui videretur, 'Quid? tu,' inquit, 'animo si isto eras, cur non in[9] prælio cecidisti[10] potius, quam in potestatem inimici venires?' Huic Eumenes, 'Utinam quidem istud evenisset!' inquit:[11] 'sed eo

[s] *Conveniebat vero Eumenem duplex hominum genus.*
[t] *Et qui præ odio ex illius infortunio oculos voluptate pascerent.*
[u] *Ut sic abuteretur.*

1 *Dedisset præfectus* Ed. Jens. Med. [Tum *quemadm. eum serv.* suspicabatur Schmied.]—2 *Leonem, inquit* Ms. Voss. 2. Statim *aut ut fer.* Ed. Patav.—3 *Nundum* Ms. Leid. 2.—4 *Servaret eum* novissime edidit Boeclerus; sed *conservaret* (scil. *utrum conserv.*) Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Lamb. Steph. Heus. [Harl. Brem. Tzschuck. et ego, quia *conservare* melius a *servare* distinguitur, id reddidi: *conservare eum* minus Latine Ed. Par. Ald. Long. Mag.] *eum conservaret* Ed. Gebh. Keuch. Deinde *utriusque gen.* Ms. Voss. 2.—5 *Tamdiu valdeque* Ms. Leid. 2.—6 *Honomarco* Ms. Leid. 2. *enomarco* Ms. Voss. 1.—7 Ita Ms. Ax. Voss. 1. Leid. 2. Gif. Put. Sav. Ed. Jens. Ald. Long. Gebh. Keuch. [Bos. 2. Heus. et rell. recent.] *sic se uteretur* Ms. Voss. 2. Ed. Lamb. Steph. Boecl. Bos. 1. [*ut sic uteretur* malit Ernst.]—8 *Quando aut* Ms. Ax. *cum aut* Ed. Jens. Med. Arg. Long. Postea *τὸ inquit* aberat a Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2.—9 *Non prælio* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh.—10 Sic etiam Ms. Leid. 2. Voss. 1. Sed *concidisti* Ms. Voss. 2. Ax. *occidisti* Ed. Keuch.—11 *Inquit* inculcavit Lamb. Sed abest [a Ms. Leid. Voss. 1. 2. et hanc ellipsin frequentem esse Phædro aliisque auctoribus, docet Stav. ad ed. maj.] ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag.

NOTÆ

præfectus. Lysimachus Thraciam occupaverat cum regionibus finitimis. Ptolemæus Ægyptum invaserat, de quo jam supra.

non accidit, quod nunquam cum fortiore sum congressus. Non enim cum quoquam arma contuli, quin is[12] mihi succubuerit. Non enim virtute hostium, sed amicorum perfidia decidi.'[1] Neque id falsum.*[13] Nam et dignitate fuit honesta,[x] et viribus ad laborem ferendum firmis,[14] neque tam magno corpore, quam figura venusta.

12. De hoc Antigonus cum solus constituere non auderet, ad consilium retulit.[1] Hic, cum plerique omnes[3] primo perturbati[2] admirarentur, non jam de eo sumtum esse supplicium, a quo tot annos adeo essent male habiti, ut sæpe ad desperationem forent adducti, quique maximos duces interfecisset; denique in quo uno esset tantum,[y]

[x] *Nam et decoram speciem habuit.* [y] *Qui tandem unus tantum valeret.*

uncis incluserunt Heusinger. [Bipont. Tzschuck.]—12 *His mihi* Ed. Jens. Med. Arg.—13 Asteriscus abest ab Edd. nostris omnibus. Addiderunt eum Bos. Stav. [Harl. Bipont. Heinr. Schmied.] Sed Heusinger. verba *neque id falsum...venusta* tanquam aliena, nec satis Latina uncis coërcuit. [Brem. verba, *Nam et dignitate...venusta*, ex duobus glossematibus orta opinatus uncis seclusit. Tzschuckio ad ed. 1. garruli ea esse librarii, et ad ed. 2. ea male adjecta varias ob rationes videntur, aut, si nihil excidit, melius locum sortiri supra post *victoriæ*. Audaciorem et amplissime ornatam conjecturam Claudii Civilis, h. e. Withofii, in Novis obss. miscell. tom. I. p. 164. sqq. propositam, jam protulit Stav. ad ed. min. sed conferes ibid. not. atque leniorem interpretationem Harl. et Kapp. quorum posterior nihil mutandum, et τὸ *nam* h. l. non esse conjunctionem causalem, sed inservire transitioni censuit. Vonck in Specimine critico in varios auctores, Trajecti ad Rh. 1744. 8. p. 79. *dignitatem* notare scribit, corporis staturam et formæ pulchritudinem, et locum ipsum hac transpositione, *nam et viribus ad laborem firmis, et dignitate fuit honesta, neque tam* [aut cum Harl. si emendare velis, *neque tamen tam*] *magno corpore*, sanari posse, acute suspicatur. Sed Heinsii suspicionem ad Vell. Paterc. II. 29. *dignitate oris* vel *formæ fuit honesta* jam rejecit Claud. Civilis l. c.]—14 *Ad labor. ferend. firmus* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long.

1 *Rettulit* Ed. Jens. Med. Arg.—2 Sic Ms. Voss. 2. [Ed. Lamb. Bos. Stav. (qui ad ed. 1. tuetur hanc lect. ad ed. autem 3. dubitat, an ita scripserit auctor,) Heus. (qui tamen in not. favet lectioni *hic cum primo perturbati adm.* et fidem Staver. facit dubiam in annotata Voss. cod. lectione; sed Stav. ad ed. 3. se bene defendit; at ipse dubitat, an integra ista Nepotis narratio non sit mutilata; nam suspecta illi sunt *primo, denique, postremo.* Sed occurrunt illi dubitationi Tzschuck. Harl. atque Brem.) Ith. Brem. (nisi ut per errorem typothetæ editum sit *hi quum pler. omn.*) Wetz. Schmied.] Sed *hic cum omnes vel pr. pert.* Ed. Ald. Long. Mag. Patav. *hic cum omnes pr. perturb.* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. [Sed *plerique omnes* sunt non omnes, maxima pars. Est Atticum loquendi genus, πλείονες πάντες: atque Bos. in ind. laudat A. Gellii Noct. Attic. VIII. 12. Priscian. lib. XVIII.

NOTÆ

1 *Sed amicorum perfidia decidi*] Id est, de mea fortuna dejectus sum.

3 *Plerique omnes*] Hellenismus est.

ut, quoad ille viveret, ipsi securi esse non possent; interfecto, nihil habituri negotii essent: postremo, si illi redderet salutem, quærebant, quibus amicis esset usurus? sese enim cum Eumene apud eum non futuros. Hic,[3] cognita consilii voluntate, tamen usque ad septimum diem deliberandi sibi spatium reliquit. Tum autem, cum jam[4] vereretur, ne qua seditio exercitus oriretur, vetuit ad eum quenquam[5] admitti, et quotidianum victum amoveri[6] jussit. Nam negabat, se ei vim allaturum,[k] qui aliquando fuisset amicus. Hic tamen non amplius, quam triduum, fame fatigatus, cum castra moverentur, insciente Antigono, jugulatus est a custodibus.

13. Sic Eumenes annorum quinque et quadraginta, cum ab anno vicesimo, [uti supra ostendimus,][1] septem annos Philippo apparuisset,[z 2] et tredecim apud Alexandrum eundem locum obtinuisset, in his unum[3] equitum alæ præfuisset, post autem Alexandri Magni mortem, imperator exercitus duxisset, summosque duces partim repulisset, partim interfecisset, captus non Antigoni virtute, sed Macedonum perjurio, talem habuit exitum vitæ. In[4] quo

[z] *Septem annos cum Philippo fuisset.*

Donat. ad Ter. Andr. I. 1. 28. et Serv. ad Æn. I.]—3 [*Hac cognita* suspicatur Heusing. sed præter necessitatem.]—4 Sic etiam Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ax. [Ed. Bos. et seqq.] Sed *jam* abest ab Ed. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch.—5 *Quenquam ad eum* Ms. Leid. 2.—6 *Removeri* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. *moveri* Ms. Leid. 2.

1 *Uti...ostendimus.* Absunt unci ab Ed. Arg. (in qua est *ondimus*,) Long. Lamb. Steph. Gebh. Bos. 1. Heus. (in quibus est *ut*, etiam in Mag. Keuch.) [Ith. Wetz. Tzsch. 1. 2. Schmied.] *ut supra* Ed. Jens. Med. Par. Ald [Stav. in ed. 3. verba *cum ab anno...partim interfecisset* uncis inclusit.]—2 *Paruisset* Ms. Boecl. Ax. Voss. 1. 2. Ed. Arg. Long. Statim *tredecim* Ms. Leid. 2. Voss. 2. *et tresdecim* Ms. Voss. 1. tum *optin.* Ed. Jens. Med.—3 *Unum* Ms. Leid. 1. 2. Voss. 2. [idque post Bosium pro vulgari lectione *uni*, probavit Heus. in not. quia Eumenes novissimo tempore præfuit equitatui, atque unum tantum, ut videtur, annum: atque in textum id receperunt Ith. Brem. Tzschuck. in ed. 2. atque Heinr. quos sum secutus.]—4 *In quo* [h. e. quod ad hunc attinet]. Sic Ms. Boecl. Voss. 1. 2. Leid. 2. [Ed. Long. Bos. Stav. et rell. recc.] Sed *de quo* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—

NOTÆ

[k] *Nam negabat, se ei vim allaturum*] Quasi vim inferre non fuisset inedia et fame hominem necare; immo sane illud inter crudelitatis exempla referri debet.

quanta fuerit omnium opinio eorum, qui post Alexandrum Magnum reges sunt appellati,[5] ex hoc facillime[6] potest judicari, quod nemo Eumene vivo rex appellatus est,[1] sed præfectus; iidem[7] post hujus occasum[7] statim regium ornatum nomenque sumserunt: neque, quod initio prædicarunt,[8] se Alexandri liberis regnum servare, id præstare[9] voluerunt; et, uno propugnatore sublato, quid sentirent, aperuerunt.[10] Hujus sceleris[11] principes fuerunt Antigonus,[12] Ptolemæus, Seleucus, Lysimachus, Cassander.[13] Antigonus autem Eumenem mortuum propinquis ejus sepeliendum tradidit. Hi militari honesto[14] funere, comitante toto exercitu, humaverunt: ossaque ejus in Cappadociam ad matrem atque uxorem[m] liberosque ejus deportanda curarunt.

5 Sic omnes edd. etiam Bos. 2. præter Staver. et Harl. in quibus, nescio quare, omissum est τὸ *sunt*.]—6 *Facile* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch.—7 *Sed post h. o.* Ms. Leid. 1. *eidem p. h. o.* Ms. Voss. 2. Ax. *idem p. h. o.* Ed. Ald. Mox *regnum orn.* Ed. Jens. Med.—8 *Prædicarant* Ed. Lamb. [probatque Wetzel. in not.]—9 *Id præstare* [suavius, ad ingratum sonum, *servare, præstare*, evitandum, in Ed. Lamb. Bos. et seqq.] Sed *id* abest a Ms. Boecl. Ax. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—10 *Apperuerunt* Ms. Voss. 1. 2.—11 *Cæleris* Ed. Arg. Statim *participes* Ms. Mendos. Voss. 1. sed in marg. 'al. *principes*.'—12 *Antigonus* aberat a Ms. Boecl. Axen.—13 *Cassandrus* Ms. Voss. 2. Ax. *Casander* Ed. Jens. Med. Arg. ubique.—14 Sic etiam Ms. Voss. 2. [Ed. Bos. Heus. Stav. Harl. Ith. Heinr. Schmied. Paufl. atque Heusing. ac Stav. docuerunt, sæpius duo adjectiva uni substantivo sine copula apponi.] Sed *ei milit. honestoque* Ed. Jens. Med. *qui cum milit. honestoque* Ed. Ald. Lamb. Patav. [Wetz.] *hi milit. honestoque* Ed. Arg. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. [Tzschuck. Brem.]

NOTÆ

[1] *Quod nemo Eumene vivo rex appellatus est*] Hoc non Eumenis, sed verecundiæ causa fecisse scribit Just. lib. xv.

[m] *Ad matrem atque uxorem*] Uxor ejus Barsine natione Persica, filia Artabasi; ex qua filium nomine Herculem susceperat Alexander, ut refert Q. Curtius, lib. x.

XIX.

PHOCION.[1]

ARGUMENTUM.

CAP. 1. Virtutibus suis clarior, quam re militari. 2. Senex in odium civium pervenit. Ejus culpa Nicanor Piræeo potitur. 3. Exilio mulctatur. Causam apud Macedones dicere cogitur, et Athenas deducitur. 4. Athenis damnatus, ad supplicium traditur.

PHOCION,[a] Atheniensis, etsi sæpe exercitibus præfuit,[b] summosque magistratus cepit; tamen multo ejus notior integritas est[2] vitæ, quam rei militaris labor.[c] Itaque hujus memoria est nulla,[d] illius autem magna fama: ex

1 *Phocionis vita* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long.—2 Sic Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. (qui antea habet *mag. cœpit*,) Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. [Bos. 1. 2. Heus. Ith. Heinr. Wetz. Schmied. Paufl. Sed *est* aberat a Ms. Voss. 1. 2. Ax. Leid. 2. Ed. Stav. 1. 2. 3. Harl. Tzschuck. 1. 2.]

NOTÆ

[a] *Phocion*] Hujus patrem, quem Suidas Phocum vocat, Fabrum Cochlearium fuisse scribit Ælianus Var. Hist. lib. XXII. 43.

[b] *Sæpe exercitibus præfuit*] Id præsertim ex Plutarcho patet, quod quinquies et quadragies exercitibus præfuit, cum ne semel quidem Comitiis interfuisset.

[c] *Quam rei militaris labor*] Summam ac fere incredibilem ejus integritatem fuisse necesse est, cum etiam notior dicatur ejus belli laboribus; siquidem, ut mox dictum est ex Plutarcho, quinquies et quadragies exercitibus præfuit, et octogesimum etiam agens annum a populo præesse jussus est, ex eodem Plutarcho.

[d] *Itaque hujus memoria est nulla*] Id sane respective dicitur, et habita ratione ejus eximiæ integritatis; alioquin falsum esset, cum toties bellis præponi non potuerit, quin res præclare gesserit, et quin earum memoria fuerit. At vero non raro evenit, ut in viro bono si una virtus præ-

quo cognomine Bonus est appellatus.[e] Fuit enim perpetuo pauper,[f] cum divitissimus[3] esse posset propter frequentes delatos honores, potestatesque summas, quæ ei a populo dabantur.[4] Hic cum a Rege Philippo munera magnæ pecuniæ[g] repudiaret, legatique hortarentur accipere, simulque[5] admonerent, si ipse his facile careret,[*][6] liberis tamen suis prospiceret, quibus difficile esset in summa paupertate tantam paternam tueri gloriam; his[7] ille: 'si mei similes erunt, idem hic,' inquit, 'agellus illos alet, qui me ad hanc dignitatem perduxit; sin dissimiles sunt futuri, nolo meis impensis illorum ali augerique luxuriam.'

2. Idem[1] cum prope ad annum octogesimum prospera pervenisset[2] fortuna, extremis temporibus magnum in

[*] *Si eorum egestatem non ægre pateretur.*

—3 Sic Ms. Gif. Voss. 1. [Ed. Lamb. Bos. Heusing. et plurr. recentt.] Sed *divitissimus* Ms. Ax. *ditissimus* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Boecl. Keuch. Patav. [Wetz.] ut apud Cicer. Læl. 16. *ditior* pro *divitior*.—4 Sic etiam Ms. Mendos. Sav. Gif. Put. Ed. Jens. Ald. Long. [Bos. et seqq.]—5 *Simul* Ed. Par. Ald.—6 *Curaret* Ms. Voss. 2.—7 Sic etiam Ms. Ax. Sed *hic ille* Ed. Par. Ald. Lamb. Patav.

1 *Idem* Ed. Heus. ex emendatione Scioppii in Suspect. lectt. IV. 18. p. 166. [Ith. Tzschuck. 1. 2. Stav. 3. Schmied. Heinr. et ego sic rescripsi: quanquam *eidem* h. l. antiquo more pro *idem* quoque scriptum fuerit. Bremi tamen *eidem* retinet, at in dativo ex anacoluthi ratione explicat.]—2 Ita quoque Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 2. Sav. Put. Gif. Ed. Jens. Ald. Long. [Bos. et seqq.] Sed *permansisset* Ed. Lamb. Steph. *mansisset* Ed. Keuch. Patav. Mox *pervenit in odium* Ms. Ax. Voss. 2. certe numerosius et rotundius.

NOTÆ

lucens ceteras non obruat, saltem palmam et gloriæ locum præripiat.

[e] *Ex quo cognomine Bonus est appellatus*] Sic Aristides dictus fuit justus propter morum æquitatem, ut supra in Aristide. Ceterum olim gloriæ ducebatur a virtutibus moralibus nomen imponi; quod postea vitio temporum obsolevit. Phocion vero multis præclaris virtutibus id sibi cognomen comparaverat, quod ex his Valer. Max. verbis lib. III. 8. evidenter patet: 'Placidi et misericordes et liberales, omnique suavitate temperati mores Phocionis, quos optime profecto consensus omnium bonitatis cognomine decorandos censuit.' Unde Χρηστὸς a Suida dictus est; quia aliis omnibus magis quam sibi utilis erat.

[f] *Fuit enim perpetuo pauper*] Vide Athenæum lib. X. 3. et Plutarchum, περὶ φιλοπλουτίας.

[g] *A Rege Philippo munera magnæ pecuniæ*] Ælianus Var. Hist. lib. I. non a Philippo, sed ab Alexandro centum argenti talenta Phocioni missa fuisse scribit, et quatuor civitates, quarum quamcumque ad libitum deligere jussit, oblatas: quæ omnia Phocion repudiavit. Sic etiam Plutarchus in

odium pervenit suorum civium. Primo, quod[3] cum Demade[h] de urbe tradenda Antipatro[i] consenserat; ejusque consilio Demosthenes cum ceteris,[4] qui bene de republ. mereri existimabantur, populiscito[5] in exilium erant expulsi.[6] Neque in eo solum offenderat, quod patriæ male consuluerat, sed etiam, quod amicitiæ fidem non præstiterat. Namque, auctus adjutusque a Demosthene, eum, quem tenebat, ascenderat gradum, cum adversus Charetem[j] eum subornaret: ab eodem in judiciis, cum capitis causam diceret, defensus, aliquoties[7] liberatus discesserat. Hunc non solum in periculis non defendit, sed etiam prodidit. Concidit autem maxime uno crimine,[8] quod,[9] cum apud eum summum esset imperium populi,[k] et Nicanorem, Cassandri præfectum,[l] insidiari Piræeo[10] Atheniensium a Dercyllo[11]

—3 Ita Ms. Leid. 1. Sed abest *τὸ quod* ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Schmied.] *quod* uncis inclusit Heus.—4 *Tum cet.* Ed. Jens. Med. Arg.—5 Sic Ms. Mendos. Ed. Ultraject. [Bos. et seqq.] Sed *scito populi* Ms. Leid. 1. *scito* Ms. Leid. 2. *plebescito* Ms. Voss. 2. *plebiscito* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—6 Sic etiam Ms. Voss. 1. Leid. 2. Sed *in exilium erant missi et expulsi* Ms. Leid. 1. *in exilio erant exp.* Ms. Voss. 2. [Sed *in exsilium* propter consensum librorum alii rectius tuentur.]—7 *Aliquotiens* Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch.—8 *Uno crimine* aberant a Ms. Ax.—9 *Quia cum* Ms. Voss. 1. 2. Ed. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav. *qui cum* Ed. Jens. Med. Arg. Par.—10 *Pireo* Ms. Leid. 2. *Piræo* Ed. Long. [Brem. v. supra ad VII. 6.]—11 *Dercilo* Ms. Leid.

NOTÆ

Apophtheg. et vita Phocionis.

[h] *Primo, quod cum Demade*] Demades Atheniensis orator fuit, æmulus Demosthenis, qui ex Macedonum gratia potestatem sibi et opes quærebat; contra vero, Demosthenes ad solam patriæ libertatem spectabat.

[i] *Antipatro*] Qui ab Alexandro Magno ad expeditionem Persicam discedente Macedoniæ præpositus est, et in qua ipso mortuo regnavit.

[j] *Cum adversus Charetem*] Atheniensium ducem, in promittendo facilem et promtum: unde Proverb. 'Charetis pollicitationes.' Suidas.

[k] *Cum apud eum summum esset imperium populi*] Archontem tunc fuisse scribit Plutarchus in ejus vita; idque est summum imperium populi tenere; nam Archontes exordium habuerunt Athenis ab excessu Codri ultimi Regis, quorum primus fuit Medon Codri filius. Vell. Paterc. initio hist. Rom. Et penes eos totius reip. regimen summaque rerum erat.

[l] *Et Nicanorem, Cassandri præfectum*] Cassander, Antipatri filius, unus fuit ex Alexandri ducibus et mortis ejus auctoribus; qui, ipso mortuo, regium nomen accepit, et, Macedoniam in-

moneretur,[m] idemque[12] postularet, ut provideret, ne commeatibus civitas privaretur; huic,[13] audiente populo, Phocion negavit, esse periculum, seque ejus rei obsidem fore pollicitus est.[14] Neque ita multo post Nicanor Piræeo est potitus. Ad quem recuperandum cum populus armatus concurrisset: ille non modo neminem ad arma vocavit, sed ne armatis[15] quidem præesse voluit; sine quo Athenæ omnino esse non possunt.[16]

3. Erant eo tempore Athenis duæ factiones; quarum una populi causam agebat,[n] altera optimatum.[1] In hac erat[2] Phocion et Demetrius Phalereus.[o] Harum utraque Mace-

2. *Dercylo* Ed. Jens. Med. Arg. Par. *Dercillo* Ed. Ald.—12 *Eidemque* Ms. Boecl. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. ut sect. 1.—13 *Huic* Ms. Boecl. Ax. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Heus. [Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Harl. Ith. Brem. et ego sic edidi, pro vulgato *hic*:] *hinc* Ed. Jens. Arg. Ald. Patav. *hic* Ed. Med. Lamb.—14 Sic etiam Ed. Long. Lamb. Keuch. Stav. 3. [et rell.] Sed *est* abest ab Ed. Stav. 1. 2.—15 *Armatus* Ed. Jens. Med. Arg. Par.—16 *Sine quo...possunt.* Verba hæc sic leguntur etiam in Ms. Leid. 2. et Voss. 2. et in antiquis nostris omnibus. Sed a Ms. Voss. 1. aberant: *sine quo... poss.* inclusit uncis Heusing. [item Tzsch. (qui in ed. 1. *sine quo*, scil. portu, *Ath...possunt* parenthesi, in ed. 2. autem uncis inclusit, et glossatoris verba esse suspicatur,) nec non Heinr. Brem. et Schmied. qui verba esse transponenda putat. Stav. ad ed. 3. uncos quidem omisit in textu, in nota tamen illa verba vel a sciolo quodam allita esse judicat, vel transposita a librariis; culpam igitur occupati Piræi in Phocionem fuisse collatam: præterea laudat Wesseling. ad Diod. Sic. XVIII. 64. nr. 69. Ith. edidit: *Ad quem (sine quo Ath. omn. esse non possunt) recuper...præesse voluit.*] In Mss. fere legitur ut expressimus. Sed illa, *sine quo Athenæ*, &c. jam olim trajecta nonnullis visa. Itaque Longolius et Magius, paucis immutatis, sic legebant: *ad quem recuperandum (quod sine eo Ath. omn. esse non possent) cum populus*, &c. Edd. Gebh. Steph. et Keuch. sic ordinant: *ad quem recuperandum (sine quo Ath. o. e. n. possunt) cum pop.* &c. Vir summus olim tentabat: *Neq. i. m. p. N. P. est potitus, sine quo Ath. omn. esse non possunt ad quem recup.* Fateor, hoc minime omnium coactum esse. Fortasse tamen nihil loco suo movendum est. Sive enim hæc verba usque ad illa, *sine quo*, &c. parenthesi cum Ernstio includas: sive omissa ea, illud *sine quo* ad remotius nomen referri dicas, nihil insolens Latinis scriptoribus affirmabis.

1 *Optimatium* Ed. Lamb.—2 *Erant* Ed. Mag. Steph. Gebhard. Keuch.

NOTÆ

vadens, Olympiadem Alexandri Magni matrem occidi jussit, et immani sævitia omnem familiam regiam abolevit. Justinus lib. XIV. 6.

m *A Dercylo moneretur*] Atticæ præfecto; illum enim ei regioni Antipater præposuerat, ut refert Plutarchus.

n *Populi causam agebat*] Cui parum studebat tunc temporis Phocion cum Demade Demosthenis æmulo, Callimedonte, et Pericle, ut refert Plutarchus in Phocione.

o *Demetrius Phalereus*] Hic Theophrasti discipulus fuit, cui propter eximias ejus virtutes trecentas sexa-

donum patrociniis nitebatur.[3] Nam populares Polysperchonti[4] favebant;[p] optimates cum Cassandro sentiebant. Interim a Polysperchonte Cassander Macedonia pulsus est. Quo facto populus superior factus, statim duces adversariæ factionis capitis damnatos patria pepulit;[5] in his Phocionem et Demetrium Phalereum: deque ea re legatos ad Polysperchontem misit, qui ab eo peterent, ut sua decreta confirmaret. Huc[6] eodem profectus est Phocion. Quo ut venit, causam apud Philippum regem[q] verbo, reipsa quidem apud Polysperchontem jussus est dicere. Namque is tum regis rebus præerat. Hic ab Agnonide[r] accusatus,[7] quod Piræeum Nicanori[8] prodidisset, ex consilii senten-

[Tzschuck. 1. 2. Brem.] Mox *ac Demetr.* Ms. Leid. 2. tum *Phaleræus* Ed. Arg. Long. Mag. ubique.—3 *Utebatur* Ms. Mendos. Leid. 1. 2. Voss. 1. 2. Ed. Arg. Ultraj. Long. [Sed *nitebatur* est efficacius.]—4 *Polyperchonti* Edd. nostri omnes ubique: [Πολυπέρχων Plutarch. c. 31. et sæpius: v. Reisk. not. p. 348. Vol. IV. Opp. Plut.] *Polypherconte* Ed. Med. Mox *Polyperconte Cassandrus Macedonia populus est* Ms. Voss. 2.—5 Ita Ed. Lamb. [Bos. et seqq.] Sed *propulit* Ms. Ax. Mendos. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. Ultraj. Steph. Gebh. Keuch.—6 *Hic eodem* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. [*hinc eod.* Ed. Lamb.] *hoc eod.* Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Heus. [Ith. sed hunc archaismum, ab Heusing. illustratum, in Nepote agnoscere non vult Stav. ad ed. 3.] Mox *est et Phocion* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long.—7 *Hic ab Agnone accusatus* Ms. Ax. Gif. *Agnone* erat etiam in Mss. ap. Mag. *hic ab Agnonide accus.* Ms. Mendos. Ed. Heus. [Stav. 3. Harl. Tzschuck. 1. 2. Ith. Wetz. Brem. Heinr. Schmied. quos sum secutus. *Hic* respicit actæ rei tempus:] *hic cum ab Agnonide acc. esset* sine uncis Ed. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [τὸ *cum* et τὸ *esset* uncis incluserunt Bos. in ed. 2. et Stav. 1. 2. Non esse de nihilo, quod quidam codd. habeant *ab Agnone*, existimat Hemsterhus. ad Luciani Timona, cap. 44. tom. 1. Opp. Luc. p. 157.]—8 *Nicanori* a Ms. Gif. aberat. Unci absunt ab Edd. nostris omnibus, [etiam Ith. Brem. Tzschuck. 1. 2. Wetz. Harl. et ego eos ejeci.] In Stav. 1. 2. Heus.

NOTÆ

ginta statuas æreas Athenienses erexerunt. Vide Polyænum, lib. IV.

p *Nam populares Polysperchonti favebant*] Ille præpositus fuerat ab Antipatro Græciæ et Macedoniæ, tandemque occisus est cum Neoptolemo in prælio quod adversus Eumenem commiserant. Just. lib. XIII. 8. Populares autem seu Democratiæ studiosi hujus partes sustinebant.

q *Apud Philippum Regem*] Non Philippum Alexandri Magni Patrem, sed Philippum Aridæum, quem penes tantum Regis nomen, potestas vero et Imperium penes Eurydicen uxorem ejus, aliosque adulatores. Qua de re vide Just. lib. XIV. 5.

r *Hic ab Agnonide*] In quibusdam exemplaribus legitur, *Agnone*: et reipsa Athenæus lib. XII. 18. meminit Agnonis hominis deliciis affluentis. Verum legendum esse *Agnonide*

tia[9] in custodiam conjectus, Athenas deductus est, ut ibi de eo legibus fieret judicium.

4. Huc ubi[1] perventum est, cum propter[2] ætatem pedibus jam non valeret,[b] vehiculoque portaretur,[t] magni concursus sunt facti; cum alii, reminiscentes veteris famæ, ætatis misererentur; plurimi vero ira exacuerentur, propter proditionis suspicionem Piræei, maximeque, quod adversus populi commoda in senectute steterat. Qua de re ne perorandi quidem ei data est facultas et dicendi[3] causam. Inde judicio, legitimis quibusdam confectis,[u] damnatus, traditus est undecim viris,[v] quibus ad supplicium, more Atheniensium, publice damnati tradi solent. Hic cum ad

[b] *Pedes* incedere *tunc non posset.*

[Schmied.] id voc. uncis est inclusum.—9 *Ex consilii* (*συνεδρίου* Plutarch. Eum. c. 33. consessus judicum) *sententia.* Sic Ms. Sluisq. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Lamb. Bos. [Heus. Stav. et seqq.] Sed *et consimili* Ms, Boecl. Voss. 2. *ex consimili* Ms. Stav. Gif. Put. Ed. Jens. Brix. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav. Mox *conjectus* aberat a Ms. Ax.

1 *Ubi* aberat a Ms. Voss. 1.—2 *Per ætat.* Ms. Ax. recte. Vulgata redolet glossema, [probantque Heusing. ac Tzschuck. Octoginta autem annos natus erat Phocion.]—3 *Ad dicendum* Ms. Ernst. Statim *causa* Ed. Arg. Long.

NOTÆ

patet ex Plutarcho, qui eum Agnonidem sycophantam fuisse ait in Phocione.

[s] *Ex consilii sententia*] Sic quidam legunt: alii *consimili sententia.* Priorem lectionem interpretatione tuetur Savaro; quam sane non improbandam censerem, nisi jam prius lata fuisset sententia Athenis, cui relativum est verbum *consimili.*

[t] *Vehiculoque portaretur*] Sic solebant deferri antiquitus, quemadmodum et hodie, omnes capite damnati; non quidem propter rationem a Nepote allatam, sed potius ignominiæ causa, et ut omnium aspectui facilius paterent. Unde Ammianus Marcellinus lib. XXIX. 11. ait, 'Promiscue juvenes aliique membris omnibus capti ad supplicia sellis gestatoriis ducebantur.'

[u] *Legitimis quibusdam confectis*] Quæ legitima confecta fuerint, parum liquet; illa enim lege constituta erant ad accusandum et audiendum reum: at vero ne ipsi quidem causam dicendi data est facultas; unde factum est ut plerique, præsertim boni cives, judicium illud aversati sint. Vide Valer. Max. Extern. de fato Phocionis loquentem lib. V. 3. 3.

[v] *Traditus est undecim viris*] Hos *νομοφύλακας*, et *ἐνάρχους* Græci vocabant, nec Romanis triumviris capitalibus multum absimiles fuisse scribit Budæus. Ad id autem præsertim instituti fuerant, ut facinorosos homines comprehensos in carcerem con-

mortem duceretur, obvius ei fuit Emphyletus,[4] [w] quo familiariter fuerat usus. Is cum lacrymans dixisset, 'O quam indigna[5] perpeteris, Phocion!' huic ille, 'At non inopinata,' inquit: 'hunc enim exitum plerique clari viri habuerunt Athenienses.'[x] In hoc tantum fuit odium multitudinis, ut nemo ausus sit eum liber sepelire.[6] [y] Itaque a servis sepultus est.



Keuch. Dein *undecimviris* haud divisim Ed. Jens. Med. Arg. Par.—4 *Emphiletus* Ms. Leid. 2. Ed. Long. Mag. *Eriphyletus* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Steph. *Euphyletus* Ms. Voss. 1.—5 *Digna* Ed. Jens. Med. Dein *plærique* Ed. Par. Ald.—6 *Sepeliri* Ms. Voss. 2.

NOTÆ

jicerent, et capitis damnatos ad supplicium ducerent; quod ex Platone in Phædone, Aristot. lib. VI. cap. ultimo, de optima administrandæ reip. forma, et aliis manifestum est.

[w] *Obvius ei fuit Emphyletus*] De hujus viri nomine dubium est: quidam enim Evippum vocant, nituntur que Plutarchi auctoritate qui viri hujus nominis meminit in Phocione. Ælianus vero lib. XIII. 41. hunc Thudippum vocat; Aristidem, Seneca in consolat. ad Helviam cap. 13. Ego tamen nihil mutandum arbitror.

[x] *Hunc enim exitum plerique clari viri habuerunt Athenienses*] Vide eorum Catalogum apud Lucianum in Dialogo, De non temere credendo calumniæ.

[y] *Ut nemo ausus sit eum liber sepelire*] Propter legem Atticam, qua non licebat proditionis damnatos sepelire, ut jam dictum in Themistocle; et ut patet ex ipsis Valer. Max. verbis, lib. V. 3. Phocion non tantum equuleo ab Atheniensibus impositus est; sed certe post obitum nullam Atticæ regionis, quæ ossibus ejus injiceretur, glebulam invenit; jussus extra fines projici, intra quos optimus civis vixerat.

XX.

TIMOLEON.[1]

ARGUMENTUM.

Cap. 1. Liberata patria, fratrem suum interfici jubet. 2. Dionysium Sicilia pellit. Hicetam superat. Pœnos fugat. 3. Siculorum rempublicam restaurat. Privatus Syracusis vivit. 4. Oculis captus reipublicæ inservit. 5. Ejus patientiæ exempla. Moritur.

Timoleon,[a] Corinthius.[2] Sine dubio magnus omnium judicio hic vir extitit. Namque huic uni contigit,[3] quod nescio an nulli,[4] ut et[5] patriam, in qua erat natus, oppressam a tyranno[b] liberaret, et a Syracusis, quibus auxilio

1 *Timoleontis vita* Ed. Jens. Med. Par. Ald. *Thymoleontis vita* Ed. Arg. ubique.—2 *Thimoleon* Ms. Voss. 1. *Thymoleon* Ms. Ax. Mendos. Gif. Ed. Long. Mag. Steph.—3 *Contingit* Ms. Voss. 2.—4 *Nescio an ulli* Ms. Voss. 1. 2. Mendos. Leid. 2. [Ed. Long. Bos. Stav. Tzschuck. 1. Harl. Heusing. Ith. Paufl. Heinr. Schmied.] Sed *nescio an nulli* Ed. Lamb. recte, opinor: [Ed. Tzschuck. 2. Wetz. Brem. qui id copiose defendit. Atque sic rescripsi; nam *nescio an* (pro *annon*) *nulli* simpliciter, certe in comparatione, affirmat. V. Ernest. in clav. Ciceron. voc. *haud scio an*, Heusing. Staver. et alios ad h. l. qui *nulli* h. l. præferunt probantque exemplis. Scheller. quidem in Observatt. in priscos scriptores p. 172. sq. contra Ernesti præceptum disputans, vel nostro Nepotis loco abutitur. Fischer ad marginem scripserat: vid. Cicer. Epist. XIII. 1. et ad Cicer. Cat. M. 16. 2. Alius locus est Cicer. Læl. c. 6. *haud scio...an quidquam;* sed Ms. Manut. et Lambin. *nihil:* v. ibi Lambin. et Vorst. ad Sulpic. Sev. Ep. I. 7. Sic Lib. IX. Ep. 9. 4. *an ulli*, Lambin. conj. *an nulli*, ubi vid. not. et Manut. Cortius quidem ad Cicer. VI. Ep. 7. 6. improbat, et ait, temerarios rescribere in nostro Nepotis loco, *nescio an nulli*.]

NOTÆ

[a] *Timoleon, Corinthius*] Cujus pater fuit Timænetus, ex Diodoro, lib. XVI. ex Plutarcho vero in Timoleonte, Timodemus. Quo ad etymologiam nominis nihil moror; alii enim scribunt Timoleon, ἀπὸ τῆς Τιμῆς; alii Tymoleon, ἀπὸ τοῦ Θύμου.

[b] *Oppressam a tyranno*] Nimirum a

erat missus,[6] inveteratam servitutem depelleret, totamque Siciliam, multos annos bello vexatam,[c] a barbarisque oppressam,[d] suo adventu in pristinum[7] restitueret. Sed in his rebus non simplici fortuna conflictatus est, et, id quod difficilius putatur, multo sapientius tulit secundam, quam adversam fortunam. Nam cum frater ejus Timophanes, dux a Corinthiis delectus, tyrannidem per milites mercenarios occupasset, participsque[8] regni posset esse; tantum abfuit[9] a societate sceleris, ut antetulerit suorum civium libertatem fratris saluti, et patriæ parere legibus quam imperare,[10] * satius duxerit. Hac mente per haruspicem,[11] communemque affinem, cui soror ex eisdem[12] parentibus nata nupta erat, fratrem tyrannum interficiendum curavit. Ipse non modo manus[13] non attulit, sed ne aspicere quidem[14] frater-

—5 Sic Ms. Leid. 2. [Ed. Bos. et seqq. recentt.] Sed *et* abest ab Ed. Jens. Med. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. Mox in Ed. Arg. est *oppressum.*—6 *Erat*, omisso τῷ *missus*, Ms. Ax.—7 *In pristinum statum* Ed. Long. Mag. Steph. Gebh. Statim *restituerit* Ms. Voss. 3. Ed. Jens. Med. Par.—8 *Participesque* Ms. Voss. 2.—9 *Afuit* Ms. Voss. 2. Ed. Lamb. Gebh. Keuch. Mox *Civium suorum* Ms. Ax.—10 **Et patr. par. leg. quam imp.* Sic Ms. Gif. Ed. Ultraj. [Bos. Stav. Heus. Harl. Ith. Brem. Heinr. Tzschuck. 1. 2. in quibus omnibus etiam legitur *satius dux.*] Sed *et patriæ legibus, quam imperare patriæ* Ms. Boecl. Ax. *et parere leg. quam imper.* Ms. Leid. 1. *et patriæ leg. obtemperare satius dux. quam imperare patriæ* Ms. Mendos. Ed. Boecl. *et patr. legibus obtemperare satius duxerit, quam imperare* Ed. Lamb. A Ms. Voss. 2. aberat τὸ *obtemperare;* sed erat ibidem *duxit sanctius*, non *satius;* ut in Ms. Voss. 1. et Leid. 2. Etiam in Ed. Long. Mag. [Schmied.] est *sanctius*, [nec hoc displicet Heusing. atque Harl. quos videbis, et Tzschuck. ad ed. 1. Cornelius enim tacite culpat Cæsarem, Antonium et alios. Contra Tzsch. ad ed. 2. τὸ *sanctius* noluit in textum recipere, quia, ut ait, non tam de re utraque judicium indicatur, sed judicio facto ex utraque delectus.] Sed *p. legibus obtemperare sanctius duxerit, quam imperare legibus* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—11 *Aruspicem* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. [Male: ortum enim habet ab *haruga*. V. Cellar. Orthogr. lat. ibique Harl. p. 245.] Statim *communemque fratri affinem* Ms. Voss. 1.—12 *Iisdem* Ed. Steph. Gebh. Keuch.—13 *Minus* Ms. Ax. *manum* Ms. Voss. 1. 3. Ed. Jens. Med. Par. Ald. Statim *attulit* omisso τῷ *non* Ed. Jens. Med.—14 *Quid est* Ed. Ald.—15 *Nondum* Ms.

NOTÆ

fratre suo Timophane, ut infra videbitur.

[c] *Siciliam, multos annos bello vexatam*] Partim regnante Dionysio majore, ut supra in Dione; partim, Dione interfecto, per tyrannidem Callippi, Hipparini, et Dionysii Junioris, postquam amissum imperium recuperavit. Ex Diodoro loco mox citato.

[d] *A barbarisque oppressam*] Nimirum a Carthaginiensibus.

suum sanguinem voluit.* Nam, dum[15] res conficeretur, procul in præsidio fuit, ne quis satelles posset succurrere. Hoc præclarissimum ejus facinus[16] non pari modo probatum est ab omnibus.[17] Nonnulli enim læsam ab eo pietatem putabant, et invidia laudem virtutis obterebant. Mater vero, post id factum, neque domum ad se filium admisit, neque aspexit, quin eum fratricidam impiumque detestans[18] compellaret. Quibus rebus[19] ille adeo est commotus, ut nonnunquam vitæ finem facere voluerit,[f] atque ex ingratorum hominum conspectu morte decedere.

2. Interim, Dione Syracusis interfecto, Dionysius rursus Syracusarum[1] potitus est: cujus adversarii opem a Corinthiis petierunt,[2] ducemque, quo in bello uterentur, postularunt. Huc Timoleon missus, incredibili felicitate Dionysium tota Sicilia depulit. Cum[3] interficere posset, noluit; tutoque ut Corinthum perveniret,[4] effecit,[g] quod utrorumque Dionysiorum opibus Corinthii sæpe adjuti fuerant, cujus benignitatis memoriam volebat extare; eamque præclaram[5] victoriam ducebat, in[6] qua plus esset clementiæ, quam crudeli-

Voss. 3.—16 Sic etiam Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Sed *factum* Ed. Boecl. Bos. 1.—17 *Ab omn. probatum est* Ms. Voss. 2. Ax.—18 *Detestatus* Ms. Leid. 2.—19 Sic Ms. Sav. Ax. Gif. Put. [Ed. Bos. et seqq.] Sed *quibus res* Ms. Voss. 3. *quibus verbis adeo ille* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Patav. *quibus verbis adeo est comm.* Ed. Steph. Gebh. Keuch. Mox *non nunquam* divisim Ed. Jens. Med. Arg. ubique.

1 *Syracusanorum* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Par. Ald. Statim *est potitus* Ms. Ax.—2 Ita etiam Ms. Ax. Sed *petiverunt* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch.—3 *Quem interficere* Ms. Voss. 3. Mox *tuteque* Ms. Leid. 2. Statim *ut Corynthum* Ed. Jens. Med.—4 *Pervenerit* Ms. Leid. 2. Statim *qui utr.* Ms. Voss. 3.—5 Sic Ms. Mendos. Leid. 1. 2. Ax. Voss. 1. 2. Ed. Ultraj. [Long. Bos. et seqq.] Sed *et quod eam præcl.* Ed. Lamb.—6 Sic etiam Ms. Ax. Sed *ex qua* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg.

NOTÆ

* *Sed ne aspicere quidem fraternum sanguinem voluit*] Quod moderationis animi indicium est suam patriam vindicantis, quia qui vultum sanguine imbuit, oculosque supplicio pascit, hic certe plus se, quam patriam vindicat.

f *Ut nonnunquam vitæ finem facere voluerit*] Id magnanimitati ejus parum respondere videtur, quod propter clamores et mulieris querelas tantopere commoveretur. Illud tamen ex Plutarcho liquet, qui eum inedia se extinguere voluisse ait.

g *Tutoque ut Corinthum perveniret, effecit*] Ubi, scilicet, propter inopiam literas puerulos docuit; unde Proverb. Dionysius Corinthi. Qua de re vide Plutarchum in Timoleonte. Cic. ad Atticum 9. Valer. Max. lib. VI. 9.

tatis;[h] postremo, ut non solum auribus acciperetur, sed etiam oculis cerneretur, quem et ex quanto regno ad quam fortunam detrusisset.[7] Post Dionysii[8] decessum cum Hiceta[9] bellavit,[i] qui adversatus fuerat[10] Dionysio: quem[11] non odio tyrannidis dissensisse, sed cupiditate, indicio fuit, quod ipse, expulso Dionysio, imperium dimittere noluit.[a] Hoc superato, Timoleon maximas copias Carthaginiensium[12] apud Crimessum[13][j] flumen fugavit, ac satis habere[14] coëgit, si liceret Africam obtinere,[b] qui jam complures annos possessionem Siciliæ tenebant.[15] Cepit etiam

[a] *Qui non tanquam tyrannidis osor, sed ambitiosus rebellasse visus est, quoniam, post ejectum Dionysium, a dominatione discedere recusavit.*
[b] *Eoque ipsos adegit, ut satis sibi esse crederent, si Africa potiri fas esset.*

Par. Ald. Long. Mag. Mox *clementia* Ms. Voss. 2. *clementiæ* Ed. Jens. Med. Arg.—7 *Detulisset* Ms. Leid. Voss. 2. 3. *detrusisset* Ms. Voss. 1.—8 *Dionysium* Ms. Leid. 2.—9 *Hecata* Ms. Mendos. Ed. Jens. Med. Arg. Par. *Heccata* Ms. Boecl. Ax. Voss. 1. *Hectata* Ms. Voss. 3. *Hercita* Ms. Leid. 2 [*Icete* Ed. Long.] *Icete* Ed. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Bos. 1. Patav.—10 *Erat* Ms. Leid. 2. Ax.—11 *Quoniam non* Ms. Ax. in quo ipso deinde erat *cupiditatis.*—12 *Carthaginens.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. *Karthaginens.* Ed. Bos. 1.—13 *Crimesium* Ed. Long. Mag. *Cymessum* Ms. Leid. 2. *Crinissum* Ms. Voss. 1. 2. 3. Long. Ed. Arg. *Crimissum* Ms. Ax. Ed. Stav. 2. 3. Heus. [Harl. Tzschuck. Ith. Brem. *Crimessum* Ed. Bos. Wetz. Heinr. Schmied.] *Crimnissum* Ed. Jens. Med. Ald.—14 *Hinc* Ed. Jens. Med. Ald. Mox *Aphricam* Ed. Par. Steph. et *optin.* Ed. Jens. Med. ubique.—15 *Tenebat* Ed. Keuch.

NOTÆ

[h] *In qua plus esset clementiæ, quam crudelitatis*] Dubitari, nec abs re, potest, utrum Timoleon magis ad clementiam, quam ad acerbiorem vindictam spectaverit, cum ad tantos calamitatis sensus Dionysium reservavit. Nam ipsi vitam servando eo miseriorem efficiebat, et supplicium ejus magis protrahebat: omni quippe morte acerbius est tota vita supplicium pati, et quotidie magis ac magis sentire se perire. Attamen cum vita omnium rerum sit pretiosissima, hacque concessa recuperandæ alius fortunæ spes adempta non videatur; ideo qui servavit incolumem satis sibi temperasse putandus est: unde Tacitus Ann. lib. XII. 19. ait, 'Bellorum egregios fines esse, quoties ignoscendo transigatur.' Et cap. 37. ibidem: 'At, si incolumem servaveris, æternum clementiæ exemplar ero.' Quam sententiam verba Senecæ egregie illustrant lib. I. de Clementia cap. 21. 'Et quisquis ex alto ad inimici pedes abjectus alienam de capite suo sententiam expectavit, in servatoris sui gloriam vivet, plusque nomini ejus conferet incolumis, quam si ex oculis ablatus esset: assiduum enim spectaculum alienæ virtutis est; in triumpho cito transisset.'

[i] *Cum Hiceta bellavit*] Hic unus ex amicis Dionis fuit.

[j] *Apud Crimessum*] Plutarcho, Κριμήσου, fluvius est Siciliæ. Dionysio

Mamercum,[16 k] Italicum ducem; hominem bellicosum et potentem, qui tyrannos adjutum in Siciliam venerat.

3. Quibus rebus confectis, cum propter diuturnitatem belli non solum regiones, sed etiam urbes desertas videret; conquisivit, quos potuit, primum[1] Siculos; deinde Corintho arcessivit[2] colonos, quod ab his[3] initio Syracusæ erant conditæ. Civibus veteribus sua restituit,[4] novis bello vacuefactas possessiones divisit, urbium[5] mœnia disjecta, fanaque [deserta][6] refecit, civitatibus leges libertatemque reddidit. Ex maximo bello[7] tantum otium totæ[8] insulæ conciliavit, ut hic conditor[9] urbium earum, non illi, qui initio deduxerant, videretur. Arcem Syracusis,[l] quam munierat[10]

[Sed *tenebant* in nova Keuch. ed. Hafniensi.]—16 *Mamerchum* Ms. Voss. 1. *Mamoren* Ms. Voss. 3. In ed. Arg. est *cæpit* pro *cepit*.

1 *Primum quos potuit* Ed. Lamb. Statim *dein* Ms. Voss. 1.—2 *Accersivit* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph.—3 *Ab iis* Ms. Voss. 1.—4 *Primum Sic....restituit* aberant a Ms. Ax. Sed *civibus vet. sua restit.* aberant a Ms. Voss. 2.—5 *Urbiumque* Ms. Voss. 2.—6 Sic Ms. Sav. Put. Gif. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Par. Ald. Long. Mag. [Brem. Schmied.] uncis tamen omissis [quos addiderunt Bos. in ed. 2. Stav. Heus. Harl. Ith. Tzsch. Wetz.] Sed *phanaque diserta* Ed. Jens. Med. *phanaque deserta* Ed. Arg. *fanaque deleta* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Heinr. At hoc verbum, judice Tzschuck. nimis auget vastationem, nec a Mss. firmatur: add. Heus. Bremi tamen et Paufler tuentur *deserta*, sed explicat prior templa, quæ in bello damni aliquid passa, (conf. Plut. c. 1. de Siciliæ miseriis,) ad usum sacrum non amplius apta fuerant, etiam forsan ex parte deleta: posterior autem *fana vetustate collapsa et ideo relicta*. Hæc igitur Timoleon *refecit*, h. e. ad usum cultumque sacrum reparavit. Contra Kappius et τὸ *deserta* esse glossema, nec τὸ *deleta* posse admitti, copiose docet.] A Ms. Mendos. et τὸ *deserta*, et τὸ *deleta* aberat: et a Ms. Voss. 3. præterea verbum *fanaque* quoque.—7 Sic e suo cod. legit Gifanius, et in noviss. editione Booclerus, suffragante Leidensi. Sed *et max.* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Statim *tm̄* Ed. Ald. ut s. 4.—8 Sic Ms. Gif. [Ed. Bos. 2. Heus. Heinr.] Sed *toti* Ms. Ax. Thott. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Stav. Harl. Tzschuck. Brem. Schmied. Wetz. probatque Schlegel. l. c. p. 68.]—9 *Condicio* Ms. Voss. 3.—10 *Muniverat* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Patav.—

NOTÆ

Halicarnass. lib. I. Straboni VI. et Suidæ *Crimisum*; Lycophroni vero *Crimissum*.

k *Cepit etiam Mamercum*] De quo lege Polyæn. lib. Strateg. et Plutarchum, qui hunc Catanisæ tyrannum fuisse ait.

l *Arcem Syracusis*] Arces enim obsidione perpetua, et quasi compedibus cives premunt, et Tyrannis æternam securitatem pollicentur. Unde Seneca in Thyeste: 'In arce summâ Pelopis una est pars domus Conversa in Austros, cujus extremum latus Æquale monti crescit, atque urbem premit, Et contumacem regibus po-

Dionysius ad urbem obsidendam, a[11] fundamentis disjecit: cetera tyrannidis propugnacula demolitus est, deditque operam, ut quam minime multa vestigia servitutis manerent.[c] Cum tantis esset opibus, ut etiam invitis imperare posset; tantum autem haberet amorem[12] omnium Siculorum, ut nullo recusante regnum obtineret; maluit se diligi, quam metui.[m] Itaque, cum primum potuit, imperium deposuit, et[13] privatus Syracusis, quod reliquum vitæ fuit,[14] vixit. Neque vero id[15] imperite fecit. Nam, quod ceteri reges imperio[16] potuerunt, hic benevolentia tenuit. Nullus honos huic defuit; neque postea res ulla Syracusis[17] gesta est publice,[18] de qua prius sit decretum,[19] quam Timoleontis sententia cognita. Nullius unquam consilium non modo antelatum, sed ne comparatum[20] quidem est. Neque id magis benevolentia factum est, quam prudentia.

4. Hic cum ætate jam provectus esset, sine ullo morbo lumina oculorum amisit.[n] Quam calamitatem ita moderate tulit, ut neque eum querentem[1] quisquam audierit, neque eo minus privatis publicisque rebus interfuerit. Veniebat

[c] *Curavitque ut quam paucissimæ servitii reliquiæ superessent.*

11 *A* aberat a Ms. Voss. 2. Mox in Ed. Jens. Par. est conjunctim *quamminime*.—12 *Amorem hab.* Ms. Ax. *hæret amor.* Ed. Jens. Med.—13 *Ac priv.* Ms. Voss. 3. Ed. Long. *et privatim* Ed. Mag.—14 *Fuit vita* Ms. Ax.—15 *Neque id* Ms. Voss. 2. Ax. *neque vero*, omisso τῷ *id*, Ms. Leid. 2.—16 *Reg.* *vix pot.* Ed. Gebh. Keuch. [Amstel.] Mox *benivol.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. ubique. —17 Sic Ms. Boecl. Ax. Sed *Syrac. res ulla* Bos. 1. et Edd. nostri omnes præter Bos. 2. Stav. Heus. [et recentt.]—18 Sic Ms. Boecl. Ax. [Ed. Bos. Heus. in textu, Stav. Tzschuck. et seqq. recc.] Sed *publica* Edd. nostri ante Bos. [Atque Heus. in not. et probavit hanc lectionem et docte illustravit: at recte dissentiunt Stav. ad ed. 3. Tzschuck. et Harl. ad ed. 2. præsertim ob additum τὸ *ulla*, et ob ingratam ejusdem soni repetitionem.]—19 *Decretus* Ms. Leid. 2.—20 *Cōpatū* Ed. Jens. Par.

1 *Quærentem* Ed. Ald.—2 *Consilium* Ed. Arg. Long. Mox *valitud.* Ed. Jens.

NOTÆ

pulum suis Habet sub ictu.'

[m] *Maluit se diligi, quam metui*] Simile quidpiam refert Aurelius Victor cap. 15. de Antonino Pio, his verbis: 'Adeo trementibus eum atque amantibus cunctis regibus, nationibusque, et populis, ut parentem suum, patronum magis quam dominum Imperatorem vere putarent.'

[n] *Lumina oculorum amisit*] Diastole. Sic etiam de eo Plutarchus; et Cicero, Tusc. v. multos, qui et oculis capti fuerint, moderateque eum casum tulerint, enumerat.

autem in theatrum, cum ibi concilium[2] populi haberetur, propter valetudinem vectus jumentis junctis,[d] [3] [o] atque ita de vehiculo, quæ videbantur, dicebat: neque hoc illi quisquam tribuebat superbiæ. Nihil enim unquam[4] neque insolens, neque gloriosum, ex ore ejus exiit. Qui quidem, cum suas laudes audiret prædicari, nunquam aliud dixit, quam se in ea re[5] maximas Diis gratias agere atque habere, quod, cum Siciliam recreare constituissent,[6] tum se potissimum ducem esse voluissent. Nihil enim rerum humanarum sine Deorum numine[7] geri[8] putabat. Itaque suæ domi sacellum αὐτοματίας[9] constituerat,[p] idque sanctissime colebat.

5. Ad hanc hominis excellentem bonitatem mirabiles accesserunt[1] casus. Nam prælia maxima natali die suo fecit omnia;[q] quo factum est, ut ejusdem natalem[2] festum

[d] *Infirmitatis causa bigis deductus.*

Med. Arg.—3 *Junctis* aberat a Ms. Voss. 1. Leid. 2.—4 *Nunquam* Ms. Voss. 3.—5 Sic etiam Ms. Voss. 1. 2. 3. Ax. Leid. 2. Sed *ea re* Ed. Bos. 1.—6 *Constituisset* Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Long.—7 *Nomine* Ed. Jens. Med.—8 Sic Ms. Mendos. Boecl. Voss. 1. 2. 3. Ax. Ed. Ultraj. [Bos. 2. Stav. Heus. et seqq.] Sed *agi* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—9 *Automathias* Ed. Jens. Med. Arg. *Automatias* Ed. Par.

1 *Accesserant* Ms. Ax.—2 Sic Ms. Ax. [Ed. Keuch. Bos. 2. Stav. Heus. Tzschuck. 1. et seqq. plur.] Sed *ejusdem natale* Ed. Arg. Long. Mag. *ejus diem natalem* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ed. Bos. 1. [Tzsch. 2. Paufl. et Stav.

NOTÆ

[o] *Propter valetudinem vectus jumentis junctis*] Sic apud Romanos Appius Claudius Cæcus lectica in Senatum ferebatur.

[p] *Itaque suæ domi sacellum αὐτοματίας constituerat*] Αὐτοματία Deæ alicujus nomen fuisse certum est; sed dubitatur cujusnam Deæ. Quidam per id casum fortuitum; quidam fortem fortunam intelligi volunt. Quo posteriori sensu accipiendum esse puto: quia Siculi fortunam tanquam omnium actionum laborumque humanorum Dominam venerabantur; cui et Græci Romanique multa monumenta consecrarunt, et ad hujus Deæ auspicia ac numen Timoleon retulit quicquid sibi unquam prospere evenit.

[q] *Natali die suo fecit omnia*] Sic præterito sæculo Carolus V. Imperator die Divo Mathiæ sacro, quo natus erat, regnum Hispaniæ obtinuerat, Imperator proclamatus fuerat, et memorabilem Ticini victoriam in Francos retulerat.

haberet universa Sicilia. Huic quidam Lamestius,[3] homo petulans et ingratus, vadimonium[4] cum vellet imponere,[e] quod cum illo se lege agere diceret, et complures[5] concurrissent, qui procacitatem hominis manibus coërcere conarentur; Timoleon oravit omnes, ne id facerent. Namque, id ut Lamestio[6] ceterisque liceret, se maximos labores summaque adiisse pericula. Hanc enim speciem[7] libertatis esse, si omnibus, quod quisque vellet, legibus experiri liceret. Idem,[8] cum quidam Lamestii similis, nomine Demænetus, in concione populi de rebus[9] gestis ejus detrahere cœpisset, ac nonnulla inveheretur[10] in Timoleonta; dixit, nunc demum se voti esse damnatum:[f][11] namque hoc[12] a Diis immortalibus semper precatum, ut talem libertatem restitueret[13] Syracusanis, in qua cuivis liceret,[14] de

e *In judicium conaretur traducere.*
f *Nunc denique finem optatum obtinuisse.*

---

in not. hanc lectionem præferre malit.]—3 *Lamæstius* Ms. Leid. 2. *Lamistius* Ms. Ax. *Lamystius* Ms. Dan. *Lamistias* Ms. Voss. 1. 2. *Laphistius* Ed. Long. [et Mag. ut Fisch. in marg. manu ascripsit; sed in libello varr. lectt.] *Laphystius* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav. ubique.—4 *Badimonium* Ms. Ernst. *vadimodium* Ed. Jens. Med.—5 *Cum plures* Ed. Ald.—6 *Lamestrio* Ed. Bos. 1. *Lamistio et cuivis lic.* Ms. Boecl. *et cuivis lic.* Voss. 2. 3. *et quis* Ms. Voss. 1. *et cujus* Ms. Ax.—7 *Spem* Ms. Voss. 2. Ax. Ed. Arg. Dein *experire* Ms. Voss. 3.—8 *Id* pro *idem* Ms. Voss. 1. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mox *Lamystii* Ms. Gif. et *Demenatus* Ms. Leid. 2. *Demænatus* Ms. Voss. 3. *Demenetus* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long.—9 Sic etiam Ms. Ax. Sed *de* abest ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch.—10 *Inveherentur* Ms. Voss. 1. Tum *in Thymoleunta* Ed. Arg.—11 Sic Ms. Ax. Gif. Voss. 2. Ed. Lamb. [Bos. et seqq.] Sed *voti esse compotem* Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 3. Oxon. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. quod est glossema.—12 Ita Ms. Gif. Ax. Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. [Heus. Harl. Ith. Tzsch. 1. 2. Wetz. Brem. (qui quidem in not. observat, Romanos *hæc* et Græcos *ταῦτα* sæpe ponere pro singulari,) Schmied. Heinr. quos sum secutus, quia Timoleon hoc unum, non plura a Diis erat precatus.] *Namque hæc* Ed. Long. Lamb. Bos. Stav. [Paufl.]—13 *Restitueret* [h. e. restituere posset] Ms. Voss. 2. 3. Leid. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Heus. Stav. 3. Harl. Tzschuck. 1. 2. Sed *restituerent* [scil. Dii] Ed. Lamb. [Bos. Stav. 1. 2. Ith. Wetz. Brem. Schmied. Heinr. quoniam modestius magisque pium, ideoque melius convenire videatur ingenio Timoleontis; qui nihil rerum humanarum sine Deorum numine geri putabat, (v. cap. præ-

NOTÆ

[3] *Lamestius*] *Laphystius* legendum ex Plutarcho, non *Lamestius*, ut quidam habent codices.

quo vellet, impune dicere. Hic cum diem supremum[15] obiisset, publice a Syracusanis in gymnasio, quod Timoleonteum[16] appellatur,[a] tota celebrante Sicilia, sepultus est.

ced. in fine;) at, bene annotante Tzschuck. nec ab illo Deorum auxilium excluditur, nec modestia et pietas evanescit. Quare codd. secutus revocavi *restitueret*.]—14 *Liceret* aberat a Ms. Voss. 3.—15 *Suppremum* Ed. Jens. Med. —16 *Timoleontium* Ed. Ald. Lamb. *Thymoleonteum* Ed. Long. Mag.

NOTÆ

[a] *In gymnasio, quod Timoleonteum appellatur*] Vide Polyænum in Agathoclem lib. v. Plutarchus tamen in foro, non in Gymnasio sepultum scribit; at vero Gymnasium illud in hujus gratiam fuisse constitutum.

XXI.

DE REGIBUS.

ARGUMENTUM.

Cap. 1. Spartani reges, nomine tales, non potestate. Excellentissimi Persarum reges. 2. Macedonum reges clariores. Unus rex Siciliæ vere illustris. 3. Reges ex Alexandri amicis.

Hi fere fuerunt Græciæ[1] gentis[a] duces, qui memoria digni videbantur,[2] præter REGES.[b] Namque eos attingere[3] [c] noluimus, quod omnium res gestæ separatim[d] sunt relatæ: neque tamen hi admodum sunt multi. Lacedæmonius autem Agesilaus, nomine, non potestate fuit rex;[e] sicuti[4] ceteri

1 *Græciæ g.* [uti Græci Ἑλλὰς γῆ pro Ἑλληνικὴ aut Genitiv. *Græciæ* est in regimine positus.] Ita etiam Ms. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. Sed *Græcæ g.* Ms. Boecl. Ax. [Thott. et unice probat Schlegel. p. 69. Ed. Wetzel. Schmied. conf. Heus. et Tzschuck.]—2 Ita etiam Ms. Voss. 2. Ax. Sed *viderentur* Ms. Leid. 2. *videantur* Ed. Jens. Med. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1.—3 *Adjungere* Ms. Mendos.—4 *Sicut* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.

NOTÆ

[a] *Græciæ gentis*] In quibusdam legitur, *Græcæ gentis*. Sed nihil muto, quia Græcia gens dicitur, quemadmodum Italia terra, Hispania regio, &c.

[b] *Præter Reges*] Nimirum earum gentium, quæ aliis præluxerant.

[c] *Namque eos attingere*] Legitur et *adjungere*; id est, vitis excellentium Græciæ Imperatorum.

[d] *Separatim*] Id est, alio in libro, qui Regum vitas complectebatur; qui quidem liber injuria temporum periisse creditur.

[e] *Nomine, non potestate fuit rex*] Vide quæ jam dicta sunt a Nepote in Agesilao, ubi dictum est morem esse Lacedæmoniorum, ut duos Reges semper haberent, nomine magis, quam imperio. Unde Dionysius Halicarnassensis Reges improprie dictos fuisse scribit.

Spartani. Ex his vero, qui dominatum[5] imperio tenuerunt, excellentissimi[6] fuerunt, (ut nos judicamus,) Persarum Cyrus,[f] et Darius, Hystaspis[7] filius:[g] quorum uterque privatus[h] virtute regnum est adeptus. Prior horum apud Massagetas[i] in prælio cecidit.[8] Darius senectute diem obiit supremum.[j] Tres sunt præterea ejusdem[9] generis; Xerxes,[10] et duo Artaxerxes,[k] Macrochir et[11] Mnemon. Xerxi maxime est illustre, quod[12] maximis post hominum memoriam exercitibus terra marique bellum intulit Græciæ. At Macrochir præcipuam habet[13] laudem amplissimæ pulcherrimæque corporis formæ, quam incredibili ornavit virtute belli. Namque illo Perses nemo fuit manu fortior.[14]

Long. Mag. Patav.—5 Ita Ms. Leid. 2. Ax. Voss. 1. 2. 3. Sed *orbem dominum* Ed. Ald. Statim *imperium* Ms. Voss. 3. et *retinuerunt* Ex. Venet. apud Magium.—6 *Excellentissimum* Ms. Leid. 2.—7 *Ustaspi* Ms. Leid. 2. *Hirtapsi* Ms. Voss. 1. *irtapsi* Ms. Voss. 3. *Histaspis* Ed. Ald. Boecl. Keuch. Bos. 1. *Histaspi* Ed. Jens. Med. Par. *Hystapsis* Ed. Arg. *Hyrptasi* Ms. Ax.—8 Ita etiam Ms. Leid. 2. Sed *occidit* Ms. Mendos. Voss. 1. 2. 3.—9 *Ejus* Ms. Ax.—10 *Xerses* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Mox in iisdem libris erat *Artaxerses*.—11 *Macr. quoque et* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. In Voss. 2. pro *Macrochir* erat *Machrodue*. Statim *Memion* Ms. Leid. 2. *Memno* Ms. Voss. 2. *Memnon* Ms. Voss. 3. Ed. Ald. Long. ubique. *Menon* Ed. Jens. Med. Arg. Par. ubique.—12 *Quod* aberat a Ms. Ax.—13 *Haberet* Ms. Voss. 1.—14 Sic Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. (nisi

NOTÆ

[f] *Cyrus*] Ex Mandane, Astyagis filia, et Cambyse Persa natus, qui sua virtute Medorum Regnum adeptus est, ac Imperium a Medis ad Persas transtulit.

[g] *Et Darius, Hystaspis filius*] De hoc jam supra.

[h] *Quorum uterque privatus*] Cyrus enim Persarum armis adjutus Astyagem Regno expulit. Darius vero, Magis occisis, qui Persarum Regnum fraude usurpaverant, ex privato Rex per equi sui hinnitum salutatus est. Vide Just. lib. I. 10.

[i] *Prior horum apud Massagetas*] Cum Cyrus adversus Thomyrim Reginam Scytharum, vel Massagetarum, bellum movisset, secundo prælio victus inter mortuos inventus est. Porro Massagetæ gentes erant supra mare Caspium sitæ; unde Getæ et Scythæ eas circiter regiones incolebant, quæ hodie *Catai* nominantur. Vide Ptolemæum.

[j] *Darius senectute diem obiit supremum*] Eum regnasse 36. annos Herodotus ait, lib. IV. quanquam nonnulli 31. tantum et dies 30. asserunt.

[k] *Xerxes, et duo Artaxerxes*] Jam de Xerxe supra. Notandum tamen est Xerxis nomen commune fuisse Persarum Regibus, quemadmodum et Cyri. Quantum vero ad duo Artaxerxes; alter Xerxis filius fuit, et dictus est Macrochir, seu Longimanus; alter Cyri junioris frater, cognomento Mnemon, seu Memor.

Mnemon autem justitiæ fama floruit. Nam cum matris suæ scelere amisisset uxorem,[l] tantum indulsit[15] dolori, ut eum pietas vinceret.[m] Ex his duo eodem nomine[n] morbo naturæ debitum reddiderunt; tertius ab Artabano[16] præfecto ferro interemtus[17] est.[o]

2. Ex Macedonum autem genere[1] duo multo ceteros antecesserunt rerum[2] gestarum gloria: Philippus Amyntæ filius, et Alexander Magnus. Horum alter Babylone morbo consumtus;[3][p] Philippus Ægis a Pausania,[q] cum spectatum ludos iret, juxta theatrum occisus est. Unus Epirotes,

quod in Voss. 2. pro *fortior* legitur *ferocior*,) Ed. Stav. 1. 2. 3. Heus. et ita scribendum docet Oudend. ad Frontin. in Add. p. 506. [in ed. 2. Lugd. B. 1779. 8. pag. 195. not. 46. Etiam Ed. Harl. Tzschuck. 1. 2. Ith. Brem. Schmied. Paufl.] Sed *Persarum rex. f. m. f.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. 2. *fortior fuit* Ms. Ax.—15 *Indulxit* Ms. Voss. 2.—16 *Arthabano* Ms. Voss. 1. *Arthebano* Ms. Voss. 2.—17 Sic Ms. Leid. 1. Boecl. Ax. [Bos. Stav. Tzschuck. Harl. Brem. Heinr. Schmied.] Sed *interemptus* Ms. Voss. 2. *interfectus* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Boecl. Keuch. Patav. [Ith. Wetz.]

1 *Gente* Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 2. Ed. Ultraj.—2 *Rex* Ed. Jens. Med.—3 *Consumtus;* Phil. Ms. Boecl. Ax. Voss. 2. Ed. Heus. [Ith. Tzschuck. 2. Bipont. Paufl. Brem. Wetz. Schmied. recte; ad vitandam repetitionis molestiam. In reliquis enim edd. extat *consumtus est. Phil.* In Ed. Heinr. errore, credo, typothetæ omissa sunt verba, *Amyntæ filius...Philippus*, et editum est: *gloria: Philippus Ægis a Pausania....occisus est.*] Mox *Egys* Ms. Leid. 2.

NOTÆ

[l] *Nam cum matris suæ scelere amisisset uxorem*] Scilicet, Statiram, quam ejus mater veneno peremerat. Ctesias lib. XVI.

[m] *Tantum indulsit dolori, ut eum pietas vinceret*] Pietas, scilicet, erga matrem, non erga uxorem occisam; quia solam matris ancillam sceleris ministram supplicio affecit. Idem Ctesias ibidem.

[n] *Ex his duo eodem nomine*] Scilicet, duo Artaxerxes, quorum prior regnavit 41. annos sine consorte. Sulpic. Et præterea 16. cum patre Xerxe. Posterior autem regnavit, teste Plutarcho, et Sulpicio, 62. annis; licet Eusebius 40. tantum numeret.

[o] *Tertius ab Artabano præfecto ferro interemtus est*] Qua de re Justinum lege lib. III. 1.

[p] *Morbo consumtus*] Seu potius veneno, ætatis anno trigesimo secundo cum tribus mensibus, et regni duodecimo cum octo mensibus. Arrianus. Sed tamen de hoc tempore varii auctores varias opiniones habent. Quapropter Vide Cic. Euseb. Just. Strabon. Gellium, et alios.

[q] *Philippus Ægis a Pausania*] Ægæ Macedoniæ oppidum, ubi olim Macedonum Regum sepulturæ erant; ut Plinius refert. Pausanias vero juvenis inter Macedones nobilitate clarus, ob neglectam a Philippo vindictam, quam ab ipso petebat de injuria sibi turpiter illata; qua de re vide Curtii supplementum, et alios.

Pyrrhus,[r] qui cum populo Rom.[4] bellavit. Is cum Argos oppidum[s] oppugnaret in Peloponneso,[5] lapide ictus interiit.[t] Unus item[6] Siculus, Dionysius prior.[u] Nam et manu fortis, et belli peritus fuit, et, id quod in tyranno non facile reperitur, minime libidinosus, non luxuriosus, non avarus, nullius rei denique cupidus, nisi singularis perpetuique imperii, ob eamque rem crudelis. Nam dum id studuit munire,[a] nullius pepercit vitæ, quem ejus insidiatorem putaret. Hic cum virtute tyrannidem sibi peperisset,[b] magna retinuit felicitate; majorque annos sexaginta[7] natus, decessit florente regno.[v] Neque in tam multis annis cujusquam ex sua stirpe funus vidit, cum ex tribus uxoribus liberos procreasset,[w] multique ei nati essent nepotes.

[a] *Quamdiu enim illud asserere curavit.* [b] *Regnum adeptus esset.*

Ægys Ms. Voss. 1. *Thebis* Ms. Ax. Voss. 2.—4 *Ro.* Ed. Jens. Med. *P. R.* Ed. Ald.—5 *Peloponenso* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. *Peloponnesso* Ms. Voss. 2. Statim *lapidis ictu* Ed. Ox.—6 *Item* abest ab Ed. Par. Ald. Sed Heusing. uncis inclusit.—7 Ita etiam Ed. Long. [Bos. Heus. qui tuetur hanc lectionem, et plur. recentt.] Sed *enim annos sex. n.* Ms. Sav. Gif. Put. Leid. 2. Ax. v. not. *annus sex* Ms. Voss. 3. *annis sex. natu* Ed. Lamb. Steph. [Tzschuck. 2. Wetz. Atque Tzschuck. jam in not. ad ed. 1. multus erat de h. l. et Lambin. correctionem, valde quidem probabilem, unice veram esse judicabat; quia ex linguæ usu dicatur *major natu* et ab eod. comparativo *major* dependeat ac regatur *annis*:] *annis sex. natus* Ed. Bos. 1. [atque *natus* vindicat Garaton. ad Cic. 2. in Verr. cap. 49. p. 494. sq. ubi multus est et de hac constructione et de loco nostro.]

NOTÆ

[r] *Unus Epirotes, Pyrrhus*] Hic, quemadmodum Alexander, paterno genere ab Hercule, materno ab Achille se esse gloriabatur. Just. lib. XVII.

[s] *Argos oppidum*] Duo sunt, ut jam dictum est, ejus nominis oppida in hoc tractu; quamobrem vide quæ supra diximus.

[t] *Lapide ictus interiit*] Just. l. xxv. 5. et Paulus Diaconus lib. II. 20. cum Nepote, de lapidis ictu, consentiunt, quo Pyrrhus interiit. At vero Plutarchus, Pausanias, Polyænus, Strabo tegulæ ictu periisse scribunt; quos sequitur Ovid. in Ibin: 'Aut ut Achillidæ cognato nomine clarum Opprimat hostili tegula jacta manu.'

[u] *Unus item Siculus, Dionysius prior*] Vide quæ de illo apud Cic. Tusc. v. dicuntur; et apud Just. lib. xx.

[v] *Decessit florente regno*] Præ gaudio, quod habuit ex nuntio reportatæ victoriæ, cum amicis suis vino et epulis largius usum in morbum incidisse, quo mortuus est, refert Diodorus. Quantum vero temporis regnaverit, ex his Ciceronis verbis accipe: 'Duo de quadraginta Dionysius Tyrannus annos fuit opulentissimæ et beatissimæ civitatis.'

[w] *Cum ex tribus uxoribus liberos pro-*

3. Fuerunt praeterea magni[1] reges ex amicis[2] Alexandri Magni,[x] qui post obitum ejus imperia ceperunt. In his Antigonus,[y] et hujus filius Demetrius:[z] Lysimachus, Seleucus, Ptolemæus.[a] Ex his Antigonus, cum adversus Seleucum Lysimachumque[3] dimicaret, in prælio occisus est. Pari leto[4] affectus est Lysimachus[b] a Seleuco. Nam societate dissoluta, bellum inter se gesserunt. At Demetrius, cum filiam suam Seleuco in matrimonium dedisset, neque eo[5] magis fida inter eos amicitia manere potuisset; captus bello,[c] in custodia socer generi periit morbo.[c6] [d]

ς In generi vinculis prælio victus socer morbo exstinctus est.

1 Ita Ms. Mendos. Boecl. Ax. Leid. 1. Voss. 1. 3 Ed. Ultraj. [Bos. 2. et plur. seqq.] Sed *multi* Ms. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Brem. qui id unice probat. Contra tuentur τὸ *magni*, præter Bosium, Staver. (qui ad ed. maj. et min. Antigoni reliquorumque memoratorum vitam, res gestas, fataque uberius enarrat,) Tzschuck. ad edit. 2. et Wetzel.]—2 *Amici* Ms. Voss. 2. a quo deinde non minus, quam ab Ax. aberat τὸ *Magni*: quod Heusinger. uncis inclusit. [Tzschuck. ad ed. 2. suspicatur, forte, si valeat trajectio, legi antea posse, *multi magnique reges*, quo utrisque libris satisfiat.]—3 *Et Lysimachum* Ms. Voss. 1. 3. Ax. in quo verborum ordo erat hic: *ex his Antigonus in prælio, cum adversus Seleucum et Lysimachum dimicaret, occisus est.*—4 *Læto* Ed. Med. Arg. *letho* Ed. Steph. Mox *ab Seleuco: namque soc.* Ms. Voss. 2. Ax.—5 *Eos magis* Ms. Voss. 3.—6 *Periit a morbo* Ms. Voss. 2. Ax. Guelf. [et placet

NOTÆ

creasset] De his in Dione jam dictum est.

[x] *Ex amicis Alexandri Magni*] De ejus ducibus hic loquitur; qui, eo mortuo, omnes sibi diademata imposuerunt, ut fert Auctor Machab.

[y] *In his Antigonus*] Asiæ et Syriæ Satrapes primus, qui tandem a Seleuco et Ptolemæo victus est.

[z] *Et hujus filius Demetrius*] Hic Urbium obsessor dictus est. Plin. l. VII. 38. Quam nominis arrogantiam arguit Plutarchus in Demetrio. Seleuco Nicanori Syriæ Regi filiam suam Stratonicen uxorem dedit, et expulso Athenis Demetrio Phalereo, pristinam Reip. ac libertatis formam Atheniensibus restituit.

[a] *Lysimachus, Seleucus, Ptolemæus*] Lysimachus, unus quondam e custodibus Alexandri Magni, illustri Macedoniæ loco natus, sed virtute illustrior. Vide Just. lib. XV. 3. Seleucus, qui cognominatus est Nicanor, rex Syriæ, de quo jam dictum est. Ptolemæus vero, qui omnibus Ægyptiis regibus nomen suum dedit, vir quoque magnus fuit, et prudentia insignis; de quo jam supra dictum est in Eumene.

[b] *Pari leto affectus est Lysimachus*] Demetrio mortuo, Lysimachus cum Seleuco conflixit; et hæc ultima pugna fuit successorum Alexandri Magni, in qua occisus est Lysimachus, nimirum anno 42. ab Alexandri interitu.

[c] *Captus bello*] Nimirum in Idu-

Neque ita multo post Seleucus[7] a Ptolemæo Ceranno[e] dolo interfectus est;[8] quem ille a patre expulsum Alexandrea,[9] alienarum opum indigentem receperat. Ipse autem Ptolemæus,[10] cum vivus filio regnum tradidisset, ab illo eodem vita privatus dicitur.[f] De quibus quoniam satis dictum putamus, non incommodum videtur, non præterire Hamilcarem et Hannibalem;[11] quos et animi magnitudine[12] et calliditate omnes in Africa[13] natos præstitisse constat.

Heus. ac Stav. qui ad ed. 3. docet, præpositionem a verbis neutris sæpius addi, et causam significare efficientem.]—7 *Seleuchus* Ms. Voss. 2.—8 *Est* aberat a Ms. Leid. 2. et Voss. 1.—9 Sic Ms. Gif. Voss. 1. Sed *Alexandria* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Lamb. Gebh. Boecl. Keuch. Patav.—10 *Ptolomæus* Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. *Phtolmæus* Ms. Voss. 3.—11 *Amilcarem et Anibalem* Ms. Voss. 1. In Ed. Par. Ald. Mag. ubique est *Annibalem*.—12 Pro *animi magnitudine* erat *cum magnit.* in Ms. Voss. 1. *et ai* Ed. Jens.—13 *Affrica* Ms. Voss. 1. *Aphrica* Ed. Par.

NOTÆ

mæa ad urbem Gazam, ut vult Justinus, Plutarchus, Arrianus. Hunc a Macedonibus relictum scribit Cic. Offic. II. At, si Justino credimus, non captus est, sed seipsum Seleuci fidei tradidit, ut patet ex his verbis: 'Demetrius quoque, a tot exercitibus circumventus, cum posset honeste mori, turpiter se dedere Seleuco maluit.'

[d] *Periit morbo*] In quem incidit, ut refert Plutarchus, biennio post, cum a Seleuco perhumaniter exceptus fuisset, et regio apparatu; sed cum inertiæ otioque se dedisset, neque solito vivendi more uteretur, ex nimia cruditate in morbum incidit, et ita interiit. Plutarch. in Demet.

[e] *A Ptolemæo Ceranno*] Hic filius fuit Ptolemæi prioris, Ceraunus dictus ab audacia et ingenii velocitate: κεραυνὸς enim *fulmen* significat. Cæl. lib. XXIV. 6.

[f] *Ab illo eodem vita privatus dicitur*] Huic opinioni adversatur Justin. lib. XXIV. qui eum a Gallis, quos spreverat, victum, vita et regno spoliatum scribit.

XXII.

HAMILCAR.[1]

ARGUMENTUM.

CAP. 1. Erycem defendit. Pacem constantia sua patriæ conciliat. 2. Remotis a Carthagine militibus mercenariis, otium toti Africæ restituit. 3. Filium suum secum in Hispaniam ducit. Hasdrubal ejus gener, et in imperio successor. 4. In Hispania prælio adversus Vettones cadit.

HAMILCAR,[2] Hannibalis filius,[a] cognomine Barcas,[3][b] Carthaginiensis,[4] primo Pœnico bello, sed temporibus extremis,[c] admodum adolescentulus in Sicilia præesse[5] cœpit

1 *Hamilcaris vita* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long.—2 *Amilcar* Ms. Voss. 1. 2. *Hamilchar* Ed. Arg. ubique. Statim *Anybalis* Ms. Voss. 1. 2. *Annibalis* Ed. Par. Ald.—3 *Barchas* Ms. Voss. 1. Ed. Ald. Mag. Steph. *Bartha* Ms. Voss. 3. *Barcha* Ms. Oxon. Ax. Ed. Arg. Par. Long. *Barchas* Ed. Jens. Med. *Brachos* Ed. Gebh.—4 *Karthaginiensis* Ms. Leid. 2. [Ed. Lamb. in meo exemplo, Stav. Harl. Tzschuck. Brem. *Carthaginiensis* Ed. Bos. 2. Heus. Ith. Heinr. Schmied. Wetz.] *Carthaginensis* Ms. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Steph. Gebh. ubique: *Karthaginensis* Ms. Voss. 3. Ed. Ald. Lambin. [ap. Fischerum,] Boecl. Bos. 1. ubique: [vid. supra XIV. 1. Oudendorp. ad Frontin. Strateg. I. 7. nr. 3. supra ad X. 1. 5. in VV. LL.] Mox *Pœnico* Ms. Gif. Dan. [Ed. Bos. 2. Heus. et rell. fere omnes recentt.] Sed *Penico* Ms. Voss. 3. *Pouenico* Ms. Voss. 1. *Punico* Ms. Voss. 2. [Thott. v. Schlegel. l. c. 68. qui probat;] Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Schmied.]—5 *Post*

NOTÆ

[a] *Hamilcar, Hannibalis filius*] Hamilcar nomen est Punicum, quod Regem significat: hic patrem habuit Hannibalem antiquiorem, et ipse pater fuit magni Hannibalis æterni Romanorum hostis.

[b] *Cognomine Barcas*] Hoc gentile nomen fuisse patet ex his Silii Italici verbis, lib. I. in principio: 'ortus Serrana prisci Barcæ de gente.'

exercitui. Cum ante ejus adventum[6] et mari et[7] terra male res gererentur Carthaginiensium,[8] ipse, ubi affuit,[9] nunquam hosti cessit, neque locum nocendi dedit; sæpeque e contrario, occasione data, lacessivit,[10] semperque superior discessit. Quo facto, cum pæne omnia in Sicilia Pœni amisissent,[11] ille Erycem sic defendit,[d] ut bellum eo loco gestum non videretur. Interim Carthaginienses classe apud insulas Ægates[12] a C. Lutatio,[13] consule Romanorum, superati,[e] statuerunt belli finem[14] facere, eamque rem arbitrio permiserunt Hamilcaris. Ille etsi flagrabat bellandi[15] cupiditate, tamen paci serviendum putavit,[f] quod patriam, exhaustam sumtibus,[16] diutius calamitatem[17] belli ferre non posse intelligebat: sed ita, ut statim mente agitaret, si paulum modo[18] res essent refectæ, bellum renovare,[19] Ro-

pro *præesse* Ms. Leid. 2.—6 *Autem ejus adventu* Ms. Ax. *ejus adventu* Ms. Voss. 2. omisso τῷ *aut.*—7 *Et marique terra* Ms. Voss. 3.—8 *Karthaginens.* Ed. Lamb. Bos. 1. ubique.—9 *Ipse tibi adfuit* Ms. Voss. 1. *ipse ubi fuit* Ms. Voss. 2. *adfuit* etiam Ed. Long. Mag. Pat. [Heus. et plurr. recentt. Sed *affuit* Ms. Thott. Ed. Lamb. Bos. Schmied. Paufl.] Statim *nunquam* Ed. Mag. Patav. [Stav. Heus. cum aliis recentt. Sed *nunquam* Ed. Long. Bos. Ith. Schmied. Heinr. Paufl.] abest ab ed. Lamb.—10 Sic Ms. Mendos. Voss. 1. 2, 3. Leid. 2. Sed *hostem lacess.* Ed. Lamb. Statim *semper* sine *que* Ms. Voss. 2. —11 *Amisissent* Ed. Arg.—12 *Ægatis* Ms. Voss. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. [Atque ita scribendum esse censet Stav. ad ed. maj. citatque Arntzen. ad S. A. Victor. de vir. ill. cap. 41. nr. 1.]—13 Sic et Ms. Leid. 2. Voss. 3. [Ed. Lamb. Bos. Stav. et seqq.] Sed G. *Luctatio* Ms. Voss. 1. C. *Luctatio* Ms. Voss. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Steph. Gebh.—14 *Facere belli finem* Ms. Ax. [*belli facere finem* Ms. Thott.]—15 Sic Ms. Voss. 1. 2. 3. Oxon. Leid. 2. Sed *belli* Ed. Steph. Gebh. Keuch. Mox *tamen* aberat a Ms. Voss. 3.—16 *Sumptibus* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—17 *Calamitates* Ms. Leid. 2. Ax. Voss. 1. 2. 3. Ed. Keuch. Bos. 1. [Heus. Ith.]—18 Ita etiam Ms. Leid. Sed *paulummodo* Ed. Med. *paullū mō* Ed. Par. *paulum modo* Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. [Brem. *paulum modo* Ed. Heinr. Schmied. Wetz.]—19 *Revocare* Ms. Oxon. Ax.—20 Sic Ms. Gif. Bav. Mendos.

NOTÆ

[c] *Sed temporibus extremis*] Id est, sub finem hujus primi belli Punici.

[d] *Ille Erycem sic defendit*] Eryx urbs Siciliæ, ad montem ejusdem nominis Veneri sacrum, supra Drepanum oppidum. De hujus situ accuratissime inter alios scribit Polybius lib. I. Hodie *Monte S. Juliano*.

[e] *Apud insulas Ægates a C. Lutatio, consule Romanorum, superati*] Ægusæ dicuntur illæ insulæ a Polybio, suntque ad promontorium Lilybæum; juxta quas classis Romanorum, quam trecentarum navium fuisse tradit Plinius de viris illustribus, classem Carthaginiensium, cui dux Hanno erat, superavit.

[f] *Tamen paci serviendum putavit*] Quibus conditionibus facta fuerit, vide Polybium lib. III.

manusque armis persequi, donicum[g] aut[20] certe vicissent,[21] aut victi manus[22] dedissent. Hoc consilio pacem conciliavit: in qua tanta fuit ferocia,[a] ut, cum Catulus[h] negaret, se[23] bellum compositurum, nisi ille cum suis, qui Erycem tenuerunt,[24] armis relictis, Sicilia decederent: succumbente patria, ipse periturum se potius dixerit, quam cum tanto flagitio domum rediret:[25] non enim suæ esse[26] virtutis, arma a patria accepta adversus hostes,[27] adversariis tradere.

2. Hujus pertinaciæ[1] cessit Catulus. At ille, ut Carthaginem venit,[i] multo aliter, ac sperabat,[2] rempublicam

[a] *In qua tantam* exhibuit *firmitatem.*

Boecl. [Ed. Bos. Heus. et seqq. in textu.] Sed *donec aut* Ms. Bav. 2. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. A Ms. Leid. 2. aberat. —21 [Sic Ed. Long. Bos. Stav. et seqq.] Sed *ut certe vicissent* Ms. Voss. 1. *aut certe vicisset* Ms. Ax. *aut ut certe vicissent* Ms. Bav. Mendos. *aut virtute vicissent* Ed. Lamb. *aut vi certe vic.* Ed. Gebh. Keuch. Patav. [Hic locus valde exercuit ingenium criticorum, et alii aliter tentarunt eum, aut interpretati sunt: v. Heus. et Harles. Tzschuckio in *certe* vitii labes hæsisse videtur, quæ verum subjectum oppresserit. Brem. suspicatur *donicum aut vitæ certamine vicissent.* Non male. Kappio tamen et Paufiero, forsan rectius, locus sanus esse videtur, et *certe vincere* esse, *veram et sine exceptione victoriam reportare.*]—22 *Manum* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [2. Wetz.] Sed *manus* Ms. Gif. Mendos. Ax. Sav. Boecl. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Stav. 1. 2. 3. Heus. [Harl. Ith. Brem. Tzschuck. 1. 2. Heinr. Schmied. Paufl. quos sum secutus, tam ob codd. consensum, quam quia *manus* in hac locutione, a gladiatoribus sumta, est frequentius.] Paulo post *cum Catul.* omisso *τῷ ut* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. Ed. Heus. [Schmied. Heinr.]—23 *Se* omissum est in Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—24 *Tenuerant* Ed. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. [Wetz. *tenerent*, uti Schmied. jam in suo Lexicon über den Corn. Nep. p. 59. suaserat, invito Tzschuck. ad ed. 2. Heusing. (quem secuti sunt Schmied. et Heinr.) ducibus Mss. Boecl. Ax. Voss. 2. 3. edidit, *ferocia, quum Catulus neg....Sicilia decederent; ut succumbente patria*: non bene, ait Wetzel.] *et succumb.* Ms. Leid. 2.—25 *Rediret* [subint. *ut*, et nihil mutandum est: v. etiam Tzsch. ad ed. 2. pro *rediturum esse* interpretatur Heusing. et *redire* aut *esse rediturum* rectius scriptum fuisse, putat Schmied.] sed *redierit* Ms. Voss. 1. *redierat* Ms. Leid. 2.—26 *Esset* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long.—27 *Hostis* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. *hosteis* Ed. Ald.

1 *Pertinacia* Ms. Ax. [Verba tamen: *Hujus pertin. cess. Catulus* rectius superiori capiti adjecerunt Heus. Stav. in ed. 3. et alii.]—2 *Ac sperabat* absunt

NOTÆ

g *Donicum*] *Donicum*, pro donec, apud veteres.

h *Ut, cum Catulus*] Scilicet, Q. Lutatius Catulus, consul Romanus.

i *Ut Carthaginem venit*] Urbem olim totius Africæ terra marique florentissimam, Romæ æmulam, a Phœnicibus in Libyæ littore conditam ad

se habentem[3] cognovit. Namque diuturnitate[4] externi mali tantum exarsit[5] intestinum bellum,[j] ut nunquam pari periculo[6] fuerit Carthago, nisi cum deleta[7] est.[k] Primo mercenarii milites,[l] qui adversus Romanos fuerant,[8] desciverunt: quorum numerus erat viginti millium. Hi totam abalienarunt Africam,[m] ipsam Carthaginem oppugnarunt. Quibus malis adeo sunt Pœni perterriti,[9] ut etiam auxilia[10] a Romanis petiverint, eaque impetrarint.[11] Sed extremo, cum prope jam ad desperationem pervenissent,[12] Hamilcarem imperatorem fecerunt.[n] Is non solum hostes[13] a muris Carthaginis removit, cum amplius centum millia[14] facta essent armatorum; sed etiam eo compulit, ut locorum angustiis clausi, plures fame, quam ferro, interirent. Omnia oppida abalie-

ab Ed. Par. Ald. [*sperarat* Ed. Schmied. ex conjectura.]—3 *Hentem* Ed. Jens.—4 *Diuturnitatem* Ed. Jens. Med. Arg. Long. Statim *extremi* Ed. Ald.—5 *Exarxit* Ed. Jens. Med. [*exarserat* malint Schmied. et Tzschuck. ad ed. 2.]—6 *In pari per.* Ms. Ernst. *pari in per.* Ed. Lamb. [Brem. Tzschuck. 1. sed in ed. 2. et edita est, et in not. vindicata lectio vulg. *pari periculo*:] *tali per.* Ms. Leid. 2.—7 Sic etiam Ms. Ax. [recte: v. Flor. II. 15. 4. et Stav. in ed. maj.] Sed *deserta* Ms. Leid. 2. Voss. 2. 3. Ed. Jens. Med. Ald. Similis confusio erat supra, XX. 3.—8 Sic etiam Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3.—9 *Perteriti* Ed. Jens. Med.—10 Sic Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. Sed *auxilia etiam* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Mag. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Statim *ab Romanis* Ms. Voss. 1. 3.—11 *Ea impetr.* Ms. Voss. 3. Absunt ab Ed. Ultraj. *eaque impetraverint* Ed. Steph. Mag. Gebh. Keuch.—12 *Pervenisset* Ms. Ax.—13 *Hostis* Ms. Voss. 2. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par.—14 *Centum millibus*

NOTÆ

mare internum; quæque tertio Punico bello a Scipione Æmiliano penitus diruta est.

[j] *Tantum exarsit intestinum bellum*] Hujus belli causa narratur a Polybio, qui etiam ejus auctores recenset.

[k] *Nisi cum deleta est*] Deleta autem fuit, ut mox diximus, a Scipione anno 607. postquam condita fuerat, Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio Coss. Velleius Paterc. lib. I. 12. Ad quam opinionem quodammodo accedit Cic. I. de Rep. his verbis: 'Nec tantum Carthago habuisset opum sexcentos fere annos, sine consiliis et disciplina:' cui etiam opinioni Orosius non multum dissentit lib. IV. 6. Alii plus, alii minus, adeo ut parum inter se consentiant Auctores hac in re. Ceterum urbs incendio diruta fuit, et per continuos decem et septem dies vix potuit incendium extingui. Flor. lib. II. 15.

[l] *Primo mercenarii milites*] Quos ex variis gentibus fuisse memorant, nimirum Gallos, Hispanos, Ligures, Nomades, Afros, aliosque.

[m] *Hi totam abalienarunt Africam*] Supple, a Carthaginiensibus.

[n] *Hamilcarem imperatorem fecerunt*] Cum antea Hannonem, et Gisconem Hasdrubalis patrem, ab initio huic bello præfecissent, eosque tanto malo impares esse cognovissent. Lamb.

nata,[15] in his Uticam atque Hipponem,[o] valentissima totius Africæ, restituit patriæ. Neque eo fuit contentus, sed etiam fines[16] imperii propagavit,[17] tota Africa tantum otium reddidit, ut nullum in ea bellum videretur multis annis fuisse.

3. Rebus his[1] ex sententia[2] peractis, fidenti animo atque infesto Romanis, quo facilius causam bellandi[3] reperiret, effecit, ut imperator cum exercitu in Hispaniam[4] mitteretur, eoque secum duxit filium Hannibalem, annorum novem. Erat præterea cum eo adolescens illustris, formosus,[5] Hasdrubal; quem nonnulli[6] diligi turpius,[p] quam par erat, ab Hamilcare, loquebantur.[7] Non enim maledici tanto viro deesse poterant. Quo factum est, ut a præfecto morum Hasdrubal[q] cum eo vetaretur esse. Huic ille filiam suam

Ms. Voss. 2. Ax.—15 Sic Ms. Sav. Gif. Put. Boecl. Ax. Voss. 1. 2. [Ed. Long. Bos. et seqq.] Sed *alienata* Ms. Leid. 2. Voss. 3. Ed. Jens. Med. Ald. Lamb. Bos. 1. Statim *in iis* Ms. Voss. 1.—16 *Finis* Ms. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par.—17 Sic etiam Ms. Ax. *progravit* Ed. Jens. Med. Par.

1 *Rebus iis* Ms. Voss. 1.—2 *Snia* Ed. Par. Mox *aio* in Ed. Jens. Par.—3 *Belli* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. [vid. supra, in cap. 1.] *causa belli reperiretur* Ed. Long. Steph. Mag. Gebh. Keuch. et *causa* Ed. Jens. Med. Arg. Similis error supra XIX. 4.—4 Sic Ms. Sav. Gif. Put. Boecl. Voss. 2. 3. Leid. 2. Sed *Hispaniam*, omissa præpositione, Ms. Voss. 1. Ed. Lamb.—5 Ita etiam Ms. Ax. Sed *et formosus* Ed. Par. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. [Wetz.]—6 *Nonnulla* Ms. Voss. 3. Mox *Amilcare* Ed. Jens. Med. ubique.—7

NOTÆ

o *In his Uticam atque Hipponem*] Utica, urbs totius Africæ, si Carthaginem excipias, clarissima; quæ sexaginta stadiis ab ipsa Carthagine distabat occasum versus, inquit Appianus, ad Bagradam amnem; ea quemadmodum et Carthago a Tyriis condita fuit, sed longe ante, quod videtur testari Silius Italicus lib. III. 'Proxima Sidoniis Utica est effusa maniplis, Prisca situ, veteresque ante arces condita Byrsæ.' Quod ad Hipponem vero, quam et Diodorus lib. XX. vocat Hippuacram, urbs est ad Hippi promontorium sita, a quo nomen habere videtur, cui stagnum adjacet Hipponense; unde a Græcis Διάῤῥυτος dicta est propter aquarum irrigua. Vide quid Plinius de ea scribat Epist. lib. IX.

p *Quem nonnulli diligi turpius*] Vide quid super ea re referat Livius Annal. XXI.

q *Ut a præfecto morum Hasdrubal*] Quales apud Rom. Censores erant, penes quos erat jus animadvertendi in mores civium; tales fere erant Præfecti seu Magistri morum apud Carthaginenses; ad quos pariter pertinebat morum censura et animadversio, et præterea facultatum cujusque æstimatio.

in matrimonium dedit, quod moribus eorum non poterat interdici[8] socero gener.[b] [r] De hoc ideo mentionem fecimus,[9] quod, Hamilcare occiso,[s] ille exercitui præfuit, resque magnas gessit;[t] et princeps largitione[10] vetustos pervertit mores Carthaginiensium;[u] ejusdemque post mortem[v] Hannibal[11] ab exercitu accepit imperium.

4. At Hamilcar,[1] posteaquam mare transiit,[w] in Hispaniamque venit, magnas res secunda gessit fortuna: maximas bellicosissimasque gentes subegit: equis, armis, viris, pecunia, totam locupletavit Africam. Hic cum in Italiam bellum inferre meditaretur, nono anno post quam in Hispa-

[b] *A soceri* contubernio *gener prohiberi non poterat.*

Loquebatur Ms. Voss. 3.—8 *Interdici non poterat* Ed. Steph. Mag. Gebh. Keuch. Statim *socer a genero* Ms. Voss. 2. Ax. *socer genero* Ms. Leid. 1. [probatque Tzschuck. ad ed. 2.]—9 *Facimus* Ms. Voss. 1.—10 *Princeps largitiones* Ms. Voss. 2. Ms. Boecl. *principes largitiones:* et mox Schotti cod. [Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3.] *prævertit.*—11 *Mortem: nam Hannibal* Ed. Jens. Med. Arg. Long.

1 *Hamilcare* Ms. Leid. 2. Statim *postquam* Ms. Ax. *postea quam* Ed. Jens.

NOTÆ

[r] *Quod moribus eorum non poterat interdici socero gener*] Apud Romanos tamen summum inter utrumque erat verecundiæ argumentum, quod, ut ait Cic. Offic. lib. I. 'Non lavantur cum soceris generi.'

[s] *Quod, Hamilcare occiso*] In prælio, scilicet, contra Vettones citerioris Hispaniæ populos, ut postea dicetur, intra Anam et Tagum fluvios, Plin. lib. IV. 20. Reliquitque quatuor filios, quos se in Romanorum perniciem alere dicebat, veluti quatuor catulos leoninos; quorum tamen nullus in locum patris missus est statim ab ejus morte, propter immaturam ætatem. Valer. Max. lib. IX. 3.

[t] *Resque magnas gessit*] De quibus Polybius lib. II.

[u] *Et princeps largitione vetustos pervertit mores Carthaginiensium*] Is namque, ut Barcinæ factioni, cujus fautor erat, faventem populum redderet, immodicis largitionibus utebatur: et, ut ait Livius Annal. XXI. 'Plura consilio quam vi gerens, a spiciis regulorum magis, conciliandisque per amicitiam principum novis gentibus, quam bello aut armis, rem auxit.'

[v] *Ejusdemque post mortem*] De cujus mortis genere non consentiunt historici. Livius Annal. XXI. et Appianus, ipsum in venatione interfectum scribunt; Justinus et Valer. Max. a servo sui domini mortis ulciscendæ causa occisum esse aiunt: Polybius vero de nocte in diversorio suo a quodam Gallo privatarum injuriarum causa interemtum refert.

[w] *Posteaquam mare transiit*] Scilicet, fretum Gaditanum, et Herculis columnas.

niam venerat, in prælio pugnans adversus Vettones[2] [x] occisus est. Hujus perpetuum odium erga Romanos maxime concitasse videtur secundum bellum Pœnicum.[3] Namque Hannibal, filius ejus, assiduis patris obtestationibus[y] eo est perductus, ut interire, quam Romanos non[4] experiri, mallet.

Med.—2 *Veteones* Ms. Boecl. Voss. 1. 2. Ax. *Vetrones* Ms. Leid. 2. *Vectones* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph.—3 Sic Ms. Dan. Gif. Sed *Punicum* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Steph. Mag. Gebh. Boecl. Keuch. Patav. ubique, [Schmied.]—4 *Quam non Rom.* Ed. Par. Ald. Long. Lamb.

NOTÆ

[x] *Adversus Vettones*] De quibus mox diximus; quorum metropolim, Emeritam Vettonum dictam, flumen Anas præterfluit. Prudentius Hymno de St. Eulalia.

[y] *Namque Hannibal, filius ejus, assiduis patris obtestationibus*] Vide Valer. lib. IX. 3. ubi ait quod cum Hamilcar trajecturus esset exercitum in Hispaniam, et ob id sacrificaret, Hannibalem filium ejus, novem annos natum, altaria tenentem, jurejurando promisisse, se, cum primum per ætatem posset, acerrimum hostem pop. Rom. futurum.

XXIII.

HANNIBAL.[1]

ARGUMENTUM.

Cap. 1. Omnibus ducibus major, invidia debilitatur. 2. Capitalis Romanorum hostis. 3. Imperator Hispaniam subigit. Saguntum expugnat. Per Alpes in Italiam transit. 4. Sæpius feliciter pugnat in Italia. 5. Reliquæ res ab eo in Italia gestæ. 6. Revocatus patriam defensum, a Scipione vincitur. 7. Domo ad Antiochum profugit. 8. Suos cives frustra ad bellum inducere tentat. Rhodiorum victor. 9. Cretensium avaritiam deludit. 10. Regem Ponti armat adversus Romanos. 11. Dolo pugnat adversus Eumenem. 12. Ne tradatur Romanis, veneno hausto mori mavult. 13. Ejus literarum amor.

Hannibal,[2] Hamilcaris filius, Carthaginiensis.[3] Si verum est,[4] quod nemo dubitat, ut populus Romanus omnes gentes virtute superarit, non est inficiandum, Hannibalem [tanto][5] præstitisse ceteros imperatores prudentia,[a] quanto populus Romanus antecedat[6] fortitudine cunctas

1 *Hannibalis vita* Ed. Jens. Med. Arg. *Annibalis vita* Ed. Par. Ald.—2 *Annibal* Ed. Par. Ald. ubique. Statim *Amilcar*. Ed. Jens. Med. ubique: [v. VV. LL. ad Hamilc. 1.]—3 *Carthagin.* aberat a Ms. Leid. 2.—4 *Si verum et quod nemo* Ms. Boecl. *si verum, quod nemo* Ms. Voss. 2.—5 *Tanto* aberat a Ms. Boecl. Voss. 2. Ed. Par. Ald. Sed erat in Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Unci [adduntur in Ed. Bos. 2. Stav. Sed] absunt ab Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Hens. Patav. [et rell. recentt.]—6 Sic etiam Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Sed *antecedebat* Ed. Long. Steph. Gebh.

NOTÆ

[a] *Hannibalem [tanto] præstitisse ceteros imperatores prudentia*] Prudentissimum quidem et sagacissimum fuisse ex ejus bellicis stratagematibus nemo non intelligit; quanquam tamen a Scipione in ipsius Carthaginis conspectu superatus est. Vide apud Lucianum in Dialogis mortuorum

nationes. Nam quotiescumque[7] cum eo congressus[8] est in Italia, semper discessit superior. Quod nisi domi civium suorum invidia debilitatus esset,[b] Romanos videretur[9] superare potuisse. Sed multorum obtrectatio devicit unius virtutem.[10] Hic autem velut hæreditate relictum odium paternum erga Romanos sic confirmavit,[11] ut prius animam, quam id, deposuerit: qui quidem, cum patria[12] pulsus esset, et alienarum opum indigeret, nunquam destiterit animo bellare cum Romanis.

2. Nam ut omittam[1] Philippum,[c] quem absens hostem reddidit Romanis;[2] omnium his temporibus potentissimus rex Antiochus[d] fuit. Hunc tanta cupiditate incendit bel-

Keuch. [Tzschuck. 1. (sed correctum in ed. 2. ubi v. not.) Brem.]—7 *Quotienscunque* Ms. Ax. Voss. 1. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Long.—8 *Aggressus* Ms. Voss. 3. In Voss. 1. 2. et Ax. aberat *τὸ est*.—9 Sic Ms. Ax. Boecl. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. [Ed. Bos. 2. Hens. et plures recentt. atque id aptius est præcedentibus, et magis convenit Romanorum superbiæ: v. Brem. ac Tzschuck.] Sed *videtur* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Wetz. qui in nota negat, *τὸ videretur*, utpote incertum, convenire orationi Nostri, qui virum suum omnium fortissimum certissimumque Romanorum victorem pronuntiare non dubitet. At tamen, re incerta, Hannibalem certissimum victorem pronuntiare non potuit Cornelius. Atqui victus erat Hannibal ad Nolam a Marcello, teste Livio XXIII. 16. sq. Add. Cicer. Brut. III. 8.]—10 *Unius dev. virt.* Ms. Ax. Statim *hinc autem* Ms. Leid. 2.—11 *Conservavit* Ms. Ax. Voss. 1. 2. 3. [Ed. Mag. Heus. Sed *confirmavit* recte tuentur Tzschuck. ad ed. 2. et Schmied. qui præterea in Lexico, &c. p. 62. monet, rectius positum fuisse *ut deponeret*, antecedente *τῷ confirmavit*: at *deposuerit* ex analogia usuque linguæ Græcæ vindicandum videtur.]—12 *Cum primo patria* Ms. Voss. 2.

1 *Obmitmitam* Ms. Voss. 3.—2 *Absens*, et dein *Romanis* aberant a Ms. Ax.

NOTÆ

ludicram illam contentionem de præstantia Scipionis, Hannibalis, et Alexandri Magni.

[b] *Civium suorum invidia debilitatus esset*] Hujus in Hannibalem invidiæ causas recenset Livius lib. XXX. Quæ quidem nullæ sunt aliæ præter optimam Reip. administrationem, et remotos Magistratuum abusus, quibus emendandis fortiter incumbebat.

[c] *Ut omittam Philippum*] Hic Demetrii filius fuit, et pater Persei Regis Macedonum; quem devictum acie et captum Paulus Æmilius in triumphum Romam duxit. Velleius Paterc. lib. I. 9. Vide et Just. lib. XXIX.

[d] *Omnium potentissimus his temporibus rex Antiochus*] Ille enim septem et triginta annos Asiam, Syriam, Mediam, et Persiam tenuit; præter Hircaniam, Bactrianam, et omnes, si Parthiam exceperis, regiones superioris Asiæ. Quod ex Just. lib. XL. et Polybio passim cognoscitur. Porro Antiochus ille Magni cognomentum accepit propter victoriarum amplitudinem; huncque ad inferendum Rom.

landi, ut usque a rubro mari[e] arma conatus sit inferre Italiæ. Ad quem cum legati venissent Romani,[f] qui de[3] ejus voluntate explorarent, darentque operam consiliis clandestinis, ut Hannibalem in suspicionem regi adducerent,[g] tanquam ab ipsis corruptum, alia atque antea sentire; neque[4] id frustra fecissent, idque[5] Hannibal comperisset, seque ab interioribus[6] consiliis segregari vidisset; tempore dato adiit ad regem,[7] eique cum multa de fide sua et odio[8] in Romanos commemorasset, hoc adjunxit: 'Pater,' inquit, 'meus, Hamilcar, puerulo me,[9] [h] utpote non amplius novem annos nato, in Hispaniam imperator proficiscens Carthagine, Jovi Optimo Maximo[10] hostias immolavit. Quæ divina res[11] dum conficiebatur, quæsivit a me, vellemne secum in castra proficisci. Id cum libenter accepissem, atque ab eo petere cœpissem, ne dubitaret ducere; tum ille, Faciam, inquit, si fidem mihi quam postulo dederis. Simul me ad[12] aram adduxit, apud quam sacrificare

---

Statim *omnibus* Ms. Voss. 3.—3 *De* aberat a Ms. Boecl. Voss. 2.—4 *Cum neque* Ed. Long.—5 *Nisi id cum Hann.* Ms. Boecl. Ax.—6 *Inferioribus* Ms. Voss. 1.—7 Sic Ms. Boecl. Sav. Gif. Put. Voss. 1. 2. 3. [Ed. Bos. Heus. et seqq.] Sed *adiit regem* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Boecl.—8 *Odium* Ms. Mendos. Voss. 3.—9 *Me* abest ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb.—10 *Optimo et Maximo* Ms. Voss. 2. *Optimo max.* Ed. Jens. Statim *hostiam* Ms. Leid. 1.—11 *Qui, divina re,* Ms. Leid. 2. *que diurna* Ed. Jens. *quæ diurna* Ed. Med. Statim *dum* abest ab ed. Gebh. et mox *vellem ne,* divisim Ed. Jens. Med. Arg. Par.—12 Ita Ms. Boecl. Voss. 2. Leid. 1. Ed.

NOTÆ

bellum impulit Hannibal. Idem Just. lib. XXXII.

[e] *A rubro mari*] Cujus sinus Arabicus est portio, qui Ægyptum ab Oriente alluit, et ab Arabia disterminat. Pars est Oceani sinu Persico terminata: ἐρυθρὰν θάλασσαν Græci vocant, ab Erythra Rege, qui ibi regnasse dicitur; cui opinioni subscribit Arrianus lib. VIII. Ideo autem a Latinis dictum est mare rubrum, quod eum audirent a Græcis Erythræum vocari, existimaverunt a rubedine aquarum ita dictum.

[f] *Ad quem cum legati venissent Romani*] Justinus pariter lib. XXXI. ad Antiochum legatos a Rom. fuisse missos scribit, eodem consilio, quo Nepos refert; sed eorum nomina non recenset. Quapropter Livium Dec. IV. lib. 5. et Plutarchum in Flaminio consule.

[g] *Ut Hannibalem in suspicionem regi adducerent*] Quod assecuti sunt, teste Livio, lib. XXXV.

[h] *Puerulo me*] Quia vix tunc ad novem ætatis annum pervenerat, ut supra in Hamilcare. Auctor tamen de Viris illustribus undecim annos natum testatur.

instituerat;[13] eamque, ceteris remotis, tenentem[i] jurare jussit, nunquam me in amicitia cum Romanis fore. Id ego jusjurandum patri datum usque ad hanc ætatem[14] ita conservavi,[15] ut nemini dubium esse debeat, quin reliquo tempore eadem mente sim futurus.[16] Quare si quid amice de Romanis cogitabis;[a] non imprudenter feceris, si me celaris.[17] Cum[18] quidem bellum parabis; te ipsum frustraberis, si non me in eo principem posueris.'

3. Hac igitur, [qua diximus,] ætate[1] cum patre[2] in Hispaniam profectus est: cujus post obitum, Hasdrubale imperatore suffecto,[j] equitatui omni[3] præfuit. Hoc quoque interfecto, exercitus summam imperii[k] ad eum detulit. Id Carthaginem delatum, publice comprobatum est.[4] Sic Hannibal minor quinque et viginti annis natus,[5] imperator factus, proximo triennio omnes gentes Hispaniæ bello

[a] *Si alicujus amicitiæ cum Romanis* ineundæ *consilium tibi erit.*

Long. [Bos. 2. et seqq.] Sed *simul ad* Ms. Ax. Leid. 2. *simulque ad* Ms. Voss. 3. Ed. Par. Ald. Lamb. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—13 *Instüterat* Ms. Voss. 3.—14 Ita Ms. Leid. 1. 2. Voss. 2. [Ed. Bos. Stav. Heus. et seqq.] Sed *ad hanc diem* Ms. Voss. 1. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav. quod verum puto.—15 *Servavi* Ed. Boecl. Sed *conservavi* Mss. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Bos. 1. 2. [et seqq.]—16 *Sum fut.* Ms. Voss. 2.—17 *Cælaris* Ed. Jena. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—18 *Quam quid.* Ms. Voss. 3.

1 Sic Ms. Boecl. Ax. Voss. 1. 3. [Ed. Heus. Ith. Brem. Heinr. Schmied. Tzschuck. 1. 2.] uncis tamen omissis. [Unci additi sunt in Ed. Bos. Stav. Harl.] Sed *hac ergo, qua diximus, æt.* Ms. Leid. 1. *hac igitur ætate* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav.—2 *Pre* Ed. Jens. Med.—3 *Equit. omnium* Ms. Leid. 2. A Ms. Voss. 3. verba *suff. equit. o. præf. hoc quoque* aberant, et pro *interfecto* legebatur *interfectus.*—4 *Id Cartaginem delatum nemine contradicente publice comprob. est* Ms. Ernst. in margine ex alio MSto.—5 Sic etiam Ms. Voss. 1. 2. Leid. 2. [Ed. vett. Long. Bos. Stav. Heus. (qui tamen in notis comprobat Bosii conjecturam,

NOTÆ

[i] *Eamque, ceteris remotis, tenentem*] Vide quæ supra sunt in Hamilcare, quæque Valer. Max. lib. IX. 3. super ea re refert. Vide et Livium XXXV. Mos autem erat antiquitus, ut jurantes aram tenerent. Cic. pro Flacco: 'Ergo is, cui, si aram tenens juraret, crederet nemo, per epistolam, quod volet, injuratus probabit.'

[j] *Hasdrubale imperatore suffecto*] Is gener erat Hamilcaris, ut supra.

[k] *Summam imperii*] Huic etiam opinioni suffragatur Polybius lib. III. qui uno ore, et communi omnium militum consensu, electum fuisse Imperatorem Hannibalem scribit.

subegit:[l] Saguntum, fœderatam[6] civitatem,[m] vi[7] expugnavit:[n] tres exercitus maximos comparavit.[o] Ex his unum in Africam misit, alterum cum Hasdrubale[p] fratre in Hispania[8] reliquit, tertium in Italiam secum duxit. Saltum[9] Pyrenæum transiit.[q] Quacumque iter fecit, cum omnibus

---

annos natus,) Ith. (cui quidem non omnia ad amussim regulamque Grammatices exigenda videntur. Is tamen, minus forte, inquit, offensionis ista structura habitura fuerat, si, mutato verborum positu, ita scripsisset Cornelius: *sic natus Hannibal minor* 25. *annis, &c.)* et alii editores. Stav. ad ed. 2. suspicatur, locum ita distinguendum esse: *Hannibal minor quinque et vig. annos natus*, quasi h. l. distinguatur ab Hannibale, qui *senior* vocatur ab Orosio IV. 7. 8. ita ut post *minor* comma ponatur.] Sed *natu* Ed. Lamb. [Tzschuck. 2. Wetz. quos equidem lubenter secutus essem, nisi Cornelius alibi quoque aberrasset, aut aberrasse aliis videatur, a communi suetaque ratione scribendi.]—6 Sic Ed. Med. Arg. Par. Long. Mag. [Lamb. Heus. et seqq. *feder.* Bosii est scriptura: v. Cellar. Orthogr. Latin. p. 237. sq. ed. Harles.]—7 *Ut exp.* Ms. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. Ax.—8 *In Hispaniam* Ms. Voss. 3. Statim *relinquit* Ed. Arg.—9 *Saltum* aberat a Ms. Voss. 3. Statim *Pyreneum* Ed. Jens.

NOTÆ

[l] *Proximo triennio omnes gentes Hispaniæ bello subegit*] Id verum est, si gentes ultra Iberum amnem intelligas, et Saguntinos etiam excipias, quos postea obsessos ad extremas miseriarum angustias redegit, et urbem eorum ferro flammaque diruit. Vide Liv. lib. XXI.

[m] *Saguntum, fœderatam civitatem*] Quanta fuerit olim hæc civitas intelligi potest ex his Livii verbis: 'Civitas ea longe opulentissima ultra Iberum fuit, sita passus mille ferme a mari.' Cui sententiæ subscribit Florus: 'Saguntus,' inquit, 'vetus Hispaniæ civitas et opulenta, fideique erga Romanos magnum quidem, sed triste monumentum.' Hæc ad flumen Duriam sita erat, prope urbem Valentiam, quæ hodie caput est regni hujus nominis in Hispania. Plinius lib. XVI. 40. refert conditam fuisse ducentis annis ante Trojæ excidium, quod maximæ antiquitatis argumentum est. Hæc hodie vulgo *Morvedre.*

[n] *Vi expugnavit*] Anno ab Urbe Cond. 535. bello Punico secundo, post octavum obsidionis mensem, ut refert Polybius. Porro Saguntus, partim Hannibalis, partim civium manibus diruta est; qui cum ad extremam rerum omnium inopiam et famem redacti essent, se suaque omnia in pyram conjecerunt, nec victoris arbitrium expectarunt. Livius lib. XXI.

[o] *Tres exercitus maximos comparavit*] Vide Polybium, et Livium ibidem.

[p] *Alterum cum Hasdrubale*] Hannibalis fratre, quem ad tuendam Hispaniam cum Afrorum peditum undecim millibus et amplius, præter ingentem aliarum gentium multitudinem, cum elephantis quatuordecim reliquit. Præterea classis ipsi data est maxima ad oræ maritimæ tutelam. Idem, ibidem.

[q] *Saltum Pyrenæum transiit*] Id est, Montes Pyrenæos, qui saltibus et sylvis circumducebantur, postquam Celtiberos aliosque earum regionum accolas dejecit. Vide Appianum et alios.

incolis conflixit: neminem, nisi[10] victum, dimisit. Ad Alpes posteaquam[11] venit,[r] quæ Italiam ab Gallia[12] sejungunt, quas nemo unquam cum exercitu ante eum, præter Herculem Graium,[s] transierat: (quo facto is hodie saltus Graius[13] appellatur:[t]) Alpicos, conantes prohibere transitu,[14] concidit,[u] loca patefecit, itinera munivit,[15] effecit [que], ut ea[16] elephantus ornatus[17] ire posset, qua antea unus homo inermis vix poterat repere. Hac copias traduxit,[v] in Italiamque pervenit.[w]

4. Conflixerat apud Rhodanum cum P. Cornelio Scipi-

Med. Arg.—10 *Nem. non vict.* Ms. Leid. 1.—11 *Postea quam* divisim Ed. Jens. Med. ubique.—12 Sic Ms. Boecl. Voss. 1. 2. 3. Ax. et Edd. nostri omnes: [*a Gallia* Ed. Ith.]—13 *Graium* Ms. Leid. 2.—14 Sic Ms. Mendos. Ax. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. [Ed. Bos. Heus. et seqq.] Sed *transitum* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. [et *transitum* haud damnat Hensing. cujus notam consules; *transitum condidit* Ed. Long.]—15 *Muniit* Ed. Long. Mag. Lamb. Patav. [Stav. Heusinger. et seqq.] Statim *effecit* sine *que* Ms. Boecl. Ax. Voss. 1. 2. 3. Sed *effecitque* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. [Ith. Heinr. Wetz. Hinc Bos. et alii τὸ *que* uncis incluserunt.]—16 *Eo* Ed. Arg. Statim *elefantus* Ed. Lamb.—17 Sic Ms. Gif. Dan. Boecl. [Ed. Lamb. Bos. Heus. Stav. et seqq.] Sed *oneratus* Ms. Mendos. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Patav. *honeratus* Ms. Voss. 1. 3. Tum ab *hac cop. trad.* incipit cap. 4. in ed. Patav.

NOTÆ

[r] *Ad Alpes posteaquam venit*] Quæ, ut refert Plin. Hist. Natur. lib. III. 17. Pœninæ dictæ sunt ab Hannibale Pœno.

[s] *Præter Herculem Graium*] Unde Silius Italicus: 'Primus inexpertas adiit Tirynthius arces.' Et apud Livium Hannibal se Herculis itinerum æmulum esse gloriatur.

[t] *Quo facto is hodie saltus Graius appellatur*] Multa etiamnum supersunt transitus Herculis per Alpes vestigia, nimirum Herculis Monœci Portus, Alpium Graiæ fauces, quæ indicant hac ipsum transivisse; et Herculea via apud Aristotelem, de admirandis, quæ ducit ex Italia per Galliam usque ad Celtiberos.

[u] *Alpicos, conantes prohibere transitu, concidit*] Id est, Alpinos, seu Alpium incolas. Viam autem hac aperuit sibi multo labore magnaque industria; nam, ut Livius refert, magnas strues ex arboribus quas cædebant erectas incendebant, et ardentia saxa superfuso aceto molliebant et comminuebant. Vide Livium ad Hannibalis transitum in Italiam.

[v] *Hac copias traduxit*] Vulgaris opinio est, Hannibalem traduxisse suum exercitum per eam Alpium partem, quam vulgo montem Cinisum vocant, perque vallem Segusianam; quod Plutarchus sentire videtur.

[w] *In Italiamque pervenit*] Consumtis in Alpium transitu 15. diebus, teste Polybio, et Livio XXI.

ne[x] Cos.[1] eumque pepulerat. Cum hoc eodem Clastidio[2] apud Padum decernit:[3] [y] saucium inde ac[4] fugatum dimittit.[z] Tertio idem Scipio cum collega[5] Tiberio Longo[a] apud Tre-

1 *Consule* Ed. Jens. Med. Ald. *cõsule* Ed. Par.—2 Sic etiam Ms. Leid. 2. Voss. 2. [Ed. Long. Bos. Stav. 1. 2. Harl. Brem. Wetz. Heinr. Paufl.] Sed *Clastidia* Ms. Voss. 1. *Cladistia* Ms. Voss. 3. *de Clastidio* Ed. Lamb. Gebh. Boecl. Kench. Patav. [Tzschuck. 2. *Clastidio* uncis incl. Ed. Stav. 3. Tzschuck. 1. at [*de*] *Clastidio* Ed. Heus. Schmied. *cum hoc eod. Corn. Scipione* ingeniose conjecit Kapp. atque laudavit quidem Tzschuck. ad ed. 2. nec tamen approbavit, quia, ut quoque Brem. latius explicuit, nomen *Corn. Scipionis*, librariis notum, et antea ac post redditum, vix potuerit adeo deformari, et Cornel. ex fonte nobis ignoto hauserit. Tum verba *hoc eodem* satis declarant Scipionem. Imperiose autem illam suspicionem rejecit et τὸ *Clastidio* delevit Ithe.]—3 *Decrevit* Ms. Voss. 3.—4 *Saucium inde fug.* Ms. Voss. 2. *sauciumque inde ac fug.* Ms. Voss. 1. *sauciumque inde fug.* Ms. Ax.—5 *Collegio* Ms. Voss. 3. Statim *Tito* Ed. Ald. *T.* Ed. Mag. [*Ti.* Ed. Lamb.] Sed *Tiberio* Ms. Mag. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. [Bos. et seqq. Vid. interpretes ad Liv. II. 44. p. 436. et lib. XXII. 57. p. 680. ed. Drakenb. de scriptura hujus prænominis.]

NOTÆ

[x] *Conflixerat apud Rhodanum cum P. Cornelio Scipione*] Huic opinioni Livius refragatur, asseritque, 'P. C. Scipionem, tridno fere postquam Hannibal ab ripa Rhodani movit, quadrato agmine ad castra hostium venisse, nullam dimicandi moram facturum: ceterum ubi deserta munimenta videt, ad naves rediisse, tutius faciliusque ita descendenti ab Alpibus Hannibali occursurum.' Ita enim Polybius refert; ita Florus, Eutropius, et alii fere omnes Romani scriptores.

[y] *Cum hoc eodem Clastidio apud Padum decernit*] Nihil hic arbitror deesse; sed sic iste locus mihi videtur explicandus; scilicet, Iterum Hannibal cum Scipione decertat, ut videret utri Clastidium cederet: quia oppidum erat, ut tradit Livius, quo magnam frumenti copiam Romani congesserant, atque adeo cum Scipione Hannibal decernit de Clastidio utri esset, quod futurum erat alterutrius partibus grave momentum. Nam revera post illam pugnam ad Padum flumen, ex qua Hannibal victor discessit, misit statim sui exercitus partem ad oppidum illud occupandum, quia frumenti inopia laborabat; et hoc primum fuit Scipionis cum Hannibale certamen. Livius ibidem.

[z] *Saucium inde ac fugatum dimittit*] Revera Scipio in illo certamine ad Padum, non ad Trebiam, ut vult Plinius, vulnus accepit, Livio et Floro testibus; et in manus hostium prope erat, ut veniret, 'nisi periculum intercursu tum primum pubescentis filii propulsatum:' Livius. Hinc Florus etiam his verbis: 'Tunc Scipione Duce fusus exercitus; saucius etiam ipse venisset in manus hostium Imperator, nisi protectum patrem prætextatus admodum filius ab ipsa morte rapuisset.'

[a] *Cum collega Tiberio Longo*] Hic Tiberius Sempronius Longus Consul factus est cum Cornelio Scipione; cumque ad Siciliam tuendam profectus esset, hinc revocatus est, ut junctis viribus Hannibali resisterent; hunc tamen Livius non Tiberium, sed Titum vocat.

biam[6] [b] adversus eum venit. Cum his manum conseruit, utrosque[7] profligavit.[c] Inde per Ligures[d] Appeninum[e] transiit, petens Etruriam.[8] [f] Hoc itinere adeo gravi morbo afficitur oculorum,[g] ut postea nunquam dextero[9] æque bene usus[a] sit.[h] Qua valetudine[10] cum etiam nunc[11] premeretur, lecticaque ferretur; C. Flaminium Cos.[12] apud Trasimenum[13] [i] cum exercitu insidiis circumventum occidit.[j] Neque

[a] *Ut deinceps dextrum debiliorem semper senserit.*

—6 Sic etiam Ms. Boecl. Leid. 2. Sav. Gif. Put. Ax. Voss. 1. 2. 3. Edd. nostri veteres. Sed *ad Trebiam* Ed. Lamb. Steph. Boecl. [Atque Arntzen. ad S. Aur. Victor. de vir. ill. cap. 62. nr. 2. præferre videtur *ad Trebiam*, et ejusmodi locutionis quam plurima congessit exempla: vid. Stav. ad ed. 3. qui tamen codd. et Bos. secutus, h. l. nil mutat.]—7 *Utrumque* Ed. Lamb. Sed *utrosque* etiam Ms. Leid. 1. 2. Voss. 1. 2. 3. Mox *inde Ligures* Ed. Par. Ald. et *Apeninum* Ed. Jens. Med. Arg. Par. [*Apaninum* Ed. Long.] Statim *transiit* etiam Ed. Jens. Med. Arg. Long. Steph. Gebh. Keuch. [Bos. Ith. Wetz. Schmied.] Sed *transit* al. [Lamb. Heus. Stav. Harl. Tzschuck. 1. 2. Brem.] —8 *Hetruriam* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. —9 *Dextero* aberat a Ms. Leid. 2. Sed *dextro* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Lamb. Patav. [Tzschuck. Wetz. Brem.]—10 *Valitud.* Ed. Jens. Med. Par. Ald. ubique.—11 Sic quoque Ms. Ax. [Ed. Bos. Stav. Tzschuck. Harl. Wetz. Heinr. *cum etiamnunc*, conjunctim, h. e. etiamnum, adhuc, Brem. contra Tzschuck. *nunc* interpretatur, eo tempore, quo sequentia contigerunt, et Wetz. explicat, hoc ipso tempore.] Sed *tum etiam nunc* Ms. Boecl. *cum etiam tum* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. Boecl. Heus. [Ith.] *quam etiam tunc* Ms. Voss. 3. (in quo fere semper vel *quam* vel *quem* pro *quum* scribi solet:) *cum etiam*, omisso τῷ *nunc*, Ed. Par. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—12 *Consulem* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—13 *Transimenum* Ms. Leid. 2. Ax. Voss. 2. 3. *Thrasimenum* Ed. Ald. *Thrasymenum*

NOTÆ

[b] *Apud Trebiam*] Fluvius est prope Placentiam in Gallia Cisalpina.

[c] *Utrosque profligavit*] Utrumque Consulem in hoc prælio affuisse testatur Appianus: quidam negant: Livius tamen Sempronium affuisse testari videtur, eumque priore prælio superatum, Romam venisse, deinde in castra rediisse, et ad Placentiam cum Hannibale conflixisse.

[d] *Inde per Ligures*] Hæc duo prælia antequam in Liguriam Hannibal perveniret commissa sunt, ut testatur Livius. Porro Ligures inter Varum et Macram amnes in imis Alpium jugis adhærent. Florus.

[e] *Appeninum*] Montem altissimum; Italiam mediam secundum longitudinem intersecat; in cujus transitu multum quoque laboravit. Vide Livium locis jam citatis.

[f] *Petens Etruriam*] Italiæ regionem ad primam usque Tiberis ripam protensam, et a Liguribus Macra amne discretam; cujus hodie Metropolis Florentia.

[g] *Gravi morbo afficitur oculorum*] Sic etiam Livius lib. XXII.

[h] *Ut postea nunquam dextero æque bene usus sit*] Factus est enim luscus, unde Poëta Satyricus X. ‘O qualis facies, et quali digna tabella, Cum Getula ducem portaret bellua luscum!’

[i] *C. Flaminium Cos. apud Trasime-*

multo post C. Centenium[k] propraetorem,[14] cum delecta manu[l] saltus occupantem.[m] Hinc in Apuliam pervenit.[n] Ibi obviam ei venerant duo Consules, C. Terentius[15] et L. Paullus Æmilius. Utriusque exercitus uno prælio fugavit:[o] Paullum[16] Consulem occidit, et aliquot præterea Consulares:[p] in

Ed. Mag. Steph. [Conf. Liv. XXII. 7.]—14 Sic Ms. Ernst. [Ed. Bos. Wetz.] Sed *prætorem* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Edd. nostri omnes.—15 Ita etiam Ms. Leid. 2. Voss. 3. Sed *Terentius Varro* Ed. Lamb. Keuch. Mox *Paullus* aberat a Ms. Leid. 2. Voss. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Statim *Æmylius* Ed. Ald. Long. Mag.—16 Sic quoque Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Sed *L. Paullum* Ed. Lamb. Patav. *Paulum* Ed. Long.

NOTÆ

num] Qualis fuerit Consul Flaminius videre est ex his Livii verbis: 'Consul ferox ab consulatu priore, et non modo legum, aut Patrum majestatis, sed ne Deorum quidem satis metuens erat.' Thrasimenus vero lacus est in agro Perusino, nunc vulgo, *Lago di Pergia:* de quo Ovid. lib. VI. Fastorum: 'Sint tibi Flaminius Thrasymenaque littora testes.'

[j] *Cum exercitu insidiis circumventum occidit*] Flaminium cum Romanis circumclusit lacu et montibus Hannibal, hostemque sic circumclusum militi suo ad satietatem præbuit cædendum. Quanta autem fuerit Romanorum clades, disce ex Polybio et Livio. At Polybii verba non testantur Flaminium ab Hannibale, sed a Gallis in eadem pugna interemtum, cui quidem prodigiosa signa imminentem illi cladem prædixerant.

[k] *C. Centenium*] Alii *Centronium;* quem a Senatu contra Hannibalem missum scribit Livius. Polybius vero hunc a Cn. Servilio altero Consule, audito Hannibalis in Etruriam transitu, præmissum refert.

[l] *Cum delecta manu*] Nimirum cum sex vel octo equitum millibus, si Appiano credimus in Hannibal. Quatuor vero, si Polybio, et Livio.

[m] *Saltus occupantem*] Hoc est, juga montium prærupta, et viarum anfractus sylvis obductos, qua transeundum erat Hanniball, ubi a fronte et a tergo circumventus periit.

[n] *Hinc in Apuliam pervenit*] Apulia, Italiæ regio, mari Adriatico contermina, quæ et Iapygia dicta est; in qua Cannæ ignobilis vicus, juxta Aufidum amnem, ingenti Romanorum internecione ab Hannibale nobilitatus.

[o] *Utriusque exercitus uno prælio fugavit*] Quanta fuerit Rom. clades ad Cannas, ex hoc intelligi potest; quod, ut Florus refert, duo illi exercitus cæsi sunt, donec Hannibal diceret militi suo, 'Parce ferro;' quod, altero Consule fugiente, alter occisus est; quod cruentus aliquandiu Aufidus amnis; quod pons Hannibalis jussu ex cadaveribus factus est; quod modii duo annulorum Carthaginem missi sunt; quod 80. Senatores, Consulares atque Prætorii, aut Ædilitii triginta ibi fuerunt trucidati. Qua de re vide amplius Polybium, et Livium, lib. XXII.

[p] *Paullum Consulem occidit, et aliquot præterea Consulares*] Vide annotationem superiorem. Paullus secundum consulatum agebat, quo tempore mori

his[17] Cn. Servilium Geminum,[18] qui anno superiore[19] fuerat Consul.

5. Hac pugna pugnata, Romam profectus,[1] q nullo resistente, in propinquis urbis[2] montibus moratus est.[r] Cum aliquot ibi dies castra habuisset, et reverteretur Capuam; Q.[3] Fabius Maximus[s] dictator[t] Rom. in agro Falerno[u] se ei[4] objecit. Hic[5] clausus locorum angustiis,[v] noctu sine ullo detrimento exercitus se expedivit. Fabio, callidissimo

et al.—17 *In iis* Ms. Voss. 1. *in is* Ms. Leid. 2.—18 Ita etiam Ms. Mendos. [Ed. Bos. et seqq.] Sed *P. Servilium Geminium* Ms. Leid. 2. Voss. 2. 3. Ax. Ed. Jens. Med. (in quo vitiose est *Germinium*,) Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Etiam in Gebh. est *Geminium*.—19 *Superiore anno* Ms. Ax. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2.

1 *Profectus est* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Heus. Patav. [Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Ith. Brem. in quibus igitur edd. interpungitur: *profectus est, nullo resistente. In prop. &c.*] —2 *Urbis* abest ab Ed. Keuch. [sed additum est in ed. Keuchen. Hafniensi. *urbi* malit Kapp. sed *urbis* haud improbant Stav. ad ed. 3. et Heusing.]—3 *Quintus* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Long. *Quint.* Ed. Arg. Dein *in agro Salerno* Ed. Par.—4 *Ei se* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag.—5 *Hinc* Ed. Lamb.

NOTÆ

tuus est. Vide Livium lib. XXII.

q *Romam profectus*] Immo relicta Roma Campaniam Tarentumque peragrare maluit. Vide Liv. ibidem; et iterum lib. XXIII. XXVI. XXX. et Florum lib. II.

r *In propinquis urbis montibus moratus est*] Scilicet, ad flumen Anienum, sed longe post Cannensem pugnam, ac dum se Capuam frumentum et subsidium intromittere, obsidionemque solvere posse desperavit: nam ut Florus ibidem ait, ejus amissio tantum Pœno duci dolorem dedit, ut inde totis viribus Romam converteretur; sed moventi castra a tertio lapide Hannibali tanta vis imbrium effusa, tanta ventorum violentia coorta est, ut divinitus summoveri ab Urbis mœnibus et Capitolio videretur.

s *Q. Fabius Maximus*] Qui novam de Hannibale victoriam commentus est, non pugnare. Hinc cognomen illi novum et reip. salutare, Cunctator. Hinc imperii scutum dictus est; isque primus fuit qui ex ea familia Maximus est appellatus.

t *Dictator*] Jus Dictatoris supremum fuit, creabaturque Dictator in summo Reip. periculo; summus erat Magistratus, sine provocatione, et tantum semestris. Porro Fabius Maximus factus fuerat Dictator statim a pugna ad Thrasimenum. Vide Polyb. lib. III.

u *In agro Falerno*] Campaniæ pars est, ubi vites generosissimæ, unde vinum Falernum. Consentit autem Auctor de Viris illustribus in vita Fabii cum Nepote, his verbis: 'Hannibalem in agro Falerno inclusit.' Et Florus lib. II. 'Itaque per Samnium totum, per Falernos, Gauranosque saltus sic maceravit Hannibalem, ut qui frangi virtute non poterat, mora comminueretur.'

v *Hic clausus locorum angustiis*] Vide ea de re Appianum in Hannibale.

imperatori,[w] verba dedit.[6] Namque, obducta nocte,[7] sarmenta in cornibus[x] juvencorum deligata incendit, ejusque generis multitudinem magnam dispalatam immisit.[8] Quo repentino objectu viso, tantum terrorem[9] injecit exercitui Romanorum, ut egredi extra vallum nemo sit ausus. Hanc post rem gestam non ita multis diebus, M. Minucium[10] Rufum magistrum equitum, pari ac dictatorem imperio,[y] dolo productum[11] in prælium, fugavit. Ti.[12] Sempronium Gracchum, iterum Consulem,[z] in Lucanis absens in insidias inductum sustulit.[c] [13] [a] M. Claudium Marcellum, quinquies[14]

[c] *Insidiis circumventum interemit.*

Keuch. Patav. et *clausis* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Stav. 1. 2. [Harl.]—6 *Dedit verba* Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—7 Sic Ms. Ax. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. Ed. Mag. Lamb. Sav. [Bos. Stav. Heus. et seqq.] Sed *adducta nocte* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Ultraj. Mox *juvencorum* etiam Ms. Ax. Voss. 1. 3. Sed *jumentorum* Ms. Leid. 2. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. Statim *diligata* Ed. Med. Arg. Long.—8 [*Emisit* pro *immisit* conjecit Heusing. Sed haud necessarium est, atque contra codd.]—9 *Terorem* Ed. Jens. Med.—10 *Inimicum* Ms. Voss. 1. *Numitium*, omisso prænomine, Ms. Ax. *Minutium* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav. Statim *Ruffum* Ed. Med. Arg. Long.—11 Sic Ms. Mendos. Ax. Boecl. Voss. 2. [Ed. Bos. 2. Stav. (qui de potestate τοῦ *producere* et confusione τῶν *per* et *pro* in codd. multus est,) et seqq.] Sed *perductum* Ms. Voss. 1. 3. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. *pductum* Ed. Arg. Par. Ald.—12 *F. Sempr.* Ms. Leid. 2. *Sempr.* Ms. Voss. 3. *T. Sempr.* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav. Statim *Grachum* Ed. Arg. *Græcum* Ed. Par. Ald.—13 *Substulit* Ed. Med.—14 Sic etiam Ms. Leid. 2.

NOTÆ

[w] *Fabio, callidissimo imperatori*] Id ex ejus præclaris facinoribus et bellicis artibus facile cognoscitur, atque ex præclaris titulis et nominibus, quibus in suis triumphis donatus est.

[x] *Sarmenta in cornibus*] Vide Frontinum in Strategem. Appianum ibidem, et alios.

[y] *Pari ac dictatorem imperio*] Quod nunquam fuerat ante pugnam cum Hannibale; idque prima vice accidit, cum, suffragante Metello, M. Minucius, consilio Varronis, a Senatu obtinuit, ut jus Dictatoris et Magistri equitum æquaretur. Polybius et Appianus ibidem.

[z] *Ti. Sempronium Gracchum, iterum Consulem*] Hunc bis Consulem fuisse testatur Plutarchus in Gracchorum vita, habuitque collegam in secundo Consulatu M. Juventium Helvam, anno Urbis Conditæ 591.

[a] *In Lucanis absens in insidias inductum sustulit*] Quidam in agro Beneventano interemtum volunt ab hostibus inter salicta latentibus. Sed Florus lib. II. 6. cum Nepote consentit, ut patet ex his verbis: 'Annus et

Consulem,[b] apud Venusiam pari modo interfecit.[c] Longum est enumerare prælia. Quare hoc unum satis erit dictum, ex quo intelligi possit,[15] quantus ille fuerit. Quamdiu in Italia fuit,[d] nemo ei in acie restitit, nemo adversus eum post Cannensem pugnam in campo castra[16] posuit.

6. Hic invictus patriam defensum revocatus,[e] bellum gessit adversus P. Scipionem, filium[f] ejus,[1] quem ipse primum apud Rhodanum, iterum apud Padum, tertio apud Trebiam fugaverat.[2] Cum hoc, exhaustis jam patriæ facultatibus, cupivit in præsentiarum[3] bellum componere, quo

Voss. 1. 2. 3.—15 *Posset* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Long. Deinde *Cancsem* Ed. Jens. *Canensem* Ed. Med. Arg.—16 *Castro* Ms. Voss. 3.

1 *P. Scipionem* Ms. Voss. 3. Mendos. Ax. Boecl. Ed. Med. Par. [*P. Scipionem filium* Ed. Long. Mag. *P. Scipionis filium* Ed. Lamb. Bos. Stav. Wetz. Stav. tamen ad ed. 3. legendum esse putat, *P. Scipionem, P. Scipionis filium*, et Heusingeri lectionem, quam nos quoque adoptavimus, rejicit: at frustra. Nam] *P. Scipionem filium ejus* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Heus. [Harl. Ith. Brem. Schmied. Heinr. Paufl. in textu: Paufler. tamen in notis opinatur, a Nepote tantum scriptum fuisse, *bellum gessit adversus Publium Scipionem. Cum hoc, &c.* reliqua autem a quodam inserta sive interprete sive alio, hinc enatam esse insignem illam lectionis varietatem.]—2 *Quem ipse apud primo Trebiam fugaverat* Ms. Boecl. A Ms. Voss. 2. aberant verba, *quem ipse primum*. Pro *fugaverat* erat in Ms. Voss. 1. 3. *fugavit*: in Voss. 2. *fugat*. Ms. Ax. *quem ipse primo apud Trebiam fugarat*.—3 Sic etiam Ms. Ax. Sed *in præsensiarum* Ms. Voss. 2. *i præsentiarum* Ed. Jens. Med. *impræsent.* Ed. Arg. Par. Ald. V.

NOTÆ

Sempronio Graccho Duce per Lucaniam sequi, et premere terga cedentis.' Sic etiam Liv. Decad. v. 3. Lucani autem populi sunt Italiæ a Samnitibus oriundi, secundum mare extensi, a Picentinis fluvio Silaro, a Brutiis Lacu sejuncti. Plin. lib. III. 5.

[b] *M. Claudium Marcellum quinquies Consulem*] Alii legunt, *Quintum Consulem*. Consul autem tunc fuit cum T. Quintio Crispino, ut ex fastis constat.

[c] *Apud Venusiam pari modo interfecit*] Venusia colonia Romana inter Apuliam et Lucaniam: quantum vero ad modum quo interfectus est, vide Liv. Annal. lib. XXVII. et Appianum in Hannibal.

[d] *Quamdiu in Italia fuit*] Sexdecim annos, Livius Annal. lib. XXX. et Just. lib. ultimo, et alii.

[e] *Hic invictus patriam defensum revocatus*] Quanam ratione invictus dicatur, vix intelligi potest, qui a Fabio Maximo fractus, a Valerio Flacco repulsus, a Graccho et Marcello fugatus, mox in Africam revocatus, et a Scipione superatus. Auctor de Viris illustribus in Hannibale.

[f] *Adversus P. Scipionem, filium*] Qui patrem in pugna, quæ ad Padum commissa est, objectu corporis, morti subduxerat, aut vinculis; cuique, ut inquit Florus, tam grande de Africa nomen fata decreverant; nam ille victo Hannibale subactaque Africa

valentior postea[4] congrederetur. In colloquium convenit; conditiones[5] non convenerunt. Post[6] id factum paucis diebus apud Zamam[g] cum eodem conflixit: pulsus, (incredibile[7] dictu,) biduo et duabus noctibus Hadrumetum[8] pervenit,[h] quod abest a Zama[9] circiter millia passuum trecenta. In hac fuga Numidæ, qui simul cum eo ex acie[10] excesserant, insidiati sunt ei: quos non solum effugit, sed etiam ipsos oppressit. Hadrumeti reliquos ex fuga[11] collegit: novis delectibus[12] paucis diebus multos contraxit.

7. Cum in apparando acerrime esset occupatus, Carthaginienses bellum cum Romanis composuerunt.[1] Ille nihilo secius exercitui postea præfuit, resque in Africa gessit,[1] itemque Mago frater ejus, usque ad P. Sulpicium[2] [j] et

---

Grævius ad auct. ad Heren. II. 11. p. 75. [et Cellar. ac Stav. in ed. 3. ad nostr. loc. *in præsentia* [*rerum*] Ed. Wetz. Kapp. explicat *in præsentia tum* pro *nunc quidem*: sed adjectum *tum* languere judicat Tzschuck. atque voc. contractum coaluisse putat ex *præsentia rerum*; et jam Vossius voc. id esse contractum et corruptum suspicabatur ex *in*, *præsentia*, *rerum*.]—4 *Postea* aberat a Ms. Voss. 3.—5 *Condictiones* Ms. Voss. 2.—6 *Quod id factum* Ms. Voss. 3.—7 Absunt unci ab Ed. Jens. Med. Arg. [Tzschuck. Harl. Brem. parum refert.] In Med. est *ductu*. Statim *bibuo* Ed. Jens.—8 *Hasdrūmtum* Ms. Boecl. *Hasdrumentum* Ms. Ax. *Adrumentum* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. ubique. *Hadrumentum* Ms. Voss. 1. 3. *Hasdrumentum* Ms. Voss. 2. *Hadrumetum* Ed. Heus. ubique. [Harl. Tzschuck. 1. 2. Brem. quam scripturam equidem prætuli. V. Harl. ad Cellar. orthogr. Lat. p. 108. et 161. *Adrumetum* Ed. Lamb. Bos. et al.]—9 *Qui* pro *quod* Ed. Med. Arg. Par. tum *ab Zama* Ms. Voss. 2. et *millia passus* Ed. Mag.—10 Sic Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Sed *acie*, omissa præpositione, Ed. Long. Steph. Gebh. Keuch. —11 *E fuga* Ms. Voss. 2. Ax. *fuga* Ms. Leid. 2.—12 Sic Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. [ipse Lamb. in textu, et omnes mei editi: conf. Cellarii Orthogr. Lat. ed. Harl. p. 219. sq.]

1 Absunt unci ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Bos. 1. Patav. [Tzschuck. 2. Brem. Wetz. (qui contra Bos. pluribus docent, illa verba non esse ejicienda, nec in Nepote, alium secuto auctorem, omnia debere curiosius exigi, et vero ex cap. 8. et 9. intelligi, Nepotem in hac narrationis parte sibi constare,) et Schmied. Quare uncos, quibus Bos. in Ed. 2. Stav. Heus. Harl. (ubi v. not.) aliique verba illa incluserunt, ego removi. Paufler. vero illa, *itemque...ejus*, e contextu exulare jussit.]—2 *Usque P. Sulpic.* Ms. Voss. 3. Statim *Caium Aurelium*, omissa

NOTÆ

Africanus dictus est: quamvis nomen illud commune fuerit duobus Scipionibus.

g *Apud Zamam*] Urbem Africæ, apud quam Hannibal a Scipione victus fuit; de qua Silius Italicus, l. III.

'Et Zama, et uberior Rutulorum sanguine Tapsus.'

h *Hadrumetum pervenit*] Civitatem Libyæ maritimam, non procul a Carthagine.

i *Bellum cum Romanis composuerunt*]

C. Aurelium Consules. His enim magistratibus legati Carthaginienses Romam venerunt, qui[3] senatui populoque Romano gratias agerent, quod cum his[4] pacem fecissent, ob eamque rem corona aurea eos donarent, simulque peterent, ut obsides eorum Fregellis[5] essent,[k] captivique redderentur. His ex Senatus consulto responsum[6] est: munus eorum gratum acceptumque esse: obsides, quo loco rogarent, futuros: captivos non remissuros, quod Hannibalem, cujus opera susceptum bellum foret, inimicissimum nomini Romano, et[7] nunc cum imperio apud exercitum haberent,[8] itemque fratrem ejus Magonem. Hoc responso Carthaginienses cognito, Hannibalem domum Magonemque[9] revo-

copula *et*, Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Par. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Bos. 1. Sed *et C. Aurel.* etiam Ms. Ax.—3 *Qui* aberat a Ms. Voss. 2.—4 *Cum iis* Ms. Voss. 1. 2. 3. [*cum his*, scil. *Carthaginiensibus*. Monente autem Heinrichio, tum rectius præposuisset Nepos: *legati Carthaginiensium*.]—5 *Flagellis* Ms. Voss. 1.—6 *Rursum* Ed. Ald.—7 *Etiam nunc* Ms. Leid. 2. Ed. Heus. [Ith. Schmied. Heinr. idque melius esse putem.]—8 *Hærent* Ed. Jens. ubique.—9 *Et Magonem* Ms. Boecl. Ax. [Uncis incluserunt *Magonemque* Bos. Ed. 2. Stav. Heus. Harl. Tzschuck. contra Paufler illa vocc. plane delevit.] Sed unci absunt ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Ith. Wetz. Heinr. Schmied. Atque ego removi uncos. Secundum enim Livium xxx. 18. eadem æstate, qua hæc (vid. c. 17.) decreta Romæ, et in Africa gesta sunt, P. Quintil. Varus prætor et M. Cornelius proconsul in agro Insubrium Gallorum cum Magone Pœno, signis collatis, pugnarunt. Mago femine transfixo cadit et ex prælio prope exsanguis aufertur, inferior discedit, et pervenit ad mare in Ligures Ingaunos. Ibi legati ab Carthagine eum adeunt, et primo quoque tempore in Africam trajicere jubent: obsequitur, sed vixdum superata Sardinia, ex vulnere moritur: (cap. 19.) Ad Hannibalem, in acie Crotoniensi pugnantem, legati quoque ab Carthagine, vocantes in Africam, iis forte diebus, quibus ad Magonem, venerunt. Romam per eosdem dies, et Magonem et Hannibalem profectos, allatum est: (cap. 21.) Cornelius vero omnia nimis breviter enarrat, Magonis fata silentio prætermittit, et pergit de Hannibale domum

NOTÆ

Vide quibus conditionibus apud Eutropium, lib. III. Præter quas, plures alias addit Livius, lib. XXX.]

j *Usque ad Publium Sulpicium*] Id est, ad annum Urbis Conditæ 540. ut scribit Livius Annal. XXXI. ut patet ex his verbis: 'Anno quingentesimo quadragesimo ab Urbe Condita, P. Sulpicio Galba, C. Aurelio Cotta Coss. bellum cum Rege Philippo initum est, paucis mensibus post pacem Carthaginiensibus datam.'

k *Ut obsides eorum Fregellis essent*] Fregellæ, civitas clarissima inter Sinuessam et Formias sita, non procul a Liri amne; nunc vulgo *Ponte Corvo*, de qua Silius, lib. VIII. 'Obsessæ campo squallente Fregellæ.'

carunt.[10] Hic, ut[11] rediit, prætor factus est,[l] postquam rex[12] fuerat,[m] anno secundo et vicesimo. Ut enim Romæ Consules, sic Carthagine quotannis annui bini reges creabantur. In eo magistratu pari diligentia se Hannibal præbuit, ac fuerat in bello. Namque effecit, ex novis vectigalibus non solum ut esset pecunia, quæ Romanis ex fœdere penderetur,[13] sed etiam superesset, quæ in ærario reponeretur.[14] Deinde, anno post præturam, Marco Claudio, Lucio Furio Coss.[15][n] Romani legati Carthaginem venerunt. Hos Hannibal sui exposcendi gratia missos ratus,[16] priusquam his senatus daretur,[d] navem conscendit clam, atque[17] in Syriam ad Antiochum profugit. Hac re palam facta, Pœni naves duas, quæ eum comprehenderent, si possent consequi, miserunt: bona ejus publicarunt: domum a fundamentis[18] disjecerunt: ipsum exulem judicarunt.[19]

8. At Hannibal anno tertio, postquam[1] domo profugerat, L. Cornelio, Quinto Minucio[2] Coss. cum quinque navibus

[d] *Antequam in senatum admitterentur.*

revocato et prætore, h. e. Suffete, facto tantum verba facere.]—10 *Et revocarunt* Ms. Voss. 2.—11 *Hic cum rediit* Ms. Boecl. Voss. 2. *huc ut rediit* Ms. Leid. 1. 2. Voss. 1. 3. Ax. Ed. Keuch. [Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Brem.]—12 *Factus* loco τοῦ *rex* Ms. Voss. 3. statim *fuerit* Ed. Med.—13 *Ponderetur* Ed. Med. [Inter pacis conditiones (apud Liv. XXX. 37.) hoc erat constitutum, ut Carthaginienses 'decem millia talentum argenti, descripta pensionibus æquis in annos 50. solverent.']—14 Sic Ms. Leid. 1. Ax. Voss. 2. 3. Ed. Heus. [Ith. Brem. Heinr. atque ego rescripsi pro vulgato *poneretur.*]—15 *Consulibus* Ed. Jens. Med. Par. ubique. Statim *Roma* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Patav. *Romanis* Ms. Voss. 2. Sed *Romani* etiam Ms. Ax.—16 *Ratus sui expos. gr. missos* Ms. Ax. Mox *ascendit* Ms. Leid. 1. 2. Voss. 1. 2. 3. Ax.—17 *Clamatque* Ed. Jens. Med.—18 *Fundatis* Ed. Ald.—19 *Dicarunt* Ms. Mendos. Voss. 1. Ax. Leid. 2. Ed. Ultraj. *ditarunt* Ms. Voss. 3.

1 *Posteaquam* Ms. Voss. 3. Statim *domum* Ed. Lamb. [Sed vir doctus ad oram exempli mei Lambin. recte scripsit, *imo, domo.*]—2 *Quod inimico* Ms. Voss. 3. In Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Patav. scribitur

NOTÆ

[l] *Prætor factus est*] Justin. l. XXXI. scribit eum factum esse Consulem, quod idem est apud Carthaginienses.

[m] *Postquam rex fuerat*] Improprie rex dicitur, quemadmodum et reges apud Lacedæmonios improprie reges erant, ut dictum est in Agesilao.

[n] *Marco Claudio, Lucio Furio Coss.*] Id est, anno Urbis Conditæ 558.

Africam accessit, in finibus Cyrenæorum,[3] [o] si forte Carthaginienses ad bellum, Antiochi spe fiduciaque, inducere posset :[4] cui jam persuaserat, ut cum exercitibus in Italiam proficisceretur.[5] Huc Magonem fratrem excivit.[p] Id ubi Pœni resciverunt, Magonem eadem, qua fratrem, absentem[6] pœna affecerunt. Illi, desperatis[7] rebus, cum solvissent naves, ac vela ventis dedissent, Hannibal ad Antiochum pervenit. De Magonis interitu duplex memoria prodita[8] est. Namque alii naufragio, alii a servis[9] ipsius interfectum eum, scriptum reliquerunt. Antiochus autem, si tam in agendo bello parere voluisset consiliis ejus, quam in suscipiendo instituerat, propius Tiberi, quam Thermopylis,[10] de summa imperii dimicasset. Quem etsi multa stulte[11] conari[q] videbat, tamen nulla deseruit in re. Præfuit paucis

---

Minutio.—3 *Cyreneorum* Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag.—4 *Inducere posset* aberant a Ms. Ax. Voss. 2. et *possent* loco τοῦ *posset* Ed. Arg. Long.—5 *Proficiscerentur* Ms. Boecl. Voss. 2. Ed. Arg. Long.—6 *Fratrem absentem* Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ed. Arg. Long. Boecl. Heus. [Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Ith. Heinr. atque ego *absentem*, (quod voc. in reliquis libris editis omissum est,) revocavi.]—7 *Illis desperatis* Ed. Jens. Med. Mox *solvisset* Ms. Voss. 3.—8 *Prodita* aberat a Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. [quoniam fortasse rarior ea forma visa fuerit librariis. Sed *memoria prodita* bene dici, interpretes ad Cæs. B. G. I. 13. fin. et Cortius ad Cic. lib. VIII. epistolar. ad diversos, epist. 3. 7. docuerunt.]—9 *Servolis*, sine præpositione, Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. [*a servulis*, quod frequens est, probat Heusinger. Tum *naufragio interfectum* insolens quidem est locutio; sed per zeugma unum verbum cum duobus, diversis etiam substantivis, de quorum altero proprie, de altero vero improprie intelligendum est, et aliud proprium, h. l. *periisse*, quasi supplendum, ab auctoribus utriusque linguæ sæpius jungi solet. V. supra VIII. 4.]—10 Lambinus et alii edidere *Tiberim* et *Thermopylas:* sed invitis, opinor, libris. Atque *propius* cum dativo rarius strui solet. In Ms. Leid. 2. et Voss. 3. erat *Tiberis*. In Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. est *Tyberi*.—11 *Stulta* Ms. Leid. 2. Voss. 3. Ed. Jens. Med. Par.—12 *Isque* Ms. Boecl. Ax.

NOTÆ

o *In finibus Cyrenæorum*] Vel Cyrenensium, ut scribit Sallustius in bello Jugurthino. Cyrena autem Africæ civitas est intra magnam Syrtem et Hammonis templum ; de qua Lucanus lib. IX. 'Proximus in muros, et mœnia Cyrenarum,' &c. Ab ea tota regio Cyrenæa dicta est.

p *Huc Magonem fratrem excivit*] Vel duos fratres hujus nominis habuisse Hannibalem necesse est, vel certe hoc verum minime est, quia Mago Hannibalis frater occisus fuerat in prælio adversus P. Quintilium Varum Prætorem et M. Cornelium Proconsulem in Insubribus. Livius XXX. et alii.

q *Multa stulte conari*] Id intelligitur ex his Gellii verbis, Noct. Attic. lib. V. 5. 'Hicne, inquit, [scilicet An-

navibus, quas ex Syria jussus erat in Asiam ducere, hisque[12] adversus Rhodiorum classem in Pamphylio[13] mari[r] conflixit. Quo cum[14] multitudine adversariorum sui superarentur; ipse, quo cornu rem[15] gessit, fuit superior.

9. Antiocho fugato,[s] verens, ne dederetur, quod sine dubio accidisset, si sui fecisset potestatem, Cretam ad Gortynios[1] venit,[t] ut ibi,[2] quo se conferret, consideraret. Vidit autem vir omnium callidissimus,[3] magno se fore periculo,[4] nisi quid providisset,[5] propter avaritiam Cretensium. Magnam enim secum pecuniam portabat, de qua sciebat exisse famam.[e] Itaque capit tale consilium. Amphoras complures[6] complet plumbo; summas operit auro et argento.[f] Has, præsentibus principibus,[6] deponit in templo Dianæ;[8] simulans, se suas fortunas illorum fidei

[e] *De qua rumorem sparsum fuisse noverat.*
[f] *In summitate aurum et argentum apponit.*

—13 *Pamphilio* Ed. Jens. Med. Arg. Gebh.—14 *Quo cornu* Ms. Mendos. *in quo cum* Ed. Lamb.—15 *Qua rem* pro *quo cornu rem* Ed. Lamb. *quo rem* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long.

1 *Corthinios* Ms. Leid. 2. *Cortymos* Ms. Voss. 1. 2. 3. *Corthynios* Ed. Jens. Med. Arg. Par. *Cortynios* Ed. Long. Mag. *Cortinios pervenit* Ms. Ax. [Gortyna urbs fuit Cretæ.]—2 *Ut n. ibi* Ms. Boecl. *ut enim ibi* Ms. Voss. 2. *ut ubi* Ed. Jens. Med.—3 Sic Ms. Sav. Put. Gif. Sed *clarissimus* Ed. Par. Ald.—4 *In periculo* Ed. Lamb.—5 *Nisi id pravid.* Ms. Ax. *nisi id provid.* Ms. Boecl. Etiam in Voss. 1. 3. et Leid. 2. erat *pravidisset.* Sed *prævidisset* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav. —6 *Quam plures* Ms. Voss. 3. Statim *implet* Ms. Ax.—7 Sic Ms. Leid. Ax. Voss. 3. [Ed. Bos. 2. Stav. Heus. et seqq.] Sed *his præs. princ.* Ms. Boecl. *has præs.* Ms. Leid. 2. Voss. 1. *Corthyniis præsentibus* Ed. Jens. Med. Par. *Corthiniis præsentibus* Ed. Arg. *Gortyniis pntibus* Ed. Ald. *has Gortyniis præsentibus* Ed. Long. Mag. (nisi ut in his editum sit *Cortyniis,*) Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—8 *Dyanæ* Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag.—

NOTÆ

tiochus]' exercitus Romanis sufficiet? Sufficiet, respondit Pœnus, vel maxime avaris.' Nam exercitum conscripserat Antiochus armis inauratis, quem ostendit Hannibali.

[r] *In Pamphylio mari*] Quod et Phaselicum mare dicitur, in confinio Lyciæ et Pamphyliæ. Vide Livium XXXVII.

[s] *Antiocho fugato*] Vide Just. XXXI.

[t] *Cretam ad Gortynios venit.*] Creta insula est maris Mediterranei celeberrima. De qua Virgil. Æneid. III. 'Creta Jovis magni medio jacet insula ponto.' Gortynii vero sunt dicti a Gortyna ejus insulæ civitate, in parte meridionali sita. Plin. lib. IV. 12.

biam[6 b] adversus eum venit. Cum his manum conseruit utrosque[7] profligavit.[c] Inde per Ligures[d] Appeninum[e] transiit, petens Etruriam.[8 f] Hoc itinere adeo gravi morbo afficitur oculorum,[g] ut postea nunquam dextero[9] æque bene usus[*] sit.[h] Qua valetudine[10] cum etiam nunc[11] premeretur, lecticaque ferretur; C. Flaminium Cos.[12] apud Trasimenum[13 i] cum exercitu insidiis circumventum occidit.[j] Neque

[*] *Ut deinceps dextrum debiliorem semper senserit.*

—6 Sic etiam Ms. Boecl. Leid. 2. Sav. Gif. Put. Ax. Voss. 1. 2. 3. Edd. nostri veteres. Sed *ad Trebiam* Ed. Lamb. Steph. Boecl. [Atque Arntzen. ad S. Aur. Victor. de vir. ill. cap. 62. nr. 2. præferre videtur *ad Trebiam*, et ejusmodi locutionis quam plurima congessit exempla: vid. Stav. ad ed. 2. qui tamen codd. et Bos. secutus, h. l. nil mutat.]—7 *Utrumque* Ed. Lamb. Sed *utrosque* etiam Ms. Leid. 1. 2. Voss. 1. 2. 3. Mox *inde Ligures* Ed. Par. Ald. et *Apeninum* Ed. Jens. Med. Arg. Par. [*Apaninum* Ed. Long.] Statim *transiit* etiam Ed. Jens. Med. Arg. Long. Steph. Gebh. Keuch. [Bos. Ith. Wetz. Schmied.] Sed *transit* al. [Lamb. Heus. Stav. Harl. Tzschuck. 1. 2. Brem.] —8 *Hetruriam* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. —9 *Dextero* aberat a Ms. Leid. 2. Sed *dextro* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Lamb. Patav. [Tzschuck. Wetz. Brem.]—10 *Valitud.* Ed. Jens. Med. Par. Ald. ubique.—11 Sic quoque Ms. Ax. [Ed. Bos. Stav. Tzschuck. Harl. Wetz. Heinr. *cum etiamnunc*, conjunctim, h. e. etiamnum, adhuc, Brem. contra Tzschuck. *nunc* interpretatur, eo tempore, quo sequentia contigerunt, et Wetz. explicat, hoc ipso tempore.] Sed *tum etiam nunc* Ms. Boecl. *cum etiam tum* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. Boecl. Heus. [Ith.] *quam etiam tunc* Ms. Voss. 3. (in quo fere semper vel *quam* vel *quem* pro *cum* scribi solet:) *cum etiam*, omisso τῷ *nunc*, Ed. Par. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—12 *Consulem* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald.—13 *Transimenum* Ms. Leid. 2. Ax. Voss. 2. 3. *Thrasimenum* Ed. Ald. *Thrasymenum*

NOTÆ

[b] *Apud Trebiam*] Fluvius est prope Placentiam in Gallia Cisalpina.

[c] *Utrosque profligavit*] Utrumque Consulem in hoc prælio affuisse testatur Appianus: quidam negant: Livius tamen Sempronium affuisse testari videtur, eumque priore prælio superatum, Romam venisse, deinde in castra rediisse, et ad Placentiam cum Hannibale conflixisse.

[d] *Inde per Ligures*] Hæc duo prælia antequam in Liguriam Hannibal perveniret commissa sunt, ut testatur Livius. Porro Ligures inter Varum et Macram amnes in imis Alpium jugis adhærent. Florus.

[e] *Appeninum*] Montem altissimum; Italiam mediam secundum longitudinem intersecat; in cujus transitu multum quoque laboravit. Vide Livium locis jam citatis.

[f] *Petens Etruriam*] Italiæ regionem ad primam usque Tiberis ripam protensam, et a Liguribus Macra amne discretam; cujus hodie Metropolis Florentia.

[g] *Gravi morbo afficitur oculorum*] Sic etiam Livius lib. XXII.

[h] *Ut postea nunquam dextero æque bene usus sit*] Factus est enim luscus, unde Poëta Satyricus X. 'O qualis facies, et quali digna tabella, Cum Getula ducem portaret bellua luscum!'

[i] *C. Flaminium Cos. apud Trasime-*

multo post C. Centenium[k] proprætorem,[14] cum delecta manu[l] saltus occupantem.[m] Hinc in Apuliam pervenit.[n] Ibi obviam ei venerant duo Consules, C. Terentius[15] et L. Paullus Æmilius. Utriusque exercitus uno prælio fugavit:[o] Paullum[16] Consulem occidit, et aliquot præterea Consulares:[p] in



Ed. Mag. Steph. [Conf. Liv. xxii. 7.]—14 Sic Ms. Ernst. [Ed. Bos. Wetz.] Sed *prætorem* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Edd. nostri omnes.—15 Ita etiam Ms. Leid. 2. Voss. 3. Sed *Terentius Varro* Ed. Lamb. Keuch. Mox *Paullus* aberat a Ms. Leid. 2. Voss. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Statim *Æmylius* Ed. Ald. Long. Mag.—16 Sic quoque Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Sed *L. Paullum* Ed. Lamb. Patav. *Paulum* Ed. Long.

NOTÆ

num] Qualis fuerit Consul Flaminius videre est ex his Livii verbis: 'Consul ferox ab consulatu priore, et non modo legum, aut Patrum majestatis, sed ne Deorum quidem satis metuens erat.' Thrasimenus vero lacus est in agro Perusino, nunc vulgo, *Lago di Pergia:* de quo Ovid. lib. vi. Fastorum: 'Sint tibi Flaminius Thrasymenaque littora testes.'

j *Cum exercitu insidiis circumventum occidit*] Flaminium cum Romanis circumclusit lacu et montibus Hannibal, hostemque sic circumclusum militi suo ad satietatem præbuit cædendum. Quanta autem fuerit Romanorum clades, disce ex Polybio et Livio. At Polybii verba non testantur Flaminium ab Hannibale, sed a Gallis in eadem pugna interemtum, cui quidem prodigiosa signa imminentem illi cladem prædixerant.

k *C. Centenium*] Alii *Centronium;* quem a Senatu contra Hannibalem missum scribit Livius. Polybius vero hunc a Cn. Servilio altero Consule, audito Hannibalis in Etruriam transitu, præmissum refert.

l *Cum delecta manu*] Nimirum cum sex vel octo equitum millibus, si Appiano credimus in Hannibal. Quatuor vero, si Polybio, et Livio.

m *Saltus occupantem*] Hoc est, juga montium prærupta, et viarum anfractus sylvis obductos, qua transeundum erat Hannibali, ubi a fronte et a tergo circumventus periit.

n *Hinc in Apuliam pervenit*] Apulia, Italiæ regio, mari Adriatico contermina, quæ et Iapygia dicta est; in qua Cannæ ignobilis vicus, juxta Aufidum amnem, ingenti Romanorum internecione ab Hannibale nobilitatus.

o *Utriusque exercitus uno prælio fugavit*] Quanta fuerit Rom. clades ad Cannas, ex hoc intelligi potest; quod, ut Florus refert, duo illi exercitus cæsi sunt, donec Hannibal diceret militi suo, 'Parce ferro;' quod, altero Consule fugiente, alter occisus est; quod cruentus aliquandiu Aufidus amnis; quod pons Hannibalis jussu ex cadaveribus factus est; quod modii duo annulorum Carthaginem missi sunt; quod 80. Senatores, Consulares atque Prætorii, aut Ædilitii triginta ibi fuerunt trucidati. Qua de re vide amplius Polybium, et Livium, lib. xxii.

p *Paullum Consulem occidit, et aliquot præterea Consulares*] Vide annotationem superiorem. Paullus secundum consulatum agebat, quo tempore mori

his[17] Cn. Servilium Geminum,[18] qui anno superiore[19] fuerat Consul.

5. Hac pugna pugnata, Romam profectus,[1] [q] nullo resistente, in propinquis urbis[2] montibus moratus est.[r] Cum aliquot ibi dies castra habuisset, et reverteretur Capuam; Q.[3] Fabius Maximus[s] dictator[t] Rom. in agro Falerno[u] se ei[4] objecit. Hic[5] clausus locorum angustiis,[v] noctu sine ullo detrimento exercitus se expedivit. Fabio, callidissimo

et al.—17 *In iis* Ms. Voss. 1. *in is* Ms. Leid. 2.—18 Ita etiam Ms. Mendos. [Ed. Bos. et seqq.] Sed *P. Servilium Geminium* Ms. Leid. 2. Voss. 2. 3. Ax. Ed. Jens. Med. (in quo vitiose est *Germinium*,) Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Etiam in Gebh. est *Geminium*.—19 *Superiore anno* Ms. Ax. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2.

1 *Profectus est* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Heus. Patav. [Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Ith. Brem. in quibus igitur edd. interpungitur: *profectus est, nullo resistente. In prop. &c.*] —2 *Urbis* abest ab Ed. Keuch. [sed additum est in ed. Keuchen. Hafniensi. *urbi* malit Kapp. sed *urbis* haud improbant Stav. ad ed. 3. et Heusing.]—3 *Quintus* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Long. *Quint.* Ed. Arg. Dein *in agro Salerno* Ed. Par.—4 *Ei se* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Mag.—5 *Hinc* Ed. Lamb.

NOTÆ

tuus est. Vide Livium lib. XXII.

[q] *Romam profectus*] Immo relicta Roma Campaniam Tarentumque peragrare maluit. Vide Liv. ibidem; et iterum lib. XXIII. XXVI. XXX. et Florum lib. II.

[r] *In propinquis urbis montibus moratus est*] Scilicet, ad flumen Anienum, sed longe post Cannensem pugnam, ac dum se Capuam frumentum et subsidium intromittere, obsidionemque solvere posse desperavit: nam ut Florus ibidem ait, ejus amissio tantum Pœno duci dolorem dedit, ut inde totis viribus Romam converteretur; sed moventi castra a tertio lapide Hannibali tanta vis imbrium effusa, tanta ventorum violentia coorta est, ut divinitus summoveri ab Urbis mœnibus et Capitolio videretur.

[s] *Q. Fabius Maximus*] Qui novam de Hannibale victoriam commentus est, non pugnare. Hinc cognomen illi novum et reip. salutare, Cunctator. Hinc imperii scutum dictus est; isque primus fuit qui ex ea familia Maximus est appellatus.

[t] *Dictator*] Jus Dictatoris supremum fuit, creabaturque Dictator in summo Reip. periculo; summus erat Magistratus, sine provocatione, et tantum semestris. Porro Fabius Maximus factus fuerat Dictator statim a pugna ad Thrasimenum. Vide Polyb. lib. III.

[u] *In agro Falerno*] Campaniæ pars est, ubi vites generosissimæ, unde vinum Falernum. Consentit autem Auctor de Viris illustribus in vita Fabii cum Nepote, his verbis: 'Hannibalem in agro Falerno inclusit.' Et Florus lib. II. 'Itaque per Samnium totum, per Falernos, Gauranosque saltus sic maceravit Hannibalem, ut qui frangi virtute non poterat, mora comminueretur.'

[v] *Hic clausus locorum angustiis*] Vide ea de re Appianum in Hannibale.

imperatori,[w] verba dedit.[6] Namque, obducta nocte,[7] sarmenta in cornibus[x] juvencorum deligata incendit, ejusque generis multitudinem magnam dispalatam immisit.[8] Quo repentino objectu viso, tantum terrorem[9] injecit exercitui Romanorum, ut egredi extra vallum nemo sit ausus. Hanc post rem gestam non ita multis diebus, M. Minucium[10] Rufum magistrum equitum, pari ac dictatorem imperio,[y] dolo productum[11] in prælium, fugavit. Ti.[12] Sempronium Gracchum, iterum Consulem,[z] in Lucanis absens in insidias inductum sustulit.[c 13 a] M. Claudium Marcellum, quinquies[14]

[c] *Insidiis circumventum interemit.*

Keuch. Patav. et *clausis* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Stav. 1. 2. [Harl.]—6 *Dedit verba* Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—7 Sic Ms. Ax. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. Ed. Mag. Lamb. Sav. [Bos. Stav. Heus. et seqq.] Sed *adducta nocte* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Ultraj. Mox *juvencorum* etiam Ms. Ax. Voss. 1. 3. Sed *jumentorum* Ms. Leid. 2. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. Statim *diligata* Ed. Med. Arg. Long.—8 [*Emisit* pro *immisit* conjecit Heusing. Sed haud necessarium est, atque contra codd.]—9 *Terorem* Ed. Jens. Med.—10 *Inimicum* Ms. Voss. 1. *Numitium*, omisso prænomine, Ms. Ax. *Minutium* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav. Statim *Ruffum* Ed. Med. Arg. Long.—11 Sic Ms. Mendos. Ax. Boecl. Voss. 2. [Ed. Bos. 2. Stav. (qui de potestate τοῦ *producere* et confusione τῶν *per* et *pro* in codd. multus est,) et seqq.] Sed *perductum* Ms. Voss. 1. 3. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. *pductum* Ed. Arg. Par. Ald.—12 *F. Sempr.* Ms. Leid. 2. *Sempr.* Ms. Voss. 3. *T. Sempr.* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav. Statim *Grachum* Ed. Arg. *Græcum* Ed. Par. Ald.—13 *Subetulit* Ed. Med.—14 Sic etiam Ms. Leid. 2.

NOTÆ

[w] *Fabio, callidissimo imperatori*] Id ex ejus præclaris facinoribus et bellicis artibus facile cognoscitur, atque ex præclaris titulis et nominibus, quibus in suis triumphis donatus est.

[x] *Sarmenta in cornibus*] Vide Frontinum in Strategem. Appianum ibidem, et alios.

[y] *Pari ac dictatorem imperio*] Quod nunquam fuerat ante pugnam cum Hannibale; idque prima vice accidit, cum, suffragante Metello, M. Minucius, consilio Varronis, a Senatu obtinuit, ut jus Dictatoris et Magistri equitum æquaretur. Polybius et Appianus ibidem.

[z] *Ti. Sempronium Gracchum, iterum Consulem*] Hunc bis Consulem fuisse testatur Plutarchus in Gracchorum vita, habuitque collegam in secundo Consulatu M. Juventium Helvam, anno Urbis Conditæ 591.

[a] *In Lucanis absens in insidias inductum sustulit*] Quidam in agro Beneventano interemtum volunt ab hostibus inter salicta latentibus. Sed Florus lib. II. 6. cum Nepote consentit, ut patet ex his verbis: 'Anno et

Consulem,[b] apud Venusiam pari modo interfecit.[c] Longum est enumerare prælia. Quare hoc unum satis erit dictum, ex quo intelligi possit,[15] quantus ille fuerit. Quamdiu in Italia fuit,[d] nemo ei in acie restitit, nemo adversus eum post Cannensem pugnam in campo castra[16] posuit.

6. Hic invictus patriam defensum revocatus,[e] bellum gessit adversus P. Scipionem, filium[f] ejus,[1] quem ipse primum apud Rhodanum, iterum apud Padum, tertio apud Trebiam fugaverat.[2] Cum hoc, exhaustis jam patriæ facultatibus, cupivit in præsentiarum[3] bellum componere, quo

Voss. 1. 2. 3.—15 *Posset* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Long. Deinde *Cancsem* Ed. Jens. *Canensem* Ed. Med. Arg.—16 *Castro* Ms. Voss. 3.

1 *P. Scipionem* Ms. Voss. 3. Mendos. Ax. Boecl. Ed. Med. Par. [*P. Scipionem filium* Ed. Long. Mag. *P. Scipionis filium* Ed. Lamb. Bos. Stav. Wetz. Stav. tamen ad ed. 3. legendum esse putat, *P. Scipionem, P. Scipionis filium*, et Heusingeri lectionem, quam nos quoque adoptavimus, rejicit: at frustra. Nam] *P. Scipionem filium ejus* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Heus. [Harl. Ith. Brem. Schmied. Heinr. Paufl. in textu: Paufler. tamen in notis opinatur, a Nepote tantum scriptum fuisse, *bellum gessit adversus Publium Scipionem. Cum hoc, &c.* reliqua autem a quodam inserta sive interprete sive alio, hinc enatam esse insignem illam lectionis varietatem.]—2 *Quem ipse apud primo Trebiam fugaverat* Ms. Boecl. A Ms. Voss. 2. aberant verba, *quem ipse primum*. Pro *fugaverat* erat in Ms. Voss. 1. 3. *fugavit:* in Voss. 2. *fugat*. Ms. Ax. *quem ipse primo apud Trebiam fugarat*.—3 Sic etiam Ms. Ax. Sed *in præsensiarum* Ms. Voss. 2. *i præsentiarum* Ed. Jens. Med. *impræsent*. Ed. Arg. Par. Ald. V.

NOTÆ

Sempronio Graccho Duce per Lucaniam sequi, et premere terga cedentis.' Sic etiam Liv. Decad. v. 3. Lucani autem populi sunt Italiæ a Samnitibus oriundi, secundum mare extensi, a Picentinis fluvio Silaro, a Brutiis Lacu sejuncti. Plin. lib. III. 5.

[b] *M. Claudium Marcellum quinquies Consulem*] Alii legunt, *Quintum Consulem*. Consul autem tunc fuit cum T. Quintio Crispino, ut ex fastis constat.

[c] *Apud Venusiam pari modo interfecit*] Venusia colonia Romana inter Apuliam et Lucaniam: quantum vero ad modum quo interfectus est, vide Liv. Annal. lib. XXVII. et Appianum in Hannibal.

[d] *Quamdiu in Italia fuit*] Sexdecim annos, Livius Annal. lib. XXX. et Just. lib. ultimo, et alii.

[e] *Hic invictus patriam defensum revocatus*] Quanam ratione invictus dicatur, vix intelligi potest, qui a Fabio Maximo fractus, a Valerio Flacco repulsus, a Graccho et Marcello fugatus, mox in Africam revocatus, et a Scipione superatus. Auctor de Viris illustribus in Hannibale.

[f] *Adversus P. Scipionem, filium*] Qui patrem in pugna, quæ ad Padum commissa est, objectu corporis, morti subduxerat, aut vinculis; cuique, ut inquit Florus, tam grande de Africa nomen fata decreverant; nam ille victo Hannibale subactaque Africa

valentior postea[4] congrederetur. In colloquium convenit; conditiones[5] non convenerunt. Post[6] id factum paucis diebus apud Zamam[g] cum eodem conflixit: pulsus, (incredibile[7] dictu,) biduo et duabus noctibus Hadrumetum[8] pervenit,[h] quod abest a Zama[9] circiter millia passuum trecenta. In hac fuga Numidæ, qui simul cum eo ex acie[10] excesserant, insidiati sunt ei: quos non solum effugit, sed etiam ipsos oppressit. Hadrumeti reliquos ex fuga[11] collegit: novis delectibus[12] paucis diebus multos contraxit.

7. Cum in apparando acerrime esset occupatus, Carthaginienses bellum cum Romanis composuerunt.[i] Ille nihilo secius exercitui postea præfuit, resque in Africa gessit,[1] itemque Mago frater ejus, usque ad P. Sulpicium[2] [j] et

---

Grævius ad auct. ad Heren. II. 11. p. 75. [et Cellar. ac Stav. in ed. 3. ad nostr. loc. *in præsentia* [*rerum*] Ed. Wetz. Kapp. explicat *in præsentia tum* pro *nunc quidem*: sed adjectum *tum* languere judicat Tzschuck. atque voc. contractum coaluisse putat ex *præsentia rerum*; et jam Vossius voc. id esse contractum et corruptum suspicabatur ex *in, præsentia, rerum*.]—4 *Postea* aberat a Ms. Voss. 3.—5 *Condictiones* Ms. Voss. 2.—6 *Quod id factum* Ms. Voss. 3.—7 Absunt unci ab Ed. Jens. Med. Arg. [Tzschuck. Harl. Brem. parum refert.] In Med. est *ductu*. Statim *bibuo* Ed. Jens.—8 *Hasdrümtum* Ms. Boecl. *Hasdrumentum* Ms. Ax. *Adrumentum* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. ubique. *Hadrumentum* Ms. Voss. 1. 3. *Hasdrumentum* Ms. Voss. 2. *Hadrumetum* Ed. Heus. ubique. [Harl. Tzschuck. 1. 2. Brem. quam scripturam equidem prætuli. V. Harl. ad Cellar. orthogr. Lat. p. 108. et 161. *Adrumetum* Ed. Lamb. Bos. et al.]—9 *Qui* pro *quod* Ed. Med. Arg. Par. tum *ab Zama* Ms. Voss. 2. et *millia passus* Ed. Mag.—10 Sic Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Sed *acie*, omissa præpositione, Ed. Long. Steph. Gebh. Keuch. —11 *E fuga* Ms. Voss. 2. Ax. *fuga* Ms. Leid. 2.—12 Sic Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. [ipse Lamb. in textu, et omnes mei editi: conf. Cellarii Orthogr. Lat. ed. Harl. p. 219. sq.]

1 Absunt unci ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Bos. 1. Patav. [Tzschuck. 2. Brem. Wetz. (qui contra Bos. pluribus docent, illa verba non esse ejicienda, nec in Nepote, alium secuto auctorem, omnia debere curiosius exigi, et vero ex cap. 8. et 9. intelligi, Nepotem in hac narrationis parte sibi constare,) et Schmied. Quare uncos, quibus Bos. in Ed. 2. Stav. Heus. Harl. (ubi v. not.) aliique verba illa incluserunt, ego removi. Paufler. vero illa, *itemque...ejus*, e contextu exulare jussit.]—2 *Usque P. Sulpic.* Ms. Voss. 3. Statim *Caium Aurelium*, omissa

NOTÆ

Africanus dictus est: quamvis nomen illud commune fuerit duobus Scipionibus.

[g] *Apud Zamam*] Urbem Africæ, apud quam Hannibal a Scipione victus fuit; de qua Silius Italicus, l. III. 'Et Zama, et uberior Rutulorum sanguine Tapsus.'

[h] *Hadrumetum pervenit*] Civitatem Libyæ maritimam, non procul a Carthagine.

[i] *Bellum cum Romanis composuerunt*]

C. Aurelium Consules. His enim magistratibus legati Carthaginienses Romam venerunt, qui[3] senatui populoque Romano gratias agerent, quod cum his[4] pacem fecissent, ob eamque rem corona aurea eos donarent, simulque peterent, ut obsides eorum Fregellis[5] essent,[k] captivique redderentur. His ex Senatus consulto responsum[6] est: munus eorum gratum acceptumque esse: obsides, quo loco rogarent, futuros: captivos non remissuros, quod Hannibalem, cujus opera susceptum bellum foret, inimicissimum nomini Romano, et[7] nunc cum imperio apud exercitum haberent,[8] itemque fratrem ejus Magonem. Hoc responso Carthaginienses cognito, Hannibalem domum Magonemque[9] revo-

copula *et*, Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Par. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Bos. 1. Sed *et C. Aurel.* etiam Ms. Ax.—3 *Qui* aberat a Ms. Voss. 2.—4 *Cum iis* Ms. Voss. 1. 2. 3. [*cum his*, scil. *Carthaginiensibus*. Monente autem Heinrichio, tum rectius præposuisset Nepos: *legati Carthaginiensium*.]—5 *Flagellis* Ms. Voss. 1.—6 *Rursum* Ed. Ald.—7 *Etiam nunc* Ms. Leid. 2. Ed. Heus. [Ith. Schmied. Heinr. idque melius esse putem.]—8 *Hérent* Ed. Jens. ubique.—9 *Et Magonem* Ms. Boecl. Ax. [Uncis incluserunt *Magonemque* Bos. Ed. 2. Stav. Heus. Harl. Tzschuck. contra Paufler illa vocc. plane delevit.] Sed unci absunt ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Ith. Wetz. Heinr. Schmied. Atque ego removi uncos. Secundum enim Livium xxx. 18. eadem æstate, qua hæc (vid. c. 17.) decreta Romæ, et in Africa gesta sunt, P. Quintil. Varus prætor et M. Cornelius proconsul in agro Insubrium Gallorum cum Magone Pœno, signis collatis, pugnarunt. Mago femine transfixo cadit et ex prælio prope exsanguis aufertur, inferior discedit, et pervenit ad mare in Ligures Ingaunos. Ibi legati ab Carthagine eum adeunt, et primo quoque tempore in Africam trajicere jubent: obsequitur, sed vixdum superata Sardinia, ex vulnere moritur: (cap. 19.) Ad Hannibalem, in acie Crotoniensi pugnantem, legati quoque ab Carthagine, vocantes in Africam, iis forte diebus, quibus ad Magonem, venerunt. Romam per eosdem dies, et Magonem et Hannibalem profectos, allatum est: (cap. 21.) Cornelius vero omnia nimis breviter enarrat, Magonis fata silentio prætermittit, et pergit de Hannibale domum

NOTÆ

Vide quibus conditionibus apud Eutropium, lib. III. Præter quas, plures alias addit Livius, lib. XXX.]

[j] *Usque ad Publium Sulpicium*] Id est, ad annum Urbis Conditæ 540. ut scribit Livius Annal. XXXI. ut patet ex his verbis: 'Anno quingentesimo quadragesimo ab Urbe Condita, P. Sulpicio Galba, C. Aurelio Cotta Coss. bellum cum Rege Philippo initum est, paucis mensibus post pacem Carthaginiensibus datam.'

[k] *Ut obsides eorum Fregellis essent*] Fregellæ, civitas clarissima inter Sinuessam et Formias sita, non procul a Liri amne; nunc vulgo *Ponte Corvo*, de qua Silius, lib. VIII. 'Obsessæ campo squallente Fregellæ.'

carunt.[10] Hic, ut[11] rediit, prætor factus est,[l] postquam rex[12] fuerat,[m] anno secundo et vicesimo. Ut enim Romæ Consules, sic Carthagine quotannis annui bini reges creabantur. In eo magistratu pari diligentia se Hannibal præbuit, ac fuerat in bello. Namque effecit, ex novis vectigalibus non solum ut esset pecunia, quæ Romanis ex fœdere penderetur,[13] sed etiam superesset, quæ in ærario reponeretur.[14] Deinde, anno post præturam, Marco Claudio, Lucio Furio Coss.[15][n] Romani legati Carthaginem venerunt. Hos Hannibal sui exposcendi gratia missos ratus,[16] priusquam his senatus daretur,[d] navem conscendit clam, atque[17] in Syriam ad Antiochum profugit. Hac re palam facta, Pœni naves duas, quæ eum comprehenderent, si possent consequi, miserunt: bona ejus publicarunt: domum a fundamentis[18] disjecerunt: ipsum exulem judicarunt.[19]

8. At Hannibal anno tertio, postquam[1] domo profugerat, L. Cornelio, Quinto Minucio[2] Coss. cum quinque navibus

[d] *Antequam in senatum admitterentur.*

revocato et prætore, h. e. Suffete, facto tantum verba facere.]—10 *Et revocarunt* Ms. Voss. 2.—11 *Hic cum rediit* Ms. Boecl. Voss. 2. *huc ut rediit* Ms. Leid. 1. 2. Voss. 1. 3. Ax. Ed. Keuch. [Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Brem.]—12 *Factus* loco τοῦ *rex* Ms. Voss. 3. statim *fuerit* Ed. Med.—13 *Ponderetur* Ed. Med. [Inter pacis conditiones (apud Liv. xxx. 37.) hoc erat constitutum, ut Carthaginienses 'decem millia talentum argenti, descripta pensionibus æquis in annos 50. solverent.']—14 Sic Ms. Leid. 1. Ax. Voss. 2. 3. Ed. Heus. [Ith. Brem. Heinr. atque ego rescripsi pro vulgato *poneretur.*]—15 *Consulibus* Ed. Jens. Med. Par. ubique. Statim *Romæ* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Patav. *Romanis* Ms. Voss. 2. Sed *Romani* etiam Ms. Ax.—16 *Ratus sui exposc. gr. missos* Ms. Ax. Mox *ascendit* Ms. Leid. 1. 2. Voss. 1. 2. 3. Ax.—17 *Clamatque* Ed. Jens. Med.—18 *Fundatis* Ed. Ald.—19 *Dicarunt* Ms. Mendos. Voss. 1. Ax. Leid. 2. Ed. Ultraj. *ditarunt* Ms. Voss. 3.

1 *Posteaquam* Ms. Voss. 3. Statim *domum* Ed. Lamb. [Sed vir doctus ad oram exempli mei Lambin. recte scripsit, *imo, domo.*]—2 *Quod inimico* Ms. Voss. 3. In Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Patav. scribitur

NOTÆ

[l] *Prætor factus est*] Justin. l. xxxi. scribit eum factum esse Consulem, quod idem est apud Carthaginienses.

[m] *Postquam rex fuerat*] Improprie rex dicitur, quemadmodum et reges apud Lacedæmonios improprie reges erant, ut dictum est in Agesilao.

[n] *Marco Claudio, Lucio Furio Coss.*] Id est, anno Urbis Conditæ 558.

Africam accessit, in finibus Cyrenæorum,[3][o] si forte Carthaginienses ad bellum, Antiochi spe fiduciaque, inducere posset:[4] cui jam persuaserat, ut cum exercitibus in Italiam proficisceretur.[5] Huc Magonem fratrem excivit.[p] Id ubi Pœni resciverunt, Magonem eadem, qua fratrem, absentem[6] pœna affecerunt. Illi, desperatis[7] rebus, cum solvissent naves, ac vela ventis dedissent, Hannibal ad Antiochum pervenit. De Magonis interitu duplex memoria prodita[8] est. Namque alii naufragio, alii a servis[9] ipsius interfectum eum, scriptum reliquerunt. Antiochus autem, si tam in agendo bello parere voluisset consiliis ejus, quam in suscipiendo instituerat, propius Tiberi, quam Thermopylis,[10] de summa imperii dimicasset. Quem etsi multa stulte[11] conari[q] videbat, tamen nulla deseruit in re. Præfuit paucis

---

Minutio.—3 *Cyreneorum* Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag.—4 *Inducere posset* aberant a Ms. Ax. Voss. 2. et *possent* loco τοῦ *posset* Ed. Arg. Long.—5 *Proficiscerentur* Ms. Boecl. Voss. 2. Ed. Arg. Long.—6 *Fratrem absentem* Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ed. Arg. Long. Boecl. Heus. [Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Ith. Heinr. atque ego *absentem*, (quod voc. in reliquis libris editis omissum est,) revocavi.]—7 *Illis desperatis* Ed. Jens. Med. Mox *solvisset* Ms. Voss. 3.—8 *Prodita* aberat a Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. [quoniam fortasse rarior ea forma visa fuerit librariis. Sed *memoria prodita* bene dici, interpretes ad Cæs. B. G. I. 13. fin. et Cortius ad Cic. lib. VIII. epistolar. ad diversos, epist. 3. 7. docuerunt.]—9 *Servolis*, sine præpositione, Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. [*a servulis*, quod frequens est, probat Heusinger. Tum *naufragio interfectum* insolens quidem est locutio; sed per zeugma unum verbum cum duobus, diversis etiam substantivis, de quorum altero proprie, de altero vero improprie intelligendum est, et aliud proprium, h. l. *periisse*, quasi supplendum, ab auctoribus utriusque linguæ sæpius jungi solet. V. supra VIII. 4.]—10 Lambinus et alii edidere *Tiberim* et *Thermopylas:* sed invitis, opinor, libris. Atque *propius* cum dativo rarius strui solet. In Ms. Leid. 2. et Voss. 3. erat *Tiberis*. In Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. est *Tyberi*.—11 *Stulta* Ms. Leid. 2. Voss. 3. Ed. Jens. Med. Par.—12 *Isque* Ms. Boecl. Ax.

NOTÆ

[o] *In finibus Cyrenæorum*] Vel Cyrenensium, ut scribit Sallustius in bello Jugurthino. Cyrena autem Africæ civitas est intra magnam Syrtem et Hammonis templum; de qua Lucanus lib. IX. 'Proximus in muros, et mœnia Cyrenarum,' &c. Ab ea tota regio Cyrenæa dicta est.

[p] *Huc Magonem fratrem excivit*] Vel duos fratres hujus nominis habuisse Hannibalem necesse est, vel certe hoc verum minime est, quia Mago Hannibalis frater occisus fuerat in prælio adversus P. Quintilium Varum Prætorem et M. Cornelium Proconsulem in Insubribus. Livius XXX. et alii.

[q] *Multa stulte conari*] Id intelligitur ex his Gellii verbis, Noct. Attic. lib. V. 5. 'Hicne, inquit, [scilicet An-

navibus, quas ex Syria jussus erat in Asiam ducere, hisque[12] adversus Rhodiorum classem in Pamphylio[13] mari[r] conflixit. Quo cum[14] multitudine adversariorum sui superarentur; ipse, quo cornu rem[15] gessit, fuit superior.

9. Antiocho fugato,[s] verens, ne dederetur, quod sine dubio accidisset, si sui fecisset potestatem, Cretam ad Gortynios[t] venit,[1] ut ibi,[2] quo se conferret, consideraret. Vidit autem vir omnium callidissimus,[3] magno se fore periculo,[4] nisi quid providisset,[5] propter avaritiam Cretensium. Magnam enim secum pecuniam portabat, de qua sciebat exisse famam.[e] Itaque capit tale consilium. Amphoras complures[6] complet plumbo; summas operit auro et argento.[f] Has, præsentibus principibus,[6] deponit in templo Dianæ;[8] simulans, se suas fortunas illorum fidei

[e] *De qua rumorem sparsum fuisse noverat.*
[f] *In summitate aurum et argentum apponit.*

—13 *Pamphilio* Ed. Jens. Med. Arg. Gebh.—14 *Quo cornu* Ms. Mendos. *in quo cum* Ed. Lamb.—15 *Qua rem* pro *quo cornu rem* Ed. Lamb. *quo rem* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long.

1 *Corthinios* Ms. Leid. 2. *Cortynos* Ms. Voss. 1. 2. 3. *Corthynios* Ed. Jens. Med. Arg. Par. *Cortynios* Ed. Long. Mag. *Cortinios pervenit* Ms. Ax. [Gortyna urbs fuit Cretæ.]—2 *Ut n. ibi* Ms. Boecl. *ut enim ibi* Ms. Voss. 2. *ut ubi* Ed. Jens. Med.—3 Sic Ms. Sav. Put. Gif. Sed *clarissimus* Ed. Par. Ald.—4 *In periculo* Ed. Lamb.—5 *Nisi id pravid.* Ms. Ax. *nisi id provid.* Ms. Boecl. Etiam in Voss. 1. 3. et Leid. 2. erat *providisset.* Sed *prævidisset* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav. —6 *Quam plures* Ms. Voss. 3. Statim *implet* Ms. Ax.—7 Sic Ms. Leid. Ax. Voss. 3. [Ed. Bos. 2. Stav. Heus. et seqq.] Sed *his præs. princ.* Ms. Boecl. *has præs.* Ms. Leid. 2. Voss. 1. *Corthyniis præsentibus* Ed. Jens. Med. Par. *Corthiniis præsentibus* Ed. Arg. *Gortyniis pntibus* Ed. Ald. *has Gortyniis præsentibus* Ed. Long. Mag. (nisi ut in his editum sit *Cortyniis,*) Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—8 *Dyanæ* Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag.—

NOTÆ

tiochus] 'exercitus Romanis sufficiet? Sufficiet, respondit Pœnus, vel maxime avaris.' Nam exercitum conscripserat Antiochus armis inauratis, quem ostendit Hannibali.

[r] *In Pamphylio mari*] Quod et Phaselicum mare dicitur, in confinio Lyciæ et Pamphyliæ. Vide Livium XXXVII.

[s] *Antiocho fugato*] Vide Just. XXXI.

[t] *Cretam ad Gortynios venit*] Creta insula est maris Mediterranei celeberrima. De qua Virgil. Æneid. III. 'Creta Jovis magni medio jacet insula ponto.' Gortynii vero sunt dicti a Gortyna ejus insulæ civitate, in parte meridionali sita. Plin. lib. IV. 12.

credere. His in errorem inductis,[9] statuas æneas, quas secum portabat, omnes sua pecunia complet, easque in propatulo domi abjicit.[10] Gortynii[11] templum magna cura custodiunt, non tam a ceteris, quam ab Hannibale, ne quid ille,[12] inscientibus his,[13] tolleret, secumque duceret.[14]

10. Sic, conservatis suis rebus, Pœnus, illusis Cretensibus omnibus, ad Prusiam in Pontum pervenit:[u] apud quem eodem animo[1] fuit erga Italiam, neque aliud quicquam egit,[2] quam regem armavit[3] et exercuit adversus Romanos. Quem cum videret domesticis rebus[3] * minus esse robustum, conciliabat[4] ceteros reges, adjungebatque bellicosas nationes. Dissidebat ab eo Pergamenus[5] rex Eumenes,[v]

9 Sic Ms. Boecl. Ax. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. [Ed. Bos. 2. Stav. Heus. et seqq.] Sed *ductis* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—10 *Abicit* Ms. Voss. 3.—11 *Corinthii* Ms. Voss. 2. *Corthynii* Ed. Jens. Med. Arg. Par. *Cortynii* Ed. Long. Mag.—12 *Ne ille* Ms. Mendos. Boecl. Ax. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. [Stav. 3.] *quid* uncis inclus. Heus. [Harl.]—13 *Illis* Ed. Jens. Med. Par. Ald. Lamb.—14 Sic Ms. Boecl. Ax. Voss. 2. Ed. Ultraj. [Bos. 2. Stav. Heus. et seqq.] Sed *secumque portaret* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Bos. 1. Patav. *secumque asportaret* Ms. Mendos. Ed. Gebh. Keuch.

1 *Anno* Ed. Jens. Med.—2 *Egit*. Heusing. uncis inclusit, ut suspectum: [et in longa doctaque nota suam sententiam explicare atque corroborare studuit.] Recte, opinor; ut XVII. 2. 'nihil aliud, quam bellum comparavit.' [Assentitur Schmieder; atque Stav. ad ed. 3. probabilem esse fatetur hanc conjecturam. Neque tamen contra codd. fidem id verbum exterminare audet; nec Tzschucke vulgatam formam, quippe quæ etiam exemplis sustineatur, simpliciter rejiciendam esse censet.]—3 Ita Ms. Leid. 1. Ax. Voss. 2. Ed. Ultraject. [Bos. Stav. Heus. Harl. Tzschuck. 2. et seqq.] Sed *arm. et exercitu* Ms. Boecl. *armarit et excitarit* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. [Tum majore jure vindicari, et post τὸ *quam* suppleri poterit *ut*;] *arm. et exercitavit* Ed. Lamb. *armavit et excitavit* Ed. Gebh. Boecl. Keuch. [Tzschuck. 1. sed invito ipso, ut in not. ad ed. 2. fatetur. Haud inepta est Heinrichii conjectura, *exacuit*; isque laudat Nepot. XIX. 4. 'cum plurimi ira exacuerentur,' ac Brouckhus. ad Tibull. II. 6. 19.]—3 Sic etiam Ms. Ax. Sed *dom. opibus* Ms. Boecl. Voss. 2. Ed. Ultraject. e glossemate. Statim *minus* aberat a Ms. Voss. 2. Ax.—4 *Concil.* aberat a Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. Mox *adjungebat* sine *que* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. et *nuctiones* Ms. Voss. 2.—5 *Pergamets* Ms. Leid. 2.—6 *Mari terra* Ed. Jens.

NOTÆ

u *Ad Prusiam in Pontum pervenit*] Is Prusias Rex Bithyniæ fuit, qui Hannibalem hospitio excepit, postquam ab Antiocho, facta cum Romanis pace, discessit. De quo vide Valer. Max. III. 7. Just. XXXII. Cicer. de Divinatione, II.

v *Pergamenus rex Eumenes*] Pergamum, sive Pergamus, urbs insignis Asiæ, non procul a Caico amne; ex

Romanis amicissimus,[v] bellumque inter eos gerebatur et mari et terra:[6] quo magis cupiebat eum Hannibal opprimi; sed utrobique Eumenes plus valebat propter Romanorum societatem: quem si removisset, faciliora sibi cetera fore arbitrabatur. Ad hunc interficiendum talem iniit rationem. Classe paucis diebus erant decreturi.[7] Superabatur navium multitudine: dolo erat pugnandum, cum par non esset armis. Imperavit quam plurimas venenatas serpentes[x] vivas colligi, easque in vasa fictilia conjici. Harum cum[8] confecisset magnam multitudinem, die ipso, quo facturus erat navale prælium, classiarios convocat, hisque[9] præcipit,[10] omnes ut in unam Eumenis regis concurrant navem, a ceteris tantum satis habeant[11] se defendere; id facile illos[12] serpentium multitudine consecuturos. Rex autem in qua[13] nave veheretur, ut scirent, se facturum; quem si aut cepissent, aut interfecissent, magno his pollicetur præmio[14] fore.

11. Tali[1] cohortatione militum facta, classis ab utrisque in prælium deducitur. Quarum[2] acie constituta, priusquam

Med.—7 Sic Ms. Mendos. Voss. 1. 3. Gif. Leid. 2. Sav. Ed. Ultraj. [Bos. 2. Stav. Heus. et seqq. recte: nam *decernere*, scil. *acie*, est cernere, experiri, cui fortuna adjudicet plenam victoriam: v. Stav. ad ed. 3. et Harles.] Sed *decertaturi* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Boecl. Bos. 1.—8 *Quomodo* Ms. Voss. 1. *que* Ms. Voss. 3. Statim *fecisset* Ms. Boecl. Voss. 2. 3. Ax. *effecisset* Ms. Voss. 1.—9 *In hisque* Ms. Ax.—10 *Præcepit* Ms. Voss. 1. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. [Sed præsens tempus antecedens *convocat*, et sequens *concurrant*, h. l. requirunt.]—11 *Habebant* Ms. Voss. 1, 3.—12 *Illos facile* Ms. Ax. rotundius. Statim *serpentum* Ms. Ax. Ed. Jens. Med. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav. Brem.]—13 Sic Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. [Ed. Bos. 2. Stav. Heus. et plur. recentt.] Sed *qua nave* Ms. Voss. 1. 3. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Wetz. *in qua navi* Ed. Brem.]—14 *Id præmio* Ed. Lamb. *premio* Ed. Jens. Med.

1 *Tale* Ms. Voss. 2.—2 *Quorum* Ms. Leid. 2. Voss. 1.—3 *Loco quo* Ms. Voss.

NOTÆ

qua urbe Galenus medicorum præstantissimus. Porro a Pergameno rege Eumene primum repertas esse membranas Varronis testimonio refert Plinius. Is Eumenes Attalici regis pater fuit. Flor. lib. II. 20.

[v] *Romanis amicissimus*] Hunc socium et commilitonem pop. Rom. vocat Florus ibidem. Et Valer. Max. 'Asiæ Rex Eumenes, amantissimus nostræ urbis.' Ideoque dictus est a Plutarcho in Catone φιλορώμαιον.

[x] *Imperavit quamplurimas venenatas serpentes*] Lege Front. Strateg. lib. IV. 7. Justinum lib. XXXII. Serpentum loco alii alias feras venenatas fuisse

signum pugnæ daretur, Hannibal, ut palam faceret suis, quo loco[3] Eumenes esset, tabellarium in scapha cum caduceo[y] mittit: qui, ubi[4] ad naves adversariorum pervenit, epistolam ostendens,[5] se regem professus est quærere. Statim ad Eumenem deductus est, quod nemo dubitabat aliquid de pace esse[6] scriptum. Tabellarius, ducis nave declarata suis, eodem, unde ierat,[7] se recepit. At Eumenes, soluta epistola, nihil in ea reperit, nisi quod ad irridendum eum[z] pertineret; cujus etsi causam mirabatur, neque reperiebatur,[8] tamen prælium statim committere non[9] dubitavit. Horum in concursu[10] Bithyni,[a] Hannibalis præcepto, universi navem Eumenis adoriuntur: quorum vim cum rex[11] sustinere non posset, fuga salutem petiit;[12] quam consecutus non esset, nisi intra sua præsidia se recepisset, quæ in proximo littore erant collocata. Reliquæ Pergamenæ[13] naves cum adversarios premerent acrius, repente in eas vasa fictilia, de quibus supra mentionem fecimus, conjici cœpta sunt. Quæ[14] jacta initio risum pugnantibus concitarunt, nec,[15] quare id fieret, poterat intelligi. Postquam

3.—4 *Ubi* aberat a Ms. Voss. 3.—5 *Epistolamque ostendens* Ms. Voss. 1. *ep. hostendens* Ms. Voss. 3.—6 *Quin aliquid de pace esset scr.* Ms. Boecl. Ax. *aliquid de pace esset scr.* Ms. Voss. 3.—7 *Unde erat regressus* Ms. Boecl. *unde erat* Ms. Voss. 3. *unde erat egressus* Ms. Ax. Statim *se recipit* Ms. Voss. 1.—8 *Neque reperiebatur* parentheseos signis inclusit Heusing. [item Harl. Heinr. *neque reperiebat* maluit Lambin. et in textum receperunt Wetzel. ac Schmied. at codd. repugnantibus.] Struchtmeier. lib. I. cap. 10. p. 53. sq. conjecit, *neque reperiebat, vi tamen pr.* At sæpe verba duplicis constructionis conjunguntur: tum *vi* alienum est, et *tamen* sic non suum locum habet. Staver. quoque fatetur, Heusingeri explicationem sibi magis arridere, quam Struchtmeieri lectionem.]—9 *Non* omissum est in Ed. Jens. Med.—10 *In cursu* Ms. Voss. 2. Ax. Statim *Bithynii* Ms. Leid. 2. Voss. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—11 *Rex cum* Ms. Ax.—12 *Petit* Ms. Voss. 2. Ax. *quærit* Ms. Ernst.—13 *Pergameæ* Ms. Voss. 3. Leid. 2.—14 *Qua jacta* Ms. Voss. 2.—15 Sic Ms. Ax. [Ed. Bos. 2. Stav. 1. 2. Wetz.] *concitarunt, neque* Ed. Ald.

NOTÆ

ferunt, quales sunt nepæ, scorpiones, et alia id genus.

[y] *Caduceo*] Caduceus, indicium pacis. Unde autem Caducei sit origo, consule Plinium XXIX. 3. Servium ad Æneid. IV. et VIII.

[z] *Ad irridendum eum*] Pro, ad irridendum se. Sic paulo supra: 'Ne quid ille, inscientibus his, tolleret;' pro, inscientibus se.

[a] *Bithyni*] Prusiæ subditi, quia Prusias rex erat Bithyniæ, ut supra dictum est, ad quem Hannibal se receperat.

autem naves completas conspexerunt serpentibus, nova re perterriti, cum, quid potissimum vitarent, non viderent, puppes averterunt, seque ad sua castra nautica retulerunt.[16] Sic Hannibal consilio arma Pergamenorum[17] superavit: neque tum[18] solum, sed sæpe alias pedestribus copiis pari prudentia pepulit adversarios.

12. Quæ dum in Asia geruntur, accidit casu, ut legati Prusiæ Romæ apud L. Quintium[1] Flamininum,[b] consularem,[2] cœnarent, atque, ibi de Hannibale mentione facta, ex his unus diceret, eum in Prusiæ regno esse. Id postero die Flamininus senatui detulit. Patres conscripti, qui Hannibale vivo nunquam se sine insidiis futuros existimabant,[3] legatos in Bithyniam miserunt, in his Flamininum,[4][c] qui a rege peterent, ne inimicissimum suum secum haberet, sibique dederet.[5] His Prusias[6] negare ausus non est: illud recusavit, ne id a se fieri postularent, quod adversus jus hospitii esset: ipsi, si possent, comprehenderent; locum, ubi esset, facile inventuros. Hannibal enim uno loco se tenebat in castello, quod ei[7] ab rege datum erat muneri;

excitarunt, nec Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ed. Bos. 1. Heus. [Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Harl. Brem. Schmied. Heinr.] *excitarunt, neque* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Patav. [Ith.]—16 *Retulerunt* Ed. Jens. Med. Arg.—17 *Pergameorum* Ms. Voss. 3.—18 *Tamen solum* Ms. Voss. 2. [*tunc solum* Ed. Tzsch. 2.]

1 *Quintum* Ed. Jens. Med. Arg. Long. *Quinctium* Ed. Mag. Patav. Statim *Flaminium* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Steph. Boecl. Keuch. ubique. *Flamineum* Ms. Voss. 1. 3. [Conf. Drakenb. ad Liv. XXXIX. 51. 1. p. 412. tom. v. Verheyk et Tzschuck. ad Eutrop. IV. 2. init. et c. 5.]—2 Sic Ms. Boecl. Voss. 3. Ax. Sed *consulem* Ed. Par. Ald. Lamb.—3 *Existimarent* Ms. Voss. 2. Ax. Recte, credo: nam τὸ *qui* reddit causam: [atque sic judicabat Harl.]—4 *In his Flaminius* Ms. Leid. 2. Tum *ab rege* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 2. 3. Ax. Ed. Heusing.—5 Sic Ms. Boecl. Voss. 1. 2. (in quo tamen pro *dederet* erat *deberet*,) 3. Leid. 2. Ed. Long. [Bos. 2. Heus. et plur. seqq. Atque ex antecedenti *ne* repetendum ac subaudiendum est *ut*; copula vero *que* post negativam propositionem habet vim adversativæ *sed*. V. supra XVIII. 6. et XIV. 6. ibique varr. lectt. nr. 16.] Sed *sibique ut dederet* Ed. Lamb. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Schmied.]—6 *Prusia* Ms. Voss. 2. 3. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—7 *Ei* abest ab Ed. Jens. Med.

NOTÆ

[b] *Apud L. Quintium Flamininum*] Vel, ut quibusdam placet, *Flaminium*. Hic C. Flaminii consulis, qui apud Thrasymenum in acie ab Hannibale occisus est, filius fuit.

[c] *In his Flamininum*] Ad Prusiam legatus Quintius Flamininus venit; ut refert Livius Annal. XXXIX.

idque sic ædificarat,[8] ut in[9] omnibus partibus ædificii exitum sibi[10] haberet,[d] semper verens, ne usu eveniret,[11] quod accidit. Huc cum legati Romanorum venissent,[12] ac multitudine[13] domum ejus circumdedissent; puer, ab janua prospiciens, Hannibali dixit, plures præter consuetudinem armatos apparere. Qui imperavit ei, ut omnes fores ædificii circumiret, ac propere sibi renuntiaret,[14] num eodem modo undique obsideretur. Puer cum celeriter, quid[15] esset, renuntiasset, omnesque exitus occupatos ostendisset; sensit, id non fortuito factum, sed se peti, neque sibi diutius vitam esse retinendam. Quam ne alieno arbitrio dimitteret, memor pristinarum virtutum, venenum, quod semper secum habere consueverat,[e] sumsit.[16]

13. Sic vir fortissimus, multis variisque perfunctus laboribus, anno acquievit septuagesimo.[f] Quibus consulibus interierit, non convenit. Nam Atticus,[1][g] Marco Claudio

Arg. Par. Ald. Long. Mag. Uncis incluait Heusing. *quod ei agere datum erat* Ms. Voss. 2.—8 *Ædificaret* Ms. Voss. 3.—9 *In* abest ab Ed. Lamb.—10 Sic Ms. Boecl. Ax. Voss. 2. [Ed. Bos. Stav. et seqq.] Sed *exitus hab.* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—11 Sic Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. [Ed. Long. Lamb. Bos. Heus. in textu, Stav. et seqq.] Sed *usu veniret* Ms. Boecl. Ax. Ed. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Bos. 1. Latine. V. Cic. Tusc. quæst. I. 30. ibique Davis. p. 62. [probatque Heusing. in notis. V. supra, VII. 4. infra XXV. 16.]—12 *Hunc....venisset* Ed. Mag. [*evenissent* Ed. Tzschuck. 2. an operarum peccato?]—13 *Multitudinem* Ms. Voss. 1.—14 *Nuntiaret* Ms. Ax. *renunciaret* Ed. Long. Mag. ubique. —15 *Quod* Ed. Mag.—16 *Sumpsit* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.
1 Sic Ms. Sav. Put. Gif. [Ed. Bos. Stav. Tzschuck. Wetz. Brem.] Sed

NOTÆ

[d] *Ut in omnibus partibus ædificii exitum sibi haberet*] Sic etiam sentit Livius. Et Plutarchus in Hannibale scribit locum, in quo commorabatur Hannibal, Lybissum dictum fuisse.

[e] *Venenum, quod semper secum habere consueverat*] De Hannibalis morte non bene consentiunt. Sunt enim qui lapidibus obrutum fuisse a Carthaginiensibus ob rem male gestam dicant; sunt qui cruci affixum volunt: plerique tamen veneno periisse asserunt, quod sub annuli gemma servabat, licet diverso modo. Alias opiniones refert Plutarchus. Porro Livius hæc suprema fuisse Hannibalis verba refert: 'Solvamus diuturna cura populum Romanum, quando mortem senis expectare longum censet.'

[f] *Anno acquievit septuagesimo*] Q. Fabio Labeone et M. Claudio Marcello Coss. anno Urbis Conditæ 571. ut patet ex Cassiodori Chronicis. Insignis hic annus trium toto orbe maximorum Imperatorum mortibus fuit, scilicet, Hannibalis, Philopœmenis, et Scipionis Africani. Just. lib. XXXII. cap. ultimo.

[g] *Atticus*] Vel *Attius*, ut alii volunt; qui annorum septingentorum

Marcello, Q. Fabio Labeone[2] Coss. mortuum in annali suo scriptum reliquit; at Polybius,[3] L. Æmilio Paullo et Cn. Bæbio Tamphilo;[4] [h] Sulpicius autem,[5] P. Cornelio Cethego, M. Bæbio Tamphilo.[6] [i] Atque hic[7] tantus vir, tantisque bellis districtus, nonnihil temporis[8] tribuit literis. Namque aliquot ejus libri sunt, Græco sermone confecti; in his ad Rhodios De Cn. Manlii Vulsonis[9] [j] in Asia rebus gestis. Hujus bella[10] gesta[k] multi memoriæ prodiderunt; sed ex his duo, qui cum eo in castris fuerunt simulque vixerunt,

namque *Attic.* Ms. Ax. Ed. Arg. Par. Long. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. [Heus. Harl. Ith. Heinr. Schmied.] *nanque Att.* Ed. Jens. Med. Ald. *nam Axicus* Ms. Leid. 2.—2 *Et Q. Fabio Lacone* Ms. Voss. 1. *et Fabio Labeone* Ms. Voss. 3. *et Quinto Fabio Labeone* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Long. Mag. *et Q. Fabio Lab.* Ed. Ald. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Patav. Statim *consulibus* Ed. Jens. Med. Par.—3 *Ac Polybius* Ms. Voss. 1. *at Polybuis* Ed. Jens. Med. —4 Sic Ms. Gif. Voss. 3. *Tamphilo* legebatur etiam in Ms. Mag. Ven. Sed *Æmilio Paullo et C. Bæbio Tamphilo* Ms. Leid. 2. Ed. Jens. Med. *Æm. P. et C. Bæbio Pamph.* Ed. Mag. Steph. *Æmilio Paullo et C. B. T.* Ms. Voss. 1. Ed. Gebh. *Æmilio Paullo et Cn. Bæbio Pamphilo* Ms. Voss. 2. Ed. Par. Ald. *Æm. Paulo, M. Bebio Pamphilo* Ms. Ax. *Æmylio Paulo et Caio Bebio Pamphilo* Mss. ap. Mag. Ed. Ald. *Æmylio Paulo et M. Bebio Pamphilo* Ed. Arg. Long.—5 *Sulpitius autem Blito* Ms. Boecl. Voss. 2. Ax. Ed. Steph.—6 Ita Ms. Boecl. [Ed. Bos. Stav. et plurr. seqq. *P. Corn. Ceth. et M. B. T.* Ed. Brem. Schmied.] Sed *P. Corn. Cethego et M. Bebio Pamphilo* Ed. Arg. Long. Mag. Patav. *P. Corn. Ceth. et Bebio Pamphilo* Ed. Jens. Med. Steph. *P. Corn. Ceth. Bæbio Tamphilo* Ms. Leid. 2. In Ms. Voss. 2. Ax. erat *M. Bebio Pamphilio*, et ab Voss. 3. aberat *τὸ M.* ante *Bæbio*. Ed. Lamb. *P. Corn. Cethego et L. et M. Bæbio Tamphilo*. Ed. Gebh. *P. C. C. et M. Bæb. Tamph.*—7 *Hic* abest ab Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag.—8 *Temporibus* Ms. Voss. 2.—9 *C. Manlii Volonis* Ms. Leid. 2. *Cn. Manilii Vulsonis* Ms. Voss. 1. 3. [Ed. Tzschuck. 2.] *Ennii Manilii Volonis* Ms. Ax. Voss. 2. *C. Manlii Valonis* Ed. Med. Arg. Par. Ald. Long. *C. Manlii Valoïs* Ed. Jens. *Cn. Manlii Volsonis* Ed. Mag. Steph. Gebh.—10 Sic Ms.

NOTÆ

historiam uno libro colligavit, ut refert Cic. de Oratore: et lib. I. de legibus, idem Tullius scribit: 'Nam quid Attium commemorem? cujus loquacitas habet aliquid argutiarum, nec id tamen ex erudita illa Græcorum copia.'

[h] *L. Æmilio Paullo et Cn. Bæbio Tamphilo*] Qui Consules fuerunt anni sequentis, ut ex Cassiodori Chronicis patet.

[i] *Sulpitius autem, P. Cornelio Cethego, M. Bæbio Tamphilo*] Qui immediate superioribus in consulatu successerunt. Ibid.

[j] *De Cn. Manlii Volsonis*] Hic habuit collegam in consulatu M. Fulvium Nobiliorem. De ipso Livius Annal. XXXVIII. Asia autem illi sorte obtigerat, Ætolia vero M. Fulvio Nobiliori. Plura Livius, Plin. Flor. et alii.

[k] *Hujus bella gesta*] Quidam legunt *belli gesta*.

quamdiu fortuna passa est, Silenus,[11] et Sosilus[12] [l] Lacedæmonius. Atque hoc Sosilo Hannibal literarum Græcarum usus est doctore. Sed nos[13] tempus[m] est hujus libri facere finem,[n] et Romanorum explicare imperatores; quo facilius, collatis utrorumque factis, qui viri præferendi sint, possit judicari.

Leid. 2. Voss. 1. 3. Sed *belli* Ms. Voss. 2. Boecl.—11 Ita Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. [Ed. Bos. 2. Stav. et seqq.] Sed *Syllenus* Ms. Voss. 2. Boecl. Ax. *Philænius* Ed. Lamb. Steph. Boecl. Bos. 1. *Philenius* Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. *Philenus* Ed. Gebh. Keuch.—12 *Sosillus* Ms. Voss. 2. Ax. —13 Sic Ms. Boecl. Voss. 1. 2. 3. Ax. Leid. 2. Ed. Jens. Med. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. Steph. Gebh. Keuch. Heus. [Stav. 3. Harl. Bip. Ith. Heinr. Tzsch. Schmied. et ego *nos* pro *nunc* in Ed. Bos. Stav. 1. 2. Brem. (qui τὸ *nos* a librario quodam profectum esse putat,) et al. revocavi. Nam, Stav. ad ed. 3. et Tzschuck. bene animadvertentibus, si *nunc* servatur, præstaret *fieri finem* et *explicari*.] Ceterum extrema hac vita legitur in Ed. Jens. literis majusculis: *Probi Æmilii de virorum excellentium vita per M. Nicolaum Jenson Venetiis opus feliciter impressum est anno a Christi incarnatione MCCCCLXXI. VIII. Idus Martias.* Ed. Ald. *Finis.*

NOTÆ

[l] *Et Sosilus*] Alii putant legendum esse, *Sosibius*; quidam *Sofilus*; sed in Polybio nomen Σώσιλος invenitur, et in Diodoro.

[m] *Sed nos tempus*] Vulgati, *nunc tempus est*.

[n] *Hujus libri facere finem*] Nam hi, de quibus hactenus locutus est, extranei sunt duces; cumque jam sit dicturus de Romanis, finem facit primo libro, qui de externis agit.

XXIV.

M. PORCIUS CATO,

EX LIBRO POSTERIORE CORNELII NEPOTIS.†

ARGUMENTUM.

CAP. 1. Ejus ortus. Adolescentia et officia. 2. Consul Hispaniam citeriorem sortitus est. Censor gravissimus. 3. Ejus elogium, studia, scripta.

CATO[1][a] ortus municipio Tusculo,[b] adolescentulus, priusquam honoribus operam daret,* versatus est in Sabinis,

* *Antequam in dignitatibus versaretur.*

† In Ms. Voss. 1. Vita Catonis sequitur Vitam Attici, et Vitam Miltiadis in Voss. 3. In Voss. 2. videtur a recentiori manu addita. Abest ab Ed. Jens. Par. Ald.—*M. P. C. ex libro post. Corn. Nep.* *Corn. Nep. M. Porc. Cato* Ed. Arg. *Fragmentum quod ex Probi libro posteriore superest.* *M. Portii Catonis vita.* Ed. Mag. *Ex libro secundo Æmilii Probi seu Corn. Nep.* Ed. Lamb. *M. Porcii Catonis vita* Schott. *M. Porcius Cato* [*ex libro poster. Corn. Nep.*] Ed. Heus. [Harl. Tzschuck. Schmied. signa uncorum omittunt Stav. Wetz. Ith. Heinr. Patav. ed. ubi tamen extat *ex libro secundo.* *Cato* Ed. Brem.]

1 *Catho* Ms. Voss. 3.—2 *Perpenna* Ms. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. Ed. Med.

NOTÆ

[a] *Cato*] Cujus prænomen Marcus Porcius. 'Anno postquam primum Consul fuerat Q. Fabius Maximus Verrucosus, qui Tarentum receperat, ego natus sum:' sic eum de seipso loquentem introducit Cicero, in lib. de Senectute.

[b] *Municipio Tusculo*] Hinc Cicero: 'Num, quando vides Tusculanum aliquem, de M. Catone illo in omni virtute principe, num de T. Coruncanio municipe suo, num de tot Fabiis gloriari?' Et Val. Max. lib. III. 4. 'M. Porcius Cato, qui nomen suum Tusculi ignobile, Romæ nobilissimum reddidit.' Porro Tusculus, civitas

quod ibi hæredium a patre relictum[c] habebat. Hortatu L. Valerii Flacci, quem in consulatu censuraque habuit collegam, ut M. Perperna[2] Censorius[3][d] narrare solitus est, Romam demigravit, in foroque[4] esse cœpit.[b] Primum stipendium meruit annorum decem septemque,[e] Q.[5] Fabio Maximo, M. Claudio Marcello[6] Coss. Tribunus militum in Sicilia fuit.[f] Inde ut rediit, castra secutus est C. Claudii[7] Neronis,[g] magnique ejus opera[8] existimata[9] est in prælio apud Senam,[h] quo cecidit[10] Hasdrubal frater Hannibalis.

[b] Rebus *forensibus primum vacavit.*
[c] *Militiam ingressus est septemdecim annos natus.*

Arg. Long. Mag. Boecl. Keuch. Bos. 1.—3 *Consobrinus* Ms. Mendos. Voss. 1. 3. Ed. Gebh. *Censorinus* Ed. Med. Arg. Long. Lamb. Steph. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—4 *In foroque.* Copula *que* erat in Ms. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. Ed. Med. Sed *in foro* Ed. Arg. Long. Mag. Lamb. Schott. Steph. Gebh. Keuch. [Uncis inclusum est *τὸ que* in Ed. Bos. 2. Stav. 1. 2.] Unci absunt ab Ed. Boecl. Bos. 1. Heus. [Harl. Ith. Stav. 3. Tzschuck. Brem. Heinr. Schmied. et ego eos expunxi.]—5 *Q. Qu.* Ed. Med. ubique. Mox *Maximo* aberat a Ms. Leid. 1.—6 *Marcello* aberat a Ms. Leid. 2. Ed. Med. Arg. Schot. Long. Mag. In Voss. 3. erat simpliciter *Claudio*, omisso etiam prænomine *M.* Statim *consulibus* Ed. Med.—7 *C. Cl. P. Claudii* Ms. Boecl. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. Ed. Med. Arg. Schot.—8 *Opera ejus* Ed. Med. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh. Keuch. [Wetz.]—9 Sic Ms. Boecl. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. Ed. Long. Mag. Schot. [Bos. 2. Stav. Heus. et seqq.] Sed *æstimata est* Ed. Lamb. Keuch. Bos. 1. Patav. Recte, opinor: [quam lectionem probat quoque Cortius ad Sallust. B. Cat. c. 2. Atque duo illa verba in codd. sæpe solere inter se commutari, docent Arntzen. ad Aurel. Vict. Cæs. c. 28. 5. p. 391. sq. idemque et Schwarz. ad Plin. Panegyr. c. 38. 4.]—10 *Decidi* Ms. Voss. 3. Statim

NOTÆ

olim Latii celeberrima, quæque municipalis fuit; id est, suo jure et legibus utens, muneribus tamen populi Romani atque honoribus perfungens.

[c] *A patre relictum*] Id est, prædium avitum.

[d] *Ut M. Perperna Censorius*] Quidam legunt *Consobrinus.* Is Græcus et peregrinus fuit; et tamen consul factus est, antequam civitatem esset adeptus, quod legibus erat prohibitum. Val. Max. lib. III. 4.

[e] *Primum stipendium meruit annorum decem septemque*] Ea ætas erat, qua artem militarem juvenes incipiebant profiteri. Lipsius de Militia Rom. Dial. I. 2.

[f] *Tribunus militum in Sicilia fuit*] M. Claudio Marcello, T. Quintio Coss. Tribunus autem militum talis erat tunc, qualis fere hodie apud nos Mareschallus, seu præfectus militum.

[g] *C. Claudii Neronis*] Is magnis cladibus Hannibalis fratrem affecit, cum exercitu recenti cinctus Alpes transgressus esset, eumque tandem cum quinquaginta sex millibus hominum occidit ad Metaurum Umbriæ amnem. Liv. XXVII.

[h] *Apud Senam*] Senogalliam urbem in Umbria, non procul a Metauro amne.

Quæstor[11] obtigit P. Cornelio Scipioni[12] Africano, consuli:[i] cum quo non pro sortis necessitudine[13] vixit.[j] Namque[14] ab eo perpetua[15] dissensit vita.[k] Ædilis plebis[16] factus est[l] cum C. Helvio. Prætor provinciam obtinuit Sardiniam,[m] ex qua quæstor[n] superiore tempore ex Africa[17] decedens, Q. Ennium[18] poëtam deduxerat:[o] quod non minoris existimamus,[19] quam quemlibet amplissimum Sardiniensem triumphum.

Asdrub....Annib. Ed. Schot. ubique, Mag.—11 *Questor* Ed. Med. Arg. In Med. ubique pro *æ* est *e.*—12 *Corn. Scipioni* aberant a Ms. Boecl. Voss. 2. Leid. 2. Ed. Med. Arg. Long. Mag. Schot. Steph. Gebh.—13 *Necessitudinem* Ms. Voss. 3.—14 *Nanque* Ed. Schot.—15 *Perpetuo* Ed. Schot.—16 *Ædis plebi* Ms. Voss. 3. *Edilis pl.* Ed. Med. Arg. Mox *Helivo* eædem Edd.—17 *Affrica* Ed. Med. ubique.—18 *Omnium* Ms. Voss. 3.—19 *Æstimamus* Ed. Mag. Lamb. Schott. Steph. Gebh. Keuch. Patav. [Tzschuck. 1. 2. Brem.] recte, credo.

NOTÆ

[i] *Quæstor obtigit P. Cornelio Scipioni Africano, consuli*] Catonem Scipioni Quæstorem fuisse testatur Livius Annal. XXIX. Iterumque Cethego et Tuditano Consulibus, ut testatur Cic. in Bruto.

[j] *Cum quo non pro sortis necessitudine vixit*] Quandoquidem, ut refert Cicero pro Plancio, et in Verrem I. Prætores aut Consules liberorum loco habebant Quæstores.

[k] *Namque ab eo perpetua dissensit vita*] Cujus rei testimonio hæc sunt Livii verba XXXVIII. 'Morte Africani crevere inimicorum animi; quorum princeps fuit M. Porcius Cato, qui, vivo quoque eo, allatrare ejus magnitudinem solitus erat.'

[l] *Ædilis plebis factus est*] Ædiles plebis dicti sunt, quod ædes sacras et privatas curarent: ii quoque curatores erant urbis, annonæ, ludorumque solennium. Duo tantum ab initio fuerunt. Pomp. lib. II. de Orig. Juris. Postea vero, ex Julii Cæsaris instituto, sex creati sunt, duo Patricii, qui Cereales dicti sunt, et quatuor ex plebe.

[m] *Prætor provinciam obtinuit Sardiniam*] Penes Prætorem omnis publici privatique juris erat potestas, ut et novum jus condere, et vetera abrogare: primo quidem unus creatus est; cui suffectus alter propter concursum advenarum, et eorum multitudinem, hicque dictus est Prætor extraneus seu peregrinus. Deinde postquam Sardiniam, Siciliam, Hispaniam, et Narbonensem provinciam subegerunt Romani, tot instituti sunt Prætores, quot erant subactæ provinciæ. Quod spectat ad Sardiniam, insula est maris Libyci, sic dicta a Sardo quodam Herculis Africani filio, teste Pausania in Phocicis.

[n] *Ex qua quæstor*] Magistratus pecuniæ publicæ præpositus. Præterea dicitur, qui præest judiciis exercendis, et maleficiis puniendis.

[o] *Q. Ennium poëtam deduxerat*] Hic Tarentinus fuit, si Eusebio credimus; sed Pomponius Mela eum esse Calabrum scribit, cui suffragatur Silius: 'Miserunt Calabri, Rudiæ genuere vetustæ.' Hunc quoque Cic. pro Archia Poëta, Ennium Rudium hominem vocat.

2. Consulatum gessit cum L. Valerio Flacco, sorte provinciam nactus Hispaniam[p] citeriorem, exque ea[1] triumphum deportavit.[2][q] Ibi cum diutius moraretur, P.[3] Scipio Africanus consul iterum, cujus in priore[4] consulatu quæstor fuerat, voluit[5] eum de provincia depellere,[6][r] et ipse ei succedere. Neque hoc per senatum efficere potuit,[s] cum quidem Scipio in civitate principatum obtineret: quod tum non potentia, sed jure respubl.[7] administrabatur. Qua ex re iratus senatui, consulatu peractu,[8] privatus in urbe mansit. At Cato, censor cum eodem Flacco factus, severe

1 *Ex qua* Ed. Schot. Steph. Gebh. [Wetz.]—2 Sic Ms. Voss. 1. 2. 3. Leid. 2. Sed *reportavit* Ed. Schot.—3 *Quod P. Scipio* Ed. Med. Long. Mag. *quod Scipio* Ms. Voss. 2. Leid. 2. Ed. Arg. Schot.—4 *Priori* Ed. Med. Arg. Long. Schot. Steph. Gebh.—5 *Noluit* Ms. Voss. 2.—6 *Pellere* Ms. Voss. 3. [Paulo post, *quod tunc* (h. e. illo tempore) *non pot.* edidit Tzschuck.]—7 *Res p.* Ed. Med. Arg. ubique. Statim *ministrabatur* Ms. Voss. 3.—8 [*Iratus, senatu peracto* Edd. ante Hensing. et Ed. Stav. 1. 2. Wetzel. Pauli. Nec codd. dissentiunt. Sed hæc depravata esse, negat nemo. Heusing. igitur recepit in textum Bosii conjecturam, *iratus senatui, consulatu peracto*, eumque secuti sunt Stav. in ed. 3. Harl. Tzschuck. 1. 2. At Ithe (qui contra Harl. de nota *P. C.* h. e. *post consulatum* quædam monuit,) Cell. et Brem. Pighii conjecturam adoptantes, ejecto τῷ *senatui*, ediderunt *iratus, consulatu peracto*. Heusing. etiam conjecit, *iratus senatui, post consulatum privatus in urbe mansit*; suspicatus, librarios in priscis membranis notam *P. C.* forte reperisse et pro *peracto* scriptam credidisse, atque hoc nobis substituisse. Mihi vero arridet Pighii suspicio, *iratus, consulatu* (quod voc. in codd. forsan exaratum fuit *csatu*, quod, neglecto vel eraso *c*, transiit in τὸ *senatu*,) *peracto*. Valde ingeniosa eruditeque explicita est emendatio Kappii: *iratus senatu* (pro *senatui*) *anno peracto*

NOTÆ

p *Sorte provinciam nactus Hispaniam*] Consulibus creatis provinciæ nominabantur, ut eas ipsi vel inter se compararent, vel sortirentur, quos ire ad bellum, quos præesse exercitibus oporteret. Vide Livium lib. XXXIII. cujus hæc sunt verba: 'L. Valerius, et M. Porcius Cato, quo die magistratum inierunt, de provinciis cum ad Senatum retulissent; Patres censuerunt, cum in Hispania tantum gliesceret bellum, ut jam consulari et duce et exercitu opus esset; placere Consules Hispaniam Citeriorem et Italiam provincias, aut comparare inter se, aut sortiri.'

q *Exque ea triumphum deportavit*] Triumphasse Catonem testatur Appianus in Ibericis, et Plutarchus in vita ejus; qua de re utrumque consule.

r *Voluit eum de provincia depellere*] Propter simultates et repugnantias utriusque, de quibus paulo supra.

s *Neque hoc per senatum efficere potuit*] Testatur paulo aliter Plutarchus; scribitque, solummodò Scipionem non potuisse assequi, ut Catonis acta Senatus improbaret, sed Hispaniam provinciam obtinuisse.

præfuit ei potestati.[u] Nam et in complures nobiles animadvertit,[v] et multas res novas in edictum addidit, qua re luxuria reprimeretur, quæ jam tum incipiebat pullulare.[9] Circiter annos octoginta[10 w] usque ad extremam ætatem ab adolescentia, reipubl. causa suscipere inimicitias[11] non destitit. A multis tentatus,[x] non modo nullum detrimentum existimationis fecit, sed, quoad[12] vixit, virtutum laude crevit.

3. In omnibus rebus singulari fuit prudentia[1] et industria. Nam et agricola solers,[y] et reipubl. peritus, et jurisconsultus,[2] et magnus imperator, et probabilis orator,[z] et cupidissimus[3] literarum fuit. Quarum studium etsi[4] senior arripuerat, tamen tantum [in eis][5] progressum fecit, ut non facile reperire possis,[6] neque de Græcis neque de Italicis rebus, quod ei fuerit incognitum. Ab adolescentia confecit

privatus in urbe mansit, nempe non perpetuo, sed aliquamdiu.]—9 *Pululare* Ms. Voss. 2. Ed. Med. *pullare* Ms. Leid. 2.—10 *Octuaginta* Ms. Voss. 2. Ed. Med. Arg. Long. Mag. Steph. Gebh. τὰ *circiter annos octoginta* suspecta sunt Bos. et uncis inclusa in Ed. Heus. [Stav. 3. Heinr. Wetz. Tzschuck. 2. Schmied. Haud inepta est Bremii conjectura *circiter annos septuaginta*, quod in cod. quodam per notam expressus numerus LXX. facile corrumpi et mutari potuerit in LXXX.]—11 *inimicicias* Ed. Med. Mox *teptatus* Ed. Med.—12 *Quo ad* Ed. Arg.

1 *Prudentia* aberat a Ms. Voss. 3. unde Heusinger. verba *prud. et* inclusit uncis.—2 *Peritus juris*c. Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Med. Arg. Long. Mag. Schot. *peritus* [*et*] *jurisc.* Ed. Heus.—3 *Concupidissimus* Ms. Voss. 3.—4 *Et* Ms. Boecl. Leid. 2.—5 *In eis* aberant a Ms. Boecl. Voss. 1. 3. Ed. Med. Arg. Long. Mag. Schot. Steph. Gebh. Unci absunt ab Ed. Lamb. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Tzschuck. 2. Ith. Wetz. Schmied. Heinr. Additi sunt in Ed. Bos. 2. Heus. Stav. Harl. Tzschuck. 1. Brem.]—6 *Reperiri possit* Ms.

NOTÆ

[u] *Severe præfuit ei potestati*] Unde illi Censorium nomen inditum est. Hinc Lucanus de Catone ipso scripsit, 'rigidi servator honesti.'

[v] *Nam et in complures nobiles animadvertit*] Vide Livium XXXIX. et Sext. Aurelium Victorem in Catone Censorio.

[w] *Circiter annos octoginta*] 'Octogenarius erat cum Galbam accusavit, accusator assiduus malorum.' Idem Aurel. Victor, ibidem.

[x] *A multis tentatus*] 'Ipse quadragies quater accusatus, gloriose absolutus.' Idem ibid. Immo et Plutarchus fere quinquagies accusatum fuisse scribit.

[y] *Nam et agricola solers*] Id patet ex libris quos scripsit de re rustica.

[z] *Et probabilis orator*] Alii legunt, *probatissimus orator*. Oratorem autem fuisse patet ex hoc Plinii textu lib. VII. Cato tres summas in homine res præstitisse existimatus est, optimus orator, optimus imperator, optimus senator.

orationes.[a] Senex scribere historias[7] instituit; quarum sunt libri septem. Primus continet res gestas regum pop. Rom. Secundus et tertius, unde quæque civitas orta sit Italica: (ob quam rem omnes *Origines* videtur[8] appellasse.[b]) In quarto autem bellum Pœnicum[9] primum; in quinto secundum, (atque hæc omnia capitulatim sunt dicta,) reliquaque[10] bella pari modo persecutus[11] est, usque ad præturam Ser. Galbæ,[c] qui diripuit[12] Lusitanos. Atque horum bellorum duces non nominavit, sed sine nominibus res notavit. In iisdem[13] exposuit, quæ in Italia Hispaniisque viderentur admiranda. In quibus multa[14] industria et diligentia comparet, multa doctrina. Hujus de vita et moribus plura in eo libro[d] persecuti sumus, quem separatim de eo fecimus rogatu Titi Pomponii Attici. Quare studiosos Catonis ad illud volumen delegamus.[15]

Voss. 1. 3.—7 *Histor. scribere* Ed. Med. Arg. Long. Mag. Lamb. Schot. Steph. Gebh. Keuch. Patav. [Tzschuck. 1. 2. Brem.] [Paulo post Heinr. et Paufl. dederunt *civit. orta sit Italia*, et exposuerunt *in Italia*.]—8 *Videretur* Ed. Long.—9 *Punicum* [Ms. Thott. probatque Schlegel. l. c. p. 68.] Ed. Long. Mag. Lamb. Patav.—10 *Reliqua* Ed. Schot. Mag. Steph. Gebh. Keuch. Patav.—11 *Prosecutus* Ed. Mag. Schot. sic mox *prosecuti*; etiam Ed. Med. Arg. Long. Deinde *Sergii Galbæ* Ed. Med. Arg. Long. Mag.—12 *Deripuit* Ms. Boecl. Voss. 2. Ed. Med. Arg. Long.—13 *Eisdem* Ed. Schot. Mag. *hisdem* Ms. Leid. 2. Ed. Med. Arg. Long.—14 *Nulla* Ms. Voss. 1. 3.—15 Sic Ms. Sav. Put. Gif. Voss. 2. 3. Leid. 2. [Ed. Long. Lamb. Bos. Stav. Tzschuck. Harl. Ith. Paufl. Brem. Wetz.] Sed *relegamus* Ms. Voss. 1. Ed. Mag. Schot. Steph. Boecl. Keuch. [Heusing. Bipont. Heinr. Schmied. et al. apud Heusing.]—Extrema hac vita in Ed. Arg. leguntur verba literis majusculis hæc: *Finis Æmilii Probi de vitis excellentium imperatorum.*

NOTÆ

[a] *Ab adolescentia confecit orationes*] Quæ citantur a Cicerone et Gellio.

[b] *Ob quam rem omnes Origines videtur appellasse*] De his lege Cic. in Catone.

[c] *Usque ad præturam Ser. Galbæ*] Galba ille dictus est Servius, non Sergius, quia erat Sulpiciæ Gentis non Sergiæ, vir Consularis, ut patet ex his Suetonii verbis: 'Servius Galba consularis, temporum suorum eloquentissimus; quem tradunt Hispaniam ex prætura obtinentem, XXX. Lusitanorum millibus perfidia trucidatis, Viriatini belli causam extitisse.' Extat reprehensio Rutilii Rufi in Serv. Sulpicium Galbam apud Cic. de Oratore lib. I. De eodem Servio Galba loquitur Valer. Max. lib. IX. 6.

[d] *In eo libro*] Qui non apparet; sed cujus fragmentum elegans extat apud Gellium lib. II. 8.

XXV.

VITA T. POMPONII ATTICI,

EX CORNELIO NEPOTE.[1]

ARGUMENTUM.

CAP. 1. Natus patre generoso, nactus est præclaras dotes. 2. Athenas se confert. Athenienses pecunia sublevat. 3. Athenis ante alios carissimus. 4. Sullæ acceptus, Romam remigrat. 5. Q. Cæcilii hæres ex dodrante. Ejus cum Cicerone et Hortensio rara amicitiæ copula. 6. Honoribus, litibus, præfecturis abstinens, soli dignitati servit. 7. In civili bello neque Pompeium neque Cæsarem offendit. 8. Occiso Cæsare, Brutum pecunia adjuvat. 9. Ne Antonio quidem infestus est; sed ejus uxori et liberis opitulatur. 10 Antonius officiorum Attici memor. 11. Proscriptis plurimis auxilio est. 12. Vipsanio et Antonio tantum utitur in deprecandis amicorum periculis. 13. De vita Attici privata. Bonus paterfamilias et civis. 14. Ejus cœna, semper lectione condita: prudens pecuniæ usus. 15. Mendacii osor et laboris amans. 16. Senibus adolescens et adolescentibus senex pariter jucundus. 17. Ejus pietas in matrem. 18. Antiquitatis amor. 19. Morum elegantia pervenit in affinitatem divi Julii. 20. Cæsaris et Antonii cum Attico familiaritas. 21. Extremus ejus morbus. 22. Ejus mors et sepultura.

T. POMPONIUS[2] ATTICUS,[3] ab origine ultima stirpis Ro-

1 *Vita....Nepote.* Ita etiam Ed. Arg. Lamb. Sed *Vita T. Attici Pomponii ex Cornelio Nepote* Ed. Med. [Stav. Harl. *Titi Pomponii Attici vita per Cornelium Nepotem* Ed. Long.] *Historiarum Latinarum Cornelii Nepotis vita Attici* Ms. Mendos. *Ex libro Cornelii Nepotis de Latinis historicis* Ms. Gif. [Ita quoque cod. Guelpherbyt. in quo statim subjectum legitur: *incipit vita Attici*: v. Jac. Fr. Heusing. dissert. de Cornelii Nepotis fragmm. adjectam ejus edit. Fl. Mallii Theodori de metris lib. p. 109. isque p. 123. annotat in Corneri exemplaribus Attici vitæ hæc verba præmitti: *Vita T. Attici Pomponii ex Cornelio Nepote.* Cod. Guelpherb. lectionem probat Schlegel. in Add. ad diss.

manæ[3] [b] generatus, perpetuo a majoribus acceptam[4] eques-

cit. quia scripta Attici historica satis ample a Cornelio exponantur, atque retractat opinionem, ab ipso in diss. p. 13. med. prolatam, vitam Attici esse non nisi partem operis Corneliani de viris illustribus. Paufler etiam præmisit inscriptionem: *Vita Titi Pomponii Attici ex libro Cornelii Nepotis de Latinis Historicis.*] Chartac. Ms. Paris. 1863. fol. sæc. 15. in catal. codd. Mss. gr. bibl. Paris. reg. tom. II. p. 412. inscriptionem: *Vita Pomponii Attici ex Corn. Nepote*, præ se fert. *Pomponii Attici viri illustris vita per Cornelium Nepotem composita* Ed. Brix. *T. Pomponii Attici vita* Ed. Schot. Ab Mag. abest *vita Attici*. In Ed. Patav. *Titus Pomponius Atticus.* In Ms. Mendos. sequebatur vitam Attici vita Catonis, et in Ms. Voss. 3. erat omnium prima. A Ms. Voss. 2. aberat. *T. Pomponii Attici vita ex Cornelio Nepote* Ed. Heus. [Ith. Wetz. Heinr. Tzschuck. Bipont. Schmied. *Atticus* ed. Brem. Ex tanta inscriptionis in scriptis editisque libris varietate facile perspicitur, illam pro lubitu librariorum aut editorum vitæ esse præfixam. Præter edd. memoratas in manibus habeo vetusta duo exemplaria, formulis typographicis descripta, in quibus quoque inest vita T. Pomp. Attici, et quorum varias lectiones inserui. Alterum sine nota loci, anni, et typographi, ulloque signo typographico, in forma maxima continet vitas Plutarchi parallelas, a variis in linguam Latinam translatas. His sub finem inserta est T. Pomp. Attici vita, præfixa inscriptione: *Incipit vita Pompony Athici Clarissimi viri E greco sermone in latinū Per Cornelium Nepotem Translata.* (Hoc exemplar diversum esse videtur ab iis, quæ pariter habent collectiones vitar. Plut. Latine a variis factarum, et a Schlegel. in lib. mem. p. 28. sqq. late sunt descripta, et ex quibus varias vitæ Attici lectiones idem notavit. Quædam tamen vitæ in illo etiam exemplari *traductæ* dicuntur *in latinum linguavium*. Incipit a vita Niciæ et Crassi. Forsan ductum fuit ex vetust. Schlegelii exemplari.) Alterum ab initio inscriptum est: *Hoc in volumine hæc continentur Epistola ad Augustinum Mapheum per Bartholomeum salicetū Bononiensem: et Ludovicū Regiū Corneliensem. M. T. C. epistolarū et brutū liber unus.* (Sequuntur in volumine, in titulo haud memorati, *M. T. C. ad Quint. fratrem tres libri.*) *M. T. C. ad Octavium epistola. M. T. C. epistolarū ad T. Pō. Atticum libri* XVI. *T. P. Attici vita per Cornelium nepotem, &c.* In calce: *Venetiis* MCCCCXCIX. *die* XII. *Jun.* in fol. Inscriptio ipsa vitæ Attici præmissa, eadem est, quæ legitur in fronte voluminis. Prius opus citatur *Ed. ant.* posterius autem *Ed. Ven.* Add. Harles. not. ad nostrum locum.

2 *Pomp.* omisso prænomine Ed. [ant.] Brix, [Ven.] Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Bos. 1.—3 *Romano* Ms. Leid. 2. [Rutgers. in varr. lectt. libr. II. c. 8. conjecit *ab origine ultima stirpis Romæ generatus*, vel *Romano genere natus*, quæ posterior emendatio placuit Ernstio. Atque statim] τὸ *generatus* inclusit uncis Heusing. [eumque secutus est Ith. Heusing. tamen sententiam, copiose explicitam, docte lateque refutavit Staver. ad ed. 3. qui quidem locum esse judicans mutilatum, τὸ *gener.* signis parentheseos inclusit. Attamen Kappius in Opuscul. Harles. p. 466. bene tuitus τὸ *generatus*, locum sic in-

NOTÆ

[a] *T. Pomponius Atticus*] De quo jam in præfatione. Porro gens Pomponia familias habuit Bassorum, Secundorum, Labeonum, et Atticorum: quod si ita est, male opinatur Manucius, eum ideo Atticum dici, quia sic Græce loquebatur, ut Athenis natus videretur: id nihilominus Cic. confirmat auctoritate sua lib. v. de Finibus, his verbis: 'Ita enim Athenis se collocavit, ut sit pæne unus ex Atticis, ut id etiam cognomine videatur habiturus.'

[b] *Ab origine ultima stirpis Romanæ*]

tem obtinuit dignitatem.[c] Patre usus est diligente,[5] indulgente, et, ut tum erant tempora, diti, in primisque studioso literarum. Hic, prout ipse amabat literas, omnibus doctrinis, quibus puerilis ætas impertiri[6] debet, filium erudivit. Erat autem in puero, præter docilitatem ingenii, summa suavitas oris ac vocis,[7] ut non solum celeriter[8] acciperet, quæ tradebantur,[a] sed etiam excellenter pronuntiaret.[9] Qua ex re in pueritia nobilis[10] inter æquales ferebatur, clariusque

[a] *Ut non modo sine mora conciperet quæ docebatur.*

terpretatus est: 'T. Pomp. Atticus, qui generatus est ab antiquissima familia gentis Romanæ, per omnem vitam retinuit equestrem dignitatem a majoribus acceptam, neque ad senatoriam aspiravit dignitatem.' Asserunt quoque Nepoti illud vocab. Bremi et Schmied. cumprimis Paufler. In Novis Miscell. Lipsiens. tom. III. p. 669. sqq. I. C. S. vocc. singula sic ordinat et copiose illustrat: *T. P. A. generatus stirpis ab ultima origine Romanæ*, atque subintelligit *homo*. Num id multis persuaserit, equidem nescio et fere dubito. Bosium olim in prima quidem edit. legisse divisim *genere natus*, notat culpatque Gebhard. Sed in altera edit. Bosius neque in contextu, neque in sua annotatione ad h. l. illius meminit lectionis. Lambinus jam delendum putabat τὸ *generat*. Add. Barth. Advers. 42. 29.]—4 *Acceptam* Ed. Brix. Statim *æquestrem* Ed. Med. [Tum *optinuit* Ed. Ven.]—5 *Usus diligente, et ut tum erant tempora diti* Ms. Medic. *usus est indulgente et ut t. e. t. d.* Ed. Brix. [*usus est indulgente*, omisso τῷ *diligente*, Ed. vetust. Schleg. (qui haud improbat,) et antiq. Sed *diligente* Ed. Jens. cum Epp. Cic. ap. Schleg. Atque *indulgente* haud male omitti, opinatur Tzschuck. Vocis id includendum tanquam glossema, arbitrabatur censor in Neu. Leipz. L. Z. a. 1804. p. 1742. sqq. *ut cum er. t.* Ed. ant. *ut tunc er. t.* Ed. Tzschuck.]—6 *Impartiri* Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. [antiq.] Arg. Heus.—7 Sic etiam Ms. Mendos. Sed *atque vocis* Ed. qu. [Wetz. *et vocis* Ed. Long.]—8 *Celeriter* aberat a Ms. Mend. [Ed. vet. Schleg. et ant.] Statim *acciperet* Ms. Voss. 1. 3. Leid. 2. Ed. Brix. [vet. Schlegel. et ant. Long. Bos. 2. Stav. et plurr. seqq.] Sed *arriperet* Ed. Lamb. Schot. Boecl. Bos. 1. [Schmied.]—9 *Pronunciaret* Ed. Brix. Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Keuch. Bos. 1.—10 Ita Ms. Gif. Mendos. [Ed. ant. Lamb. Stav. et plurr. seqq.] Sed *qua ex re pueritia nobilis vita* Mss. Medicc.

NOTÆ

Scilicet, regia: nam gens Pomponia originem suam referebat ad Numam Pompilium, qui inter quatuor filios unum Pomponem vocavit, a quo postea Pomponii dicti sunt; cumque esset ultimus, ideo hic dicitur *ab origine ultima*. Vel, ut aliis placet, *ultima*, pro *prima*, hic sumitur, ut apud Virgil. Æneid. VIII. de Saturno, primo Latini regis progenitore, loquens, ait: 'qui sanguinis ultimus auctor.' *Ultimus* enim, quasi ultra omnia, sive retro sive ante respicias.

[c] *Equestrem obtinuit dignitatem*] Non Senatoriam recusando, sed eam non affectando; quia eam recusantibus altera adimebatur. Sueton. Equestris autem dignitatis hæc erant ornamenta et insignia, equus publice datus, et annulus aureus. Census vero ad hunc ordinem obtinendum requirebatur quadringentorum millium nummorum: hic ordo medius erat inter patricios et plebeios.

exsplendescebat, quam[11] generosi condiscipuli animo æquo[12] ferre possent.[b] Itaque incitabat omnes studio suo:[13] quo in numero fuerunt L. Torquatus, C. Marius[d] filius,[14] M. Cicero; quos consuetudine sua[15] sic sibi devinxit, ut nemo iis[16] perpetuo fuerit carior.

2. Pater mature decessit. Ipse adolescentulus,[1] propter affinitatem P. Sulpicii, qui Tribunus[2] pleb. interfectus est, non expers fuit illius periculi. Namque Anicia,[3] Pomponii consobrina, nupserat M. Servio,[4] fratri P. Sulpicii.[e] Itaque interfecto P. Sulpicio,[5] posteaquam vidit, Cinnano tumultu[f] civitatem esse[6] perturbatam, neque sibi dari facultatem pro dignitate vivendi, quin[7] alterutram partem

[b] *Splendidiusque emicabat, quam id a generosis* scientiarum *æmulis sine invidia ferri valeret.*

qua re in p. n. Ms. Leid. 2. [*qua ex re pueritia nobis* Ed. Ven. *qua ex re pueritia nobilis* Ed. Long. *Qua ex re, puer ita, nobilis* tentabat Ernst. et Ith. in textum recepit.] Mox *æqualis* Ms. Leid. 2. *æqualeis* Ed. Long. Lamb. Schot.—11 *Quod gen.* Ms. Voss. 3. [Ed. vet. Schleg. et ant.] ut Cat. 1.—12 Sic etiam Ms. Mendos. [et edd. plurimæ:] al. *æq. anim.*—13 Sic etiam Ms. Mendos. [Ed. ant. et rell. fere omnes.] Sed *suo studio* Ed. Gebh.—14 Sic etiam Ms. Mendos. Sed *C. Silus* Ms. Leid. 2. *C. Marii filius* Ms. Voss. 1. [*C. mari. F.* Ed. ant. *C. Mari filius* Ed. Ven.] *C. Marii F.* Ed. Med. Arg. Long. *C. Marius. C. filius R.* Ms. Voss. 3. *C. Marius C. filius* Ed. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1.—15 [*Sua* abest ab ed. vet. Schleg. et ed. ant. in quibus quoque legitur *dejunxit* loco *devinxit.*] Mox *sibi* aberat a Ms. Gif.—16 *His* Ed. Brix. Med. Arg. [*hiis* Ed. ant.] Statim *perpetua* Ms. Voss. 1. 3.

1 *Adul.* Ed. Med. Arg. ubique.—2 *Tribu.* Ed. Arg. [*Tr. Pl.* Ed. Long.]—3 *Antia* Mss. Medicc. Ed. Brix. [ant. et vet. Schleg.] *Antea* Ms. Voss. 3. *Anitia* Ed. [Ven.] Med. Arg.—4 Ita Mss. Medicc. Voss. 1. 3. Leid. 2. [Ed. antiq. et Ven. Long. Bos. 2. Stav. et seqq.] Sed *M. Servilio* Ms. Leid. 1. *M. Servio Sulpicio* Ed. Lamb. Schot. *Servio* Ed. Bos. 1. conf. Reines. Epp. ad Rupert. p. 584. Statim *fratri Sulpicii* Ms. Voss. 1. 3. Leid. 1. 2. Ed. Brix. [vet. Schleg. in qua tamen scribitur *Sulpitii*, Ed. antiq. in qua autem scribitur modo *Suplitius*, modo *Supplicius*;] Med. Arg. Long. Keuch. Heus. Patav. [Ith. Stav. 3. Schmied. Heinr. *fratri sulpici* Ed. Ven.] In Ed. Med. Arg. [Ith.] scribitur *Sulpitius* ubique.—5 *Interf. Sulp.* Ed. Brix. Med. Arg. Long. Bos. 1. Keuch. Heus. [Ven. Stav. 3. Tzschuck. 1. 2. Ith. Brem. Heinr. Schmied. *interf. Suplitio* Ed. antiq. in qua statim excusum legitur *posteaquam.*]—6 *Esse* aberat a Ms. Voss. 3. idemque mox *sibi claram fac.*—7 *Cum alt.* Ms. Leid. 2. tum *dissotiatis* Ed. Med. [In Ed. antiq. interpungitur et legitur;

NOTÆ

[d] *C. Marius*] Is Caius Marius C. Marii, septies consulis, filius fuit.

[e] *P. Sulpicii*] Clarissimi oratoris; sed cum tribunus plebis esset et perniciosas leges auctore Mario ferre vellet, occisus est. Cic. Catilin. III. et lib. III. de Oratore.

[f] *Cinnano tumultu*] Quantas turbas excitaverint in repub. Sylla, Marius, et Cinna, nemo nescit, qui vel tan-

offenderet, dissociatis animis civium, cum alii Syllanis, alii Cinnanis[8] faverent partibus; idoneum tempus ratus studiis obsequendi suis, Athenas se contulit. Neque eo secius[9] adolescentem Marium, hostem judicatum, juvit opibus suis;[10] cujus fugam pecunia sublevavit.[11] Ac, ne[12] illa peregrinatio detrimentum aliquod afferret rei familiari,[13] eodem magnam partem fortunarum trajecit suarum. Hic ita vixit,[14] ut universis Atheniensibus merito esset carissimus. Nam, præter[15] gratiam, quæ jam in adolescentulo[16] magna erat, sæpe[17] suis opibus inopiam eorum publicam levavit. Cum enim versuram[18] facere publice necesse esset,[g] neque ejus conditionem æquam[19] haberent;[c] semper se interposuit, atque ita,[20] ut neque usuram unquam[21] ab iis acceperit,[22] neque longius, quam dictum esset, eos[23] debere pas-

[c] *Cum enim publica necessitas ea esset, ut æs alienum alieno dispungeretur, nec nisi majori fœnore id fieri posset.*

offenderet. Dissoc. an. civium: quorum alii Sillanis. In Ed. vet. Schleg. extat quoque *quorum alii Sillanis.* Atque] *Sillanis* etiam Mss. Medicc. *Sullanis* [Ed. Ven. Long.] Gebh. Heus. Stav. 2. 3. Patav. [Harl. Tzschuck. et rell. *Syllanis* in Ed. Lamb. Bos. aliisque: v. Cellar. Orthogr. Lat. ed. Harles.]—8 *Cynanis* Ed. Med.—9 *Secus* Ed. Arg. Statim *adul.* Ed. Med. Arg. ubique.—10 *Opibus juvit suis* Ms. Mendos. *juvit operibus suis Athenas.* Ms. Voss. 3. *vivit op. suis* Ed. Med.—11 [*Civis fug. pecuniis sublev.* Ed. antiq. Atque *pecuniis subl.* etiam Ed. vet. Schleg. item] Ms. Mendos. Voss. 1. 3. Ed. Brix.—12 [*At ne* Ed. Bos. 2. Stav. Harl. Tzsch. 1. Wetz.] Sed *ac ne* Ed. [vet. Schleg. item ant. et Ven.] Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Heusing. [Tzschuck. 2. Ith. Heinr. Schmied. *Atque ne* Ed. Brem.]—13 *Ferret rei familiari* Ms. Voss. 3. *afferr. rei familiaris* Ms. Med. 1.—14 *Sic itaque vixit* Ms. Medic. 2.—15 *Propter* Ms. Voss. 3.—16 *Adol.* omissa præpositione Ed. Gebh. Keuch. [*in adulesc.* Ed. ant.]—17 Sic Ed. [antiq. et vet. ap. Schlegel. it. Venet.] Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Heus. [Ith. Brem. Wetz. Tzschuck. 1. 2. Harl. Heinr. Schmied. Paufl. *sæpius* Ed. Bos. 2. Stav.]—18 Ita Ms. Gif. Sav. Put. [Ed. vet. Schleg. qui notat lect. *quoniam en. vers.* Lamb. Bos. 2. et seqq.] Sed *usuram* Ms. Leid. 1. Voss. 1. 3. Mendos. Ed. [ant. in qua extat *quoniam enim usuram;* Ven.] Brix. Med. Arg. Long.—19 *Æque* Ms. Mendos. Medic. 2. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [vet. Schleg. et ant. in qua excusum est *eque:*] *æque ante* Ms. Leid. 2. —20 *Ita,* omisso τῷ *atque,* Ed. Brix. [vetus ap. Schlegel. qui probat omissionem, et antiq. at ed. 1470. ap. Schleg. exhibet *atque.*]—21 *Unquam* aberat a Ms. Mendos. Medic. 2. Ed. Brix. [antiq. item vet. ap. Schleg. cui id placet: sed Ed. 1470. ap. eundem præbet τὸ *unquam,* it. Ven.]—22 *Accæpit* Ed. Brix. [*accæperit* Ed. Ven.]—23 *Æs debere* Ms. Mendos. *debitum debere* Ms. Medic.

NOTÆ

tillum historiam Rom. delibaverit.

[g] *Cum enim versuram facere publice necesse esset*] Ii *versuram facere* dicuntur, qui, mutato creditore, satisfaciunt ea pecunia, quam a novo acceperunt pari vel majori fœnore.

nus sit.[d] Quod utrumque erat iis salutare. Nam neque indulgendo inveterascere eorum æs alienum patiebatur,[e] neque multiplicandis usuris crescere. Auxit hoc officium alia quoque liberalitate. Nam universos frumento donavit, ita ut singulis septem[24] modii tritici darentur: qui modus mensuræ medimnus Athenis appellatur.[h]

3. Hic autem sic se gerebat, ut communis infimis, par principibus videretur. Quo factum est, ut huic omnes honores, quos possent, publice haberent, civemque facere studerent. Quo beneficio ille uti noluit.[i] Quod nonnulli ita[2] interpretantur, amitti civitatem Romanam, alia ascita.[3] Quamdiu affuit, ne qua sibi statua poneretur, restitit: absens prohibere non potuit. Itaque aliquot ipsi, et Phidiæ,[4]

[d] *Neque ultra diem datam ad solvendum veniam dederit.*

[e] *Neque enim indulgentia sua debita eorum prorogari sinebat.*

1. *debere*, omisso τῷ *eos*, Ed. Brix. [vetust. probante Schlegel. antiq. et Ven.] Med. Arg. Long. [Heinr. Paufl.] *eos* uncis inclusit Heusing. [it. Stav. 3. et Schmied.]—24 Sic etiam Ms. Medic. 2. Gif. Mendos. Leid. 1. Voss. 1. [Ed. antiq. ac Ven. Long. Bos. 2. et seqq.] Sed *sex* Ed. Lamb. Boecl. Patav. ut Matius conjec. Annott. cap. 35. p. 136. in Triga opuscul. crit. rar. [Periz. ad Ælian. V. H. 6. cap. 12. videtur prætulisse *sex modii*.] *VI.* Ed. Gebh. Keuch. Bos. 1. Mox *Modius* Ms. Medic. 2. Ed. [Ven.] Arg. Lamb. Dein *medamnus* Ms. Leid. 2. Conf. Hemsterh. ad Aristoph. Plutum p. 345. sq.

1 *Eo benef.* Ed. Oxon. [Mox *uti voluit* Ed. vet. Schleg. et antiq.]—2 *Ita* abest ab Ed. Boecl.—3 Sic Ed. [antiq. et Ven.] Med. Arg. Lamb. Schot. [*asscita* Wetz.] Ceterum Heusinger. præeunte I. M. Gesnero in præf. ad Enchiridion, Gottingæ 1745. 8vo. verba, *quod non...adscita*, ut glossam, inclusit uncis. [Idem senserunt atque fecerunt Brem. ac Schmied. Conf. Cic. pro Cornel. Balbo cap. 11.]—4 Sic Ms. Mendos. Sav. Put. Gif. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [Long. Bos. et seqq. *phidie* Ed. antiq. et Ven.] Sed *Phydiæ* Ms. Leid. 2. *Pilio* Ms. Ernst. *Piliæ* Ed. Lamb. Schot. Keuch. *aliquot Pnyes et Pœcile locis* Ed. Gebh. quæ fuit conjectura Rutgersii in Lectt. varr. v. 1. p. 440. sqq. *Fidiæ* Ms. Schopp. v. ejus Verisimilia III. 8. p. 109. *ipsi et Fidei* conjecit Taylor ad Demosth. tom. II. p. 596. s. tom. I. Æsch. p. 368. ed. Reisk. [*Ipsi et Philiæ*, h. e. τῇ Φιλίᾳ, Amicitiæ, quasi Divæ, conjecit et in textum admisit Gesner. quam emendationem quasi optimam ac verissimam probat Heusing. sed Stav. ad ed. 3. in Nepote ferendam negat, et copiose de lec-

NOTÆ

[h] *Qui modus mensuræ medimnus Athenis appellatur*] Medimnum etiam dicitur, et utrumque Cicero usurpat. Medimnus autem genus mensuræ erat continens sex modios, teste Suida et aliis.

[i] *Quo beneficio ille uti noluit*] Rationem subjungit; nam reipsa jure Quiritium idem duarum civitatum civis esse non poterat. Cic. pro Cæcinna, et pro Cornelio Balbo; 'Duarum civitatum civis esse nostro jure civili nemo potest,' &c.

locis sanctissimis, posuerunt.[1] Hunc enim[5] in omni procuratione reipubl. actorem auctoremque[6] habebant. Igitur primum illud munus fortunæ, quod in ea potissimum urbe natus est, in qua domicilium orbis terrarum esset imperii, ut eandem et patriam haberet et domum.[7] Hoc specimen prudentiæ, quod, cum in eam civitatem se[8] contulisset,

tiene disputat, defendit quoque *Phidiæ*, et intelligit familiarem Attici quendam, ad eumque refert *Hunc in o. proc...habebant.* Idem rejicit conjecturam Justi Lipsii, *ipsi et Fidei*, ante Taylorum in Electt. I. 14. excogitatam. Add. longas Harles. et Kapp. (qui *Hunc* referre malit ad Atticum,) annotationes.] —5 *Nunc est* Ms. Voss. 3. [*Nunc enim* Ed. ant. et Ven.]—6 Sic etiam Ed. [Ven. Long. Lamb.] Gebh. Boecler. [Stav. 1. 3. Ith. Wetz. Tzschuck. Heinr.] Sed *auctorem actoremque* Ms. Mendos. Ed. Brix. Stav. 2. [antiq. Harl. Schmied.] *publicum actorem auctoremque* Ed. Med. Arg. *auctorem* [*actoremque*] Ed. Heus. [Stav. ad ed. min. legere jubet *auctorem actoremque*, h. e. inceptorem s. suasorem et perfectorem, laudatque Drakenb. ad Liv. II. 41. 10. Sed ad ed. 3. nihil mutandum censet et sequens *Hunc* ad Phidiam refert, non ad Atticum, uti Heusing. fecerat, ideoque negarat, Atticum, cum non esset Atheniens. civis, Athenis dici potuisse *actorem* in administratione civitatis, cum *actores* ii tantum esse possent, quos leges publica negotia agere sinebant. Sed hæc nimis esse subtilia, et *Hunc* etiam ad Phidiam referendum esse judicat Tzschucke.]—7 *Dominam* Ed. Lamb. Schot. Bos. 1. [Amstel. Brem. at repugnat Tzschuck. quod non solum langueat hæc repetitio, sed et disjiciat connexorum rationem: *domus*, ait, est domicilium, sedes, tribus; et civitatis jus innuit.] *Domum voluit* Ms. Mendos. Medic. 1. 2. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Med. Arg. [*domum voluerit* Ed. antiq. et vet. apud Schleg. qui hanc lectionem probat. Stav. ad ed. min. optime emendatum esse judicabat a Gronov. ad Liv. XXXIX. 36. 15. 'eandem et patriam habuit et domum.' Sed in ed. 3. Bosianam lectionem secutus, edidit *quod in ea potiss. urbe natus, in qua domicilium o. terr. esset imperii; ut eamdem et patriam haberet et domum, voluit.* Idem Stav. in Novis Misc. Observatt. tom. VI. p. 519. sq. jure rejecit audacem Withofii emendationem, in Encæniis critic. p. 211. propositam, *educatricem* pro *domum voluit*. Kappius tentat: *esset imperii...et eamdem et patriam habere et domum voluit.* Censor edit. Tzschuck. post *domum* posuit colon, (quod tamen jam fecerat Heusinger.) quia *illud munus fort.* et *hoc specimen prud.* sibi opponantur. Heusing. vero, qui in not. verba, *ut eandem... domum*, resecanda arbitrabatur, in appendicula retractavit sententiam, sed audacius emendare sustinuit: *Igitur primum illud munus fortunæ, ut in ea potissimum urbe natus, in qua domic. orbis terr. esset imperii, eandem et patriam haberet et domum.*]—8 *Se civitatem* Ed. [antiq. et Ven. Long.] Gebh. Patav.—9 Sic

NOTÆ

1 *Itaque aliquot ipsi, et Phidiæ, locis sanctissimis posuerunt*] Hic locus varie legitur, et plurimi reponunt, *Itaque aliquot ipsi, et Piliæ, &c.* Quod valde probo; nam Piliam Attici fuisse uxorem certum est ex Cicerone, et cujus nuptiis affuisse ipsemet testatur Epist. lib. II. 3. ad Quintum fratrem, hancque nomine designat Epist. ad Atticum lib. IV. 4. item Epist. lib. XIV. 15. et alibi. Qui aliter legunt, nihil nisi obscuritatem offendunt.

quæ antiquitate, humanitate, doctrina[9] præstaret omnes,[k] unus ei ante alios fuerit carissimus.

4. Huc[1] ex Asia Sylla decedens[l] cum venisset, quamdiu ibi fuit, secum habuit Pomponium, captus adolescentis et humanitate[2] et doctrina. Sic enim Græce[3] loquebatur, ut Athenis natus videretur. Tanta autem[4] suavitas erat sermonis Latini, ut appareret, in eo nativum quendam leporem esse, non ascitum. Idem poëmata pronuntiabat et Græce et Latine,[5][m] sic, ut supra nihil posset addi.[6] Quibus rebus factum est, ut Sylla nusquam[7] [eum] ab se dimitteret, cuperetque secum deducere.[8] Qui cum[9] persuadere[10] tentaret: 'Noli, oro te,' inquit Pomponius,[11] 'adversum eos me

etiam Ms. Mendos. [sed *doctrinaque* Ed. Ven. Long.] Mox *ei unus* Ed. [Ven.] Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Keuch. Sed *unus ei* Ms. Mendos. Gif. Ed. [antiq.] Brix. [Bos. 2. et seqq.] Ab. Ed. Boecl. Bos. 1. abest τὸ *et*.

1 *Hunc* Ms. Voss. 1. Mox *Sylla* Ed. Brix. Lamb. Schot. Boecl. Bos. 1. ubique: [*Silla* Ed. ant. Dein *quoniam ibi fuit* Ed. vet. Schleg. *quoniam diu ibi fuit* Ed. ant.] Mox *decedens convenisset* Ms. Leid. 2.—2 *Adol. hum.* Ed. Keuch. —3 *Græcæ* Ed. Med. Arg.—4 *Enim* Ms. Leid. 2. Statim *erat suav.* [Ed. Ven. Long.] Gebh. Keuch. Patav. sed *suavitas erat* Ms. Mendos. Gif. Ed [antiq.] Brix. Med. Arg. [Bos. et seqq.]—5 *Et Græceque Latine* Ms. Voss. 3.—6 *Addi erat* in Ms. Gif. Med. 1. 2. Leid. 2. Voss. 1. Mendos. [Ed. antiq. et Ven. Long. Bos. 2. Stav. 1. 2. et plurr. seqq.] Aberat a Ms. Voss. 3. Ed. Lamb. Schot. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Amstel.] Uncis inclusit Heusingerus, [item Stav. in ed. 3. nec improbat Wetz. sed bene tuetur Tzschuck.]—7 Sic Ms. Leid. 2. Gif. Schot. Ed. [antiq. et Ven.] Brix. Med. Arg. [Long. Lamb. Bos. et seqq.] Sed *nunquam* Ed. Gebh. Keuch. Statim *eum* aberat a Ms. Leid. 2. Voss. 3. Ed. [ant. et Ven.] Brix. Med. Arg. [Long. Heinr. uncis incluserunt Bos. in ed. 2. Stav. Heus. Harl. Tzschuck.] unci absunt ab Ed. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Ith. Brem. Wetz. Schmied.] Tum *a se* Ed. Long. Gebh. Sed *ab se* Ms. Mendos. Voss. 1. 3. Leid. 2. Ed. [antiq. et Ven.] Brix. Med. Arg. [Lamb. Bos. et seqq.]—8 *Cuperet, quia secum deduceret* Ms. Voss. 3.—9 Sic Ms. Voss. 1. 3. Leid. 2. [Ed. Ven. Long. Keuch. Amstel. *qui quum* Ed. Heus. Stav. 3. Harl. Tzschuck.] *quem cum* Ed. Brix. [*q' quin persuad. tẽptaret* Ed. ant. *qui quin* Ed. vet. Schleg. *cui cum* Ed. Lamb. Bos. Ith. Stav. 1. 2. Wetz. Schmied.]—10 *Dissuaderet* pro *persu. tent.* Ms. Ernst.—11 *Inquit Pompon.* uncis inclusa sunt in Ed. Arg.—12 Sic etiam Ms.

NOTÆ

k *Quæ antiquitate, humanitate, doctrina præstaret omnes*] Hæc sunt elogia Athenarum. Quantum ad antiquitatem, hæc Just. lib. II. 'Non advenæ, neque passim collecta populi colluvies originem urbi dedit,' &c. De humanitate vero et doctrina quis ambigit?

l *Huc ex Asia Sylla decedens*] Qui Dictator fuit, postquam Marianam factionem penitus delevit.

m *Idem poëmata pronuntiabat et Græce et Latine*] Commentarium de Ciceronis Consulatu Græce scripsisse, sed parum comte, testatur ipse Cic. ad Atticum, Epist. II. 1.

velle ducere,[12] cum quibus ne contra te arma ferrem, Italiam reliqui.' At Sylla, adolescentis officio collaudato, omnia munera ei, quæ[13] Athenis acceperat, proficiscens jussit deferri. Hic complures annos moratus, cum et rei familiari[14] tantum operæ daret, quantum non indiligens deberet paterfamilias, et omnia reliqua tempora aut literis[15 n] aut Atheniensium reipubl. tribueret, nihilominus amicis urbana officia præstitit. Nam et ad[16] comitia eorum ventitavit, et, si qua res major acta est, non defuit; sicut Ciceroni in omnibus ejus[17] periculis singularem fidem præbuit: cui ex patria fugienti LLS.. ducenta et quinquaginta millia[18] donavit. Tranquillatis autem rebus Romanis, remigravit Romam,[19] ut opinor, L. Cotta[20] et L. Torquato Coss. quem diem[21] sic universa civitas Atheniensium prosecuta est, ut lacrymis desiderii futuri dolorem indicaret.

5. Habebat avunculum Q. Cæcilium,[o] equitem Rom. familiarem L. Luculli,[p] divitem, difficillima natura: cujus

Mendos. [Nulla est in libris varietas lectionis. Sed Schottus annotarat, *ducere* melius quoque in suo cod. scripto (Mendos.) quam *deducere:* quod præcedenti versu positum, rectius ibi quadret.]—13 *Qui Athenis* Ed. Schot. Eadem [uti quoque Long.] Paulo post *complureis.*—14 [*Quum rei fam.* ed. vet. ap. Schleg. qui probat. it. antiq. *quum et rei fam.* Ed. Ven. a. 1470. et altera Ven. ac rell.]—15 *Aut bonis artibus* Ed. Brix. [vet. ap. Schlegel. et ant.]—16 *Ad* aberat a Ms. Voss. 1. 3.—17 *Omnibus suis periculis* Ms. Mendos. Leid. 2. Ed. Med. [*ejus* uncis inclusum est in Ed. Bos. 2. Stav. Harl. Tzschuck. 1. 2. Brem.] Sed absunt unci a Ms. Gif. Ed. [antiq. et Ven.] Brix. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Heus. [et quibusdam recentt.] Abest τὸ *ejus* ab Ed. Arg.—18 Pro *LLS....millia* legitur *sestertia ducenta et quadraginta millia* in Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [antiq. *H. S. CC. et quinquaginta milia* Ed. Ven. Long. Gebh. et *milia* in Ed. Brix. et ant. ac Tzschuck. quoque, sed *millia* in Ed. Long. aliisque scriptum est.] Sed *sextertia ducenta et quadraginta milia* Ed. Med. *H. S. duc. et quinquag. milla* Ed. Arg.—19 [*Rem. Romani* Ed. ant. et vet. ap. Schleg. Statim, num *ut opinor* additum sit a Nepote, dubitat Tzschuck. sed id tuentur Brem. ac Büchling.]—20 *L. Cocta* Ed. [antiq.] Brix. Med. *L. Cota* Ed. Rom. Arg. [Ven.] Mox *consulibus* Ed. Brix. [et antiq.]—21 *Quem quidem* Ms. Ernst. *quem diem quolibet* Ms. Medic. *quem*, omisso τῷ *diem*, Ed. Gebh. [probantque Kapp. et censor ed. Tzschuck.]

NOTÆ

[n] *Aut literis*] Scilicet Philosophiæ Epicureæ, ut Cicero testatur De Legibus.

[o] *Habebat avunculum Q. Cæcilium*] Hunc quoque avunculum Attici fuisse testatur Cic. ad Atticum, Epist. I. 1. et II. 19.

[p] *Familiarem L. Luculli*] Hic Con-

sic asperitatem veritus est,[f] ut, quem nemo ferre posset, hujus[1] sine offensione ad summam senectutem retinuerit benevolentiam. Quo facto, tulit pietatis fructum. Cæcilius enim moriens testamento adoptavit eum,[q] hæredemque fecit ex dodrante;[g] ex qua hæreditate accepit circiter centies LLS.[2] Erat nupta soror Attici Q. Tullio[3] Ciceroni;[r] easque nuptias M. Cicero conciliarat; cum quo a condiscipulatu[4] vivebat conjunctissime, multo etiam familiarius, quam cum Quinto;[5] ut judicari possit, plus in amicitia valere similitudinem morum,[s] quam affinitatem. Utebatur autem intime Q. Hortensio, qui iis[6] temporibus principatum eloquentiæ tenebat,[t] ut intelligi non posset, uter eum[7] plus diligeret, Cicero an Hortensius: et id, quod erat difficillimum, efficiebat, ut, inter quos tantæ[8] laudis esset æmulatio, nulla intercederet obtrectatio, essetque talium virorum copula.

[f] *Cujus acerbitatem ita* excolendo *demulsit.*
[g] *Reliquitque hæredem ex novem partibus.*

1 *Hic* Ms. Voss. 3. Dein *benivolentiam* Ed. Med. Arg. [Ven. et antiq.]—2 *Centies sestertium* Ms. Mendos. Leid. 2. Ed. Brix. [antiq.] *centies H. S.* Ed. Arg. Gebh. ubique. [Ed. Ven. Long. *centies sestertiorum* Ed. Brem.] *cent. sextertium* Ms. Voss. 1. 3. *cent. sextercium* Ed. Med.—3 *Tullio* simpliciter Ms. Voss. 3. Ed. Brix.—4 *Discipulatu* Ms. Medic. 2. [Ed. ant. et vet. ap. Schlegel.] *condisciplina* Ms. Ernst. Schop. h. e. Bavar. 1. V. Schop. Verisim. III. 8. p. 107.—5 *Quincto* Ed. Gebh. [*cum Q.* Ed. Ant.]—6 *His temp.* Ed. Med. Arg. [antiq. Ven. Long.]—7 *Uter tum* Ms. Mendos. *uter eorum* Ms. Voss. 3. Mox *diligeretur* Ms. Mendos.—8 *Tanta* Ms. Leid. 2.

NOTÆ

sul adversus Mithridatem missus est; cujus res ferro et fame afflixit, eumque regno suo Pontico expulit, atque iterum cum Tigrane Armeniorum Rege superavit.

[q] *Cæcilius enim moriens testamento adoptavit eum*] Quod etiam patet ex his Val. Max. verbis lib. VII. 9. 'Pomponium Atticum testamento adoptavit, omniumque bonorum reliquit hæredem.'

[r] *Erat nupta soror Attici Q. Tullio Ciceroni*] Hic M. T. Ciceronis, oratorum principis, frater fuit, qui duxit Pomponiam Attici sororem.

[s] *Plus in amicitia valere similitudinem morum*] Hinc Cic. in Lælio: 'Nihil est quod ad se rem tam alliciat, tam attrahat, quam ad amicitiam similitudo.'

[t] *Qui iis temporibus principatum eloquentiæ tenebat*] Præsertim autem eloquentiæ vis Hortensii in incredibili gestus suavitate consistebat. Cic. in Bruto.

6. In republ. ita versatus est,[r] ut semper optimarum partium et esset et existimaretur, neque tamen se civilibus fluctibus[2] committeret, quod non magis eos in sua potestate existimabat esse, qui se iis[3] dedissent, quam qui maritimis jactarentur. Honores non petiit, cum ei paterent, propter vel gratiam vel dignitatem: quod neque peti more majorum,[u] neque capi possent, conservatis legibus, in tam effusis[4] ambitus largitionibus, neque * geri e republ.[5] sine periculo, corruptis civitatis moribus. Ad hastam publicam nunquam[h] accessit.[v] Nullius rei neque præs,[6] neque manceps[w] factus est. Neminem neque suo[7] nomine, neque subscribens, accusavit. In jus de sua re nunquam iit; judicium nullum habuit. Multorum consulum præ-

[h] *Publicæ venditioni nunquam affuit.*

1 *Est versatus* Ed. [antiq. et Ven. Long.] Gebh. Keuch. Heus. Patav. [Ith. Heinr. Schmied. Paulo post Ursin. et Schott. corrigunt *optimatum partium*; sed Heus. h. l. probat *optimarum*.]—2 *Civibus fructibus* Ms. Voss. 1.—3 *His* Ed. Heus. [ant. et Ven. Long. uti rell. ante Lambin.]—4 *Effusi* Ms. Gif.—5 *Neque e rep.* (omisso τῷ *geri*) Ms. Mendos. Voss. 3. Medic. 2. Ed. Brix. Med. [antiq. et vet. ap. Schlegel. qui illam comprobat lectionem: *neque Reip. sive periculo* Ed. Ven. ita etiam Ed. Long.] *neque res geri* Ms. Medic. 1. *neque ere. p.* Ms. Voss. 1. *neque rep.* Ms. Gifan. Leid. 2. *neque geri e rep.* Ed. Lamb. Schot. Bos. 1. [Heus. Harl. Tzschuck. Ith. Brem. Wetz. Schmied. nam *e republ.* est ad commodum reipubl. At censor ed. Tzschuck. opinatur, *geri sine periculo*, deletis verbis *e republ.* requirere concinnitatem:] *neque retineri sine per.* Ed. Gebh. Keuch.—6 *Præs* aberat a Ms. Leid. 2. Mox *mancipes* in eodem. Statim *factus fuit* Ms. Mendos. Ed. [antiq.] Med. Arg. *factus* Ed. Brix.—7 *Suo*, omisso τῷ *neque*, Ms. Voss. 3. Ed. [ant. it. Venet. et vet. apud Schlegel. qui id probat,] Brix. Long. Gebh. Keuch. [*neque* uncis incluserunt Bos. in ed. 2. et Stav. in ed. 1. 2.] Sed unci absunt ab Ed. Med. Arg. Lamb. Schot. Boecl. Bos. 1. Heus. [Stav. 3. Harl. et rell. meis: quare, quod *neque* extat, testibus Stav. atque Heusing. in codd. Gif. Voss. 1. 2. Leid. uncos ejeci. Paulo post *in jus de sua re nunquam judicium habuit* Ed. vet. ap. Schleg. et ant. *judic. null. hab.* Heusing. ab interprete quodam explicandi causa apposita esse suspicatur. Alii explicant, *judex nunquam fuit*; alii, *nunquam reus factus est*: v. Tzschuck. et

NOTÆ

[u] *Quod neque peti more majorum*] Hic Nepos sui seculi vitia carpit, quibus mos et consuetudo majorum in postulandis dignitatibus despiciebatur.

[v] *Ad hastam publicam nunquam accessit*] Quod veniebat, hastæ subjici dicebatur.

[w] *Neque præs, neque manceps*] Quod falsum est, si, ut refert Cicero Epist. i. 19. apud Sicyonios vectigalia exercuit.

torumque præfecturas delatas sic accepit, ut[8] neminem in provinciam sit secutus: honore fuerit contentus, rei familiaris despexerit fructum. Qui ne cum Q. quidem Cicerone voluerit[9] ire in Asiam,[x] cum apud[10] eum legati locum obtinere posset. Non enim decere se arbitrabatur, cum præturam gerere noluisset, asseclam[11] esse prætoris. Qua in re non solum dignitati serviebat, sed etiam tranquillitati, cum suspiciones quoque vitaret criminum. Quo fiebat, ut ejus observantia[y] omnibus[12] esset carior; cum eam officio, non timori neque spei, tribui viderent.

7. Incidit Cæsarianum civile bellum,[z] cum haberet annos circiter sexaginta.[1] Usus est ætatis vacatione,[a] neque [se] quoquam[2] movit ex urbe.[i] Quæ amicis suis opus fuerant ad Pompeium proficiscentibus, omnia ex sua re familiari

[i] *Senectutis immunitate fruitus est, nec pedem Roma extulit.*

Harl.]—8 *Ut* aberat Ms. Voss. 3. in eodem vero paulo post *fuit*, et, uti quoque in Ms. Leid. 2. [atque Ed. ant. ac vet. ap. Schlegel.] *despexit*, pro *fuerit* ac *despexerit*.—9 Ita Ms. Mendos. [Ed. ant. et Ven. Long. Lamb. Bos. et sqq. Quidam, ait Heusing. *voluit*.]—10 *Quem apud* et mox *possit obtinere* Ms. Voss. 3.—11 *Assecla* Ed. Med.—12 [*Hominibus* Ed. vet. apud Schlegel. et aut.]

1 *Circiter annos sexaginta* Ms. Mendos. *et cum haberet circiter annos septuaginta* Ms. Medic. 1.—2 *Neque quoquam movit* Ms. Schop. vid. Schop. Verisimm. III. 8. p. 108. *neque quidquam movit* Ms. Medic. 1. [*se* uncis incluserunt Bos. in Ed. 2. Heusing. qui annotat, *movere* sæpe absolute hoc ipsum, quod *se movere*, significare, laudatque Vechneri Hellenolex. I. 1. 6. p. 62. Ed. Stav. Tzschuck. Harl. Bipont.] sed *se*, omissis uncis, Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. Ed. [antiq.] Brix. Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Pat. [Ith. Wetz. Schmied. Heinr. Paufl. *neque quoque se mov.*

NOTÆ

[x] *Qui ne cum Q. quidem Cicerone voluerit ire in Asiam*] Is, ut mox dictum est, sororem Attici duxerat, et Prætor fuit, M. Valer. Messala, et M. Pusio Pisone Coss. Asiam provinciam sortitus Lucio Flacco successit. Vide Cic. ad Atticum lib. I.

[y] *Ejus observantia*] Qua, scilicet, ipse alios observabat.

[z] *Incidit Cæsarianum civile bellum*] Mar. Marcello, et Servio Sulpicio Coss. vel, ut aliis placet, anno Urb. Cond. 705. L. Corn. Lentulo, et Claudio Marcello Coss. ex Cassiodori Chronicis.

[a] *Usus est ætatis vacatione*] Vacationes sunt excusationes a muneribus publicis militaribus, et aliis, quæ senibus concedebantur. Unde Quintil. Declam. 306. 'Est præcipuum jus senectutis, quoniam non una subit omnis ætas, non perpetuo Senatorem citat Consul; est sua legationibus requies,' &c.

dedit. Ipsum Pompeium conjunctum[3] non offendit, (nullum[4] ab eo habebat[k] ornamentum,[b]) ut ceteri,[5] qui per eum aut honores, aut divitias ceperant:[6] quorum partim invitissimi castra sunt secuti, partim summa cum ejus offensione domi remanserunt.[c] Attici autem quies[7] tantopere Cæsari fuit grata, ut victor, cum privatis pecunias per epistolas imperaret,[8] huic non solum molestus non fuerit, sed etiam sororis filium et Q. Ciceronem[9] ex Pompeii castris concesserit. Sic vetere instituto vitæ effugit[10] nova pericula.

8. Secutum est illud, occiso[1] Cæsare,[d] cum respubl.

[k] *Nullam enim ab eo dignitatem acceperat.*

Ed. Ven.]—3 *Ipsum Pompei. conjunctum* Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [antiq. et Ven. Long. Lamb. Bos. Heus. et seqq.] Sed *ips. Pomp. concinctum* Ed. Rom. Med. *ipsum Pomp. conjunctus* Ed. Gebh. *ipsum conjunctum* Ms. Medic. 1. *ipsum Pompeium sibi junctum* Ms. Medic. 2. *ips. Pompeium non junctus offendit* Ms. Ernst.—4 [*Nullum enim* a Lambin. profectum venit in Ed. Bos. Stav. 1. 2. Ith. Wetz. Brem. Heinr. Paufl. Sed] *enim* aberat a Ms. Leid. 2. Voss. 3. Ed. [vet. ap. Schlegel. it. antiq. in qua vitiose excusum legitur: *Nullum ab eo abebat hornamentum:*] Med. Arg. Long. Heus. in qua etiam verba, *null. ab eo h. orn.* inclusa sunt uncinis. [Pariter in Ed. Stav. 3. Harl. Tzschuck. 1. 2. Schmied. *offendit. Nul. q̄ ab eo hēbat ornamentum: ut* Ed. Ven.]—5 *Exteri* Ms. Voss. 3.—6 *Ceperunt* Ms. Leid. 2. *cœperant* Ed. Arg. *cœp.* Ed. Med. [Ven.]—7 *Quos* Ms. Voss. 3.—8 *Impetraret* Ms. Voss. 3. [Ed. antiq. *et* vet. ap. Schlegel.] Statim *huic non solum non* Ms. Leid. 2.—9 Sic quoque Ed. ant. et Ven. Long. Bos. 2. Heus. et seqq.] Sed *sororis filium Q. que Ciceronem* Ms. Leid. 2. *sororis Q. et filium Ciceronem* Ms. Voss. 3. *sororis et Q. Ciceronis fil.* Ed. Lamb. Schot. Bos. 1. *sor. fil. et Q. Ciceronis* Ed. Med. Arg. [Wetz. tamen malit cum aliis legere, vel *sororis et Q. Ciceronis filium*, vel *sororis filium, Q. Ciceronem.*] Schottus legi volebat, *ei Q. Ciceronem*, (quomodo et Ursinus conjecerat;) vel de utroque *Quincto*, filio et patre, intelligi. Alii, omissa copula, ediderunt, *sororis filium, Q. Ciceronem.*—10 *Regit* pro *vitæ effugit* Ms. Leid. 2.

1 Sic Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. [Ed. Jens. 1470. ap. Schleg. Ven. Long. Lamb. Bos. Stav. 3. (quem secutus est Harl.) Heus. quorum quidem prior, suadente partim Bos. interpunxit atque edidit: *illud. Occiso...convertisse; sic M. &c.* posterior, n. Hensing. pariter quidem, nisi ut daret, *convertisse* [*videretur:*] *sic M. &c.*] Sed *illud tempus occ.* Ms. Schop. Ernst. Ed. Brix. [vet. apud Schlegel. et ant.] Tum *quando resp.* Ed. Med. et *Brutum* Ms. Mendos.

NOTÆ

[b] *Nullum ab eo habebat ornamentum*] Quidam rectius legi putant, *auctoramentum.*

[c] *Partim summa cum ejus offensione domi remanserunt*] Quod Cic. pro Ligario, et Seneca philosophus comprobant: aiunt enim Pompeium pro hostibus se habere dixisse, qui extra castra sua essent. Cæsarem vero eos, qui in hostium castris non essent, pro amicis habiturum.

[d] *Occiso Cæsare*] Nemo nescit Jul.

potens Brutos videretur esse et Cassium, ac tota civitas se ad eos convertisset.[a] Sic M. Bruto usus est, ut nullo ille adolescens[a] æquali familiarius, quam hoc sene,[l] neque solum eum principem consilii haberet,[3] sed etiam in convictu.[4] Excogitatum est a quibusdam, ut privatum[5] ærarium Cæsaris interfectoribus ab equitibus[6] Rom. constitueretur. Id facile effici posse arbitrati sunt, si et principes illius[7] ordinis pecunias contulissent. Itaque appellatus est a C. Flavio,[8] Bruti familiari, Atticus, ut ejus rei princeps esse vellet. At ille, qui officia amicis[9] præstanda sine factione existimaret, semperque a talibus se consiliis removisset, respondit: si quid Brutus de suis facultatibus uti voluisset, usurum, quantum eæ paterentur;[10] se[11] neque cum quoquam de ea re collocuturum,[12] neque[m] coi-

[l] *Ut ipsi juveni coævus nemo familiarior fuerit, quam senex ille.*
[m] *Neque in concilium venturum.*

Ed. Brix. [*Bruto* Ed. ant. et vet. Schleg. at M. et Dec. Brutus sunt intelligendi.]—2 Ita Ms. Gif. Leid. 1. [Ed. Bos. 2. Stav. 1. 2. Brem. Wetz. Heinr. *convertisse* Ed. Stav. 3. Tzschuck. Harl. quod equidem malim.] Sed *ad eum convertisse videretur* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. [antiq. et Ven.] Brix. Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Ith. Schmied. *ad eum* (n. Brutum) *convertisset* Ed. Ricklefs. *ad eum* etiam Ed. vet. ap. Schlegel.] *convertisse* [*videretur*] Ed. Heus. [conf. Tzschuck. ad ed. 2.]—3 *Habebat* Ms. Leid. 2.—4 *In conjunctis* Ms. Medic. 1.—5 *Privatim* Ed. Gebh. —6 *Equitibus*, omisso τῷ *ab*, Ms. Mendos. Voss. 3. [Ed. ant. et vet. Schleg.] —7 *Ejus ordinis* Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 3. Ed. Med. [vet. Schleg. et ant.] —8 *C. Flavio*, omisso τῷ *a*, Ms. Voss. 3. *a G. Flavio* Ms. Voss. 1. Ed. Med. Arg. *a Q. Flavio* Ed. [vet. et ant.] Brix.—9 *Qui amicis officia* Ed. [antiq.] Brix. Med.—10 *Se hæc pater*. Ms. Voss. 3. *hæ pater*. Ed. [vet. Schleg.] Med. Arg. [Long. *he pat*. Ed. ant. et Ven.]—11 Sic Ed. [vet. ap. Schleg. qui probat, et ant.] Gebh. Keuch. Heus. [Harl. Ith. Wetz. Tzschuck. 1. 2. Ricklefs. Heinr. Schmied. *sed* in Ms. Mendos. Ed. Ven. Long. Bos. Brem. etiam Lamb. Fischer tamen extare scripsit *se* in Ed. Lamb.] *se neque cum quoquam* Ms. Leid. 2. *sed neque cum quoquam* Ed. Med. Arg.—12 *Colloquuturum* Ms. Voss.

NOTÆ

Cæsarem tribus et viginti vulneribus in curia occisum fuisse a Bruto et Cassio cædis auctoribus, postquam devictis Pompeianis partibus Dictaturam perpetuam invasisset, Idibus Martiis anno Urbis Cond. 710. ipso Julio Cæsare, et M. Antonio Coss.

[a] *Ut nullo ille adolescens*] Ille vocatur adolescens, qui Præturam exercebat; ad quam exercendam quadragenarium esse oportebat. Attamen a 17. ad 46. annum adolescentia antiquitus pertingebat, ut ab antiquis observatum est. Nihilominus Varro ad 30. tantum pertingere ait.

tumui.[f] Sic ille consensionis globus[g] hujus unius dissensione disjectus est.*[13] Neque multo post superior esse cœpit Antonius, ita ut Brutus[14] et Cassius, provinciarum, quæ iis necis causa[15] datæ erant a consulibus,[16 h] desperatis rebus, in exilium[17] proficiscerentur. Atticus, qui pecuniam simul cum ceteris conferre noluerat florenti illi parti, abjecto Bruto[i] Italiaque cedenti LLS.[18] centum millia muneri[19] misit. Eidem in Epiro absens trecenta jussit[20] dari; neque eo magis potenti adulatus est Antonio,[j] neque desperatos reliquit.

9. Secutum[1] est bellum gestum apud Mutinam.[2 k] In

* *Ita hunc consentientium cœtum, unus ille dissentiens disturbavit.*

2. pro vulgato *colloeutur.*—13 *Est* aberat a Ms. Voss. 3. [Ed. vet. ap. Schlegel. ant.]—14 *Bruti* Ms. Ernst.—15 Ita Ms. Sav. Put. Gif. Medic. 1. 2. Ernst. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [antiq. et Ven.] et ceteri cum Heus. [qui tamen in appendicula, multis gravibusque prolatis argumentis, oppugnat illam lectionem *necis*, et emendat *necessitatis.*] Sed *quæ iis dicis causa* [h. e. per simulationem, non ex animo, de conjectura Cujacii in Observatt. x. 37.] Ed. Lamb. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Amstel. Schmied.] v. Victor. Varr. VIII. 24.—16 *A consule* Ms. Mendos. Medic. 1. 2. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Brix. Med. [vet. Schlegel. ant. et Ven.]—17 *Exsulium* Ed. Schot. [Statim *proficiscuntur* Ed. vet. Schleg. et antiq.]—18 *Sestertia* Ed. Brix. [ant. ubi etiam *milia* legitur. *H. S. C. M.* Ed. Ven. Long. *Sestertiorum cent. mill.* Ed. Brem. *Sestertium centum milia* Ed. Tzschuck. 2.] *sextercia* Ed. Med.—19 *Numerari* Ms. Medic. 1. Mox *Epyreo* Ms. Leid. 2. *Epyro* Ed. [vet. et Ven.] Med. Arg. ubique: [*Epeiro* Ed. Long.]—20 *Jussit* aberat a Ms. Voss. 1.

1 [*Secutus* Ed. vet. ap. Schleg. et antiq.]—2 *Mundinam* Ms. Voss. 3. *Nu-*

NOTÆ

f *De ea re colloculurum, neque coiturum*] Id est, neque privatim ea de re cum quoquam loqui velle, neque publice et palam in concilio agere; quia *colloqui* potest esse privatorum; hic vero *coire* est concilium habere publicum; unde Comitia.

g *Consensionis globus*] Sic Val. Max. 'pugnantium globos,' 'hostium globos' dixit.

h *Quæ iis necis causa datæ erant a consulibus*] Sic legit Savaro ex Mss. Sed contra Lambinus ac Schottus *dicis causa* legunt: quod magis probo, nam hæc antiqua loquendi formula 'dicis causa,' 'dicis gratia;' Gallice, *par manière d'acquit.* Quia Brutus et Cassius per speciem et nomen provinciarum e Rep. remoti fuerant, et veluti exulati. Sic etiam loquitur Cic. ad Atticum Epist. I. 18. pro Murena, et alibi.

i *Abjecto Bruto*] Reflante fortuna prostrato.

j *Potenti adulatus est Antonio*] Quia tunc Antonius supremam rerum administrationem cum Lepido invaserat.

k *Secutum est bellum gestum apud Mutinam*] Cujus belli causa fuit testamentum Cæsaris. Vide Florum lib. IV. 4. Hoc autem inter Anto-

quo si tantum eum prudentem dicam, minus, quam debeam, prædicem, cum[3] ille potius divinus fuerit; si divinatio[4] appellanda est perpetua naturalis bonitas, quæ nullis casibus neque agitur,[5] neque minuitur. Hostis Antonius judicatus[l] Italia cesserat: spes restituendi[6] nulla erat. Non solum ejus[7] inimici,[m] qui tum[8] erant potentissimi et plurimi, sed etiam qui[9] adversariis ejus se dabant,[10n] et in eo lædendo se[11] aliquam consecuturos sperabant commendatio-

············

midiam Ms. Medic. 1. 2. Voss. 1.—3 *Quamquam* Ms. Voss. 3.—4 [*Divinitas* (h. e. *divina natura*,) corrigendum putabat Buchner, quod etiam Schotto in mentem venerat. Atque Bosius in indice sub voc. *divinare* scribit, conjecturæ isti favere, quæ toto isthoc capite subjiciantur, nisi tamen malis *divina* legere. Quæ conjectura in ind. sub voc. *divinus* etiam proponitur. Primum quidem *divinus* h. l. de Attico a Boeclero explicatur, qui ea parte prudentiæ, quæ *divinatio* s. *prudentia* dicitur, valet, n. rectitudine, constantiaque consilii ac propositi. Huic Boecleri interpretationi ibid. subjiciuntur ea, quæ sequuntur: 'videri possit potius idem esse, ac divinandi peritus, siquidem *divinatio* in seqq. retineri deberet. Sed ea merito suspecta est legendamque forsan *divina*, ut ita vocetur *bonitas naturalis*.' Sed infra in cap. 16. Nepos *prudentiam quodammodo esse divinationem, posse existimari* scripsit. Nihil igitur h. l. mutandum est. *Divinus* enim dicitur divinandi sive futurorum peritus, vates; hinc *divinatio* nihil aliud est, ac summa, solito major prudentia, qua viri acutissimi e longinquo futura, et quæ sibi adversa esse possint, prospiciunt. *Bonitas* autem h. l. est insita a natura usuque confirmata animi bona indoles: v. interpretes et Schlegel. l. c. p. 74. Fischer. ascripsit hæc: 'Struchtmeier lib. I. animadversion. crit. cap. 10. p. 54. conjicit *appellanda ea est*, omisso τῷ *divinatio*. Pater ejus conjecit *divina appell. est*.']—5 *Neque agitatur* Ms. Ernst. *augetur*, omisso τῷ *neque*, Ms. Voss. 1. *augetur* Ed. Gebh. Keuch. Patav. *agitur* [h. e. huc illuc impellitur, præsertim casibus; v. Stav. ad ed. 3. et Harl.] Ms. Leid. 2. Voss. 3. Ed. Rom. Brix. Med. [et omisso τῷ *neque* Ed. vet. ap. Schlegel. qui probat; ant. et Ven. Long. *neque agitur* Ed. Lamb. Bos. Stav. Heus. et seqq.]—6 *Restituenda* Ms. Leid. 2.—7 *Ejus* aberat a Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Rom. Med. Arg. [vet. probatque Schleg. p. 43. ant. Long. Gryph. Heinrich.] Inclusit uncinis Heusing. [item Harl. Stav. 3. Bipont. Tzschuck.]—8 *Qui tamen* Ed. Rom. Long. Schot. [*qui tñ* Ed. Ven.] *qui dum* Ms. Voss. 3.—9 *Etiam amici advers.* Ed. Rom. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Amstel. Bos. 1. Patav. [Sed *etiam qui adv.* Ed. ant. et Ven. Bos. 2. Stav. et rell. v. Gesn. et Tzsch.]—10 *Ejus dabant* Ms. Voss. 1. Statim *in eo*, omisso τῷ *et*, Ms. Mendos. Voss. 3. Ed. Brix. [antiq. ac vet. Schlegel.]—11 *Se* hoc loco aberat a Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. [vet. ap. Schleg. ant. et Ven.] Med. Arg. Long. sed *se sperabant* Ed. Med.

NOTÆ

nium et Octavium Cæsarem tum juvenem motum est. Mutina vero urbs est Galliæ Cisalpinæ, nunc vulgo, *Modene*.

[l] *Hostis Antonius judicatus*] Causam hujus judicii accipe a Cic. Philipp. II.

[m] *Ejus inimici*] Ex quorum numero acerrimus fuit Cicero.

[n] *Adversariis ejus se dabant*] Pro, *cedebant*.

nata;[12] Antonii[13] familiares insequebantur; uxorem Fulviam omnibus rebus spoliare cupiebant; liberos etiam extinguere parabant. Atticus, cum Ciceronis intima familiaritate uteretur, amicissimus esset[14] Bruto, non modo nihil iis indulsit ad Antonium violandum, sed e contrario familiares ejus ex urbe profugientes, quantum potuit, texit, quibus rebus indiguerunt, adjuvit. P. vero Volumnio[15] ° ea tribuit, ut plura a parente proficisci non potuerint. Ipsi autem Fulviæ, cum litibus distineretur,[16] magnisque terroribus vexaretur,[17] tanta diligentia officium suum præstitit, ut nullum illa stiterit[18] vadimonium sine Attico,[a] hic[19] sponsor omnium rerum fuerit. Quin[20] etiam cum illa fundum[21] secunda fortuna emisset in diem, neque post calamitatem versuram[22] facere potuisset;[p] ille se interposuit, pecuniam-

[a] *Ut illa nusquam in judicium venerit, absente Attico.*
[p] *Cum hæc prædium in prosperitate emisset certo tempore solvendum, nec adversante fortuna ab alio solvere valuisset.*

Arg. al.—12 Sic Ms. Gif. [Ed. Bos. 2. Stav. Heus. et rell.] Sed *commendationem vel commoditatem* Ms. Leid. 1. *commoditatem* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. [vet. et al. ant. ap. Schleg. qui probat p. 43. et 48. et Ven.] Brix. Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. ['Possit,' ait Tzschuck. ad ed. 2. 'alterum, n. *commoditat.* retineri, quod propius spectare posse videatur ad *lædendo* et *consecuturos.* Possit et utrumque adhiberi, si sequentia cogites. Spoliatio enim *commoditatem,* occisio *commendationem* parabat.']—13 [Sic Ed. ant. et Ven. Long. Bos. 2. Heus. Stav. et rell.] Sed *ejus* Ed. Lamb. Boecl. Bos. 1. abest ab Ed. Gebh. Keuch. Patav.—14 *Esset* abest ab Ed. Brix.—15 [*Volumnium* Ed. vet. Schlegel. *Volunio* Ed. ant. *Volūnio* Ed. Ven. conf. infra cap. 12. et 10. Ad eum scriptæ sunt epistolæ Ciceron. VII. 32. 33.]—16 *Destinaretur* Ms. Medic. 2. Ed. Med. Arg. [*destineretur* Ed. Ven.] *detineretur* Ms. Ernst. Leid. 2.—17 *Versaretur* Ed. Brix. An fuit in Ms. *vecsaretur?* Vulgata certe longe exquisitior. [Heus. *versar.* non plane damnat.]—18 Ita Ms. Gif. Ernst. [Ed. Lamb. Bos. Stav. et seqq.] v. Otho ad A. Gell. II. 14. Sed *steterit* Ms. Sav. *præstiterit* Ms. Mendos. Long. Petav. Voss. 1. 3. Leid. 2. Ed. Brix. Med. Arg. [Ven. Long. vet. et antiq. ap. Schlegel. qui lectioni *præstit.* favet.—19 *Ut sponsor* Ed. Brix. [ant. et vet. ap. Schleg.] *qui spons.* Ed. Med. Arg. *sponsor* simpliciter Ed. [Ven. Long.] Gebh. Keuch. Patav.—20 *Quod etiam* Ms. Voss. 1. [Ed. vet. Schleg. et antiq.]—21 *Fundum* aberat a Ms. Leid 1. Statim *secunda fortuna* aberant a Ms. Mendos. Voss. 1. Ed. Med. [Uncis inclusa sunt duo illa vocc. in Ed. Bos. 2. Stav. Heus. Tzschuck. 1. Harl.] Sed unci absunt ab Ed. [antiq. et Ven.] Brix. Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Ith. Brem. Tzschuck. 2. Wetz. Schmied. Heinr. Bicklefs.]—22 *Usuram* Ms. Mendos.

NOTÆ

° *P. vero Volumnio*] Is inter Antonii familiarissimos erat, qui et Eutrapelus dicebatur præfectus fabrum, de quo Cic. Epist. IX. 26.

que sine fœnore, sineque[23] ulla stipulatione ei[24] crediderit; maximum existimans quæstum, memorem gratumque cognosci; simulque aperire, se non fortunæ, sed hominibus solere esse amicum. Quæ cum faciebat, nemo eum temporis[25] causa facere poterat existimare. Nemini enim in opinionem[26] veniebat, Antonium rerum potiturum. Sed sensim is[27] a nonnullis optimatibus reprehendebatur,[28] quod parum odisse malos cives videretur.

10. Ille autem sui judicii, potius, quid[1] se facere par esset,[2] intuebatur,[q] quam quid alii laudaturi forent.[3] Conversa subito fortuna est.[4] Ut Antonius rediit in Italiam, nemo non magno [in] periculo[5] Atticum [futurum][6] putarat propter intimam familiaritatem Ciceronis et Bruti. Itaque ad adventum imperatorum de foro decesserat, timens proscriptionem,[p] latebatque apud P. Volumnium, cui, ut os-

[q] *Hic vero suo judicio nitens, quid æquum sibi faciendum esset, magis perpendebat.*

Medic. 1. 2. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. et ant. sed versuram Ed. Ven. et rell. V. ad cap. 2.]—23 *Sine*, omisso τῷ *que*, Ed. Brix. [ant.]—24 *Ei* abest ab Ed. [ant. et vet. Schlegel.] Brix. Med. Arg. Long. Bos. 1. Gebh. Keuch. Inclusit illud uncinis Heusing. [Stav. in ed. 3. Statim *credit* Ed. Ven.]—25 *Eum in opinionem temp.* Ms. Leid. 2.—26 [Sic Ed. Ven. Rom. Long. Lamb. Bos. Heus. Stav. et rell.] Sed *neminis enim opinioni* Ms. Mendos. [Ed. ant.] *nemini enim opinioni* Ms. Leid. 2. Voss. 1. [Ed. vet. ap. Schlegel.] *hominis enim opinioni* Ed. Brix. *nemini enim in opinione* Ed. Med.—27 Ita etiam Ms. Mendos. [Ed. ant. et Ven. Long. Lamb. Bos. Stav. Heus. et rell.] Sed *is* aberat a Ms. Medic. 2. *sed sensum is* Ms. Voss. 3. *sed sensus ejus* Ed. Gebh. Keuch. [probatque Gesner. At *sensim* tuetur Kapp. rejicitque Heusingeri interpretationem, *clam, tacite, non multis audientibus*: add. Harles.]—28 *Opt. ejus rei repr.* Ms. Medic. 1. 2. *opt. ejus repr.* Ms. Mendos. Voss. 1. 3. Ed. Rom. [Ven. Long.] *ejus repræh.* Ed. Med. Arg.

1 *Quod se* Ed. Brix. [antiq.]—2 *Essent* Ed. Med.—3 *Quid illi laud. for.* Ed. Gebh. Keuch. *quid alieni foret* Ed. Brix. [vet. Schleg. qui probat: it. ant.] Bos. 1.—4 Ita Ms. Gif. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 3. [Ed. antiq. Lamb. Bos. Stav. Ith. Tzschuck. Harl. Wetz. Heinr.] Sed *conversa fortuna est* Ms. Leid. 2. Ed. [Ven. Long.] Gebh. *Conversa subito fortuna* Ed. Brix. [Schmied. quidem videtur melius, in ablativ. consequent. Sed v. Tzschuck. et Harl. not.] *conversa sub. fortuna* [*est*] Ed. Heus. Hinc incipit cap. 10. in edit. Patav.—5 *In periculo* Ms. Leid. 2. Voss. 2. Ed. Brix. [Ven.] Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. [Ith. Wetz. Schmied. sed τῷ *in* uncis incluserunt Bos. 2. Heus. Stav. Tzschuck. Harl. Brem. Bipont.] *periculo*, omisso τῷ *in*, Ms. Mendos. Voss. 3. [Ed. antiq. Heinr. Paufler. Ricklefs.] Statim *Acticum* Ed. Med.—6 *Futurum* aberat Ms. Voss. 3. Ed. [ant. et Ven. ac vet. Schleg.]

NOTÆ

[p] *Timens proscriptionem*] Hanc Florus 'Syllanam' vocat ob immanem ejus crudelitatem. Et ea est, qua Cicero cum filio, fratre, fratrisque

tendimus, paulo ante opem tulerat, (tanta varietas iis[7] temporibus fuit fortunæ, ut modo hi,[8] modo illi in summo essent aut fastigio, aut periculo,) habebatque[9] secum Q. Gellium Canum,[10 q] æqualem simillimumque sui. Hoc quoque sit Attici bonitatis exemplum, quod cum eo, quem puerum[11] in ludo cognoverat,[r] adeo conjuncte vixit, ut ad extremam ætatem amicitia eorum creverit. Antonius autem, etsi tanto odio ferebatur in Ciceronem, ut non solum ei,[12] sed omnibus etiam ejus[13] amicis esset inimicus, eosque vellet proscribere; multis hortantibus tamen, Attici memor fuit officii, et ei, cum requisisset, ubinam esset, sua manu scripsit, ne timeret, statimque ad se veniret: se eum, et illius causa [Gellium] Canum[14] de proscriptorum numero exemisse. Ac,[15] ne quod in periculum[16] incideret, quod

[r] *Qui a pueritia in scholis sibi notus fuerat.*

Brix. Med. Arg. Long. Gebh. [Paufl.] Sed erat in Ms. Voss. 1. Leid. 2. Ed. Lamb. Schot. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Ith. Wetz. Heinr. Schmied.] uncis tamen omissis, [qui additi sunt in Ed. Bos. 2. Heus. Stav. Harl. Bip. Tzschuck. Ricklefs. Brem.]—7 *His temp.* Ms. Mendos. Ed. Brix. [ant. et Ven. Long.] *in his temp.* Ed. Gebh. Keuch.—8 *Modo ii* Ms. Voss. 1.—9 *Habebat* Ed. Brix. Gebh. Keuch.—10 Sic Ms. Gif. (a quo tamen [ut. ab Ed. ant.] prænomen Q. aberat,) Mendos. (in quo tamen *Quinctum* erat,) Ed. Brix. [Bos. Stav. Heus. Bipont. et seqq. *Quintum Gellium Canium* Ed. Long.] Sed *Gelum Canium* Ms. Voss. 1. Leid. 2. *Q. Sellium Canium* Ms. Voss. 3. *Q. Gellium Canium* Ed. Med. [Ven.] Lamb. Schot. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. In Arg. est *Cannium:* Ed. Gebh. *Gellium Canium.*—11 *Puer* Ms. Voss. 3.—12 *Solum eis* Ms. Voss. 3. Mox *etiam omnib.* Ms. Medic. uterque, Ed. Brix. [antiq. Ven. Longol.] Keuch. *sed omnibus suis am.* Ed. Patav.—13 Sic Ms. Gif. Medic. uterque, Voss. 1. 3. Ed. Brix. [antiq. Lamb. Bos. et seqq.] Sed *suis amic.* Ms. Leid. 2. Ed. [Ven.] Arg. Long. Gebh. Keuch. Amstel. [Nec damnant Ernst. Stav. ad ed. 3. et Heusing. quos vide;] *ejus* præfert Gronov. Pecun. vet. de Centes. et unc. usur. p. 647. [ac Tzschuck. propter præcedens *ei.*]—14 *Et ejus caussa Gellium Canium* Ms. Schop. (Verisim. III. 8. p. 109.) Ernst. *et illius Canum* Ms. Gif. [*se eum Gellium Canum* Ed. vet. Schleg. et antiq. *seiū* (pro *se eum*) *et gel. Canium* Ed. Ven.] *et Gellium Canum* Ed. Brix. *et Gellium Canium* Ed. Med. Long. Lamb. Schot. Gebh. Keuch. Bos. 1. Patav. *et Gellium Cānium* Ed. Arg. *et il. c. Galium Can.* Ms. Voss. 3. *et* [*illius caussa*] *Gellium Canum* Ed. Heus. [Ith. Tzschuck. 1. 2. uncos omiserunt Patav. edit. Wetz. Heinr. Schmied. Bipont. Paufl. Ricklefs. *illius caussa* [*Gellium*] *Canum* Ed. Bos. 2. Stav. Harl. Brem.]—15 *Exemisset at* Ms. Leid. 2.—16 Sic Ms. Voss. 3. Ed. Lamb. Schot. Boecl.

NOTÆ

filio, omnibus denique clientibus et amicis proscriptus est.

[q] *Gellium Canum*] Quidam *Canium* legunt: et sic scribit Martialis, lib. I. 'Gaudent jocosæ Canio suo Gades.'

noctu fiebat, præsidium ei[17] misit. Sic Atticus in summo timore non solum sibi, sed etiam[18] ei, quem carissimum habebat, præsidio fuit.[s] Neque enim[19] suæ solum a quoquam auxilium petiit salutis,[t] sed conjunctim: ut appareret, nullam sejunctam sibi ab eo velle fortunam.[20] Quod si gubernator præcipua laude fertur, qui navem ex hyeme marique scopuloso servat; cur non singularis ejus existimetur prudentia, qui ex tot tamque gravibus procellis civilibus ad incolumitatem pervenit?

11. Quibus[1] ex malis ut se emerserat,[2] nihil aliud egit, quam ut plurimis, quibus rebus posset, esset auxilio. Cum proscriptos præmiis imperatorum[3] vulgus conquireret,[u] nemo in Epirum venit, cui res ulla[4] defuerit. Nemini non ibi perpetuo manendi potestas facta est. Qui[5] etiam post prælium Philippense[r] interitumque C. Cassii et M.

[s] *Hoc pacto Atticus se non tantum a maximo metu, verum etiam eum, quem summopere diligebat, liberavit.*
[t] *Nec enim separatim quenquam suæ vitæ protectorem quæsivit.*
[u] *Cum plebs triumvirorum mercede* illecta *exules investigaret.*

Bos. 1. Patav. [Stav. 3. Harl. Tzschuck. Ith. Brem. Wetz. Schmied. Ricklefs.] Sed *quod peric.* omissa præpositione, Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Brix. [vet. Schleg. et ant. ac Ven.] Med. Arg. Long. Gebh. Keuch. [*in* uncis inclus. Bos. 2. Stav. 1. 2. Heus. (quem vid.) Bipont.]—17 *Præs. eis misit* Ms. Medic. 2. *præsid. et misit* Ms. Voss. 3.—18 *Sed et* Ed. Brix. [antiq.]—19 *Enim* aberat a Ms. Leid.—20 Sic Ms. Voss. 1. Ed. [vet. ap. Schlegel. qui probat, item antiq. et Ven.] Brix. Med. Arg. Long. Gebh. Keuch. Heus. [Stav. 3. Harl. Ith. Heinr. Schmied. Ricklefs.] *velle esse fort.* Ed. Lamb. Schot. Boecl. Bos. 1. [Tzschuck. Wetz. *τὸ esse* uncis cinxerunt Bos. in ed. 2. Stav. Brem.]

1 *Qui ex* Ms. Mendos.—2 Sic Ms. Ernst. [Ed. Ven. Long. Bos. 2. Stav. Heus. et seqq.] sed *ut se emerserit* Ms. Gif. Leid. 2. Voss. 3. Ed. Med. Arg. *ut sæpe emerserit* Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. et antiq. At *se emergere* bene ac frequenter dici, docent illustrantque Schott. atque Ernst. ad h. l. et Westerhov. ad Terent. Andr. III. 3. 30.] *ut se emersit* Ed. Lamb. Schot. Boecl. Keuch. Bos. 1.—3 *Imperatoris*, (n. Antonii forsan,) Ms. Mendos. Medic. 2. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [antiq. et vet. Schlegel. Heusing. opinatum, id fortasse pro *imperatorIs* i. e. *imperatoriis* positum esse; refutavit Stav. ad ed. 3.]—4 *Res nulla* Ms. Voss. 3. *re ulla* Ed. Brix. [vet. Schleg. qui præfert, et antiq.] Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. A verbis: 'Cum proscr. præm.' &c. incipit cap. 11. in Ed. Patav.—5 *Quin etiam* Ms. Mendos. Ed. [vet. Schleg. et ant. ac Ven.] Brix. Med. Long. Lamb. Schot. [Ricklefs. probatque Tzschuck., sed

NOTÆ

[r] *Post prælium Philippense*] In quo Brutus et Cassius interfectores J. Cæsaris perierunt, et pœnas cædis ejus dederunt.

Bruti, L. Julium[6] Mocillam prætorium,[7] et ejus filium, Aulumque Torquatum, ceterosque pari fortuna perculsos,[8] instituerit tueri,[9] atque ex Epiro[10] his omnia[11] Samothraciam supportari jusserit. Difficile est[12] omnia persequi, et non necessaria.[13] Illud unum intelligi volumus, illius liberalitatem, neque temporariam,[14] neque callidam fuisse.[x] Id ex ipsis rebus ac temporibus judicari potest, quod non florentibus se venditavit;[y][15] sed afflictis semper succurrit: qui quidem Serviliam, Bruti matrem,[a] non minus post mortem ejus, quam[16] florente, coluerit. Sic liberalitate[17]

[x] *Hujus munificentiam nec temporis causa factam, nec captatricem extitisse.*
[y] *Quod potentibus non obsecutus est.*

ita, ut postea legi debeat *instituit....jussit*, et sic edidit Ricklefs.]—6 *Uilium* Ed. Med.—7 Ita Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Rom. Brix. [ant. et Ven.] Par. Long. [Gryph. Bos. 2. Heus. et seqq.] Sed *prætorem* Ed. Lamb. Schot. Boecl. Bos. 1. Statim *et filium ejus* Ed. [Ven. Long.] Gebh. Keuch.—8 *Percussos* Ms. Voss. 3.—9 Ita Ms. Leid. 2. Mendos. Gif. Ed. Brix. [ant. et Ven. Long. Bos. 2. Stav. et seqq.] Sed *instituit tueri* Ms. Voss. 1. Ed. Lamb. Schot. Boecl. Bos. 1. *instituerunt tueri* Ms. Voss. 3. *institerit tueri* Ed. Gebh. Keuch.—10 *Atque Epiro* Ed. Brix. [*atque ex Epyro* Ed. antiq.]—11 *His omnibus* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Boecl. Keuch. *iis omnia* Ed. [Ven. Long.] Gebh. Statim *Samotrac.* Ed. [antiq.] Med. Arg. Dein *jusserit etiam* Ms. Leid. 2. Ed. Brix. [antiq. Ven. Long. Bos. 2. Stav. et seqq.] Sed *jussit* Ed. Lamb. Schot. Boecl. Keuch. Bos. 1.—12 *Difficile est*, omisso τῷ *enim*, Ms. Mendos. Gif. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. cui placet id, et antiq.] Med. Heus. Patav. [Stav. 3. Harl. Bipont. Tzschuck. 2. Ith. Heinr. Schmied. Paufl.] Contra *difficile enim est* Ed. Arg. [Ven. Long.] Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. [Tzschuck. 1. Ricklefs. Brem. Wetz. qui explicat *autem*. At τὸ *enim* uncis inclusum est in Ed. Bos. 2. Stav. 1. 2.] Statim *prosequi* Ms. Voss. 1. Ed. Rom. Arg.—13 Ita etiam Ms. Mendos. Sed *necessarium* Ed. Long. [Schmied. Bellermann. et sic conjecit quoque Lamb. ac Brem. omnino comprobat. At Freinsh. emendat *etiam necessaria*. Tamen vulgata lectio potest, judicibus Ricklefs. et Tzschuckio, retineri, et commode explicari, dummodo *necessaria* referas ad *omnia*.]—14 *Neque temporar.* absunt ab Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. et ant. Dein pro *callidam*, h. e. insidiosam, ad suum commodum et suam utilitatem omnia referentem; *calidam* legere jubent atque temerariam interpretantur Lang. et Mannt. ad Cic. de Offic. I. 24. ac Schott. ad nostrum locum.]—15 *Vendicavit* Ms. Leid. 2. Ed. Brix. Arg. [vet. ap. Schleg. et antiq. ac Ven.] *vendicarat* Ms. Mendos. *vindicavit* Ed. Med.—16 *Qua* Ed. Arg. q̈ Ed. Med. Statim *florente* etiam Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 3. Ed. Rom. [antiq. et Ven. Lamb. Bos. 2. Heus. et plurr. seqq.] Sed *eo florente* Ms. Ernst. *florentem* Ed. Brix. Long. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Schmied. et Wetz. probavit in not.]—17 *Libertate* Ms. Leid. 2. *Libe-*

NOTÆ

[a] *Serviliam, Bruti matrem*] Hæc erat soror Catonis Uticensis, eamque Julius Cæsar adolescens amaverat, unde quidam crediderunt Brutum a Julio Cæsare genitum fuisse. Vide Plutarchum et Suetonium.

utens, nullas inimicitias gessit; quod neque lædebat[18] quenquam, neque, si quam injuriam acceperat,[19] non malebat[20] ulcisci, quam oblivisci.[21] Idem immortali memoria percepta[22] retinebat beneficia;[z] quæ autem ipse tribuerat,[23] tamdiu meminerat, quoad ille gratus erat, qui acceperat.[24] Itaque hic fecit, ut vere dictum videatur: Sui cuique mores fingunt fortunam.[a] Neque tamen prius ille[25] fortunam, quam se ipse, finxit; qui cavit, ne qua in re jure[26] plecteretur.[t]

12. His igitur rebus effecit,[1] ut M. Vipsanius[2] Agrippa,[u] intima familiaritate conjunctus[3] adolescenti Cæsari, cum

[z] *Idem perpetuo beneficiorum a se ante acceptorum recordabatur.*
[a] *Quisque sibi pro moribus suis fortunam statuit.*

---

ralitatem Ed. Rom. [Ven.]—18 *Ledebat* Ed. Brix. [antiq.]—19 *Acceperat* Ed. Brix. ubique.—20 Ita Ms. Leid. 1. 2. Mendos. (in quo tantum scriptum erat *mallebat*,) Voss. 1. 3. Ed. Rom. [Ven. Long. Bos. 2. Stav. per Græcismum tunc duæ negationes fortius negant; id vero in vocc. *neque non* posse evinci, dubitat Tzschucke et Censor Fischeri τὸ *non* lubentius deleret. Atque] *non* omissum est in Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. in qua, uti in antiq. et Paris. ap. Heusing. editum est, *acceperat: malebat ulcisci*, omissis vocc. *quam oblivisci*,] Ed. Lamb. Schot. Gebh. Bos. 1. Heus. [Harl. Ith. Wetz. Tzschuck. 1. 2. Bipont. Ricklefs. Paufl. (quem vid.) Schmied. Heinr. τὸ *non* uncis inclusit Brem. multus de hoc loco.]—21 *Oblivisci quam ulcisci* Ed. Long. Gebh. Keuch. Patav. [atque sic, si *non* retineretur, legendum censuit Lambin.] Heus. quem conferes, τὰ *quam oblivisci* uncis inclusit.—22 Sic Ms. Mendos. Ed. Brix. [Venet. sic *p̃cepta*,] Med. Arg. Par. Long. Gryph. Keuch. Heus. [Stav. 3. Harl. Ith. et seqq.] Sed *præcepta*, h. e. ante capta, Ms. Voss. 3. Ed. [antiq.] Gebh. Stav. 1. 2.—23 *Tribueret* Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. et antiq.] Statim *tamdiu ipse mem.* Ms. Leid. 2.—24 *Receperqt* Ed. Keuch.—25 *Ille prius* Ms. Gif. Ed. Brix. [antiq. Dein *quam se ipsum*, propter oppositum *fortunam*, Tzsch. dare voluisse, colligi potest ex nota ad ed. 2. et *ipsum* in textum haud male admisit Ricklefs.]—26 Ita Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 3. [Ed. antiq. Lamb. Bos. Paris. Stav. et rell.] Abest τὸ *jure* ab Ed. Rom. [Ven.] Long. Gebh.

1 *Fecit* Ms. Leid. 2.—2 *Iuspanius* Ed. Brix. *Iupsanius* [Ed. ant.] et Med. Aberat a Ms. Leid. 2.—3 *Convinctus* Ed. Med. [Statim *adulescenti* Ed. ant.]

NOTÆ

[t] *Ne qua in re jure plecteretur*] Additur ex manuscriptis *jure*: quod Nepotis menti conformius est, ut legenti cuilibet patebit.

[u] *Ut M. Vipsanius Agrippa*] Hic, ut fert Seneca Epist. 21. Attici gener erat, atque tres habuit uxores, quarum prima Pomponia Attici filia, altera Marcella Octaviæ filia, tertia Julia Aug. Cæsaris, ex qua Caium et Lucium Cæsares, Posthumum Agrippam, Agrippinam, et Juliam habuit. Dux quoque belli peritissimus fuit, de quo Virg. Æneid. VIII. 'Parte alia, ventis et Dis Agrippa secundis Arduus agmen agens, cui, belli insigne

propter suam gratiam, et Cæsaris potentiam, nullius conditionis non haberet potestatem,[b] potissimum ejus deligeret[4] affinitatem, præoptaretque[5] equitis Romani filiam generosarum[6] nuptiis. Atque harum nuptiarum conciliator fuit, (non est enim celandum,) M. Antonius triumvir reipubl. constituendæ:[7] cujus gratia cum augere possessiones posset suas, tantum abfuit[8] a cupiditate pecuniæ, ut nulla[9] in re usus sit ea, nisi in deprecandis[10] amicorum aut periculis, aut incommodis.[c] Quod quidem sub ipsa proscriptione[11] perillustre fuit.[v] Nam cum L. Saufeii[12] equitis Romani, æqualis sui, qui cum eo complures[13] annos, studio ductus philosophiæ,[14] habitabat,[15] habebatque in Italia[16] pretiosas

[b] *Penes eum omne conjugium esset.*
[c] *Nisi ut ab amicis aut pericula aut incommoda propulsaret.*

—4 *Diligeret* Ms. Mendos. [Ed. ant. et Ven.] Patav. Bos. 1. [Heus. Ith.] *Dilegeret* Ed. Med. Arg. Gebh. Boecl. Keuch. [Amst.]—5 Sic etiam Ms. Mendos. [*peroptaretque* Ed. Ven. Long. Sed perperam, judice Bosio.]—6 *Generosam* Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. et ant. ac Ven.] Med. Rom. Arg. Long. Lamb. [in meo tamen exempl. V. D. manu ascripsit: *forte generosarum.*] Par. Gryph. Schot. Boecl. Keuch. *generosum* Ed. Gebh. operarum errore: [in Ms. Voss. 1. 3. Ed. Bos. 2. Stav. et rell. *generosarum* legitur.] Paulo post *non est enim* etiam in Ms. Mendos. Ed. Brix. [ant.] Sed *non enim est* Ed. [Ven. Long.] Lamb. Schot. Keuch.—7 *Constituendæ* aberat a Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. [vet. ap. Schleg. et ant. ac Ven.] Brix. Med. Arg. Long. [Sed, suadentibus Manutio ac Puteano, atque usu loquendi exigente, id recepit Lamb. (quem reliqui sunt secuti,) acuteque suspicatus est, illius verbi omissionem ortam esse ex antiqua scriptura *M. Antonius III. vir R. P. C. cujus*, indeque *C.* prius potuisse facile absorberi.]—8 *Tantum afuit* Ms. Mendos. Leid. 1. Voss. 1. Ed. Keuch. Schot. Stav. 2. [Harl. V. Bos. et VV. LL. ad XVII. 5. p. 346. sq. at Stav. ad ed. 3. *adfuit* prætulit:] *tam abfuit* Ms. Medic. 2. *tamen abfuit* Ed. Brix. [vet. Schleg. et antiq.]—9 *Nulli* Ed. Brix. —10 *Precandis* Ms. Leid. 2.—11 Ita Ms. Voss. 1. 3. Ed. Rom. [ant. ac Ven.] Brix. Long. [Bos. 2. et sqq.] Sed *sub illa proscriptione* Ms. Leid. 2. *sub ipsam proscriptionem* Ed. Lamb. Schot. Bos. 1.—12 *Saufei* Ed. Brix. [antiq. et Ven. Long.] Med. Arg. Gebh. *Saufrio* Ms. Leid. 2.—13 [Ita Ed. Bos. Stav. Harl. Ith. Brem. Wetz. Heinr. Paufl. Ricklefs.] sed *cum eo* absunt ab Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. et antiq.] Med. Arg. Lamb. Schot. Boecl. Keuch. Bos. 1. *qui cum plures* Ed. Rom. [Ven. Long. ubi tamen editum est *plureis*,] Gebh. Uncis vocc. *cum eo* inclusit Heus. Patav. [it. Tzschuck. et Schmied. Sed ii absunt quoque a Ms. Guelferb. et exempl. Corner.]—14 *Philosophia* aberat a Ms. Voss. 1.—15 *Athenis habit.* Ed. Med. Arg. Lamb. Schot. Boecl. Keuch. Bos. 1. Amstel. Patav. [item liber Corner. in quo legitur: *qui com-*

NOTÆ

superbum, Tempora navali fulgent rostrata corona.'

[v] *Quod quidem sub ipsa proscriptione perillustre fuit*] Quia cum æmulatione et certatim proscriptorum bona tunc temporis ab omnibus triumvirorum

possessiones, triumviri bona vendidissent, consuetudine ea, qua tum res[17] gerebantur; Attici labore atque industria factum est,[18] ut eodem nuntio Saufeius[19] fieret certior, se patrimonium amisisse et recuperasse. Idem L. Julium Calidum,[20] quem, post Lucretii Catullique[21] mortem,[w] multo elegantissimum poëtam nostram tulisse ætatem vere videor posse contendere, neque minus virum bonum, optimisque artibus eruditum, post proscriptionem[22] Equitum, propter magnas ejus Africanas[23] possessiones, in proscriptorum numerum a[24] P. Volumnio, præfecto fabrum[x] Antonii, absentem relatum, expedivit. Quod in præsenti utrum[25] ei

plures annos stud. ductus philos. Athenis habitabat, quam lectionem secutus est Grasius in interpretatione Gallica, et unice veram esse contendit Jac. Fr. Heusing. in prolus. de Corn. Nep. rec. cum Flav. Mall. Theodori libro de metris, p. 124. sq. et Schleg. l. c. pag. 72. sq. Kapp. conjecit *qui complur. annos astu studio....habitabat*. Tzschuck. vero in longa not. ad ed. 1. et 2. vulgatam lect. *qui cum eo* retinet et tantum mutat post Schottum *habitarat*. Heusing. copiosus de varietate lectionis, tandem conjicit, *qui complures.... philosophiæ aberat* vel *afuerat*.]—16 *Italiam* Ms. Voss. 3. Statim *preciosas* Ed. Brix. [ant. *p̄ciosas* Ed. Ven.] *præciosas* Ed. Arg.—17 *Tum gereb.* Ms. Leid. 2. —18 Sic Ed. Brix. Rom. [antiq. et Ven.] Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecler. Keuch. Pat. [Tzschuck. 1. 2. Ricklefs. probante Bosio in not.] Sed *factum, ut* Ms. Voss. 1. 3. Leid. 2. [Bos. Heus. Harl. Bipont. Ith. Brem. Heinr. Paufl. Schmied.] Mox *nuncio* Ed. Brix. ubique, [Ven. Long.]—19 *Saufeus* Ms. Mendos. Ed. Med. Arg. *Saufrius* Ms. Leid. 2. Statim *fieret clarior* Ms. Mendos. Medic. 2. Leid. 2. Voss. 1. (in hujus margine notatum erat 'al. *certior*,') 3. Ed. Brix. Med. [vet. Schleg. et ant.]—20 *Calidium* Ms. Gif. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. [vet. Schleg. ant. et Ven.] Brix. Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Keuch. Bos. 1. Patav. [*Calidum* Ed. Gebh. Bos. 2. et seqq. et firmavit Periz. in epist. 23. ad Heins. sub finem, in Burm. sylloge epistolar. tom. IV. p. 764.] Statim *quem Lucr.* Ed. Med.—21 *Catulique* Ms. Leid. 2. Ed. Med. *Catulli* Ed. Brix.—22 *Quem post proscr.* Ms. Gif. Leid. 2. Voss. 3. Ed. Med. [*quem proscriptionem* Ed. vet. Schleg. et ant.] *perscriptionem* Ms. Voss. 3. *proscriptiones* Ms. Leid. 2.—23 *Aphricanas* Ed. Brix. [Ven.] *affricanas* Ed. Med. [antiq.]—24 *A* aberat a Ms. Leid. 2. Ed. Med.—25 *Quod, impetratum ei, labor.* Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. (cui id placet) et antiq.] atque Heusing. [qui ex Par. exempl. sic rescripsit, *utrum*

NOTÆ

amicis postulabantur, quod recusavit Atticus.

[w] *Post Lucretii Catullique mortem*] Lucretius Poëta insignis et Philosophus Epicureus, qui scripsit de rerum natura libros sex. Catullus vero Veronensis Poëta mordax et lascivus, qui vixit Syllæ et Marii temporibus, de quo Ovid. Trist. II. 'Sic sua lascivo cantata est sæpe Catullo Fœmina.'

[x] *Præfecto fabrum*] Ille erat qui fabris eorumque operibus et machinis, quibus maxime in bellis opus est, præerat.

laboriosius, an gloriosius fuerit, difficile fuit judicare; quod in eorum periculis, non secus absentes, quam præsentes, amicos Attico esse curæ cognitum est.

13. Neque vero minus[1] ille vir, bonus paterfamilias habitus est, quam[2] civis. Nam cum esset pecuniosus, nemo illo[3] minus fuit emax, minus ædificator.[y] Neque tamen non in primis[4] bene habitavit,[d] omnibusque optimis rebus usus est. Nam domum habuit in colle[5] Quirinali[z] Tamphilanam,[6 a] ab avunculo hæreditate relictam; cujus amœnitas[7] non ædificio, sed sylva constabat. Ipsum enim tectum, antiquitus[8] constitutum, plus salis, quam sumtus habebat:[e] in quo nihil commutavit, nisi si quid[9] vetustate coactus est. Usus est familia, si utilitate judicandum est, optima; si forma, vix mediocri. Namque in ea erant

[d] *Et tamen inter optimates commodas ædes habuit.*
[e] *Nam ipsa domus, ab antiquo structa, plus venustatis, quam impensæ, exhibebat.*

supplendum duxit, *ei* retulit ad Calidum, et vulgatam lectionem, *quod in præsenti utrum ei labor.* graviter oppugnavit. Heusingero assentitur Wetzel. in not, et Haus. *impetratum* in contextum quoque recepit. At vulgatum late tuentur Kapp. Tzschuck. Stav. ad ed. 2. Brem. et Schmied. qui cum Tzschuck. in ed. 1. post *quod* comma posuit.] *Ei* aberat a Ms. Leid. 2. [Paulo ante *absentem expediv.* omisso τῷ *relatum* Ed. vet. Schleg. et ant.]

1 *Neque vero ille,* omisso τῷ *minus,* Ms. Mendos. Gif. Leid. 2. Voss. 1. [nec displicuit Schotto; atque ad hoc Schotti judicium respicit Bos. in nota:] *neque minus ille* Ed. Brix. [et antiq. ac vet. Schleg.]—2 *Habitus quam* Ms. Leid. 2.—3 *Ille* Ms. Voss. 1.—4 *Imprimis* Ed. Med. Arg. ubique.—5 *In valle* Ms. Mendos. Medic. 1. 2. Voss. 1. (in hujus tamen margine scriptum erat 'al. *colle,*') 3 Ed. Brix. Med. [vet. Schleg. et ant.]—6 *Tamphilianam* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Brix. [antiq.] Gebh. *Tamphilarem* Ms. Voss. 3. *Cæcilianam* Ms. Ernst. *Pamphilianam* Ed. Med. Long. *Pamphilanam* Ed. Arg. [*pāphilianū* Ed. Ven.] Q. Bæbius Tamphilus ap. Cic. Phil. v. 10.—7 *Amæn.* Ed. Med. [*amenit.* Ed. antiq.]—8 *Antiquitatis* Ms. Medic. 1. *antiquis* Ms. Voss. 3.—9 Sic Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. [antiq.] Brix. Lamb. [Bos. 2. Stav. (qui de formula *nisi si* laudat Duker. ad Flor. iv. 7. Plura congessit Drakenb. ad Liv. vi. 26. tom. ii. p. 376.) Heus. et seqq.] Sed *si quidem* Ed.

NOTÆ

[y] *Nemo illo minus fuit emax, minus ædificator*] Ex publica Attici vita ad privatam transit Nepos, cujus sententiæ subscribit Cic. Parad. 6. his verbis: 'Non esse emacem vectigal est.' Et Lacones, si cui mala imprecabantur, quatuor ipsi accidere optabant, quorum primum erat ædificandi desiderium. Locus extat apud Suidam.

[z] *In colle Quirinali*] Unus ex septem urbis Romæ montibus: est in sexta regione, statim post templum Quirini.

[a] *Tamphilanam*] Sic dictam a quodam Tamphilo Romano.

pueri literatissimi, anagnostæ optimi,[b] et plurimi librarii,[f] ut ne pedisequus[10] quidem quisquam esset, qui non utrumque[11] horum pulchre facere posset. Pari modo artifices ceteri,[12] quos cultus domesticus desiderat, apprime[13] boni. Neque tamen horum quenquam, nisi domi natum domique factum habuit: quod est signum non solum continentiæ, sed etiam diligentiæ. Nam et non intemperanter[14] concupiscere quod a plurimis[15] videas, continentis debet duci; et potius[16] diligentia, quam pretio,[17] parare, non mediocris est industriæ. Elegans, non magnificus; splendidus, non sumtuosus;[18] omni diligentia munditiem,[19] non affluentiam[20] affectabat. Supellex[21] modica, non multa,[c] ut in neutram partem conspici posset.[g][22] Nec hoc[23] præteribo, quan-

[f] *Lectores peritissimi et amanuenses multi.*
[g] *Ut nec quid sordidi nec quid superflui videri valeret.*

Rom. [Ven.] Long. *nisi quid* Ed. Bos. 1.—10 *Pedissequus* Ed. Brix. [antiq. Ven.] Arg. Long. Patav. *pedissecus* Ed. Med.—11 *Utrum hor.* Ms. Mendos. Voss. 3. [Ed. antiq.] *utrunque h.* Ed. Med. Arg. Long.—12 *Cæteri* Ed. Brix. et al. ubique. Dein *desyderat* Ms. Mend. Ed. Arg. *desiderabat* Ms. Medic. 2. —13 *Adprime* Ms. Mendos. pro vulgato *apprime*.—14 *Imperanter* Ms. Mendos. Voss. 3. Medic. 1. 2.—15 *Pluribus* Ed. Long. Gebh. Keuch. [Ven.]—16 *Potius* aberat a Ms. Mendos. Ed. [vet. Schlegel. et antiq.] Brix. Gebh. [uncis inclus. in Ed. Bos. 2. Stav. 1. 2. Brem.] Unci absunt ab Ed. Med. [Ven.] Arg. Long. Lamb. Gryph. Schot. Boecl. Keuch. Patav. Heus. [Stav. 3. Harl. Ith. Bip. Wetz. Heinr. Paufl.—17 *Prætio* Ed. Med. ubique: *Præcio* Ed. Arg. ubique: [*precio* Ed. ant. et Ven. ac Long.]—18 *Sumptuosus* Ed. Brix. [antiq. et Ven.] Statim *omnique* Ms. Gif.—19 *Munditiam* Ms. Schopp. Ernst. Medic. 1. 2. Ed. Brix. [vet. Schleg. ant. et Ven. in quibus scriptum est *mundiciam*,] Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Keuch. Patav. [*munditiem* Ed. Bos. Stav. et rell.]—20 *Adfluentiam* Ms. Mendos. Schop. Ernst. Med. 1. 2. Voss. 3. Ed. Brix. [vet. Schleg. qui probat, et antiq.] Heus. Patav. [Bipont. Harl. Ith. Tzschuck. 1. 2. Heinr.] Sed *affluentem* Ed. Rom. [Ven.] Long. Gryph. [Lamb. Bos. Stav. (qui *adfluentem* interpretatur non abundantem, vel non nimiam, muliere quippe luxuriosa, quam viro gravi digniorem: qui tamen sensus ex altera quoque lectione fluit,) Wetz. (qui vero in nota præfert alteram lectionem,) et Paufl.] *affluentes* Ms. Leid. 2. *affluebā* Ed. Med.—21 *Suppell. mod.* Ms. Mendos. Ed. Rom. [Ven. Lamb. Bos. Heus. Stav. Harl. Ith. Brem. Bipont. Wetz. Heinr. Schmied. Paufl. sed ita, ut sit τὸ *supellex* uno *p* scriptum in edd. Brix. Lamb. Long. Stav. 3. Heus. Harl. aliisque: v. Stav. ad ed. 3. et Cellar. orthogr. Lat. p. 367. ibique Harles. *Suppell.* Ed. ant. Bos. et al.] Sed *supellex non mod.* Ed. Brix. [vet. Schleg. et antiq.] Long. Gebh. Patav.—22 Sic etiam Ms. Gif. [Ed. ant. et Ven. in quo tamen exemplo

NOTÆ

[b] *Anagnostæ optimi*] Hi erant lectores apud Romanos.

[c] *Supellex modica, non multa*] Id est, modo, non copia æstimanda.

quam[24] nonnullis leve visum iri putem. Cum in primis lautus esset Eques Rom. et non parum liberaliter domum[25] suam omnium ordinum homines invitaret; scimus non amplius, quam terna millia[26] æris,[d] peræque in singulos menses, ex ephemeride[e] eum expensum sumtui[27] ferre solitum. Atque hoc non auditum, sed cognitum prædicamus. Sæpe enim,[28] propter familiaritatem, domesticis rebus interfuimus.

14. Nemo in convivio ejus[1] aliud[2] acroama audivit[f] quam anagnosten:[h 3 g] quod nos quidem jucundissimum[4] arbitramur. Neque unquam[5] sine aliqua lectione apud eum cœnatum[6] est; ut non minus animo, quam ventre, convivæ delectarentur.[h] Namque[7] eos vocabat, quorum mores a

[h] *Nullus ex ejus convivis alium recitantem audivit, quam lectorem.*

omissum est *ut*, Long. Bos. et seqq.] Sed *ut in n. partem * conspici posset* Ed. Lamb. [Namque Lambinus et cum eo Boecl. putabant, hunc locum non esse sincerum.—23 *Hoc* aberat a Ms. Leid. 2. Voss. 3. Ed. Rom. Brix. [vet. ap. Schleg. qui probat omissionem, et ant. ac Ven.] Med. Arg. Long. Uncis inclusit Heusing.—24 *Quēq.* Ed. Brix.—25 Ita Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [ant. et Ven. Lamb. Stav. et seqq. Sed *in domum* Ed. Long. Gryph.] Mox *omnium* abest ab Ed. Francof. operarum, forsan, peccato.—26 *Tria milia ær.* Ed. Brix. [*tria milia eris* Ed. antiq.] Mox *peraqua* Ed. Brix. [*pereque* Ed. antiq.]—27 *Sumptui* Ed. Brix. [ant. et Ven. Long.] Statim *fore sol.* Ms. Voss. 3.—28 *Enim* abest ab Ed. Med. [ant. Ven.]

1 *Ejus* aberat a Ms. Voss. 3.—2 *Aliquid* Ms. Leid. 2. Statim *acroma* Ed. Rom. [ant. et Ven.] Arg. *ἀκρόαμα* Ed. Long. Gebh. [Mannt. Gryph. Gothofr. et al. ap. Heusing.]—3 *Agonasten* Ms. Mendos. Voss. 3. *Anagosten* Ed. Brix. [*Anagostem* Ed. ant.]—4 *Jocund.* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Brix. Med. [antiq. sic infr. c. 16.]—5 *Nunquam* Ms. Voss. 3.—6 *Cænatum* Ed. Med. Arg. *cenat.* [Ed. ant.] Boecl.—7 *Nanque* Ed. Brix. [antiq.]—8 *Quom* Ed. Brix. Mox

NOTÆ

[d] *Quam terna millia æris*] Mille æris tunc temporis 250. sestertios, denarios 62. faciebat. Vide Gronovium lib. III. de pecunia vetere.

[e] *Ex ephemeride*] Id est, ex libello seu commentario quotidianarum expensarum et erogationum.

[f] *Aliud acroama audivit*] Partim seriis partim jocosis recitationibus, adjunctis etiam cantorum et tibicinum modulis, constabant ἀκροάματα. Vide Plutarchum in Symposio, Macrobium, et Athenæum.

[g] *Quam anagnosten*] Is est, qui recitat.

[h] *Ut non minus animo, quam ventre, convivæ delectarentur*] Unde Cic. in Catone majore, 'Neque,' inquit, 'ipsorum conviviorum delectationem voluptatibus corporis magis, quam cœtu amicorum, et sermonibus metiebar,' &c. Antiquissimus autem mos ille fuit, ut inter cœnandum recitaretur aliquid; ut patet ex Macrobio Saturn. lib. I. ex Gellio lib. III. 2. et ex multis aliis.

suis non abhorrerent. Cum[8] tanta pecuniæ facta esset accessio, nihil de quotidiano[9] cultu mutavit, nihil de vitæ[10] consuetudine: tantaque usus est moderatione, ut neque in sestertio[11] vicies, quod a patre acceperat,[i] parum se splendide gesserit,[12] neque in sestertio centies affluentius vixerit, quam[13] instituerat;[f] parique fastigio steterit in utraque fortuna. Nullos habuit[14] hortos, nullam suburbanam, aut maritimam sumtuosam[15] villam,[i] neque in Italia, præter Ardeatinum[16] et Nomentanum,[17][j] rusticum prædium; omnisque[18] ejus pecuniæ reditus constabat[19] in Epiroticis[k] et[20] urbanis possessionibus. Ex quo cognosci potest, eum usum[21] pecuniæ non magnitudine, sed ratione metiri[22] solitum.

[i] *Ut nec in viginti sestertium millibus sibi a patre relictis.*

pecunia Ms. Voss. 3.—9 *Quottidiano* Ed. Brix.—10 *Vicæ* Ed. Arg.—11 Sic Ms. Mendos. bis [Ed. antiq. Par. Lamb. Bos. Stav. et plur. sqq. *in sestertio* Ed. Wetz. bis. *HS.* Ed. Ven. Long.] *sextertio* Ed. Med. Arg. bis. Statim *vities* Ed. Med. Arg.—12 *Gessit* Ms. Voss. 3.—13 *Quæ inst.* Ed. Med.—14 *Habuerit* Ed. [Ven.] Rom. Long. Gebh. Statim *ortos* Ms. Leid. 1. Ed. [antiq.] Med. Arg.—15 *Sumptuosam* Ed. Brix. ubique. [ant. et Ven. Long.] —16 *Arretinum* Ms. Voss. 1. Mendos. [Ed. vet. Schleg. et antiq.] *Aretinum* Ms. Medic. 1. 2. Ed. Brix. *Arrentinum* Ms. Gif. *Arietinum* Ms. Voss. 3. *Ardatinum* Ed. Med. [*Ardeatinum* Ed. Rom. Ven. Par. Long. Lamb. Bos. et seqq.]—17 *Momentanum* Ed. [antiq.] Arg. *Numentanum* Ed. Boecl. Bos. 1.—18 *Omnesque* Ed. Brix. [antiq.]—19 *Redditus constabant* Ed. Brix. *redditus* erat etiam in Ms. Mendos. [Ed. ant. et Ven. ac Long.]—20 *Epir. urb.* Ms. Leid. 2. In Ed. Med. Arg. est *Epyroticis.* [Sed *Epyrotheis et* in Ed. ant. et vet. ap. Schleg.]—21 *Usum eum* Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. [ant.] Brix. Med. Arg. Heus. [Stav. 2. Ith. Schmied. Heinr.]—22 *Meriti* Ms. Voss. 3. Statim *solum* Ms. Leid. 2.

NOTÆ

[i] *Nullam suburbanam, aut maritimam sumtuosam villam*] Huic opinioni videtur repugnare Cic. lib. I. ad Atticum, ubi sic habet: 'Ego te arbitror, cæsis apud Amaltheam tuam victimis, statim esse ad Sicyonem oppugnandum profectum.' Et rursus ibidem: 'Velim ad me scribas, cujusmodi sit Ἀμαλθεῖον tuum,' &c. Unde deducimus Pomponium habuisse villam sumtuosam et magnificam.

[j] *Præter Ardeatinum et Nomentanum*] Ardeam Dauni regis Rutulorum regiam fuisse ex Æneid. X. discimus, quæ in decimo octavo ab Urbe milliario posita erat, et inter Rom. colonias annumerat Livius; unde Ardeatinum prædium. Nomentum vero Latinorum urbs mediterranea, nunc vulgo *Lamentana;* unde Nomentana via.

[k] *In Epiroticis*] Huic opinioni subscribit Cic. Epist. lib. I. his verbis: 'Epiroticam emtionem gaudeo tibi placere.'

15. Mendacium neque dicebat, neque pati poterat. Itaque ejus comitas non sine severitate erat, neque gravitas sine facilitate: ut difficile esset intellectu, utrum eum amici magis vererentur, an amarent.[1] Quicquid[2] rogabatur, religiose promittebat: quod non liberalis, sed levis, arbitrabatur, polliceri,[3] quod præstare non posset. Idem in nitendo, quod semel annuisset,[4] tanta erat cura, ut non mandatam,[5] sed suam rem videretur agere. Nunquam[6] suscepti negotii eum pertæsum[7] est. Suam enim existimationem in ea re agi putabat; qua nihil habebat carius. Quo fiebat, ut omnia Ciceronum,[8] Catonis,[9] Marii, Q. Hortensii,[10] Auli Torquati, multorum præterea equitum Rom. negotia[11] procuraret. Ex quo judicari poterat, non inertia, sed judicio fugisse reipubl.[12] procurationem.

16. Humanitatis vero nullum afferre majus testimonium possum, quam quod adolescens idem seni Syllæ[1] fuerit jucundissimus,[1] senex adolescenti M. Bruto; cum æqualibus autem suis, Q.[2] Hortensio et M. Cicerone, sic vixerit,[3]

1 Sic Ed. Rom. [Ven.] Long. Gebh. Boecl. [Bos. 1. 2. Stav. 1. 2. 3. Heus. et plerr. recc.] Sed *an vero am.* Ms. Ernst. *quam amarent* Ms. Voss. 1. 3. Ed. [vet. ap. Schleg. et ant.] Med. Arg. Lamb.—2 Sic Ed. Brix. [ant. et Ven.] Med. Arg. [Lamb. Bos. Brem. Sed *quidquid* Ed. Long. Stav. et rell.]—3 *Pollicetur* Ms. Voss. 3.—4 *Annuisset* Ms. Gif. Leid. 1. Voss. 1. 3. Ed. Brix. Par. [antiq. Bos. Stav. 1. Wetz. Schmied. *adnuisset* Ed. Stav. 2. 3. Harl. Tzschuck. Paufl.] Sed *admisisset* Ms. Leid. 2. Ed. Med. [Ven.] Arg. Long. Gebh. Boecl. Keuch. Heus. [qui tamen in not. *admisisset* probasse videtur, Ith. Heinr.]—5 *Mandatum* Ms. Medic. 1. *mandata* Ed. Brix. [antiq. et vet. apt Schlegel.]—6 Sic Ms. Mendos. Ed. Brix. [antiq. Bos. Stav. 1. Ith. Schmied. Wetz. Heinr. *numquam* Ed. Lamb. Stav. 2. 3. Harl. Tzschuck. Sed *nunquam* Ed. Ven. Long.]—7 *Negocii eum pertes.* Ed. Brix. Med. Arg. [Ven. *negocii* etiam Ed. Long. ac *pertesum* Ed. quoque antiq.]—8 Sic Ms. Voss. 3. [Ed. antiq. Ven. Long. Bos. Heus. et rell. recentt.] Sed *ut non Ciceronem* Ms. Mendos. *ut omnia Ciceronis* Ed. Brix. Med. Arg. *ut omnia M. et Q. Ciceronum* Ed. Lamb. Gebh. (in qua tamen est *Quinctii*) Keuch. Boecl. Patav.—9 *M. que Catonis* Ed. Arg.—10 *M. que Hortensii* Ms. Mendos. Voss. 3. Ed. Med. *Marci Q. Hortensii* Ms. Gif. *Marcique Hortensii* Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. ant. Long.] *Marcique Hortesi* Ed. Rom. [Ven.] *Hortensii* omissis *Marii, Q.* Ed. Arg. Lamb. Boecl. [*Marii, Q.*] *Hort.* Ed. Heus. [Stav. 3. Tzschuck. Wetz. quos consules.]—11 *Negocia* Ed. Brix. ubique. [Ven. Long.]—12 *R. P.* Ed. Brix. [*r. p.* Ed. ant.]

1 *Jocund.* Ms. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [ut supra 4. *Sillæ fuer. jocund.* ant. et al.]—2 *Qu. Hort.* Ed. Brix.—3 *Vixit* Ed. Brix.—4 *Judicare diff.* Ms. Leid. 2.

NOTÆ

[1] *Quam quod adolescens idem seni Syllæ*] Qua de re paulo supra.

ut judicare difficile[4] sit, cui ætati fuerit aptissimus: quanquam eum præcipue dilexit Cicero, ut ne frater quidem ei Quintus carior fuerit aut familiarior.[5] Ei rei sunt indicio, præter[6] eos libros, in quibus de eo facit mentionem, qui in vulgus [jam][7] sunt editi, sexdecim[8] volumina epistolarum,[m] ab consulatu[9] ejus usque ad extremum tempus ad Atticum missarum: quæ qui legat, non multum desideret[10] historiam contextam illorum[11] temporum.[k] Sic enim omnia de studiis principum, vitiis ducum, mutationibus[12] reipubl. perscripta[13] sunt, ut nihil in iis[14] non appareat, et facile existimari possit, prudentiam quodammodo[15] esse divinationem. Non enim Cicero ea solum, quæ vivo se acciderunt, futura prædixit;[n] sed etiam, quæ nunc usu veniunt, cecinit[16] ut vates.

[k] *Implicitam hujus sæculi historiam non valde ignoret.*

Voss. 1. Ed. Brix. [Ven. Long.] Gebh. Keuch. [Stav. 3. Heus. Harl. Ith. Bipont. Tzschuck. 2. Wetz. Ricklefs. Heinr. Schmied. (uti supra legitur cap. 12.) pro *judicari* in Ed. Lamb. Bos. Tzschuck. 1. *ut judicare facile sit* Ed. vet. Schleg. et antiq.]—5 *Familior* Ed. Arg. [Paulo ante *quantus* pro *Quintus* in Ed. vet. Schleg. et ant.]—6 [*Inditio preter* Ed. ant. *ĩdictio p̃ter* Ed. Ven.] Tum *liberos* Ed. Med.—7 *Jam* abest ab Ed. Rom. [Ven. Long.] Gebh. Keuch. Uncis id inclus. in Ed. Bos. 2. Heus. Stav. [Tzschuck. Harl. Brem.] Unci vero absunt ab Ed. [antiq.] Brix. Med. Par. Arg. Lamb. Boecl. Bos. 1. Statim *æditi* Ed. Med. Arg.—8 *Undecim* Ms. Mendos. Medic. 2. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. [vet. Schleg. et ant. ac Ven.] Brix. Med. Arg. Rom. Par.—9 *Consolatu* Ed. Brix. [ant.]—10 *Desiderat* Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [antiq. et Ven.] Statim *hystoriam* Ed. Med. Arg.—11 Sic Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [antiq. Lamb. Bos. Heus. Stav. et seqq.] Sed *eorum temp.* Ed. Rom. [Ven. Long.] Gebh. Keuch.—12 Sic Ms. Gif. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [ant. Lamb. Par. Bos. Stav. Heus. et seqq.] Sed *æmulationibus* Ed. Rom. [Ven.] Long. Gryph. *ac mutationibus* Ed. Gebh. Keuch. Amstel. de conjectura Rutgers. varr. lectt. lib. II. c. 8. p. 121.—13 *Scripta* Ms. Voss. 3. Ed. Brix. Par. [vet. Schlegel. et antiq. ac Ven. Sed *perscripta* Ed. Long. Lamb. Bos. Stav. Heus. et seqq. *scripta per sunt* Ed. Rom. notante Heusingero.]—14 Ita etiam Ed. Brix. Med. Arg. [antiq. Lamb. Bos. Stav. et plurr. seqq.] Sed *nihil in his* Ed. Rom. Keuch. [Ven. Long. Wetz.] —15 *Quomodo* Ms. Mendos.—16 *Recinit* Ms. Leid. 2.

NOTÆ

[m] *Sexdecim volumina epistolarum*] Quicquid olim circumvolvi solebat in charta aut scripto codice, volumen dicebatur: id autem patet ex 16. Epist. ad Atticum.

[n] *Futura prædixit*] Multa sane hic afferri possent exempla, quibus Ciceronem futura prædixisse probetur; quæ quidem exempla passim in Epist. ejus legentibus occurrunt: sed illud instar omnium erit, quod ex Philippica II. excerptum est, ubi M. Anto-

17. De pietate autem Attici quid plura commemorem? cum hoc ipsum vere[1] gloriantem audierim in funere matris suæ, quam extulit annórum nonaginta, cum esset septem et sexaginta,[2] se nunquam cum[3] matre in gratiam redisse,[4] nunquam cum sorore fuisse in simultate, quam prope æqualem[5] habebat.[l] Quod est signum,[6] aut nullam unquam[7] inter eos querimoniam intercessisse, aut hunc[8] ea fuisse in suos indulgentia, ut, quos amare deberet, irasci eis nefas duceret. Neque id fecit natura solum, quanquam omnes ei paremus;[p] sed etiam doctrina. Nam et principum philosophorum ita percepta habuit præcepta,[9] ut iis[10] ad vitam agendam, non ad ostentationem,[q] uteretur.

18. Moris etiam majorum summus imitator fuit, antiquitatisque amator: quam adeo diligenter habuit cognitam, ut eam totam in eo volumine[1] exposuerit, quo magistratus ornavit.[r] Nulla enim lex, neque pax, neque bellum, neque res illustris est populi Romani,[2] quæ non in eo suo tempore

[l] *Quæ illi fere coæva erat.*

1 *Vere* Ms. Mendos. Mox *audiverim* Ed. Brix. [ant.]—2 *Nonaginta septem: et sexaginta* Ms. Mendos. Voss. 3. Ed. Brix. [vet. Schleg. et ant.] *non cum esset* VII. *et letata* Ed. Med.—3 *Cui ma.* Ed. Brix.—4 *Rediisse* Ed. [ant.] Brix. Med. Arg. [Long. Lamb.] Schot. Gebh. Keuch.—5 Ita Ms. Gif. Mendos. Sav. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [antiq. Lamb. Stav. Hens. et seqq.] Sed *ætate æqualem* Ed. qu. [Ven. Long.] Statim *hēbat* Ed. Med.—6 [*Quod est in signum* Ed. vet. Schleg. et ant.]—7 *Nunquam* Ms. Voss. 3. Mox *intercessisse* Ed. Med.—8 *Hunc* abest ab Ed. Brix. [vet. ap. Schlegel. et ant.]—9 *Percæpta...præcæpta* Ed. Brix. [*percepta...precepta* Ed. ant.] atque *habuerat* Ed. [Ven.] Gebh. Sed *habuit etiam* Ms. Mend. [Ed. ant. Long. Lamb. Stav. et rell.]—10 Ita etiam Ms. Mendos. Voss. 1. 3. Sed *his* Ed. [Ven. Long.] Gebh. Mox *ostentatōnem* Ed. Arg.

1 *Voluminum* Ms. Voss. 3.—2 Sic Ms. Gif. [Ed. Lamb. Bos. et seqq.] Sed

NOTÆ

nio futuram ejus perniciem prædicit his verbis: 'Quis autem meum consulatum præter P. Clodium, qui vituperaret, inventus est? Cujus quidem te fatum, sicuti C. Curionem manet; quoniam id domi tuæ est, quod fuit illorum utrique fatale.'

[p] *Quanquam omnes ei paremus*] Sic Chrysippus: τὸ τέλος εἶναι ἀκολούθως τῇ φύσει ζῆν. Et Seneca de vita beata cap. 3. 'Interim, quod inter omnes Stoicos convenit, rerum naturæ assentire, ab illa non deerrare, et ad illius legem exemplumque formari, sapientia est.'

[q] *Non ad ostentationem*] Eorum instar, de quibus D. Hieronymus Epist. 34. 'Philosophus gloriæ animal, et popularis auræ vile mancipium.'

[r] *Quo magistratus ornavit*] Vossius censet legendum esse *ordinavit*, de hist. Latina, l. 2. De eo autem At-

sit notata; et, quod difficillimum fuit, sic familiarum[3] originem subtexuit, ut ex eo clarorum virorum propagines possimus cognoscere.[4] Fecit hoc idem separatim in aliis libris; ut[5] M. Bruti rogatu Juniam familiam a stirpe[s] ad hanc ætatem ordine enumeravit,[6] notans, qui, a quo[7] ortus, quos honores quibusque temporibus cepisset.[8] Pari modo Marcelli Claudii, Marcellorum;[9 t] Scipionis Cornelii,[u] et Fabii Maximi,[10] Fabiorum,[v] et Æmiliorum[w] quoque:[11] quibus[12] libris nihil potest esse dulcius iis,[13] qui aliquam

[*p. r.* Ed. ant.] *P. R.* Ed. Brix. [Ven. *Pop. Rom.* Ed. Long. *populo romano* Ed. Gebh.]—3 *Familiarium* Ed. Brix.—4 *Cogere* Ed. Med.—5 *Ut* abest ab Ed. Brix.—6 *Enumeraverit* Ms. Voss. 1. 3. Leid. 2. Ed. [vet. apud Schlegel., id probantem, et ant. ac Ven.] Med. Arg. Long. Lamb. Gebh. Boecl. Patav. —7 *A quoque* Ms. Voss. 3. Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. qui hanc commendat lectionem, et ant. ac Ven. Rom. Paris. Gryph. ap. Heus. Long.] Gebh. Statim *ortus est* Ms. Leid. 2.—8 *Cæpisset* Ed. Brix.—9 Ita Ms. Medic. 2. [Ed. Bos. 2. Heus. Stav. et seqq.] Sed *Marcelli: Claudii: et Marcellorum* Ed. Brix. *Marc. Cl. de Marcellorum* Ed. Med. Arg. [antiq. et Ven. ac Long.] Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—10 *Maximii* Ms. Voss. 1. —11 Sic Ms. Mendos. Ed. Med. Arg. [acc. Ed. ant. sic mutata tantum scriptura atque interpunctione: *Fabii maximi fabiorum: et Emiliorum quoque.*] Sed *Fabiorum Æmiliorum* Ms. Voss. 1. *Fab. et Æmyliorum* Ed. Brix. [Long.] *Fab. et Æmeliorum* Ed. Ven. *de Corneliorum et Fabiorum et Æmiliorum quoque* Ed. Lamb. Schot. Boecl. Keuch. Patav. *de Fab. et Æm.* Ed. Gebh. [*Corneliorum et*] *Fab. et Æm. quoque* Ed. Heus. [add. Kapp. in Harles. opusc. p. 469.]—12 *Qui libris* Ed. Keuch. operarum peccato.—13 *His* Ms.

NOTÆ

tici volumine sic loquitur Cic. in Bruto: 'Eam utilitatem habuit Attici liber, quam requirebam; ut explicatis ordinibus temporum, uno conspectu omnia viderem.' Vide eundem ibidem paulo post, et Epist. ad Atticum, XII. 23.

[s] *Juniam familiam a stirpe*] Gens Junia una est ex nobilissimis quæ a Trojanis et Ænea originem sumserunt; ex qua Brutus fuit, cujus rogatu Atticus de ea stirpe scripsit, ab ejus antiqui Bruti tertio filio, qui fratrum conjurationis expers fuit, quique una cum patre reges ejecit, originem ducens, ut ait Cic. Tusc. Quæst. IV. et Philippica I. Huic tamen sententiæ refragatur Dionysius lib. IV.

[t] *Marcelli Claudii, Marcellorum*] Vide Plutarchum, Posidonium, et Livium; inter quos Plutarchus Marcellum a Marte deducit.

[u] *Scipionis Cornelii*] Certum est apud omnes historicos Gentem Corneliam amplissimam et nobilissimam omnium esse, sive dignitatem sive res præclare gestas consideremus. Vide C. Sigonium in suo Scipione Æmiliano, et Streinium de Gente Cornelia.

[v] *Fabiorum*] Qui suam originem ad Fabium Herculis filium referunt. Plutarchus in Maximo. Vide eundem Streinium de Gente Fabia.

[w] *Æmiliorum*] Qui similiter ab Æmilio Ascanii filio se ortos credebant. Festus. Plutarchus vero eos a Ma-

cupiditatem[14] habent notitiæ[15] clarorum virorum. Attigit[16] quoque poëticen; credimus, ne ejus[17] expers esset suavitatis. Namque[18] versibus, qui honore rerumque[19] gestarum amplitudine ceteros Romani populi præstiterunt, exposuit; ita, ut sub singulorum imaginibus facta magistratusque eorum non amplius quaternis quinisve[20] versibus descripserit. Quod vix credendum sit, tantas res tam breviter potuisse declarari. Est etiam liber,[21] Græce confectus,[x] de consulatu[22] Ciceronis. Hactenus, Attico[23] vivo, edita hæc a nobis[24] sunt.

19. Nunc, quoniam fortuna nos superstites ei esse voluit, reliqua persequemur; et, quantum poterimus,[1] rerum exemplis lectores docebimus, sicut supra significavimus, suos cuique mores plerumque[2] conciliare fortunam. Namque hic contentus ordine equestri,[3] quo erat ortus, in affinitatem pervenit imperatoris Divi [Julii] filii:[m][4][y] cum jam

[m] *Julii Cæsaris filii.*

Leid. 2.—14 *Aliquam aviditatem* Ms. Medic. 2. [et gravius videtur Wetzel. in not.] *aliam cupiditatem* Ms. Voss. 3. Ed. Brix. [vet. ap. Schlegel. et ant.]—15 *Noticiæ* Ed. Med. Arg. [Ven. Long. *noticie* Ed. ant.]—16 *Attingit* Ed. Arg. Mox *poëticam* Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Brix. [antiq. Paris. sed Heus. probat lectionem *poëticen*, quæ est in Ed. Rom. Ven. Long. Lamb. Gryph. Bos. et seqq.] *peticam* Ms. Voss. 3. Ed. Med.—17 *Ejus* aberat a Ms. Mendos.—18 *Nanque* Ed. Brix. [antiq. et Ven.]—19 Sic Ms. Mendos. Ed. Rom. Brix. [antiq. et Ven. Long. Lamb. Bos. Heus. et plurr. seqq.] Sed *rerum* omissa conjunctione *que* Ed. Gebh. [Brem.]—20 Sic Ed. [Rom. Gryph. Amstel.] Gebh. Keuch. Heus. Pat. [it. Harl. Tzschuck. 2. Ith. Heinr. Bipont. Wetz. pro vulgato *quinisque*. Conf. Bentlei. ad Horat. Od. IV. 2. 13. et alibi: et a manu docta ad meum exempl. Lamb. correctum est *quinisve* in margine. *Quaternis cum isque versibus descripserit* Ed. vet. Schlegel. et ant.]—21 *Etiam unus liber* Ed. Brix. [antiq. ac Ven. Long.] Gebh. Keuch. Patav. *et unus liber* Ms. Voss. 3.—22 *Consulatu*, omissa præpositione *de*, Ms. Voss. 3.—23 *Actico* Ed. Med. Mox in eadem et Arg. *ædita*.—24 Sic etiam Ms. Voss. 1. Leid. 2. [Ed. Lamb. Bos. Stav. et fere omn. rell.] Sed *edita a nobis* Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. qui probat, et antiq. ac Ven. Long.] Gebh. Keuch. Patav. *hæc* uncis inclusit Heus. qui a verb. *Hactenus Attico, &c.* cap. 19. incipit: quod etiam fecerunt edit. Patav. [Tzschuck. Ith. Heinr.]

1 Sic etiam Ms. Mendos. [Ed. Bos. et seqq.] Sed *potuerimus* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. [vet. Schlegel. et ant. ac Ven.] Brix. Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Boecl. Bos. 1. Patav.—2 *Plærumque* et postea *nanque* Ed. Brix. [*nanque* etiam Ed. antiq. et Ven.]—3 *Æquestri* Ed. Med.—4 *Divi filii* Ms. Mendos.

NOTÆ

merco, Numæ Regis filio, natos fuisse scribit. Unde Æmilii dicti sunt et Mamertini.

[x] *Est etiam liber, Græce confectus*] De hoc a principio in Attico.

[y] *Divi [Julii] filii*] Inserendum est,

ante familiaritatem ejus esset consecutus[5] nulla[6] alia re, quam elegantia vitæ, qua[7] ceteros ceperat principes civitatis, dignitate pari, fortuna humiliore.[8] Tanta enim prosperitas Cæsarem[9] eum est consecuta, ut nihil ei non tribuerit[10] fortuna, quod cuiquam ante detulerit;[11] et conciliarit, quod nemo adhuc civis Romanus quivit consequi.[12] Nata est autem[13] Attico neptis ex Agrippa,[x] cui virginem



dos. Gif. Leid. 2. Voss. 3. Ed. Med. Gebh. Heus. [Ith. Heinr.] *duci* [l. divi] *filii* Ed. Brix. [*duci filii* Ed. vet. Schleg. et antiq. *Julii* uncis inclus. in Ed. Bos. 2. Stav. Harl. Brem. Tzschnck. Ricklefs.] Unci absunt ab Ed. [Ven.] Arg. Long. Lamb. Schot. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. [Wetz. Schmied.]—5 *Consequutus* Brix. ubique [et ant.]—6 *Ulla alia* Ed. Keuch. operarum errore, [qui sublatus est et editum *nulla alia* in iterata edit. Hafniensi a. 1776.] —7 *Quæ* Ms. Voss. 3. et mox *ceperat* abest ab Ed. Brix. [et ant. ac vet. Schleg. *cæperat* Ed. Ven.]—8 *Humiliores* Ms. Mendos. [Leid. Voss. 1. 3. Ed. Ven. Long. Jens. epp. Cic. ap. Schlegel.] *humiliores anteibat* Ed. Brix. [vet. Schleg. qui probat, et antiq. nec Schmied. illam lectionem in nota et in Lexic. Corn. p. 81. sqq. omnino rejicit, atque verba *qua...anteibat* referendo ad Augustum, quem omnes illius ætatis laudare solebant, ita intelligit, Atticum consecutum esse Augusti familiaritatem elegantia vitæ, qua Augustus omnes superabat superiores imperatores dignitate pares, at fortuna humiliores, h. e. haud æque felices; atque Nepotem, cum scripsisset *humiliores fortuna*, transiisse ad laudem et divinam felicitatem Augusti, omnia, quæ nullus adhuc Romanus nactus esset, consecuti. At Wetzel, (uti jam Bosius sensit,) *humiliores*, si etiam ante esset *pares*, se probaturum esse, profitetur.] —9 Ita Ms. Leid. 2. [Ed. Bos. Brem. Harl. Ricklefs. *Cæsarem est consecuta* Ed. Ven. omisso pronomine *eum*. Atque] *eum* abest ab Ed. Arg. Long. Lamb. Gebh. Boecl. Keuch. Heus. Patav. [Ith. Wetz. Tzschnck. Heinr. Bipont. Schmied. Paufl.] *Cæsarum eum* Ms. Mendos. Gif. Ed. Brix. [vet. Schlegel. et antiq.] *Cæsarum caussa est sequutus* Ms. Voss. 3. *Cæsarum est eum cons.* Ed. Med. *Cæsarem* uncis incluserunt Heusing. [Stav. Tzschuck. 1. v. Tzschnck. ad ed. 2. et Harl.]—10 *Tribuere* Ed. Gebh. [*tribueret* Ed. Ven. Long.]—11 *Tulerit* Ed. Brix. [antiq. et vet. Schlegel.]—12 Sic Ms. Leid. 1. [Ed. Jens. cum epp. Cic. Venet. 1470. ap. Schlegel. Bos. Stav. Harl. Tzschnck. Brem. Wetz. (qui tamen locum interpolatum esse suspicatur,) Ricklefs. Heinr. qui comprobat Bosii judicium atque interpretationem.] Sed *quam civis R. quiv. conseq.* Ms. Gif. Leid. 2. Ed. Med. [*quod Civis romanọ quti cōseq.* Ed. Ven.] Ab Ed. [vet. Schleg. et antiq.] Brix. absunt ista verba omnino: *quod civis Rom. quivit consequi* Ed. Med. Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Heus. [Bipont. Ith. Schmied. Paufl. Heusing. ad Atticum omnia refert, et plura mutat, aut aliter explicat, repugnante tamen Staver. ad ed. 3. cui vero totus locus est suspectus.]—13 Sic Ms. Mendos. Ed. [antiq.] Brix. Med. Arg. Par. Lamb. Schot. Boecl. Keuch. Bos. 2. Heus. [Stav. 3. Ith. Wetz. Schmied. Heinr. Bipont. Paufl. Sed *nata autem est* Ed. Ven. Long. Bos. 1. Stav. 1. 2.

NOTÆ

Julii, qui Augustus est.

[x] *Nata est autem Attico neptis ex Agrippa*] Hanc Agrippinam vocat Suetonius in Tiberio cap. 7. Hanc tamen Tacitus Vipsaniam vocat.

filiam collocarat.[14] Hanc Cæsar, vix anniculam,[a][15] Tiberio Claudio Neroni, Drusilla[16] nato,[a] privigno suo, despondit: quæ conjunctio[17] necessitudinem eorum sanxit,[b] familiaritatem[18] reddidit frequentiorem.

20. Quamvis ante hæc sponsalia non solum, cum[1] ab urbe abesset,[2] nunquam ad suorum quenquam literas[3] misit, quin Attico mitteret,[c] quid ageret, inprimis[4] quid legeret; quibusque[5] in locis, et quamdiu esset moraturus; sed etiam[6] cum esset in urbe, et propter suas infinitas occupationes minus sæpe, quam vellet, Attico frueretur, nullus dies tamen temere intercessit,[7] quo non ad eum scriberet: cum modo aliquid[8] de antiquitate ab eo requireret; modo aliquam ei quæstionem

[a] *Vix annum habentem.*

Harl. Tzsch. 1. 2. Wetz. Ricklefs.]—14 Ita Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Mendos. Gif. Ed. Brix. Par. Keuch. [antiq. Lamb. Bos. Stav. Heus. et seqq.] Sed *collocavit* Ed. [Ven. Long.] Gebh.—15 *Amiclam* Ms. Voss. 3. Statim *Tiberio* aberat a Ms. Voss. 3. [Ed. antiq. et vet. Schleg. Brix. Paris. *T. Claud.* Ed. Ven. Long. et Gryph.]—16 *Drusilia* Ms. Voss. 1. 3. *Drusila* Ed. Med. Arg.—17 *Convinctio* Ed. Med.—18 *Sansit, fam.* Ms. Voss. 1. *sic auxit, ut fam.* Ms. Medic. [*sanxit: familiaritudinem* Ed. antiq. et vet. ap. Schleg.]

1 *Quia* Ms. Voss. 3.—2 *Esset* Ms. Mendos. Voss. 3. Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. et antiq.]—3 *Litteris* Ms. Voss. 3. Statim *misit cum* Ms. Leid. 2.—4 *Ageret inprimis: quid* Ms. Mendos. Ed. Rom. Brix. [Ven. Par. Long. Gryph.]—5 *Quibus* Ed. Heus. [Ith. Bipont. Heinr. Schmied. Paufl. *quibusve* Ed. Wetz.]—6 Ita quoque Ms. Voss. 1. 3. Leid. 2. Mendos. [Ed. antiq. Lamb. Bos. Stav. Heus. et seqq.] At *sed et* Ed. [Ven. Long.] Gebh. Keuch. Patav.—7 *Nulla dies tamen interc.* Ms. Mendos. *nullus dies temere interc.* Ms. Rom. Ed. Gebh. Keuch. Patav. [*nullus dies temere intercesserit* Ed. Ven. Long.] *nullus dies tamen temere intercesserit* Ms. Voss. 1. Ed. Med. Arg. *nullus dies tamen intercesserit* Ms. Voss. 3. Ed. Brix. [antiq. et vet. ap. Schlegel. Atque ita modo *temere* modo *tamen* vel omissum est vel servatum. Ita quoque multi libri exhibent *intercesserit*, quod quidem, tanquam modeste et dubitanter affirmantis foret indicium, cum Heusing. quem consules, Tzschuckius et al. haud aspernantur, neque tamen in textum recipere audent. Hi enim, ut Lamb. Bos. Stav. et seqq. ediderunt *null. dies tam. temere intercessit.*]—8 *Quo non aliquid* Ms. Mendos. Ed. Rom. Brix. [antiq. et vet. Schlegel. qui id probat,] Med. Arg. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. *quo aliquid* Ed. [Ven.] Long. Sed *cum* (aut *quum*) Ms. Leid. 1. Ed. Bos. 2. [Stav. et

NOTÆ

[a] *Tiberio Claudio Neroni, Drusilla nato*] Is Tiberius Imperator fuit, et successor Augusti Cæsaris, et privignus ejus: Drusilla vero dicta est, quæ et Livia Imperatrix, et uxor ejusdem Augusti, nec non Tiberii mater.

[b] *Necessitudinem eorum sanxit*] Quidam legunt *auxit*, quia jam Cæsarem inter et Atticum necessitudo erat, quæ hac affinitate adaucta est.

[c] *Quin Attico mitteret*] Id est, scriberet, seu nuntiaret.

poëticam[9] proponeret; interdum jocans ejus verbosiores eliceret[10] epistolas. Ex quo accidit, cum ædes[11] Jovis Feretrii, in Capitolio[d] ab[12] Romulo constituta, vetustate atque incuria detecta prolaberetur,[13] ut, Attici admonitu,[14] Cæsar eam reficiendam curaret. Neque vero ab M. Antonio[15] minus absens literis colebatur: adeo, ut accurate ille ex ultimis terris,[16][e] quid ageret, quid curæ[17] sibi haberet, certiorem faceret[18] Atticum. Hoc quale sit, facilius existimabit is, qui judicare poterit, quantæ sit sapientiæ, eorum retinere usum benevolentiamque,[19] inter quos maximarum rerum non solum æmulatio, sed obtrectatio tanta intercedebat, quantam[20] fuit incidere[21] necesse inter Cæsarem atque

seqq. recentt.]—9 *Petitam* (l. *peticam*, ut cap. 18.) Ms. Voss. 3. *aliq. quæst. poët. ei prop.* Ed. [Ven. Long.] Gebh. Keuch. Patav.—10 *Ediceret* Ed. Brix. —11 *Ædis* Ms. Mendos. Ed. Brix. Med. Arg. recte. [*edis* Ed. ant.]—12 Sic etiam Ms. Mendos. Sed *a Romulo* Ed. Brix. [antiq.] Statim *constitutæ* Ms. Mendos. Ed. Brix.—13 *Tecta prolaberentur* Ms. Mendos. Ed. Brix. [vet. Schleg. et ant. in qua etiam *in curia* divisim est excusum.] *tecta probarentur* Ms. Voss. 3.—14 Sic Ed. Rom. Paris. [Ven. Long.] Patav. Heus. Stav. [Harl. et al.] Sed *ammonitu* Ms. Voss. 1. Ed. [antiq.] Med. Arg. Lamb. Schot. Boecl. Keuch. Bos. *monitu* Ms. Voss. 3.—15 Sic etiam Ms. Leid. 2. Mendos. Ed. Brix. [ant. Lamb. Bos. Stav. Heus. et seqq.] *a M. Ant.* Ed. [Ven. Long.] Gebh. In Ms. Voss. 3. erat *vōbut M. Antonus.* Mox *colebantur* Ms. Leid. 2. *colebant* Ed. Keuch. vitiose.—16 *Exul cum litteris* Ms. Leid. 2. Voss. 1. Ed. Rom. Med. Arg. [Ven.] *exul tum iis terris* Ms. Mendos. Ed. Brix. *exul tum his terris* Ms. Voss. 3. Ed. Paris. Long. Lamb. Schot. Gryph. Boecl. Bos. 1. Keuch. Patav. Amstel. [*exultum iis terris, quid ageret curæ sibi haberet, certiorem facere Atticum* Ed. vet. Schleg. et ant. in qua tamen editum est ...*cure*...*cerciorem*. add. Staver. ad ed. 3.]—17 *Ageret, curæ* Ms. Mendos. Voss. 3. Ed. [vet. et ant.] Brix. Heus. [Bipont. Ith. Heinr. Wetz. Schmied. sed *ageret, quid curæ* Ed. Ven. Long. Lamb. Bos. Stav. Harl. Ricklefs. Pauli. Brem. Tzschuck. qui contra Hensing. bene tuetur *quid curæ*, quia, ut ait, studium et cura vocabulo *accurate* declaratur, amicitia et conjunctio ex argumentis epistolarum probatur.]—18 *Facere* Ms. Mendos. Ed. Brix. [ant. et vet.] Heus. [et qui eum supra sunt secuti, sed *faceret* Ed. Ven. Long. Lamb. Bos. Stav. et alii, hunc secuti et antea nominati.]—19 *Benivol.* Ed. Brix. [antiq. et Ven.] Med. Arg. Lamb. Schot. Gebh. ubique. Statim *intra quos* Ed. Brix. [antiq. et vet. Schlegel.] *in quos* Ed. Med.—20 *Quantū* Ed. Arg. [*quanta* Ed. vet. Schleg. et ant.]—21 Sic Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Rom.

NOTÆ

[d] *Cum ædes Jovis Feretrii, in Capitolio*] Hoc templum a Romulo conditum fuit, ex spoliis hostium; sic dictum, teste Livio lib. 1. quia hostium Rege occiso, spolia ejus suspensa, fabricato ad id apte Feretro gerens, in Capitolium ascendit, et ejus templi fines designavit, et sub nomine Jovis Feretrii construxit.

[e] *Ex ultimis terris*] Id est, ut interpretatur Manucius, ex Ægypto. Alii legunt, *exul tum his terris*; quia hostis judicatus Antonius Italia cesserat: sed hanc lectionem minus probo.

Antonium, cum se uterque principem non solum urbis Romæ,[22] sed orbis terrarum esse cuperet.

21. Tali modo cum septem et septuaginta[1] annos complesset,[f] atque ad extremam senectutem non minus dignitate, quam gratia fortunaque, crevisset, (multas enim hæreditates[2] nulla alia re, quam bonitate est[3] consecutus,) tantaque[4] prosperitate usus esset[5] valetudinis, ut annos triginta medicina non indiguisset; nactus est morbum, quem initio et ipse et medici contemserunt. Nam putarunt[6] esse tenesmon:[*][7][g] cui remedia celeria faciliaque proponebantur. In hoc cum tres menses sine ullis doloribus, præterquam quos ex curatione capiebat, consumsisset;[8] subito tanta vis morbi in unum[9] intestinum prorupit, ut extremo tem-

[*] *Existimarunt enim levem esse dissenteriam.*

Brix. [ant. et Ven.] Long. Lamb. [Bos. Stav. Heus. et seqq. Atque Heusing. hanc lectionem contra Grævium, dubitantem, an Latine dicatur *incidit obtrect. inter Cæsarem et Anton.* vindicat simili loco Quintil. I. O. lib. II. c. 1. 70. p. 977. 'Ut inter eos non forensem contentionem, sed studiosam disputationem crederes incidisse.'] Sed *intercedere* Ed. Gebh. Gryph. et al. ap. Heusing.—22 Sic Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Med. Gebh. [Bos. Sed *Romanæ* Ed. ant. et Ven. Long. Lamb. Stav. Heus. et seqq.]

1 *Sexaginta* Ms. Mendos. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. [vet. Schleg. et ant.] Brix. *VII. et LXX.* Ed. Med. Arg. Lambin.—2 Sic Ed. Brix. Arg. ubique [Ven.] alii *hered.*—3 *Est* abest a Ms. Leid. Voss. 1. 3. Ed. Brix. Med. [antiq. et Ven.] Arg. Long. Gebh.—4 *Nunquam* Ms. Leid. 2.—5 *Est valet.* Ms. Mendos. Voss. 1. 3. [Ed. Long.] *est valitudin.* Ed. Brix. [ant. et Ven.] *valitudin.* Ed. Med. Statim *ut annes* XXX. Ms. Mendos. *ut annis trig.* Ms. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [ant. et Ven. in qua, ut in Ed. Long. excusum est *annis* XXX.] Med. Arg. Gebh. Keuch. Heus. [Ith. Heinr. Paufl. Schmied. *annos* (supple *per*) rell.] Mox *contempserunt* Ed. Brix. [ant. et Ven. Long. Stav. 2.]—6 *Putar̄* Ed. Med. *putare* Ed. Arg.—7 *Tenesmon* Ms. Gif. [Lamb. Bos. Gryph. Stav. 1. 2. Wetz. Schmied. Tzschuck. 2. Heinr. Paufl.] Sed *tenasmon* Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. [vet. Schleg. et ant. ac Ven.] Rom. Brix. Med. Arg. Long. [Ith. Heus. Stav. 3. Tzschuck. 1. Harl. Ricklefs.] *τενασμὸν* Ms. Mendos. *τενεσμὸν* Ed. Gebh. immo *τεινεσμὸν* [ut Manut. ap. Heusing. et Celsus I. 18. diserte scribit, 'quod *τεινεσμὸν* Græci vocant.']—8 *Consumpsisset* Ed. Brix. et al.—9 [*In imum*, uti Barth. conjiciebat, dederunt Heusing. Ith. Ricklefs. Schmied. Heinr. et antea, notante Heusingero, Ed. Paris. et *unum*

NOTÆ

[f] *Cum septem et septuaginta annos complesset*] Nimirum anno ab Urbe Condita 721. Cn. Domitio et C. Sosio Coss. anno undecimo post mortem Ciceronis, ut dicetur postea.

[g] *Nam putarunt esse tenesmon*] Hic morbus est dysenteriæ affinis, et veluti prænuntius; estque crebra et inanis voluntas egerendi, ut refert Plin. Hist. Natur. lib. XXVIII.

pore per lumbos fistula putris eruperit.[10] Atque hoc priusquam[11] ei accideret, postquam in dies dolores accrescere, febremque[12] accessisse sensit, Agrippam generum ad se arcessiri[13] jussit, et cum eo L. Cornelium Balbum, Sextumque Peducæum.[14 h] Hos ut venisse vidit, in cubitum innixus,[15] 'Quantam,' inquit, 'curam diligentiamque[16] in valetudine mea tuenda hoc tempore adhibuerim, cum vos testes[17] habeam, nihil necesse est[18] pluribus verbis commemorare. Quibus quoniam, ut spero, satisfeci, me nihil reliqui fecisse,[19] quod ad sanandum me pertineret, reliquum

tuetur quoque Tzschuck. qui præterea *proruit* conjicit pro *prorupit.*]—10 *Fistulæ puris eruperit* Ms. Gif. [*fistule puris erumperent* Ed. ant. et vet. Schlegel.] *fistulæ puris erumperet* Ms. Mendos. (in quo ascripta hæc erant: *fistulæ poris erumperent*: al. *fistulæ pus erumperet*: al. *fistulæ putres eruperint,*) Voss. 1. Brix. *fistula puris* (sic etiam Scheppii Mss. tres legunt) *erumperet* Ms. Voss. 3. *fistule puris eruperit* Ms. Leid. 2. *pus erumperet* Ms. Medic. [quod probavit Bos. et Schmied. in textum admisit *pus eruperit*. Heusing. quoque in nota lect. cod. Medic. et conjecturam Bosii præfert vulgatæ. At unde habuerit, cod. Medic. exhibere *eruperit*, et id probasse Bosium, equidem nescio. Nam in Ed. 2. Bosii (uti repetitum est in ed. Stav. et Fischer.) clare legitur *erumperet.*] *fistulæ putris eruperit* Ed. Rom. [Ven.] Long. *fistule putris erumperent* Ed. Med. *fistulæ putris eruperent* Ed. Arg. *fistula pus se eruperit* conjecit Oudendorp. ad Cæs. B. C. I. 8. Obss. misc. x. p. 108.—11 Ita etiam Ms. Mendos. Ed. Rom. Brix. [ant. et Ven.] Long. [Lamb. (ubi tantum, uti in Ed. Ith., *prius, quam* commate distinctum legitur,) Bos. Stav. et seqq. Brem. autem verba *atque hoc....accideret*, tanquam adulterina uncis inclusit. Sed Ricklefs, lacunam hic cum aliis suspicatus, post *accideret* stellulas, lacunæ signa, posuit. Mox *accederet* Ed. Ven. pro *accideret.*]—12 *Febresque* Ms. Leid. 2. Ed. Rom. Brix. Med. Arg. [antiq. et Ven. Long.] Gebh. Gryph. Keuch.—13 *Arcessi* Ms. Voss. 1. [Bos. 1. 2.] Sed *accersi* Ms. Mendos. Gif. Voss. 3. Ed. Brix. [antiq.] Schot. *accessiri* Ed. Med. Arg. *accersiri* Ed. Rom. [Ven.] Long. *arcessiri* Ms. Leid. 2. Ed. Gebh. Keuch. Stav. Patav. [Heus. Ith. Wetz. Bipont. Harl. Ricklefs. Schmied. Heinr. v. supra ad x. 2. inter varr. lectt.] *arcersi* Ed. Lamb. Similis permutatio in libris scriptis et editis apud Justin. XVIII. 2. 4.—14 [*Sex q; peduceū* Ed. ant. *Sextūq; peduceū* Ed. Ven. *peduceum* etiam Ed. Long.] *Sex. q. peduceum* Ed. Brix. Med. Arg. —15 Sic Ms. Gif. Mendos. Medic. 2. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Rom. Paris. Brix. Med. [antiq. Bos. 2. Stav. Heus. et seqq.] Sed *nixus* Ed. Arg. [Ven. Long.] Lamb. Schot. Boecl. Bos. 1.—16 *Et diligent.* Ed. Brix. [ant.] Mox *valitudin.* Ed. Brix. [antiq. et Ven.]—17 *Nos testes* Ms. Voss. 1. 3.—18 Ita Ms. Sav. Medic. 1. 2. Voss. 1. 2. Ed. Brix. Med. [ant. Bos. 2. Paris. Stav. Heus. et seqq.] Sed *nihil opus est* Ed. Arg. [Ven. Long.] Lamb. Boecl. Bos. 1. Pat. *nihil necesse* Ms. Leid. 2. Mendos. Gif. Ed. Gebh. Keuch.— 19 Sic Ms. Leid. 1. 2. Voss. 1. 3. Ed. Rom. [ant. et Ven.] Brix. Med. Arg.

NOTÆ

[h] *L. Cornelium Balbum, Sextumque Peducæum*] Attici familiarissimos, quorum alter, scilicet Balbus, genere Gaditanus erat, quem, cum de civitate in periculum vocaretur, Cicero defendit, cujus extat oratio. Alter vero prætor fuit.

est, ut egomet[20] mihi consulam. Id vos ignorare nolui.[21] Nam mihi stat, alere morbum desinere.[i] Namque[22] his diebus quicquid cibi potionisque sumsi, ita produxi vitam, ut auxerim dolores sine spe salutis. Quare a vobis peto primum, ut consilium probetis meum; deinde, ne frustra dehortando conemini.'[23]

22. Hac oratione habita, tanta constantia[1] vocis atque vultus,[2] ut non ex vita, sed ex domo in domum videretur migrare, cum quidem Agrippa eum flens, atque osculans,[3] oraret atque obsecraret, ne ad id,[4] quod natura cogeret,[5] ipse quoque acceleraret;[6] et quoniam tum quoque posset temporibus superesse,[p] se sibi suisque reservaret; preces ejus taciturna sua obstinatione depressit.[7][j] Sic cum bi-

[p] *Et quia tunc etiam aliquamdiu vitam producere posset.*

Long. Gebh. [Bos. 2. Stav. (cui tamen totus locus est suspectus,) Heus. et seqq.] Sed *nihil reliqui feci* Ed. Lamb. Schot. *nihilque reliqui feci* Ed. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav.—20 *Et egomet* pro *ut egomet* Ms. Leid. 2.—21 *Vos.... volui* Ed. Med.—22 *Nāque* Ed. Brix. [Ven.] Tum *quicquid* Ed. Brix. et al. Statim *cibi potionisque sumpsi* Ms. Mendos. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. et ant. (ubi tantum scriptum est *pocionisque*,) Paris. (ap. Heusing.) *cibi potionisque sumsi* Ed. Tzschuck. Harl. In reliquis libris deest *potionisque*.] —23 *Dehortando impedire conemini* Ms. Leid. 2.

1 *Constancia* Ed. Med.—2 *Vultus fuit* Ed. Brix. Par.—3 *Obsecrans* Ms. Schopp. qui mox omittit verba, *atque obsecraret*.—4 Ita Ms. Leid. 1. 2. Voss. 3. Ed. Rom. [antiq. et Ven.] Brix. Med. Arg. Long. [Bos. 2. Stav. Heus. Wetz. Harl. Tzsch. Bipont. Ricklefs. Paufl.] Sed *ne id* Ed. Lamb. Schot. Boecl. Bos. 1. [Schmied. Ante sequens voc. *quod* supple *ad*.]—5 *Coëgerat* Ed. Brix. [vet. apud Schlegel. qui probat, et ant. Sed *cogeret* Ed. epist. Cicer. Jenson. 1470. Ven. et rell.]—6 *Sibi accelararet* Ed. Brix. [vet. ap. Schleg. qui huic lectioni favet; it. Ed. ant. cum epp. Cic. ad Attic. et ant. cum Plutarchi vitis Latine versis, ac Ven.] Arg. Long. Lamb. Schot. Gebh. Boecl. Keuch. Bos. 1. Patav. Heus. [qui in longa nota vindicat probatque *sibi*, quem dativ. casum h. l. esse incommodi judicat, provocatque ad Sanctii Minerv. II. c. 4. et ad Perizon. ad illum loc. nr. 5. p. 182. Denique *sibi accelerare ad aliquid* interpretatur, cum maximo malo exitioque suo accelerare: Ed. Bipont. Ith. Wetz. et in ind. Bos. citatur *accelerare sibi aliquid*:] *sibi accelleraret* Ed. Med. [sed *sibi* omittunt codd., uti videtur, Staveriani, Ed. Bos. 2. Stav. (qui contra Heusing. disputans dubitat, num dici possit *ad aliquid sibi accelerare*; nec Schmied. in Lexic. Corn. p. 83. sq. illam formulam concoquere poterat, aut legendum putarat, et in ed. sua rescripsit, *ne id,...ipse quoque sibi accelararet*,) Harl. Brem. Ricklefs. Heinr. Paufl. et Tzschuck. qui bene animadvertit, si τὸ *sibi* addatur, durius istud *ad* ante *id* debere abesse.]— 7 Ita etiam Ms. Leid. 2. Voss. 1. 3. Ed. Brix. [antiq. et Ven.] Med. Arg.

NOTÆ

[i] *Mihi stat, alere morbum desinere*] Cibum sumendo, et vitam prorogando.

[j] *Preces ejus taciturna sua obstinatione depressit*] In aliis, *compressit*, quod idem videtur atque cohibuit.

duum[8] cibo se abstinuisset, subito febris[9] decessit, leviorque[10] morbus[11] esse cœpit. Tamen propositum nihilo secius peregit. Itaque die quinto post, quam id consilium inierat, pridie Kalend. Aprilis,[12] Cn. Domitio,[13] C. Sosio Coss. decessit. Elatus est in lecticula,[k] ut ipse præscripserat,[14] sine ulla pompa funeris,[l] comitantibus omnibus bonis, maxima vulgi frequentia. Sepultus est juxta viam Appiam,[m] ad quintum lapidem,[n] in monumento Q. Cæcilii,[15] avunculi sui.

Long. [Bos. 2. Stav. Heus. et seqq.] Sed *compressit* Ed. Lamb. Schot. Boecl. Keuch. Bos. 1.—8 *Biduo* Ed. Keuch. Mox *abstinuisset* omisso τῷ *se* Ms. Ernst.—9 *Febri* Ed. Brix. [vet. ap. Schlegel. et ant. ac Ven.]—10 *Leviorque ....decessit* aberant a Ms. Mendos. Ed. Brix. [vetusta ap. Schleg. et antiq.] Aberant etiam ab Ms. Voss. 3. inde a τῷ *leviorque* ad verba *C. Sosio*. [Sed totus locus servatus est in Ed. Jens. 1470. cum epist. Cicer. ac Ven. et rell.] —11 *Moribus* Ms. Voss. 1. Idem dein *secus* loco *sectus*.—12 *Aprileis* Ed. Schot.—13 *In Domitio* Ms. Voss. 1. *Gn. Domicio* Ed. Med. Arg. Mox *Sisio* Ed. Boecl.—14 *Prescripser*. Ed. Arg. [antiq. *p̄scripser*. Ed. Ven.] Post *ad quinctum* Ed. Gebh. [*apiam ad Aquintum* Ed. ant. *ppm ad Aquint*. Ed. vet. Schleg.]—15 *Cecilii* Ed. Brix. Med. Arg. [ant. et Ven.]—In Ed. Arg. extrema hac vita additur: *TELOS*. [In Ed. Ven. *FINIS*.]

NOTÆ

Sicut, os alicui comprimere; *empêcher de parler quelqu'un*.

[k] *Elatus est in lecticula*] Honestioris conditionis mortui lectica hexaphoro efferebantur: at inferioris sortis sandapila, cui subjuncti homines quatuor. Vide Martialem, lib. VIII.

[l] *Sine ulla pompa funeris*] Sic Tacitus Annal. III. 'fuerunt qui funeris publici pompam requirerent.'

[m] *Sepultus est juxta viam Appiam*] Quam Appius Claudius Consul lapidibus stravit, juxta quam celebriora erant Romanorum sepulcra: vide Cic. in Milone.

[n] *Ad quintum lapidem*] Nam tunc temporis in urbe sepeliri vetitum lege duodecim Tabularum; quam legem his verbis refert Cic. II. de Legibus: 'Hominem mortuum in urbe ne sepelito, neve urito.'

CORNELII NEPOTIS

FRAGMENTA

QUÆ REPERIRI POTUERUNT OMNIA

ANDREÆ SCHOTTI

STUDIO COLLECTA.

CHRONICORUM LIB. I.

I. De Homero et Hesiodo inter omnes fere scriptores constitit, utrumque ante Romam conditam vixisse, ut Cornelius Nepos in primo Chronicorum de Homero dixit, annis circiter centum et sexaginta.[a] *A. Gell. N. A.* XVII. 21. 3.

NOTÆ

[a] *Annis circiter centum et sexaginta*] Homerum et Hesiodum vixisse longe ante conditam Romam patet ex his Gellii verbis: 'De Homero et Hesiodo inter omnes fere constitit, utrumque ante Romam conditam vixisse, Silviis Albæ regnantibus, annis post bellum Trojanum plus c. et LX. ante Romam autem conditam, ut Corn. Nepos in primo Chronicorum de Homero dixit, annis circiter c. et LX.' Porro Homerum ἄριστον καὶ θειότατον τῶν ποιητῶν vocat Plato. Vide Herodotum, qui vitam ejus scripsit. Præterea Solinus cum Nepote consentit in eo annorum numero, quibus suffragantur fere omnes Latini scriptores, ex quorum præsertim numero sunt Plin. lib. VII. 16. qui scribebat anno Urbis octogentesimo trigesimo: Juvenalis, qui scripsit ab initio Imperii Nervæ, post Plinium circiter 20. annis: et Velleius Paterculus, qui annos fere nongentos et quinquaginta ante ipsius ætatem floruisse Homerum tradit, lib. I. 5. Sed longe

Nepoti et Lutatio Romam placet conditam Olympiadis septimæ anno secundo.[b] *Solin. Polyh. c.* 1. *ed. Salm.*

Archilochum[c] Nepos Cornelius tradit Tullo Hostilio Romæ regnante jam tunc poëmatis clarum et nobilem. *A. Gell. N. A.* XVII. 21. 8.

M. Manlius Romæ, qui Gallos[d] in obsidione Capitolii obrepentes per ardua depulerat, convictus est consilium de regno occupando iniisse: damnatusque capitis, e saxo Tarpeio, ut M. Varro ait, præceps datus est: ut Cornelius autem Nepos scriptum reliquit, verberando necatus est. *Gell. ibid.*

Alexander Magnus Pellæ oritur,[e] ut Nepos edidit, M. Fabio Ambusto, Tito Quintio Capitolino Coss. post Ro-

NOTÆ

major est discordia ea de re inter scriptores Græcos: alii enim belli Trojani temporibus vixisse aiunt: alii C. annis abfuisse a Troicis temporibus: alii C. quadraginta: alii etiam C. sexaginta octo, ut Herodotus, qui ejus vitam scripsit, ut supra diximus. Sed malim cum scriptoribus Latinis sequi Apollodorum Atheniensem, qui anno centesimo migrationis Ionicæ floruisse ait, quod recidit in eum annum quem astruimus.

[b] *Olympiadis septimæ anno secundo*] Anno primo, non secundo, Olympiadis septimæ conditam fuisse testari videtur Solinus cap. 11. his verbis: 'Quapropter cum octingentesimo primo anno Urbis conditæ ducentesima septima Olympias computetur, par est Romam septimæ Olympiadis anno primo credi conditam.' Et Dionysius lib. I. Jornandes simpliciter septimam dicit, non expresso anno. Alii aliter censent. Hanc conditam fuisse ipsis Palilibus, id est, XI. Kal. Maii, Sole in Tauro, Luna in Libra constitutis, quidam scriptores prodiderunt: quo sensu intelligenda sunt ista Ciceronis verba, de Divin. lib. II. 98. 'Taruntius Romam, cum esset in Jugo Luna, natam esse dicebat.'

[c] *Archilochum*] De tempore quo vixit Archilochus scriptores non consentiunt. Cicero eum regnante Romulo vixisse refert, id est, quadraginta quatuor, aut circiter annos ante tempus a Nepote designatum. Porro eum clarissimum Poëtam fuisse patet præsertim ex his Paterculi verbis: 'Neque quemquam alium, cujus operis primus auctor fuerit, in eo perfectissimum, præter Homerum et Archilochum, reperiemus.'

[d] *M. Manlius Romæ, qui Gallos, &c.*] Is postea ob defensum Capitolium Capitolinus dictus est, et domum in Capitolio publice accepit. Hunc tamen affectatæ tyrannidis postea damnatum e rupe Tarpeia præcipitem dederunt, domus diruta, et bona ejus publicata. Auctor de viris Illustribus. Hunc non præcipitem datum, sed verberibus necatum refert Nepos.

[e] *Alexander Magnus Pellæ oritur, &c.*] Pella Regni Macedonum Urbs primaria fuit; ad flumen Erigona, juxta Thessalonicum Sinum: unde Alexander Pellæus dicitur. Juvenalis: 'Unus Pellæo juveni non sufficit orbis.'

mam conditam anno trecentesimo octogesimo quinto. *Solin. Polyh. c. 40.* (43.)

P. Terentius maxime familiariter[f] vixit cum Scipione Africano, et C. Lælio, &c. quamvis Cornelius Nepos omnes æquales fuisse tradat. *Donatus s. Suet. in Vita Terentii:* [*sed v. Wetzel.*]

[*Minucius Felix c.* 22. scit hoc Nepos et Cassius in historia. *Fisch.*]

[*Nepotis liber de historicis: v. Dion.* 3. *Fisch.*]

[*Conf. Tertull. Apolog.* x. *p.* 111. *Haverc. s. p.* 31. *vol.* 5, *Semler. Fischer.*]

[*Catulli versicc. ap. V. D. ad A. Gellium,* VII. 18. *Fischer.*]

[*Hieronym. Euseb. Chron. Can. p.* 106. *Scal.* et, ut ait, Cornelius Nepos, &c. *Fisch.*]

[*Lactant.* I. 13. 8. Latini Nepos. *Fischer. Ad Lactantii loc. Nepotem citari in Chronicorum libris, in nota observat Cellar.*]

CORNELII NEPOTIS EXEMPLORUM

LIB. II.

II. A VIRGINE Vestale:[g] *Fl. Charisius lib.* I. *Grammat.* [*p.* 119. *ed. Putsch.*]

LIB. V.

Cornelius autem Nepos et in libro exemplorum quinto id quoque literis mandavit, multis in Senatu placuisse,[h] ut ii, qui redire nollent, datis custodibus ad Hannibalem de-

NOTÆ

[f] *P. Terentius maxime familiariter, &c.*] Vide Cic. in Lælio, ubi Terentium familiarem suum vocat Lælius. Quis porro Terentium ignorat? omnium Poëtarum comicorum disertissimum, et pariesis Latinitatis amantissimum, natione Afrum, patria Carthaginiensem.

[g] *A virgine Vestale*] Virgines Vestales, Vestæ Deæ sacris, perpetuique ignis custodiæ dicatas, nemo nescit. De iis vide Plutarchum in Numa.

[h] *Multis in Senatu placuisse, &c.*] Fidem et hostibus nostris datam servare tenemur: qua de re vide Cic. offic. I.

ducerentur, sed eam sententiam numero plurium, quibus id non videretur, superatam; eos tamen, qui ad Hannibalem non redissent, usque adeo intestabiles invisosque fuisse, ut tædium vitæ ceperint, necemque sibi consciverint. *A. Gellius N. A.* VII. 18. 11.

CORNELII NEPOTIS ILLUSTRIUM VIRORUM

LIB. II.

III. SUBINDE. *Sosipater Charis. l.* II. *p.* 195. *ed. Putschii.*

LIB. XV.

Harum partum.[i] *Ibid. p.* 114.

LIB. XVI.

A fratre patruele. *Ibid. p.* 113.

INCERTA QUO LIBRO VIRORUM ILLUSTRIUM POSITA.

CARTHAGO antea speciem habuit duplicis oppidi,[j] quasi aliud alterum amplecteretur: cujus interior pars Byrsa dicebatur, exterior Magalia.[k] Hujus rei testis est C. Nepos in eo libro, qui Vita Illustrium inscribitur. *Serv. ad Æn.* I. 372.

NOTÆ

[i] *Harum partum*] Pro partium; sicut mensum, pro mensium. Lege Vossium de Analog. II. 14.

[j] *Carthago antea speciem habuit duplicis oppidi, &c.*] Virgilius Carthaginem et Byrsam conjunxit, ut urbes vicinas. Byrsæ autem appellationem a corio ductam esse volunt plurimi. Quidam tamen Byrsam locum quendam munitum esse volunt, quale est Romæ Capitolium, Athenis Acropolis; cui opinioni situs ipsius Byrsæ favere videtur: Byrsa enim erat interior pars urbis, et veluti arx munitissima, ut refert ipse Nepos hoc in loco. Adde quod Byrsa Punica lingua locus munitus dicebatur.

[k] *Exterior Magalia*] Magalia erant Afrorum Tuguria seu Casæ. Vide Servium in Æneid. IV. ubi Magalia et Mapalia idem significare scribit. Palea enim, vel Pales, Syris est Agricola: hinc Mapale deductum, proprium Agricolæ Tugurium. Quemadmodum et Magar, lingua Punica, Villam significat. Unde Isidorus Magalia quasi Magaria dicta fuisse refert: hincque fit, ut Plautus in Pœnulo Magaria dixerit.

Propius Grammatico accessi.[1] *Diomedes l.* I. *Gram. p.* 405.

A. Albinus, qui cum L. Lucullo consul fuit,[m] res Romanas oratione Græca scriptitavit. In ejus Historiæ principio scriptum est ad hanc sententiam: neminem succensere sibi convenire, si quid in his libris parum composite aut minus eleganter scriptum foret. 'Nam sum,' inquit, 'homo Romanus, natus in Latio: Græca oratio a nobis alienissima est.' Ideoque veniam gratiamque malæ existimationis, si quid esset erratum, postulavit. Ea cum legisset M. Cato: 'Næ tu,' inquit, 'Aule, nimium nugator es, cum maluisti culpam deprecari, quam culpa vacare. Nam petere veniam solemus, aut cum imprudentes erravimus, aut cum expulsi [leg. *impulsi*. Fischer.] peccavimus. Tibi,' inquit, 'oro te, quis perpulit, ut id committeres, quod priusquam faceres, peteres, ut ignosceretur.' Scriptum hoc est in libro Cornelii Nepotis de illustribus viris. *A. Gell. N. A.* XI. 8. *et Macrob. præf. Saturn.*

[*Fischer. margini h. l. ascripsit: Hieronym. epp. f.* 116. *tom.* I. *Erasmi; de scriptorr. eccles. f.* 76. 4. *tom.* III.]

CORNELII NEPOTIS

LIB. I. DE VITA CICERONIS.

IV. Cornelius Nepos, et rerum memoriæ non indiligens, et M. Ciceronis, ut qui maxime, amicus familiaris fuit: atque is tamen in primo librorum, quos de vita illius composuit, errasse videtur,[n] cum eum scripsit tres et viginti annos

NOTÆ

[1] *Propius Grammatico accessi*] Sic Cic. Epist. lib. I. 14. alt, 'proximus Pompeio sedebam.'

[m] *A. Albinus, qui cum L. Lucullo consul fuit, &c.*] De eodem Aulo Albino loquitur Tullius (de Claris 81.) his verbis: 'Albinus, is qui Græce scripsit historiam:' et Acad. 137. 'Albinus homo doctus, P. Scipione, et M. Marcello Coss. Græce historiam scripsit.'

[n] *Errasse videtur, &c.*] Quintilianus l. XII. 6. scribit Ciceronem septimum et vicesimum annum attigisse cum Roscium defendit, publice scilicet; (nam pro Quintio privatam apud Aquilium Gallum judicem egit.) Dixit et pro Sexto Amerino adolescens contra Syllæ dominantis potestatem. Vide et Fabricii historiam Cicer. ad annum 26. et 27.

natum primam causam judicii publici egisse: Sextumque Roscium parricidii reum defendisse. *A. Gell. N. A.* xv. 28.

Frustra Tullium suspicimus. Refert enim Cornelius Nepos, se præsente, iisdem pæne verbis, quibus edita est, eam pro Cornelio seditioso Tribuno[o] defensionem peroratam. *Hieron. ep.* 71. [61. *Wetz. quem vid.*] *ad Pammachium, c.* 4.

CORNELII NEPOTIS

LIB. I. EPISTOLARUM AD CICERONEM.

[*Cornelius Nepos epistolam Alexandri ad Aristotelem Latinam fecit: v. Durantius varr.* II. 15. *p.* 249. *b. tom.* 3. *Thesaur. Gruter. Fischer.*]

V. Tantum abest, ut ego magistram esse putem vitæ Philosophiam,[p] beatæque vitæ perfectricem; ut nullis magis existimem opus esse magistros vivendi, quam plerisque, qui in ea disputanda versantur. Video enim magnam partem eorum, qui in schola de pudore et continentia præcipiant argutissime, eosdem in omnium libidinum cupiditatibus vivere. *Lactant. lib.* III. 15. 10. *Institutt. div.*

M. TULLII CICERONIS AD CORN. NEPOTEM

EPISTOLARUM LIB. II.

Itaque nostri, cum omnia, quæ dixissemus, dicta essent;[q]

NOTÆ

o *Pro Cornelio seditioso Tribuno, &c.*] Hanc defensionem fuisse prægrandem refert Plin. Epist. lib. I. 20. Et omnia quæ per quatuor dies latine dixerat, coarctasse dicit Ciceronem; quod pugnare videtur cum Nepote, qui refert, iisdem pæne verbis, quibus edita est, peroratam. Idem tamen fere legitur in eo libro qui inscriptus est, de laudibus Philosophiæ, apud Lactantium lib. VI. 2. his verbis: 'Malo vel unum parvum de officio libellum, quam longam orationem pro seditioso homine Cornelio.'

p *Tantum abest, ut ego magistram esse putem vitæ Philosophiam, &c.*] Hæc scripsisse videtur, ut contradiceret his Ciceronis verbis, quæ extant in Tuscul. Quæstionibus: 'O vitæ Philosophia Dux! o virtutis indagatrix!' &c. Et lib. II. 'In eo magistra vitæ tot secula permaneret philosophia.'

q *Itaque nostri, cum omnia, quæ dixis-*

quæ facete et breviter et acute locuti essemus, ea proprio nomine appellari *dicta* voluerunt. *Macrob. Sat.* II. 1.

AD EUNDEM EX LIBRO INCERTO.

Hoc restiterat etiam, ut a te fictis aggrederer donis.[r] *Priscian. L* VIII. *Gram. p.* 792.

Qui habet, ultro appetitur: qui est pauper, aspernatur.[s] *Ibid.*

Quid? oratorum quem huic [scil. Cæsari] antepones eorum qui nihil aliud egerunt? quis sententiis aut acutior aut crebrior?[t] quis verbis aut ornatior aut elegantior? *Suet. Cæs.* c. 55.

Ut Tullius docet, crudelitatis increpans Cæsarem in quadam ad Nepotem epistola. Neque enim quicquam aliud est felicitas, inquit, nisi honestarum rerum prosperitas. Vel, ut alio modo definiam, Felicitas est fortuna adjutrix consiliorum bonorum: quibus qui non utitur, felix nullo pacto esse potest. Ergo in perditis impiisque consiliis, quibus Cæsar usus erat, nulla potuit esse felicitas, feliciorque meo judicio Camillus exulans,[u] quam temporibus iisdem Manlius, etiamsi, id quod cupierat, regnare potuisset.[v] *Am. Marc. lib.* XXI. *extr.*

Hæc quidam veterum formidantes, cognitiones actuum variorum, stylis uberibus explicatas, non edidere supersti-

NOTÆ

lemus, dicta essent, &c.] Ciceronem natura sua jocularibus scommatibus valde delectatum fuisse certum est: unde ab invidis, Consularis scurra dicebatur. Vide Macrob. Saturn. lib. IV.

[r] *Hoc restiterat etiam, ut a te fictis aggrederer donis*] Hoc verbum passive hic sumitur.

[s] *Qui habet, ultro appetitur; qui est pauper, aspernatur*] Id quoque passive intelligendum est. Vide id genus innumera apud Priscianum lib. VIII.

[t] *Quis sententiis aut acutior aut crebrior*] Vide Cic. ad Brutum. Oratores enumerans, negat se videre, cui Cæsar debeat cedere.

[u] *Camillus exulans*] Ille et alter Romulus dictus fuit; propterea quod ad internecionem deletis Gallis, qui urbem incenderant, et Capitolium obsidebant, Remp. Rom. restituit. De quo vide Val. Max. lib. V. 3.

[v] *Id quod cupierat, regnare potuisset*] Quoniam, ut paulo supra diximus, servato Capitolio, de regno invadendo cogitabat.

tes, ut in quadam ad Cornelium Nepotem epistola Tullius quoque testis reverendus affirmat. *Idem lib.* XXVI. *initio.*

Sententiæ illius Tullianæ ignarus, docentis, infelices esse eos, qui omnia sibi licere existimarunt.[w] *Idem lib.* XXVI. *extr.*

IDEM AD ATTICUM DE NEPOTE.

Nepotis epistolam expecto. Cupidus ille meorum, qui ea quibus maxime γαυριῶ, legenda non putet? et ais μετ' ἀμύμονα: tu vero ἀμύμων, ille quidem ἄμβροτος. *Lib.* XVI. *ep.* 5.

Male narras de Nepotis filio.[x] Valde mehercule moveor, et moleste fero. Nescieram omnino, esse istum puerum. *Ep.* 14.

Hic Schottus inseruit Catonis et Attici vitas.

CORNELII NEPOTIS FRAGMENTA

INCERTA PARTIM QUO LIBRO POSITA PARTIM QUIBUS VERBIS CONCEPTA.

VI. Nepos auctore certo comperisse se ait, C. Lælium[y] quondam in Puteolano Kalend. Martiis[z] admonitum ab uxore, temporius ut discumberet,[a] petiisse ab ea ne inter-

NOTÆ

[w] *Infelices esse eos, qui omnia sibi licere existimarunt*] Unde D. August. de Civit. Dei, lib. v. 'O miserum cui peccare licebat!' Et de Trinitate lib. XIII. 5. ait: 'Velle quod non deceat, miserrimum: nec tam miserum est, non adipisci quod velis, quam adipisci velle quod non oporteat,' &c.

[x] *Male narras de Nepotis filio, &c.*] Id cognationis, non proprium nomen esse puto; nam de Cornelii Nepotis filio nihil mihi uspiam occurrisse memini

[y] *Nepos auctore certo comperisse se ait, C. Lælium, &c.*] Hunc Velleius inter oratores annumerat. De eo etiam Cic. pro Archia poëta loquitur.

[z] *In Puteolano Kalend. Martiis*] Puteolanus a Puteoli, hodie *Pozzoli*, oppidum maritimum Campaniæ, a Neapoli octavo lapide distans, a Samiis conditum. Dicti Puteoli, sive a copia puteorum aquis calidis scatentium, sive a putore, propter aquas sulphureas. Vide Fr. Schottum in Urbis Romæ admirandis.

[a] *Temporius ut discumberet, &c.*] Comparativus a *tempore*, quo usi sunt

pellaretur: serius tandem ingressam triclinium dixisse, non sæpe in scribendo magis successisse sibi: deinde rogatum, scripta illa proferret, pronuntiasse versus qui sunt in 'Εαυτοντιμωρουμένῳ: [IV. 4. 1.] 'Satis pol proterve me Syri promissa hæc induxerunt.' *Donat. vel Sueton. in Vita Terent. c.* 3.

L. Otacilius Pilitus, Rhetoricam professus, Cn. Pompeium Magnum docuit; patris ejus res gestas, nec minus ipsius, compluribus libris exposuit: primus omnium libertinorum,[b] ut Cornelius Nepos opinatur, scribere historiam orsus, non nisi ab honestissimo quoque scribi solitam. *Sueton. de claris rhet. c.* 3.

Cornelius Nepos in libello, quo distinguit literatum ab erudito, literatos vulgo quidem appellari ait eos, qui aliquid diligenter et acute scienterque possint aut dicere aut scribere: ceterum proprie sic appellandos poëtarum interpretes, qui a Græcis γραμματικοὶ nominentur.[c] *Suet. de illustr. Gram. cap.* 4.

VII. PRÆTER Physicos, Homerumque, qui universum orbem mari circumfusum esse dixerunt, Cornelius Nepos, ut recentior, ita auctoritate certior [tradit]: testem autem rei Q. Metellum Celerem adjicit,[d] eumque ita retulisse com-

NOTÆ

aliquando Ovid. Metamorph. lib. IV. et Columella lib. IX.

[b] *L. Otacilius Pilitus....primus omnium libertinorum, &c.*] Quia, ut inquit Terent. 'Servum hominem causas orare leges non sinunt.' Vide de eo Otacilio Pilito Suetonium de claris Rhetorib.

[c] *Ceterum proprie sic appellandos poëtarum interpretes, qui a Græcis γραμματικοὶ nominentur*] Audi quid Seneca dicat Epist. 88. 'Grammaticus,' inquit, 'circa curam sermonis versatur; et si latius evagari vult, circa historias. Jam ut longissime fines suos proferat, circa carmina.' Vide et Quintilianum lib. II. 1. At vero triplex est Grammaticorum genus. Alii enim Technici; alii Historici; alii Critici. Technici, elementa, orationis partes, et verborum structuram docent; hi potius Grammatistæ, quam Grammatici vocandi. Historici explicant nomina regionum, fluminum, montium, urbium; genealogias Deorum ac priscorum Heroum exquirunt. Omnium autem nobilissimi sunt Critici, qui tanquam judices omnia probant vel improbant, et ex eorum censura librorum omnium pretium augetur vel deprimitur.

[d] *Testem autem rei Q. Metellum Celerem adjicit, &c.*] Quia, ut refert Plinius, lib. II. a Suevorum rege quæs-

memorat: Cum Gelliis proconsul præesset, Indos quosdam a rege Bætorum dono sibi datos; unde in eas terras devenissent, requirendo, cognovisse, vi tempestatum ex Indicis æquoribus abreptos, emensosque, quæ intererant, tandem in Germaniæ littora exiisse. *Mela lib.* III. *c.* 5. *fin. et Plin. N. H.* II. 67.

Largitudo.[e] *Charis. l.* I, *c.* 78.

Eudoxus quidam, avorum nostrorum temporibus, cum Lathurum, regem Alexandriæ, profugeret, Arabico sinu[g] egressus, per hoc pelagus, ut Nepos affirmat, Gades usque pervectus est.[f] *Mela* III. 9. *et Plin.* II. 67. *et Capella l.* VI.

Paphlagonis insignis loco Heneto, a quo, ut Cornelius Nepos perhibet, Paphlagones in Italiam transvecti,[h] mox

NOTÆ

dam Indos dono accepit Metellus Celer, qui ex India commercii causa navigantes, tempestatibus essent in Germaniam abrepti.

[e] *Largitudo*] Nomen illud inusitatum, et peculiare Nepoti, unde Charisius ibidem citatus dicit, 'Largitudo nusquam invenitur nisi apud Nepotem.'

[f] *Eudoxus quidam, avorum nostrorum temporibus, cum Lathurum, regem Alexandriæ, profugeret, Arabico sinu egressus, per hoc pelagus, ut Nepos affirmat, Gades usque pervectus est*] Eudoxus iste, de quo hic sermo, non idem ac ille ejusdem nominis Astrologus, de quo Cic. de Divinatione, lib. II. loquitur; et Lucan. lib. X. his verbis, 'Nec meus Eudoxi concedet fastibus annus;' sed quidam alius minus notus, nec tamen navigationis imperitus, qui Ptolemæum cognomento Lathyrum, vel potius Lathurum, a nomine Græco Λάθουρος, qui antepenultimus fuit Ægypti Rex ex Ptolemæorum prosapia, fugiens Gades usque pervenit.

[g] *Arabico sinu*] Arabicus sinus alias mare rubrum dicitur, ab accolis *Mar di Mecha*. Gades vero, seu *Gadir*, Tyria lingua, vulgo *Cadis*, nomen est insulæ, atque etiam urbis, de qua sic loquitur Rufus Avienus in descriptione Orbis: 'Gadir prima fretum solida supereminet arce, Attollitque caput geminis inserta columnis,' &c. Plinius duas insulas esse scribit, ultra finem Bæticæ Provinciæ, et in extremo nostri Orbis versus Occidentem, ubi Europa ab Africa dirimitur freto Herculeo. Vide eundem lib. IV. 22. Non potuit autem Eudoxus ille ab Arabico sinu Gades usque pervenire, quin totam fere Africam circuitu legerit, et Promontorium, quod vocant *bonæ spei*, transierit; quæ hodie navigatio notissima est.

[h] *Heneto, a quo...Paphlagones in Italiam transvecti, &c.*] Henetum quendam olim vicum in Paphlagonia fuisse, unde populi illi, qui postea Heneti dicti, ortos fuisse, innuere videtur Nepos hoc in loco; quamvis in confesso sit apud omnes fere auctores, Enetos fuisse populos ex Paphlagonia regione, non ex quodam oppido, ad Trojam a Pylemene adductos, ut refert Homerus Il. II. et V. qui post Trojam captam cum diu deer-

Veneti sunt nominati. *Solin.* c. 44. *et Plin.* VI. 2. [*conf.* *Heyn. ad Virg. Æn.* I. *Excurs.* VII.]

Fauces Oceani T. Livius ac Nepos Cornelius latitudinis tradiderunt, ubi minimum, VII. M. pass. ubi vero plurimum, X. M. *Plin. lib.* III. *proœm.*

Melpum opulentia præcipuum,[i] quod ab Insubribus, et Boiis, et Senonibus deletum esse eo die, quo Camillus Veios ceperit, Cornelius Nepos tradidit. *Plin.* III. 17.

Ultra Aquileiam VI. M. pass. Formio amnis,[j] ab Ravenna CLXXXIX. pass. antiquus Italiæ auctus terminus, nunc vero Istriæ: quam cognominatam a flumine Istro in Hadriam effluente a Danubio amne,[k] eidemque Istro ex adverso Padi fauces, contrario eorum percussu mari interjecto dulcescente, plerique dixere falso, et Nepos [Cornelius] etiam, Padi accola. *Plin.* III. 18. § 22.

VIII. ALPES in longitudinem X. M. pass. patere[l] a supero mari ad inferum, Cælius tradit: Timagenes XX. M. pass.

NOTÆ

rassent, tandem Italiæ oras appulerunt per sinum Adriaticum, et Veneti dici cœperunt. Præterea Strabo lib. XII. scribit Enetos nobilissimam ac præcipuam Paphlagoniæ fuisse gentem.

[i] *Melpum opulentia præcipuum*] Insubriæ oppidum ditissimum, quod a vicinis gentibus deletum est, ut refert Plinius, lib. III.

[j] *Ultra Aquileiam* VI. *M. pass. Formio amnis, &c.*] Aquileia Romanorum colonia ad Natisonem fluvium sita, juxta quam Timavus defluit; unde Martialis: 'Et tu Ledæo felix Aquileia Timavo.' Hanc Romani duodecies mille passibus a mari collocarunt adversus Illyricas et Pannonicas gentes. Vide Livium de bello Macedonico. Quidam Aquileiam dictam volunt a perennibus aquarum fontibus; fuitque civitas tam augusta quondam, ut altera Roma diceretur; hodie Venetis paret, et ad solitudinem propemodum perducta est; ac ex ejus destructione, quæ primo ab Attila Hunnorum rege facta est, Venetia suum habuit incrementum. Quod spectat vero ad Formionem, fluvius est Istriæ, hodie *Risano*.

[k] *A flumine Istro in Hadriam effluente a Danubio amne, &c.*] In eo errore fuerunt antiqui omnes, ut crederent e Danubio fluvium in Adriam confluere juxta Istros populos; unde et Jasonis e Ponto in Adriaticum sinum transitus locum habuit Historiæ, quo in errore Corn. Nepos similiter versatus est.

[l] *Alpes in longitudinem* X. *M. pass. patere, &c.*] Eximiæ esse longitudinis Alpes patet ex his Melæ verbis lib. II. 'Alpes ipsæ ab iis littoribus longe lateque diffusæ, primo ad Septemtrionem magno gradu excurrunt; deinde ubi Germaniam attigerunt,

deductis in latitudinem, Cornelius Nepos c. M.: T. Livius tria M. stadiorum: uterque diversis in locis. *Plin.* III. 19. § 23.

Inter duos Bosporos, Thracium et Cimmerium,[m] directo cursu, ut auctor est Polybius, 10. M. passuum intersunt. Circuitu vero totius Ponti vicies semel centena quinquaginta M. ut auctor est Varro, et fere veteres. Nepos Cornelius trecenta millia quinquaginta adjicit. *Plin.* IV. 12. § 24.

In ora Oceani, colonia Augusti, Julia Constantia, &c. et ab ea XXXII. M. pass. colonia a Claudio Cæsare facta, Lixos. Ibi regia Antæi, certamenque cum Hercule, et Hesperidum Horti, &c. Extat in ea et ara Herculis, nec præter oleastros aliud ex narrato illo aurifero nemore. Minus profecto mirentur portentosa Græciæ mendacia, de iis et amne Lixo prodita,[n] qui cogitent, nostros nuper paulo minus monstrifica quædam de iisdem tradidisse: prævalidam hanc urbem,[o] majoremque Carthagine magna; præterea ex adverso ejus sitam,[p] et prope immenso tractu ab

NOTÆ

verso impetu in Orientem abeunt; direptisque populis immanibus, usque in Thraciam penetrant.'

[m] *Inter duos Bosporos, Thracium et Cimmerium, &c.*] Duo sunt Bosphori, alter juxta Byzantium, qui et Thracius dicitur, estque ostium Ponti, per quod in Propontidem influit, dictum a trajectu Jovis in bovem transformati. Vide Valer. Flacc. Argon. lib. IV. Alter est Bosphorus in introitu Mæotidis Paludis, per quem in Pontum defluit. Ovid. 'Bosphorus et Tanais superant, Scythiæque paludes.' Hic etiam Cimmerius dicitur, a Cimmeriis populis, partem ejus frigidissimam incolentibus. Vide Ovid. de Ponto.

[n] *Minus profecto mirentur portentosa Græciæ mendacia, de iis et amne Lixo prodita, &c.*] Nihil vanius et mendacius illis fabulis, quæ Hesperidas Nymphas et eorum hortos prodidere. Porro illi horti a Virg. et Plin. describuntur in Mauritania Tingitana prope Lixum; quanquam idem Plin. et Ptolem. eos constituunt in Pentapoleos regione, omni arborum genere refertos, in quibus mala erant aurea a Dracone pervigili servata, quem Hercules interfecisse dicitur. Vide plura apud Solinum et Plin. qui draconem hunc ceu serpentem interpretantur fuisse æstuarium maris, meatu fluctuoso instar draconis, quod hortos Hesperidum amplectebatur.

[o] *Prævalidam hanc urbem, &c.*] Nimirum Lixon, nam et amnis et urbis nomen est; ut ex his patet Plinii verbis: 'A Claudio Cæsare colonia facta Lixos; vel fabulosissime ab antiquis narrata. Ibi Regia Antæi, certamenque cum Hercule, et Hesperidum horti.'

[p] *Præterea ex adverso ejus sitam*] Hæc

Tingi,[q] quæque alia Cornelius Nepos avidissime credidit. *Plin.* v. 1.

Aliqui inter Pontum et Caspium mare CCCLXXV. M. pass. non amplius interesse tradiderunt: Cornelius Nepos CCL. M. *Plin.* VI. 11. § 12.

Polybius in extrema Mauritania contra montem Atlantem a terra stadia octo abesse prodidit Cernen.[r] Nepos Cornelius ex adverso maxime Carthaginis a continente passus mille: non ampliorem circuitu duobus millibus. *Plin.* VI. 31. §. 36.

Nepos Cornelius, qui Divi Augusti principatu obiit, Me, inquit, juvene violacea purpura vigebat,[s] cujus libra denariis centum venibat; nec multo post rubra Tarentina. Huic successit dibapha Tyria,[t] quæ in libras denariis mille non poterat emi. Hac P. Lentulus Spinther, Ædilis Curulis, primus in prætexta usus improbatur:[u] qua purpura quis non jam, inquit, tricliniaria facit?[v] *Plin.* VI. 39. § 60.

NOTÆ

est, e regione Carthaginis, quemadmodum Virg. Æneid. I. dixit: 'Carthago, Italiam contra,' &c.

[q] *Prope immenso tractu ab Tingi*] Tingis Pomp. lib. I. et Plin. lib. V. Mauritaniæ pervetus oppidum, ab Antæo, ut ferunt, conditum, ex cujus nomine Mauritania Tingitana dicta est. Hæc, cum colonia Rom. a Claudio Cæsare facta esset, Julia traducta dicta est; hodie *Tanger*.

[r] *A terra stadia octo abesse prodidit Cernen*] Cerne, Atlantici Oceani insula, contra Atlantem montem, Ptolemæo teste; quod et scribit Polybius gravis auctor. Plin. tamen hanc inter insulas Æthiopiæ annumerat: 'Cerne,' inquit, 'nominatur insula adversa Æthiopiæ, cujus neque magnitudo neque intervallum a continente constat.' Hanc nonnulli Maderam, alii Gratiosam insulam esse putant.

[s] *Me, inquit, juvene violacea purpura vigebat, &c.*] De variis purpuræ generibus vide Cœlium, Bayfium, et Salmasium, qui omnium accuratissime in Notis ad Tertullianum de Pallio scripsit. Purpura autem violacea tingebatur circa littora Africæ, quæ puniceum succum emittebat. Vide eundem Salmasium loco citato.

[t] *Huic successit dibapha Tyria*] Purpura quæ bis tingebatur. Unde Cic. in Vatinium, 'Strumam Sacerdotii dibapho vestiunt,' *Ils couvrent son infamie en l'élevant au Sacerdoce.*

[u] *In prætexta usus improbatur*] Causam aperit Plin. his verbis: 'Spinther ædilis fuit Urb. Cond. anno septingentesimo, Cic. Cons. Dibapha tunc dicebatur, quæ bis tincta esset, veluti magnifico impendio; qualiter nunc omnes commodiores purpuræ tinguntur.'

[v] *Tricliniaria facit*] Hoc est, ut explicat Salmasius, accubitalia, quibus

Onychem etiam tum in Arabiæ montibus,[v] nec usquam alíubi, nasci putavere nostri veteres; Sudines, in Germania, potoriis vasis inde factis primum, dein pedibus lectorum sellisque. Cornelius Nepos tradit magno fuisse miraculo, cum P. Lentulus Spinther amphoras ex eo et urceos magnitudine cadorum ostendisset: post quinquennium deinde, triginta duorum pedum longitudine columnas vidisse se. *Plin.* XXXVI. 7. § 12.

IX. *Νέπως δὲ Κορνήλιος, οὐχ ὑπὸ γήρως, φησὶν, οὐδὲ νόσου παραλλάξαι τὸν Λούκουλλον, ἀλλὰ φαρμάκοις ὑπό τινος τῶν ἀπελευθέρων Καλλισθένους διαφθαρέντα. Τὰ δὲ φάρμακα δοθῆναι μὲν, ὡς ἀγαπῷτο μᾶλλον ὁ Καλλισθένης ὑπ' αὐτοῦ, τοιαύτην ἔχειν δοκοῦντα τὴν δύναμιν ἐκστῆσαι δὲ καὶ καταλῦσαι τὸν λογισμὸν, ὥστ' ἔτι ζῶντος αὐτοῦ τὴν οὐσίαν διοικεῖν τὸν ἀδελφόν.* *Plutarch. in Lucullo extr.* [*p.* 520. *E. s. opp. tom.* 1. *p.* 344. *tom.* 3. *Tubing. Fischer.*]

'Cornelius Nepos ait, non senio, neque morbo alienata mente fuisse Lucullum, sed a quodam liberto Callisthene venenis corruptum. Datum autem esse venenum, ut Callisthenes impensius ab eo diligeretur, quod ejusmodi vi pollere id putaret. Ita vero alienasse et solvisse mentem ejus, ut adhuc viventis facultates frater procuraret.'

Καίτοι Νέπως ὁ Κορνήλιος φησὶν, οὐ Κράσσου, Βρούτου δὲ θριαμβεύσαντος ἀπὸ Λουσιτανῶν θυγατέρα γῆμαι Γάϊον. *Plut. in Tib. Graccho,* [*p.* 834. *C. Opp. tom.* 1. *c.* 21. *p.* 227. *s. tom.* 5. *Tub. Fisch.*]

'Cornelius Nepos non Crassi, sed Bruti, ejus qui de Lusitanis triumphavit, filiam nuptum Caio datam, ait.'

'Αννίβᾳ δὲ τῶν μὲν ἄλλων ἐλάχιστος ἦν λόγος, Μάρκελλον δὲ πεπτωκέναι πυθόμενος, αὐτὸς ἐξέδραμεν ἐπὶ τὸν τόπον· καὶ τῷ νεκρῷ παρα-

NOTÆ

lecti tricliniares sternuntur.

[v] *Onychem etiam tum in Arabiæ montibus, &c.*] Notum est omnibus Onychem esse gemmæ cujusdam genus, humani unguis candorem referentis; Plin. lib. XXXVII. 5. Est etiam Onyx marmoris genus, in montibus Arabiæ præcipue nascens, postea etiam in Germania inventum. Auctor idem Plin. lib. XXXVI. 7. et 8. Ex hoc marmore fiebant olim pretiosissima pavimenta; unde Martialis lib. III. 'Calcatusque tuo sub pede lucet Onyx.'

στὰς, καὶ πολὺν χρόνον τήν τε ῥώμην τοῦ σώματος καταμαθὼν καὶ τὸ εἶδος, οὔτε φωνὴν ἀφῆκεν ὑπερήφανον, οὔτε ἀπ' ὄψεως τὸ χαῖρον, ὡς ἄν τις ἐργώδη πολέμιον καὶ βαρὺν ἀπεκτονὼς, ἐξέφηνεν· ἀλλ' ἐπιθαυμάσας τὸ παράλογον τὸ τελευτῆς, τὸν μὲν δακτύλιον ἀφείλετο, τὸ δὲ σῶμα κοσμήσας πρέποντι κόσμῳ καὶ περιστείλας ἐντίμως ἔκαυσε, καὶ τὰ λείψανα συνθεὶς εἰς κάλπην ἀργυρᾶν, καὶ χρυσοῦν ἐμβαλὼν στέφανον, ἀπέστειλε πρὸς τὸν υἱόν. Τῶν δὲ Νομάδων τινὲς περιτυχόντες τοῖς κομίζουσιν, ὥρμησαν ἀφαιρεῖσθαι τὸ τεῦχος. Ἀντιλαμβανομένων δὲ ἐκείνων, ἐκβιαζόμενοι, καὶ μαχόμενοι διέῤῥιψαν τὰ ὀστᾶ. Πυθόμενος δὲ Ἀννίβας, καὶ πρὸς τοὺς παρόντας εἰπὼν, οὐδὲν ἄρα δυνατὸν γενέσθαι ἄκοντος θεοῦ, τοῖς μὲν Νομάσιν ἐπέθηκε δίκην, οὐκ ἔτι δὲ κομιδῆς ἢ συλλογῆς τῶν λειψάνων ἐφρόντισεν· ὡς δή κατὰ θεόν τινα καὶ τῆς τελευτῆς καὶ τῆς ἀταφίας παραλόγως οὕτω τῷ Μαρκέλλῳ γενομένης. Ταῦτα μὲν οὖν οἱ περὶ Κορνήλιον Νέπωτα καὶ Οὐαλέριον Μάξιμον ἱστορήκασι. Λίβιος δὲ καὶ Καῖσαρ ὁ σεβαστὸς κομισθῆναι τὴν ὑδρίαν πρὸς τὸν υἱὸν εἰρήκασι, καὶ ταφῆναι λαμπρῶς. *Plut. in Marcello,* [*c.* 30. *p.* 331. *tom.* 2. *Tubing. Fischer.*]

'Hannibal vero, cum reliquos minimi faceret, Marcellum cecidisse audito, ipse ad locum accurrit: cadaverique assistens, diuque corporis robur et formam contemplatus, neque superbam ullam emisit vocem, neque vultu lætitiam, (ut consentaneum erat eum, qui tam molestum et gravem hostem interfecisset,) præ se tulit; sed inopinatum viri exitum miratus, annulum ei abstulit, corpus digno habitu ornatum, vestibusque decentibus amictum, cremavit; reliquias in urnam argenteam lectas, aurea superaddita corona, ad filium misit. Sed quidam Numidæ, cum in ferentes ea incidissent, adimere vi conati sunt: illis reluctantibus, ac vim vi repellentibus, ossa disjecta sunt. Hannibal, hoc audito, ad eos, qui aderant, Nihil, inquit, utique Diis invitis fieri potest: sumtoque de Numidis supplicio, nullam præterea de Marcelli reliquiis colligendis curam habuit: ut qui, Dei alicujus numine Marcello hunc exitum vitæ, et sepulturæ privationem ita præter omnium opinionem evenisse, crederet. Hæc Cornelius Nepos et Valerius Maximus narrant. Livius et Augustus Cæsar, perlatam ad filium Marcelli urnam, et honorifice sepultas ejus reliquias perhibent.'

'Ἀννίβαν δὲ Μάρκελλος, ὡς μὲν οἱ περὶ Πολύβιον λέγουσιν, οὐδὲ ἅπαξ ἐνίκησεν, ἀλλ' ἀήττητος ἀνὴρ δοκεῖ διαγενέσθαι μέχρι Σκιπίωνος· ἡμεῖς δὲ Λιβίῳ, Καίσαρι, καὶ Νέποτι, καὶ τῶν Ἑλληνικῶν τῷ βασιλεῖ Ἰόβᾳ πιστεύομεν, ἥττας τινὰς καὶ τροπὰς ὑπὸ Μαρκέλλου τῶν σὺν Ἀννίβᾳ γενέσθαι. *Plut. in compar. cum Marcello*, [c. 1. p. 334. *tom.* 2, *Tubing. Fisch.*]

'Hannibalem Marcellus, ut Polybius narrat, ne semel quidem vicit, sed invictus hic vir fuisse videtur usque ad Scipionem. Nos autem Livio, et Cæsari, et Nepoti, et ex Græcis scriptoribus regi Jubæ credimus, aliquoties Hannibalem a Marcello victum et in fugam versum esse.'

X. Cornelius Nepos, qui Divi Augusti principatu obiit, cum scriberet, turdos paulo ante cœptos saginari,[v] addidit, ciconias magis placere, quam grues;[x] cum hæc nunc ales inter primas expetatur, illam vero nemo velit attigisse. *Plin.* X. 23. § 30.

Apud antiquos piscium nobilissimus habitus acipenser, &c. Postea præcipuam auctoritatem fuisse lupo et asellis,[y] Cornelius Nepos, Laberius, poëta mimorum,[z] tradidere. *Plin.* IX. 17. § 28.

NOTÆ

[v] *Cum scriberet, turdos paulo ante cœptos saginari*] Turdus genus est avis simul et piscis. Martialis lib. XIII. 'Inter aves turdus, mecum si judice certes, Inter quadrupedes,' &c.

[x] *Ciconias magis placere, quam grues, &c.*] Id forsan dicitur, quod ciconiarum genus sit pietatis et gratitudinis erga parentes symbolum. Unde Petronius Arbiter, in satirico de Ciconia: 'Ciconia etiam grata, peregrina, hospita, Pietatis cultrix, gracilipes, crotalistria, Avis exul hyemis, titulus tepidi temporis, Nequitiæ nidum in cacabo fecit meo.'

[y] *Præcipuam auctoritatem fuisse lupo et asellis, &c.*] Lupus hic nomen est piscis, quem Romani omnibus aliis prætulerunt, quem Catillonem et Liguritorem vocabant; metaphora ducta ab hominibus gulosis et delicatis, quos ideo Catillones vocabant antiqui, quod absumtis cibis ipsos etiam Catillos lingerent. Græce λάβραξ. 'Luporum laudatissimi, qui appellantur lanati a candore mollitiaque carnis.' Unde Martialis lib. XIII. 'Laneus Euganei lupus excipit ora Timavi, Æquoreo dulces cum sale pastus aquas.' Asellus similiter est piscis laudatissimus. Vide Plin. lib. IX.

[z] *Laberius, poëta mimorum, &c.*] Hic poëta mimographus fuit: vide Macrob. Saturn. lib. II. et Gellium, et Senecam Declamationum, lib. VII. et Horatium in Serm. cujus hæc verba sunt, 'Et Laberi mimos, ut pulchra poëmata, mirer.'

Magnitudo loto arbori, quæ piro:[a] quanquam Nepos Cornelius brevem tradat, &c. Vinum quoque exprimitur illi, simile mulso, quod ultra denos dies negat durare idem Nepos; baccasque contusas cum alica ad cibos dolio condi. *Plin.* XIII. 17. § 32.

Scandula contectam fuisse Romam usque ad bellum Pyrrhi[b] annis quadringentis LXX. Cornelius Nepos auctor est. *Idem* XVI. 10. § 15.

Cornelius Nepos tradit, ante Syllæ victoriam duo tantum triclinia Romæ fuisse argentea. *Idem* XXXIII. 11. § 52.

Primus invenit lineas colorare, testa, ut ferunt, trita, Cleophantus Corinthius. Hunc, aut eodem nomine alium fuisse, quem tradit Cornelius Nepos secutum in Italiam Demaratum, Tarquinii Prisci, Romani regis, patrem, fugientem a Corintho injurias Cypseli tyranni,[c] mox docebimus. *Idem* XXXV. 3. § 5.

Primum Romæ parietes crusta marmoris operuisse totius domus suæ in Cœlio monte Cornelius Nepos tradidit Mamurram, Formiis natum,[d] equitem Romanum, præfectum fabrum C. Cæsaris in Gallia, &c. Adjecit idem Nepos, eum primum totis ædibus nullam, nisi e marmore, colum-

NOTÆ

[a] *Magnitudo loto arbori, quæ piro*] Lotus arbor frequens in Africa fuit apud Syrtbes; unde Lotophagi populi, quod ejus arboris fructu credantur victitare; cujus cibus est tam dulcis, ut advenis incutiat patriæ oblivionem: itaque cum Ulyssis socii delati fuissent Africam, et Lotum gustassent, vix inde abduci potuerunt. Hom. Odyss. IX.

[b] *Scandula contectam fuisse Romam usque ad bellum Pyrrhi, &c.*] Scandula, quasi, scindula, a scindendo; quia ejusmodi sunt tegulæ ligneæ, non serra, sed bipennibus scissæ. Vel scandulæ a scandendo, quia in culminibus tectorum, ad tegulas imbricesque sustinendos collocantur, quo scandentes pervenire solent. Inde tectum scandulare dicitur, quod ex scandulis constat.

[c] *A Corintho injurias Cypseli tyranni*] Tyrannus ille Corinthius Cypselus dictus a Cistula, quam Græci Cypselon vocant, in qua delituit occultatus a matre, cum ad mortem quæreretur. Vide Cic. in Tusc. Quæst. lib. V. et lib. de Fato.

[d] *Mamurram, Formiis natum*] Hunc propterea Catullus carpit in Epigrammate, in quo scribit eum in ædibus suis habuisse, quicquid habuisset Gallia comata, quia Præfectus fabrorum Cæsaris in Gallia fuit. Vide de eodem Plin. lib. XXXVI. 6.

nam habuisse, omnes solidas e Carystio, aut Lunensi.[e] *Idem* XXXVI. 6. § 7.

XI. ÆDIS Martis est in circo Flaminio architectata ab Hermodoro Salaminio.[f] *Priscian. l.* VIII. *p.* 792. *ed. Putsch.*

Non amplius ter bibere Augustum solitum[g] super cœnam in castris apud Mutinam, Cornelius Nepos tradit. *Sueton. Aug. c.* 77.

In extrema Britanniæ parte Memma,[h] quam Cornelius etiam, Annalium scriptor,[i] narrat metallis plurimis copiosam, herbis frequentem, et his feraciorem omnibus, quia pecora magis, quam homines, alat. Labi vero per eam multa quam maxima relabique flumina, gemmas margaritasque volventia. *Jornandes de rebus Gothicis, c.* 2.

NOTÆ

[e] *E Carystio, aut Lunensi*] Quia in Carysto insulæ Eubœæ civitate, auctore Strabone lib. I. Carystiarum columnarum incisio erat: ibique Apollinis Marmorei templum. Carystii marmoris meminit Plin. lib. IV. 12. et lib. XXXVI. 6. Item Lucanus lib. V. de insula Eubœa loquens: 'Qua maris angustas fauces saxosa Carystos.' Sita est ad Pelagus Myrtoum, sub Ocha monte. In hac, si qua Solino fides est, olim Titanes regnavere. Luna vero Hetruriæ oppidum est ad mare situm, fœcundissimis candidi marmoris fodinis nobilitatum.

[f] *Architectata ab Hermodoro Salaminio*] Hermodori Architecti celeberrimi meminit Vitruvius Architect. lib. III. 1.

[g] *Non amplius ter bibere Augustum solitum, &c.*] Sic Suetonius, cujus hæc sunt verba; 'Non amplius ter bibere eum solitum super cœnam in castris apud Mutinam, Cornelius Nepos tradit.'

[h] *In extrema Britanniæ parte Memma, &c.*] *Mona*, non *Memma*, hic legi debere videtur, quia invenitur quidem passim in auctoribus Mona insula Angliam inter et Hiberniam sita, quæ hodie etiam *Mon* vocatur ab incolis Britannis, qui linguam avitam retinent: sed nullibi *Memma* legitur, nisi solum hoc in libro. Hæc insula angusto vado tantum a Britanniæ continente sejungitur, ut Ptolemæus, Cæsar, et Plinius eam describunt.

[i] *Quam Cornelius etiam, Annalium scriptor, &c.*] Hunc Cornelium Tacitum cum Schotto et Lindenbrogio existimo, ut videre est ex ejus Annalibus pluribus in locis, ac præsertim ex Agricolæ Vita, quam ipse scripsit.

EPISTOLA CORNELIÆ MATRIS

GRACCHORUM.[1]

XII. Dices,[2] pulchrum esse inimicos ulcisci. Id neque majus neque pulchrius cuiquam, atque esse mihi[3] videtur;[j] sed si liceat republ. salva ea persequi.[k] Sed quatenus id fieri non potest, multo tempore multisque partibus inimici nostri non peribunt; atque, uti[4] nunc[5] sunt, erunt potius, quam respubl. profligetur[6] atque pereat.

EADEM ALIO LOCO.

Verbis conceptis dejerare ausim,[l] præterquam qui[1] Tiberium Gracchum necarunt,[2] neminem inimicum tantum molestiæ,[3] tantumque laboris, quantum te ob has res, mihi tradidisse: quem oportebat omnium eorum, quos ante habuerim[4] liberos, partes eorum[5] tolerare, atque curare, ut quam minimum solicitudinis in senecta haberem, utique, quæcumque ageres, ea velles maxime mihi placere: atque

1 Sic Bosius et alii. Sed *verba Corneliæ Graccorum matris ex Cornelii Nepotis libro excerpta* Ms. Sav. Voss. 1. *Corneliæ Graccorum matris ex Cornelii Nepotis libro excerpta.* Ms. Voss. 3. *verba Corneliæ matris Gracchorum* Ms. Petav. *verba ex epistola Corneliæ Gracchorum matris ex libro Cornelii Nepotis de Latinis historicis excerpta.* Ms. Gif.—2 Sic etiam Ms. Voss. 1. Gif. Sed *dices* Ms. Petav. *dicis* Ms. Sav. Statim *pulcherrimum* Ms. Voss. 3. pro, *pulchrum.*—3 *Mihi esse* Ms. Voss. 3. Mox *eos persequi* Ed. Patav.—4 *Neque, uti* Ed. Gebh. Keuch.—5 Sic Ms. Sav. Gif. sed *non* Ms. Petav.—6 Ita etiam Ms. Voss. 1.

1 *Qui* aberat a Ms. Sav.—2 *Graecum necharunt* Ms. Voss. 1. *Græcum nec.* Ms. Voss. 3. *qui Tib. filium necarunt* Pigh.—3 *Tantumque tantæ molestiæ motatumque* Ms. Voss. 3.—4 Sic Ms. Petav. Sed *quos ante hac habui* Ms. Sav. Gif. Ed. Keuch. Pat.—5 *Partis eorum* Ms. Gif. Petav. Sav. a quo postremo

NOTÆ

j *Atque esse mihi videtur*] Steph. Pighius *esse* omittit.

k *Sed si liceat republ. salva ea persequi*] *Eos persequi*, scilicet inimicos, mallem cum eodem Pighio.

l *Dejerare ausim*] Id est, Deos jurare. Quemadmodum Apuleius dixit, 'quam sanctissime dejerantes.' Quia autem solenne erat et expressum jurandi genus, ideo dicitur, 'conceptis verbis.'

uti nefas haberes, rerum majorum adversum meam sententiam quicquam facere. Præsertim mihi, cui parva pars vitæ[6] superest. Ne id quidem[7] tam breve spatium potest opitulari, quin et mihi adverseris,[8] et rempubl. profliges. Denique quæ pausa[9] erit?[n] * et quando[10] desinet familia nostra insanire? et quando modus ei rei[11] haberi poterit?[o] et quando desinemus, ** et habentes, et præbentes,[12] [p] molestiis desistere?[q] et quando perpudescet[13] miscenda atque perturbanda republ.[r] Sed si omnino id fieri non potest, ubi[14] ego mortua ero, petito Tribunatum; post me[15] facito, quod libebit, cum ego non sentiam. Ubi mortua ero, parentabis[16] mihi, et invocabis Deum parentem.[s] In eo tempore, non pudet[17] te[t] eorum * Deum preces expetere,[u] quos, vivos atque præsentes, relictos atque desertos habueris? Ne ille sinat Jupiter, te ea perseverare,[18] nec tibi tantam dementiam

tamen aberat τὸ *eorum*. Ed. Keuch. et Patav. *partes eorum*.—6 *In tam parvas paucas vitæ* Ms. Voss. 3. pro *cui p. parva vitæ*.—7 Sic etiam Ms. Voss. 1.—8 *Adverses* Ms. Voss. 1. 3. Sav. *adversus* Ms. Gif. Petav.—9 *Pausas* Ms. Voss. 3.—10 Sic Ms. Sav. Petav. Sed *ecquando* Ms. Gif.—11 *Ei rei* LXV. Ms. Voss. 3....** *al.* absentes et præsentes.—12 Sic etiam Ms. Voss. 3. Sav. Gif. Sed *et absentes et præsentes* Ms. Petav. *et habentes et præsentes* Ed. Keuch.—13 *Et quando perpud.* aberant a Ms. Petav.—14 Sic Ms. Gifan. Pet. Sed *mihi* Ms. Sav.—15 *Post me* aberant a Ms. Voss. 1. Sav. Statim *facite* Ms. Voss. 3. *facito, quod lubebit* Ms. Sav. Ed. Keuch. Patav. *per me facito quod libebit* Ms. Gif.—16 *Parentibus* Ms. Voss. 3. Sav.—17 *Non pudet*. Ita etiam Ms. Gif. Petav. Sed *ne pudet* Ms. Voss. 1. Sav.—18 Ita etiam Ms. Voss.

NOTÆ

[n] *Quæ pausa erit*] Sic in Plauto legitur; atque adeo corrupte quosdam legere censeo, *quæ causa erit?*

[o] *Et quando modus ei rei haberi poterit*] Gebhardus et Gifanius, *ecquando;* quod idem est ac *num quando*, vel *an aliquando*.

[p] *Et habentes, et præbentes*] Melius legi existimarem, ut quidam legunt, *et absentes et præsentes*.

[q] *Molestiis desistere*] Quidam legunt *desipere;* quod non probo.

[r] *Et quando perpudescet miscenda atque perturbanda republ.*] Id dicitur quemadmodum apud Tacitum legitur, 'pudet dicto,' et similia.

[s] *Et invocabis Deum parentem*] Rutgersius conjicit legendum esse, *Invocabis Deum parentem Numen*. Quidam scribunt, *et invocabis Deos manes parentis*. *Eo tempore ne pudeat eorum Deum preces expetere:* 'Eorum Deum;' hoc est, Deorum Manium; juxta Ovidii mentem, qui ait, 'Perque tuos manes, qui mihi Numen erunt.'

[t] *In eo tempore, non pudet te, &c.*] Mallem cum Pighio legere, *non pudebit*. Vel cum Salmasio, *ne pudeat*.

[u] *Eorum Deum preces expetere*] *Deum*, pro *Deorum*. Pro *preces*, sunt qui *pace* legi velint; quod fateor me minus capere.

veniré in animum; et, si perseveras, vereor in[19] omnem vitam tantum laboris culpa tua recipias, uti in nullo tempore tute tibi placere possis.

[*Cornelius Nepos in libro de historicis Latinis de laude Ciceronis.*

XIII. NON ignorare debes, unum hoc genus Latinarum literarum adhuc non modo non respondere Græciæ, sed omnino rude atque inchoatum morte Ciceronis relictum. Ille enim fuit unus, qui potuerit et etiam dèbuerit historiam digna voce pronuntiare: quippe qui oratoriam eloquentiam rudem a majoribus acceptam perpoliverit, philosophiam ante eum incomtam Latinam sua conformaverit oratione. Ex quo dubito, interitu ejus utrum res publica an historia magis doleat.

Locuples ac divina natura, quo majorem sui pareret admirationem, ponderatioraque sua essent beneficia, neque uni omnia dare, nec rursus cuiquam omnia voluit negare.]

---

8. sed omisso τῷ ea. [Rutgers. emendat, *te eo perseverare*. Et statim: *tu te tibi placare possis*: quomodo Horatius Epist. I. 18. 'quid te tibi reddat amicum.' Alteram tamen Plautus firmat Persa I. 1. 30. 'Si tute tibi bene esse potes pati.']—19 *Vereor ne* Ed. Gebh. Boecl. Patav.

FINIS CORN. NEPOTIS OPERUM.

NOTÆ VARIORUM

IN

CORNELII NEPOTIS OPERA.

SYLLABUS AUCTORUM RECENTIORUM

QUORUM NOTIS ET OBSERVATIONIBUS USUS EST EDITOR.

Alciatus.
Aldus Manutius.
Alexander ab Alexandro.
Antonius Augustinus.
Barthius.
Bernecccerus.
Beroaldus.
Boeclerus.
Bongarsius.
Bosius.
Bouchartus.
Boxhornius.
Brissonius.
Buchnerus.
Bucholcerus.
Camerarius.
Casaubonus.
Chronologi.
Codex Pet. Danielis.
Colerus.
Cujacius.
P. Daniel.
Dempsterus.
Emmius.
Ernstius.
Freinshemius.
Fungerus.
Gebhardus.
Geographi.
Gifanius.
Golius.
Gronovius.
Grotius.
Heidmannus.
Heinsius.
Hildebrandus.
Hornius.
Keuchenius.
Kirchmajerus.
Kirchmannus.
Lambinus.
Lipsius.
Loccenius.
Longolius.
Machaneus.
Magius.
Mariana.
Meursius.
Muretus.
D. Mar. Niger.
Oliverius.
Ortelius.
Piccartus.
Pighius.
Pignorius.
Pontanus.
Puteanus.
Raven.
Rubenius.
Rutgersius.
Salmasius.
Savaro.
Scaliger.
Schefferus.
Schoppius.
Schottus.
Seldenus.
Sighicellus.
Stewechius.
Streinius.
Strigelius.
Thysius.
Titius.
Turnebus.
Vorstius.
Vossius.
Xylander.

NOTÆ VARIORUM

IN

CORNELII NEPOTIS OPERA.

EX EDIT. AMSTELODAMENSI, 8VO. 1687.
EX TYPOGRAPHIA P. ET J. BLAEU.

AUCTORIS PRÆFATIO.

CORNELII NEPOTIS VITÆ EXCELLENTIUM IMPERATORUM] Inscriptionem nostræ editioni istam dedimus: C. CORN. NEPOTIS, *vulgo Æmylii Probi*, DE EXCELLENTIBUS VIRIS, *quæ extant*. Hier. Magius tres annotavit titulos: *De vita Excellentium Imperatorum. De vita excellentium. De vita excellentium Græciæ Principum et Ducum.* Ex his secundum, ut nimis latum; tertium, ut nimis angustum aspernatus, primum recipit; quippe qui et in fine præfationis compareat. Editio inter impressas satis vetusta hoc frontispicium habet: *Æmilii Probi vitæ Excellentium Imperatorum, Tito Pomponio Attico dedicatæ, T. Pomponii Attici vita per Cornelium Nepotem descripta.* Sed hic exterior titulus est, aliorum quoque opusculorum vocabula præferens. Præfationem autem antecedit ille: *Æmilii Probi, viri clarissimi, de vita Excellentium Imperatorum ad T. Pomponium Atticum.* Lambiniana editio, ad totum opus, quod duobus voluminibus constitit, e quibus unum tantum ad nos transmissum est, accommodavit hunc indicem: *De vita excellentium Imperatorum Græcorum et Romanorum.* Inter omnes Magius haud dubie commodissimum elegerat, si institutum Auctoris, non contenta editionis spectemus. Atque hic titulus placuit etiam Jano Gebhardo in politis ad h. Scriptorem notis. Nam cæteri a librariis accepti, aut pro arbitrio inditi, exsolvunt religione inscribendi animum, et ipsa varietate, libertatis admonent. Quocirca placuit eum titulum adhibere, qui omnia, quæ supersunt, signaret; cum præsertim vel solius Attici vita, qua nihil habet illustrius hic scriptor, imperatorii nominis titulo inumbranda minime videretur. Denique ipse Nepos admonebat. Sic enim xv. 4. 'plurima quidem proferre possemus, sed modus adhibendus est: quoniam uno hoc volumine VITAS EXCELLENTIUM VIRORUM com-

plurium concludere constituimus.' Quanquam nemini litem cupiamus motam, si cum Andr. Schotto Catonem et Atticum in fragmenta conjiciat: quippe qui *in hoc volumine*, cujus finem Nepos in XXIII. 13. constituit, non erant collocati; sed Cato quidem ex libro παραλλήλῳ, quo de Romanis imperatoribus expositum erat, non tam transsumtus quam excerptus breviatusque; Atticus autem peculiari opere memoratus. *Boecler.*

C. Cornelii Nepotis] Cornelium hunc, cujus prænomen a se ignorari scribit Giphanius Epist. quadam ad Muretum Epist. lib. I. 67. Tulliani ævi esse scriptorem ipsa ejus Latinitas abunde facit testatum. *Ernstius.*

Vitæ Excellentium Imperatorum] In Ms. Cod. constanter in hoc libro legitur *Vita.* Idem.

AUCTORIS PRÆFATIO] Vetus Danielis Cod. PROLOGUS. Et sic in aliis membranis cum lemmate rubricato. Quæ vox hybrida est ex Latino proverbio, et Græco nomine; ut autumat Joseph. Scaliger, sed contra mentem Clar. Vossii de Arte Grammat. l. II. 23. *Keuchen.*

Non dubito, &c.] Explicavit Rob. Titius proœmium hoc lib. v. cap. 20. Controv. locorum. *Schottus.* *Fore pleroseque*] Sic semper loquitur Probus: ut in Miltiade, ' Non dubitans tam multis,' &c. Agesilao, ' Non dubitans eo potissimum hostes impetum facturos:' et iterum ibidem, ' nec dubitaturos aliud esse facturum, ac pronuntiaret.' *Lambinus.* Sic jungunt alii scriptores primæ classis. Curtius x. 26. Tacit. II. 36. ' Haud dubium erat eam sententiam altius penetrare:' et XIV. 43. Curtius VII. ' nec dubitabat hujus quoque ultimi consilii fuisse participes.'

Attice] V. C. Mendozii *qui Atticæ hinc genus scripturæ.* Schott. Cui inscriptus liber Excellentium Imperatorum. Is est T. Pomponius Atticus, non ille Annalium Scriptor, quem infra extremo Hannibalis advocat.

Leve et non satis dignum] Peropportunus est hic locus Julii Capitolini in Opil. Macrin. cap. 1. ' Ejus, qui vitas,' &c. ibi legem videmus scriptionis hujus, quam accurate tamen, si quis, servavit Nepos, qui nec ex minoribus illis rebus multa, et ea tantum scripsit, quæ ingenium moresque hominum ac regionis indicarent. *Boecler.*

Quis musicam docuerit Epaminondam] V. C. *qui.* Infra: ' De hoc priusquam scribamus, hæc præcipienda videntur lectoribus, ne alienos mores ad suos referant, neve ea, quæ ipsis leviora sunt, pari modo apud cæteros fuisse arbitrentur. Scimus enim musicen nostris moribus abesse a Principis persona, saltare etiam in vitiis poni; quæ omnia apud Græcos et grata et laude digna ducuntur.' *Schottus.* Sed notandum, istum morem a primoribus tantum usurpatum: quemadmodum de Alcibiade constat, et aliis. *Keuchen.*

Aut in ejus virtutibus commemorari] *Commorati* Cod. Mss. Mendozii et Savaronis. *Schottus.* Editio Veneta, *commemorati.* De Virtutibus Epaminondæ l. xv. Diodor. Siculus: οὗτος γὰρ οὐ μόνον ὁμοεθνούντων, ἀλλὰ καὶ πάντων Ἑλλήνων πολὺ προέσχεν ἀνδρίᾳ τε καὶ στρατηγικῇ συνέσει. Vide sequentia.

Saltasse eum commode] Τὸ *commode* explicat doctissimus Buchnerus concinne, et ad modos et numeros apte, εὐαρμόστως, quemadmodum et Græci εὐαρμόστους dicebant, quos *commodos* Latini vocabant. ' Saltare commode' Nepoti est saltare decore, disposite, εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν. Hoc sensu capio Hesychii illa: Τάξις, &c. ἀκολουθία, καὶ εἱρμὸς, ut commodam venustatem saltationis intelligat. Idem Hesychius: Εὐσχήμονες: εὐσχημόνως, καὶ εὐσχήματα ἐν ὀρχήσει ποιοῦντες· ubi ineptam et mancam lectionem sic integrandam existimant acutissimi viri:

εὐσχημόνως καὶ εὐρύθμως σχήματα ἐν ὀρχήσει ποιοῦντες. Et hanc conjecturam muniunt ista Pollucis, ubi de re saltatoria tractans, εὐσχημοσύνην et εὐρυθμίαν conjungit. Contrarium est ἀγροικικῶς ὀρχεῖσθαι, αἴρειν μασχάλην, apud eundem Hesychium. Infra Nepos: 'Carmina cantare tibiis ab Olympiodoro, saltare a Calliphrone.' Tria præcipue saltationum genera Græcis in usu fuerunt: quorum duo recenset Plato de leg. δύο δὴ τῶν ὀρχήσεων τῶν καλῶν εἴδη κατεστήσατο· τὸ μὲν πολεμικὸν πυῤῥίχην, τὸ δὲ εἰρηνικὸν ἐμμέλειαν ὠνόμασεν, quum armati milites πρὸς τὸ καστόρειον μέλος, quod ob id ὑπορχηματικὸν vocabant, lascivis vertiginibus ac gyris impliciti et expliciti saltabant. Cujus origo ab Epicharmo refertur ad Minervam. Hunc morem Lacones secuti sunt. Tradunt alii, Achillem primum eo usum in funere Patrocli. De Hercule auctor Plutarchus in Musicis. Quidam ad Pyrrhum referunt, Achillis filium. Unde πυῤῥίχη nomen invenit. Sunt qui a *pyra* dictam volunt, quod ad rogum fieret. Ut ut sit, saltatio fuit, aut πολεμικὸς ὄρχησις, ex qua bellicæ rei usus datus. Tertium genus Hesychio est ἄσεμνον, et Athenæo φορτικὸν, ὅτι ἀσφῶν αἰσχρῶν ἐκίνουν. Meminit ejus Athenæus l. XIV. ἡ δὲ γυμνοπαιδικὴ παρεμφερής ἐστι τῇ τραγικῇ ὀρχήσει, ἥτις ἐμμέλεια. Vide Lucianum: περὶ ὀρχήσεως, Jul. Pollucem, Platon. de legibus l. VII. ac ex nuperrimis magnum imprimis Salmasium in stupendo exercitationum Plinianarum opere. *Keuchen.*

Saltasse] Romani enim saltationem haud probasse videntur. Hinc Cic. pro Mil. 'Nemo saltat sobrius, nisi forte insanit.' De Sempronia Salust. B. C. 'eam literis,' ait, 'Græcis et Latinis doctam; saltasse elegantius, quam necesse fuisset probæ:' et Horat. Od. III. 6. in luxuriam Romanorum invectus, 'Motus,' inquit, 'doceri gaudet Ionicos Matura virgo.' *Hildebr.* Nepos in Epamin. 'Scimus enim Musicen nostris moribus abesse a principis persona, saltare etiam in vitiis poni:' cui Cicero l. I. de Offic. adstipulatur, dum saltatores improbat; et alibi dum Gabinio singulari viro, inimico suo, saltandi peritiam non dissimilanter objecit. *Magius.*

Scienterque tibiis cantasse] 'Fidibus' ait Cicero, Tusculan. v. *Schottus.* Quod ab antiquis Ducibus factitatum, ut demonstravit ad Tacitum Lipsius. *Keuch.* Sciendum est magnum antiquitus apud omnes Græcos fuisse musices studium, tibiarumque artem non parvo in pretio habitam; ut apud Athen. l. IV. 25. legere est. Plutarch. in Musicis idem ferme ostendit, refertque ipsum Herculem Musica usum fuisse: item Achillem plurimosque alios, quorum eruditor sapientissimus ille Chiron dicitur. De Achille Homer. Iliad. IX. Lyra etiam, vel (ut alii dicunt nullo discrimine) cithara, personare Epaminondas didicit, auctores Cicero Quæst. Tuscul. I. et ipsemet Probus infra in Epaminonda. Lyram autem et Citharam pro eodem accipi instrumento testatur Jul. Pollux, inquiens, λυρῳδοὺς, κιθαρῳδοὺς, κιθαριστὰς idem significare. Unde Athenæus l. XIV. κιθαρίζειν ad lyram retulit, cum ait, 'Clinias Pythagoreus ἐκιθάρισε τῇ λύρᾳ.' *Magius.*

Non eadem omnibus esse honesta atque turpia] Exempli gratia, Carthaginiensibus erat rectum et laudabile Saturno hostias humanas immolare; Græcis et Romanis secus: Lacedæmoniis pueris furari, modo laterent et non deprehenderentur in furto manifesto, honestum; Græcis et Romanis turpe. Sic Plutarchus in Themistocle: ὦ ξένε, νόμοι διαφέρουσιν ἀνθρώπων· ἄλλα δὲ ἄλλοις καλά· καλὸν δὲ πᾶσι τὰ οἰκεῖα σέβειν καὶ κοσμεῖν. *Lambinus.*

Nos in Graiorum virtutibus exponendis] Notat hunc locum ut hexame-

trum, inter Scriptores qui numeris Poëticis periodos contexuere, Casp. Barthius Advers. xi. 16.

Mores eorum] Mores gentium. *Longolius.*

Atheniensium summo viro] 'Miltiadis filio i.' infra in Cimone. Explicat vero M. Anton. Muretus l. vii. Var. lect. cap. 1. et 2. et l. xv. 5. Turnebus Advers. xviii. 13. et G. Xylander ad Plutarchi Cimonem. *Schott.*

Sororem germanam] Nomine Elpinicem: ὁμοπάτριον· eodem patre, sed diversa matre natam, recte alii explicant. Hinc 'germanitas' Livio vinculum inter fratres, quo uno eodemque patre, diversa nati matre cohærent, l. xl. 8. 'Subituram vobis aliquando germanitatis memoriam.' Loquitur Philippus ad Persen et Demetrium filios, quorum hic ex Gnathænio sartrice Argolica, hic ex conjuge regia natus: ut verum fatear apud Cicer. est 'germana soror' iisdem parentibus pregnata, pro Domo: 'Clodius cum sorore germana nefarium stuprum fecit.' Pro Fonteio, 'Cum præsertim virgo germana fratrem amplexa teneat.' *Gebhardus.* Talem sc. ὁμοπάτριον, *consanguineam* vocant leges Romanæ, quam ducere permissum Athenis, non vero ὁμομητρίαν, sive uterinam. Ita colligo ex illo, qui Scholia in Aristophanis Nebulas composuit: act. v. scen. 2. παρὰ 'Αθηναίοις ἔξεστι γαμεῖν τὰς ἐκ πατέρων ἀδελφάς. Vide Philonem et Demosthenem in oratione, quæ inscribitur 'Appellatio adversus Eubulidem,' ubi reus in hunc modum loquitur: ἀδελφὴν ὁ πάππος ἐμὸς ἔγημεν οὐχ ὁμομητρίαν. Quod παρὰ τοὺς Μακεδόνων καὶ Ἑλλήνων νόμους, ut de Ptolemæo loquitur Herodianus. Lycurgus incestas nuptias censuit germanarum, uterinarum vero permisit. Ægyptii utrarumque admittebant. Quod ex Philone Judæo patet, cujus verba notiora sunt, quam ut addantur. Cæterum apud Persas et Assyrios etiam invaluerat crimen illud incestus. Euseb. iv. præpar. Evangel. Lucianus, περὶ θυσιῶν, de Jove loquens, ἔγημε δὲ πολλὰς μὲν ἄλλας, ὑστάτην δὲ τὴν Ἥραν τὴν ἀδελφὴν κατὰ τοὺς Περσῶν τοῦτο καὶ Ἀσσυρίων νόμους. *Keuchen.*

Habere in matrimonio] Vide infra v. 1. principio.

Quippe cum cives ejus, &c.] Plutarch. in Themistocl. scribit ejus filium Archetolim duxisse in matrimonium Mnesiptolemam sororem suam eodem patre natam, matre non item; Athenis mulieres propinquis nubere consuevisse demonstrat et in Solone. Arnob. l. viii. Atheniensibus sororem in uxorem accipere licuisse dicit. Terent. in Adel. et Phor. lege Athenis cautum dicit, ut proximi genere orbas puellas in uxores acciperent, quam legem Donat. adnotavit: meminit ejusdem Diodor. l. xii. Bibl. ex Plutarchi verbis et voce apud Athenæum l. xiii. 21. (ubi agit de Cimone) παρανόμως, qua significatur Cimonem contra jus et leges adhæsisse sorori, colligitur vitio et probro datum fuisse Cimoni, non quod sororem in matrimonio haberet, quæ res fuisset secundum jus Atticum, sed quod citra nuptias ea abuteretur, quæ sententia doctissimo viro Xylandro probanda videtur. *Magius.*

Nostris moribus nefas habetur] Jure civili Romano. Atqui etiam Phocylides, Græcus auctor, hoc vetat: μηδὲ κασιγνήτης ἐς ἀπότροπον ἐλθέμεν εὐνήν· id est, *Ne strutum vetitum geniale sororis inito.* Lambin. In causis, quæst. vi. huic legi assentitur Plutarchus: πᾶσιν ἐξεῖναι γαμεῖν (de Romanis loquitur) ἄχρις ἀνεψιῶν, τὰ δὲ ἀνωτέρω κεκωλῦσθαι. Hinc Sotades in Ptolemæum Philadelphum: οὐκ εἰς ὁσίην τρυμαλιὰν τὸ κέντρον ὠθεῖς. *Keuchen.*

Laudi in Græcia ducitur adolescentulis] Cicero de Republica, l. iv. 'Apud Græcos opprobrio fuit adolescentibus, si amatores non haberent.' Idem

Tuscul. IV. Plato in Sympos. et Xenophon. Stoici vero et sapientem amaturum esse dicunt. Sic et Alcinous Platonicus, cap. 26. εἶδος δὲ τῆς φιλίας ἐστὶ καὶ τὸ ἐρωτικόν, &c. Plutarchus ἀποφθ. Λάκων. ἐρᾷν τῶν τὴν ψυχὴν σπουδαίων παίδων ἐφίετο, τὸ δὲ πλησιάζειν αἰσχρὸν νενόμιστο, ὡς τοῦ σώματος ἐρῶντας, ἀλλ' οὐ τῆς ψυχῆς, ὁ δὲ ἐγκληθεὶς ὡς ἐπ' αἰσχύνῃ πλησιάζων, ἄτιμος διὰ βίου ἦν. *Lambinus.* Suspicionem rei contrariæ injicit Plato in Symposio, inquiens, 'Parentes pædagogiis filios commendare solitos, qui pueros amatos cum amasiis loqui prohiberent.' Sed dissidium si quod suboriatur, ita exturbes. Laudi in Græcia ducitur adolescentulis quamplurimos habere amatores, quod malis eorum vel ingenii vel corporis constitutis admiratoribus et cultoribus (multorum enim honesti Socraticique habiti sunt amores) maxime excellere viderentur. Verum cum haud proclive esset, bonos amatores a pravis vulgo dignoscere, eamque ob rem puerorum pudicitia, si cum amatoribus colloqui permitterentur, in discrimen vocaretur; adhibiti sunt custodes, qui impudicorum amatorum libidinibus viam præciderent. Sic et in multis Italiæ urbibus honestum ac laudabile est puellis quamplurimos habere amatores, quippe cum hoc nomine pulcherrimæ existimentur. *Magius.* Rem Alcibiadis exemplo infra demonstrat Nepos.

Nulla Lacedæmoni] Dionysius Lambinus, magis de Scriptoris hujus illustrando argumento, quam rectissima lectione et conjecturis meritus, scribit ad hunc locum, *Lacedæmoni* poni adverbialiter, (ad cujus sententiam magis etiam Buchnerus inclinat) quasi quicquam prohibeat esse nomen. Et perperam a Servio statuitur antiptosis casuum in illis, cum dicimus: 'Esse Carthagini,' 'Sicyoni,' 'Lacedæmoni:' cum revera hi ablativi sint, more antiquo desinentes in *i*, quemadmodum in 'ruri,' 'Acheronti,' et aliis, de quibus ex professo Voss. lib. de construct. c. 46. *Keuch.* Vetita tamen legibus Lycurgi scenica spectacula, sed non ignorandum quod Plutarch. in Lycurgo et Laconum inst. memoriæ prodidit, Lycurgi leges, cum Spartæ ad quingentos usque annos perdurassent, mox in desuetudinem Agide regnante abire cœpisse. Plutarchus in Agide, 'Cum primum divitiarum nimia cupiditas Lacedæmoniorum civitatem occupavit, atque ex illarum possessione superbia, ex usu autem luxuria et mollities animos invasit, repente maximis bonis privata civitas concidit, multaque præter dignitatem abjecte nimis atque humiliter operata, ad ea tempora devenit, quibus Agis et Leonidas reges in ea sunt constituti.' Divitiis igitur deliciisque in eam urbem receptis, legibusque Lycurgi posthabitis: quotusquisque fuit qui tunc Scenicis spectaculis locum, atque ad ea vel viduis propter avaritiam pretio conductis, aditum fuisse datum neget; de horum igitur temporum moribus loquitur Probus, qui et sua ætate servatos demonstrat, et mercedis conductionisque meminit. *Magius.* Sed quid sibi vult istud 'ad scenam ire?' Doctissimus Freinshemius ita ad hæc verba: 'Ad scenam eat: actura, arbitror, sicut sub Impp. Roman. An fuit ad cœnam? de qua re nonnihil ad Curt. v. 7. 2. sed hæc tantum leviter dubito.' 'Scenam inire' est apud Tacit. Ann. xv. 39. Atque hoc sensu 'ad scenam ire,' fuerit idem, quod mox noster dicit, 'in scenam prodire.' De cætero, etiam spectatores interdum mercede conductos, tesserasque in usu antiquitus fuisse, unde spectatores aliquid lucrarentur probabili ratione disputat Pignorius de servis p. 162. et seq. sed an hoc ad Laced. vid. pertinere possit, amplius despiciendum. *Boecler.* *Nulla Lacedæmoni tam est*

nobilis vidua] Non possum citare ullos auctores, qui de Lacedæmoniis talia prodant. Nam post Xenophontem Plutarchus in Laconum institutis, vetita apud Lacedæmonios legibus Lycurgi scenica spectacula his verbis scribit: κωμῳδίας καὶ τραγῳδίας οὐκ ἠκροῶντο, ὅπως μήτε ἐν σπουδῇ μήτε ἐν παιδιᾷ ἀκούωσι τῶν ἀντιλεγόντων τοῖς νόμοις. Nisi *scenam* palæstram vocet: nam cum adolescentulis puellæ simul in gymnasio exercitationi corporis nudi operam dabant, ut auctor est Xenophon. At quod apud Athenæum l. XIII. quidam ait, non arbitror ad Æmylii Probi sententiam confirmandam parum facere posse: ἡμεῖς δὲ οὐχὶ καὶ τῶν ἀψύχων τὰ κάλλιστα προκρίνομεν ἐπαινοῦντες τῶν Σπαρτιατῶν τὸ ἔθος τὸ γυμνοῦν τὰς παρθένους τοῖς ξένοις. *Longolius.*

Quæ non ad scenam eat mercede conducta] Simile quid de Cretensibus invenio apud antiquos, qui præcipuas et magno natu mulieres ad gladiatorium munus admittebant. *Alex. Neapolitan.*

Magnis in laudibus tota fuit Græcia] Scripti immissa voce: *tota fere fuit Græcia;* quomodo Edit. Parisiensis, quod non improbo. Nam apud omnes Græcos non æque magni habiti Olympionicæ. De Lacedæmoniis auctor Plutarchus ἐν ἀποφθ. λακ. Qui tamen ex numero Victorum στεφανίτας ἀγῶνας unum a Rege in prælium adduci solitum, testis mihi in Lycurgo: ubi ἐχώρει δὲ ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τοὺς πολεμίους (inquit) ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ στεφανίτην ἀγῶνα νενικηκότα. *Keuchen.*

Victorem Olympiæ citari] 'Quod apud Græcos prope majus et gloriosius habitum, quam Romæ triumphasse.' Cicero pro Flacco. Et in Tusculan. dicit; 'esse, quibus Olympiorum victoria consulatus ille antiquus videatur.' Hinc hieronicam, ἰσόθεον νομιζόμενον vocat Lucianus. Olympionicarum gloria humanis titulis minus continebatur. Quam qui reportassent, 'terrarum Domini,' 'cœlestes,' ac 'pro Diis' habebantur. Lege Chrysostomum, Horatium, alios. Unde ipsorum præmia ἀναθήματα dicta. Citatio per præconem fiebat: qui clara voce ad populum, Victorem pronunciabat. Cujus rei plena est omnis vetustas. Tantis in laudibus tota fuit Græcia Victorem Olympiæ citari, ut quos in Deorum numerum referrent, τῶν 'Ολυμπίων παρέδρους vocarent. *Keuchen.*

Nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini] Itaque Aristodemum, tragicum actorem, maximis de rebus pacis ac belli legatum ad Philippum Athenienses sæpe miserunt; et Æschines Atheniensis Atrometi filius, cum adolescens tragœdias actitasset, remp. capessivit, et magnam auctoritatem apud Athenienses ex concionibus et orationibus suis sibi comparavit, ut testatur Cic. de Rep. IV. *Lambinus.* Virginibus tamen vitio datum in Græcia, prodire in scenam et in publico versari; ut patet ex Euripidis Oreste, Heraclidis Iphigenia Aulidensi: item ex Menandro ac Nazianzeno libro de documentis Virginum; et de Latinis, e Seneca Tragico extremo Agamemnone. *Schottus.* Omnes histriones, propter improbitates fœditatesque quas repræsentabant, viles et parum honestos habitos sentit Magius.

Quæ omnia apud nos partim infamia] Nam Romæ histriones erant munerum et honorum civilium expertes, legibus ἄτιμοι, atque adeo infames. *Lambin.* De his diserte Joan. Mariana noster singulari de spectaculis libro post Tertull. *Schott.* Augustinus de hac æstimatione scenicorum apud Græcos et Romanos: 'Quomodo abjicitur scenicus per quem colitur Deus? Et theatricæ illius turpitudinis qua fronte notatur actor, si adoratur exactor? In hac controversia Græci Romanique concertant. Græci putant recte se honorare homines scenicos, cum colant scenico-

rum ludorum flagitatores Deos. Romani vero, hominibus scenicis nec plebeiam tribum, quanto minus Senatoriam, dehonestari sinunt.' Hinc genus id hominum non modo honore civium reliquorum carere, sed etiam tribu moveri, notatione censoria voluerunt. Idem Augustin. de Civ. Dei II. 13. Quintil. Instit. III. cap. 8. Cicero pro Quinctio.

Atque ab honestate remota ponuntur] Prætoris enim edicto qui pronuntiandi caussa in scenam prodiissent infamia notabantur, ut Julianus retulit lege prima ff. de his qui notantur infamia. Quemadmodum recentioribus quoque temporibus Theodosius Imperator lege IV. C. de Spectacul. scenicis et lenonibus, lib. IX. 'histriones viles et inhonestos vocavit.' *Magius.* *Ponuntur*] Habentur. Translatio insignis a calculatoribus ducta, qui prout calculum posuerint, ita valet. Alcib. 'ne ei par in civitate poneretur quisquam:' ibid. 'quibus rebus effecisse; ut apud quoscunque esset, princeps poneretur.' Valer. III. 8. ext. 6. 'amicos inimicosque juxta ponere:' et l. IV. 3. 4. *Gebhardus.*

Contra ea] E prisco more. Cæsar de B. G. V. 29. 'Contra ea Tuturius sero factituros clamitabat:' et de B. C. III. 74. Nepos in Alcib. 'Contra ea si quid adversi accidisset.' Sic et in Iphicrate et Epamin. quæ loca tamen vulgo sunt interpolata. *Gebhard. Lamb.*

Quem enim Romanorum pudet uxorem ducere in convivium] Explicat eruditissimus Muretus Variar. Lect. V. 2. *Schott.* Notanter accipio *uxorem.* Nam Virgines acerbæ, id est, immaturæ, arcebantur a conviviis, ut est apud Nonium. *Boecler.* Vide Lips. ad Tac. Annal. lib. XI. 'Percunctaretur, cur sine uxore discubuisset.'

Non primum locum tenet ædium] Non stat in prima parte domus, hoc est, ἐν προθύρῳ, et in loco celebri se spectandam præbet? Xenophon Œconomico: τῇ μὲν γὰρ γυναικὶ κάλλιον μένειν ἔνδον, ἢ θυραυλεῖν· τῷ δ' ἀνδρὶ αἴσχιον ἔνδον μένειν, ἢ τῶν ἔξω ἐπιμελεῖσθαι. *Lambin.* Primum locum ædium, cape atrium. Lipsius Elect. I. 17. Horatius 'aulam' vocat: et explicat Vetus Glossarium: αὐλή, *atrium.* Arnobius: 'matres familias vestræ atriis operantur domorum, industrias testificantes suas.' Iste locus aliis Andronitis.

In celebritate versatur] Nihil Ciceroni frequentius quam, pro cœtu honoratiorum, accipere celebritatem. Sic 'loci celebritatem' dixit ad Terentiam: 'Viæ' ad Atticum Ep. III. 7. 'Refertissimum celebritate theatrum,' ad Quint. frat. Pro Sylla: 'Quæ domus? quæ celebratio quotidiana?' Quintil. Declam. 265. 'Celeberrimas vias.' Tacit. 'Celeberrimum fori,' dixit Hist. IV. 67. Symmach. Ep. II. 26. 'Celebris habitatio;' ut restituit magnus judicio et meritis in litteras Gronov. Observ. III. 16. *Kirchmaj.*

Nam neque in convivium adhibetur] Videtur id et Vitruvius annotasse l. VI. 10. 'Habent autem eæ domus [Græcorum] vestibula egregia, œcos quadratos tam ampla magnitudine, uti faciliter in iis tricliniis quatuor stratis ministrationum ludorumque operis locus posset esse spatiosus. In his œcis fiunt convivia virilia. Non enim fuerat institutum matres familiarum eorum moribus accumbere.' Et paulo post, 'Græci enim ἀνδρῶνας appellant œcos, ubi convivia virilia solent esse, quod eo mulieres non accedant.' *Longol.* Ὁ τρίκλινος οἶκος et ὁ ἀνδρῶν Græcis conclave erat, in quo virilia convivia fiebant, ad quæ mulieribus more Græco non dabatur accessus. Latini quandoque *triclinium* vocant, frequentius rem ipsam *convivium.* Pollux hæc vocabula tanquam synonyma refert, συμπόσιον, qui et locus convivii est, συσσίτιον, ἀνδρῶνα,

τρίκλινον οἶκον, ἢ πεντάκλινον, ἢ δεκάκλινον. Suidas: Ἀνδρόδομος, τρίκλινος ita legendum, non ἀνδρόδρομος. Ἀνδρόδομος, idem quod ἀνδρὼν, sive *andronitis*, τῶν ἀνδρῶν οἴκημα, locus, in quo convivia virilia fiebant, a quibus arcebantur mulieres. Sic igitur distinguendum inter ista nomina, quæ passim confundunt interpretes et imperiti literiones. *Keuchen.* Cicero Accusat. l. I. 'Tum ille, ut aliquid responderet, negavit moris esse Græcorum, ut in convivio virorum recumberent mulieres.' *Lambin.* Explicat Muretus Var. lect. l. VII. 2. Sane Sybaritæ ἔγραψαν νόμον τὰς γυναῖκας εἰς τὰς ἑορτὰς καλεῖν, καὶ τοὺς εἰς τὰς θυσίας καλοῦντας, πρὸ ἐνιαυτοῦ τὴν κλῆσιν ποιεῖσθαι, ἵνα ἀξίως ποιούμενοι τοῦ χρόνου τὴν παρασκευὴν τῶν τε ἱματίων καὶ τοῦ λοιποῦ κόσμου, προάγωσιν οὕτως εἰς τὰς κλήσεις. Vide Plutarchum de VII. Sapientum convivio. Mos a Persis profluxit, ut ex Josepho constat ac Justino. Hinc mulier, quæ contra viri voluntatem, vel eo ignorante, extraneorum convivia petierit, repudiari poterit juxta l. consensu. C. de repud. Convivia enim Veneris præludia sunt. *Alex. Neapol.* Quod vel ex Romanis certum, qui in convivio accumbentes mulieres complectebantur. Cic. Catil. II. *Keuchen.* Magnus tamen Casaubonus Nepotem erroris arcessit: cum enim ad Athen. lib. VIII. 9. Biotheam Nicocreontis uxorem correctione optima in convivium introduxisset, εἰς πότον (hoc enim substituit, cum esset ποταμὸν) mox addit: 'Nam si quis objiciat ex Corn. Nepote, fœminas in conviviis more Græcorum non esse adhibitas; in promptu sunt Scriptorum Græcorum testimonia, quæ contrarium sæpissime factum arguant.' *Boecler.*

Nisi in interiore parte ædium] Quod simul a Parthis observatum, ut gynæconitides in secreto domus a Viris semotim haberent. *Alex. Neapol.*

Quæ gynæconitis appellatur] Græci peculiaria in domibus loca mulierculis destinata sic appellant. Didymus: γυναικωνῖτιν δίστεγον, hoc est, *secundum tabulatum domus* interpretatur: atque illud mulierum domicilium fuisse scribit: οἱ γὰρ ἀρχαῖοι τοῖς γυναιξὶν ὑπερῴους τοὺς θαλάμους κατεσκεύαζον, ὑπὲρ τοῦ δυσεντεύκτους αὐτὰς εἶναι· *Veteres*, inquit, *mulierculis cubicula in summis ædium locis struebant*, *ne quilibet facile in eas incideret*. Unde et Homerus Ὀδυσσ. A. de Penelope canit: Κλίμακα δ' ὑψηλὴν κατεβήσετο οἷο δόμοιο, Οὐκ οἴη, ἅμα τῇ γε καὶ ἀμφίπολοι δύ' ἕποντο. De hac quoque ædium parte Vitruvius l. VI. 10. (quo loco de Græcorum ædificiis, quæ dispositione, moribus, et usibus ab Italicis discrepant, loquitur) ita tradit: 'In his locis introrsus constituuntur œci magni, in quibus matres familias cum lanificiis habent sessiones. Circum autem in porticibus triclinia quotidiana, cubicula etiam et cellæ familiaricæ constituuntur. Hæc pars autem γυναικωνῖτις appellatur.' *Longol.* Alludit elegant. Plautus ad hunc Græcorum morem. Mostell. act. III. 2. 71. 'Dare vult uxorem filio quantum potest: Ad eam rem facere vult Gynæceum novum;' quod Nostro *Gynæconitis.* Contra Ἀνδρωνῖτις, viris destinatus locus. Vitruvius in Sexto: 'Andronites dicuntur, quod in his viri sine interpellationibus mulierum versantur. Elegant. Xenophon Œconom. ἔδειξα δὲ καὶ γυναικωνῖτιν αὐτῇ θύρᾳ βαλανείῳ ὡρισμένην ἀπὸ τῆς ἀνδρονίτιδος· id est, *ostendi autem ei et Gynæconitidem januam balneo ab andronitide distinctam*. Refert Agell. l. XVII. Noct. Attic. extremo Alexandri Molossi dictum, se quidem ad Romanos ire, quasi in Ἀνδρωνῖτιν Macedonem vero Alexandrum isse ad Persas quasi in γυναικωνῖτιν. Julius Pollux tale conclave vocat θάλαμον ἱστῶν, ταλασιουργὸν οἶκον. De quo exstat jocus Diogenis Cynici apud Diog. Laërt.

Sed plura persequi] *Sed hic plura* vetus Ultraject. editio anni M.DXLII. *Schott.*


Quare ad propositum, &c.] Desiderantur hæc omnia in Ultrajectina. *Idem.*

Vitas excellentium imperatorum] Ex vetustissimorum codicum fide legendum est, *De vita*, ut et libri titulus geminus habet. Sane hic *imperatoris* nomen, exercitus prætorem ducemque notat. Plura de hac voce in nostris ad Justiniani Institutiones annotationibus. *Magius.* Vide plura de vitis et vitarum scriptoribus ad Pelopidam.

I. MILTIADES.

CAP. 1. *Cimonis filius*] Infra in Cimonis vita Probus ait, Miltiadem Cimonis patrem fuisse; unde sibi ipsi contradicere, indocto lectori videri possit: sed maxime animadvertenda observandaque est Miltiadis hujus origo atque agnatio: nam alioqui confundemur non modo apud Probum, verum etiam Plutar. et Herodotum. Quamobrem ego ut lectorem labore penitus levarem, stemma totum, ut infra cernere est, apposui; atque ex quibus auctoribus illud collegerim subnotavi.

CODRUS.



[a] *Miltiades.* Hic nullis relictis filiis decedens, Tisagoram, vel potius Stesagoram (ut alii loquunt) successorem habuit: auctor Herodotus.

[b] *Tisagoras.* Ut Aristidis Scholiastes.

[c] *Cimon.* Hunc tamen Herodotus ex materno latere Miltiadi primo fratrem dicit. Hic prior Cimon (ut Plutarchus in Cimone posteriore scriptum reliquit) non admodum mentis compos fuit, quamobrem *κοάλεμος* dictus.

[d] *Stesagoras.* Hic major natu fuit, Miltiades vero minor. Herodotus lib. VI. 7.

[g] *Miltiades.* Hujus vitam conscripsit Probus noster.

[e] *Methiocus.* Herodotus auctor libro citato.

[f] *Cimon* cum tribus filiis, Plutarchus in Cimonis vita. Tisagoras Miltiadis nostri avus (ut Aristidis scholiastes ait) genus suum ad Codrum referebat. *Magius.* Vide præterea quæ Janus Rutgersius in variis lectionibus scribit convincendæ Nepotis ἀνιστορησίας quæ cognoscenda sunt ut se Lector ab iis erroribus, quos ei Nepos offuderit, expediat. *Gebh.*

Antiquitate generis] Nam patruus ejus Miltiades longissime ab Æaco et Ægina principium et originem generis repetebat: proxime a Philæo Atheniensi Ajacis filio, in cujus familiam fuerat insitus atque adoptatus. Herodotus in Eratone: Μιλτιάδης ὁ

Κυψέλου, ἐὼν οἰκίης τεθριπποτρόφου, τὰ μὲν ἀνέκαθεν ἀπ' Αἰακοῦ τε καὶ Αἰγίνης γεγονὼς, τὰ δὲ νεώτερα Ἀθηναῖος, Φιλαίου, τοῦ Αἴαντος παιδὸς, γενομένου πρώτου τῆς οἰκίης ταύτης Ἀθηναίου. *Lambin.*

Gloria majorum] Tum propter Codrum, ad quem referebat genus suum, de quo Vellei. lib. I. 2. tum propter ejus posteros qui CCCVII. annos non interrupta successione digni habiti sunt. *Raven.*

Modestia] De Nerone Germanici C. Tacit. Annal. IV. 15. 'Aderant juveni modestia ac forma Principe viro digna.' *Gebhard.* *Modestia maxime floreret*] De Miltiadis modestia, quam adolescens exhibuit, nihil hic legas; ad eam vero, quæ in virili eluxit ætate, referre licet: in iis omnibus enim moderatissime se gessisse docet. *Buchner.*

Talem futurum] Codex P. Danielis, *talem eum futurum.*

Accidit, ut Athenienses] Herodotus lib. VI. 3. hoc Pisistrati tyrannidis tempore factum scribit, ut huic Probi loco maxime adversetur. *Magius.* Aut aliud agebat Probus, cum hoc scripsit, aut aliquem Græcum historicum qui non exstet, ab Herodoto valde discrepantem secutus est. Nam quæ Probus huic Miltiadi, cujus nunc vitam scribit, attribuit, ea Herodotus Miltiadi Cypselli filio, hujus Miltiadis patruo adscribit lib. VI. *Lambinus.* Notat hæc verba Janus Rutgers. Var. Lect. lib. I. 9. *Boeclerus.*

Chersonesum] Peninsulam, quæ a mari Ægæo altera ex parte alluitur. *Lambin.* Unde illam Hellespontiacam dicit Suidas. Hæc est Chersonesus Thraciæ Ptolemæo, quam Παλλήνην vocant Stephanus et Halicarnassæus, cujus Isthmus ab occasu Melane sinu, ab ortu Propontide alluitur: χερσαῖον simpliciter nominat Lycophron, quam alii χεῤῥόν. Breviatum illud apud Græcos, pro χεῤῥόνησος. Sic ποτ. pro ποταμὸς dicebant, et alia sexcenta. Nec obstat, quod indifferenter scribant χεῤῥονήσους et χερσονήσους. Sic sæpius eandem rem variata voce significant, de qua disserere non est heic instituti norma. Adi Criticorum scholas, ubi scrutantur curiose nimis τὰς ἐν ᾄδου τριακάδας. Accedit, quod χεῤῥὸν a χέῤῥος deducant Etymologici. Quod non improbarem, nisi aliam scirem a χεὶρ et νῆσος derivatam, præsertim cum sit quasi manu continenti junctus peninsulæ circuitus. *Keuchen.*

Chersonesum] Thracicam intelligit, quam et 'magnam' Strabo vocat. Nam sunt et aliæ Chersonesi: ut Taurica, sive Scythica, in Euxino et Mæotide; Aurea, supra Gangem; et Cymbria, quæ Dania hodie appellatur. *Buchner.*

Delphos] Ubi ἀψευδέστατον πάντων, πρότερον πολυχρήματον, νυνὶ δὲ πενέστατον ἱερῶν. Strabo. Solona hodie dici, scribit Niger; Castri, Sophranus. Situm vide apud Heliodorum II. et Trogum XXIV. *Keuchen.*

Deliberatum missi sunt] Cum Deo consultationem initum. *Deliberare* enim est, cum Deo deliberationem habere atque instituere; referre, quod cœptandum est ad consilium oraculi. Nepos Themistocle: 'Deliberantibus Pythia respondit, ut mœnibus ligneis se munirent.' Cicer. Quæst. Tuscul. lib. V. 'Pueris nobis Cn. Aufidius in Senatu sententiam dicebat, nec amicis deliberantibus deerat:' id est, ipsum consulentibus vel consilium ipsius petentibus. Nihil autem neque publicæ neque privatæ rei sine Oraculi auctoritate aggrediebantur. Just. VIII. 2. *Gebhard.*

Qui consulerent] Consulebantur Dii de rebus futuris et eventuris, ut Oracula Delphis. *Salmasius.*

Apollinem] Qui unde dictus sit, ne Græcis quidem constat, tot de eo febriculosa somniantibus. Simplicissime ex ipsa Græcia natales ejus petere poterant. Est enim Ἀπελλὼν, Ἀπόλλων, Hebræis אבדון. Nisi tamen ab אפל, unde אפלה vel אפילון,

deducere malis. Quid enim nisi tenebras et ambages Dæmon ille canebat? Unde et λοξίας ac σκοτεινὸς a Græcis dictus est. Multo tamen probabilius a בעל denominatum puto. Quo nomine apud Babylonios, Phœnices, Pœnos Sol vocatur. Idem Apollo. Macrob. Saturn. lib. I. 17. Qui tamen, cum cæteri quoque Dii sic vocari cœpissent, cum adjectione quadam Bel-Samen vocatus est. Euseb. lib. I. προπαρ. Plaut. in Pœn. Idem Apollo Pythius est a פתח; quippe qui μύθων ῥητὴρ erat. Unde alii πόθων inter Apollinis epitheta referentes, a πυνθάνεσθαι, quod est a פתח, ductum volunt. Quo illud spectat, quod eundem cum Mercurio faciunt. Nam quæ de פתן afferunt, vereor ut vera sint. Saltem aliunde Pythius dictus erit, quam ut Græculi putant, a serpentis cæde. Mercurium enim cum serpentibus pingunt, quod, ut puto, vetustatem originis et sapientiæ professionem denotat. *Horn.* Vide quæ ad Nonni metaphrasin notavit magnus Heinsius.

Nam tum Threces] *Threces* Codex Danielis. Quod idem. Thraces, Thracices, Thræces, et Threces, ejusdem gentis nomina ταυτοδύναμα. Eodem modo scribuntur θράϊξ et θρήϊξ integre, et concise θρᾷξ et θρῇξ, quod factum creditur ἐκ τοῦ θορεῖν καὶ ἀΐσσειν, quo Thraces præditos fuisse, narrant Historici. De ratione istorum nominum videndus Eustathius in παρέκβολ. ad Hom. Ἰλιάδος Δ. Nihil tam tædiosum est quam persequi λεπτολογίας, quas video tamen a diligentissimis quibusdam continuo esse observatas. Parum est, quod ad orthographiam velim; monetque doctissimus et passim de Nepotis germana scriptura bene meritus Ob. Gifanius Coelectaneis Lucretianis, ubique apud Scriptorem hunc reponendum videri *Thraces*, Auctoribus optimis Codicibus; sed *Threces* lego passim in Excerptis pro *Thraces*. Quod ex integro θρήϊξ, unde θρήϊκες, et conciso θρῇξ, ex quo *Threces*. Nam quod in Gifanii schedis est *Thraces*, originem magis habet a Græcorum θράϊξ, unde contractum θρᾷξ, ut a θρήϊξ, θρῇξ. Eadem igitur sunt *Thraces*, *Thræces*; et *Threces*, ejusdem gentis nomina ταυτοδύναμα, ut etiam adnotavimus. *Keuchen.* Illos Thraces Doloncos fuisse, a Jano Rutgersio ex Herodoto observatum; qui cum gravissimo bello ab Apsinthiis premerentur, reges suos Delphos de belli exitu sciscitatum miserunt. *Gebhard.* Εἶχον Δόλογκοι Θρήϊκες τὴν ἀρχὴν τῆς χερσονήσου ταύτην· οὗτοι ὦν οἱ Δόλογκοι πιεσθέντες πολέμῳ ὑπὸ Ἀψινθίων, ἐς Δελφοὺς ἔπεμψαν τοὺς βασιλῆας περὶ τοῦ πολέμου χρησομένους. Herod. Dicti sunt Δόλογκοι ἀπὸ Δολόγκου, qui Bithyni frater. Dolonci Plinio, οἱ Δολόγκοι. Thrace Titanis ex Jove habuit Bithyn, a quo Bithyni; ex Saturno Doloncum, a quo Dolonci. *Salmas.*

Eas regiones tenebant] Sic Virgil. Æn. I. 'Qui teneant (nam inculta videt) hominesne feræne, Quærere constituit.' Et supra: 'victor ditione tenebat.' *Lambin.* Vi, nullo juris titulo. Cicer. II. de officiis: 'Cum autem dominatu unius omnia tenerentur.' Cæsar de B. C. III. 102. *Gebhard.*

Cum quibus armis erat dimicandum] Certe suo ingenio ea gens prona ad pugnas et cædes; et jam antiquitus singulari certamine decertabat. *Lips.* Longe diversa ab his Probi refert Herodotus lib. VI. *Magius.*

Nominatim] Cum alias per flexuosas ambages respondere Oraculum solebat. Auctor Scholiorum in Aristophanis Equites: τοῦτο δὲ παρ' ὅσον οἱ χρησμοὶ λοξῶς ἐκφέρονται ὑπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος. Andronicus Antiopa: 'Ita septuose dictio a Deo datur. Quod consecuturum sapiens magis consulit.' Pacuvius Periboea: 'Flexa non falsa autumare dictio Delphis solet.' *Gebhard.* Oraculum exstare arbitror in Zenobii Parœmiis. *Schott.*

Pythia] Alio nomine *Phœbas*. Pollux lib. I. ἰδίως δὲ ἡ ἐν Δελφοῖς προφῆτις, Πυθία. Vide Diod. Sic. lib. XVI. et Gyrald. histor. Deor. Syntag. 7. *Boecler*. Erat mulier quædam, quæ, ut aiunt, insidens tripodi Apollinis, passis crinibus, gravem subeuntem e specu spiritum genitalibus recipiebat: et ita furore repleta, et capillum promittens, et spumam ex ore emittens, omnia alia committebat, quæ insanientes facere consueverunt, sicque verba Oraculi, seu potius insaniæ reddebat. Scholiorum Græcorum Auctor in Aristophanis Plutum: ἢ καὶ δαίμων τις ἦν οὕτω καλούμενος πύθων, ἀφ' οὗ ἡ πυθία παρωνομάζετο, ἢ καὶ αὐτὸς ὁ Ἀπόλλων πύθιος ὀνομαζόμενος, διὰ τὸ τοῖς πυνθανομένοις χρησμοὺς διδόναι περὶ ὧν ἂν βούλοιντο. Cicero de Divinat. 'Nam terræ vis Pythiam Delphis incitabat, natura Sibyllam.' *Gebhard*. Dicta est autem a verbo πυνθάνομαι, *interrogo*, *consulo*, et *audio*. Strabo lib. IX. aut (ut quibusdam placet) ab Apolline cognomento *Pythio*, ob necatum Pythonem serpentem, vel sic dicto ἀπὸ τοῦ πύθειν, id est σήπειν, quod nunquam sine vi caloris efficitur. Macrob. Saturn. lib. I. 17. *Magius*. De qua vide insignem locum apud Strabonem IX. Hinc Theon apud Plutarch. Pythiam instrumentum dixit illius Dei, cujus Delphis est oraculum. *Keuchen*. Introduxerunt igitur gentiles tales præcipue mulierculas, quæ furorem arte simulare norant, vel quæ atra bile laborarent. *Thysius*.

Imperatorem sumerent] Στρατηγὸν communiter Græci vocant: Justinianus in Nov. Prætorem. Sic infra: 'Creati sunt decem Prætores.' Hoc sensu imperator a militibus nominabatur. Estque hæc primaria appellatio istius vocis. *Keuch*. *Sumerent*] Eligerent sibique præficerent. Sic Cicer. ad Attic. dixit, 'sumere judicem:' et Verrina V. 'sumere recuperatores.' *Gebhardus*.

Cum delecta manu] Malim, *cum dilecta manu*, ut veteres loquebantur. *Lambin*. Sic infra: 'delectus militum,' pro dilectus. Explicat vetus Glossarium: *dilectus*, ἐγκαθήρεσις, στρατολογία. Vide Festum. Inde *diligere*, Cassiodoro verbum militare. Errat ille in multis. Sic *meille*, *meilies*, *meilitia* dicebant. Notat ex Lucili. IX. ad Catullum Jos. Scaliger. *Keuchen*.

Chersonesum] Peninsula ab Ægeo mari circumdata, a quibusdam χερρόνησος dicitur, a χεὶρ manus et νῆσος insula, quasi insula manu continenti juncta: aliis vero χερσόνησος, a χέρσος terra et νῆσος insula; quasi terra insula, id est, continens et mare. *Magius*.

Cum accessisset. Lemnum] Quæ est ex adverso Thraciæ, cujus partes aliquas etiam Græci excolebant. Homerus Lemnum cum Thracia confundit ob vicinitatem. Quod Poëtis familiare, qui partem pro toto, et contra, sæpiuscule ponunt. Idem νῆσον dicit, quam νῆσος. *Idem*. Herodot. l. VI. 140. non aliter enarrat: est autem Lemnos insula maris Ægei. Hodie *Archipelago*: ab antiquis Hypsipyla a Thoantis filia, nunc vero *Stalimine*, dicta. *Magius*.

Atheniensium] Non assentior viro docto, qui hoc loco *potestatem Atheniensium*, θαλάττης ἐπικράτειαν exponit. Quippe illo tempore, quo Lemnum profectus Miltiades, maris imperium seu θαλαττοκρατία nondum obtigerat Atheniensibus. Quam Xerxe ac Persis devictis ἐναλλὰξ cum Lacedæmoniis obtinuerunt. Dicendum ergo, *potestatem* hoc loco pro imperio accipi, quod vi ac jure in devictos exercetur. *Keuch*.

Sua sponte] Elegans formula Ablativi casus. Cicer. de Senect. 'Sicut sua sponte, nulla adhibita vi, consumptus ignis extinguitur.' Plaut. Truculento: 'Non queo pedibus mea sponte ambulare.' Virgil. Æn. VI. 82.

Rarius in Genitivo. Varro lib. IX. '[illegible] finem.' Confer Gellium XIII. *Kirchmej.*

Illi irridentes responderunt] Multis discrepat ab Herodoto l. VI. prope finem Probus. Ille enim narrat, Pelasgos, quum eis post necem liberorum atque uxorum neque tellus fructum redderet, neque conjuges, neque pecus, ut prius, gignerent, pariter fame et liberorum orbitate vexatos, Delphos misisse petitum aliquod laxamentum præsentium malorum. Jussos autem a Pythia pœnas Atheniensibus, quas illi vellent, pendere, Athenas ivisse; pollicitosque esse, daturos se illis omnis injuriæ pœnas. Athenienses, stratis in curia toris quam poterant splendidissime, appositaque mensa omnium bonorum refertissima, jussisse, Pelasgos ita se habentem regionem sibi tradere. Tunc Pelasgos excipientes dixisse: ἐπεὰν βορέῃ ἀνέμῳ αὐτημερὸν ἐξανύσῃ νηῦς ἐκ τῆς ὑμετέρης ἐς τὴν ἡμετέρην, τότε παραδώσομεν. τοῦτο εἶπαν, ἐπιστάμενοι τοῦτο εἶναι ἀδύνατον γενέσθαι· ἡ γὰρ Ἀττικὴ πρὸς νότον κέεται πολλὸν τῆς Λήμνου. *Lamb.* Rem ita narrat Zenobius: Κελευόντων δὲ τῶν Ἀθηναίων ἐκστῆναι τὴν Λῆμνον, εἶπον οἱ Πελασγοί, ὅτε αὐθημερὸν (de hac circumstantia nihil Nepos) Ἀθήνηθεν Βορέᾳ χρώμενοι καταπλεύσωσιν εἰς τὴν Λῆμνον, ἐκστήσονται τῆς χώρας αὐτῶν. *Gebhardus.*

Vento aquilone] Infra 'boream' vocat. Hoc Græcum, illud Latine dictum. Gell. XI. 22. estque ventus, qui ab media et solstitiali orientis meta venit. *Magius.*

Hic enim ventus] Supposititium hunc versum videri, atque glossema esse, annotat Ultraject. Editio. *Schott.* Nescio tamen, an non ita soleat Nepos explicare etiam quæ non erant difficilia suppletu intellectuque, ut nunc 1. 2. 4. pastum illud repetit: 'Illi enim dixerunt,' &c. Certe in Mss. legitur, sicut editum est. *Bocclerus.*

A Septentrionibus oriens] Seneca Quæst. Nat. v. 'A Septentrionali latere summus est Aquilo, medius Septentrio, imus Thracias.'

Adversum tenet] Translatio a militia, in qua directa acies contra alterum adversum tenere, hoc est, opposita esse, recte dicitur. Cicero Philipp. 'Tenere locum agminis;' et ipse Nepos 'tenere alterum cornu.' *Adversum ergo tenere*, est ex adverso flare. Quare causa nulla erat, cur quidam, quod minus intelligerent, obelo configerent, aut Lambinus contra omnes libros interpolaret *adversum flatum emittit*: vel, *adversus est*, vel *adversatur*. Tacit. An. II. 54. 'Germanicum in regressu sacra Samothracum visere nitentem obvii Aquilones depulere.' Rem paullo aliter narrat Zenobius.

Cursum direxit] Navigationem: τὸν πόρον. Apposite Græci magistri: Πόρος δὲ κυρίως ἐπὶ ὑγρῶν λέγεται. Curt. I. 2. 'Prætervehi Alpes Italiæque oram, unde in Epirum brevis est cursus.' Hinc 'currere,' navigare. Flacc. Argon. IV. 265. 'Placido si currere fluctu.' Vide Lambin. ad Od. I. 28. *Gebhard.*

CAP. 2. *Barbarorum*] Thracum seu Doloncorum. Unde vox deducta, varie ambigunt. Cassiodorus a *barba*; quæ vana Etymologia, cum nomen non sit Latinum, sed alterius linguæ. Apud Strabonem XIV. dicitur effictum κατ' ὀνοματοποιίαν καὶ ἀντικειμένως τῷ Ἕλληνι, *barbarum opponi Græco.* Ammonius: Βάρβαροι μὲν γάρ ἐστιν ὄνομα τὸ οὐχ Ἑλληνικόν, βαρβαρικὸν δὲ τὸ τῶν βαρβάρων. Vide quæ ad Homerum ex Geographo notat Eustathius Ἰλιάδ. Β. Sed vox est ex Oriente allata. ברברי enim extraneum denotat Arabibus. Et بر desertum, unde Barbariæ nomen. Quod primus omnium ostendit Magnus Scaliger sub initium Exercitationis LI. ad Cardanum. Neque hæc est mera fundata conjectura, ut post illum vo-

luit P. Voet in notis suis ad Herodianum. Cæterum probabile est, fuisse illud commune gentibus dicterium. De Scythis et Atheniensibus Anacharsis apud Laërtium l. I. de Ægyptiis Herodotus II. de Romanis Herodianus; de Phrygibus Sophocles, Horatius, alii. Sic antiquissimis Ebræis 'gentes' dicebantur, quos posterior ætas ἕλληνας appellavit, Christiani 'paganos.' *Keuchen.* Vide quæ ad hanc rem scripta reliquit Alciatus in annotationibus in tres posteriores libros Codicis, et Berneggerum quæst. 91. super Tacitum.

Copiis disjectis] Fusis ac dissipatis. Cæsar lib. I. Comm. de Bello Gallico cap. 25. 'Phalange disjecta, gladiis districtis in eos impetum fecerunt.' Cicero Attico. 'Nos disjecta manu pares adversariis esse non possumus.' *Gebhardus.*

Tota regione potitus] Fraudulenta principum Chersonesi captivitate. Pausan. Eliacorum lib. VI. Modum acquirendi narrat Herodotus. *Kirchmaj.* Interdum hoc verbum *potiri* cum auferendi casu conjungit; ut in Cimone 'magna præda potitus,' et item alibi: interdum cum generandi casu; ut in Lysandro 'classis hostium potitus est,' et in Agesilao, 'hic simul atque imperii potitus est:' Tullius in accusandi casu dixit lib. I. Tuscul. Quæst. 'gentem aliquam potiri:' quo modo et Lucretius loquitur lib. III. *Lambinus.*

Loca castellis idonea communivit] Sic et Herodotus lib. VI. *Magius.* Castellorum varius usus ac finis: proprius tamen iste Miltiadi erat propositus; contra barbarorum incursiones esse provisum; habere receptaculum, quo commeatus, præda, aliaque trahendo bello conferrentur; et ponere quasdam compedes ac frænos, quibus δορύκτητοι continerentur in officio. Tale castellum innuit Diodorus lib. XIV. ubi Græci reduces ex expeditione contra Artaxerxem se reficiebant. Αὐτοὶ δὲ λόφον, inquit, ὀχυρὸν καταλαμβανόμενοι τὴν χώραν ἐπόρθουν, καὶ τὰς ὠφελείας εἰς τοῦτον ἀθροίσαντες ἀφθόνως ἑαυτοὺς ἀνελάμβανον. Tacit. Ann. III. 74. 'Medio cum delectis castella et munitiones idoneis locis imponens, dux ipse arcta et infensa hostibus cuncta fecerat.' *Gebhard.*

Excursionibus] Ita Cicero vocem usurpat. 'Excursationibus' vocat Val. Maximus lib. II. 8. Græci ἐκ προνόμων loquuntur. *Idem.*

Locupletavit] In Alcibiade: 'Gloriosius existimans, barbarorum præda locupletari quam Graiorum.' Græci efferunt, στρατεύοντας ἐμπλῆσαι ὠφελείας, vel, πλῆρες ποιῆσαι τὸ στράτευμα παντοίας ὠφελείας. *Idem.*

Virtute militum] Ἁπλῶς heic Virtus sumitur, quam veteres fortitudinem vocabant; ut notat Justinianus, *Keuchen.* Cæsar de B. G. l. I. 2. et 36. *Gebhard.*

Erat enim inter eos dignitate regia] Qui successit in Stesagoræ fratris locum, ut tradit Herodotus VI. 'Sed hoc regnum non fuit ei diuturnum: a Scythis enim Nomadibus primum; deinde a Phœnicibus pulsus, quinque navibus instructis, quarum una capta est, Athenas confugit.' *Lambinus.* Plutarchus quoque in libello, de sera numinis vindicta, aperte fatetur, Miltiadem tyrannide Chersonesum occupasse: εἰ δέ τις ἢ τύραννον ἀπέκτεινε Μιλτιάδην ἐν Χεῤῥονήσῳ. Defendit illum tamen satis liberaliter Probus, et 'tyrannum quidem appellatum' dicit, 'sed justum.' *Longol. Mag.*

Quamvis carebat nomine] Hoc solent dominandi gnari, ut invidioso nomine remisso rem ipsam complectantur: et ut Tacitus loquitur Histor. lib. II. 62. cum 'vocabulum differant,' aut recipiant, 'de potestate nihil detrahant.' *Gebhard.*

Neque id magis imperio] Ἐπιτακτικῶς: imperii violentia. Paullo post: 'Imperio plerasque ad officium redire coëgit.' Explicat sese ipse in-

fra: 'non erat vi consecutus, sed suorum voluntate.' *Gebhard.*

Secius] Plautus; 'Hæc mihi non secius videntur esse, quam insomnia.' Cæsar B. Civil. lib. III. 26. 'Prætervectos Dyrrhachium magna vi venti nihilo secius sequebatur.' Admodum est usitata vocula Nepoti. Loca, brevitatis caussa, nolo accumulare. Auctor Rhetoricorum ad Herennium: 'Impedimento est, quo secius lex feratur.' *Gebhardus.*

A quibus erat profectus] Sic scribendum suasit Gifanius indice Lucretiano. Longolius *quibuscum*. Savaro *aut quibuscum* legit. *Schottus.* Male Savaro lectionem cum Auctoris mente pugnantem præfert, *aut quibuscum erat profectus.* Ac plane præter mentem Cornelii Lambinus ex suo cerebro infercit; *a quibus profectus erat, quam iis, quibuscum erat profectus.* Nam etsi quidam libri agnoscant *cum quibus erat profectus;* ea tamen verba vitio imperitorum exscriptorum superioribus, ex lineis inferioribus, adhæserunt. *Gebhard.*

Officia præstabat] Locutio familiaris auctori. In Attico: 'Nihilominus amicis urbana officia præstitit.' Postea: 'At ille qui officia amicis præstanda sine factione existimabat.' Ibidem, 'tanta diligentia officium suum præstitit.' *Savaro.*

Chersoneso tali modo constituta] In antiquo Cod. P. Danielis testantibus Excerptis fuit *constituto.* Non male: figura πρὸς τὸ σημαινόμενον, qualis in Timotheo: 'Samum cepit, in quo oppugnando,' &c. ubi perperam ad præcedens τὸ *bello* relationem refert And. Schottus. Et sic apud Poëtam: 'defensa est Ilion armis.'

Ex pacto] Κατὰ συνθήκην. *Lamb.* *Ex constituto* Cod. Schotti. Quod interpretamentum agnosco. Cicero Attico: 'Pomponius enim ex pacto et convento tam a me discesserat.' *Gebh.*

Cares, qui tum Lemnum incolebant] Gens illa per totam quondam Græciam militans erravit. Lege Strabonem l. XIV. Sed Pelasgos tum Lemnum incoluisse, refert Herodotus VI. non longe ab extremo. *Longol. Lambin. Mag.* Sane Cares Lemnum incoluisse ex Poëta constat, qui illos ἁλὸς ταμίας vocat; veterem illorum θαλαττοκρατίαν spectans, non mercaturæ habita ratione, quæ eam gentem, quod sciam, nobilem fecit nunquam. Maris imperium populi Græciæ atque Asiæ alius alio tempore obtinuerunt, ut scimus ex Strabone et Historiis. Cares, quo tempore Romam a se conditam regebat Romulus, principes maris mediterranei fuisse, Eusebius scriptum reliquit in Chronico. Græcis semper habiti pro barbaris, cum moribus institutisque, tum lingua: cujus gratia Vatum Principi dicuntur βαρβαρόφωνοι. *Casaub.* Excerpta *Chares.* Cum tamen non Græcis Χᾶρες sed Κᾶρες scribantur. Sic *Hyster*, pro *Ister*, *Dathis*, *Arthemisium*, *Phydna*, *Cythium*, et alia immisso spiritu in iisdem schedis et editionibus antiquis.

Non dicto sed secunda fortuna adversariorum capti] Elegantissime: nam non tam captiosis dictis, quam successibus adversariorum dare manus cogebantur, et stare conventioni per ludibrium interpositæ. Zenobius paullo aliter: ὕστερον δὲ Δαρείου τοῦ Πέρσου περὶ Θρᾴκην ὄντος, καὶ πάντα χειρουμένου τὰ πέριξ, Μιλτιάδης Ἀθηναῖος ἐκ τῆς Χερσονήσου ἀφεὶς εἰς τὸ πέλαγος καταλαμβάνει τὴν Λῆμνον, καὶ πρὸς τοὺς Πελασγοὺς ἔφη, βορέᾳ χρησάμενον αὐθημερὸν ἥκειν. Ἑρμῶν δὲ βασιλεύων τῶν Πελασγῶν ἐξέστη τῆς χώρας, τῇ μὲν ἀληθείᾳ τοῦ Δαρείου τὴν δύναμιν φοβηθεὶς, προσποιησάμενος δὲ ἑκὼν διδόναι τοῖς Ἀθηναίοις τὴν χάριν. Cent. III. num. 85. *Gebhard.*

Cæteras insulas, quæ Cyclades nominantur] Cyclades insulæ sunt in mari Ægæo, sic dictæ, quod in orbem sitæ sint; ut tradunt Geographi,

Strabo, Plinius, Mela, cæteri. Strabo lib. x. ἐν τῷ Αἰγαίῳ μᾶλλον αὐτή τε Δῆλος, καὶ αἱ περὶ αὐτὴν Κυκλάδες. *Lambin.* Hæ numero LIII. ut Paulus Orosius lib. I. 2. testatur. De his Plinius, lib. IV. 12. et VI. 34. *Magius.*

CAP. 3. *Eisdem temporibus*] Anno ab Orbe condito 3439. Circa Olympiadem sexagesimam octavam. *Salmas.*

Persarum Rex] Equi hinnitu electus, quod erat fatale Imperii omen. Apud Herodotum lapis: ΔΑΡΕΙΟΣ 'Ο 'ΥΣΤΑΣΠΕΟΣ ΣΥΝ ΤΕ ΤΟΥ 'ΙΠΠΟΥ ΤΗ ΑΡΕΤΗ, ΚΑΙ ΟΙΒΑΡΕΟΣ ΤΟΥ 'ΙΠΠΟΚΟΜΟΥ, ΕΚΤΗΣΑΤΟ ΤΗΝ ΠΕΡΣΕΩΝ ΒΑΣΙΛΗΙΗΝ. Unde postea Darium in sigillo habuisse sculptum equum, δι' ὃν χρηματίσαντα ἐβασίλευσεν, a Scholiaste Thucydidis est notatum. *Keuchen.*

Darius] Hystaspis filius, quem Esdras et Philo nominant Assuerum. *Strigel.* Δαρεῖος φρόνιμος Hesych. ἐρξείης Herodot. libro VI. Hystaspes Tarich. dicitur كشتاسب, Kitschtasb, estque ipsius Darii nomen. Videtur nomen fuisse Medicum, apud quos Hydaspes et fluvii et Regis nomen fuit. Eratque nomen regium. Justin. x. 'Darii nomine, ne quid regiæ majestati deesset, honoratus.'

Exercitu trajecto] Septingentis millibus hominum. Justin. II. ἦγε δὲ πάντα τῶν ἦρχε· τουτέων μυριάδες ἠριθμήθησαν, χωρὶς τοῦ ναυτικοῦ, ἑβδομήκοντα σὺν ἱππεῦσι. Herodot. Musa IV.

Scythis] Europæis, quorum regionem, parvam Scythiam vocat Strabo libro VII. μετὰ δὲ τὴν Βαβυλῶνος αἵρεσιν ἐγένετο ἐπὶ Σκύθας αὐτοῦ Δαρείου ἔλασις. Herod. Antiquissimi orbem in tres partes distinxerunt, quarum media ipsis nota, Græciam, Italiam, Asiam complectebatur. Septentrionalis Scythia, Australis Æthiopia dicebatur. Strabo I. Illa Scythia est, quam hodie uno nomine Tatariam dicimus, plena pugnacissimarum gentium. Unde nomen illud fluxerit, incertum. Probabilis magni Salmasii sententia, a Getis: unde præposito Σ more Æolum fecerunt Σκύθας. Getæ, Gothi, Gitæ, Kitæ, Scythæ, unius nominis gens, in multos populos divisa, Arabes الخطا vocant, qui sunt Chatæi veterum, Ptolemæo χάται, nobis hodie Catai, vel Kitaini. Sed cum olim Scytharum nomen proprium populis Tauricæ Chersonesi esset, paulatim expeditionibus suis in reliquam Sarmatiam et Asiam Septentrionalem, omnibus id gentibus in septentrione tributum, ut Ammianus Marcellinus docet. Quod etiam ante CCCC. annos, in Tataria factum videmus. Quorum nomen unde fluxerit, ex Planocarpo et aliis docere promptum, nisi obstaret opusculi hujus brevitas. Denique illi, quibus bellum Cyrus intulit, Scythæ fuerunt inter Tanaim et Iaxartem, supra mare Caspium, quæ Scythia ante CCC. annos, Timuri ævo dicta fuit الدشت قفچاق وبركة desertum Kafthak et Barca, hodieque Tataria deserta dicitur. Qualis illa gens fuerit, et quam egregia armis, moribusque, Historia Timuri Arabica ostendit. Ita igitur illa: '. Termini ejus, ad austrum mare Hyrcanum et Pontus Euxinus, interjacentesque Circassiorum montes. Ad Orientem Chorasmios, Atrar et Sehagnak habent. Donec per multas gentes in Turquestanam usque et Catajam protensi, cum Sinis, Mogolibus, Catainis terminos jungant. In Septentrione Siberia est, et vastæ incultæque regiones. Hinc in Occidentem Russia, Bulgaria, Græcum Othmannicumque Imperium jacet. Gens ipsa moribus, forma, armisque egregia est. Paucæ illis urbes sunt. In planitiis per aperta camporum, vagis sedibus, degunt. Tribus eorum plurimæ, lingua, ut Arabum gentes, divisæ. Summa omnibus simplicitas

et integritas. Fraudes et alias fallendi artes ibi exulant.' Cæterum illa Scythia semper inaccessa et fatalis Regibus Persiæ fuit, adeo, ut nunquam ultra Iaxartem vel Tanaim fines imperii sui protulerint. *Horn.*

Bellum inferre decrevit] Quod describit Herodot. VI. Justin. II. Orosius 20. Diodor. II. Pausanias I. Causa hujus belli non alia fuit, quam quod Jancyri Regis Scytharum filia, quam matrimonio jungere cupiebat, sibi negaretur. Long. Mag. Vide Jornandem de rebus Geticis.

Pontem fecit in Istro flumine] Διέβαινε ἐς τὴν Εὐρώπην, τοῖσι Ἴωσι παραγγείλας πλέειν ἐς τὸν πόντον, μέχρι Ἴστρου ποταμοῦ· ἐπεὰν δὲ ἀπίκωνται ἐς τὸν Ἴστρον, ἐνθαῦτα αὐτὸν περιμένειν, ζευγνύντας τὸν ποταμόν. Herod. Oros. II. 9. Vide et Jornandem.

Qua copias] Quo scriptus liber et Longolius, ad pontem referentes. *Schottus.* Quod non probat Gebhardus.

Ionia et Æolide] Hellespontiorum quoque meminit Herodot. lib. IV. *Magius.*

Quibus singulis ipsarum urbium] Legendum fortasse est *ipsorum*, ut intelligamus regem Persarum singulis principibus Ioniæ et Æolidis dedisse imperia earum urbium, in quibus ipsi nati erant. Hoc modo, 'urbium ipsorum,' id est, urbium, in quibus ipsi principes erant nati. *Lambinus.* Sed nihil fortasse mutandum est: 'ipsarum,' id est, Ionicæ atque Æolidis regionum. *Buchn.*

Sic enim putavit] Locum explicat Boeclerus in notis suis ad Miltiadem, hoc sensu: Darius effectum pontem receptui suo servari volens, custodibus curam ejus tradidit Ioniæ et Æolidis Principibus. Horum fides pignorata erat imperiis: in amicitiam quippe assumptos, ut dominari magis quam servire sibi viderentur, urbium singularum (in Ion. Æol.) tyrannos fecit: Διὰ Δαρεῖον ἕκαστος αὐτέων ἐτυράννευε πόλιος, inquit Herodot. I. 4. Hoc ejusmodi erat, ut sua quisque potestate contenti, de libertate popularium parum essent solliciti, adeoque Græcos Asiam incolentes, quos Persiacus dominatus comprehenderat, ad res novas et libertatis resumendæ studium minime erigerent, erigive paterentur. Singularis enim perpetuique imperii dulcedine allecti, ejus auctorem Darium haud dubie credebantur defensuri: præsertim cum intellectu non esset difficile, Dario potentia dejecto urbes, quas obtinuissent ipsi, odio singularis imperii insito, expulsis tyrannis, (quibus duplici nomine contigerat invidiam mereri, et quod instrumenta Persicæ dominationis, et quod tali potestatis forma, id est, insolita ac tyrannica usi erant,) pristinam regiminis disciplinam resumturas esse: βουλήσεσθαι γὰρ ἑκάστην τῶν πολίων δημοκρατέεσθαι μᾶλλον ἢ τυραννεύεσθαι, verba sunt Istiæi, apud Herod. Græcorum, qui Asiam incolebant mentionem facit Hippocrates, libro de aëre, aquis, et locis. *Magius.*

Cui illa custodia crederetur] *Traderetur*, membranæ Mendozii. *Schott.*

Male rem gereret] Nam amissis XC. millibus militibus ignominiose se in Asiam recepit. *Longol.* Juxta Orosium lib. II. 8. octoginta millibus.

Male rem gerere] Sic infra in Themist. de Xerxe: 'Hic etsi male rem gesserat,' pro cladem acceperat. *Gebhard.*

Premi a Scythis] Cæsar Bel. Civ. III. 102. 'Si nemo premeret.' Frontin. lib. II. 4. 3. 'Minutius Ruffus Imper. cum a Scordiscis Dacisque premeretur.' Est verbum Venatorium; unde Ovidius in Phædra: 'In nemus ire libet, pressisque in retia cervis Hortari celeres per juga summa canes.' Virgilius: 'Ingenti clamore premes ad retia cervum.' *Idem.*

Miltiades hortatus est pontis custodes] Paullo aliter rem narrat Herodo-

tus lib. IV. ubi ait, Scythas ipsos, cum prius ad pontem in Istro factum, quam Persæ pervenissent, hanc orationem ad Iones habuisse: Ἄνδρες Ἴωνες, αἵ τε ἡμέραι ὑμῖν τοῦ ἀριθμοῦ διοίχηνται, καὶ οὐ ποιέετε δίκαια ἔτι παραμένοντες· ἀλλ' ἐπεὶ πρότερον δειμαίνοντες ἐμένετε, νῦν λύσαντες τὸν πόρον, τὴν ταχίστην ἄπιτε χαίροντες, ἐλεύθεροι, θεοῖσί τε καὶ Σκύθῃσι εἰδότες χάριν. Vide sequentia. His de rebus consultabant Iones. Ac Miltiades quidem censebat Scythis esse parendum: Istiæus vero Milesius contra, ne res conficeretur, obstitit. *Lambin.* Plutarch. in Apophtheg. Idathyrsum, Scytharum regem, auctorem fuisse dicit. *Magius.*

Ne a fortuna datam occasionem] P. Syrus: 'Cavendi nulla dimittenda est occasio.' Cæsar de Bello Gallic. lib. v. extrem. 'Ne quam occasionem rei bene gerendæ dimitteret.' Idem lib. vi. 36. 'Seque ipsi adhortantur, ne tantam fortunam ex manibus dimittant.' Ciceroni animadverti placere 'amittere occasionem,' non 'dimittere.' Notanda est heic στρατηγικὴ διδασκαλία χρόνου φείδεσθαι, οὔτε γὰρ παρελθόντα ἀνακαλέσασθαι, οὔτε αἰτήσαντες λαβεῖν αὐτὸν δυνάμεθα. Didymus ad Homerum Ἰλιαδ. Β. *Gebhard.*

A Persarum futuros dominatione et periculo] Quibus solenne fuit, captivos vario suppliciorum modo afficere. De quo Zopyri historia apud Herodotum.

Persarum] Persæ et Parthi eadem gens. Græci, qui distinxere Πάρθους et Persas, more suo fecerunt, dum omnia turbant et confundunt quæ discriminanda sunt, aut non distinguenda dividunt. Idem nomen Πάρθοι et Πέρσης ex proprio فرس unde et Πάρθοι. Hinc Πασαργάδαι urbs, transpositis literis, pro Παρσαγάδαι vel Παρσγάδαι. Quod significat Περσῶν στρατόπεδον, ut interpretatur apud Stephanum Anaximenes. Nec obstat, quod Persas et Parthos Græci regionibus distinguunt. Nam Parthos collocant ubi nunc est *Ispahan*, Persas ubi *Istachar*. Sic enim et Ἀτυρίαν et Ἀσσυρίαν distinxerunt, cum idem sit vocabulum Atur et Assur. *Salmas.*

Ponte enim rescisso] Vel *reciso*: Quod idem est. Cæsar de B. G. VII. 58. 'Refecto ponte quem superioribus diebus hostes resciderant.' Alibi 'interscindere pontem.' 'Interrupto ponte.' Justin. II. 5. *Gebh.* Ζεύγματος τοῦ Ἴστρου λυθέντος. Herodot. Strategema illud polemicum, de quo ad Vegetium Stewechius. *Keuchen.*

Histiæus Milesius] Codex Danielis, *Hestiæus.* Lambinus leniter legit *Istiæus.* Omnino *Histiæus* reponendum, qui Herodoto Ἱστιαῖος. Locus est lib. IV. 137. Ἱστιαίου δὲ τοῦ Μιλησίου ἐναντίη ταύτῃ, λέγοντος ὡς νῦν μὲν διὰ Δαρεῖον ἕκαστος αὐτέων τυραννεύει πόλιος· τῆς Δαρείου δὲ δυνάμιος καταιρεθείσης, οὔτε αὐτὸς Μιλησίων οἷός τε ἔσται ἄρχειν, οὔτε ἄλλον οὐδένα οὐδαμῶν. βουλήσεσθαι γὰρ ἑκάστην τῶν πολίων δημοκρατέεσθαι μᾶλλον ἢ τυραννεύεσθαι. Quam sententiam cum Histiæus dixisset, continuo sese ad eum converterunt, qui antea a parte Miltiadis stabant, eique assensi fuerant. Vide Plutarch. ἀποφθ. βασιλ.

Qui summas imperii tenerent] Τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν. Usitatius est 'summa imperii,' 'summa belli,' ἑνικῶς. Cicero quoque dicit, 'summam rerum administrare,' 'Summæ reip. præesse.' *Gebh.*

Cujus ratio, etsi non valuit, tamen magnopere est laudanda] Atqui nonne fidem violabat Miltiades, et ita non est ejus ratio laudanda? Respondeo, primum, nullam fidem antiquiorem esse habendam pietate erga patriam: deinde, quod posuit Probus, 'Miltiadem, si aliud, quam quod dedit, Græcis consilium dedisset, non tam fidei quam Persarum regi dederat, quam

quæ dominationi, fuisse consulturum.' Maluit igitur Græcorum libertati, quam suæ dominationi servire, fide, quam barbaro adversus patriam et libertatem Græciæ dederat, neglecta. Omnino, ne quid dissimulem, melius fecisset Miltiades, si fidem Persis non dedisset. *Lamb.* Peccasse videntur Magio et Miltiades, qui proditionis hoc consilium agitaverit, et Nepos, qui id factum approbaverit. Lambinus recte vidit hunc locum non esse ἁπλῆς τῆς κρίσεως, sed συγκριτικῆς ὑποθέσεως. Istiæus et, quos sententiæ approbatores habuit, cæteri, non tam fide in Persam, quam cura suæ dominationis potestatisve tuendæ pontem custodiebant: Miltiades cum detrimento suæ potestatis, patriæ opes, quam regis augere maluit. *Boecler.* Alii libri habent, *tamen magnopere est laudandus.*

Cap. 4. *Ex Europa*] Scythia Europæa, nonaginta militum millibus amissis. 'Metuens ne sibi reditus interrupto ponte Istri negaretur.' Orosius II. 8. Jornandes de rebus Geticis.

Hortantibus amicis] Hippia imprimis, Pisistrati Tyranni filio, regno nuper pulso, qui se Xerxi belli etiam ductorem obtulit adversus patriam. Confer Just. I. *Kirchm.*

Classem quingentarum navium] Ἔπλεον ἑξακοσίῃσι τριήρεσι ἐς τὴν Ἰωνίην. Herodot. Sexcentarum triremium classem sine navibus hippagogis lib. VI. In navium numero non consentiunt, quemadmodum et hominum. Quod crebrum apud Scriptores in Historiis bellicis. Trecentas tantum fuisse in Epitaph. Plato refert.

Datim præfecit et Artaphernem] Herodotus lib. VI. ἄλλους δὲ στρατηγοὺς, ἀποδέξας, ἀπέστειλε ἐπί τε Ἐρέτριαν καὶ Ἀθήνας, Δᾶτίν τε, ἐόντα Μῆδον γένος, καὶ Ἀρταφέρνεα τὸν Ἀρταφέρνεος παῖδα. Plato Datim solum commemorat; in Epitaph. et de Leg. Sic Plutarchus περὶ παραλλήλ. Δᾶτις ὁ Περσῶν σατράπης μετὰ τριάκοντα μυριάδων εἰς Μαραθῶνα παραγενόμενος πεδίον τῆς Ἀττικῆς. *Lambin.* Pausanias solius Artaphernis meminit, in Atticis. *Mag.* Quem Aristophanis Enarrator 'Artabazum' vocat: Μαραθὼν τόπος τῆς Ἀττικῆς, εἰς ὃν ἀνώρμησαν Δᾶτις καὶ Ἀρτάβαζος, Μηδικοὶ σατράπαι, πεμφθέντες ὑπὸ Δαρείου βασιλέως καταδουλώσασθαι τὴν Ἑλλάδα. Addit Ælianus, quod cum hi præfecti a Dario missi toti Græciæ post Marathoniam cladem acceptam bellum denuntiassent, a civitatibus et insulis passim in belli signum ignem et aquam postulantes, a Spartanis in puteum conjecti superstructa pyra vivi suffocati sint; subsannantibus interim eos Laconibus, quod haberent id quod petiissent. *Long.*

Ducenta peditum millia] Plato in Menexeno classis milites millia quingenta implevisse ait. Naves vero fuisse trecentas. *Magius.*

Causam interserens] Infr. Themist. 'Causam interponens.' *Gebh.*

Se hostem esse] Darius hic adeo infensus fuit Atheniensibus, ut apposita cœna a satellite ter moneri voluerit, μέμνησο Ἀθηναίων.

Quod eorum auxilio] Legitime bellum cum iis suscipitur, qui adversarium quacunque re juverunt, quod pluribus demonstrat *Gebhardus.* Plutarchus contra Herodotum et Justinum in vita Aristidis, non fuisse Athenienses auxiliarios Ionibus adserit, sed Sardeis incendio vastasse: ἐπεὶ δὲ Δᾶτις ὑπὸ Δαρείου πεμφθεὶς, λόγῳ μὲν ἐπιθεῖναι δίκην Ἀθηναίοις, ὅτι Σάρδεις ἐνέπρησαν, ἔργῳ δὲ καταστρέψασθαι τοὺς Ἕλληνας. *Longol.* Plato vero in Menexeno: 'Nos autem,' inquit, 'Eretrienseseque accusans Darius, quasi Sardibus insidiaremur: tali sumpta bellandi occasione.' *Mag.*

Sardis] Vel *Sardas.* Pro quo melius *Sardias:* τὰς Σάρδιας Ionice, ut Σάρδιες pro Σάρδεις. Alcman. Σάρδιες

ἀρχαίων πατέρων νόμοι. Salmas. Hæc urbs olim Gordium dicta. Orosius III. 16. Fuitque, ut Strab. testatur, Lydiæ, olim Mæoniæ vocatæ, caput. *Mag.* Urbs prædives, et clara Crœsi regia.

Præfecti regii] Utitur passim voce Satrapæ, quod idem ac *στρατηγὸς* Herod. Notant veteres, Persis proprie dictos Satrapas, mari et classibus præfectos, quales hodie *Archithalassi*, vel Arabico vocabulo *Ammirales* dicuntur. Tales fuere primi Persarum Satrapæ, rei maritimæ Regum nomine Præfecti: tandem omnibus omnino præfectis regiis id nomen tributum est. Satrapa enim Persis idem significavit, quod veteribus Germanis *Gereba*, aut *Kuning Gereba*, nunc Præfecti regii, nunc Satrapæ nomine, a Persis accepto, sed Romana quasi civitate jam donato, passim redditur. *Boxhorn.*

Classe ad Eubœam appulsa] Vide Platonem dialogo de Legibus III. circa finem, et in Menexeno. Eubœam nostra ætate *Negropontem* vocant. *Mag.* Situm insulæ et promontorii vide apud Ptolemæum tab. Europæ X.

Celeriter Eretriam ceperunt] Spatio trium dierum. Plato in Menex. Adeo ut nulli elabendi locus sit datus. Et III. de Leg. refert, hujus belli tempore famam Athenas pervasisse, Persas junctis invicem manibus, omnique ita Eretriensium regione circumdata, quotquot ibi aderant homines cepisse. *Mag.*

In Asiam ad regem miserunt] Nam mortem Dati fuerat interminatus, nisi ad eum Eretrienses et Athenienses perduceret. Auctor Plato in Menexeno. *Mag.* Unde elucet, usitatum fuisse priscis Regibus hostium regiones vacuefacere, omnesque incolas correptos ac vinculis constrictos eo transferre, ubi pro ludibrio illis illuderent, vel ad abjectissima ministeria abuterentur: I. Regum XX. 18. Curtius lib. V. 26. Polyænus in Philip. comm. lib. IV. 12. *Gebh.*

Inde ad Atticam accesserunt] De qua legendi Strabo libro IX. et ex superis Ubbo Emmius in illustrata Græcia.

In campum Marathona] Sic solet Nepos. Ita alibi Lacedæmona dicit. Et Justinus Babylonia, Chalcedonia, Lacedæmonia. *Keuchen.* Herodotus lib. VI. seu Eratone: *ἦν γὰρ Μαραθὼν ἐπιτηδεώτατον χωρίον τῆς Ἀττικῆς ἐνιππεῦσαι, καὶ ἀγχοτάτω τῆς Ἐρετρίης.* Stephanus: *Μαραθὼν δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς,* &c. M. Tullius lib. I. de Off. 'Hinc rhetorum campus de Marathone.' *Lambin.* Illo bello nihil notius. Marathon magnarum et multarum virtutum testis. Mela II. Vide Pausan. I. Justin. II. Contigit illud Diogneto Archonte. Auctor Anonymus: *ἡ ἐν Μαραθῶνι μάχη.* Dion. Halic. lib. V. 16. annis post mortem primi Romanorum consulis, L. Junii Bruti, accidisse tradit: *Ὑστερεῖ δὲ καὶ τὰ Μαραθώνια καὶ τῆς Βρούτου ταφῆς, εἰ δὴ ἀπὸ τούτων πρῶτον ἤρξαντο οἱ ἔπαινοι λέγεσθαι τοῖς ἀπογενομένοις, ἑκκαίδεκα ἔτεσιν.* Vide Meursii Archontes. Diem pugnæ notat Plutarchus in Camillo, *ἕκτῃ Βοηδρομιῶνος ἱσταμένου.* Erat annus LVIII. periodi Olympicæ: proinde XX. periodi Atticæ. Neomenia *Βοηδρομιῶνος* XXX. Septembris. Ergo pugna Marathonia contigit V. Octobris, *Ἀπελλαίου δεκάτῃ φθίνοντος,* anno mundi 3460. Zygonos VI. *Scaliger.*

Is abest ab oppido circiter millia passuum decem] Athenis. Tantundem illis distat, quantum Caristo Eubœæ. Pausan.

Auxilium nusquam nisi a Lacedæmoniis] Socia tum civitate. Justin. II. Ait Plato III. de Leg. cum in omnes Græciæ partes legatos misissent Athenienses, qui auxilium peterent, subvenisse tamen neminem præter Lacedæmonios: qui, nescio qua religione impediti, post pugnam Marathoniam venerunt. *Lambin.* Illam

religionem addit Strabo lib. IX. ex Herodoto, cujus verba non pigrabor ascribere: *Μαραθὼν ὅπου Μιλτιάδης τὰς μετὰ Δάτιος τοῦ Πέρσου δυνάμεις ἄρδην διέφθειρεν, οὐ περιμείνας ὑστερίζοντας Λακεδαιμονίους διὰ τὴν πανσέληνον.* Hoc est, quod Justinus dicit, 'quatridui religione tenebantur Lacedæmonii.' De qua Lycurgi legem commemorat Lucianus de Astrologia: *μηδαμὰ μηδὲ ἐς πόλεμον προχωρέειν*, ΠΡΙΝ ΤΗΝ ΣΕΛΗΝΑΙΗΝ ΠΛΗΡΕΑ ΓΕΝΕΣΘΑΙ. Quippe Lycurgus omnem illis Reipublicæ administrationem e cœlo temperabat, et qui aliam civitatis administrationem existimabat crescente Luna et evanescente, propterea quod omnia ab illa regerentur. *Keuchen.* Videtur Aristides geminas causas in Declamatione quadam recitare, quare post pugnam venerint Lacedæmonii: *Λακεδαιμόνιοι δὲ εἴτε ὑπὸ τοῦ πρὸς Μεσσηνίους πολέμου, εἴτε τὴν πανσέληνον μένοντες, οὐδὲ αὐτοὶ βοηθεῖν εἶχον.* *Longol.*

Philippidemque cursorem] *Καὶ πρῶτα μὲν, ἐόντες ἔτι ἐν τῷ ἄστεϊ οἱ στρατηγοὶ, ἀποπέμπουσι ἐς Σπάρτην κήρυκα Φειδιππίδην, Ἀθηναῖον μὲν ἄνδρα, ἄλλως δὲ ἡμεροδρόμον τε καὶ τοῦτο μελετῶντα.* Herodot. *Phidippides*, non *Philippides* hic cursor vocabatur, *Φειδιππίδης*. Atque ita in Plinio reponendum, ubi et perperam *Philippides*, scribitur. Et verum est, hunc Phidippidem biduo Athenis Lacedæmonem pervenisse. Herodotus lib. VI. *δευτεραῖος ἐκ τοῦ Ἀθηναίων ἄστεος ἦν ἐν Σπάρτῃ.* Hoc iter mille centum quadraginta stadiis definiunt. *Salmas.*

Qui Hemerodromi vocantur] Semper aliquid exhibent correctores, præsertim qui antiquitatem pro opinione intelligunt, quod aut carpendum est, aut emendandum. Qui *hemerodromi* reposuerunt ex *hemerodromoe*, non assequuntur scripturam Nepotis *ἀρχαΐζοντες*. Vidit primum Gifanius hactenus perperam istam *γραφὴν* ab imperitis esse susceptam, sed ex Mss. et Excerptis legendum *hemerodromoe*, quam et alii postmodum, et Bosius celeriter arripuerunt. In antiquo carmine Saliari: PILUMNOE POPLOE, et FASCINOE, pro quo deinceps *ei* maluerunt, *Pilumnei populei, et fascinei*; nempe pro *Pilumni populi, et fascini*. Sic ex *hemerodromoe* igitur primum *hemerodromei* (quam scripturam et in veteri Ms. præstantissimi et amicissimi mihi Everhardi Sluiskenii offendi) et statim *hemerodromi*. Nam ex Græco *ἡμερόδρομοι* confestim factum est Latinorum *hemerodromoe*, *διαλύσει* veteribus frequentata, ut ex *Ἀδελφοὶ*, *Κληρούμενοι*, *Adelphoe*, *Clerumenoe*, quod et hodie in vetustis Planti et Terentii comœdiarum inscriptionibus ostenditur. *Hemerodromi*, peculiariter et vi primæ originis Solis epitheton. Suidas: *Ἡμεροδρόμος ὁ ἥλιος.* Inde ad homines translatum. Idem: *λέγονται δὲ καὶ οἱ ταῖς βασιλικαῖς διατάξεσι ταχύτατα διακονούμενοι. νέοι δ' εἰσὶν ἐφήβων ὀλίγον πρεσβύτεροι προστεταγμένοι ἐγγὺς ταῖς τοιαύταις ὑπηρετούμενοι χρείαις. τόξων, καὶ βελῶν, καὶ ἀκοντίων, καὶ πετροβόλων λίθων ἐπιφερόμενοι πλέον οὐδέν. ταῦτα γὰρ αὐτοῖς πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν γίνεται χρήσιμα.* Vocis ratio *ἀπὸ τῆς ἡμέρας καὶ δρομοῦ* notata, quod scilicet totum diem cursitantes non fatigentur. Vel, quod uno die magnum viæ spatium emetiantur; ut voluit Livius I. Decad. IV. Verba ejus sunt: 'Hemerodromos vocant, ingens uno die spatium emetientes.' Appellabantur et *δρομοκήρυκες*. Harpocration: *δρομοκήρυκες. Αἰσχίνης, οἱ λεγόμενοι ἡμεροδρόμοι.* Vide Polyænum v. in Eudocimo. Eruntque alii *dolichodromi*, *diaulodromi*, *oplitodromi*, *stadiodromi*. Veteres Romani habebant *Viatores* suos, quos Byzantini *Cursores* vocabant. Vetus Onomasticum: *Cursor*, *δρομεύς*. Glossæ: *ταχυδρόμος*, *Cursor*. Glossæ aliæ: *Excreipes*: *ταχυδρόμος, δρομεὺς καὶ κήρυξ.* Res antiquæ originis, et olim Persis nota, qui *Angaros* et *Astandas* voca-

bant. Suidas: Ἀστάνδαι, οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι, οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ Ἄγγαροι. τὰ δὲ ὀνόματα Περσικά. Hinc *Angarias* deducunt, quæ sunt impositæ onerum vehendorum necessitates. Ita ἄγγαρα, mansiones singulorum dierum. Et *angariare*, vi cogere ad onus subeundum. De quibus ex professo Boxhornius in Epistola præmissa Curtio Blanckardiano. De triplici Hemerodromorum genere vide disserentem Lipsium Centur. III. Epistol. 59. *Keuchen.*

Domi autem creati decem Prætores] Libri veteres: *Domi autem creant decem Prætores;* et mox, *in eis Miltiadem* Schott. Dan. alii. *Decem Imperatores.* Exemplar Longolianum. Herodotus: στρατηγοὶ δέκα· τῶν ὁ δέκατος ἦν Μιλτιάδης. Negat hoc Plutarchus in Parall. et quatuor tantum a populo delectos asseverat: Δᾶτις ὁ Περσῶν εἰς Μαραθῶνα παραγενόμενος πεδίον τῆς Ἀττικῆς, καὶ στρατοπεδευσάμενος πόλεμον τοῖς ἐγχωρίοις κατήγγειλεν. Ἀθηναῖοι δὲ τοῦ βαρβαρικοῦ πλήθους καταφρονήσαντες ἐνναισχιλίους ἔπεμψαν, στρατηγοὺς ποιήσαντες Κυνέγειρον, Πολύζηλον, Καλλίμαχον, Μιλτιάδην. At omnes historiæ, quotquot ego hactenus inspexi, decem Atheniensium duces numerant. Quin etiam ipse Plutarchus in vita Aristidis, ut Miltiadi Duci in hac pugna primas defert, ita Aristidi secundas. Quod idem adserit Aristides rhetor in Declam. de Miltiade. *Longol.*

In eis Miltiades] Πολέμαρχος autem erat Callimachus Aphidnæus. Herodot. VI. et Pausan. I. *Bongars.*

Acieque contenderent] Ita Lambinus, ex Græco συμβάλλειν, quod est apud Herodotum in eadem narratione, rescribendum putavit. Vetus quidam liber, *aciemque cernerent.* Hellenismus. Malim tamen, ut est in Ms. *acieque decernerent*, quomodo solet loqui Nepos in Eumene et Hannibale. Quanquam et istud sincerum et de Græco expressum. Dicunt enim, κρίνειν τὸν πόλεμον καὶ διακρίνειν, venuste κρίνειν τὰ ὅλα, quod de 'summæ imperii dimicare' explicat auctor noster in Hannibale. Sic 'cernere bellum' apud Poëtam Latinum, cujus meminit Seneca Epist. 58. 'Cernere vitam' in versibus Ennianis. Quod Euripides in Medea dixit, ὡς τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα Στῆναι θέλοιμ' ἂν μᾶλλον ἢ τέκειν ἅπαξ. Et sic absolute κρίνεσθαι etiam Græci usurpabant; pro quo *cernere* veteres Latini eadem significatione et usu. *Keuchen.* Vulgatam tuetur Gebhard. et purissimam ostendit. Sic et Aldus; nam *equis contenderent* Longolius: qua repudiata Magius *æquis* rectum putat, pro æquis et planis locis. Verum cras cum Varrone credam, hodie nihil. Savaro *acieque decernerent;* membranæ nostræ *decertarent:* quam lectionem antepono cæteris, non repudiata Savaronis. *Schottus.*

Hostes eadem re fore tardiores] Græci conjungunt ὀκνηροὺς et δειλούς. Polyæn. III. in Iphicrat. Comment. I. τῶν στρατιωτῶν τινες ὀκνηροὶ καὶ δειλοὶ καὶ ὠχριῶντες εἵποντο. Cæsar de B. G. lib. II. 25. Infra Epaminonda: 'Hujus casu aliquantum retardati sunt Bœotii.' Hunc locum expressum censeas verbis Diodori XIV. Biblioth. τοῖς μὲν ἰδίοις θάρσος παρέξεσθαι· τοὺς δὲ πολεμίους δειλοτέρους ἔσεσθαι. *Gebhard.*

CAP. 5. *Hoc in tempore nulla civitas*] Sic edendum curavimus, cum a vulgatis quibusdam exulet præpositio. Monetque diligentiss. Gifanius Collectan. Lucretianis p. 360.

Nulla civitas auxilio fuit] Nam Lacedæmonii, ut scribit Justinus, religione quatuor dierum obligati, post prælium convenerunt. Strabo l. IX. aliam occasionem ex Herodoto recenset, Μαραθὼν ὅπου Μιλτιάδης τὰς μετὰ Δάτιος τοῦ Πέρσου δυνάμεις ἄρδην διέφθειρεν, οὐ περιμείνας ὑστερίζοντας Λακεδαιμονίους διὰ τὴν πανσέληνον. Aristides in citata declamatione geminas causas recitare videtur: Λακεδαιμ

μόνοι δὲ, εἴτε ὑπὸ τοῦ πρὸς Μεσσηνίους πολέμου, εἴτε τὴν πανσέληνον μένοντες, οὐδὲ αὐτοὶ βοηθεῖν εἶχον. *Longol.*

Præter Platæensium] Vel *Platæenses.* Ἄδηλος Scriptor apud Scholiorum Auctorem in Aristophanis Equites: μόνων Πλαταιέων συμμαχησάντων αὐτοῖς χιλίοις ἀνδράσιν, ὡς ἐξισωθῆναι τὴν τῶν Ἀθηναίων δύναμιν τῇ Περσῶν. *Gebhard.*

Ea mille misit militum] Justin. 'Platæensibus auxiliaribus mille.' Herodotus cum universis copiis opitulatum Atheniensibus venisse adserit: Ἀθηναίοισι δὲ τεταγμένοισι ἐν τεμένεϊ Ἡρακλέος, ἐπῆλθον βοηθέοντες Πλαταιέες πανδημεί. *Lambin.* Cui consonum, quod Plutarchus dicit, novem millia Athenienses in Marathonem misisse. *Mag.* Cæterum Thucydides, solos Athenienses cum Lacedæmoniis manus conseruisse refert. Quod contra omnium fidem. Lege Isocrat. Orat. IX.

Flagrabat pugnandi cupiditate] Justin. II. 'Magna in pugnam euntibus alacritas animorum fuit, adeo, ut cum mille passus inter duas acies essent, citato cursu ante jactum sagittarum ad hostem venerint.' Vide Orosium II. 9. Addit Isocrates: paucos multis sic obviam ivisse, quasi in alienis animabus non in suis periculum facturi essent. Panegyrico: ἀπήντων τὴν οἰκείαν δύναμιν ἔχοντες ὀλίγοι πρὸς πολλὰς μυριάδας, ὥσπερ ἐν ἀλλοτρίαις ψυχαῖς μέλλοντες κινδυνεύσειν.

Quam collegæ] Polyzolus, Cynægirus, alii. *Lamb.*

Valuerit] *Valeret.* Cod. Dan.

Deinde postero die] Concinnius in Veteri Cod. Danielis, *Dein.* Quomodo Alcibiade. *Dein Thebas* in eodem libro, pro *deinde.* Sic *exin* et *proin* dicebant. Vide Festum.

Acie e regione instructa] Quomodo instructa fuit, narrat Herodotus VI. Musa. Ita autem ille: Ὡς δὲ ἐς ἐκεῖνον περιῆλθε, ἐνθαῦτα δὴ ἐτάσσοντο ὧδε Ἀθηναῖοι ὡς συμβαλέοντες· τοῦ μὲν δεξιοῦ κέρεος ἡγέετο ὁ πολέμαρχος Καλλίμαχος· ὁ γὰρ νόμος τότε εἶχε οὕτω τοῖσι Ἀθηναίοισι, τὸν πολέμαρχον ἔχειν κέρας τὸ δεξιόν. ἡγεομένου δὲ τούτου, ἐξεδέκοντο ὡς ἀριθμέοντο αἱ φυλαὶ, ἐχόμεναι ἀλλήλων. τελευταῖοι δὲ ἐτάσσοντο, ἔχοντες τὸ εὐώνυμον κέρας, Πλαταιέες. ἀπὸ ταύτης γάρ σφι τῆς μάχης, θυσίας Ἀθηναίων ἀναγόντων καὶ πανηγύριας τὰς ἐν τῇσι πεντετηρίσι γινομένας, κατεύχεται ὁ κῆρυξ ὁ Ἀθηναῖος, ἅμα τε Ἀθηναίοισι λέγων γίνεσθαι ἀγαθὰ καὶ Πλαταιεῦσι. τότε δὲ τασσομένων τῶν Ἀθηναίων ἐν τῷ Μαραθῶνι, ἐγίνετο τοιόνδε τι. τὸ στρατόπεδον ἐξισούμενον τῷ Μηδικῷ στρατοπέδῳ τὸ μὲν αὐτοῦ μέσον ἐγίνετο ἐπὶ τάξιας ὀλίγας, καὶ ταύτῃ ἦν ἀσθενέστατον τὸ στρατόπεδον. τὸ δὲ κέρας ἑκάτερον ἔῤῥωτο πλήθεϊ. Vide sequentia. Unde lux Justino adfertur: magnum dimicandi impetum Græcis incessisse, ut unanimi Marte impulsi, cursu in barbaros per octo stadiorum capedinem irruerent. *Keuchen.*

Nova arte] Alibi vocat 'consilium novum,' singulare quoddam ad rem agendam εὕρημα. Flor. IV. 2. *Becclerus.* Locus impeditus, mire variantibus libris. Noster et Savaronis; in *parte montis summa.* Gifanii scidæ et Ultrajectina editio, *non partis summa:* placuitque Scioppio lib. Veris. II. 10. equidem manuscripti nostri lectionem libens amplector, quod ad montis pedem instrui aciem potuit, pugna vero ad montis verticem committi, urgente, ut fit, hostili acie. *Schottus.*

Arbores multis locis erant raræ] Sic Ovidius: 'Apparent frutices in vertice rari.' *Gebhard.* Cæterum hoc ex consuetudine militari institutum. Quale strategema infra de Eumene producit. *Keuchenius.* Mavult Kirchmajerus *stratæ.*

Arborum tractu] Arboribus productis, et longo ordine positis; sive longa arborum serie. Sic 'tractus ævi' apud Lucret. I. *Lambin.* Lege quæ idem ad hunc locum fuse tractat in Annotationibus. An arbores erant prostratæ, ut ingentem Persarum

equitatum impedirent? Frontinus II. 9. 'Cleomenes Lacedæmonius adversus Hippiam Atheniensem, qui equitatu prævalebat, planitiem in qua dimicaturus erat, arboribus prostratis impedivit, et inviam equiti fecit.' Licet etiam capere *arborum tractum*, pro regione arboribus consita ac densa. *Gebhard.* Qualis campus Marathonius. Vide Pausan. I. *Longol.*

Equitatus hostium] Persarum. فرس *Equus.* פרשי *Equitem* notat, unde Pharesi vel Persa; sicut ante dictum fuit. Sunt enim ἱππικῆς studiosissimi, et equitare a teneris edocti. Herodotus: παιδεύουσι δὲ τοὺς παῖδας ἀπὸ πενταέτεος ἀρξάμενοι, μεχρὶ εἰκοσαέτεος, τρία μοῦνα, ἱππεύειν, καὶ τοξεύειν, καὶ ἀληθίζεσθαι. *Keuchen.*

Priusquam Lacedæmonii subsidio venirent] Qui plenilunium exspectabant. *Lambin.* Secuti hoc omnes rei militaris periti duces. Cæsar de B. G. I. 27. et lib. VII. 56. nam (ut ait Hirtius de B. G. VIII. 7.) 'Miseriore ac duriore conditione cum toto exercitu decertatur.' *Gebh.*

Persæ non castra, sed naves peterent] Quod erat ingentis terroris indicium, et desperantium rebus suis, cum 'acerrimus quisque castra, ut novissimam spem retineat,' teste Tacito Hist. III. 48. *Gebhard.* Justinus II. 'Victi Persæ in naves confugerunt; ex quibus multæ suppressæ, multæ captæ sunt.' Herodotus: φεύγουσι δὲ τοῖσι Πέρσῃσι εἵποντο κόπτοντες, ἐς ὃ ἐπὶ τὴν θάλασσαν ἀπικόμενοι, πῦρ τε αἴτεον καὶ ἐπελαμβάνοντο τῶν νεῶν, l. VI. Sic Pausanias, qui tamen in Marathonis lacum incidisse vult, ibique confertim aggregatos et cæsos. *Magius. Lambinus.*

Qua pugna nihil adhuc est nobilius] Causam gloriæ hoc prælio comparatæ subdit continuo. Sic Pausania: 'Hujus illustrissimum est prælium apud Platæas.' Quare ridiculum est, Schottum approbare, *Quoniam pugna nihil adhuc est volubilius;* et referre ad ancipitem Martis aleam. *Gebhard.* De hac pugna Herod. Plato, Plutarchus, Pausanias, Valerius lib. V. 3. lib. VIII. 18. Justinus lib. II. Frontinus Strateg. lib. IV. 7. et ex Justino Orosius lib. II. 8. Per eos, qui ei interfuerant, jurare mos fuit. Athen. lib. IX. pugnata autem est anno secundo Olympiadis 72. *Savaro.*

Tantas opes] Δύναμιν πολεμικήν. Thrasybulo, 'Neque tamen pro opinione Thrasybuli auctæ sunt opes.' Utitur et Conone et Dione. Flaccus Argon. lib. III. 494. 'Repetit quo crimine Perses, Barbaricas jam movit opes Hircanaque signa.' Desiderata sunt hoc prælio ex Persico exercitu CC. hominum millia. Orosius II. 9. CXC. millia, Herodot. Valer. Max. lib. V. 3. 'trecenta millia' refert. Dum confligeretur, visum fuisse, dicit Pausanias, hominem facie et armis rusticum, qui, cum aratro multos Persas trucidasset, nusquam loci postea conspectus sit. Quem Echetleum heroëm fuisse, postea Oraculum aperuit. Plutarchus Thesei simulachrum visum voluit. Idem Polyzelum Prætorem, unum e decem, quendam specie humana augustiorem conspexisse, indeque cæcum redditum, auctor est. *Mag.*

Prostravit] Frequens phrasis. Cimone; 'barbarorum uno concursu maximam vim prostravit.' Curt. lib. IX. pr. 'Quicquid Indis virium fuisset, illa dimicatione prostratum.' Cæsar lib. VII. 78. 'Nec stultitia ac temeritate vestra aut imbecillitate animi omnem Galliam prosternere.' *Gebh.*

CAP. 6. *Ut populi nostri honores*] Scripti, *Ut enim P. R. honores.* Quod rectius. Nam alibi sic loquitur. Exempla locorum passim obvia. *Keuch.*

Atque obsoleti] Sic legendum potius quam *aboleti*, ut habent libri vulgati. 'Obsoletos honores' interpretor, tritos et nimis usitatos. Opposuit autem obsoletos raris, effusos tenuibus, ut sit χαριέν. *Lamb.* Curti.

us lib. IX. 1. 'Jam vilia et obsoleta esse spolia de Persis.' Cic. pro Fonteio. 'Studia militaria apud juventutem obsoleta.' Sic 'obsolescere' passim pro vilescere. *Gebhard.*

Namque huic Miltiadi] Alterum Miltiadis præmium sunt tropæa ex hostium manubiis, quibus se a somno quotidie excitari jactabat Themistocles. Auctor Tullius IV. Tuscul. et Plut. *Schott.* Descripsit autem Nepos locum ex oratione Æschinis rhetoris contra Demosthenem, sive Ctesiphontem: *προσέλθετε οὖν τῇ διανοίᾳ καὶ εἰς τὴν στοὰν τὴν ποικίλην. ἁπάντων γὰρ ὑμῖν τῶν καλῶν ἔργων ὑπομνήματα ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀνάκειται· τί οὖν ἐστιν, ὦ Ἀθηναῖοι, ὃ ἐγὼ λέγω; ἐνταῦθα ἡ ἐν Μαραθῶνι μάχη γέγραπται. τίς οὖν ἦν ὁ στρατηγός; οὑτωσὶ μὲν ἐρωτηθέντες ἅπαντες ἀποκρίναισθε ἂν ὅτι Μιλτιάδης. ἐκεῖ δὲ οὐκ ἐπιγέγραπται. πῶς; οὐκ ᾔτησε τὴν δωρεὰν ταύτην; ᾔτησεν, ἀλλ' ὁ δῆμος οὐκ ἔδωκεν, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ὀνόματος συνεχώρησεν αὐτῷ πρώτῳ γραφῆναι παρακαλοῦντι τοὺς στρατιώτας.* *Longol.* Lege Plut. in Cimone. Rem tangit Plin. l. XXXV. 8. Fuisse autem hunc honorem athletarum, ut iis icones ad vivum expressæ ponerentur, docet Pet. Faber Agon. lib. II. 21. *Schottus.*

Quæ Pœcile vocatur] A picturæ varietate. Pausan. Aristid. *ποικιλία* enim, sive *ποίκιλμα*, *varietatem* denotat: *ποικίλλω* vero idem est quod *variego*. Unde Aristoteles de Animal. XI. 1. avem colore variam 'Pœcilidem' vocat. *Mag.* Ποικίλη ante *πεισιανάκτειος* dicta. *Idem. Gebh. Longol.* Nomen mutatum fuit Phanippo imperante Athenis, sub quo Marathonium prælium commissum. *Long.* Pictor hujus porticus Polygnotus Thasius fuit. *Lamb.* Aglaophontis filius et discipulus. *Gebh.* Qui eam sine ulla mercede, sed ob gratiam duntaxat erga urbem adductus, depinxit. *Mag.* Diog. Laërt. in Zenone VIII. *Ἀνακάμπτων δὲ ἐν τῇ ποικίλῃ στοᾷ, τῇ καὶ πεισιανακτείῳ καλουμένῃ, ἀπὸ δὲ τῆς γραφῆς τοῦ Πολυγνώτου ποικίλῃ.* Vide et Scholiast. Aristidis. Etenim prima pictura, qua porticus ista depingi cœpit, Marathonia fuit pugna, adscripto hoc disticho: *Ἑλλήνων προμαχοῦντες Ἀθηναῖοι Μαραθῶνι Ἔκτειναν Μήδων εἴκοσι μυριάδας.* In eo epigrammate numerus *κατ' ἐξοχὴν*, mendacio supra veritatem effertur. Variant alioqui a Probo omnes Græci Historici. *Long.* Sed Plutarchus mulieres quasdam prius fuisse pictas demonstrat. *Mag.* Quod cum Pausania facit, qui Marathoniam pugnam in extremo picturæ fuisse delineatam, tradit. Vide Jan. Rutgersii Var. lect. lib. v. 1. I. Meursii Athen. Atticas lib. I. 5. Similis Romæ fuit Media, vel Medica, de qua Petron. in Sat. et porticus Argonautarum apud P. Vict. *Pœcile*] In excerptis: Ποικίλῃ. Ut *ὀστρακισμὸς, ἄστυ*, et alia Græco charactere et terminatione. *Keuchen.*

Trecentas statuas Demetrio Phalereo] Quæ eo vivo eversæ sunt. *Plut.* Narrant historiam Laërt. v. et Strab. IX. *Longol.* Addendæ numero ad minimum sexaginta statuæ. Plin. H. N. XXXIV. 6. Sequitur et Varro numerum prædictum. Strabo quoque plures quam trecentas, Diogenes Laërt. trecentas sexaginta refert. *Kirchmaj.* Fuit autem hic Demetrius dictus Phalereus ad differentiam, à Phalaris Atheniensium portice: eloquentissimi Peripateticorum Theophrasti discipulus primo, post ob eximias virtutes annis decem præfuit Atheniensibus. *Idem.* Alter item Demetrius Pharius apud Strabonem Geogr. VIII. emendante doctissimo Victorio Var. lect. lib. XX. 4. cujus castigationem confirmat Strabonis locus alter lib. VII. *Φάρος, ἡ πρότερος Πάρος, Παρίων· ἐξ ἧς Δημήτριος ὁ Φάριος.* *Schottus.*

CAP. 7. *Post hoc prælium classem*

septuaginta navium] Paullo aliter rem prosequitur Herodotus, aliam a Nepote causam subnectens. Verba lege lib. VI.

Insulas] Cycladas.

Plerasque ad officium redire coëgit] Schotti liber *plures*. Officium vero heic notat obedientiam, qua populus magistratui tenetur. Infra Cimone; 'Insulas alienatas ad officium redire coëgit.' *Gebh.*

Ex his Parum insulam] Παραλαβὼν δὲ ὁ Μιλτιάδης τὴν στρατιὴν, ἔπλεε ἐπὶ Πάρον, πρόφασιν ἔχων ὡς οἱ Πάριοι ὑπῆρξαν πρότεροι στρατευόμενοι τριήρεσι ἐς Μαραθῶνα ἅμα τῷ Πέρσῃ. *Herod.* Vide sequentia; et Ephorum apud Stephanum. Græci Scriptores cum de insulis tradunt, quæ urbes habent cognomines; ita loqui solent, Πάρος, νῆσος καὶ πόλις. Κίμωλος, νῆσος καὶ πόλις. Quod Plinius dixit, 'Paros cum oppido ab Delo XXXVIII. marmore nobilis.' Quæ verba id significant, Paron insulam cum oppido ejusdem nominis, distare ab Delo insula triginta octo millibus passuum. Ita ille accepit, quasi dixisset, Paron cum oppido Abdelo, ut Abdelos sit nomen oppidi in Paro. *Salmasius.*

Opibus elatam] Sic loquitur Tacitus Ann. XV. 20. 'Opibus nimiis ad injurias minorum elati.' Sic Alcib. 'Secundæ fortunæ.' Pausan. 'Victoria elatus.' *Gebhard.*

Quum oratione reconciliare] Inclinat eo doctiss. Gronovius, ut probet *ratione*, hoc est, via aliqua commoda, conditionibus. Adi ipsum Observ. lib. II. 10. et in Addendis p. 216. *Keuchen.*

Operibus clausit] Operibus oppugnantur munitiora, quam quæ impetu seu corona capi subigique possint. Tac. Hist. v. 13. Livius XXXVII. 'Cum ad mœnia castra posuisset, non corona, sicut Lamiam, sed operibus oppugnare urbem est aggressus.' Vide Cæsar. de B. G. lib. II. 12. Tacit. Annal. VI. 41. Græci vocant τάφροις καὶ σταυρώμασι περιβαλεῖν, vel etiam περιλαμβάνειν. *Gebhard.*

Commeatu privavit] Nempe mari prohibitos atque interclusos. Unde Ephorus ait: Πάρον δὲ εὐδαιμονεστάτην καὶ μεγίστην οὖσαν τῶν Κυκλάδων, (hoc est, quod Nepos 'opibus elatam' dicit) καθεζόμενος ἐπολιόρκει πολὺν χρόνον, τῆς θαλάττης εἴργων, καὶ κατὰ γῆν μηχανήματα ἄγων. *Lambin.*

Vineis ac testudinibus constitutis] De quibus legendus Justus Lipsius in libris πολιορκ. Vegetius lib. IV. 14. et 15.

Nocturno tempore incensus est] Circa Muconum. Ephorus: ἤδη δὲ τῶν τειχῶν πιπτόντων, καὶ ἐπὶ τὸ παραδιδόναι τὴν πόλιν διωμολογημένων, ὕλης τινὸς ἐξ αὐτομάτου περὶ τὸν Μύκωνον ἐξαφθείσης, οἱ μὲν Πάριοι τὸν Δᾶτιν αὐτοῖς πυρσεύειν ὑπολαβόντες, ἐψεύσαντο τὰς ὁμολογίας, καὶ τὴν πόλιν οὐκ ἔτι τῷ Μιλτιάδῃ παρέδοσαν. Addit illos uti adhuc proverbio de pactis irritis, quod ἀναπαριάζειν, hinc vocant. De hoc incendione γρὼ Herodotus et longe aliam causam discessus in Eratone refert: quem consule.

Classiariis regiis] Themistocle: 'Cum classiariis Regis conflixit.' Id est, Xerxis, quemadmodum hic Darii. Rex enim Persarum speciali nomine Βασιλεὺς appellatur. Suidas, Curtius lib. II. Hirtius et Xenophon epibatas vocant: qui iidem cum classiariis.

Accusatus ergo proditionis] A Xantippo Ariphronis filio. Herodotus: Ἀθηναῖοι δὲ ἐκ Πάρου Μιλτιάδεα ἀπονοστήσαντα ἔσχον ἐν στόμασι, οἵ τε ἄλλοι, καὶ μάλιστα Ξάνθιππος ὁ Ἀρίφρονος, ὃς θανάτου ὑπαγαγὼν ὑπὸ τὸν δῆμον, Μιλτιάδεα ἐδίωκε τῆς Ἀθηναίων ἀπάτης εἵνεκα.

A Rege corruptus] Reges absolute non dicuntur, nisi de Persidis Regibus. Ita eos Plinius semper vocat.

Salmasius. Unde apud Suidam, βασιλεὺς μέγας, ὁ τῶν Περσῶν. τοὺς δὲ ἄλλους προσετίθεσαν καὶ τῶν ἀρχομένων τὰ ὀνόματα, οἷον Λακεδαιμόνιοι, Μακεδόνες. Quales Turcarum Imperatores, qui se omnium 'ter Maximos' vocabant. Quæ appellatio ab Imperatoribus Constantinopolitanis propagata est una cum Imperio, quorum stemmata quadruplici β figurabantur: βασιλεὺς βασιλέων, βασιλεύων βασιλεῦσι. *Keuchen.*

Quæ in oppugnando oppido acceperat] Sic Mss. et Lambinus. Reliqui *ceperat.* In Dione: 'Accepit gravissimum parens vulnus morte filii.' In Epamin. 'At Epaminondas cum animadverteret mortiferum vulnus se accepisse.' In Datame: 'celans quantum vulnus accepisset.' Plin. Ep. VIII. 5. 'Grave vulnus Macrinus noster accepit.' *Savaro.* Μιλτιάδης δὲ αὐτὸς μὲν παρεὼν οὐκ ἀπελογέετο, ἦν γὰρ ἀδύνατος, ὥστε σηπομένου τοῦ μηροῦ. Herodot. Idem tradit, ei fuisse femur convulsum, seu luxatum, dum desiliit ex solario aut maceria. *Lamb.* Alii putridum factum vel emortuum volunt. Nonnulli ad siderationem pervenisse, interpretantur ex Celso: quod probabile videtur, præsertim cum ex diversa causa apoplexia originem trahat; ut miratur Fernel. Path. lib. v. 8. *Keuchen.*

Tisagoras] *Stesagoras* figmentum Longolii: cum contra exstet in omnibus libris *Dixagoras.* P. Danielis excerpta *Sagoras.* Vulgati *Diagoras* nulla ratione. Verum Cl. Rutgersius e Libanio reducit *Tisagoras.* Idem accusat ex Herodoto erroris, quod multo antequam Miltiadi hoc accideret, jam obiisset ille. *Gebhard.* Herodotus causam ejus ab amicis defensam tradidit: ὑπεραπολογέοντο οἱ φίλοι· et mox, τῆς μάχης τε τῆς ἐν Μαραθῶνι πολλὰ ἐπιμεμνημένοι, καὶ τὴν Λήμνου αἵρεσιν· ὡς ἑλὼν Λῆμνόν τε καὶ τισάμενος τοὺς Πελασγοὺς, παρέδωκε Ἀθηναίοισι. lib. VI.

Capitis absolutus, pecunia multatus est] Προσγενομένου δὲ τοῦ δήμου αὐτῷ κατὰ τὴν ἀπόλυσιν τοῦ θανάτου, ζημιώσαντος δὲ κατὰ τὴν ἀδικίην πεντήκοντα ταλάντα. Herod.

Pecunia mulctatus est] Leve est, quod notamus, tamen quia crebrius occurrit, semel hoc loco observandum. *Mulctari* et *multari* promiscue κατὰ τὰ εἰθισμένα scribebant veteres; unde *multatus est* in Excerptis. Sed in aliis *mulcatus est*, pro *mulctatus*, vel *multatus*, quæ verba male confunduntur a literionibus vulgatis. Nam *mulcare* est aliquem verberibus excipere, unde *Mulciber*: *mulctare* vero πληστηριάζειν, pœnam pecuniariam alicui irrogare; a *multa*, cujus originem ad Sabinam linguam refert Varro in undevigesimo antiq. humanar. Nihil frequentius in libris occurrit, quam mutatio harum literarum invicem. *Keuchen.*

Eaque lis quinquaginta talentis æstimata est] Id est, aureorum triginta millibus, si Budæo adhibenda fides. *Magius.* Litem æstimare, teste Asconio Pediano, est pecuniam, de qua lis fuit, et propter quam reus condemnatus est, in summam redigere. Cimone: 'Cum pater ejus litem æstimatam populo solvere non posset.' Timotheo; 'Hoc judicio damnatur Timotheus, lisque ejus æstimatur centum talentis.' Vellei. Paterculus lib. II. 8. 'C. Cato consularis, M. Catonis nepos, Africani sororis filius, repetundarum ex Macedonia damnatus est, cum lis quatuor millibus æstimaretur.' Cæsar Bell. Gall. lib. v. 2. 'Arbitros inter civitates dat, qui litem æstiment pœnamque constituant.' Ita creberrime loquitur Cicero. Val. Max. lib. v. 3. 2. 'pœnam finire,' pro eodem. *Gebhard.* Sed talentum varium apud Veteres. Nam Atticum, affirmante Jul. Polluce, sexaginta fuit minarum. Aliud rursus Babylonium, aliud Syrium et Æginæum. Verba ejus lib. IX. in universum sunt hæc: Ταῦτά γε μὴν οὐκ ἄκαι-

ρον, ὅτι καὶ μὲν Ἀττικὸν τάλαντον ἑξακισχιλίας ἐδύνατο δραχμὰς Ἀττικάς. τὸ δὲ Βαβυλώνιον, ἑπτακισχιλίας. τὸ δὲ Αἰγιναῖον, μυρίας. τῶν δὲ Σύρων πεντακοσίας καὶ χιλίας, ὡς πρὸς τὸν Ἀττικῆς δραχμῆς λογισμόν. Sed intelligenda hæc de talento nummario. Dixerit aliquis: Quot ergo minarum erat ponderale talentum? Respondeo, totidem. Docet id Diodorus apud Suidam his verbis: τάλαντον ὥς φησι Διόδωρος ἐν τῷ περὶ σταθμῶν, μνῶν ἐστι ξ′. ἡ δὲ μνᾶ, δραχμῶν ρ′. ἡ δὲ δραχμὴ ὀβόλων ἕξ. ὁ δὲ ὀβόλος, χαλκῶν ς′. ὁ δὲ χαλκὸς λεπτῶν ζ′. Quod Græci τάλαντον dixerunt, ἀπὸ τοῦ τλῆναι τὸ βάρος, a sustinendo onus vel pondus, quum videlicet pecuniæ certa summa appenditur, hoc Hebræi appellant ככר Cicar, quasi ponderis speciem planam et extensam placentæ instar, ut explicat Arias Montanus. *Funger*. Lege quæ de talentis ad Festi locum notavit maximus Scaliger.

Hanc pecuniam quod solvere non poterat] Græce μὴ ἐκτετικέναι τὸ τίμημα. Amplius vero calamo exarati libri: *Quod solvere in præsentia non poterat:* quod est, præsentibus nummis. *Schott*. Testantur historici Cimonem filium Miltiadis pecuniam pro patre numerasse; verum ne sic quidem illum invidia et carcere liberatum. Plura hac de re in vita Cimonis. *Longol*.

In vincula publica conjectus est] In Pausan. 'hunc ut venit, ab ephoris in vincula publica conjectus est.' In Conone, et aliis. *Savaro*. Alludit eo Cicero pro Sextio: 'Miltiadis calamitas non deterruit Themistoclem a republica defendenda.' Lege Pausan. in Att. et Val. Maximum, l. v.

Ibique diem obiit supremum] Occurrit hæc Phrasis sæpius apud Nostrum: in Dione; Timoleone, bis. De Morte autem Miltiadis Herodot. et Valerius Maximus lib. v. 3. infra in Cimone. *Savaro*. Μιλτιάδης μὲν μετὰ ταῦτα, σφακελίσαντός τε τοῦ μηροῦ, καὶ σαπέντος, τελευτᾷ· τὰ δὲ πεντήκοντα τάλαντα ἐξέτισε ὁ παῖς αὐτοῦ Κίμων. Herodot.

CAP. 8. *Alia causa damnationis*] Peculatus, juxta Justin. lib. II. ubi agit de Cimone. Seneca in controversiis: 'Miltiades peculatus damnatus in carcere alligatus decessit.'

Pisistrati tyrannidem] Duæ tyrannidis species a Cicerone memorantur: Πεισιστρατισμὸς et Φαλαρισμός. *Keuch*. De hoc Pisistrato, ejusque elogiis vide Pausaniam in Atticis. Gellium Noct. Attic. VI. 17. Valer. Maxim. VIII. 9. Herodot. lib. I. Cicero Ep. ad Attic. lib. VII. 'Incertum est, Cæsar Phalarimne an Pisistratum sit imitaturus.' Et Aristot. de rep. lib. V. 5. *Lambin*.

Quæ paucis ante annis fuerat] Tyrannidem Pisistratus constituit Olympiad. I., anno 1. ut ex Tatiano, Clem. Alexandrino, et aliis constat. Quo tempore Archon Comias. Plutarchus: ἐπὶ Κωμίου ἤρξατο τυραννεῖν Πεισίστρατος. Regnabat Romæ Servius Tullius. Vide Ciceronem in Bruto. Aulus Gellius XVII. 21. 'Servio autem Tullio regnante, Pisistratus Athenis tyrannus fuit.' *Meurs*. Tempus tyrannidis fuit XXXIII. annorum, Heraclides in Rep. Πεισίστρατος, τριάκοντα τρία ἔτη τυραννήσας, γηράσας ἀπέθανεν. De Pisistratidis est Herodoti locus Musa quinta, qui accipiendus, ut XXXV. impleto, sextus inchoatus fuisse existimetur. Valde erravit Aristoteles in istis verbis Politicor. v. 12. ὥστε τὰ πάντα ἐγένετο ἔτη τριάκοντα καὶ πέντε. Nam quod ille universum tempus statuit, illud tantum Pisistratidarum fuit, ut ex Herodoto clarum. *Keuchen*. Quem vide lib. I. et Justinum lib. II.

Omnium suorum civium potentiam extimescebant] Hinc tam exosa memoria fuit, ut viros quosque præstantissimos, cum excellere potestate in Republica incepissent, solo hoc dumtaxat nomine amoverent. Post Hippiam

decretum factum in omnes Pisistratidas longe asperrimum; cujus mentio est in illo adversus Philippum, quod exstat apud Livium l. XXXI. Ac tam pertinaci odio eos deinde habuerunt, ut ne quidem accepta in Sicilia clade, in discrimen suum adducti, post annos nonaginta duos, cum exulibus quibuscunque reditum darent, instaurandæ reipublicæ hos recipere voluerint. Marcellinus in vita Thucyd. De exoso nomine sub ostracismo Cimonis et Themistoclis unus instat omnium Aristides in oratione de Quatuor viris: Δοκοῦσι γάρ μοι [οἱ Ἀθηναῖοι], τὰς συμφορὰς ἐνθυμούμενοι, τὰς ἐπὶ τῶν Πεισιστρατιδῶν γενομένας ἑαυτοῖς, μηδένα βούλεσθαι μεῖζον ἐᾷν τῶν πολλῶν φρονεῖν, ἀλλ᾽ ἐξ ἴσου εἰς δύναμιν εἶναι. Εἰκαῖα ἄρα ἐποίουν, ἐλαύνοντες Κίμωνα καὶ Θεμιστοκλέα. Vide Thucydidem de Alcibiade, lib. VI. *Meursius.*

Multum in imperiis] *Magnisque*, Cod. Gifanii. *Schott.*

Non videbatur posse esse privatus] Tanta est imperii dulcedo, tamque penetrans ambitio, ut dedisci non possit. Liv. II. 2. 'Nescire Tarquinios privatos vivere.' Aristot. Polit. III. 3. Καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἴσως Ἰάσων ἔφη, πεινῆν, ὅτι μὴ τυραννοῖ, ὡς οὐκ ἐπιστάμενος ἰδιώτης εἶναι. Justin. XXXVIII. 9. 'Demetrius privatam etsi opulentam vitam pertæsus, tacitus in regnum fugam meditabatur.' *Gebhard.*

Cum consuetudine ad imperii cupiditatem] Isaacus Casaubonus Animadversionibus Suetonianis, legit: *Cum imperii consuetudine ad imperii cupiditatem trahi videretur*: ut τὸ *imperii* bis repetatur. *Schot. Boecler.* Quod probare non possum. *Gebhard.*

Omnes autem et habentur et dicuntur Tyranni] Hæc videntur esse dicta propter C. Jul. Cæsarem, cujus potentiam immoderatam et injustam, sive Æmilius Probus, sive Cornelius Nepos, ut qui esset bonarum partium, non probabat. *Lambin.* Vox tamen *Tyranni* antiquitus bonæ significationis regem denotabat; unde et Poëtæ omnes, monente Suida, ante bellum Trojanum reges et principes Tyrannos nominarunt. Jupiter, Deorum Tyrannus audit apud Aristophanem. Æneid. VII. Ovid. Met. XI. de Laomedonte. Martial. lib. IX. 'Pellæum Tyrannum,' id est, regem, ut convenienter Raderus. *Kirchmaj.*

Et habentur et dicuntur] Legunt Excerpta, *et dicuntur et habentur.* Cæterum *justus tyrannus* est Aristoteli τυράννος κατὰ νόμον, quales erant reges Orientis, qui non vi, sed voluntate populorum, imperium obtinebant. *Keuchen.*

Quæ libertate usa est] Ἐν δημοκρατουμένῃ πόλει. *Schott.*

Tum mira comitas] Sic constanter Mss. et vulgati omnes. Vetus Codex et Puteanus *communitas* legebat. Sed ambigo, num receptum sit nomen in ea significatione apud Latinos auctores. *Communio* Sidonio nostro Epist. III. 2. Vide notas ibidem et infra in Attico. *Savaro.* *Communitas* noster et Gifanii codex. Sic Terent. Heaut. IV. 5. 'Quemquam animo tam communi aut leni putas?' Suet. Claud. 21. 'Nec ullo spectaculi genere communior aut remissior erat.' Et Græci κοινὸν sic adhibent. Demosthenes περὶ στεφ. κοινὸς καὶ φιλάνθρωπος. Phocilidæ quoque usitatum, ut et Isocrati in Euag. et Xenoph. non semel I. Ἑλλην. Etymologista, κοινὸς ὁ εὐκηλος γινόμενος πᾶσι.

Ut nemo tam humilis] Qui se nimis in magna dignitate affabiles atque aditus faciles præbent altiora spirare solent. Tacit. Ann. XV. 46. de C. Pisone. 'Ignotis quoque comi sermone et congressu.' Detegit hoc ulcus Arist. Polit. IV. 11. et Menelaus in Iphigenia Aulidensi Agamemnonis artes. *Gebh.*

MILTIADIS res habentur apud Plutarchum vita Cimonis. Herod. præsertim lib. VI. Pausan. in Attic. Ælian. XII. 25. Platon. in Gorgia, Cic.

passim, Val. Max. v. 3. ext. 3. et VIII. 14. ext. 1. Justin. II. 9. et 15. Gell. XVII. 21. et alios. *Boecl.* Adde Suidam in verbo Μιλτιάδης. *Ernst.* Effigiem ejus habes ex Herma Veteri inter imagines illustrium. F. Ursinus num. 92.



Apud Fulvium Ursinum ex marmore.

Ejusdem Hermes alius repertus Romæ olim in monte Cœlio his versibus Græcis et Latinis inscriptus.

QVI. PERSAS. BELLO. VICIT. MARATHONIS. IN ARVIS.

CIVIBVS. INGRATIS. ET. PATRIA. INTERIIT.

ΠΑΝΤΕϹ. ΜΙΛΤΙΑΔΗ. ΤΑΛΑΡΗΙΑ. ΕΡΓΑ. ΙϹΑϹΙΝ.

ΠΕΡϹΑΙ. ΚΑΙ. ΜΑΡΑΘΩΝ. ϹΗϹ. ΑΡΕΤΗϹ. ΤΕΜΕΝΟϹ.

Exhibent Gruterus inscript. p. CCCCXXXVIII. 6. et Joh. Faber in Commentario ad imagines Ursini pag. 58. Spectatur et in numismate pereleganti (nescio quam vetusto) quod penes me est effigies Miltiadis cum titulo ΜΙΛΤΙΑΔΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ, in aversa parte imago libertatis sinistra manu pileum tenentis super puero lauream attollente, cum hac inscriptione ΕΛΛΗΝΩΝ ΕΛΕΥΘΕΡΕΙΑ.

II. THEMISTOCLES.

CAP. I. *Neocli filius*] Titulus hujus vitæ a Cornelio talis mihi videtur esse conceptus: THEMISTOCLES NEOCLI FILIVS ATHENIENSIS. *Hujus vitia ineuntis adolescentiæ.* Sic refingendum censeo titulum vitæ Alcibiadeæ: ALCIBIADES CLINIÆ FILIVS ATHENIENSIS. *In hoc natura, &c.* Idem tenendum in Timotheo, Chabria, Epaminonda, Eumene, Timoleonte, Annibale. *Gebhard.* Θεμιστοκλῆς, Ἀθηναῖος δημαγωγὸς, Νεοκλέους υἱός. *Suidas.* In veteribus libris manuscriptis ea nomina Græca, quæ primæ sunt declinationis contractorum, Latine ab Æmilio Probo per secundam redduntur: ut, Περικλῆς, *Periclus*, Νεοκλῆς, *Neoclus*, et similia. *Proclus* in Vita Agesilai, cum Προκλῆς Græce scribatur. *P. Daniel. Savaro.* Verum ad Ciceronem Lambinus observat in Græcis hujusmodi obliquis *s* a fine sæpe extritum, ut proxime in Aristide *Themistocli æqualis*, pro Themistoclis. *Schottus.* Solebant Latini non raro Græca aut barbara ad Latinorum rationem inflectere et commutare. Sic hoc in loco pro *Neoclem*, *Neoclum*, et inde *Neocli* Noster fecit, quemadmodum et paullo post pro *Neocles* in quibusdam libris *Neoclus*, auctore Schotto, invenitur. Sic *Cotum* et in secundo casu *Coti* Noster dixit in Iphicrate sub finem, qui *Cotys* alias Græca terminatione dicebatur. Item *Nectanebum* Ægypti regem, qui *Nectanebis* Plutarcho et aliis dicitur. *Buckner.* Adde Vossium de Analogia II. 9.

Hujus vitia ineuntis adolescentiæ] Achilles Tatius VIII. ἐρωτικῶν prope finem in tali exemplo: κἀμὲ οὖν ὑπεισῄει τὸ τοῦ Θεμιστοκλέους, ὅτι κἀκεῖνος τὴν πρώτην ἡλικίαν σφόδρα δόξας ἀκόλαστος εἶναι, πάντας ὑπερέβαλεν Ἀθηναίους ὕστερον σοφίᾳ τε, καὶ ἀνδραγαθίᾳ. Atque hunc colorem in Cæliana, suo proposito accommodat Cic. cap. 12. *Boecler.* Ipse quippe dicere solitus erat, 'asperos et indomitos pullos in optimos equos evadere, si quis illis disciplinam rectamque institutionem adhibeat.' *Gebhard.* Hinc Val. Maximus lib. VI. 12. 'Piget Themistoclis adolescentiam attingere, sive patrem aspiciam, abdicationis inurentem notam; sive matrem, suspendio finire vitam propter filii turpitudinem coactam; cum omnium postea Graii sanguinis virorum clarissimus exstiterit, mediumque Asiæ et Europæ vel spei vel desperationis pignus fuerit. Hæc enim salutis eum suæ patronum habuit, illa vadem victoriæ adsumpsit.' Enumerat ejus vitia Plutar. et Ælian. lib. II. 12. *Schott.*

Pater ejus Neoclus generosus fuit] At Plutarchus contra: πατρὸς γὰρ ἦν Νεοκλέους οὐ τῶν ἄγαν ἐπιφανῶν Ἀθήνησι, Φρεαρίου τὸν δῆμον. *Longol. Lambin.*

Is uxorem Acarnanam civem duxit] Turbant in matre Themistoclis Mss. Qui *Halicarnassiam* abnegant Mss. Codices *Acarnanam* substituunt. Longolius primus *Carinam* reposuit. *Gebhard.* Nam Carina vel Cariatide matre Euterpe illum natum plerique prodidere. In quibus est Fanias, ut refert Plutarchus. *Lambin.* Quin idem Plutarchus tradit, Neanthem quendam memoriæ prodidisse, eam Halicarnassi natam esse. *Idem.* Sed certi nihil ob opinionum varietatem de nomine constitui potest. Maxima autem Historicorum pars meretriculam Threjiciam, Abrotanum nomine, illum edidisse testatur. Athenæus

lib. XIII. Amphicrates de claris viris idem hoc adserit, adjecto epigrammate Iphicratis: quod ipsum et Plutarchus tacito auctoris nomine (videtur autem vitiatus ille locus) adduxit: Ἀβρότονον Θρῄσσα γυνὴ γένος, ἀλλὰ τέκεσθαι Τὸν μέγαν Ἕλλησιν φασὶ Θεμιστοκλέα. *Longol.*

Quod et liberius vivebat] Imo nimia licenter et dissolute: ut volunt ii, qui Themistoclem ἀκόλαστον et ἄσωτον fuisse in adolescentia dicunt, ob eamque causam a patre abdicatum: in quibus sunt Ælianus Var. II. Suidas. Quos refellit Plutarchus in Themistocle. Idem tamen περὶ τοῦ θείου βραδέως τίμωρ. eorum sententiam videtur probare. Quemadmodum in ἀποφθ. βασ. Θεμιστοκλῆς, μειράκιον ὤν, ἐν πότοις ἐκυλινδεῖτο καὶ γυναιξί. *Lambin.* Vide sis Athenæum, et Val. Max. VI. 11. 13.

A patre exheredatus est] Ἀπεκηρύχθη, dicunt Græci, id est, abdicatus est, non quidem a familia patris alienatus, sed propter effusionem ab hereditate summotus. *Lambin.* Valer. 8. cap. de patria potestate. Inter justas abdicationis causas, liberius vivendi morem et rem familiarem disperdendi numerat Quintil. decl. 279. 290. *Sav.*

Quæ contumelia] Contumelia non pro injuria, lib. I. D. de injuriis, sed pro contemptu dicitur, ut Seneca in libell. de constantia sapientis: et recte hæc exheredatio e persona Themistoclis appellari potest. Vid. Tit. Instit. de inofficios. test. *Ernstius.*

Famæque serviens] Sic Cicero Epist. ad Att. lib. VI. 10. 'Persuasum est omnibus meis serviendum esse famæ meæ.' Et Ep. 14. 'spero meos omnes servire laudi meæ.' *Lamb.*

In concionem populi prodibat] Εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Vel: εἰς τὸ βῆμα παρῄει, seu παρήρχετο. *Lamb.*

Celeriterque quæ opus erant, reperiebat] Addunt excerpta P. Danielis: *facile eadem oratione explicabat.* Quæ et Cl. Schottus ex Ultrajectino producit, cujus judicio assentior. Tale enim quicquam desideratur, cum et prudentiæ juxta et eloquentiæ laude viguerit Themistocles. *Gebhard.* Vide Lucianum in Encomio Demosthenis. Marcus Tullius in Bruto: 'Constat tum prudentia tum eloquentia præstitisse Themistoclem.'

Ut ait Thucydides] Lib. I. οἰκείᾳ γὰρ ξυνέσει, καὶ οὔτε προμαθὼν ἐς αὐτὴν οὐδὲν, οὔτ' ἐπιμαθὼν, τῶν τε παραχρῆμα δι' ἐλαχίστης βουλῆς κράτιστος γνώμων, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιπλεῖστον τοῦ γενησομένου ἄριστος εἰκαστής. Quem locum etiam M. Tullius profert Epist. ad Atticum lib. X. 8. Laudat et prudentiam et industriam ejus in prospiciendis prævidendisque futuris Aristides Rhetor. Plutarchus quoque de illo hoc adserit: πόῤῥωθεν ἤδη προσδοκῶν τὸ μέλλον. *Longol.*

Quo factum est, ut brevi tempore illustraretur] Herod. lib. VIII. Θεμιστοκλῆς μὲν ταῦτα λέγων διέβαλλε· Ἀθηναῖοι δὲ ἐπείθοντο. ἐπειδὴ γὰρ καὶ πρότερον δεδογμένος εἶναι σοφὸς, ἐφάνη ἐὼν ἀληθέως σοφός τε καὶ εὔβουλος, πάντως ἑτοῖμοι ἦσαν λέγοντι πείθεσθαι. i. *Hæc Themistocles cum diceret non ex animi sententia, fidem facit Atheniensibus. Quoniam enim qui antea sapiens habitus esset, repertus est vere sapiens et consultus, omnino parati erant ei dicenti parere.*

CAP. 2. *Bello Corcyræo*] Vel ex aliquo historico, qui hodie non exstat, sumpsit hæc Probus; vel, pro *Corcyræo*, *Æginetico* legendum. Sic enim Herodotus lib. VII. paucis post Oraculum Delphicum de muro ligneo: ἑτέρη δὲ Θεμιστοκλέϊ γνώμη ἔμπροσθε ταύτης ἐς καιρὸν ἠρίστευσε, ὅτε Ἀθηναίοισι γενομένων χρημάτων μεγάλων ἐκ τῶν κοινῶν, &c. Commemorat hoc bellum et Thucydides lib. I. *Lamb. Long.* Item Polyænus lib. I. Strat. Verum Plutarch. Corcyræis et Corinthiis datum arbitrum controversiarum refert extremo Themistocle. *Longol. Schott.*

CAP. 2. *Prætor a populo factus*] Neque in Corcyræo bello egit imperatorem seu prætorem, sed arbiter datus inter Corcyræos et Corinthios pro Corcyræis judicavit, et bellum composuit, ut a Plutarcho traditum est: *γενόμενος γὰρ αὐτῶν* (Corcyræos intellige) *κριτὴς πρὸς Κορινθίους ἐχόντων διαφορὰν, ἔλυσε τὴν ἔχθραν, εἴκοσι τάλαντα κρίνας τοὺς Κορινθίους καταβαλεῖν. Longol.*

Ferociorem] Ad periclitandum aliosque lacessendos proterviorem sive animosiorem. Cicer. Epist. 'Victoria reddidit hominem ferociorem,' in malam partem.

Quæ ex metallis redibat] Argentifodinis, ut Græci referunt, ne quælibet metalla intelligamus. Iste proventus Laureoticus erat, a Laureo Atticæ regiuncula, in qua fodinæ erant Atheniensium. Suidas, Thucyd. II. et VI. Paus. in Att. Strab. III. et IX. Vitruv. VII. Cæterum descripsit hoc ex Herodoto lib. VII. Plutarchus, a quo Probus est mutuatus. *Longol.* De proventu Laureotico legendus Polyænus lib. I. in Themist. Comm. 5. Verbum *redire* significans *πρόσοδον* rarioris usus. Cicero pro Roscio: 'Hæc bona in tabulas publicas nullas redierunt.' Gebhard. Videndus Meursius Fortunæ Atticæ cap. 7.

Ille persuasit populo] Dio Prusæus Orat. 25. 'De illo,' nempe Themistocle, 'audivisti, quod Athenienses navali prælio certare coëgerit, cum antea fuissent pedites.' *Ernst.*

Maritimos prædones] Purioris ævi scriptores 'Prædonem' tam in mari quam in terra latrocinantem vocant. Cicero in Verrem, 'Fecisti item, uti prædones solent: qui quum communes sint hostes omnium, tamen aliquos sibi instituunt amicos, quibus non modo parcant, verum etiam præda quos augeant.' Conjungit idem Prædonem et Piratam, ibidem: 'Hæc civitati isti prædoni ac piratæ Siciliensi Phaselis fuit.' Et auctor ad Herennium: 'Urbes piratis prædonibusque patefactæ.' Sed Noster distinguit Epitheto 'maritimi,' ut Valer. Max. VI. 9. 15. de C. Julio Cæsare. *Gebhard.*

Xerxes] Darii filius. Herod. Thucyd. Diod. Plut. In Tarih اسفنديار Isphandiar. In sacr. annal. אחשורוש, ut ex nomine probat Scaliger. Videtur post Cyrum nomen gentilitium fuisse Xerxes et Artaxerxes, præter nomen quod habebant ante Imperium. Omnes Reges, post illum memoriosum, dictos *Ἀρταξέρξας* ait Diod. Siculus XV. Etiam Darius ab Alexandro victus, dicitur Artaxerxes Iachiadæ ad Daniel. 12. vs. 5. Ex אחשורוש autem, omissis gutturalibus, et ש quod fieri solet in ξ verso fit Xwerx. Et quia w durior est in media voce, etiam hæc a Græcis omissa, factum est Xerx, et cum Græca terminatione Xerxes. *Art* est additamentum quoddam honorificum, ut *Sha* apud Persas posteriores. Significat magnum, interprete Hesychio. *Scaliger, Grotius.*

Et mari et terra] Hinc Val. Maximus lib. III. 2. vocat 'gravem illum et mari et terræ Xerxem, nec hominibus tantum terribilem, sed et Neptuno quoque compedes, et cœlo tenebras minitantem.' *Schottus.* Unde illa epitheta nata sunt plena ambitionis atque arrogantiæ, *φρενοβλαβὴς καὶ ἀτάσθαλος.* Qualem Xerxem describit Herodotus, Musa VIII. et XI. *Keuchenius.* Cæterum, ut de copiis, sic de anno dissentiunt Scriptores. Tradunt alii contigisse hanc in Europam trajectionem archonte Callia, cujus initium memoratur Olymp. LXXV. anno 1. Auctor Anonymus: *διάβασις Ξέρξου εἰς Ἑλλάδα. Ξέρξης εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐμβαλὼν, τὴν μὲν χώραν ἐδῄωσε. τὰς δὲ Ἀθήνας κατέσκαψε, καὶ τοὺς ναοὺς ἐνέπρησεν. ἡ ἐπὶ Σαλαμῖνι ναυμαχία.* Eusebius Chron. II. *Ξέρξης εἰς Ἀθήνας ἐλθὼν, ἐνέπρησεν αὐτὰς, ἐπὶ Καλλιάδου Ἀθηναίων ἄρχοντος.* Videndus Herodotus VIII. Meminit etiam

Thomas Magister in vita Euripidis. Tradit Laërtius in Anaxagora, τὴν Ξέρξου διάβασιν εἴκοσιν ἐτῶν εἶναι, quippe qui natus Olymp. LXX. anno 1. *Meursius.* Polybius ait lib. III. fuisse annum XXVIII. a primis Romæ Consulibus. Diodorus in Consulatum Sp. Cassii II. et Procli Virginii conjicit, qui annus Urbis CCLXVII. Dionysius citat Kæs. Fabium, et Sp. Furium Coss. Nempe Romæ conditæ CCLXXII. Adi Casaub. ad Polybium. Scalig. de Emend. Temporum lib. V.

Bellum universæ inferret Europæ] Quod quinquennium instruxit. Just. II. Variant tamen, et tres tantum annos in isthoc apparatu Xerxen consumpsisse, inquit Diodorus. Julianus vero ὁ παραβάτης, orat. priori de laudibus Constantii, inquit; τὸν Ξέρξην χρόνον ἐτῶν οὐκ ἐλάσσονα δέκα πρὸς τὸν πόλεμον ἐκεῖνον παρασκευάζεσθαι. Quod esse non potest, cum sexto anno, ex quo regnum adeptus est, bellum in Græcos moverit Xerxes. *Vossius.*

Cum tantis eam copiis invasit] Addunt alii libri, *quantas neque antea neque postea habuit quisquam.* Curtius lib. IV. 1. 'Rursus rex Xerxes gentis ejusdem ad oppugnandos cum immanium barbarorum copiis venit.' *Gebh.* De quibus non convenit inter Historicos. Vide Herod. VII. Ctesiam in Persic. Plin. XXXIII. 10. Diod. Siculum II. Isocratem Panath. Plutarchum Parall. Justin. II. Quomodo autem exercitum Xerxes dinumeravit, vide Herod. VII. 60. Plin. IV. 2. *Bongars.* *Eam invasit*] Ut Glossemata omisit scriptus codex Schotti, et probe constat sensus: retinendum tamen putat Gebhardus.

Mille et ducentarum navium] In navium numero valde variant. Æschylo ut scienti, quemque illis temporibus proximum fuisse constat, creditur. Nam in Persis tragœdia, quæ etiamnum exstat, ita eas recenset: Ξέρξῃ δὲ (καὶ γὰρ οἶδα) χιλιὰς μὲν ἦν Νεῶν τὸ πλῆθος. αἱ δ' ὑπέρκομποι τάχει Ἑκατὸν δὶς ἦσαν, ἑπτά θ'· ὧδ' ἔχει λόγος. Nam quod Justinus lib. II. ex Trogo recensset, mendacio quam veritati similius est. Herodotus in septimo, innumerabiles prope copias illius recenset. Sed nemo cum Probo præter Æschylum rectius consentit. *Longol.* Diodorus: νῆες δὲ σύμπασαι μακραὶ πλείους τῶν χιλίων καὶ διακοσίων. Plutarchus Æschylum secutus classem mille navium, barbarorum fuisse scribit. Sic reliqui, aut in excessu aut in defectu peccarunt. Unum Isocratem excipimus, qui Persarum τριήρεις διακοσίας καὶ χιλίας enumerat. *Keuchen.*

Navium longarum] Militarium, quas Græci μακρὰς vocabant, et Livius quoque XXV. 27. Cæsar B. G. V. 25. ac Scaurus in libello de orthographia simpliciter opponunt onerariis. Videndus Schefferus de Militia Navali Veter. lib. II. 2. et lib. IV. 1.

Duo millia onerariarum] Quæ Græcis φορτηγοὶ νῆες, et νῆες ὁλκάδες appellabantur. *Camerar.*

Septingentorum millium peditum, equitum quadringentorum] In numero terrestrium copiarum mire variant auctores, Herod. lib. VII. 184. 185. 186. Ctesias in Persicis cap. 23. Diod. Sic. XI. 5. Plin. XXXIII. 10. Ælian. XIII. 10. Just. II. 10. 18. Oros. II. 10. Theodoret. Orat. 10. adv. Græcos. Isocrates ait, hominum universorum fuisse quingentas myriades, id est, quinquagies centena millia militarium, et ad pugnam aptorum septingenta millia, seu septuaginta myriades. *Lambin.* Sic Plutarchus περὶ παραλλ. Alii innumerabilem fuisse tradunt exercitum, ob immensam multitudinem. *Keuchen.* Pompon. Mela spatio potius mensum exercitum, quia numero non poterat, auctor est lib. II. 11. *Schottus.* Meminit D. Hieron. in Daniel. cap. 7. et his similia Eus. in Chronico Olymp. LXXV.

Maxime Athenienses peti] Venusta translatio a gladiatoribus, qui in quam partem ferri mucronem dirigunt, eam

petere Latinis dicantur. Cicero de Oratore: 'Gladiatores et vitando caute et petendo vehementer omnia faciunt, utiliter ad pugnam, et ad adspectum jucunde.' Pro Murena: 'Etenim sciebam Catilinam non latus aut ventrem, sed caput et collum solere petere.' Claud. de Bello Getico vs. 99. 'Nec tanti nomen stirpemque abolere Getarum Ut propius peterere, fuit.' Infra Annibale: 'Sensit id non fortuito factum, sed se peti.' Liv. lib. XXXIII. 'Annibalem unum se peti a Romanis non fallebat.' Tacit. Agricola cap. 31. Just. lib. XIX. 5. 'Neque enim dubium erat imperium Persarum his apparatibus peti.' Cicero in Clodium: 'Quotiescunque me petisti, per me tibi obstiti, nunc remp. universam petis.' *Gebhard.*

Propter pugnam Marathoniam] Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι πάλαι τοῦτο εἰς αὐτοὺς ᾤοντο παρασκευάζεσθαι, διὰ τὸ ἐν Μαραθῶνι γενόμενον. Aliam causam istius belli adfert Callicles apud Platonem in Gorgia; qui nullo alio jure hoc illatum disputat, quam quo res imbecilliorum sunt potentiorum. *Lambin.*

Consultum] Modum consulendi Oracula notat ad Aristophanis Plutum Scholiastes. Οἱ μαντευόμενοι, inquit, ἐγγράφῳ ἀνακοινώσει πρὸς τὸν θεὸν τὰς πεύσεις ἐποιοῦντο, γράφοντες ἐν πυκτίῳ τὸ κατὰ προαίρεσιν αὐτοῖς κείμενον, στεφάνῳ τε ἀμφιστάντες ἀθρόῳ, τῷ μαντιπόλῳ ἐχειροτόνουν. ὁ δὲ ἐντυχὼν σύμφωνον τὴν ἀπόκρισιν τοῖς προτεινομένοις ἐποιεῖτο. *Gebhard.*

Quidnam facerent de rebus suis] *Quidnam facerent rebus suis.* Schott. Lambin.

Deliberantibus] Vide notas supra in Miltiad. 'Principes Delphos deliberatum missi sunt.'

Pythia respondit] Ξέρξου ἐπιόντος, ἔχρησεν ὁ θεός. Syrianus in Hermogenem. Sic τοῦ θεοῦ χρήσαντος, inquit Sopater; quod est, *Oraculo discere.* Keuchenius. Vid. sup. ad I. 1.

Ut mœnibus ligneis se munirent] Oraculum integrum sive responsum exstat apud Herodotum lib. VII. Cujus vis in hoc latet carmine: Τεῖχος τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ εὐρύοπα Ζεὺς, Μοῦνον ἀπόρθητον τελέθειν, τό σε τέκνα τ' ὀνήσει: 'Jupiter e ligno muris Tritonida donat, Qui soli invicti tibi sint, natisque saluti.' Refert et Polyænus lib. I. Strat. *Lamb. Longol.* Præter eos Aristot. I. Rhet. Cic. 3. de officiis et ad Attic. Epist. X. 7. Val. VI. 5. Frontin. I. Strat. 3. Justin. II. *Savaro.*

Quo valeret] Quo vergeret, quo propenderet, quorsum spectaret. Aristoph. Pluto. Οὐκ ἔσθ' ὅπως ὁ χρησμὸς εἰς τουτὶ ῥέπει. Cicer. de natura Deor. 'Quod eo volebat.' *Gebhard.*

Cum intelligeret nemo] Alii enim muris lapideis destructis ædificandos eorum loco ligneos interpretabantur. Quidam, veteres sepe ambiendos. At omnium optime Themistocles παρασκευάζεσθαι ὧν αὐτοὺς ὡς ναυμαχήσοντας, συνεβούλευε, ὡς τούτου ἐόντος τοῦ ξυλίνου τείχεος. Valebant namque Athenienses classe; qui, si periculi impendentis metu et tristi prædictione oraculi de excidio Urbis territi, Xerxi sese dedidissent, tota haud dubie Græcia in Persarum potestatem fuisset redacta. Hinc non immerito eosdem vocat 'Græciæ Servatores' Herodotus. *Keuchen.*

Themistocles persuasit consilium esse Apollinis] Maximus Tyrius Orat. III. Ὁ δὲ θεὸς αὐτοῖς χρᾷ φράττεσθαι τὸ ἄστυ ξυλίνῳ τείχει. Θεμιστοκλῆς λέγει, ὅτι οἱ δοκεῖ τὸ ξύλινον τεῖχος αἱ τριήρεις εἶναι. Adducitque ut exemplum Aristoteles Rhet. lib. I. de futuris oraculis. Vide Plutarchum in Themistocle. Polyænum Strat. I. Hoc tempore Cyrsilus quidam Atheniensibus suadebat; ut in urbe manerent, Xerxemque reciperent. Sed ejus consilium tanquam turpe relinquentes, lapidibus eum (ut Cicero inquit Off. lib. III.) obruerunt. Legitur apud Demosthen. ἐν τῷ περὶ στεφάνου λόγῳ. *Magius.*

Eum enim a Deo significari murum

lignum] Vulgati: *Eum enim significari murum ligneum*. Frontinus eadem de re: *Melius itaque salutem navibus quam urbi commissuros: hujus sententiæ etiam Deum auctorem esse*. Fundamentum præterea hujus suæ interpretationis habebat politicum. 'Nam neque prælio pedestri, neque finium tutelæ, neque obsidioni credebat sufficere Athenienses,' idem Julius lib. I. 3. *Gebhard*. Habes et oraculum hoc ejusque interpretationem apud Suidam in dicto 'Ανεῖλεν.

Omnia quæ moveri poterant] Græci exponunt δυνατὰ τῶν χρημάτων. Rectius τὰ ἔπιπλα, quibus opponuntur τὰ ἔγγεια. Et Pausanias dicit, ἔπιπλα esse κτήματα τὰ μὴ ἔγγαια, ἀλλὰ τὴν κατ' οἶκον κτῆσιν τὴν δυναμένην πλεῦσαι. Quæ Eustathius profert, ita ut et aliam suam opinionem addat: καὶ μὴν ἄλλως ἔπιπλα καθ' ἑτέρους, ἐκ τῆς ἐπιπολῆς τὰ, οἱονεὶ τὰ ἐπιπολάζοντα ἐν τῷ προφαίνεσθαι. Infra Dione: 'Dionysius omnia quæ moveri poterant Dionis in naves imposuit.' Ammian. Marcell. lib. XXVIII. 1. vocat 'mobilem censum.' Justin. XXXVIII. 3. 'Homines vero et quæcunque auferri possent, Tigrani cederent.' *Gebhard*.

Partim Salaminem] Codex Ultrajectinus: *Partim Salamina, partim Træzena*. Utrumque enim legitur *Salamine* et *Salamina*. Nam idem est. *Salamina* quippe et *Salamin* dicebatur. Illud magis Latinum est; siquidem ex quarto casu Græcorum, τὴν Σαλαμῖνα, factus est Latinis primus, hæc *Salamina*, ut in aliis sexcentis. *Salmasius*.

Partim Træzenem] Pomponius Mela lib. II. 'Trœzenii fide societatis Atticæ illustres.' Herodotus Urania: οἱ μὲν πλεῖστοι ἐς Τροιζῆνα ἀπέστειλαν, οἱ δὲ ἐς Αἴγιναν, οἱ δὲ ἐς Σαλαμῖνα. Cicero Officiorum lib. III. 'Athenienses, cum Persarum impetum nullo modo possent sustinere, statuerunt, ut, urbe relicta, conjugibus et liberis Trœzene deportatis, naves conscenderent, libertatemque Græciæ classe defenderent.' Vide Frontinum lib. I. 3. et Plutarchum. Justinus II. 'Conjuges liberosque cum pretiosissimis rebus abditis insulis demandasse,' dicit. *Mag*, *Lambin*. Senes in insulas deportasse, inquit Aristides in Oratione ὑπὲρ τῶν τεττάρων. Conjuges vero et liberos Trœzenem misisse, non in insulas. *Vossius*. *Partim Trœzenem asportant*] Non est, cur ex Excerptorum fide rescribamus, *deportant*. Nam elegantius *asportare* dicebant veteres de rebus necessitatis tempore deportatis. *Omnia quæ moveri poterant, partim Salaminem, partim Trœzenen asportant*. In Veteri Onomastico: *Asportare*, ἐμφέρειν. Glossarium: *Asportavit*, ἐξεφορτίσατο. Apuleius Metam. lib. IV. 'Asportare quantum quisque poterat.' *Asportant* autem, ut *asferrent* in iisdem Excerptis, vita Miltiadis. *Keuchen*.

Arcem sacerdotibus paucisque majoribus natu] Plutarchus, infirmos viribus affectaque jam ætate multos relictos fuisse dicit. Justinus horum non facit mentionem, sed Xerxem, ait, Athenarum urbem, vacuam hominibus, incendio vastasse; eumque, qui in homines ferro sævitiam exercere non potuerat, eam igne in ædificia exercuisse. Pausanias in Atticis, literis mandavit, Athenis homines armis ineptos remansisse, ac eos etiam, qui, melius quam Themistocles fecisset, oraculum sibi interpretati esse videbantur, eamque ob rem, arcem ab illis lignis vallisque fuisse munitam. Herodotus Pausaniæ adstipulatur, qui et pauperes relictos fuisse dicit. *Mag*. *Majoribus natu*] Senioribus. In Iphicrate: 'Ut non solum ætatis suæ cum primis compararetur, sed ne de majoribus natu,' &c. In Timoth. 'non cessit natu majorum auctoritati;' i. e. Timothei et Iphicratis veterum Imperatorum, ut explicat Varro apud Nonium: et Val. Max. II. 1. ext. 9. ibid. ext. seq. *Sacaro*.

Ac sacra procuranda] Intelligit plurimorum Deorum simulachra, et alia idola, quæ ibi asservabantur. Vide sis passim incomparabilis Meursii Cecropiam. *Keuchen.*

CAP. 3. *Missi sunt delecti cum Leonida Lacedæmoniorum rege*] Qui vocabantur postmodum Græciæ Provisores. Erantque treceenti numero: Herodotus Polyhymnia: ὃς τότε (Leonidas) ἧκε ἐς Θερμοπύλας, ἐπιλεξάμενος ἄνδρας τε τοὺς κατεστεῶτας τριηκοσίους, καὶ τοῖσι ἐτύγχανον παῖδες ἐόντες. Quo libro tradit, illos fuisse milites gravioris armaturæ; additque ex plerisque Græciæ civitatibus missos tales delectos. Ex Tegæetis et Mantineis mille quingentos ex utrisque: ex Orchomeno Arcadiæ urbe centum et viginti; ex reliqua Arcadia mille; a Corintho quadringentos; a Phliunte ducentos: Mycenæorum octoginta: a Bœotiis et Thespiensibus septingentos: Thebanorum quadringentos. Ad hos accesserunt evocati Locrenses Opuntii cum universis copiis, et Phocensium mille. Ex quibus intelligere licet, ex Lacedæmoniis trecentos duntaxat fuisse, qui ad Thermopylas cum Persis pugnarunt. Quod confirmat et Plutarchus περὶ παραλλ. Λεωνίδας ἅμα τριακοσίοις ἐπέμφθη εἰς Θερμοπύλας ὑπὸ Λακεδαιμονίων. Sed Isocrates et Diodorus, mille tantum delectorum fuisse, tradunt. Ctesias non ponit numerum, sed illorum virtutem miris laudibus inclamat. Vide ipsum lib. XII. Περσικῶν. Ubi adjungit, duobus diebus Xerxem Græcis opposuisse exercitum. Hæc fere Lambinus. Quo animo ad pugnam iverit Leonidas, explicat Plutarch. in apophth. Lacon. *Cum Leonida*] De Leonida multa collegi in Senecæ Rhetoris Suasor. 2. adde Strabon. lib. IX. Geograph. *Schott.*

Thermopylas] Διόδον, ut si transitum dicas, vocat Herodotus. Et addit a plerisque Græcis Thermopylas dici, ab incolis Pylas: καλέεται δὲ ὁ χῶρος οὗτος, ὑπὸ μὲν τῶν πλεόνων Ἑλλήνων, Θερμοπύλαι· ὑπὸ δὲ τῶν ἐπιχωρίων καὶ περιοίκων, Πύλαι. Harpocratio scribit; Thermopylas, Pylas, id est, portas dici, quod angustus sit introitus iis, qui e Thessalia in Phocidem iter habent. *Lambin.* Vocantur etiam a Thermis, quia calidæ aquæ in ipsis faucibus sunt. Livius. Qui addit, Thermopylas locum appellari nobilem, Lacedæmoniorum adversus Persas morte magis memorabili, quam pugna. Alii notationem a Pylade trahunt, quæ frivola est, et Græcorum similis. πύλαι dictæ, quas januas vocant vel portas: unde Thermopylæ. Cicero ad Atticum v. 'Itaque confestim iter in Ciliciam fecit per Tauri pylas.' Pylæ Ciliciæ et Pylæ Susidæ apud Plinium et Curtium. Tales erant Thermopylæ mons, qui a Leucade incipiens, atque inde ad ortum flexus, in Ægæum usque mare protendebatur. In Ægypto non absimilis fuit Pihachiroth, duo montes ad mare rubrum instar oris hiantis. *Keuchen.*

Eoque loco omnes interierunt] CCC. Lacedæmonii, cum D. circiter sociis, qui Thespienses erant et Thebani. Ex quo Leonidæ jocus, qui cum videret milites ad pugnam paratos, jussit eos prandere, tanquam apud inferos essent cœnaturi. *Lamb.* Erecta cæsis publica monumenta in agro Locrensium; ut qui pro libertate patriæ interiissent. Suntque illa locus *polyandrion* apud Strabonem, quasi multorum cœmiterium dicas. Inscripta tropæis epigrammata, quæ videas apud eundem libro nono. Cæterum diverso loco cecidisse, ex Geographis clarum est. Pomponius Mela lib. II. 'Maliacus et Opuntius grandes sinus, et in his cæsorum etiam Laconum tropæa.' *Keuchen.*

Trecentarum navium] CCLXXI. Herodot. in principio Οὐρανίας· Ἀριθμὸς δὲ τῶν συλλεχθεισέων νεῶν ἐπ' Ἀρτεμίσιον, ἦν, πάρεξ τῶν πεντηκοντέρων, διη-

κόσιαι καὶ ἑβδομήκοντα καὶ μία. Præter penteconteros, id est, navigia quinquagenum remorum. Illa erant novem, duo Chiorum, septem Locrorum Opuntiorum. Ergo cum illis universa classis fuit navium CCMLXX. Sed et de Platæensibus non constat. Ut credibile sit illos etiam quasdam ad instaurandam classem contulisse. *Keuchen.*

Ducentæ erant Atheniensium] LX. Isocrat. CXXVII. Herodot. lib. VIII. Ἀθηναῖοι μὲν, νέας παρεχόμενοι ἑκατὸν καὶ εἴκοσι καὶ ἑπτά. Sed verisimile est, alterum defectu, alterum excessu peccasse. *Idem.*

Apud Artemisium] Quæ secunda pugna inter Xerxem et Græcos; quarum una terrestris ad Thermopylas, duæ maritimæ ad Salamina et Artemisium. *Keuchen.* Plutarchus in vita Themistoclis ita Artemisium describit: ἔστι δὲ τῆς Εὐβοίας τὸ Ἀρτεμίσιον ὑπὲρ τὴν Ἑστιαίαν αἰγιαλὸς εἰς βορέαν ἀναπεπτάμενος, ἀντιτείνει δ' αὐτῷ μάλιστα τῆς ὑπὸ Φιλοκτήτῃ χώρας γενομένης Ὀλιζών. Addit et originem appellationis: ἔχει δὲ ναὸν οὐ μέγαν Ἀρτέμιδος ἐπίκλησιν Προσηῴας. *Longol.* Ἄρτεμις nobis Dianam, quæ Luna est, significat; ut testatur Macrobius Saturn. lib. I. cap. 15. et lib. VI. cap. ultimo. Sic autem dicta, quasi ἀερότομις, hoc est, *aërem secans.* Ἀρτεμίσιον autem festum et statuam Dianæ sive Lunæ significat. *Mag.*

Angustias enim Themistocles quærebat] Hortabatur Aristidem, ἐν τοῖς στενοῖς ναυμαχῆσαι. Plut. in vita. Hoc semper observandum cum minores numero sumus. Sic Miltiades non modo suos servavit sed et hostes vicit: supra I. 5. Et vetus est illud apud Vegetium III. 26. 'Amplius sæpe locus prodest quam virtus.' *Buchn.*

Ne multitudine circumiretur] *Multitudine circumiri* est ab eadem circumveniri, circumquaque cingi. Cic. Philip. XIII. 'Qui se circumiri totius belli fluctibus, quam illum aut regredi aut progredi maluit.' Ex quibus patet sane eum locum habere Datame: 'iis locis castra ponit, ut neque circumiri multitudine adversariorum posset.' Ubi Lambinus non necessario *a* præpositionem interponit. Latino autem cœlo utrumque probum atque usitatum est. Ibid. 'Locum delegit talem, ut neque circumiretur ab hostibus, neque præteriret adversarius, quin ancipitibus locis premeretur.' Frontinus lib. II. 3. 17. 'Qua ratione ne circumiretur ab hoste, et peditum numero et maxime equitum superante, consecutus est.' *Gebhard.*

Pari prælio discesserant] Æquo Marte et æquis manibus. Tacit. Annal. I. 63. 'Inde hostibus terror, militi fiducia, et manibus æquis abscessum.' Salust. Catil. 'quod si primo prælio Catilina superior aut æqua manu discessisset.' Curt. lib. VI. 2. 'duarum nobilissimarum bello gentium exercitus pari Marte pugnabant.' Græci vocant ἑτεραλκέως ἀγωνίζεσθαι. *Gebhard.* Sic Herodotus lib. VIII. ἐν ταύτῃ τῇ ναυμαχίῃ παραπλήσιοι ἀλλήλοισιν ἐγένοντο· et Diodorus. Sed Isocrates ait in Panegyrico, Athenienses adversariorum naves, quæ in primo ordine erant, superasse. *Lambin.* Unde Pindarus Artemisium, φαεννὰν κρηπῖδα ἐλευθερίας vocat, quasi ex ista pugna Græci animos ceperint, ut arbitrarentur, se in libertate patriæ defendenda Xerxe posse superiores esse. *Longol.*

Ancipiti premerentur periculo] Hoste et a fronte et a tergo instante. Sic Curtius dixit VII. 46. 'ancipiti periculo implicitus.' Græci vocant μάχην ἀμφισβήτητον. Curt. lib. III. 26. Cæsar Comm. de B. G. VII. 76. Curt. lib. V. 24. 'Undique ergo Macedonum armis fulgentibus ancipiti malo oppressi.' Varro: 'Cæsar reversionem fecit, ne post occipitium in Hispania exercitus qui erant, relinqueret: quo se conji-

ceret Pompeius, ut ancipiti urgeretur bello.' *Gebhard.*

Et ex adversum Athenas] Ita melioris notæ Codices. *Adversum* tamen reposuerunt, quibus suspecta fuit composita præpositio *exadversum;* cum antiquiores habeant, *et exadversum Athenas.* Ut in Thrasybulo: 'quidem exadversus Thrasybulum,' pro *adversus* vel *adversum.* Utitur Terentius etiam in Adelph. et Phormione. *Keuchen.* Et Cicero de Divinatione. Plura hac de re Vossius de Analog. IV. 123.

Apud Salamina] Idque non sine consilio et magno labore Themistoclis, cum Græci in suas quisque sedes reverti vellent, multique adeo se domum recepissent. Vide Diodorum II. et Herodotum Uran. *Lambin.*

CAP. 4. *Accessit Astu*] Codex Ms. Longolii, *accessit Arcem.* Quod non probo. Ut Romani 'Urbem' κατ' ἐξοχὴν suam Romam; ita Græci, inque iis præcipue Attici, Athenas vocabant *Astu.* Alcibiade: 'Postquam Astu venit.' Etiam Urbem κατ' ἐξοχήν. Phocione: 'cum Demade de Urbe tradenda Antipatro consenserat.' Vitiose exscriptores exhibuerunt *Arcem;* Longolii editio *astum:* et ita Attius Œnomao: 'Ut omnes qui arcem astumque incolunt.' Stephanus de Alexandria: ἐλέγετο δὲ κατ' ἐξοχὴν Πόλις, καὶ πολῖται ἐξ αὐτῆς, ὡς Ἄστυ αἱ Ἀθῆναι, καὶ Ἀστοὶ καὶ Ἀστικοὶ οἱ Ἀθηναῖοι, ὡς καὶ ἐπὶ Ῥώμης λέγεται Οὔρψ. *Gebhard.* Sic Cicer. de Legib. 'ut vestri Attici priusquam Theseus eosdem migrare ex agris et in Astu, quod appellatur, omnes se conferre jussit.' *Longol.* Sic Medina Arabum et Iracensium. Et קרתא Phœnicibus urbs est: unde Carthago et Carthagena, civitas hortorum, quam Græci οἰνοῦσσαν verterunt. Ab astu mediastinus dicitur, et ἀστικοὶ ἀγῶνες Græci instituti, ludi astyci, ἑλληνίζοντες, ut observat Jos. Scaliger. Qui etiam τὸ ἄστυ veras Athenas dixit. Vide Turneb. et alios. *Keuchen.*

Idque nullis defendentibus] Urbem nulli defenderunt; sed arcem, qui in ea relicti erant: neque eam sine magno labore multisque machinis ac telis Persæ ceperunt, sed via quadam ardua et præcipiti reperta, quam nemo idcirco custodiebat, quod ea neminem ascensurum quispiam suspicari poterat. Herod. in Uran. *Lamb.* Pausanias quoque in Atticis, barbaros ex tali prærupto loco arcem conscendisse testatur. *Mag.*

Incendio delevit] Sic Herodotus: τὸ ἱερὸν συλήσαντες, ἐνέπρησαν πᾶσαν τὴν ἀκρόπολιν. Sed aliter Gellius lib. VI. 17. *Lamb. Mag.* Phrasis elegans. Iphicrate: 'Non prius Thebani Sparta abscessissent, quam captam incendio delessent.' Curt. lib. III. 38. 'Dis dedita templa ruinis et ignibus esse deleta.' Flor. II. 6. 'Quæ quantaque utriusque castra facibus illatis una nocte delevit!' Cicero: 'Tu cruore et flamma omnia delere vis.' *Gebhard.*

Cujus fama perterriti] Sic solus P. Daniel. Alii *flamma.* Quid autem in eo sit absurditatis doceri velim. Salamis enim tam longe non distat Athenis, ut flamma incensæ urbis cerni non potuerit. Lectionem, quam dico, manifeste stabilit e Miltiade per Savaronem adductus locus: addo ego Claudiani, e lib. II. in Eutrop. 'longe spectari puppibus arces Accensas, lucere fretum.' *Gebhard.*

Classiarii] Græci, qui hujus incendii nuntio ita perterriti erant, ut nonnulli etiam Duces, qui ad Salaminem erant, passis velis fugam ornarint. *Herod.*

Themistocles unus restitit] Exstat oratio ejus, qua ad Eurybiadem usus est, apud Herodotum. Quem cum in sententiam suam adduxisset, adversus Corinthios, qui ad Salaminem pugnare nolebant, fuit alia astutia adhibenda;

de qua mox Probus. Alii tamen nec Eurybiadem satis motum esse, narrant; quibus assentiri videtur Plutarchus apophth. Lacon. Ibi, μὴ πείθων δὲ Εὐρυβιάδην ἐν τοῖς στενοῖς ναυμαχῆσαι, κρύφα πρὸς τὸν βάρβαρον ἔπεμψε. *Lamb.* Vide sequentia.

Universos pares esse] Cæsar Comm. de B. G. VI. 34. Vide Frontinum lib. I. 10. Locum in mente habuit Ciceronis ad Atticum : 'Nos disjecta manu pares adversariis esse non possumus.' Id est, resistere et bellum summovere. Infra, Alcibiade; 'Neque terra neque mari hostes pares esse potuerunt.' Eumene : 'Hoc Antigonus cum comperisset intelligeretque se parem non esse paratis adversariis.' Annib. 'Dolo erat pugnandum, cum par non esset armis.' Cæsar Comm. de Bell. Gall. lib. I. 40. Cicero pro Lege Manilia : 'Hi nullo in loco pares jam prædonibus esse poterant.' Justin. lib. VII. cap. 6. Par ergo est ἰσοπαλής. *Gebhard.* *Et universos esse pares aiebat*] Recte feceris, si Excerptorum auctoritate immiseris vocem: *Et universos pares esse posse aiebat.* Sed in aliis: *et in universum*, salvo sensu et ordine. Glossæ veteres, *in universum*, ὅλος, ubi ὅλως rescribendum, non dubitabunt, qui Græce sciverint. *Keuchen.*

Dispersos testabatur perituros] Sapientissimum monitum. Sic Tac. de Britannis in vita Agricolæ 12. 'Ita dum singuli pugnant, universi vincuntur.' Thucydides lib. IV. Εἴπερ καὶ καθ' ἑκάστους βλαπτόμενοι ξύμπαντες κινδυνεύομεν. *Gebh.*

Qui tum summæ imperii præerat] Atheniensium et Themistoclis concessu; ut narrat Herodotus lib. VIII. in principio: τὸν δὲ στρατηγὸν τὸν τὸ μέγιστον κάρτος ἔχοντα παρείχοντο Σπαρτιῆται, Εὐρυβιάδεα τὸν Εὐρυκλείδεω· οἱ γὰρ σύμμαχοι οὐκ ἔφασαν, ἢν μὴ ὁ Λάκων ἡγεμονεύῃ, Ἀθηναίοισι ἕψεσθαι στράτευμα. *Lambin. Longol.* Et Plutarchus dicit, Græcos, maximeque Lacedæmonios Eurybiadi imperium demandasse. Justinus Eurybiadis non meminit. *Magius.*

Quem quum minus, &c.] Causam addit Herod. in principio Octav. *Longol.* Plutarchus ait, Eurybiadem timidum ignavumque fuisse in adeundis periculis, et ideo intra Isthmum cum copiis se recipere decrevisse. *Magius.* Adde Ælianum XIII. 10.

De servis suis, quem habuit fidelissimum] Qui erat Eunuchus, et τῶν παίδων παιδαγωγὸς, nomine Sycinnus. Polyæn. in Themistocl. Comm. lib. I. 2. Νύκτωρ τὸν Σίκιννον τοῦτον ὡς βασιλέα πέμπει. *Gebhard.* Captivus, genere Persa, et Themistocli imprimis charus. Lege Plutarchum et Frontinum Strat. II. 2. Herodotus hunc οἰκέτην vocat, vernam, quod Laurentius Valla male *contubernalem* vertit. *Longol. Mag.* Ab hoc Sycinno vel Sicinno barbaro, qui liberorum Themistoclis pædagogus fuit, dicta est sicinnis saltatio. Meruit astutia sua inter claros Græciæ propugnatores illorum temporum nominari. Quo facit Clementis Alexandrini locus: Καὶ τῶν Θεμιστοκλέους παίδων ὁ παιδαγωγὸς Σίκιννος οἰκέτης ῥᾴθυμος ἦν· ὀρχεῖσθαι φασὶν αὐτὸν καὶ σικιννίζειν εὑρηκέναι. *Casaub.*

Ad regem misit] Id est, Xerxem. Vid. Herod. VIII. Just. II. Frontin. II. 2. Polyæn. lib. I. *Savaro.*

Majore cum labore et longinquiore tempore bellum confecturum, quum singulos consectari cogeretur] Hæc pene eadem Front. Strateg. lib. II. 2. exemplo ult. 'difficilioremque rem Xerxi futuram, si singulas civitates obsidione aggrederetur.' Eadem de causa lætatur Alexander Darium universas regni vires discrimini offerre: 'Magno se æstu liberatum ait, quod liceat cum omnibus Darii copiis confligere; veritum se longam belli moram, si Persæ exercitum divisissent;' apud Justin. lib. II. 13. Addit præ-

terea aliam circumstantiam, quæ ad victoriam non minimum contulit momentum, omissam Nepoti: ‘Qua ratione,’ inquit, ‘effecit, ut exercitus barbarorum primum inquietaretur, dum tota nocte in statione custodia est: deinde, ut sui mane integris viribus cum dictis barbaris vigilia marcentibus confligerent.’ *Gebhard.*

Ut ingratiis] Membranæ *ingratis*, quod perinde mihi est. Polyænus: οἱ δὲ Ἕλληνες ἄκοντες ἐνίκησαν. Frequens Plaut. Vide Frontinum lib. I. Non abhorret ab hac voce Cic. in Verrem, ‘Dicent quæ necesse erit ingratiis.’ *Idem.*

Alienissimo loco] Iniquissimo. Supra Miltiade. Cæsar de Bell. Gall. lib. I. 15. ‘Qui cupidius novissimum agmen insecuti alieno loco cum equitatu Helvetiorum prælium committunt.’ *Gebhard.*

Consilio Themistoclis] Στρατηγήματι. Frontinus: ‘solertia,’ dicit: τῇ σοφίᾳ τοῦ στρατηγοῦ. *Polyæn.* Lacedæmoniorum obtrectatione et invidia. Diod. Sicul. lib. II. *Lamb. Gebhard.* Alii alia. Vetus Scriptor apud interpretem Aristophanis Victoriæ primas tribuit Deabus: Φησὶ (præcessit Herodotus) γὰρ ἐν τῇ παρὰ Σαλαμῖνα ναυμαχίᾳ, πολὺ λειπομένου τοῦ Ἑλληνικοῦ πλήθους τῶν νεῶν τῶν Περσικῶν, συμμαχῆσαι Ἀθηναίοις τὰς θεὰς, μέγιστον τῆς συμμαχίας ἐπιδειξαμένας καὶ ἐναργέστατον τεκμήριον. μελλόντων γὰρ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων εἰς χεῖρας ἥξειν, πρῶτον μὲν πλεῖστον ὅσον κονίορτον αἰρόμενον ἀπὸ Ἐλευσῖνος ἐπὶ τὴν συμβολὴν, παντὶ τῷ στρατῷ δῆλον γενέσθαι. Εἶτα τοῦτον εἰς οὐρανὸν ἀνίεντα καὶ ψόφον γινόμενον, διὰ μέσου τοῦ στρατοπέδου χωροῦντα, τὸν Ἴακχον βοᾷν, &c. *Gebhard.*

CAP. 5. *Interim tamen ab eodem gradu depulsus est*] Edit. Ultraject. *iterum.* Placet vulgatum. Translatio a gladiatoribus ducta. Unde Ovidius: ‘Inque gradu stetimus:’ quod explicat Faber lib. I. Agonist. c. 11. Vide proverb. ‘de gradu dejici.’ Germani dicunt, Auss dem Vortheil getrieben werden. Eadem figura Seneca Hippolyt. ver. 720. ‘Tutissimum est inferre, cum timeas gradum.’ Valerius Max. lib. III. 6. 1. Cicero Epist. lib. XVI. 14. ‘Leptæ literarum exemplum tibi misi, ex quo mihi videtur στρατηλάτης ille dejectus de gradu:’ et revera est castrensis formula; inde per translationem idem lib. I. Offic. ‘Fortis vero animi et constantis est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu dejici, ut dicitur.’ *Gebhard.*

Certiorem eum fecit] Per eundem servum. *Herodot.* Alii Arsacen Eunuchum missum esse tradunt. Polyænus: πέμπει δὲ πάλιν ὡς βασιλέα εὐνοῦχον ἄλλον Ἀρσάκην. *Lambin.* Diodorus etiam hunc a superiore diversum facere videtur, lib. II. 17. et 19.

Quem ille in Hellesponto fecerat] Plinius: ‘Primas angustias Hellespontum vocant: hac Xerxes constrato navibus ponte duxit exercitum.’ Vide Marcianum et Solinum XII.

Dissolveretur] Per Themistoclis socios. Frontin. II. 6. Herod. Polyæn. Justin. lib. I. *Savaro.*

Minus diebus triginta] Tanto majore celeritate usus est in fuga capessenda, quam in bello inferendo. *Lambinus.* Βασιλεὺς ἔδεισε, καὶ φθάσας τὸ Ἑλληνικὸν, διέβη τὸ ζεῦγμα, καὶ φυγὼν ᾤχετο. Θεμιστοκλῆς δὲ τοῖς Ἕλλησιν ἐφύλαξε τὴν νίκην ἀκίνδυνον. De fuga Pompeii Cæsar Civil. lib. III. Utrumque tangit Florus IV. 8. Simile quid de Hannibale tradit Noster in vita. *Keuchen.*

Post hominum memoriam] Sic loquitur et Aristide. Nec non Cicero in Verrem: ‘Quod nemo unquam post hominum memoriam fecit.’ *Gebhard.*

CAP. 6. *Neque minor in pace*] Duo Reip. tempora sunt, pacis alterum, alterum belli; in utrumque sapere et valere oportet, qui ei recte præesse velit: raro tamen in unum hominem ca-

dunt utraque. Plin. Pan. c. 4. 'Enituit aliquis in bello, sed obsolevit in pace: alium toga, sed non et arma honestarunt:' et notum illud Claudiani, 'bellis insignior ille, Sed pacem fœdat vitiis.' Quo absolutior fuit Themistocles, qui in utroque tempore talem se gessit, ut magnam laudem afferret. Militaris virtus cumprimis in Bello Persico et pugna ad Salamina eluxit, pacis opera duo cumprimis recenset Nepos. Primum est exstructio Piræei portus: alterum murorum ædificatio. *Buchn.*

Phalereo portu] *Phalerico*, Vetus Codex: sed φαληρικὸν vocat Diod. XI. quomodo et Ultrajectinus præfert. *Schott.* Φάληρον λιμὴν τῆς Ἀττικῆς, Suidas. Diodorus autem contrario ordine ac Probus, portum a Themistocle prius structum, quam Urbis muros tradit. *Lambin.* De quo legendus Pausanias in Atticis: Θεμιστοκλῆς δὲ ὡς ἦρξε, (τοῖς τε γὰρ πλεοῦσιν ἐπιτηδειότερος ὁ πειραιεὺς ἐφαίνετό οἱ προκεῖσθαι, καὶ λιμένας τρεῖς ἀνθ' ἑνὸς ἔχειν τοῦ φαληροῖ,) τοῦτο σφίσιν ἐπίνειον εἶναι κατασκευάσατο. Plura Thucyd. lib. I. Nam de murorum ædificatione ad verbum prope ex Thucydidis historia sunt conversa. *Longol.* *Phalereo portu*] Sic omnino legendum; non ut in vulgatis, *Phalerœo*, cum diphthongo. Nam Græcis Φάληρον vocatur. Est tamen, cur magis *Phalarico* probem, ut est in Excerptis melioribus. Nam *Phalaricus* pro *Phalereus;* ut *Chalcidicus* pro *Chalciœcus* in iisdem membranis; et *Pellaius* pro *Pellœus* apud Plautum. Et Φαληρικὸν vocat Diodorus lib. XI. Bibl. ubi tamen non *Phalaricum* sed *Phalericum* vertunt interpretes. *Keuchen.*

Triplex Piræei portus constitutus est] A Themistocle: quod naturam admonentem prompta arte secutus, eos emunivit. *Boecler.* Pulchre describunt hunc portum Strabo lib. IX. Vitruvius VI. Pausanias in Atticis. Sed omnium optime Thucydides, cujus heic passim historiam ad verbum vertit Cornelius. Is lib. I. νομίζων τό τε χώριον καλὸν εἶναι, λιμένας ἔχον τρεῖς αὐτοφυεῖς, καὶ αὐτοὺς ναυτικοὺς γεγενημένους μέγα προφέρειν ἐς τὸ κτήσασθαι δύναμιν. Idem Piræei murum maximis lapidibus constructum fuisse adfirmat, tantaque latitudine, ut currus, quibus saxa vehebantur, super eum si occurrissent, libere traherentur. *Lambin. Mag.* Distabat XL. stadiis Athenis, ut ex Laërtio patet in Antisthene. *Ortel.* Hinc priusquam urbi muris conjunctus esset, longius ab urbe disparatus, quasi alterum oppidum videbatur. *Salmas.* *Triplex Piræei portus*] Piræei portus prius extra urbem locus fuit, urbs non fuit: sed additus urbi, locus in urbe fuit, ac cum Munychia, (ut ex II. Thucyd. constat) tertia pars urbis veteris, quæ Ἄστυ dicebatur. Ineptum igitur est, quod male ex his verbis Schioppius infert, urbem Piræei utiliorem fuisse urbe Athenarum, 'ut ipsam urbem dignitate æquipararet, utilitate superaret.' Nam hoc solum ait Nepos, 'portum Piræeum utilitate superare ipsam Athenarum urbem.' Et sic omnia sunt clara. *Keuchen.*

Ut urbem dignitate æquipararet] Exæquaret: Alcibiade, 'Ut nemo eum labore corporisque viribus posset æquiparare.' Pacuvius; 'Nam si qui, quæ eventura sunt, Prævideant, æquiparent Jovi:' ut lego cum Vossio. Suetonius Augusto cap. 94. 'Ex lauro continuo enata soboles, adeo ut paucis diebus, ut non æquipararet modo matricem; verum etiam obtegeret.' Nerone cap. 53. *Gebhard.*

Muros Atheniensium restituit præcipuo, &c.] Qui tres erant Athenis, secundum Thucydidem et Pausaniam: τεῖχος βόρειον, τεῖχος νότιον, τεῖχος φαληρικόν. *Lambin.* Archon tunc erat Timosthenes: cujus imperium cadit in annum Romæ CCLXXV. ubi consules K. Fabius III. et T. Virginius. *Chronol.* De facto legendi Demosthenes ad

Leptin. Plutarchus in Themist. Polyæn. I. Strat. Diodorus II. post narrationem de portu Piræo, Frontin. l. I. I. Plato in Gorgia: 'Scitis utique hæc navalia, et mœnia Athenarum, portusque dispositionem, partim Themistoclis, partim Periclis, non opificum consilio esse constructa.' De Conone auctor Athenæus lib. I. cap. 1. Sed hic non fuit primus, qui Piræei muros construi curavit, sed solum, cum a Lysandro essent diruti, refici mandavit; ut infra in Conone docuit Probus. A Lacedæmoniis enim primo, postea vero a Sylla Romanorum Imperatore hi muri sunt diruti, ut testantur Justinus lib. V. Orosius II. 15. Archelao Regis Mithridatis præfecto propugnante, oppugnationem descripsit Quadrigarius Annali undevigesimo, ut apud Gellium lib. XV. 1. legere est. Jungebatur portus Piræeus urbi mūris duobus quasi cruribus, ut Strabo, Justinus, et Orosius tradiderunt. Livius lib. I. Decad. IV. 'Brachia' vocavit. Eaque fuit portus amplitudo ac dignitas, ut Aristophanes (quod Plutarchus refert) 'Themistoclem,' dixerit, 'non Piræeum Urbi, sed Urbem Piræeo addidisse, et ad mare terram aptasse.' Hodie nautæ portum Leonem vocant. *Mag.*

Laced. caus. id. nacti] De hoc prætextu nihil memini alibi legere: alii omnes invidiam Lacedæmoniorum obtendunt. Polyænus lib. I. 'Ἀθηναῖοι τὰ τείχη τοῦ ἄστεος ἤγειρον. Λάκωνες ἐφθόνουν. Justin. lib. II. 15. *Gebhard.*

Extra Peloponnesum] Pro *Peloponnesum.* Quæ scriptura sæpe in libris occurrit. Erat hæc totius Græciæ arx et propugnaculum, in qua omnia magis quam alibi illustria ac potentia.

Ne essent loca munita, quæ hostes possiderent] Justinus: 'Ne munimenta hostibus et receptacula futuri belli exstruant.' *Gebhard.*

Athenienses ædificantes prohibere] Ut mox sequitur, per legatos. Diodorus lib. XI. Οἱ πρέσβεις προσιόντες τοῖς οἰκοδομοῦσι προσέταττον ἀφίστασθαι τῶν ἔργων τὴν ταχίστην. Hanc narrationem quoque habet Auctor Scholiorum in Aristophanis equites. *Gebhard.* Vide Thucyd. lib. I. Justin. I. et Frontin. I. *Mag.*

Hoc longe alio spectabat] Schotti liber, *Hoc longe animo spectabant:* refingi posset, *aliud longe animo spectabant:* etsi verbis, inquit, aliud ferebant, animo tamen ad rem longe aliam collimabant. *Gebhard.*

Muros instrui] Sic omnes editi præferunt: et ita loquitur Curtius lib. V. 5. 'murus instructus laterculo coctili.' *Idem.*

His præsentibus desierunt] Consilio Themistoclis. Nam nisi intermisissent munitionem, a Lacedæmoniis ope reliquorum Peloponnesiorum poterant impediri vi armata. Diod. lib. XI. συνεβούλευεν ἔχειν ἡσυχίαν· ἐὰν γὰρ βιάζωνται, ῥᾳδίως τοὺς Λακεδαιμονίους μετὰ τῶν Πελοποννησίων στρατεύσαντας κωλύσειν αὐτοὺς τειχίζειν τὴν πόλιν. *Gebhard.* Vide Thucydidem lib. I. Apud Plutarchum in Themistocle, neque de Legatis retentis neque de opere intermisso ullum verbum. *Lambin.*

Præcepit] Diodorus παρήγγειλεν. Cæs. de B. C. III. 62. 'Quid a quoque fieri velit, præcepit.' Curtius lib. IX. 11. *Gebh.*

Ut interim omnes servi atque liberi opus facerent] Sic Thucydides. Diodorus extulit, πανδημεὶ τειχίζειν τὴν πόλιν. *Idem.*

Omnes servi atque liberi opus facerent] *Opus* de ædificatione. Ut apud Poëtam: 'pendent opera interrupta minæque Murorum ingentes.' Vide Gifan. ad Lucret. Et hinc opera dicuntur *locari*, *conduci*, ICtis. Usurpant sic vocem ἀποτελέσματος Plut. et Polyb. Aristoteles ἔργον vocat initio Nicomacheorum. *Keuchen.*

Sive sacer esset, sive privatus] Scholiastes in Aristophanis Equites: μὴ φειδομένους μήτε ἰδίου μήτε δημοσίου

τινὸς οἰκοδομήματος. In eo discrepans, quod tantum profanos qua privatos, qua publicos, non vero sacros locos complecti jussi fuerint Athenienses muris suis. Nepos autem affirmet non parcitum fuisse sacris quoque, quum tamen præceptum fuerit vetus: μὴ κινεῖν, μήτε βωμοὺς, μήτε τάφους, μήτε ἡρῷα, non esse movenda seu violanda. Vide Zenobium lib. I. capite 54. *Gebhard.*

Privatis] Sic Mss. recte: in vulgatis *profanis;* quod glossema non agnoscunt Mss. De hoc Strateg. Themistoclis Thucyd. lib. I. Diodor. XI. Frontin. I. 1. Justin. II. Pausan. I. *Savaro.*

Congererent] Ἐγκατελέγησαν. Diod. Vulgati *cogerent.* Quod improbo. *Keuchen.* Quod vidit primus Gifan. ad Lucretium. Aptum rei verbum, Virgil. 'Aëriæ quem congessere columbæ,' ad struendum nidum. Hinc *congeries* est strues et saxorum congestus. Curt. lib. VIII. 13. 'Cædi tamen arbores et saxa congeri jussit.' Flaccus Argonaut. IV. 97. 'Fert sonitus immota phalanx irasque retentat Congeries dum prima fluat.' *Gebh.*

Sepulcrisque constarent] Πολλαί τε στῆλαι ἀπὸ σημάτων. Thucyd.

CAP. 7. *Adire ad magistratus noluit*] Καὶ ἐς τὴν Λακεδαίμονα ἐλθὼν οὐ προσῄει πρὸς τὰς ἀρχάς. *Idem.* Rectius ita legitur, quam vulgo omisso *ad.* Paullo post: 'Ad magistratum Senatumque Lacedæmoniorum adiit:' et in Hannib. 'Tempore dato adiit ad regem:' et ita frequentius Cicer. ut et Hadrianus Cardin. observat. *Schott.*

Quam longissime tempus duceretur] Justinus II. 15. 'Deinde die proferendo, spatium consummando operi quærebat.' Ultrajectina editio *duceret.* Membranæ Schotto excussæ, vocibus traductis: *Ut quam longissime tempus interponens diceret causam, se collegas expectare.* Quod ille non aspernari videtur. Perperam: nam cui utraque locutio *tempus ducere,* dein *interponere causam,* insolens acciderat, ambas flagitiose transpositis verbis e suo captu interpolavit. Cæs. de Bello Gall. l. I. 'Diem ex die ducere Ædui; conferri, comportari, adesse, dicere. Ubi se diutius duci intellexit.' Ἐν τούτῳ τριβήν τινα χρόνου ἐμποιῶν. *Gebhard.*

Causam interponens, se collegas expectare] Ἀλλὰ διῆγε, καὶ προὐφασίζετο. καὶ ὁπότε τις αὐτὸν ἔροιτο τῶν ἐν τέλει ὄντων, ὅτι οὐκ ἐπέρχεται ἐπὶ τὸ κοινὸν, ἔφη τοὺς συμπρέσβεις ἀναμένειν. Thucyd. Erant autem collegæ ejus Abronychus Lysiclis filius, et Aristides Lysimachi. *Lambin.* Auctor sæpius laudatus in hac narratione elegantem habet rationem politicam: Τὸ μὲν πρῶτον εἰς τὴν παρουσίαν ὑπερετίθετο τῶν πρεσβέων. μὴ γὰρ ἀσφαλὲς ὑπάρχειν αὐτῷ κοινὰς ἐντολὰς λαβόντι μόνον ἀποπληρῶσαι τὴν πρέσβειαν. καὶ ἴσχαλλεν, ὅτι μήπω παρεγένοντο. Justin. 'Nunc tarditatem collegarum accusans, sine quibus agi jure nihil possit.' *Gebhard.*

Conari fallere] Quin prorsus fallebat, quod alii scriptores Thucyd. l. I. Plutarch. in Themist. Cic. offic. I. Ælian. Var. Hist. III. 47. satis confirmant. Quid? quod et ipse Themist. in suis ad Habronychum literis *Strategema* vocat. *Loccenius.*

Non multum superesse munitionis] Ἔχειν ἱκανῶς τὸ τεῖχος. Thucyd. Ἤδη δὲ τοῦ τείχους ἱκανῶς προκεχωρηκότος. Auct. Græcus. Οἱ μὲν Ἀθηναῖοι τὸ τεῖχος ἔφθασαν. ἐφ' ἱκανὸν κατεσκευακότες. Diodor. *Gebhard.* *Superare,* diserte calamo exaratum vidimus. *Schottus.* Cicero quoque ita loquitur Paradoxis 4. 'Uter igitur est ditior, cui deest, an cui superat?' De oratore: 'In divisione generum et deesse aliquam partem et superare mendosum est.' Et alibi. *Gebhard.*

Ad Ephoros Lacedæmoniorum] De quorum regimine et potestate ad Pausaniam dicemus. Instituti sunt Spartæ CXXX. annis post latas Lycurgi rhetras. *Plut.* Alii ab ipso

Lycurgo: Πρός τε τούτοισι, τοὺς ἐφόρους καὶ γέροντας ἔστησε Λυκοῦργος. Herodot. Vide sis Ub. Emmium in illustrata Græcia, tomo 3. de rep. Laconum.

Penes quos summum imperium erat] Ut regem etiam in vincula publica conjicere, legibus eorum licitum esset. Infra, in Pausan.

Apud eos contendit, falsa his esse delata] Παρελθὼν ἐπειθεν αὐτοὺς μὴ ταχέως πιστεύειν τοῖς βουλομένοις εἰς ἔχθραν καταστῆσαι τὴν πόλιν. Idem Frontin. l. I. 10. 'Contendit falsum ad eos rumorem perlatum.' Diodorus, Παρεκάλεσε τοὺς ἄρχοντας μὴ πιστεύειν κεναῖς φήμαις. *Gebhard.*

Quibus fides haberetur] Auctor apud Aristophanis Explanatorem: ἀλλ' ἐπιλεξάμενοι αὐτῶν ἄνδρας τοὺς εὐνοίᾳ καὶ πίστει διαφέροντας ἐπόπτας ἀποπέμψαι. Polyænus vocat κατασκόπους. Εἰ δὲ ἀπιστεῖτε, inquit, τοὺς ἀρίστους ἐκπέμψατε κατασκόπους. Frontinus: 'Et rogavit, ut mitterent aliquos, quibus crederent de munitione Athenarum.' *Gebhard.* *Fides haberetur*] Nihil mutamus. Libri quidam, *adhiberetur*: non etiam male, sed improbatum Schoppio in Paradox. *Keuchen.*

Interea se obsidem retinerent] Discedunt longius Membranæ: *Interea sibi detrahere reticerent*, pro desinerent male de illo loqui, remque sermonibus traducere, ac factum damnare. *Schott.* Sed nunquam mihi persuadeat ita coacte et implicite loqui Cornelium nostrum: dein vertitur historia in aliam circumstantiam, quæ nunquam intervenit. Græcus Scriptor crebrius modo laudatus: μέχρι δὲ τῆς ἐκείνων παρουσίας ὅμηρον αὐτὸν κατεπαγγέλλετο. Diodor. l. XI. Καὶ τούτων ἐγγυητὴν ἑαυτὸν παρεδίδου. *Gebhard.*

Tresque legati functi summis honoribus] Numerus non exprimitur alibi. Diodorus: εἰς δὲ τὰς Ἀθήνας ἀπέστειλαν τοὺς ἐπιφανεστάτους κατασκεψομένους, καὶ περὶ ὧν ἦν χρεία πολυπραγμονῆσαι. Auctor Græcus ἄδηλος· Πεισθέντων οὖν Λακεδαιμονίων, καὶ τοὺς μάλιστα διαφέροντας εὐνοίᾳ καὶ πίστει τῶν πολιτῶν. *Idem.*

Cum his collegas suos Themistocles jussit proficisci] Variat heic Diodorus, qui vult cum Themistocle et cæteros legatos ipsum consecutos Lacedæmone a Spartanis retentos. Sic enim lib. XI. Τοὺς δὲ Λακεδαιμονίων, inquit, πρέσβεις ἐλθόντας εἰς Ἀθήνας, καὶ μετὰ στάσεων καὶ ἀπειλῶν ἐπιτιμοῦντας παρέδωκαν εἰς φυλακήν, φάσκοντες τότε ἀφήσειν, ὅταν κἀκεῖνοι τοὺς περὶ Θεμιστοκλέα πρέσβεις ἀπολύσωσι. Sic Græcus magister. A partibus vero Nepotis stat Frontinus: 'Suis deinde clam scripsit, ut eos, qui venissent, retinerent; donec refectis operibus confiterentur Lacedæmoniis munitas esse Athenas, nec aliter Principes eorum redire posse, quam si ipse remissus foret: quod facile præstiterant Lacedæmonii, ne unius interitum multorum morte pensaret.' *Idem.*

Eisque prædixit] Frontinus modo laudatus, 'suis clam scripsit.' Justin. l. II. 15. 'Tum Themistocles per servum magistratibus scribit Atheniensium.' *Idem.*

Professus est] Codices antiqui, *prosecutus est*. Unde ergo suspicor legendum, *prolocutus est*, suffragantibus Mss. *Longol.* Quod confirmat Græca fides Thucydidis: Καὶ ὁ Θεμιστοκλῆς ἐπελθὼν τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἐνταῦθα δὴ φανερῶς εἶπεν, ὅτι ἡ μὲν πόλις σφῶν τετείχισται ἤδη.

Quod communi jure gentium facere possent] Mœnibus oppida cingere, et se suaque tuendo vim repellere, naturæ etiam jure semper licuit, unde gentium jus manavit. Vim ad hæc vi repellere, jus fasque esse natura docet, ut in Miloniana Cicero pronunciat, et JCtus Tit. De jure naturæ, gentium, et civili. *Schott.*

Deos publicos] Ὁμοβωμίους. Vide ad hunc locum Boeclerum.

Patrios ac penates] Hyginus deos

πατρῴους appellari dicit. Hinc Virgilius 'patrios penates' vocat, et 'Deos patrios.' Ubi Servius: 'Qui singulis civitatibus præsunt, ut Minerva Athenis, Juno Carthagini.' De quibus lege Martian. Capellam l. I. Macrob. Saturn. III. 4. Varronem, alios. *Keuchen.*

Propugnaculum] Ἔρεισμα καὶ φυλακτήριον τῆς Ἑλλάδος Pindaro et Aristidi ob id dictum. *Boecler.* Προπολεμητήριον. Ita vocat Diodorus l. XIV. Rhegium. *Gebhard.* Ὡς πρόβολον καὶ φρούριον, vel ἐπιτειχισμόν. Cicero pro Font. 'Narbo Martius propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum et objectum.' *Lambin.*

Fecisset naufragium] Fuisset depressa aut disjecta. Ita Græci quoque loquuntur. Plutarchus: Αἱ ἐπιφανεῖς τύχαι, καθάπερ οἱ σφοδροὶ τῶν ἀνέμων μεγάλα ποιοῦσι ναυάγια. *Gebh.*

Male et injuste facere] Ἀδικεῖν. *Lambin.* Sallustius Jugurtha: 'P. R. neque recte neque pro bono facturum, si a jure gentium se prohibuerit.' *Gebhard.*

Si suos legatos recipere vellent] De re simili Cæsar de B. G. III. 8. 'Communem legationem ad P. Crassum mittunt, si velit suos recipere, obsides sibi remittat.'

Aliter illos nunquam in patriam recepturi] Quod vulgo additur, *essent*, glossema est. *Gronovius.*

CAP. 8. *Hic tamen non effugit civium suorum invidiam*] Hæc communis est bene de republica meritorum sors, ut ingratam plebem, belluam multorum capitum, fere experiantur omnes. Qua de re Val. Maximus l. V. 3. *Schottus.* Quare Athenienses egregios cives et bene meritos sæpius ob virtutem, ne quis amplius emineret, testula ablegarunt. Siquidem præter Theseum, quem in Scyrum exegerunt, Solon lator legum, Aristides, quo nemo justior, et Themistocles, aliique ob illorum magnitudinem in exilium acti sunt: Miltiadem vero mori coëgerunt. Id enim optimo cuique Athenis usu veniebat, ut in exilium ob eminentiam virtutis pelleretur. Alex. ab Alex. Alludit Lucianus in Dialogo: περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν διαβολῇ.

Testularum suffragiis] Archonte Praxiergo, quem alii Prexurgum vocant. De illo tempore Anonymus: Θεμιστοκλῆς ἐξωστρακίσθη. *Meursius.* Infra in Cimone: 'Nam testarum suffragiis, quod illi ὀστρακισμὸν vocant, decem annorum exilio multatus est.' Ut quid his locis auctor significare voluerit, planum fiat, haud est ignorandum, testam vas fictile significare; testulam vero fictile parvum, vel fictilis frustum, in quam significationem a Græcis ὄστρακος dicitur (ut testatur Pius cap. 9. suarum Annotationum), quæ vox proprie loquendo calculum non significat, qui ψῆφος nuncupatur. Verum cum apud Athenienses suffragiis ferendis *ostraci*, id est, *testulæ*, vel, ut aliis placet, *calculi* viritim in concilio darentur, ut in eis quem quisque ex civibus urbe cedere vellet, indicaret, ab ostraco, ὀστρακισμὸς est dictus, id est, *testularum suffragium*, et horum suffragiorum dies ὀστρακοφορία. Ut apud Suidam legitur, duplex erat Ostracismus, scilicet Phigi et Apostatarum. Priore in exilium mittebantur, qui dignam delicto pœnam vitare voluissent, quibus publice bona demebantur. Posteriore, Apostatis et locus et tempus statuebatur. Eadem hac de re in linguæ Græcæ commentaria transtulit Budæus, suppresso tamen Suidæ nomine. *Magius.* Cæterum Ostracismus post exactum Hippiam tyrannum Pisistrati filium sumpsit initium. Causa instituti, ne quis ob nimiam potentiam libertate oppressa tyrannidem occuparet. Andocides: νομίζω δὲ καὶ θέντα τὸν νόμον ταύτην τὴν διάνοιαν ἔχειν, ἀποβλέψαντα τῶν πολιτῶν πρὸς τοὺς κρείττους τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν νόμων, ἐπειδὴ παρὰ τῶν

τοιούτων οὐκ ἔστιν ἰδίᾳ δίκην λαβεῖν, δημοσίαν τιμωρίαν ὑπὲρ τῶν ἀδικουμένων κατασκευάσαι. Similis fuit apud Syracusanos Πεταλισμός. Quo frondibus oleæ quinquennali exilio suspectos ablegabant. Vide Diodor. XI. et Sigonium II. De rebus Atheniensium 4. Videndus Hadrian. Junius Anim. l. v. 18. *Schott.* Morem testularum suffragii refert Aristoph. interp. in equitibus. *Longol.* Præter cæteros eleg. Prosper Aquitan. et Joan. Tzetzes var. Histor. Chiliad. XIII. 489. *Savaro.*

Argos habitatum concessit] Ἔτυχε γὰρ ὠστρακισμένος, καὶ ἔχων δίαιταν μὲν ἐν Ἄργει. Thucyd. Sciendum est autem Argos locum fuisse certum ac definitum in quo commorabantur, qui testarum suffragiis e civitate ejecti erant. *Lambin.* Vide Plinium, Ptolemæum, et Strabonem. Duo sunt in Peloponneso hujus nominis oppida; alterum Hippium, alterum Dipsium, seu Πολυδίψιον. Unde Argos Hippium, et uno nomine Ἀργυρίππα. Sed Æoles pro Ἄργος dicebant Ἄρβος. Inde *Arpos* Latini pronuntiavere pro *Argis.* Ortel. Salmas.

Lacedæmonii legatos Athenas miserunt] Vide Thucyd. l. I. Diod. Siculum XI. Plutarchum in Themist.

Quod societatem cum rege Persarum] Thucydides l. I. proditionis, una cum Pausania initæ, accusatum dicit. Plutarchus, in vita Themistoclis, Pausaniæ consuetudinem et commercium adversariis ejus accusandi occasionem præbuisse dicit. In libello vero De utilitate capienda ab inimico, sic inquit; 'Themistocles autem, cum nihil peccasset, ex Pausania tamen proditionis suspicionem contraxit, quod eo familiarius uteretur, quotidieque literas et nuntios ad illum missitaret.' Loco vero priore ait, Pausaniam Themistocli regis literas aperuisse, Græcosque in ejus odia adducere, et eum ad proditionis societatem protrahere conatum, sed frustra.' *Mag. Longol.*

Societatem fecisset] Sic loquitur Vita Datamis: 'absens amicitiam cum Datame facit.' Justin. lib. XII. 2. 'Alexander cum Metapontinis et Pediculis et Romanis fœdus amicitiamque fecit.' Cicero pro Quinctio ita loquitur: 'Facere societatem omnium rerum cum aliquo.' *Gebhard.*

Proditionis est damnatus] Meminit iniqui hujus judicii quoque Dion Chrysostomus Orat. 73. *Ernst.* *Proditionis*] Nempe cum Pausania initæ, quoniam familiarius eo utebatur et quotidie literas et nuncios ad eum missitabat. Thuc. I. Diod. Sic. II. Plutarch. in vita ejus; qui tamen omnes eum ab hoc crimine absolvunt. Adde Plutarchum lib. De utilitate ex inim. capienda, itemque Epist. 14. Themistoclis. Neque ei profuerunt superiora sua in patriam bene promerita, pugna Salaminia, et legatio ad Lacedæmonios obita, ut scribit Ælianus Var. Hist. lib. III. *Lambin.* Adde responsum Phocionis ad supplicium euntis, apud Senecam et alios.

Corcyram demigravit] Φεύγει ἐκ Πελοποννήσου ἐς Κέρκυραν. Thucyd. Addit causam, ὢν αὐτῶν εὐεργέτης. Hanc civitatem sibi beneficio devinxerat, ut paulo ante ex Plutarcho diximus. *Long.* Corcyram Græci Κέρκυραν vocant, ut Beronicen, Βερενίκην; Mothonam, Μεθώνην. Homerus Σχερίαν et Φαιακίαν appellat, ut fidem facit Plinius. In Apollodoro est Κεραυνίη, IV. Argonaut. Distat ab Epyro duobus mil. ubi fretum arctissimum; ubi latissimum, XX. Eratque olim Alcinoi hortis, et Ulyssis naufragio decantata Poëtis. *Keuchen.*

Principes civitatis] Τὸ *civitatis* recte abest a nostro codice: intelligit enim insulanos Dynastas Corcyræ insulæ. *Schott.* Δεδιέναι δὲ φασκόντων τῶν Κερκυραίων ἔχειν αὐτὸν, ὥς τε Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀθηναίοις ἀπέχθεσθαι. Thucyd. Urbem esse insulæ cognominem Corcyram novimus: ejus dubii eximendi

gratia addit Cornelius a Civitatis principibus, metu belli Lacedæmonii, Themistoclem facessere inde jussum. Quare non temere cum Schotto *τὸ civitatis* exturbarim. *Gebhard.*

Ad Admetum Molossorum regem] Codex P. Dan. *Admetum Molossorum regem.* Quod contra Græcos.

Cum quo ei hospitium fuerat] Idem Codex, *Hospes erat.* Sed in eo non consentiunt cum Probo Thucydides et Plutarchus. Ita enim Thucydides: Ἀναγκάζεται παρὰ Ἄδμητον τὸν Μολοττῶν βασιλέα, ὄντα αὐτῷ οὐ φίλον, καταλῦσαι. Sed videtur Probus negandi particulam non agnovisse apud Thucydidem, quam tamen abesse, facile potuisset cognoscere, si ad verbum ἀναγκάζεται respexisset. Nemo enim, qui amicitia cum aliquo conjunctus est, cogi solet. *Longol.* Adjungit causam Plutarchus: Καταφυγὼν πρὸς Ἄδμητον, ὃς βασιλεὺς μὲν ἦν Μολοττῶν, δεηθεὶς δέ τι τῶν Ἀθηναίων, καὶ προπηλακισθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεμιστοκλέους, ὅτ' ἤκμαζεν ἐν τῇ πολιτείᾳ, δι' ὀργῆς εἶχεν αὐτὸν ἀεὶ, καὶ δῆλος ἦν, εἰ λάβοι, τιμωρησόμενος. Diodorus Siculus nullum de amicitia aut odio verbum facit. *Lambin.* Vide Ciceronem in Bruto.

Hospitium fuerat] Ms. Dan. *erat;* si quid video, recte. Nam hospitium, h. e. jus sive societas hospitii per totam vitam celebratur, immo in liberos quoque transibat, ut e Plauti Pœnulo v. 1. apparet. Cic. ad famil. XIII. 19. Vide Guili. Stuckium l. I. 27. antiq. Conv. et Tomasinum de tesseris hospitalitatis.

Et in præsentia rex abesset] Καὶ ὁ μὲν οὐκ ἔτυχεν ἐπιδημῶν, &c. Thucyd. Negat hoc Diodorus, qui Themistoclem comiter a rege exceptum refert, et admonitum, ut bono animo esset; se curaturum ut tutus ac salvus evaderet. Plutarchus duas diversas de hac re historias ponit, partim Thucydidem, partim alios secutus, qui Admeto præsente Themistoclem filium ejus prehendisse, et ad aram seu focum confugisse narrat. *Lambin.*

Filiam ejus parvulam arripuit] Filium. Thucydides: Ὁ δὲ τῆς γυναικὸς ἱκέτης γενόμενος διδάσκεται ὑπ' αὐτῆς τὸν παῖδα σφῶν λαβὼν καθέζεσθαι ἐπὶ τὴν ἑστίαν. Quare vel lapsus est Probus, vel alios secutus est historicos, vel erratum est librariorum. *Idem.* Vide Plutarchum, qui rationem dicit, cur Admeti filium adsumpserit.

Sacrarium] De quo ritu Græcorum, plena est omnis antiquitas. Eratque religiosum ac sanctissimum supplicandi genus. Morem hunc omnium Græcorum fuisse apparet, ut e foco veluti Asylo extrahere nefas ducerent, ut nec ab ara nec a principis statua rapere licebat. Pleni Jurisconss. libri. Ovid. in Fastis de foci etymo: 'Vel quod fovet omnia dictus.' Vide proverb. 'E Vesta.' Vide Turneb. Adv. XXI. 8. et hac de re disserentem Jac. Rævardum l. I. Var. 7. *Schott.*

Data dextra in fidem reciperet] Datæ dextræ nulli historici meminere. Probabiliter autem hoc a Probo, sive ab aliis sumptum, sive de suo additum, positum est. Nam qui sancte aliquid promittebant, dextras dabant apud Veteres. Xenoph. Ἑλλην. Δ. Cicero XI. Phil. VII. ad Att. Ep. I. Diodor. XVI. Virgil. Æneid. I. Homer. Iliad. Ω. Mos iste a Persis profluxit. Infra in Datame: 'Fidemque ea de re more Persarum dedisset.' Sed notandum, non in vola manus, sed in junctura fuisse fidei sedem. Eustath.

Exposceretur] Longa oratione, ut ait Thucydides. Deposceretur ad supplicium. Sic enim Cæsar loquitur. Et Diodorus ἐξῄτουν αὐτὸν πρὸς τιμωρίαν. *Lambinus.* Infra Hannib. 'Hos Hannibal sui exposcendi gratia missos ratus.' Cæs. Civil. III. 110. 'Hi regum amicos ad mortem deposcere.' Hirtius B. Gall. VIII. 38. 'Principem sceleris illius ad supplicium deposcit.' *Gebhard.*

Supplicem non prodidit] Τὸν τῆς ἱκεσίας νόμον τιμῶν, ut loquitur Polyænus l. VIII. *Gebhard.* Thucydides: Καὶ ὕστερον οὐ πολλῷ τοῖς τε Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς Ἀθηναίοις ἐλθοῦσι, καὶ πολλὰ εἰποῦσιν, οὐκ ἐκδίδωσι. l. I. Veteres a Deo mitti supplices, præsertim non sua culpa calamitosos, ideoque prodi contra jus divinum et naturæ fere credebant, qua de re digna legi est epistola Isidori Pelusiotæ lib. III. 164. *Loccen.* Est autem prodere heic idem quod tradere, periculo exponere.

Monuitque ut consuleret sibi] Et addidit magnam vim auri, fugæ viaticum. Diodor. XI.

Pydnam] Cod. P. Danielis, *Phydnam.* Quæ Macedoniæ urbs. Ptol. Steph. Diodor. Stephanus *Cydnam* vocat.

Præsidii] Ἐφόδια καὶ παραπομπήν. Epaminonda: ‘ præsidium dedit, ut eo tuto perveniret.’ *Gebhard.*

Hac re audita] Omittit hæc verba Editio Parisiana.

Ignotus ascendit] Lectio veteris optimi, *escendit*, ἀρχαϊκῶς. Et sic Epaminonda: ‘ in navem escenderet.’ Varro: ‘ e vinea in arbores escendit vitis.’ Iterum: ‘ in carnarium escendit.’ Livius lib. XIV. ‘ Licinio Cos. ad quadrigas mittendas escendenti.’ Et sic Fronto legit ad Sallustium in Jugurth. *Keuchen.*

Naxum] Insulam Cycladum, quæ et Στρογγύλη a situs rotunditate appellata. Dicæarchus eam inter Sporades recenset. Stephanus: Νάξος νῆσος τῶν Κυκλάδων, ἡ διάσημος· ἀπὸ τοῦ Νάξου Καρῶν ἡγεμόνος· ἄλλοι δὲ ἀπὸ Νάξου τοῦ Ἐνδυμίωνος. Εὐφορίων, παρὰ τὸ νάξαι, ὅ φασι θῦσαί τινες. Ad quem locum quid de etymo commentatus sit Magnus Salmasius, vide in exercitationibus Plinianis ad Solinum. Hodie *Nicosia* vocatur, eratque olim Libero sacra.

Ubi tum Athenienium erat exercitus] Πολιορκουμένη ὑπ' Ἀθηναίων. *Polyæn.*

Multa pollicens] Addit Thucydides, immo priore loco ponit, καὶ εἰ μὴ σώσει αὐτὸν, ἔφη ἐρεῖν, ὅτι χρήμασι πεισθεὶς ἄγει αὐτόν. Hac de re apud Diodorum nullum verbum. Polyænus vero refert lib. I. Strategematum. *Lamb.* Lege et Plutarchum.

In salo navem tenuit] Καὶ ἀποσαλεύσας ἡμέραν καὶ νύκτα ὑπὲρ τοῦ στρατοπέδου. *Thucyd.*

Neque quemquam ex ea exire passus est] Jussu Themistoclis. Polyænus: Ὅπως οὖν ἀμφότεροι σωθεῖεν, μηδεὶς ἀποβαινέτω τῆς νεώς. ὁ ναύκληρος φοβηθεὶς οὔτε ἐκβῆναι συνεχώρησε, καὶ ἀναχθῆναι διὰ τάχους ἔσπευσεν. Sic Thucydides.

Inde Ephesum] Ὕστερον ἀφικνεῖται εἰς Ἔφεσον. Thucydid. Diodorus non facit horum locorum mentionem, sed arrepta occasione cum duobus Liguribus ex Molossia in Asiam evasisse dicit XI.

Exponit] Ἐκβιβάζει. Curtius, Cæsar, aliique quam creberrime. Ille lib. III. Civil. 31. ‘ Neque affectum valetudine filium exponere in terram patitur.’ Ita Græci quoque ἐκθεῖναι usurpant. Plutarch. Dione: ὃς εἶχε εὐθὺς θέμενος εἰς ἀκάτιον προσέταξε τοῖς ναύταις, κομίζοντας αὐτὸν ἐκθεῖναι εἰς Ἰταλίαν. Curt. lib. IX. 47. Hirtius lib. de Bello Alexandrino cap. 10. *Gebhard.*

Gratiam postea retulit] Ex bonis suis, quæ clam per amicos transportata secum duxerat in Asiam. Plutarch.

CAP. 9. *Scio plerosque ita scripsisse*] Ephorum, Dinonem, Clitarchum, Heraclidem, aliosque Plutarcho citatos. *Lambin. Mag.* De quibus lege incomparabilis Vossii librum, de Historicis Græcis. Præter eos Valer. lib. V. 3. idem VIII. 7. 15. et V. 3. in fine. *Savaro.*

Themistoclem Xerxe regnante in Asiam transisse] Membranaceum meum codicem melius legere arbitror, *Themistoclem ad Xerxem regnantem in A-*

siam transiisse, (quomodo et Schioppius verisim. I. 20. e libro vetere emendavit,) ita enim est apud Diod. Siculum. Sic paullo post dicit Cornelius noster 'ad Artaxerxem eum venisse.' Verum Xerxis et Artaxerxis nominum apud Persas permutatio Chronologiam Persarum non parum turbat. Dissensum veterum Historicorum super hac re indicat quoque Plutarch. Themistocle, quem Acatius ad Thucydidem conciliare studet. Ait enim ad Artaxerxem venisse, qui cum patre tum, post cladem in Græcia acceptam Remp. gesserit. *Ernstius*. Videndus omnino Petav. part. 2. Ration. Temp. lib. III. 10.

Thucydidi credo] Cicero etiam in Bruto Thucydidem plurima fide dignum putavit. *Mag.*

Quod ætate proximus erat] Idem 'Thucydidem paullo ætate posteriorem' dicit in Bruto. *Quod ætate proximus erat*] Ex Ms. Cod. lege, *Quod ætate proximus ab his erat*. Ernst. Alii libri excerpente P. Daniele *De his.* Schottus addit de Ms. suo *pr. erat iis.* Vulgata est verissima. *Gebhard.*

Artaxerxem] Xerxis filium, qui μακρόχειρ cognomento dictus est. Plutarch. ἀποφθεγ. βασιλ. *Lambin.* In Tarih dicitur بهمن كي Kai Bahman, cognomento Daras Dast, id est, Longimanus. Idem Artoxerxes appellabatur, Ebraice autem Arthalastah. Vide quæ infra 'De regibus' notavimus.

Atque his verbis epistolam misisse] Eam ex Thucydide ascribo, ut cognoscant lectores quanta puritate et facilitate prope ad verbum a Probo sit e Græco versa: Ὅτι Θεμιστοκλῆς ἥκω παρὰ σὲ ὃς κακὰ μὲν πλεῖστα Ἑλλήνων εἴργασμαι τὸν ὑμέτερον οἶκον, ὅσον χρόνον τὸν σὸν πατέρα ἐπιόντα ἐμοὶ ἀνάγκῃ ἠμυνόμην· πολὺ δ' ἔτι πλείω ἀγαθὰ, ἐπειδὴ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ μὲν ἐμοὶ, ἐκείνῳ δὲ ἐν ἐπικινδύνῳ πάλιν ἡ ἀποκομιδὴ ἐγίγνετο. καί μοι εὐεργεσία ὀφείλεται, (γράψας τήν τε ἐκ Σαλαμῖνος προάγγελσιν τῆς ἀναχωρήσεως, καὶ τὴν τῶν γεφυρῶν ἣν ψευδῶς προσεποιήσατο τότε δι' αὐτὸν, οὐ διάλυσιν,) καὶ νῦν ἔχων σε μεγάλα ἀγαθὰ δρᾶσαι, πάρειμι, διωκόμενος ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων διὰ τὴν σὴν φιλίαν. βούλομαι δ' ἐνιαυτὸν ἐπισχὼν, αὐτός σοι περὶ ὧν ἥκω, δηλῶσαι. *Longol.*

Postquam in tuto ipse] Vir Cl. legendum conjecit, *postquam in tuta ipsa*; de patria sentit. Sic et aptius cohæret oratio. Nisi tamen Nepoti Thucydidæa illa exprimere constitutum: Ἐπειδὰν ἐν ἀσφαλεῖ μὲν ἐμοὶ, ἐκείνῳ δὲ ἐν ἐπικινδύνῳ πάλιν ἡ ἀποκομιδὴ ἐγίγνετο. Ad prioris conjecturæ mentem oppido Plutarchus: Ὅτε τῆς Ἑλλάδος ἐν ἀσφαλεῖ γενομένης, πάρεσχε τὰ οἴκοι σωζόμενα χαρίσασθαί τι καὶ ὑμῖν. *Boeclerus.*

In Asiam reverti vellet] Ita Ms. Schottus in scripto Codice reperit *nollet*; idque convenire autumat iis, quæ dixit Noster cap. 5. Timuisse Themistoclem ne perseveraret Xerxes bellare. *Idem.*

Ad te confugi] Thucyd. Πάρειμι, *adsum.* Fortasse legendum, *confugio.* Lambinus.

Exagitatus a cuncta Græcia] Translatio a venatoribus, qui exactam cubilibus suis feram nullibi patiuntur consistere, donec in potestatem veniat. Ovid. 'Et lepus hic aliis exagitatus erit.' *Gebhard.*

Tuam petens amicitiam] Hoc addidit de suo Probus. Non enim credibile est, eum verba illa Græca, διὰ τὴν σὴν φιλίαν, Latine reddidisse, *tuam petens amicitiam.* Idem. Deinde, Græce ambiguum est, num propter amicitiam quam cum rege dicebatur habere, an amicitiæ ineundæ cum Rege gratia venerit. *Longol.*

Quas tecum colloqui volo] Περὶ ὧν ἥκω. Thucyd. Legendus Plutarchus in Themistocle, et in apophthegmatibus Regum; quo loco similiter illud profert de tela contracta et explicata, in qu varia animalia sunt acu picta:

eui orationem similem esse dicebat. *Lambin.*

Annum mihi temporis des] Vel *annum mihi tempus des*. Cod. P. Dan. Vel, *annum mihi temporis spatium*; Ms. Puteani. *Annum mihi temporis des*] Sic dictum eleganter κατ' ἀντιπτωσιν λογίαν, qua nomen regens casu recti, et contra rectum regentis efferunt. Nec obstat appositio, quam vocant ἐμφατικὴν *annum mihi tempus des*; ut est in Gifanii schedis: vel, *annum mihi tempus*, ut in Excerptis. *Annum* autem *temporis* dixit Noster, pro tempus anni; ut 'dies spatii,' pro spatium diei, Cæsar de Bello Gallico. Quanquam et *annum tempus* probem, ut 'punctum tempus' apud Lucret. *Keuchen.*

CAP. 10. *Veniam dedit*] Concessit ei annum, ut hoc temporis spatio linguam et instituta Persica disceret. Sic loquitur in Pausania: 'Quod si eam veniam sibi dedisset.' Similiter Dione atque Eumene. Cæsar lib. VII. 15. 'Datur petentibus venia.' Justin. XI. 15. Cicero Attico. 'Impetravi a Salaminiis ut silerent, veniam quidem illi mihi dederunt.' *Gebhard.* Non narrat heic Probus, quanto in periculo Themistocles versatus sit, cum a Mandane Darii filia, Xerxis sorore accusatus est. Quod expositum est a Diodoro Siculo lib. XI. *Lambin.*

Omne id tempus literis sermonique Persarum dedit] Val. Maximus l. VIII. 7. Themistocles 'per summam iniquitatem patria pulsus, et ad Xerxem, quem paullo ante devicerat, confugere coactus, priusquam in conspectum ejus veniret, Persico sermoni se assuefecit; ut labore parta commendatione regiis auribus familiarem et assuetam sonum vocis adhiberet.' Græcus Scriptor ἄδηλος· Μηδικὴν φωνὴν μαθὼν διδάξων αὐτὸν (Artaxerxem) νῦν ἔπαισε τὸν πατέρα Ξέρξην. Cic. in Catone. *Gebhard.* Sed verisimile est, ipsum Persarum linguam ex parte addidicisse, ac tantum in ea per id tempus profecisse, ut Regi, quoad fieri potuit, intelligeretur. Hinc lux Plutarchi verbis, ἀποχρώντως ὁμιλῶν; quod et Thucydides affirmat, et multi alii, ex quibus liquido id evincas. Accedit insuper, Persas plurimum a Græcis mutuatos esse, dum infinita adhuc habeant vocabula, quæ de Græco manasse is demum potest dubitare, qui omnia ignorat. A Græcis igitur ad Persas res ipsa cum nomine transiit. Quod multis rationibus ad Solinum suum confirmat Claudius Salmasius. Non semper ergo a Cornelio standum, dum in illa jurat, quorum probabilior alioquin est fides. Simile infra judicium de Dione jactat, quem adeo Carthaginienses suspexerunt, ut neminem unquam Græca lingua loquentem magis sint admirati. *Keuchen.*

In Perside] Græci Περσίδα nunquam ponunt, nisi de particulari Persarum regione. Quemadmodum Persæ non pro Persidis regione, sed Persarum imperio sumuntur. Sic distinguunt inter Περσικὰς πόλεις, et πόλεις Περσίδος. Hæ sunt Persidis urbes, illæ Persicæ dominationis. *Salmas.* Sluiskenii membranæ disertim *Persida* legunt. Utrumque rectum. *Persida* pro *Persis*, ut *Chalcida*, *Leucada*, *Elida*: pro Chalcis, Leucas, Elis, et alia. *Keuchen.*

Hic cum multa regi esset pollicitus] Cicero lib. IX. Epist. ad Atticum: 'Themistocles non vidit, quid Xerxi polliceretur.' *Lambin.*

Illum Græciam bello oppressurum] Id regi eum promisisse, ceteri quoque scriptores tradunt, fateturque ipse ep. 11. et 20. quamvis ep. 19. negat se hoc unquam admissurum: tantum ergo Athenienses Ostracismo suo profecerunt, ut eminentes proscripti, præsertim ambitiosi et injuriæ impatientiores, instrumenta se præberent opprimendæ patriæ, cum tutius fuisset subruere fundamenta. Adi Forstner. in Tacit. Ann. II. et

Boecleri librum Commentarium.

Magnis muneribus] Inter quæ fuit *γάμβριος στολὴ*, sicuti tradit Athenæus. Illa donari summus in Oriente mos. Idque in hodiernum diem apud Turcas, Tartaros, Persasque in usu est. Nemo ad regem admittitur, nisi ejusmodi honoraria veste donatus. Hoc vocant خلع عليها الخلعة. *Keuchen.*

Magnesia] Quæ Urbs ad Mæandrum fluvium. Steph. Livius. Ad Thoracem. Diodor. Fuerunt autem duæ Magnesiæ in Asia; una ad Mæandrum amnem, quæ *Μαγνησία πρὸς Μαιάνδρῳ* dicitur: altera sub Sipylo, quæ *Μαγνησία πρὸς Σιπύλῳ* cognominatur. Utramque in Lydia ponit Ptolemæus. *Salmas.* Prior Themistocli in panes data. Diodorus XI. *Μαγνησίαν μὲν τὴν ἐπὶ τῷ Μαιάνδρῳ πλεῖστον τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν πόλεων ἔχουσαν σῖτον, εἰς ἄρτους· Μυοῦντα δὲ εἰς ὄψον· Λάμψακον δὲ ἀμπελόφυτον, ἔχουσαν χώραν πολλὴν, εἰς οἶνον.*

Ei rex donaverat] Xerxes. Strabo XIII. Artaxerxes. Thucyd. Plutarch. Sed Plutarchus adjungit, ex Neante et Phania, Percopen sive Percoten et Palæscepsin pro vestitu Themistocli ab Artaxerxe datas. Sic Anthylla regis uxoribus in calceamentum data; Herod. II. *Keuchen.* Magnorum Principum antiqua consuetudo; qui Satrapis et Dynastis suis, aliisque quibus cupiebant, certas vel provincias vel urbes assignabant, unde vectigalia in usus suos exigerent. Sic legimus antiquæ reginæ cuidam Ægyptum datam fuisse *εἰς κόσμον* a marito: Themistocli Lampsacum datum erat *εἰς οἶνον*, Magnesia *εἰς ἄρτον*, Myus *εἰς ὄψον*, Percota et Palæscepsis *εἰς στρωμνὴν καὶ ἱματισμόν*. Similia narrantur de Pytarco, de Alcibiade, de aliis. Sic etiam legimus Ægypti reges ab aliis urbium suarum esculenta, ab aliis poculenta, ab aliis stragula solitos exigere. Vide Aristeam. *Casaubon.*

Quæ ei panem præberet] Venuste *præberet*. Quod vocabulum est rei familiaris, *καὶ τῶν πρὸς τὸν βίον.*

Redibant] Propr. Verb. Sic supr. paullo 'pecunia quæ ex metallis redibat.' Hinc reditus pro censu. *Schottus.*

Lampsacum] Opidum imprimis Asiæ clarum et nobile vocat Lucilius apud Nonium. *Lampsacum*] Male *Lamsacum* in Excerpt. Diodor. *Λάμψακον.* Et statim *Smyrnam*, pro *Myuntem*; in Boecleri Mss. corruptius, et *κατ' ἀνιστορίαν. Keuchen.*

Unde vinum sumeret] *Λάμψακον δὲ ἀμπελόφυτον, ἔχουσαν χώραν πολλὴν, εἰς οἶνον.* Diod. Unde haud dubie a Priapo condita scribitur illa civitas, Bacchi et Veneris filio. De qua re subtilissime Plutarchus in libello de claris mulieribus. Sed et Demosthenes *Πριάπου κτίσμα* appellat. Vide Servium ad IV. Georg.

Myuntem] Ubi ingens piscium ubertas et copia, *ἔχουσα θάλατταν εὔιχθυν.* Diod. Hinc Themistocli in obsonium data. Thucyd. Sita urbs ad ostia Mæandri fluminis. Strabo, Plin. Pausan. Herodot.

Ad nostram memoriam] Arbitrarer utique Probum id quoque ex Thucydide vertisse, nisi scirem Pausaniam, qui longe ætate fuit Probo posterior, testari Athenis suo tempore Themistoclis monumentum adhuc exstitisse prope portum maximum. *Longolius.* *Καὶ πρὸς τῷ μεγίστῳ λιμένι τάφος Θεμιστοκλέους. Pausan.*

Statuæ in foro Magnesiæ] Plutarchus in foro Magnetum non Themistoclis statuas, sed sepulchrum exstitisse ait. Potuit et Magnesiæ, et juxta Piræeum fuisse Themistoclis sepulchrum. Nam Pausanias ejus ossa Magnesia, ubi primum sepulchro conditus est, in Atticam translata fuisse tradit. Etsi enim exhumatum sit cadaver, non tamen videtur dirutum fuisse sepulchrum, quod fuit (teste Plutarcho) illustrissimum: cui et statuæ, quarum Probus mentionem

facit, junctæ fuisse videntur. Mos enim antiquus fuit, defuncti statuas sepulchro imponere. *Mag.* Sic forum Antiochiæ, Germanici; Megarensium Corœbi Mausolæis celebrabatur. Qui eximius honor apud antiquos. Strabo περίβολον vocat conditorium Alexandri, quod in medio fuit urbis Alexandriæ. Idem σῆμα appellat illum locum (non enim σῶμα legendum) in quo καμαιτήρια regum ac imperatorum. Sed notandum, solis Ducibus illud concessum. Vide Servium Sulpitium ad Ciceronem lib. IV. Epist. ad Famil. Infra Nepos de Dione: 'In urbe, celeberrimo loco elatus publice, sepulchri monumento donatus est.' *Keuchen.*

De cujus morte multimodis] Concisim deterioris notæ libri *multis modis.* Excerpta *multimodis*, quomodo edendum curavimus secundum veterum scripturam et analogiam. *Multimodis* antiquum adverbium apud Turnebum Advers. l. VI. 14. Nec aliter ex suis libris optimus Gifanius Conlect. Lucret. pag. 379. et Joan. Savaro. *Idem.* Appuleius, 'quarum substantia multimoda potestatum coitione conficitur.' Vetus poëta apud Ciceronem de Oratore: 'Multimodis sum circumventus morbo, exsulio, atque inopia.' *Gebhard.* Vide Juretum in Symmach. l. XIII. *De cujus morte*] Hieronymus epistol. XI. ad Nepot. 'Sapiens vir Græciæ Themistocles, cum expletis centum et septem annis se mori cerneret, dixisse fertur, se dolere, quod tum egrederetur e vita, quando sapere cœpisset.' Sed vel corruptus locus, legendumque *Theophrastus*, vel sanctus pater memoria lapsus est. Vid. Casaubon. ad Theophrasti Charact. p. 97. et Phil. Carolum Var. lect. II. 7.

Morbo mortuum] Thucydides: Νοσήσας δὲ τελευτᾷ τὸν βίον. *Lambin.*

Venenum sua sponte sumsisse] Tauri sanguinem, quod celerrime coëat et durescat. Plin. Aristot. Diodor. Videtur autem istud sacrificium peragere voluisse brevi iturus in expeditionem Dianæ Λευκόφρυι. Valer. Max. l. V. 6. 'Themistocles, quem virtus sua victorem, injuria Patriæ imperatorem Persarum fecerat, ut si ab ea oppugnanda abstineret, instituto sacrificio exceptum patera tauri sanguinem hausit: et ante ipsam aram quasi quædam pietatis clara victima concidit.' Scholiorum Auctor in Aristophanis equites: Ἐν Μαγνησίᾳ γενόμενος θύων τελευτᾷ, καὶ μετὰ θάνατον τὸν μισοβάρβαρον ἐνδεικνύμενος τρόπον. Et paullo post: Σύμμαχος δέ φησι ψεύδεσθαι περὶ Θεμιστοκλέους. οὔτε γὰρ Ἡρόδοτος, οὔτε Θουκυδίδης ἱστορεῖ. Ἔστι γοῦν ἀπὸ Σοφοκλέους Ἑλένης· Ἐμοὶ δὲ λῷστον αἷμα ταύρου γ' ἐκπιεῖν, Καὶ μή γε πλείω τῶνδ' ἔχειν δυσφημίας. Τινὲς δέ φασιν, ὅτι Σοφοκλῆς περὶ Θεμιστοκλέους τοῦτό φησι· ψεύδονται δὲ, οὐ γάρ ἐστι πιθανόν. Opinionis originem, qua hausto immolati tauri sanguine Themistoclem sibi mortem conscivisse credebatur, aperit: nempe ex vitiosa Sophoclei dicti interpretatione ortam putat, ad cujusmodi fatum allusisse Tragicus vulgo existimabatur. Etsi Thucydides, Herodotus, aliique nihil de sanguine taurino prodiderint, tamen plures reperire licet, quibus hæc opinio sit firmiter accepta; quam illos qui Thucydidi assensum commodent. Videatur Cicero Bruto: 'Nam quem Thucydides, qui et Atheniensis erat, et summo loco natus, summusque vir et paullo ætate posterior, tantum mortuum scripsit, et in Attica clam humatum: addidit fuisse suspicionem sibi veneno conscivisse mortem. Hunc isti aiunt, cum taurum immolavisset, excepisse sanguinem patera, et eo epoto mortuum concidisse.' Sic Diodorus lib. XI. et Hieronymus: 'Xerxes rex potentissimus et ditissimus adversum Græciam innumerabilem duxit exercitum,

et ea gessit, quæ Græcorum narrant historiæ. Succendit enim Athenas sub principe Callia, bellumque ex eo tempore gestum est in Thermopylis, et apud Salaminam navale certamen, quando Sophocles et Euripides clari habebantur, et Themistocles in Persas fugiens, hausto tauri sanguine periit.' Græcus quidam Scriptor apud Aristophanis Explanatorem: Themistocles *παραγενόμενος ἅμα τῷ στρατηγῷ* Artaxerxis *εἰς Μαγνησίαν, καὶ καταγνοὺς ἑαυτοῦ, εἰ οἱ δι' αὐτὸν σωθέντες Ἕλληνες εἶτα δουλεύουσι βαρβάροις, προφάσει χρησάμενος ὡς θυσίαν ἐπιτελέσαι βούλοιτο, καὶ ἱερουργῆσαι τῇ Λευκόφρυϊ Ἀρτέμιδι καλουμένῃ, ταύρῳ ὑποθεὶς τὴν φιάλην, καὶ ὑποδεξάμενος τὸ αἷμα καὶ χανδὸν πιὼν ἐτελεύτησεν εὐθέως.* Sic teste Strabone l. I. Geogr. irrumpentibus in Phrygiam Cimmeriis Midas, epoto tauri sanguine obiit: *Ἡνίκα,* inquit, *Μίδαν αἷμά τι ταύρου πιόντα φασὶν ἀπελθεῖν εἰς τὸ χρεών.* Traditque Plutarchus Flaminino, ex quorundam opinione Hannibalem, Midæ et Themistoclis exemplo, taurino sanguine epoto se enecasse. *Gebhard.*

Quum se, quæ regi de Græcia opprimenda pollicitus esset, præstare, &c.] Alludit Cicer. l. X. epist. ad T. Pompon. VII. *Ἄδηλος* Scriptor apud Aristophanis Explanatorem: *Οἱ δέ φασιν, ὅτι συνειδὼς ὁ Θεμιστοκλῆς, ὅτι οὐχ οἷός τε ἦν διαπράξασθαι τῷ βασιλεῖ, ἅπερ ἐπηγγείλατο, οὕτως ἐπὶ τὴν τοῦ θανάτου αἵρεσιν παρεγένετο. Idem.*

Ossa ejus clam in Attica ab amicis esse sepulta] *Τὰ δὲ ὀστᾶ φασι κομισθῆναι αὐτοῦ οἱ προσήκοντες οἴκαδε, κελεύσαντος ἐκείνου, καὶ τεθῆναι κρύφα Ἀθηναίων ἐν τῇ Ἀττικῇ· οὐ γὰρ ἐξῆν θάπτειν ὡς ἐπὶ προδοσίᾳ φυγόντος.* Thucyd. Alii publico decreto factum fuisse prodiderunt jussu oraculi, quod non citius fore pestilentiæ finem responderat, quam si Themistoclis ossa Magnesia reduxissent. *Ἄδηλος* quidam apud Arist. interpretem; *λοιμωξάντων δὲ Ἀθηναίων ὁ θεὸς εἶπε μετάγειν τὰ ὀστᾶ Θεμιστοκλέους. Μαγνήτων δὲ μὴ συγχωρούντων, ᾐτήσαντο ἐπὶ τριάκοντα ἡμέρας ἐναγίσαντες τῷ τάφῳ, καὶ περισκηνώσαντες τὸ χωρίον, λάθρα κομίζοντες ἀνορύξαντες τὰ ὀστᾶ. Gebhard.* De quo Pausanias in Atticis. At Symmachus id falsum esse putat, quod nec Herodotus nec Thucydides hujus rei mentionem faciant. *Longol. Mag.*

Quoniam legibus non concederetur] Leges enim vetabant, ejus, qui vel sacra legisset, vel patriam prodidisset, ossa in Attica sepeliri. Xenophon lib. I. *Ἑλλην.* *Τοῦτο δ' εἰ βούλεσθε, κατὰ τοῦτον τὸν νόμον κρίνατε, ὅς ἐστιν ἐπὶ τοῖς ἱεροσύλοις καὶ προδόταις, ἐάν τις ἢ τὴν πόλιν προδιδῷ, ἢ τὰ ἱερὰ κλέπτῃ, κριθέντα ἐν δικαστηρίῳ, ἂν καταγνωσθῇ, μὴ ταφῆναι ἐν τῇ Ἀττικῇ, τὰ δὲ χρήματα αὐτοῦ δημόσια εἶναι. Lamb.* Quod demonstrat etiam in Phocione Plutarchus. Quem usum tamen Romanos non observasse, liquet ex Ovidio Tristium l. III. Eleg. 3. Solenne hoc etiam nostris JCtis in Pandect. sub Tit. De cadaveribus punitorum: Deportatorum et relegatorum corpora minime transferri. *Mag.* Gravissimum namque proditionis crimen, ut et læsæ Majestatis: quod et liberi etsi innoxii luunt, patriaque his interdicitur, quam prodidere. Respexit huc Virgilian. Sinon: 'Nec mihi jam patriam antiquam spes ulla videndi Nec dulces natos, exoptatumque parentem; Quos illi fors ad pœnas ob nostra reposcent Effugia, et culpam hanc miserorum morte piabunt.' Vide Kirchman. de Funer. Roman. append. et Gutherium de Jure manium I. 7. *Schott.*

De THEMISTOCLIS rebus vide Plutarchum in vita. Herodotum VIII. Diod. Sic. XI. Bibliothecæ, Thucyd. III. Suid. v. *Themistocles.* Ælianum passim. Just. II. Val. Max. et Frontinum. Cicer. Pausan. passim. Polisen. I. &c. *Boeclerus.* Multa quoque

de eo suppeditabant 21. epist. quæ sub ejus nomine circumferuntur. Effigiem e gemma annulari habes inter imagines Ursini num. 141. quam tibi exhibemus.



Apud Fulvium Ursinum in Gemma.

Paullo diversam exhibet nummus meus, his circum literis, ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΗΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ; in postica parte Victoriæ proræ navis insistens, dextra palmam, sinistra lanceam tenens cum literis ΚΑΤΑ ΠΕΡΣΩΝ.

III. ARISTIDES.

CAP. 1. *Aristides*] De hoc Plutarch. in ejus vita et apophtheg. Herod. lib. VIII. Val. VI. 5. *Savaro.*

Lysimachi filius, Atheniensis] Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου, ἀνὴρ Ἀθηναῖος. Herodot. Plutarch.

Æqualis fere fuit Themistocli] Σύγχρονος sive ὁμῆλιξ. Attico: 'Qua ex re pueritia nobilis inter æquales ferebatur.' Curtius Ruffus lib. VIII. 67. m. 'Attalum etiam æqualem sibi et haut disparem habitu oris et corporis, utique cum procul viseretur, veste regia exornat.' Lactantio lib. I. Inst. cap. 5. vocatur Orpheus 'æqualis ipsorum Deorum:' siquidem inter Argonautas cum Tyndaridis et Hercule navigarit. *Gebhard.*

De principatu contendit] Ὑπὲρ τοῦ πρωτείου. Fuisse contentionem inter Aristidem et Themistoclem etiam a pueris, testantur Plutarchus in Aristide, Herodotus Urania, Diodorus et Polyænus: Ἀριστείδης καὶ Θεμιστοκλῆς ἐχθρότατοι πάντων ὄντες διεπολιτεύοντο. Illa per tempus inter utrumque deposita fuit, quando in Græciam transibat Xerxes. Additum fidei pignus elatis digitis, ac eodem loco clamantibus: Τὴν ἔχθραν ἐνταῦθα κατατιθέμεθα, ἕως ἂν πρὸς τὸν Πέρσην διαπολεμήσωμεν. Polyæn. I. Strateg. Causa hujus adducitur a Plutarcho in apophthegm. ἀεὶ καθ' αὑτὸν ἐπολιτεύετο καὶ τὰς ἑταιρείας ἔφευγεν, ὡς τῆς ἀπὸ τῶν φίλων δυνάμεως ἀδικεῖν ἐπαιρούσης. In vita Themistoclis aliam fuisse adserit, nimirum quod in amore Stesileæ præ-

stantis formæ mulieris corrivales fuerunt: id vero ex Aristone philosopho adducit. Mox causam in diversitatem ingeniorum conjicit: Aristides enim placidus et animo tranquillus: Themistocles e contrario fervens, ambitiosus, et novarum rerum cupidus fuisse dicitur. *Long.* Sed est animadvertendum, Plutarchum cum in Themistoclis, tum in Aristidis vita, de puero, non de muliere aut puella esse locutum. Sic enim habet in Themistocle: Ἠράσθησαν γὰρ ἀμφότεροι τοῦ καλοῦ Στησίλεω Τίου τὸ γένος ὄντος, &c. In Aristide vero: Στησίλεω γὰρ, ὃς ἦν γένει Κεῖος, ἠράσθησαν. Vides utrobique de puero Plutarchum scribere. Sed in Themistocle legendum videtur Κίου, vel Κείου, non autem Τίου. *Mag.*

Obtrectarunt inter se] Διεπολιτεύσαντο· contrarias in republica partes foverunt. Epaminonda: 'Habuit obtrectatorem Meneclidem quendam, indidem Thebis, adversarium in administranda republica.' Paterculus lib. II. 43. istiusmodi obtrectationes vocat 'Civiles contentiones.' Valerius lib. III. 8. vocat 'acerrimi studii in administratione Reip. dissidia.' Ejusmodi obtrectationes civiles viguerunt inter P. Africanum Superiorem et Tib. Gracchum, ut videre est ex A. Gellii lib. XII. 8. *Gebhard.*

Quanto antistaret eloquentia innocentiæ] Quanto intervallo præcederet ac superaret innocentiam eloquentia. Ennius Iphigenia: 'Plebes in hoc regi antistat; licet Lacrumare plebi, regi honeste non licet.' Tacit. Annal. II. 33. Apul. Metamorph. lib. IV. 'Tunc inter eos unus, qui robore cæteris antistabat.' Idem lib. VIII. 'Quanquam cæteris omnibus is genere viris antistaret.' Cum accusandi casu: Q. Metellus Numidicus apud Gellium: 'Qua in re quanto universi me unum antistatis, tanto vobis quam mihi, majorem injuriam atque contumeliam facit.' *Gebh.* Sidonius Epist. lib. VII. 14. ibique multa congessimus. *Savaro.*

Quanquam enim adeo] In Excerptis, *cum cum enim adeo;* et in glossa, pro *quanquam.* Sic *unde unde* dicebant, ὁπόθεν οὖν. Terent. Andr. IV. 2. 'ubi ubi erit,' quemadmodum, 'ut ut,' 'qua qua,' et similia. Vide Donatum. *Keuchen.* Videtur aliquid latere.

Excellebat Aristides abstinentia] Id est, integritate, eaque virtute, quæ in eo consistit, ut nulli fiat injuria, nullique res sua auferatur. *Lambin.* Quo etiam nomine illum prædicat Val. Maximus, de abstinentia verba faciens, lib. V. 4. Ac de paupertate ejus Nepos infra. *Schott.* Apuleius in Apologia: 'Eadem est paupertas apud Græcos in Aristide justa, in Phocione benigna, in Epaminonda strenua, in Socrate sapiens, in Homero diserta.'

Cognomine Justus *sit appellatus*] Quod erat cognomentum maxime regium et divinissimum. *Alex. ab Alex.* Diodorus Siculus lib. XI. Καὶ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς δικαιοσύνης δίκαιος ἐπωνομάσθη. Herodotus quoque, ut Aristidis mores accepit, eum censuit ἄριστον ἄνδρα γενέσθαι ἐν Ἀθήνῃσι καὶ δικαιότατον, lib. VIII. 79. Cicero pro Sextio, et Tuscul. V. 'Aristides nonne ob eam causam expulsus est patria, quod præter modum justus esset?' Vide Æschinem Oratione κατὰ Κτησιφ. et περὶ παραπρεσβ. Plutarchum in Vita, ubi multa insignis ejus justitiæ exempla adfert. Val. Maxim. V. 4. *Lambinus. Longol.* Hinc tota scena in Aristidem intenta fuit, cum Athenis olim recitarentur in theatro versus Æschyli: Οὐ γὰρ δοκεῖν δίκαιος, ἀλλ' εἶναι θέλει, Βαθεῖαν αὔλακα διὰ φρενὸς καρπούμενος, Ἀφ' ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα.

A Themistocle collabefactus] Sparserat enim in vulgus Themistocles Aristidem callide efficta modestia in fo-

renai potestate sublatis judiciis regnum adfectare. Alioqui et populus victoriis superbiens factus, ægre ferebat virtutis nomine præ cæteris aliquem excellere; ut refert Plutarchus. *Longol.* Idem civitatis insolentiam et rerum novarum causas incusat. *Mag.*

Testula illa exilio decem annorum] Ostracismo. *ἐξωστρακισμένος ὑπὸ τοῦ δήμου.* Herodot. At non erat Ostracismus improbitatis, ut Plutarchus ait, castigatio; sed honestiore vocabulo dominationis ac gravioris potentiæ, et pœna dicebatur. *Long.* Discrepat autem de Ostraci inscriptione cum a Probo, tum a se ipso. Siquidem in apophth. eum, qui de ejus odii causa interrogatus est, non literarum gnarum scribentemve in ostraco dicit, sed *ἀγράμματον*. In vita vero non de uno, qui esset *ἀγράμματος* et rusticus, peteretque ab Aristide, ut Ostracon inscriberet, sed de multis ait. *Mag.* De illa testula vide Justinum lib. II. Musonium apud Stobæum *περὶ ξένης*.

Exilio decem an. mulct. est] Verum enim vero Athenienses hoc decennali exilio, quod laudi potius quam vitio ducebatur, et pœnæ nomine impositum minime erat, cavebant, ne quis Tyrannide remp. invaderet, ut Athenis Pisistratus, Dionysii Syracusis. Sic refert in Miltiade extremo supra Nepos. *Schott.*

Cedensque animadverteret] Proba lectio, quam omnino requirunt proxime antecedentia. Nihilominus Barthius Advers. XXIV. 9. *cadensque*. Gebhard. Infra in Cimone: 'Nam cum ille vir forti animo invidiæ ingratorum civium cessisset.' Præter Plutarch. in Apophth. ubi aliter et expressius multo clariusque hoc refert: et in vita ejus. De Aristid. exilio Valer. V. 3. *Sav.*

Se ignorare] Id est, non nosse. Terent. Heaut. Plaut. Amphytr. 'Nisi etiam is quoque me ignorabit.' Unde sæpe apud eundem, 'ignobilis oculis meis.' Id est, ne quidem de facie notus. Festus lib. XII. *Sav.*

Cupide] *Tam cupide* Gifanii noster que codex scriptus. *Schott.* Sic legit Scioppius Verisim. IV. 2. Sed displicet id Barthio Advers. lib. XXIV. 18. Apud Suidam est: *πάνυ δίκαιος ὤν. Ernst.* Cæterum etsi laudari debet studium justitiæ in Aristide, tamen imprudenter egit cum 'tam cupide elaboravit, ut præter cæteros justus diceretur.' Quod innuisse videtur quicunque cudi fecit nummum qui penes me est, in cujus uno latere caput Aristidis cum inscript. ΑΡΙΣΤΙΔΗΣ Ο ΔΙΚΑΙΟΣ: in altero mulier sedens dextra baculum tenens: infra: ΒΟΥΛΗΣ ΓΝΩΜΗ: circum ΟΥ ΔΟΚΕΙΝ ΑΛΛ' ΕΙΝΑΙ.

Justus appellaretur] Nimirum cum nimiis opibus abundant resp. in luxum abeunt. Sic Ephesii Hermodorum abesse jusserunt non alio nomine quam quod frugi esset; de quibus illud exstat lepidum Elogium Heracliti, qui *σκοτεινὸς* cognomento Ephesius et ipse fuit: 'Digni sunt Ephesii, qui ad puerum usque omnes strangulentur, quod Hermodorum virum inter ipsos frugi ejecerint.' Addito 'nemo nostrum frugi esto, aut alibi id esto et inter alios.' Strabo Geograph. lib. XIV. *Schott.*

Nam postquam Xerxes] Hunc ad Aristidem exsulem misisse legatos et tria millia Daricorum obtulisse, idem scribit Suidas; apud quem vide, quæ responderit. *Ernst.*

In Græciam descendit] Movit in Græciam. Sic *ἀναβαίνειν* est expeditionem suscipere. Eodem modo, quo Latini *descendere*, Græci *καταβαίνειν* jungunt. Memini apud Diodor. scriptum: *Τεθαῤῥηκότως καταβαίνειν εἰς τὸν πόλεμον.* Xenophon Agesilao: *Ἐπειδὴ ὁ Πέρσης πρόσθεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα διέβη, ἀντιδιαβῆναι ἐπ' αὐτόν. Gebhard. Schott.* Vide Justin. lib. II. in fine. Herod. in Urania. *Savaro.*

Sexto fere anno postquam erat, &c.]

Scriptus et Ultrajectina Editio: *Sexto fere anno, quam erat expulsus.* Nam sic sæpe veteres. Sueton. Claud. 17. 'Sexto quam profectus erat mense, domum rediit.' Curt. IV. 4. 'Tyrus septimo mense, quam oppugnari cœpta erat, capta est.' Plin. H. N. VIII. 42. de equo: 'Terram attingere ore, tridno proximo, quam sit genitus, negant posse.' Et *postquam* proxime antecedit. Verum quarto demum anno revocatum calculus annorum evincit. Revocatus enim Olympiad. LXXV. anno 1. Pulsus autem Olympiad. LXXIV. anno 2. Vide Chronologiam nostram. *Schott.*

Plebiscito] Κατὰ ψήφισμα τοῦ δήμου. Malim *populi scito*, quomodo et heic in Mss. Dan. ac Leydensi, et in iisdem aut aliis Codd. infr. legitur VII. 5. Id cum abbreviate scriptum esset *ppliscito* vel *pliscito* imperiti in notius mutarunt. Erat autem apud Roman. populi scitum lex, sive jussum a populo factum. Fest. in schedis Farnesian. ut a viris doctis suppletæ sunt: 'Scitum populi dicebatur, quod sine plebe cunctus patricius ordo, rogante patricio, suis suffragiis jussit.' Tacit. Ann. III. 58. Apte igitur Noster Atheniensium decreta 'populi scita' vocat, sicut XV. 7. Decretum de imperio Epaminundæ innuens, ait: populus jusserat. *Buchnerus.*

CAP. 2. *Apud Salamina*] Quod ex Herodoto intelligere licet in Urania. Ubi narrat præclarum et memorabile ejus facinus. Lambinus mallet *Salaminam* aut *Salaminem:* nulla necessitate. Vid. sup. ad II. 2.

Idem Prætor fuit Atheniensium] Ἄρχων sine sorte, virtutis magnæ ergo, extra ordinem electus. Plutarchus in ejus vita docet ex Idomeneo: Καὶ μὴν ἄρξαι γε τὸν Ἀριστείδην ὁ Ἰδομενεὺς, οὐ κυαμευτὸν, ἀλλ' ἑλομένων Ἀθηναίων, φησίν. Vide Joan. Meursii Archontes libro I. c. 9. Prætor hoc loco Στρατηγός. Οἱ Στρατηγοὶ dicti etiam, qui summum magistratum ἀρχόντων tenuere, inter quos sine fabis missis Aristides. Hinc Eunapius æquipollenti dictione στρατοπεδάρχην appellavit, in vita Proæresii. Ubi observa, non sibi elegisse Archontem e civibus suis Athenienses, ut solebant, sed ab Imperatore accepisse. Hinc μέγας στρατηγὸς, et μέγας δοὺξ, gloriosa nomina apud Nicephorum Gregoram et alios. Sed deinceps Magni cognomentum abrogatum et ἁπλῶς Duces appellati. Laonicus Chalcondyles Athenarum ἡγεμόνα dicit, IV. Quo sensu Imperatores a militibus nominati, qui imperium belli suis auspiciis administrandi a populo accepissent. Hunc Veteres, ut notat Justinianus in Novellis, Prætorem vocaverunt. *Keuchen.*

Mardonius] Satrapes, natione Medus. Pausan. Nonnulli hunc cum Mardochæo confundunt, qui patruus Estheræ. Nomen non admodum abludit, sed ætas, atque aliæ circumstantiæ apud Herodotum. *Keuchen.*

Fusus] Lapide percussus. Plut. in Arist. Reliquit illum in Græcia Xerxes post cladem Salaminiam. Herodot. in Calliope. Justin. XI. Orosius XI.

Neque aliud est ullum] Sane Thucydides et Plutarchus non segnem operam in Marathonia quoque pugna apud Miltiadem, quem consilio et sagacitate juvit, ab illo navatam prædicant. Verum quia non fuit ambitiosus, victoriam animis ferventioribus concessit, ut Miltiadi Marathonæ, Themistocli Salaminæ, Pausaniæ Platææ. *Longol.*

Justitiæ vero et æquitatis multa] Exempla hæc commemorat M. Tullius lib. III. Officiorum, quod Themistocles Lacedæmoniorum classem incendi posse Aristidi suggessisset, qui utile id quidem, non tamen honestum fore ratus, dissensit. Æquitatis autem illud exemplum, ab universa Græcia tributorum arbitrum electum, omnibus placuisse, gratum

que constitisse, ut mox Nepos commemorat. *Schott.* Æquitas hoc loco ἡ μετριότης, cui opponitur παρανομία et intemperantia. *Boeder.*

Et innocentia] Innocentiam equidem Aristidi non abjudico supra prædicantam: illud moneo, hoc loco *continentiam* potius rescribendam videri, quam virtutem mox abstinentiam nominat, quæ sæpe in iisdem adhiberi solent, ut ad Scriptorem de Viris Illustribus annotare me memini. *Schott.* Frustra: *innocentia* enim quandoque est continentia vel abstinentia, et avaritiæ opponitur. Vid. Cicer. pro L. Manil. c. 13. Val. Maximus lib. v. 4. 'Aristides, quo totius Græciæ justitia censetur, continentiæ quoque eximium specimen.'

Intemperantia] Impotentia, sævitia, superbia, βαρύτητι.

Et justitia factum est Aristidis] Vide Diodorum Siculum lib. xi. Plutar. in Aristide, et Thucydidem lib. i. Tradunt Scriptores, illum, ut ictum fœdus cum omni Græcia firmaret, post diras execrationes, accensos ferreos orbes in mare dejecisse; adjurans, ut ita extinguerentur cum omni stirpe et gente, qui contra fœdus irent, veluti ignitum illud ferrum aqua. *Alex. ab Alex.*

Bellum renovare] De novo et integro inferre. Hamilcare: 'Sed ita, ut statim mente agitaret, si paullum modo res essent refectæ, bellum renovare.' Hirt. lib. viii. 1. 'Complures eodem tempore civitates renovare belli consilia nitebantur.' Tacit. Annal. iii. 20. 'Eodem anno Tacfarinas, quem priore æstate pulsum a Camillo memoravi, bellum in Africa renovat.' *Gebh.*

CAP. 3. *Quantum pecuniæ quæque civitas daret*] Συντάξεις appellarunt Athenienses nomine specioso et leni, quia nomen φόρος moleste ferebant Græci, inquit Harpocratio. Isocrates περὶ εἰρήνης. 'Ημεῖς γὰρ οἰόμεθα μὲν, ἢν τὴν θάλατταν πλέωμεν πολλαῖς τριήρεσι, καὶ βιαζώμεθα τὰς πόλεις συντάξεις διδόναι. Appellabant tamen et φόρους, ἀπὸ τοῦ φέρειν. Æschines περὶ παραπρεσβ. 'Ως ἂν 'Αριστείδης, ὁ τοὺς φόρους τάξας τοῖς 'Ελλησιν, ὁ δίκαιος ἐπικαλούμενος. *Lambin.* Vide collecta Meursio Fortun. Attic. cap. 7. p. 67. et seqq.

Quadringenta et sexaginta talenta] Cod. P. Dan. *Quadringena et sexagena.* Sic Schotti ac Gifanii: ut infra in Alcibiade: 'Quinquagena talenta vectigalis capiebat.' Si vel minima talenta Attica accipias, summam efficient nostri æris ducenties septuagies sexies mille aureorum coronatorum. *Schott.*

Id enim commune ærarium esse] Ταμιεῖον Δῆλος ἦν αὐτοῖς, καὶ ξύνοδοι ἐς τὸ ἱερὸν ἐγίγνοντο. Thucyd. Erat enim locus munitissimus et nulli suspectus. Vel forte intellexit Delii templum, quod in magna veneratione, nedum Græcis, sed exteris etiam gentibus erat. *Mag.* Solebant antiqui thesauros privatos et publicos in Deorum templis ac fanis deponere, ut eorum religione ac metu securitas pararetur; aut loca illa sacra et inviolata essent. Passim exempla præbent Historici et alii. De templo Hierosolymitano, auctor Hegesippus lib. i. 17. Abbas Uspergens. in Chron. De æde Saturni apud Romanos, Juvenal. Scholiast. De templo Dianæ, infra Nepos. Sic Macedones in oppido Quinta juxta Tharsum, Syracusani in Labdalo castello, Assyrii Susis, Persæ, Gazæ, Ebræi in Thrace et Tauro Hiericuntis, Tigrani in Bambinsa et Olena, Babylonii in Zeugmate juxta Euphratem, alii alio loco sua χρήματα ad belli opus deponebant. Cujus rei rationem habes apud Minutium in Octavio, et alios. *Keuchen.* De eo multa collegit Ferrandus Adduensis Insuber J. C. in libro observ. *Schott.* Adde Brodæum Miscell. iv. 17.

Athenas translata] Vid. Just. iii, 6. 4.

Nullum est certius indicium] Τάξας

δὲ τοὺς φόρους τοῖς Ἕλλησι, τοσούτῳ πτωχότερος ἐπανῆλθεν, ὅσον εἰς τὴν ἀποδημίαν ἀνήλωσεν. Plutarch. Similes fuerunt Epaminondas, Lamachus, Phocion, Pelopidas, atque alii Duces, de quibus passim Hist. Græcorum. Præter Herodot. Aristidem, Frontin. IV. 3. 'idem præstiterunt Athenienses filiis Aristidis, post amplissimarum rerum administrationem, in maxima paupertate defuncti.' *Savaro.*

Decessit] In Ponto, auctores apud Plutarchum. Athenis, alii. Circa Ioniam, Craterus. In Phalereo portu, Plutarchus. Quo fit, ut hallucinatus videatur Seneca, in Consolatione ad Albinam, cap. 13. ubi 'Aristidem capitis damnatum, ductumque ad supplicium fuisse' tradit. Quod de Phocione statuendum, ut disertim refutavit istum locum Just. Lips. Sed quamvis omnes paupertate maxima laborasse Aristidem asserant, Plutarch. tamen in principio vitæ ejus opulentum ex Demetrio Phalereo fuisse asserit. Ante mortem tamen restitutus in pristinum statum quæstura functus est. *Longolius.*

Ut qui efferretur] Alii Codices, *ut quibus efferretur.* Sic fere loquuntur Plautus et Terentius. *Efferre* autem usitate, pro mortuum domo ad sepulturam exportare. In Cimone: 'Pauperes, qui unde efferrentur non reliquissent, suo sumptu extulit.' Eumene: 'Amplo funere extulit.' Attico: 'In funere matris suæ quam extulit annorum nonaginta.' Sic Terentius Andria: 'Effertur: imus.' Ἐκφέρειν dicunt et Græci, ex quo ἐκφορά. Jam vero etiam Aristophanes in Pluto summam paupertatem declarare volens, sic loquitur: Ὡς μακαρίτην, ὦ Δάματερ, τὸν βίον αὐτοῦ κατέλεξας, Εἰ φεισάμενος, καὶ μοχθήσας, καταλείψει μηδὲ ταφῆναι. *Lambin. Savaro.* Talis fuit Agrippa Menenius apud Valer. Maximum lib. IV. 4. et Plinium XXXIII. 10.

Et de communi ærario dotibus datis, collocarentur] Æschines oration. κατὰ Κτησιφ. Ἀριστείδην δὲ τὸν τοὺς φόρους τάξαντα τοῖς Ἕλλησιν, οὗ τελευτήσαντος τὰς θυγατέρας ἐξέδωκεν ὁ δῆμος. Illæ dotes ex Prytanæo spensis in matrimonium datæ. Plutarchus in vita: Καὶ τὰς μὲν θυγατέρας ἱστοροῦσιν ἐκ τοῦ πρυτανείου τοῖς νυμφίοις ἐκδοθῆναι, δημοσίᾳ τῆς πόλεως τὸν γάμον ἐγγυώσης, καὶ προῖκα τρισχιλίας δραχμὰς ἑκατέρᾳ ψηφισαμένης. *Lambin. Longol. Mag.* De hisce vide Meursium Ath. Attic. I. 8. *Collocarentur*] Nuptum darentur. Epaminonda: 'aut virgo amici nubilis et propter paupertatem collocari non posset.' M. Cicero lib. II. de Officiis. 'Cum consuleretur, utrum bono viro pauperi, an minus probato diviti filiam collocares.' Idem de Inventione: 'P. Scipio Corneliam filiam Ti. Graccho collocavit.' De illis quorum filiæ publice ex ærario dotatæ fuerint collocatæ nuptum, vide Val. Maximum lib. IV. 14. de Paupertate laudata. *Gebhard.*

Decessit autem fere post annum quartum] Anno fere post Romam conditam CCLXX. Nam Marathonia pugna CCLX. Urbis conditæ pugnata est, teste Agell. lib. XVII. 21. Themistocles vero obiit Olymp. LXXVII. anno 2. Non igitur Aristidæ filiam duxit Socrates, ut Laërtius lib. II. ait, sed θυγατριδῆν, ut Plutarchus in Aristide, notavitque doctiss. Casaub. in Laërtium. *Schott.* De loco mortis et sepulcro ei publice constructo, vid. Plutarch.

De Aristide videndi Plutarchus in vita, Herodotus in Urania, Diodor. Sicul. XI. Polyænus I. Frontin. IV. 3. Valer. Maxim. V. 3. ext. Justin. II. 15. Cic. passim, Senec. de benefic. IV. 27. et Consol. ad Helv. 13. (ubi tamen errasse videtur Seneca) Æschines contra Ctesiphontem, Suidas. *Boecl.*

IV. PAUSANIAS.

CAP. 1. *Pausanias Lacedæmonius*] Suidas ex Thucydid. et Plutarcho hæc refert: Παυσανίας Κλεομβρότου καὶ Ἀγχιθέας, βασιλεὺς Λακεδαιμονίων. Sic infra quoque rex vocatur. *Ernst.* De patre constat præterea ex Herodoto IX. Plutarch. in Apophth. Lacon. et epigram. veteri apud Athenæum.

Magnus homo] Sic loquuntur Latini. Livius lib. XXX. 10. 'Quæ res minus verendos magnos homines ipsa satietate facit.' Sallust. Orat. 2. ad Cæs. 'Hostem adversum deprimere homini strenuo haud difficile.' *Gebhard.*

Sed varius in omni genere vitæ fuit] Eruditissimo Schotto non assentior τὸ *vitæ* hinc ableganti; cum verba inde ambigua sint evasura: neque illis, qui malunt *vanus*, interpretanturque χαῦνον. 'Antonius varius ingenio,' Flor. IV. Sueton. Galba cap. 9. 'Per octo annos varie et inæqualiter provinciam rexit.' Cicer. Lælio: 'Assentatoris animus varius.' *Idem.*

Sic vitiis est obrutus] Itaque vituperat eum acerrime Diod. Sicul. lib. XI. Οὐκ ἐάσομεν τὴν Παυσανίου κακίαν, καὶ προδοσίαν ἀκατηγόρητον. *Lambin.* Obrutus, id est, obtectus et obscuratus, quod oppositum est τῷ *elucere*. Ergo obruere est obscurare. Statius Theb. l. I. 'Quantum virides Venus addita Nymphas Obruit.' Tacit. Vita Agric. 17. Ita Græci καταχοῦν usurpant. Ἄδηλος apud Suidam: Φιλολογίᾳ τε καὶ ἀτρύτοις πόνοις ἐγκείμενος εὐφυεστέρων καὶ πρεσβυτέρων κατέχωσε δόξας τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι, obruit et obscuravit. Memini ita quoque loqui Ciceronem et Justinum XVIII. 5. *Gebhard.*

Hujus illustrissimum est prælium apud Platæas] Ex Herodoto hoc descripsit: Καὶ νίκην (inquit l. IX.) ἀναιρέεται καλλίστην ἁπασέων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, Παυσανίης ὁ Κλεομβρότου τοῦ Ἀναξανδρίδεω. *Longol.* Incidit illud in Xantippum ἄρχοντα, et uno eodemque die ad Mycalen. Quidam Anonym: Ἡ περὶ Πλαταιὰς μάχη, καὶ ἡ περὶ Μυκάλην, κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν. Videndus quoque Diodorus l. XI. Plutarchus in Aristide, ubi in eadem pugna Xantippidem non Xantippum archontem nominat. *Meursius.* *Illustrissimum est prælium*] Mallet *clarissimum* Schottus, si libri faverent. Ego, cum de celebritate et fama potius quam de magnitudine ipsa et momentis prælii accipitur, non video quid habeat incommodi, cum *illustrandi* vox et *illustrium* isto sensu placeat nostro. Supr. II. 1. 'quo factum est, ut brevi tempore illustraretur.' Id est, fama et auctoritate inclaresceret. XIII. 1. 'Multa hujus sunt præclare facta, sed hæc maxime illustria:' et XXI. 1. *Boecl.*

Satrapes] Præfectus. Vox est Persica. Utitur ea et Terentius Heautont. 'Satrapes si siet Amator nunquam sufferre ejus sumtus queat.' Isocrates Panegyr. Τειγαροῦν οἱ καταβαίνοντες αὐτῶν εἰς τὴν θάλατταν, οὓς καλοῦσι σατράπας. Sic Probus infra, et sæpe alibi. *Lambin.* Universum Persarum imperium in præfecturas et provincias, quas illi Satrapias, earumque rectores Satrapas, appellabant, distributum erat. Satrapæ ergo provinciis præerant, eorumque fidei et curæ Provinciæ committebantur. Horum muneri et officio incumbebat, provincialibus imperare, eorumque utilitatibus prospicere, tributa cogere, primisque custodiis sti-

pendia exsolvere: et quicquid insuper facto opus esset, effectum dare. *Brisson.*

Natione Medus] Persa. Quod idem est. Adeo enim hæ duæ gentes coaluerunt in unam, ut passim apud Græcos reperias Medos pro Persis poni, et μηδίζοντας eos, qui Persis studebant. *Grotius.*

Regis gener] Darii, cujus filiam Artozostren in matrimonio habebat. Quod si de Xerxe capias, gener heic erit sororis maritus. *Gebhard.* Si Herodoto credendum est, Regis fuit sororius. Nam lib. VI. in hunc modum apud illum legitur: Μαρδόνιος ὁ Γοβρύεω ἡλικίην τε νέος ἐὼν καὶ νεωστὶ γεγαμηκὼς βασιλῆος Δαρείου θυγατέρα Ἀρτοζώστρην. Sicut in Conone Pharnabazus 'regis gener' dicitur, hoc est, Artaxerxis. Plutarch. in Artaxerxe. *Savaro. Longol.* Verum hoc tempore non Darius, sed Xerxes Persis imperabat, de quo si capias *gener*, hic erit sororis maritus, (qui in Timoleonte 'affinis') quo modo et Justinus lib. XVIII. fecit, Sichæum Pygmalionis generum vocans. Etsi Corradus in Comment. ad l. I. Virg. Æneid. hunc Justini locum corruptum putet. *Mag.* Ergo *gener* est sororis maritus, quod ex Sophoclis Œdipo, ac aliis scriptoribus notavit Vir incomparabilis Jacob. Cujacius, Observat. VI. 17. Quemodo et Ditmarus et Witichindus Saxo lib. I. loquuti sunt. Sic Cedrenus Iothor Socerum Moysis vocat πενθερὸν ἢ γαμβρόν. Ut quicunque uxorem alteri dat, aut filiam, aut sororem, ejus gener dicatur. Fortasse et qui ducit, *gener* dicitur: quo sensu ἐπιγαμβρεύειν legimus Matth. XXII. 24. B. Zonaras in Stauracio generale vocabulum restringit γαμβρὸν ἐπὶ τῇ ἀδελφῇ. Cæterum istiusmodi nomina cognationum et affinitatum ab auctoribus non Jurisconsultis confundi sæpe, corrumpique, demonstrat præter alios Alb. Gentilis lib. V. de nuptiis, p. 448. et seq. *Berneccerus.*

Manu fortis] Frequens illud apud Cornelium. Sic in Datame, Timoleonte, Epaminonda, et aliis locis.

Consilii plenus] Licet tamen intelligere ex Herodoto, in Calliope, in Mardonio plus fuisse audaciæ quam consilii vel prudentiæ. *Lambin.*

Cum ducentis millibus peditum] XXX. barbarorum myriadibus. Herodot. I. Diodor. CCC. armatorum millibus a Xerxe relictis. Justin. l. XI. Græcorum sociorum fuerunt V. Myriades. Herodot. Constructa post prælium victori Pausaniæ pulcherrima porticus, cui a Persis profligatis nomen inditum. Vitruvius lib. I. 1.

Viritim] Erat, ut hinc apparet, ista delectus ratio, qua vir virum suæ salutis causa legerat, cum quo in præliis versaretur, et apud Orientis populos non incognita. Romanis et Reliquæ Italiæ non fuisse insolentem docet Livius IX. 39. 'Cum vir virum legisset,' de Germanis Cæsar de B. G. I. 48. Just. II. 13. *Gebhard.*

Cecidit] Lapide ictus. Plutarch. ἀθέοντα. Ovid. 'Cum cecidit fato Consul uterque pari.' Thrasyb. 'In secundo prælio cecidit Critias.' Datame: 'Cadit in prælio adolescens.' Justin. lib. XX. 'Non tamen immemores pristinæ gloriæ cecidere.' *Gebh.*

Qua victoria elatus] Μετεωρισθεὶς, ἀρθείς. Lysandro: 'Hac victoria Lysander elatus.' Tac. Ann. XII. 29. 'Ne hac fortuna elati nostram quoque pacem turbarent.' Cæs. de B. G. VII. 47. 'Elati spe celeris victoriæ.' Front. I. 13. 'Hannibal successibus præliorum insolens.' Et I. 11. 'Exercitus Samnitum successibus tumidus.' Hanc causam quoque prodit Aristoteles: nam ut solus Spartæ cæterisque Græcis imperaret Pausanias, nova consilia cum Xerxe iniisse ab eodem perhibetur, Politic. lib. V. 7. Ἔτι ἐάν τις μέγας ᾖ καὶ δυνάμενος ἔτι μείζων εἶναι, ἵνα μοναρχῇ· ὥσπερ ἐν Λακεδαίμονι δοκεῖ

Pausanias ὁ στρατηγήσας κατὰ τὸν Μηδικὸν πόλεμον. *Gebhard.* Atque hinc exorta est ingens rerum luxuries, et libidinum illecebræ, de quibus disertim Alexander Neapolitanus lib. II. 11. Genialium dierum.

Plurima miscere] Συγκυκᾷν, ταράττειν. Cicero pro Milone: 'Quanto ille plura miscebat, tanto hic magis convalescebat.' *Gebhard.*

Tripodem aureum] In plerisque certaminibus præmium fuit τρίπους, quem victor non auferebat domum, sed ei Deo consecrabat, in cujus honorem celebrabatur ludicrum. Hi sunt τρίποδες χορηγικοὶ, quorum mentione Græca omnis historia, maxime autem Attica, refertissima est. *Casaubon.*

Epigrammate scripto] Quod a Thucydide hunc in modum recitatur: Ἑλλήνων ἀρχηγὸς, ἐπεὶ στρατὸν ὤλεσε Μήδων, Παυσανίας, Φοίβῳ μνῆμ' ἀνέθηκε τόδε. Idem fecisse illum Byzantii in poculo Diis littoralibus dicato Nymphis, Heracleotes apud Athenæum narrat: Μνᾶμ' ἀρετᾶς ἀνέθηκε Ποσειδάωνι ἄνακτι Παυσανίας, ἄρχων Ἑλλάδος εὐρυχόρου, Πόντου ἐπ' Εὐξείνου, Λακεδαιμόνιος γένος υἱὸς Κλεομβρότου, Ἀρχαίας Ἡρακλέος γενεᾶς. *Longol.* Huic nostræ inscriptioni plane gemina est concinnitate brevitateque illa Taciti Ann. II. 22. *Boecler.*

Victoriæ ergo] Majusculis literis scriptum reperi. Exstat vero apud Thucydidem elogium disticho comprehensum lib. 1. *Schott.*

Donum dedisse] Vide Boeclerum, qui inter solennia hoc refert ex Brissonio Form. lib. I.

Hos versus Lacedæmonii exsculpserunt] Vel *exculpserunt*. Thucydides: Τὸ μὲν οὖν ἐλεγεῖον οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐξεκόλαψαν. Quod præfero. Tres sunt artes, cælatura, scalptura, sculptura; quarum differentias pauci capiunt. At sculpturam a scalptura auctor Glossar. videtur distinguere ratione materiæ: ut hæc sit in auro, argento, argilla, et similibus: illa in lapidibus. Sic Gloss. *Sculpit*, γλύφει λίθον. *Sculptor*, λιθογλύφος. *Keuchen.* Nove dictum est, neque quod sciam Latinorum quisquam *exculpere* pro *eradere* dixit: ἐκκολάπτειν autem Thucydidi significat quod exsculptum fuit eradere, exscindere. *Longol.*

Neque aliud scripserunt] Καὶ ἐπέγραψαν ὀνομαστὶ τὰς πόλεις, ὅσαι συγκαθελοῦσαι τὸν βάρβαρον, ἔστησαν τὸ ἀνάθημα. Thucyd. lib. I.

CAP. 2. *Post id prælium*] Vide Diodorum Siculum lib. XI. Additus ei etiam collega Aristides. Quod frequens in Historia Græca. Alcibiade: 'Duo præterea collegæ dati Nicias et Lamachus.' Ad quem locum plura notavimus. *Keuchen.*

Cum classe communi] XXX. triremibus. Diodor.

Cyprum atque Hellespontum] Diodorus, latiore significatione, τὰς Ἑλληνίδας πόλεις vocat, ὅσαι βαρβαρικαῖς διέμενον ἔτι φρουρούμεναι.

Byzantio expugnat] De quo magna adhuc lis est sub Historicis. Alii enim a Pausania conditum, alii expugnatum tradidere. Prioris opinionis sunt Isidorus, Justinus, et auctor is, qui nugas Curialium conscripsit. Sed credibile est, jamdudum a Byzante Urbem conditam, quod et ratio temporis, et plurimi scriptorum evincunt. Vide sis ad hanc rem Justi Lipsii commentarium in lib. XII. Taciti Annalium; et Vossii ad IX. Justini. Urbs illa a pluribus condita scribitur, id est, a multis aucta, et restituta, quemadmodum de Babylone et aliis evidentissimum. *Keuch.*

Complures Persarum nobiles] Εἶχον δὲ Μῆδοι αὐτὸ, καὶ βασιλέως προσήκοντές τινες καὶ συγγενεῖς, οἳ ἑάλωσαν ἐν αὐτῷ. Thucyd.

Nonnullos regis propinquos] Cognatos, qui hic honoris causa dicebantur. Quod contra Casaubonum et alios. Thucydides utitur vocabulo συγγενῶν, quod in eadem significatione a Græcis usurpatum. *Keuch.*

Gongylum Eretriensem] Sic legendum, non, ut alii codices habent, *Cretensem*. Nam et Thucydides et Diodorus Siculus, libris indicatis, *Eretriensem* dicunt, ad quos accedat Xenophon l. III. Ἑλλην. Δῶρον δὲ καὶ αὗται αἱ πόλεις ἦσαν παρὰ βασιλέως Γογγύλῳ, ὅτι μόνος Ἐρετριέων Μηδίσας ἔφυγεν. *Longol. Lambin.*

In quibus hæc fuisse scripta] Vide Epistolam apud Thucydidem; nam ad verbum fere ab Æmilio versa est.

Des ei filiam tuam nuptum] In Dione: 'Aretem Dionis uxorem alii nuptum dedit.' Paciscuntur illa vincula necessitudinum proditores ac transfugæ, vel ad perfidiam sollicitatis offeruntur ad securitatem obsignandam. Curt. III. 6. 'Nec salutem suam Philippo committeret: mille talentis a Dario et spe nuptiarum sororis esse corruptum.' Diod. lib. II. *Gebh.* Adde Ampliss. Freinshem. ad Curtium loco citato.

Se adjuvante redacturum pollicetur] Longol. edidit, *Te adjuvante redacturum se pollicetur*, sensu plano, et proxime ad veram lectionem accedente; sed invitis libris, qui consensu τὸ *se* exhibent in prioribus, in postremis non agnoscunt. Doctissimus Gronovius censebat, aut superfluum esse τὸ *adjuvante*, aut scribendum *redactum iri*. Ego vix dubito quin ita scripserit Nepos: *Græc. sub tuam pot. se, adjuvante te, redact. pollic.* ut exciderit vocula *te*, quoniam eædem literæ in fine præcedentis legebantur.

His de rebus si quid geri] *Horum igitur si quid* Longol. Lambin. Quod respondet Græco Thucydidis. Εἰ οὖν τι τούτων ἀρέσκει. Unde hæc quoque descripta epistola est.

Certum hominem] Fidum, cui tuto fidere possis. Sic sæpe Noster, itemque Cic. et alii. Thucyd. ἄνδρα πιστόν.

Certum hominem ad eum mittas face] *Face* ἀρχαϊκὸν, pro *fac*, constanter in omnibus. Sic *dice* apud Festum, *edice* apud Maronem lib. XI. ut observat Diomed. l. I. Vide Priscian. *Keuch.*

Artabazum] Pharnaci filium. Thucydid. I. Herodot. IX. Nomen illud summum præfectum notat. Ἄρτας enim est clarus, magnus, splendidus. עריץ, *Ariths*, autem validum significat; unde et Ἄρης Græcorum et Heros nomen suum accepere. Qui apud Ægyptios *Arte* vocabatur. Neque ab illis Persæ multum differunt. Ἀρταῖοι enim Persis Heroës, sicut Hesychius testatur et Stephanus. *Thysius.* Quam congessit Magnus Boxhornius explicationem nominis *Artabazi*, heic inserere visum. Ita ille: *Bassus, Bessus*, præfectus. Est quidem proprium illud apud Persas nomen, sed ex appellativo, quod præfectum notat, factum; quemadmodum et *Artabazus*, quod significat Principem purpuratorum. *Bassa* proprie Turcis, qui ex Scythis orti, quemadmodum et Persæ, notat *caput*. Cui simillimum est vetus Saxonicum *Beah*, vel, ut alii scribunt, *Beas*, quod ornamentum capitis, coronam, et galeam, et caput interpretatur Vir Eruditissim. Joannes Latius in Lexico suo Anglo-Saxonico. Leonclavius in Onomastico: '*Bassa* et *Bassi* Turcis *caput*. *Bassilire*, *capita*, sive *duces*, ut a κεφαλὴ Græcis sunt dicti κεφαλάδες; nostris, a *capite*, *Capitanei*.' Noti hodie in aula et imperio Ottomannidarum *Bassæ*, id est, Præfecti. Neque dubitandum, quin ex Scythico illo vetustissimo vocabulo factum sit Græcorum βασιλεὺς, id est, Rex. Hæc ille. *Boxhorn.*

Domum revocatus] Thucydides: Λακεδαιμόνιοι ἀνεκάλεσαν αὐτόν. *Lambin.*

Accusatus capitis] A Peloponnesiis. Diodor. XI.

Multatur tamen pecunia] Animadvertis multatos Lacedæmone infamia haud carere; eoque ipso mandata provincia sive imperio excidere, nec non patria; nisi eam insigni facto meritove recuperassent. Vide Po-

lysandrum lib. II. in Clearcho, comment. 7. Nepos infra in Pelopida: 'Idque suo privato, non publico fecit consilio [de Phœbida loquitur]; quo facto eum Lacedæmonii ab exercitu removerunt, pecuniaque multarunt.' *Gebh.*

CAP. 3. *Cogitata*] Sic restitui ex Thucydide, pro quo vulgati codices habebant mendose, *cognita*: Sic autem ille: Ἀλλ' ἔργοις βραχέσι προυδήλου, ἃ τῇ γνώμῃ μειζόνως ἐσέπειτα ἔμελλε πράξειν. Quod si quis malit reponi *conata*, equidem non repugnem, quin ei valde assentiar. Nam hæc scriptura magis cum verbis Thucydidis quam superior congruit. *Lambin.* Cæsar de Bell. Gall. lib. I. 3. 'Perfacile factu esse illis probat conata perficere.' Velleius Patercul. lib. II. 29. 'Privatus ut opibus, ita consiliis magna ausus magnificeque conata executus.' Sueton. Galba cap. 17. 'Faciliorem occasionem M. Salvio Othoni præbuit perficiendi conata.' Juven. Satyr. XIII. 'Nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum, Facti crimen habet. Cedo, si conata peregit?' *Gebhard.*

Non enim mores patrios solum, sed etiam cultum, vestitumque mutavit] Valerius Maximus lib. II. 6. 'Pausanias, qui maximis operibus editis, ut primum se Asiæ moribus permisit, fortitudinem suam effœminato ejus cultu mollire non erubuit.' Huic non absimilis fuit Darius Codomannus apud Gregoram, et post illum Alexander apud Diodorum, Curtium, Athenæum. Solent autem illi una cum vestibus exoticis mores patrios exuere, et aliarum gentium, quarum vestitum imitantur, mores induere. Unde Poëta, 'Affectus patrios patria cum veste relinquunt.' *Keuchenius.* Liv. lib. XXIV. cap. de Hieronymo Siciliæ rege: 'Hinc tam superbum,' inquit, 'apparatum habitumque convenientes sequebantur mores; contemtus omnium hominum, superbæ aures, contumeliosa dicta.' Curt. lib. VI. 32. 'Et ille se quidem Persarum spolia gestare dicebat, sed cum illis quoque mores induerat, superbiamque habitus animi insolentia sequebatur.' Solent enim ejus gentis, cujus gratiam ac studia aucupantur, vestitum quoque atque habitum assumere: deinde, ad quos animo desciverunt, cultu quoque degenerare. De Germanico Tacit. Annal. lib. II. 59. Valerius lib. III. 6. 1. de P. Scipione. Florus lib. IV. 11. de M. Antonio: Non solum autem transfugæ patriique moris desertores devinciendis iis, quorum opes adulantur, peregrinis vestibus se onerant; sed legati etiam eorum, ad quos a superioribus missi adeunt, habitum æmulantur. Exagitat hoc in Ruffino Claud. lib. II. vs. 75. et sequent. Cæterum ut hic Pausanias Persicum habitum assimulaverat, quod ad eos transire meditatus erat: ita qui Lacedæmoniis studebant, affectum suum cultu eorum assumpto denudabant. Aristophanes Crabon. Καὶ ξυνὼν Βρασίδᾳ, καὶ φορῶν Κράσπεδα στεμμάτων, τήν θ' ὑπήνην ἄκουρον τρέφων. Scholia addunt ἀντὶ τοῦ Λακωνίζων. ὅτι οἱ Λακωνίζοντες τοιαῦτα ἐπετήδευον. *Gebhard.* Sic et Alexander ob Persicum habitum in invidiam venit, quodque eum Callisthenes eo nomine reprehendisset graves pœnas dedit. Strabo XI. Geograph. *Schott.*

Apparatu regio utebatur] Hæc breviter Thucydides, quæ Probus copiose persequitur. Herodotus tamen lib. IX. narrat, τὸν Παυσανίην γελάσαντα μεταπέμψασθαι τῶν Ἑλλήνων τοὺς στρατηγοὺς, et iis Medorum Ducis amentiam in apparando luxu ostendisse.

Veste Medica] Athenæus lib. XII. Παυσανίας, ὁ Σπαρτιατῶν βασιλεὺς, καταθέμενος τὸν πάτριον τρίβωνα, τὴν Περσικὴν ἐνεδύσατο στολήν. *Lambinus.* Procopius lib. I. belli Persici; vestem serico confectam, Medicam dic-

tam testatur. Justinus lib. XLI. qualis esset Medica vestis, his verbis docet: 'Vestis olim sui moris, [de Parthis loquitur] posteaquam accessere opes, ut Medis, perlucida ac fluida.' Medicam vestem purpuream fuisse, demonstrat Xenophon lib. I. Cyri vitæ: Ταῦτα γὰρ πάντα Μηδικά ἐστι, καὶ οἱ πορφυροῖ χιτῶνες, καὶ οἱ κάνδυες, καὶ στρεπτοὶ περὶ τῇ δερῇ, καὶ ψέλλια περὶ ταῖς χερσίν. *Magius.* Vide incomparabilem Brissonium lib. I. de Regno Persar.

Satellites Medi] Hi sunt Persarum Doryphori, qui in Immortalium numeros relati erant, Μηλοφόροι dicti, quod aurea mala hastis præfixa ferrent. *Brisson.* Melophori Persarum interpretibus Clavatores inepte dicuntur. Mille numero erant satellites Regis, sic appellati a colore vestis melino: incedebant enim πορφυρᾶς καὶ μηλίνας ἠσθημένοι στολάς, ut legimus apud Ælianum et Athenæum. *Casaubon.* Non temere autem, aut forte conscriptos fuisse, verum ἀριστίνδην, Athenæus ait. Hoc quid valeat explicat Moschopulus περὶ σχεδῶν· Ἀριστίνδην ἐκλέγει, ὅταν κατὰ τοὺς ἀρίστους ποιεῖται τὴν ἐκλογήν. Hi in aula Regis excubabant. Persarum porro Reges latus, tam ab externis quam domesticis hostibus, magno stipatorum satellitumque agmine muniebant, qui Δορυφόροι et Αἰχμοφόροι vocabantur. Onomasticum vetus: Δορυφόρος, *stipator, satelles.* Suidas: Δορυφόροι, φύλακες, ὑπηρέται βασιλέως, ὁπλοφόροι, ὑπασπισταί. Dicebantur et Σωματοφύλακες. Idem Onomasticum; Σωματοφύλαξ, *satelles, stipator.* Hujusmodi cohortes ex Persarum potissimum gente conscribebantur. Quanquam ex Ebræis tres adolescentes spectatæ fidei corporis custodes habuerit Darius Ochus; ut ex Josephi lib. XI. 4. Antiq. constat. His custodibus etiam Præfectus dabatur. Porro honori non modico ducebatur in hujusmodi spiculatorum numeros referri. Quibus Reges stipati, ab incurrentibus periculis tutiores reddebantur. Ex illis δορυφόροις unus, sellæ aureæ pedibus regis e curru descendentis subjiciendæ causa, regium currum sequi solitus, ut Athenæus lib. XII. docet. Regii autem stipatores æs non merebant, sed a Rege annonas capiebant, eisque ex Regalis mensæ reliquiis cibaria præstabantur. Hæc fere incomparabilis *Brissonius.*

Epulabatur more Persarum] De Persarum victu legendus Xenophon libro VIII. Κύρου παιδείας. Exponitur a Tullio ex eodem Xenophonte, qui negat ad panes quicquam addere præter nasturtium. Sed intelligendum hoc, antequam Medi a Persis subacti essent. Postquam vero in unum imperium coaluerunt, luxuriam Medorum Persæ arripuerunt. Ad præsentem locum quod attinet, lege Herodot. IX. Plutarch. Ἀποφθ. Λακ. *Keuchen.* Qualis autem fuerit apparatus Persicus copiose ab Athenæo lib. IV. describitur.

Aditum petentibus conveniendi non dabat] Recte additur negandi particula, quod facile videbunt qui Thucydidis hoc intelligunt: Δυσπρόσοδόν τε αὐτὸν παρεῖχε, καὶ τῇ ὀργῇ οὕτω χαλεπῇ ἐχρῆτο ἐς πάντας ὁμοίως, ὥστε μηδένα δύνασθαι προσιέναι. Vide quæ in vita Aristidis ex Plutarcho in hanc sententiam notavimus. Exstat insignis etiam comparatio de hac re apud Aristidem Sophistam in Oratione de laudibus M. Aurelii philosophi. *Aditum petentibus conveniendi non dabat*] Lege *conveniundi* suffragantibus Excerptis. Et sic alibi loquitur. Alcibiade: 'Si modo ejus conveniundi habuisset potestatem.' *Conveniundi* pro *conveniendi*, ut *interficiundi* pro *interficiendi* in ejusdem vita, et alibi sæpius. *Keuchen.* Tacit. Ann. II. 2. 'prompti aditus, obvia comitas, ignotæ Parthis virtutes, nova vitia.' Hoc modo est intelligendus locus

Justin. I. 3. 'Cum admitti magna ambitione ægre obtinuisset.' Est vero admissionum difficultas familiare celsæ potestati vitium. Liv. XXIV. 5. Tacit. Ann. IV. 74. de eo capiendas P. Syri mimus: 'Non semper aurem facilem habet felicitas.' Contra Curtius IX. 45. de Ptolemæo. *Gebhard.* In hoc vituperat, quod laudavit in Miltiade, Alcibiad. et Attico, Nepos. *Savaro.*

Golonas] Non recordor mihi hujus loci nomen alibi occurrisse. *Gebh.*

In agro Troade] Pro *in agro Troadis.* Quomodo in Mss. Nam Troas pro regione vel agro Troadis. Quanquam et alterum non omnino respuerim. *Keuchen.*

Cum scytala miserunt] Ἀλλὰ πέμψαντες κήρυκα οἱ ἔφοροι καὶ σκυτάλην. Thucyd. Quod confirmat Plutarchus; qui per præcones et id genus nuncios hasce literas mitti consuevisse, demonstrat. Sed mira heic Mss. Codicum inconstantia. Scripti Veneti, quos secutus in Collectaneis suis Jac. Constantinus, *cum lana* legunt. Quæ scriptura cum iis, quæ a Probo subduntur, nullo pacto cohæret. Inquit enim: 'In qua, more illorum, erat scriptum:' ubi significat innuitque Scytalam Laconicam. Scribi autem in lanis non potest, et hoc Lacedæmonios aliosve fecisse, nusquam constat. *Mag.* At σφάλμα hoc manavit ex *lava*, quæ supplicum potius erat insigne, ut tænia ac lemnisci exulum. *Schott.* Vide Fest. x. Varronem de Lingua Latina VI. et alios. Alii *lancea* legunt. *Colon. Palatin. Aldin.* Assentiar P. Danieli lectionem *cum clava* asserenti? At Nepos non abhorret Græcis vocabulis, quæ commode Latinis mutari non possunt. Sic Iphicrate non refugit *moram*, et alibi, *Ephori, Ostracismum, astu, acta.* Latini antiquiores non fastidiosi erant in retinendis Græcis. Sic Livius dixit *Pelion ocrim*, de quibus vide Nonium. Formam Scytalæ depingunt Plutarch. in Lysandro, Marcellinus in Thucydidem, Gellius lib. XVII. 9. et Ausonius. Aristophanis Scholiastes in Aves, pag. 601. Usum autem literarum secretiorum præbuisse et hic de scytala annotat. Video autem semper in revocando Imperatores suos scytala usos Lacedæmonios. Xenophon Agesilao, ἐπειδὴ ἦλθεν αὐτῷ σκυτάλη ἀπὸ τῶν οἴκοι τελῶν, βοηθεῖν τῇ πατρίδι ἐπείθετο. Polyænus lib. VIII. οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Ἀσίας αὐτὸν ἀνεκαλέσαντο σκυτάλην πέμψαντες. Colligere ergo licet, scytalen præstitisse omnem usum literarum, tesserarum, atque aliarum id genus notarum. Nam et in pecuniæ summa signanda, et saccis obsignandis scytalen habuisse locum, docet Diodorus libro XIII. de pecunia ex præda Atheniensium Lacedæmonem a Lysandro missa: Ὄντος δὲ τοῦ χρήματος, inquit, ἐν σακκίοις, καὶ ταῦτ' ἔχοντος ἑκάστου σκυτάλην, ἔχουσαν τὴν ἐπιγραφὴν τὸ πλῆθος τοῦ χρήματος δηλοῦσαν. Alium usum memorat Polyæn. lib. I. in Tyrtæo; Ἵνα δὲ ὑπὸ τῶν οἰκείων ἐν τῇ τῶν νεκρῶν ἀναιρέσει γνωρίζοιτο ἕκαστος, ἐπὶ τὰς σκυταλίδας τοὔνομα γραψάντων καὶ περὶ τῇ λαιᾷ χειρὶ φερόντων. Vide Justin. l. III. 5. ubi σκυταλίδας interpretatur *tesseras.* Apud Ciceronem in quadam epist. ad Atticum, 'Scytales Laconicæ' exstant, hoc est, epistolæ breves et obscuræ, ut interpretatur Beroaldus in annotationibus. *Gebhard.* Vide de hac voce Marcelli Donati dilucidationes ad Livium lib. XXXVIII. et Clem. Alexand. XI. strom. *Ernstius.*

Se capitis eum damnaturos] Hostis loco habituros. Thucyd. *Longol.* Id enim legibus eorum licebat facere regibus: de quo vide Grotium de Jur. B. et P. I. 4. 8. et in notis ad eum locum. Ratio, quia (ut infra Noster loquitur XXI. 1.) Spartani reges 'nomine, non potestate;' seu, ut est XVII. 1. 'nomine magis quam imperio reges fuere.'

Hoc minus motus] *Commotus* Edit. Parisiensis; ut et Mss. quod frequens Nepoti: in Datame bis, Alcibiade, Dione, Timoleonte. *Savaro.*

Sperans se etiam pecunia et potentia] Pecunia, qua corrumperet judices aut accusatores; potentia, qua eosdem deterreret; sed neutro valuit: prudentior hac parte Alcibiades fuit, qui absens reus violatæ religionis factus fuga sibi consuluit, infra VII. 4.

Licet enim legibus eorum cuivis Ephoro hoc facere Regi] Imitatio aperta istius Thucydidis: Ἔξεστι δὲ τοῖς ἐφόροις τὸν βασιλέα δρᾶσαι τοῦτο, nempe εἰς εἱρκτὴν ἐμβάλλειν. Similis prorsus descriptio Xenophontæa in regimine pari. Ephororum potestatem atque auctoritatem multis verbis et partibus exagitat Aristoteles lib. II. 7. Politicorum. Plato de Legibus lib. III. ait, Ephororum potestatem tanquam frenum injectum esse Regum imperio. Idem lib. IV. dicit, Ephororum potestatem mirifice esse tyrannicam. *Lamb.* Fuerunt igitur homines imperiosi, quorum exemplo in Thessalia Ædiles, Athenis ἄρχοντες, et postea instituti Romæ Tribuni plebis. Simile quicquam videtur apud Genevates fuisse Senatus ducentorum. Cæterum notandum, Ephoros, ut a Theopompo institutos, sic a Cleomene postea abrogatos fuisse, quorum potestas tamen semper annua, sicut Romæ Consulum. *Keuchen.* Vide Nic. Cragium de rep. Laced. lib. II. 4.

Hinc tamen sese expedivit] Horat. Epod. XI. de se amore vincto: 'Unde expedire non amicorum queant Libera consilia.' Eumene, 'Hinc tamen multis suis amissis se expedivit.' Annibale, Attico. Cicero pro Milone: 'Si vita nostra in aliquas insidias incideret, omnis honesta ratio esset expediendæ salutis.' Et in Verrem: 'Expedire se ex laqueis.' *Gebhard.*

Est genus quoddam hominum] Illustris eruditione et meritis in rem literariam clarissimus Frid. Gronovius mallet: *Est genus quoddam hominum (Helotes vocantur) quorum, &c.* Comparat autem locum Flori III. 3. 'Priores Teutonos sub ipsis Alpium radicibus assecutus, (locum aquas Sextias vocant,) quo, fidem numinum! prælio oppressit.' Sic enim scripserat ille, ubi vulgo ineptissime *in locum quem*. Boecler.

Helotes] *Illotæ* alias *heclotæ*. Excerpta P. Danielis. In Græco est Εἵλωτες· unde *Helotes*. Erant servi quidam publici Lacedæmoniorum, præfecti agris arandis ac excolendis. De quibus vide sis Suidam in Εἵλως, Platon. VI. de Legibus, Aristotel. Polit. II. 7. et Janum Gebhardum ad Æliani ποικίλην, lib. III. 20. Similes apud Thessalos Penestæ habebantur; quorum tamen tantum jus fuit, ut in civitatem Spartanam adsciscì possent. *Keuchen.*

Hos quoque sollicitare spe libertatis] Εἱλώτων fides erat admodum lubrica, et impulsu ad mutationem facilis. De quorum insidiis in Dominos Aristoteles III. 7. de transfugiendi ad hostes more, belli tempore, Polyæn. I. Occurrit sæpius verbum *sollicitare* hac notione. Cæsar Civil. III. 21. Cælius Milonem 'in Turinum ad sollicitandos pastores præmisit.' Ibid. cap. 22. Liv. lib. XXXIV. Curt. lib. III. 18. 'cum ad perniciem ejus etiam a latere ipsius pecunia sollicitaret hostis.' Auctor de Viris illustribus: 'Fabricius prius inter legatos sollicitari non poterat.' *Gebhard.*

CAP. 4. *Amore Venereo dilexerat*] Thucydides paullo honestius hæc: ἀνὴρ Ἀργίλιος παιδικά ποτ' ὢν αὐτοῦ. Nam παιδικὰ sæpe pro honesto amore capitur. Legatur Suidas. Observa quod et Probus dissentit a Thucydide, qui hunc tum virum fuisse ait, cum literas ad Artabazum deferret. Meminit hujus rei Cicero in Topicis ad Trebatium. *Longol. Mag.* De amore illo Venereo lege Lucianum.

Amore Venereo] Veteres scribunt *Ve-*

nerib: et sic in optimis Danielis Excerptis. Alcibiade: 'rebusque Venereis deditos,' ubi in iisdem, *Veneriis*; quas Græci τὸ ἔργον vocant, ut Latini *res Veneris*, vel *Venereas*. Sic 'res voluptatum' apud auctores; τὸ χρῆμα τῶν ἡδονῶν. *Venerius* autem pro *Venereus*, ut aërius, *ætherius*, pro *aëreus*, *æthereus* ex Græcorum more, qui scribunt ἀέριος et αἰθέριος per tertiam vocalem. *Venereus* tamen magis facit ad ἀναλογίαν et scripturam Romanam. *Keuchen.*

Quod nemo eorum redisset, qui super tali caussa missi erant] Ὅτι οὐδεὶς τῶν πρὸ ἑαυτοῦ ἀγγέλων πάλιν ἀφίκετο. Thucyd. Sic Diodorus XI.

Vincula epistolæ laxavit] Thucyd. Λύει τὰς ἐπιστολάς. Diodorus Siculus: ἀνέῳξε τὰς ἐπιστολάς. *Lambinus.* Ita habent antiquissimæ Editiones. Et vero in perlatione sola erat lethum indeprecabile. Vinculis autem colligatas antiquorum Græcorum epistolas, docet Curtius lib. VII. 'Parmenion vinculum epistolæ solvens, quidnam rex ageret requirebat.' *Barthius.* Pro *laxavit* e Membranis Schioppius *laceravit*: additque illa *si pertulisset* non male abesse videri. At decedit si eximantur sententiæ. *Gebhard.*

Nam ne hujus quidem indicio impulsi sunt] Aliam rationem affert Diodorus Siculus, nempe quia literas apertas tradiderat: Τούτων δὲ ἀπιστούντων διὰ τὸ ἀνεῳγμένας αὐτοῖς τὰς ἐπιστολὰς ἀναδεδόσθαι. *Lambin.*

Quam se ipse indicasset] Liber P. Danielis *judicasset*. Vitiose: nam ex proprio indicio convincere Ephori Pausaniam cogitabant. Ulpianus lib. I. ad edictum l. *indicasse* 197. D. de V. S. '*Indicasse* est detulisse, arguisse, accusasse, et convicisse.' *Gebhard.*

Fanum Neptuni est Tænari] Scholia in Aristophanis Acharn. Ταίναρον γάρ ἐστι τῆς Λακωνικῆς ἀκρωτήριον, ἐν ᾧ στόμιον ἦν κατάγον εἰς ᾅδου, ἐνταῦθα δὲ ἦν καὶ Ποσειδῶνος ἱερὸν Ἀσφαλείου. Iste vero Neptunus ideo, puto Ἀσφάλειος dicebatur, quod navigationem tutam ac secundam præstare posset. Eodem cognomine colebatur et ab Atheniensibus. Idem Scholiastes: Ἀσφάλειος Ποσειδῶν παρὰ Ἀθηναίοις τιμᾶται, ἵνα ἀσφαλῶς πλέωσι, in Acharnens. act. II. 6. *Gebhard.* Poëtæ fingunt Neptunum hippocampos suos in Tænaro subducere. Vide Stat. Papin. Thebaidos II. Unde fanum illius fuisse, a fide historica creditum. *Keuchen.*

In ara consedit] Quam in Timotheo 'publicæ pacis' appellat. *Keuchenius.* Græci moris fuit ad vim, injuriamque arcendam, confugere ad templa, statuas, aras. Eo genere tutelæ frequenter supplices utebantur, frequentissime servi. Euripides: ἔχει γὰρ καταφυγὴν θὴρ μὲν πέτραν, Δοῦλοι δὲ βωμοὺς θεῶν. Servulus apud Plautum: 'Ego interim hanc aram occupabo.' Tibullus alludens: 'Et Veneris sanctæ considam vinctus ad aram.' Et bene *considam*, quia supplicum sedere. Nec iis modo in honos, sed etiam heroibus quibusdam, ut Theseo Athenis. Plutarchus: κεῖται μὲν ἐν μέσῃ τῇ πόλει, παρὰ τὸ νῦν γυμνάσιον· ἔστι δὲ φύξιον οἰκέταις καὶ πᾶσι τοῖς ταπεινοτέροις καὶ δεδιόσι κρείττονας. *Lipsius.* Lege quæ fuse ad hunc locum notat Hieronymus Magius.

Hanc juxta, locum fecerunt sub terra] Thucydides: Διπλῆν διαφράγματι καλυβήν. Tuguriolum quoddam circumseptum duplici tegumento, ne perspici per id posset. *Longol.* Non satis hoc expressit Cornelius. Diodor. Siculus: Διπλῆν σκηνὴν περιεβάλετο, id est, *duplex tabernaculum circumdedit*, seu *circumposuit*. Tangit hoc Pausaniæ indicium M. Tullius in Topicis. *Lambin.* Haud dissimili calliditate apud Tacitum Ann. lib. IV. 69. *Gebhard.*

Huc ex Ephoris quidam descenderunt] Thucydides: ἐς ἣν τῶν τε Ἐφόρων ἐν-

τὰς τινας ἔκρυψε. Diodorus Siculus: καὶ τοὺς μὲν Ἐφόρους, καὶ τῶν ἄλλων Σπαρτιατῶν τινας ἔκρυψε. *Idem.*

Dei] Neptuni.

Quid sit tam repentini consilii] Cod. Dan. *tam repentino consilio.*

Tanto magis Pausanias] Schioppius cum Schotto, qui unas easdemque excussisse membranas videntur, produnt legi, *tanto modo;* Lambinus mavult *multo magis*, idque quosdam in veteribus libris reperisse testatur. Casp. Barthius lib. XXIV. 18. Advers. præfert, *modo magis Pausanias perturbatus;* hoc est, supra modum. *Gebhard.*

Ne enunciaret] Recte Schioppius: ne arcana detegeret et Ephoris proderet. Apuleius Met. lib. X. 'Neque ad vos, quæ ignoravi, possum enunciare.' Cicero contra Rullum: 'Qui sociorum consilia adversariis enunciavit.'

Nec se meritum] Non abludit oratio Dymni ad Nicomachum apud Curt. VI. 7. 'Si id sustinere non posset, attamen ne proderet se; cujus erga ipsum benevolentia præter alia hoc quoque haberet fortissimum pignus, quod caput suum permisisset fidei adhuc inexpertum.' *Gebhard.*

Implicitum] Libri veteres *implicatum.* Dione: 'Utraque implicatus tyrannide Dionysiorum.' Apuleius Met. lib. X. 'Morbi inextricabilis veterno vehementer implicatus.' Et ita videntur veteres esse locuti. Idem lib. III. 'Sed ut ex animo tibi volens, omne delictum, quo me tantis angoribus implicasti, remittam?' *Gebhard.*

Magno ei præmio futurum] Alii, *magno esse ei præmio futurum.* Unde Lambinus, *magno id ei præmio futurum:* id est, magnis cum muneribus oneratum iri. *Idem.* Diodor. ἔτι δὲ δεηθέντος ὅπως συγκρύψῃ, καὶ δωρεὰς μεγάλας ὑπισχνουμένου.

CAP. 5. *In urbe eum comprehendi*] Ἐν τῇ πόλει τὴν ξύλληψιν ἐποιοῦντο. Thucyd.

E vultu cujusdam Ephori] Λέγεται δ' αὐτὸν μέλλοντα ξυλληφθήσεσθαι ἐν τῇ ὁδῷ, ἑνὸς μὲν τῶν ἐφόρων τὸ πρόσωπον προσιόντος, ὡς εἶδε, γνῶναι ἐφ' ᾧ ἐχώρει. ἄλλου δὲ νεύματι ἀφανεῖ χρησαμένου, καὶ δηλώσαντος εὐνοίᾳ, πρὸς τὸ ἱερὸν τῆς Χαλκιοίκου χωρῆσαι δρόμῳ. Idem.

Eum admonere cupiebat] Vetera excusa, *eum ammoneri*, vel *admoneri.* Sed *ammoneri* non inconcinne propter euphoniam, pro *admoneri:* ut *rem amministrare*, pro administrare, Excerpta Danielis in Conone. *Keuchen.*

In ædem Minervæ, quæ Chalciœcus vocatur] Codex Danielis, *Chalcidicus.* In nummis antiquis, quos Goltzio debemus, appellatur illa Minerva, ΧΑΛΚΑΣ. Estque Ἀθηνᾶ Χαλκίοικος, quod alia numismata ΑΘΗ. ΧΑΛΚ. repræsentant. Suidas, Χαλκίοικος, ἡ Ἀθηνᾶ ἐν Σπάρτῃ, ἢ ὅτι χαλκοῦν οἶκον εἶχεν, ἢ διὰ τοὺς Χαλκιδεῖς τοὺς ἐν Εὐβοίᾳ φυγάδας αὐτὸν κτίσαι. Eadem Chalciotis appellata, ut notat Beroaldus ad Apuleii Milesiorum lib. X. *Keuchen.*

Confugit] Suidas: Καταφεύγει ἐς τέμενος Ἀθηνᾶς. Diodorus: εἰς τὸ ἱερὸν τὸ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Χαλκιοίκου. Polyænus lib. VIII. ἡνίκα Παυσανίας μηδίζων ἁλοὺς κατέφυγεν ἐς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Χαλκιοίκου. Lycurgus: ἐπειδὴ ἔφθασε καταφυγὼν εἰς τὸ τῆς Χαλκιοίκου ἱερόν. Ælianus: ἐπεὶ δὲ ἦν πρὸς τῷ Χαλκιοίκῳ. Vide sequentia, et Plutarchum περὶ παραλλ. *Lambin.* Meminit quoque ejusdem Minervii templi lib. II. in Aristomene Com. 2. Κρύφα δὲ εἰς τὴν Σπάρτην προσελθών, καὶ τὰς ἀσπίδας αὐτῶν προσηλώσας τῷ τεμένει τῆς Χαλκιοίκου. *Gebhard.* Unde patet templum illud facinoris asylum fuisse, quo confugientes impunitate donabantur. Simile Dianæ Ephesiis, Cadmi Thebis, Herculis Athenis, et alia; de quibus passim in Hist. Græcis.

Valvas ejus ædis obstruxerunt] Sic Thucydides: Μετὰ δὲ τοῦτο τοῦ τε οἰκήματος τὸν ὄροφον ἀφεῖλον, καὶ τὰς θύρας, ἔνδον ὄντα τηρήσαντες αὐτὸν, καὶ ἀπολα-

βάντες εἴσω, ἀπῳκοδόμησαν, προσκαθεζόμενοί τε ἐξεπολιόρκησαν λιμῷ. Vide Lycurgum, oratione in Leocratem. *Lambin.* Plutarchus non ab Ephoris, sed a Patre ejus hoc factum scribit. *Obstruxerunt* Polyænus reddit ἀνῳκοδόμησαν. Cicer. dixit 'Obstruere aditum.' *Gebhard.*

Tectumque sunt demoliti] Τὸν ὄροφον ἀφεῖλον. Nepos Timoleonte: 'cætera tyrannidis propugnacula demolitus est.' Curtius lib. VIII. 54. 'Ergo alii extra urbem tecta demoliebantur.' Occurrit apud Ciceronem 'demoliri parietem,' 'demoliri partem muri.' *Gebhard.*

Quo facilius sub dio] Schioppius ac Schottus e libris scriptis, *celerius sub dio*. Idem Gifanio placet. Celer autem mors opponitur lentæ, et a Curtio vocatur 'strenua,' lib. IX. 44. Et 'strenue mori' eidem, quod Nepoti 'facilius interire,' lib. III. 17. *Gebhard.* *Quo facilius sub dio interiret*] Probant correctores τὸ *divo* reponendum, ut in Eumenis vita, et apud Horatium Od. II. 3. Sed sine operæ pretio. Nam *divus* pro *dio*, et *dius* pro *divo*, frequens in membranis antiquis. Varro. Hoc mutatum sæpe ab his qui ignorabant, *sub divo* et *sub dio* recte scribi. *Keuchenius.*

Dicitur eo tempore matrem Pausaniæ vixisse] More Græcorum locutus est. Sic enim Thucydides eodem loco, λέγεται δὲ αὐτὸν μέλλοντα ξυλληφθήσεσθαι, quem supra protulimus. Et Diodorus Siculus hanc ipsam rem narrans: λέγεται τὴν μητέρα τοῦ Παυσανίου, καταντήσασαν εἰς τὸ ἱερὸν, ἄλλο μὲν μηδὲν μήτε εἰπεῖν, μήτε πρᾶξαί τι, πλίνθον δὲ βαστάσασαν ἀναθεῖναι κατὰ τὴν εἰς τὸ ἱερὸν εἴσοδον. *Lamb. Boecler.* Hoc Plutarchus, ut præcepi dicere, factum Patri ejus adscribit, quem Agesilaum nuncupat, cum sit Cleombrotus, testibus Herodoto, Thucydide, et auctore Scholiorum in Aristophanis Equites. A matre vero memorat inhumatum esse projectum, contra Thucydidis, Diodori, Polyæni, aliorumque sententiam. Cæterum matri Pausaniæ nomen fuit, si Polyæno lib. VIII. credimus, Theano; sin Auctori Scholiorum in Aristoph. Equites, Ἀλκαλθέα. Μετὰ Ξέρξου φυγὴν Λακεδαιμόνιοι προδοσίας κρίνουσι καὶ φονεύουσι Παυσανίαν τὸν ἴδιον βασιλέα Κλεομβρότου καὶ Ἀλκαλθέας υἱόν. *Gebhard.* Similis Ἑλληνισμὸς apud Tacitum occurrit, Hist. lib. I. 50. *Idem.*

Eamque jam magno natu] Id est, anum annis defectam. In Timotheo: 'Hic cum esset magno natu, et magistratus gerere desiisset.' *Savaro.* Recte contra Lamb. et Schott. qui *magnum natu* præferunt. Sic Nepos Datame: 'Ab hoc tamen viro Scismas maximo natu filius descivit.' Livius lib. X. 38. Idem lib. III. 'Magno natu quidam cum omnium majorum suorum insignibus se in forum projecit.' Ibid. 'Cui magno natu, non sufferentibus jam viribus ad consularia obeunda comitia, intra paucos dies moritur.' *Gebhard.*

Lapidem ad introitum ædis attulisse] Polyænus Strateg. VIII. Θεανὼ πρὸ τῶν ἄλλων ἀφικομένη, πλίνθον πρὸς ταῖς θύραις ἀπηρείσατο. Meminit etiam Ovidius in Ibin.

Magnam belli gloriam turpi morte maculavit] Parem in modum Tacit. Hist. IV. 60. de Agrippinensibus, 'egregiam laudem fine turpi maculasse,' quod securis hominibus, rerum vices non timentibus, haud injuria accidere potest. *Loccen.*

Confestim animam efflavit] Thucydides: Καὶ ἐξαχθεὶς ἀπέθανε παραχρῆμα. Sed Xenophon. lib. III. de rebus Græciæ, Pausaniam scribit damnatum Tegeam profugisse, ibique, morbo confectum, mortuum esse. *Lambinus.*

Cum eodem nonnulli dicerent] Quidam libri habent, *eodem loci*. Lambin. Hunc locum extra urbem Spartam Lacones καιάδαν vocabant. *Longol.* Thucydides: Καὶ αὐτὸν ἐμέλλησαν μὲν ἐς τὸν Καιάδαν, οὗπερ τοὺς κακούργους ἐμ-

βάλλειν αἰσθέσθαι. ἔπειτα ἔδοξε πλησίον που κατορύξαι. Similis Sestertium Romæ. Sueton. Et locus Athenis in Melita. Plutarch. Themistoc. Estque illud ταφὴν ὄνου θάπτεσθαι, apud Joseph. x. Antiq. quod 'insepultam sepulturam' vocat Cicero I. Philippic. Et exprimit Adagium קבורת חמור הקבר. Sed notandum, quod privatio sepulturæ si cadat in impios pœnæ loco habenda sit. *Keuchen.*

Dei Delphici] Apollinis. Deum Delphicum vocat aperta imitatione, quem Thucydides θεὸν ἐν Δελφοῖς. Sic supra latiori periphrasi Deum appellat in Themistocle, quem alii Pythium. Quod frequens apud Cornelium et alios. Deus enim κατ' ἐξοχὴν Apollo dictus. Hinc et ipsum الله, quo nomine Arabes Deum vocant. *Keuchen.*

Responso erutus] Consulentibus Lacedæmoniis. Thucydides: Ὁ δὲ θεὸς ὁ ἐν Δελφοῖς τόν τε τάφον ὕστερον ἔχρησε τοῖς Λακεδαιμονίοις μετενεγκεῖν, οὗπερ ἀπέθανε, καὶ νῦν κεῖται ἐν τῷ προτεμενίσματι, ὃ γραφῇ στῆλαι δηλοῦσι. Diodorus Siculus tradit, corpus propinquis esse condemnatum et concessum, ut id sepulturæ mandarent, sed Apollinem Lacedæmoniis iratum, quod supplicum perfugium violassent; consultum respondisse, supplicem Deo restitui oportere: quod cum fieri non posse viderent, pro uno corpore vivo, duas statuas Pausaniæ posuisse. Herodotus autem de concesso propinquis Pausaniæ corpore nullum verbum facit, sed Deum consultum jussisse Lacedæmonios 'duo corpora pro uno Minervæ Chalciœco reddere:' illos autem oraculum sic interpretatos esse, 'ut pro uno Pausania necato, duas Pausaniæ statuas dedicarent.' *Lambin.* De jure illo concedendi cadavera in Digestis Justinian. lib. XLVIII. tit. 24.

Ubi vitam finierat] Excerpta P. Danielis, *atque eodem loco sepultus, ubi vitam posuerat.* Quod Schioppius Schottusque confirmant. Barthius Advers. libro XXIV. 18. τὸ *loco* delendum censet. Propert. lib. II. 'Quod mihi si ponenda tuo sit corpore vita.' Et, 'Non potuit saxo vitam posuisse Cerauno.' Valer. Max. lib. VI. 9. 13. 'Q. Capio in publicis vinculis spiritum deposuit.' Lib. VII. 8. 'Inter ipsam fallacis et ingratæ culpæ cogitationem spiritum posuit.' *Gebhard.*

PAUSANIÆ res amplius memorabunt tibi Plutarchus in Arist. et alibi. Thucyd. I. Herod. lib. IX. Diodor. XI. Ælian. V. H. IV. 7. Polyænus VIII. Xenoph. Hist. Græc. II. Justin. II. 15. V. 10. VI. 4. Valer. Maxim. II. 6. Suidas, &c. *Boecler.*

V. CIMON.

Cap. 1. *Duro admodum initio usus est adolescentiæ*] Sic Mss. et vulgati præter Colon. qui *diro* habet. *Savaro.* Fuit autem initio luxuriosus ac dissolutus, mox ad frugem se recepit, ut et Valerius ejus 'incunabula stultitiæ plena' fuisse, lib. VI. 9. memorat. Quem locum glossemate liberat Muretus Var. lib. VII. 1. *Schott.* Ætatis vitia describit Plutarchus in vita.

Litem æstimatam] Quinquaginta talentis, supra in Miltiade, non sexaginta, ut hic Lambinus sui oblitus ex Herodoto numerat, cum ipse Herodotus et Plutarchus πεντήκοντα ταλάντοισι habeant. *Schott.* Vide Senecam Controv. 24. et Quintil. Declamat. 103. Litem æstimatam Græci τίμημα vocant. *Lambin.* Aristophanes Pluto: Τί δῆτά σοι τίμημ' ἐπιγράψω τῇ δίκῃ, Ἐὰν γ' ἁλῷς; Vid. Gebh. ad Miltiad.

Custodia tenebatur] Præter Herod. et Plutarch. Valer. l. v. 3. et 4. Justin. XI. in fine. Quintil. declam. 302. in fine. *Savaro.* Meminit et Seneca Controv. 24. Cimonis declamatio pro patre ire in carcerem volentis est apud Libanium Tom. I.

Neque legibus Atheniensium] Vel *Atheniensibus.* Græcis lege cautum erat, ut tyrannorum filii parentum crimina luerent. Alex. Neapol. lib. II. 16.

Habebat autem in matrimonio sororem suam germanam, nomine Elpinicem] Aliter legunt Excerpta, sed omissa voce: *sororem suam nomine Helpicenem.* In Longoliana haud paullo melius, *Helpinicem;* quæ τὸ *germanam* insuper heic exulandum facit, quod nunquam probaverim. Præfatione: 'sororem germanam habere in matrimonio.' 'Habere' autem proprie de matrimonio dicitur. Terentius Adelph. IV. 4. 'Valeas, habeas illam, quæ placet.' Ad quem locum Donatus: 'Haberi uxor dicitur.' Joan. cap. 3. vers. 29. Ὁ ἔχων νύμφην, νυμφιός ἐστιν. *Keuchen.*

Sororem suam germanam, nomine Elpinicem] Codex P. Dan. *Helpicenem.* Vide quæ ad Præfationem notavimus. Apud Athenienses proximi genere orbas puellas et penuria dotis elocatu difficiles lege ducere jubebantur, aut tantum dotis largiri qui sponsum invenire possent. Verba legis ex Budæo adscribam: Τῶν ἐπικλήρων ὅσαι τὸ θητικὸν τελοῦσιν, ἐὰν μὴ βούληται ἔχειν ἐγγύτατα γένους, ἐκδιδότω ἐπιδοὺς, ὁ μὲν πεντακοσιομέδιμνος πεντακοσίους δραχμὰς, ὁ δὲ ἱππεὺς τριακοσίας, ὁ δὲ ζευγίτης ἑκατὸν πεντήκοντα. Diod. lib. XII. talem legem a Solone latam, sed a Charonda correctam narrat: ἐκέλευε lex Solonis τῇ ἐπικλήρῳ ἐπιδικάζεσθαι τὸν ἔγγιστα γένους γένους, ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν ἐπίκληρον ἐπιδικάζεσθαι τῷ ἀγχιστεῖ· ᾧ ἦν ἀνάγκη συνοικεῖν ἢ πεντακοσίους ἐκτίσαι δραχμὰς εἰς προικὸς λόγον τῇ πενιχρᾷ ἐπικλήρῳ. Porro inter proximas et ἐπικλήρους recensebantur sorores *germanæ*, h. e. ὁμοπάτριοι. Locus elegans habetur apud Philonem Judæum de legibus specialibus, quem attigit M. Antonius Muretus Var. Lect. lib. XV. c. 5. Pleniorem vero adduxit vir magnæ doctrinæ, nec minoris industriæ ac probitatis Andreas Schottus. Ὁ Ἀθηναῖος Σόλων, inquit ille, ὁμοπατρίους ἀφεὶς ἄγεσθαι, τὰς ὁμομητρίους ἐκώλυσεν. Ὁ δὲ Λακεδαιμονίων νομοθέτης ἔμπαλιν, τὸν ἐπὶ ταῖς ὁμογαστρίοις γάμον ἐπιτρέψας, τὸν πρὸς τὰς ὁμοπατρίους ἀπεῖπεν, Αἰγυπτίων χλευάζων τὴν ἑκατέρων

εὐλάβειαν, ὡς ἡμίεργα διατατομένων, ἀφόρησεν εἰς ἀσέλγειαν. Ergo nunc liquet Lycurgum ac Solonem quasi consulto contrarias hac in parte leges sanxisse. Hic apud Athenienses germanarum sororum, sive consanguineas dicere malis, matrimonium indulsit: ille apud Lacedæmonios quasi data opera hujus institutis adversans consanguinearum conjunctione interdixit, et uterinarum sororum nuptialem consuetudinem permisit: quod apud Athenienses piaculo dignum ponebatur. Aristophanes Nebulis act. v. sc. 2. Ὁ δ' εὐθὺς ᾖσ' Εὐριπίδου ῥῆσίν τιν', ὡς ἐκίνει. Ἀδελφὸς, ὦ Ἀλεξίκακε, τὴν ὁμομητρίαν ἀδελφήν. Ubi auctor Scholiorum: Ἐπειδὴ δὲ παρὰ Ἀθηναίοις ἔξεστι γαμεῖν τὰς ἐκ πατέρων ἀδελφὰς, εἰς αὔξησιν τοῦ ἀδικήματος προσέθηκε τὴν ὁμομητρίαν. Ægyptius autem legislator irrisit hinc Atheniensium illinc Lacedæmoniorum superstitionem ac timiditatem, tanquam imperfecta sancientium, iisdemque patre ac matre genitos incestuosis nuptiis copulavit. *Gebhard.*

Non magis amore quam patrio more] Andocides hoc διὰ παρανομίαν factum scribit, in Oratione contra Alcibiadem. Τὸ *patrio* abest a manuscripto Mendozii, Gifanii, itemque Ultraject. estque venustior ἀνταναίκλασις· peccasse autem bis hunc scriptorem notat Muretus Var. lib. VII. 1. tueturque adversus Xilandrum Cimonem l. XV. 5. *Schottus.*

Atheniensibus licet] Sane omnes Historici infamia factum hoc Cimonis notant. Suidas testularum supplicio ob eam causam urbe illum ejectum adserit in voce Κίμων et ὄστρακος. Athen. l. XIII. παρανόμως contra leges et mores patriæ nuptias istas factas esse scribit. Plutarchus in vita ejus propius ad Probi sententiam accedit. *Longol.* De more hoc præter Philonem testantur Scholiastes Aristophanis ad Nebulas. Minutius Octavio et Seneca in Apocolocynthosi, quorum verba post alios adduxerunt Rutgers. lib. II. et Samuel Petitus Com. ad legem Atticam B.

Quam pecuniosus] Dictus ob id apud Athenienses λακκόπλουτος, quod scilicet ex puteis et fodinis divitias parasset. Atque ad id respexisse videtur Probus. Cæterum Plutarchus Calliam longe alia ratione in vita Aristidis divitem factum, et hoc nomen Λακκόπλουτον accepisse refert. Athenæus autem ex Heraclide Pontico lib. XII. diversa de hoc divite a Plutarcho prodit. *Longol.* Vide Athenæum lib. XII. 7. et Suidam. Hic cinnabareos conficiendi rationem invenit: ut auctor Theophrastus lib. περὶ λίθων. Ab hoc etiam minium inventum nonaginta circiter annis ante Theophrasti tempora. Plinius lib. XXXIII. 7. Eustathius ad Iliad. B. Fuit Ἄρχων Athenis, Olympiad. CXVI. anno 2. suntque ad eum ab Alexia anni XCII. *Meursius.* Lege quæ de eo disseruit Eruditiss. Gronovius in suis Observationibus, lib. IV. 7. *Pecuniosus*] Festo est *præmiosus.* In Gloss. *pecuniosus* exponitur πολυχρήματος. *Keuchenius.*

Ex metallis fecerat] Scilicet argentifodinis Laurei Atticæ regionis, de quibus supra in Annotat. in Themistoclis vitam. Harum fortasse argentifodinarum proventus redemptor erat Callias; vel potius privatim aliquas in Laureo argentifodinas habebat, ut etiam Nicias, quod Plutarchus in Nicia demonstrat. *Magius.* Aliam divitiarum causam narrant Plutarch. in Aristid. Hesych. et Suidas in λακκόπλουτον, et rursus aliam in Heraclide Pontico Athen. XII. 9. Ortas e spoliatis Persarum cadaveribus, quæ Marathone sepulta fuerat, innuere videtur Themistocles ep. 8.

Is cum talem conditionem aspernaretur] Plutarchus illum ad eam conditionem ἕτοιμον, hoc est, facilem et paratum fuisse adserit: tantum abest, ut aspernaretur. Nam quantum

sororem curarit, notat Athenæus. *Longol.* Proprie et eleganter: nam vocabulum nuptiale *conditio*, de quo multa docti viri et in primis Jurisconsulti. Infra Attico, 'cum propter suam gratiam et Cæsaris potentiam nullius conditionis non haberet potestatem.' Apuleius Apologia: 'Quam conditionem cum obstinate propositam videret mulier sapiens.' Ibid. 'Sin hæc reputans formæ et divitiarum gratia me ad aliam conditionem reservarem.' Justin. lib. xi. 7. 'Tam pulchra conditio prima regni felicitas videbatur.' *Gebhard.*

Quoniamque prohibere posset] Alii libri *quoniamque prohiberet*, nempe Cimon, ne nuberet Calliæ. Alii *quoniam prohibere posset*, quam scripturam malam esse negant. Denique alii codices, proferente Lambino, *Elphinice negavit se passuram Miltiadis progeniem in vinculis publicis interire, quoniam id prohibere posset: seque Calliæ nupturam.* Ego vulgata in lectione nullam esse difficultatem video. *Idem.*

Cap. 2. *Habebat enim satis eloquentiæ*] Sallustius de Catilina: 'Satis eloquentiæ, sapientiæ parum.' Vid. N. in Sidon. lib. ix. ep. 9. *Savaro.* Suidas illum librum ἱπποσκοπικὸν, hoc est, *de curandis equis*, conscripsisse insignem et mirandum scribit. Attamen Stesimbrotus apud Plutarchum, neque musicam neque ullas liberales artes didicisse illum commemorat: Στησίμβροτος δὲ ὁ Θάσιός φησιν αὐτὸν οὔτε μουσικὴν, οὔτ' ἄλλό τι μάθημα τῶν ἐλευθερίων, καὶ τοῖς Ἕλλησι ἐπιχωριαζόντων, ἐκδιδαχθῆναι. *Longol.* Sed alterius opinionis sunt Plato in Theage, et Aristides Sophista in Cimone.

Summam liberalitatem] In qua præcipue Pisistratum imitatus est. Vide Theopompum apud Athen. lib. xii. 8. et Plutarch. in Cimone. *Ernstius.*

Cum juris civilis, tum rei militaris] Plutarchus illum juvenem, aliquamdiu armorum experientiæ imperitum, rebus potius urbanis præcelluisse dicit. *Mag.* *Cum juris civilis*] Nempe Atheniensis: nam quoties non additur nomen cujus sit civitatis jus, ejus civitatis significatur de qua sermo instituitur §. sed jus. 2. Inst. de jure Nat. G. et. C. et recte juri civili operam dedit cum turpe sit patricio et nobili viro et caussas oranti jus in quo versaretur ignorare, ut Q. Mucius ait apud Pompon. JC. in l. ii. §. 43. D. de orig. Juris.

In exercitu] Ms. Gifan. et Exc. P. Danielis, *in exercitibus.*

Primum imperator apud flumen Strymona] Πρῶτον μὲν Ἠιόνα τὴν ἐπὶ Στρυμόνι Μήδων ἐχόντων, &c. Thucyd. qui bella per eum gesta recenset lib. i. Lege Plutarchum in vita, Diodorum lib. xi. Herodot. Polyhymnia, et Pausaniam in Atticis.

Thracum] Immo Persarum, nisi forte etiam Thraces in exercitu Persarum fuerunt. *Lambin.*

Amphipolim] Urbem in Thracia, quæ prius ἐννέα ὁδοὶ dicebatur, id est, *novem viæ.* Amphipolis autem postea dicta, quod utrinque a Strymone fluvio allueretur. *Idem.* Hodie *Chrysopoli.* Vid. Meursium Fortunæ Attic. cap. 6.

Idem iterum apud Mycalem] Describunt hoc prælium Diod. Sic. xi. 61. et Plut. Cimone p. 486. memorantque et Thucydid. i. Plato in Menex. Polyæn. i. Frontin. iv. 7. 45. et Mela i. 14. Sed hi omnes ad Eurymedontem fluvium, sive prope Cyprum, pugnatum scribunt (quanquam non uno modo rem narrent): nemo, ad Mycalen. Et certe sive Mycalen Cariæ urbem, cujus Stephanus de urbibus meminit; sive montem aut promontorium, sub quo Persæ eodem die, quo ad Platæas, victi sunt; seu denique insulam in ora Ioniæ Plinio H. N. v. 31. memoratam, intelligas, fieri non potuit, ut classis Persica, quæ, Diodoro et Plutarcho testibus, ad Eurymedontem stationem habuit, apud Mycalen devinceretur; multo minus

ut eodem die et prope Eurymedontem et apud Mycalen pugnaretur: nam ea loca longissime inter se distant. Quare parum abest, quin adsentiar Cl. V. Christ. Frid. Franckensteinio, Eloquentiæ Latinæ et historiarum in Academ. Lips. Professori, amico summo meo, qui subverebatur, ne prælium ad Mycalen a Leotychide Spartano eadem die, qua illud alterum ad Platæeas commissum, cum hoc Cimonis Noster confuderit. Sed ne cultissimo scriptori tam crassum errorem impingam, potius dixerim illud, *Apud Mycalem*, a sciolo quodam insertum esse: qui cum in præced. commate locum prælii additum videret, heic quoque tale quid addendum esse censuerit. Fortassis autem Nepos scripsit, *Idem iterum Imperator Cypriorum, &c.* Nam id quæ præcedunt videntur requirere.

Cypriorum] Codex Schotti et Gifanii *Cyprorum*. Pomponius Mela lib. I. cap. 14. ad Eurymedontem fluvium pugnatum ait: 'In Pamphylia fluvius Eurymedon: magna apud eum Cimonis Atheniensium ducis adversus Phœnicas et Persas navalis pugna atque victoria fuit.' *Schott.*

Ducentarum navium classem] Hæc classis, ut Panodemus scripsit, 'sexcentarum navium' fuit: ut vero Ephoro placuit, 'quingentarum et trecentarum.' Refert Plutarchus, qui et illud prodidit, ingentem fuisse barbarorum classem, inde colligi; quod multis in fugam navibus versis, multisque allisis atque confractis, ducentas nihilominus captivas Athenienses ceperint. *Mag.*

Eodemque die] Utramque pugnam eodem die factam victoriamque partam Thucydides auctor est. *Ernst.* Quod confirmant Plutarch. et Frontinus. Diodor. quoque ait, statim post navalem victoriam Cimonem ad terrestres Persarum copias duxisse classem, eaque in re Strategemate usum, quod Polyæn. et Frontin. narrant. Sed aliter Plut. qui aperta vi in hostes irruisse scribit.

Copias suas eduxit] Quod Strategema ejus refert Polyænus lib. I.

Magna præda potitus] CCC. triremibus, XL. navibus, et viginti millibus virorum. Diodorus Siculus: αἰχμαλώτους γὰρ εἰλήφει τριήρεις τριακοσίας, καὶ τετταράκοντα ναῦς, ἄνδρας δὲ ὑπὲρ δισμυρίους, χρήματα πλῆθος ἀξιόλογον.

Propter acerbitatem imperii] Διὰ τὸ βάρος τῆς ἐπιστάσεως. Acerbitas autem imperii continet avaritiam, crudelitatem, aliasque in provinciales injurias, quibus facile ad defectionem impelluntur.

Bene animatas confirmavit] Hoc membrum deerat in exemplis Aldinis et Florentinis, quod ex aliis libris restitui. Opposuit autem 'bene animatas' 'alienatis.' *Lambin.* Cicero Epistol. 'Intelligebam socios infirme animatos esse.' *Gebhard.*

Confirmavit] Tacit. Annal. lib. VI. 44. 'Non fraus, non preces, nihil omissum, quo ambiguos alliceret, promti firmarentur.' Justin. l. XXXI. 6. m. 'Acilius civitates socias confirmabat, dubias illiciebat.' Patercul. lib. II. 120. 'Vacillantium etiam cis Rhenum sitarum gentium animos confirmavit.' *Gebhard.*

Scyrum] Vitiose Noster et Gifanii Codex *Cyprum* hic præfert. Thucydides enim et Plutarch. Σκῦρον diserte. *Schott.* Σκῦρον τὴν ἐν Αἰγαίῳ νῆσον, ἣν ᾤκουν Δόλοπες, ἠνδραπόδισαν. Thucyd.

Dolopes] Diodor. Siculus habitatam fuisse a Pelasgis et Dolopibus narrat lib. XI. *Lambin.* Unde Πελασγία Σκῦρος dicebatur, κατ' Εὔβοιαν κειμένη, eratque Cycladum et Sporadum extima. *Salmas.*

Quod contumacius se gesserat] Imperium Atheniensium detrectaverat atque excusserat. Nam 'contumacia' despectum seu contemptionem superiorum notat, et, quæ contemptionem sequitur, rebellionem seu de-

fectionem. Tacit. H. IV. 3. 'Contumacia adversus principem.' Ibid. cap. 74. Apud Justin. 'contumacia' notat crimen læsæ Majestatis, in quod incurrere poterat, qui incautis lacrimis præsentem rerum statum defleret, VIII. 5. nam suæ suorumque sorti, quam Tyranni acerbitas aggravasset, illacrimasse acceptum in crimen capitale, Tac. Ann. XII. 47. Latin. Pacatus Paneg. Theod. Aug. dicto. Claudian. lib. II. in Ruffin. *Gebhard.* Plutarchus aliam affert causam, scilicet, quod Dolopes piratæ prædonesque essent insignes, ac Thessalos quosdam institores Scyrum quæstus gratia profectos deprædati in vincula conjecissent. Qui cum vinculis confractis ad Amphyctionum judicium confugissent, raptæque urbs illa pecuniæ mulctata esset, civesque eam non ex ærario publico, sed ab his qui rapuissent, repeti debere contenderent; trepidi Dolopes Cimonem literis exciverunt, qui eo trajiciens, insulam ab iis repurgavit, compositisque rebus tutum navigantibus Ægæum præstitit. Nisi forte hæc fuerit occasio insulæ capiendæ, causa vero ea, quam Probus attulit. *Magius.*

Vacuefecit] Τὴν πόλιν, sive νῆσον, ἔρημον τῶν οἰκητόρων ἐποίησε. Infra Timoleonte: 'Civibus novis bello vacuefactas possessiones divisit.' Vacuefactio autem, qua possessores vel sub corona venduntur, vel in alias trajiciuntur sedes, pœna est antiquis temporibus in rebelles ac victos constituta. Justin. lib. VIII. 5. de Philippo: Diodor. lib. XII. Περικλῆς δὲ αἱρεθεὶς στρατηγὸς ἐστράτευσεν ἐπὶ τὴν Εὔβοιαν μετὰ δυνάμεως ἀξιολόγου, καὶ τὴν μὲν πόλιν τῶν Ἑστιαιέων ἑλὼν κατὰ κράτος ἐξῴκισε τοὺς Ἑστιαιεῖς ἐκ τῆς πατρίδος. Ubi ἐξοικίζειν ἐκ τῆς πατρίδος eleganter respondet Nepotis *vacuefacere*. *Vacuefacere* verbum non admodum tritum. Valerius, sed de alia re: 'Ergo pastum dolore acceptæ injuriæ, spe potiundæ victoriæ, verecundia detrectandi ministerii, metu mortis refertum tota sibi pietas vacuefecit,' lib. V. 4. 1. Utitur et Apuleius: non puto reperiri apud Ciceronem. Sed utitur Macrob. Saturn. lib. VII. 12. 'Venas inedia vacuefacit, saturitas obstruit.' *Gebhard.*

Sessores] Οἰκιστὰς, *habitatores*. Quidam legunt *possessores*: ego nihil muto; quanquam si veteris alicujus libri auctoritate nitatur, hoc malim quam *sessores*. Lambin. Solos Dolopes ejectos vult Plutarchus.

Agros civibus divisit] Vetustiores Codices habent *dimisit*. Magius. Thucydides: ᾤκισαν αὐτοί· id est, *coloniam eo deduxerunt*, ut declarat interpres. Et ita Diodorus Siculus: Σκῦρον δὲ Πελασγῶν καὶ Δολόπων ἐνοικούντων ἐξεπολιόρκησε, καὶ κτίστην Ἀθηναῖον καταστήσας κατεκληρούχησε τὴν χώραν. *Lambin.*

Thasios opulentia fretos] Qui etiam ab Atheniensibus defecerant. Thucydides; Χρόνου δὲ ὕστερον συνέβη Θασίους ἀποστῆναι, &c. Hanc rem copiose lib. I. persequitur. *Idem.*

Fregit] Navali certamine, XXXIII. naves capiens. Plut. In Themistocle: 'Classe celeriter effecta, primum Corcyræos fregit.' Lysandro: 'Ut Atheniensium impotentem dominatum refringerent.' Cic. de Offic. 'Viriatus Lusitanus, quem C. Lælius fregit et comminuit.' *Gebhard.*

His ex manubiis] Ea est trium Mss. constans lectio. Quomodo Plut. Πραθέντων δὲ τῶν αἰχμαλώτων λαφύρων, ἔς τε τὰ ἄλλα χρήμασιν ὁ δῆμος ἐρρώσθη, καὶ τῇ ἀκροπόλει τὸ νότιον τεῖχος κατεσκεύασαν, ἀπ' ἐκείνης τῆς στρατείας. Non ergo *ex navibus* legendum, quod alii praferunt. *Keuchen.* Sic emendavit Schott. cap. 32. ad script. de Viris illustribus.

Arx Athenarum] Vide sis Meursii Cecropiam.

Qua ad meridiem vergit] Muram circumduxere partim Cimon, partim

Agrolas et Hyperbius Pelasgi. Pausanias in Atticis. Qua de causa Pelasgis sub Hymetto habitare concessum fuit. Herodot. vi. Ac murus quidem a Cimone exstructus australis fuit; idque ex manubiis belli contra Persas ab eo confecti. Quem vero a Pelasgis murum structum Pausanias dicit, eum Tyrrhenis adscribit Hesychius: Πελασγικὸν τειχίον, οὕτω ἐν Ἀθήναις καλούμενον, Τυῤῥηνῶν κτισάντων. Et huc Thucydidis ista pertinent lib. iv. Τὸ δὲ πλεῖστον Πελασγικόν, τῶν καὶ Λῆμνόν ποτε καὶ Ἀθήνας Τυῤῥηνῶν οἰκησάντων. Sed solvo nodum; Tyrrheni enim prius Pelasgi nuncupati, ut apud Dionysium Halicarnassæum ait Hellanicus Lesbius: unde passim Πελασγικὸν τεῖχος Herodoto, Philostrato, Luciano, Libanio, et aliis memoratum. Habebat autem portas novem; unde Ἐννεάπυλον dicitur a Climeno: Καὶ ἠπέδιζον τὴν ἀκρόπολιν, περιέβαλλον δὲ ἐννεάπυλον τὸ Πελασγικόν. Aristoph. in Avibus Πελαργικὸν appellat, quasi *ciconiarium* dicas. *Meursius.*

Cap. 3. *Quibus rebus quum unus in civitate maxime floreret, incidit in eandem invidiam, quam pater suus, cæterique Atheniensium principes*] Relativo, ut vocant, nomini sæpe adjungitur casus idem, qui verbo antecedenti. Et sic fere locutus est Nepos hoc loco. Vide Gifanium Conlect. Lucret. pag. 414. *Keuchen.*

Quum unus in civitate maxime floreret] Quia unus maxime florebat, ideo fortuna ejus maxime conspicua invidiæque exposita fuerat. Ipso verbo utitur et Miltiade et Epaminonda. Curt. lib. x. 'Ipsum Darium floruisse paullisper.' Cicero in Verrem: 'Hic in sua patria multis virtutibus ac beneficiis floruit.' Pro Cœlio: 'Q. Metellus quum in Rep. floreret integerrima ætate.' *Gebh.*

Cæterique Atheniensium principes] De quibus vide Dionem Chrysost. Orat. 73. ubi etiam Cimonis meminit. Adde Valer. Max. v. 3.

Testarum suffragiis] De Ostracismo Cimonis lege Platonem in Gorgia.

Ostracismum] De hujus nominibus, origine, historia, et ritu, e veteribus Diod. Sic. xi. Plut. in Arist. Themist. et alibi, Aristid. Oratione Platon. 2. Pollux Onomast. viii. 5. Scholiast. Arist. in Equit. et in Vespis, Tzetzes Chil. xiii. 480. Hesych. et Suidas in *Ostracismus*. E junioribus Ubbo Emmius Vet. Græc. Hadr. Junius, animadv. v. 18. Scaliger ad Eusebium, Maussacus ad Harpocr. et Meurs. Lect. Attic. v. 18.

Cujus facti celerius] Sic Plutarch. Ὅθεν οὐδὲ τῷ πρὸς Κίμωνα θυμῷ πολὺν χρόνον ἐνέμειναν. Ex quo suspicari licet, Cimonem etiam minus diu quam quinquennium abfuisse. *Lambinus.*

Confestim notæ ejus virtutis desiderium consequutum est] Adeo verum illud Persii votum, 'Virtutem videant intabescantque relicta.' Et Flacci Od. lib. iii. 24. 'Virtutem incolumem odimus, Sublatam ex oculis quærimus invidi.' *Schott.* Similis locus infra Epaminondæ vita. Vide Flaccum Argonaut. lib. iii. vs. 247. *Gebhardus.*

Revocatus est] Decreto Periclis, ut tradit Plutarchus ibidem: Ἐκάλουν ἐκ τῆς φυγῆς τὸν Κίμωνα, καὶ κατῆλθε, τὸ ψήφισμα γράψαντος τοῦ Περικλέους. *Lambin.*

Quod hospitio Lacedæmoniorum] Hoc Græce diceretur hoc modo: Ὅτι πρόξενος ἦν τῶν Λακεδαιμονίων. Propter hoc hospitium autem Lacedæmoniorum rebus studere ac favere putabatur: hoc est quod Græci dicunt λακωνίζειν. Hæc enim fuit Ostracismi causa, ut tradit Plutarchus in Cimone, quam appellat μικρὰν πρόφασιν. *Idem.*

Contendere Lacedæmonem] Cæsar de Bell. Gall. lib. i. 21. 'Ipse de quarta vigilia eodem itinere, quo hostes ierant, ad eos contendit.' Lib. vi. 3. p. 'de improviso in fines Ner-

viorum contendit.' Apuleius Met. lib. IX. 'Tunc reliqui fratres tam Hercules desperata quam ultro neglecta sua salute contendunt ad divitem.' Nepos Eum. 'Sin per loca sola contenderet.' Justin. lib. IX. 6. Cicero, 'Mihi non dubium est, quin Brundusium contendam.' *Gebhardus*. Front. I. 4. 'Quasi Thebas contenderet.' In Datame, 'Quo contenderat pervenit.' Justin. II. *Savaro*.

Pacemque inter duas potentissimas civitates conciliavit] Εὐθὺς μὲν οὖν κατελθὼν ἔλυσε τὸν πόλεμον, καὶ διέλυσε τὰς πόλεις. Plutarch.

Pacem conciliavit] Cæsar lib. VII. 56. 'Legatos ad Vercingetorigem de pace et amicitia concilianda publice missos.' Loquitur eo modo et Thrasybul. atque Hamil. Et parem in modum antiquissimi. Ennius Ctesiphonte: 'Eho tu, Di quibus est potestas, motus superum atque inferum, Pacem inter se conciliant, conferunt concordiam.' Cicero pro Dejotaro: 'Quo cum mihi amicitiam Resp. conciliavit.' *Gebh.*

In Cyprum] Cimonem post exilium Atheniensium Cyprum acquisivisse etiam scribit Diod. l. c. et Suidas in Κίμων, post Thucyd. l. I. Diod. Sicul. XII. et Plutarch. in vita ejus, qui summam viri virtutem uno ore prædicant. *Ernst.*

Quum ejus majorem partem] Plutarchus hoc non prodidit, sed ingentes certaminum moles struxisse, navales copias circa Cyprum continentem; et quosdam ex suis ad Jovem Ammonem, oraculi accipiendi gratia, misisse testatur, mox vero obiisse. *Mag.*

In oppido Citio est mortuus] *Cythio* Codex P. Danielis. Citium urbs est Cypri, in qua natus est Zeno, Stoicorum princeps: unde et Citieus dictus est. Thucydides paullo aliter hanc rem narrat, quam Diodor. Thucydides enim videtur significare, Cimonem Citium non expugnasse, sed in obsidione et oppugnatione urbis morte occupatum atque oppressum esse. Diodorus vero ait, Cimonem mari potientem, Malum et Citium, urbeis Cypri, expugnasse, et in victos humanum se præbuisse. Quod autem ad ejus mortem attinet, sic idem Diodorus paullo post: συνέβη δὲ καὶ τὸν Κίμωνα περὶ τὴν Κύπρον διατρίβοντα νόσῳ τελευτῆσαι. *Lambin.* Plutarchus Cimonis reliquias in Atticam traductas fuisse scribit, quod sua quoque ætate monumenta Cimonis arguebant, etsi ex Nausicrate Rhetore referat, Citienses quoddam Cimonis sepulchrum colere, quibus in fame terræque sterilitate, ut Cimonem tanquam Deum venerarentur, oraculo imperatum sit. *Magius.*

CAP. 4. *Fuit enim tanta liberalitate*] De qua vide Theophrastum, Theopompum, Aristotelem, Plutarchum, Athenæum lib. XII. ex Theopompo, Ciceronem Offic. III. et alios.

Ut nunquam eis custodem imposuerit] Cicer. pro Planco: 'Sin autem emimus, quem villicum imponeremus.' Schioppius venuste e libro Gifanii, *custodem posuerit*. Barthius e veteribus editis ac membranis, quibus olim usus Cœlius Curio: *Ut nunquam in eis custodem imposuerit*. Scribendum vero ipse retur: *Nunquam in eis custodem unum posuerit*. Mihi placet lectio Codicis Gifaniani. Cæsar de Bello Gall. lib. I. 20. 'Dumnorigi custodes ponit; ut quæ agat, quibuscum loquatur, scire posset.' Cicero II. Philippica: 'Quoties te Patertius domo sua ejecit? quoties custodes posuit, ne limen intrares?' pro Flacco: 'Hermippus custos T. Aufidio Prætore in frumento publico est positus.' *Gebhard.* Rem narrat Athenæus ex Theopompo, lib. XII. Sic autem dixit Nepos, 'eis custodem imposuerit,' ut Cicero in oratione pro Plancio, 'villicum imponere.' Quanquam non ne-

gat Nepos, Cimonem villicos agris et villis imposuisse, sed negat custodes apposuisse. *Lambin.*

Quibus vellet] Amplius scripti Codices, *Quibus quisque vellet.* Schott. Sic Danielis et Boecleri.

Semper cum pedisequi cum nummis sunt secuti] Vide de hoc genere servorum Pignorium. *Boecler.* Athen. lib. XII. *Καὶ λέγουσιν, ὡς περιήγετο μὲν ἀεὶ νεανίσκους δύο ἢ τρεῖς ἔχοντας κέρματα· τούτοις δὲ διδόναι προσέταττεν, ὁπότε τις προσέλθοι αὐτοῦ δεόμενος.* De Cimonis liberalitate, eadem Plutarchus in Pericle. Nam et hic non minus suarum rerum profusus populo largitor. Clarum est de Cimone loqui Athenæum, cum scribit, *καὶ λέγουσιν ὡς περιήγετο μὲν νεανίσκους δύο ἢ τρεῖς.* Errat igitur Auctor Excerpt. et Eustathius eum secutus, qui de Pisistrato hæc accipiunt, contra apertissimam Athenæi narrationem, et Probi in Cimonis vita, qui quasi ad verbum Theopompi totum locum vertit. *Casaub.* Non dissimile est quod de L. Neratio narrat Gellius XX. 1.

Ne differendo videretur negare] *Ὠκεῖαι χάριτες γλυκερώτεραι· ἢν δὲ βραδύνῃς, Πᾶσα χάρις κενεὴ, μηδὲ λέγοιτο χάρις.* P. Syrus: 'Beneficium bis dat qui dat celeriter.' Ausonius: 'Gratia quæ tarda est ingrata est gratia; namque Quæ fieri properat gratia grata magis.' *Gebhard.*

Cum aliquem offensum fortuna, videret] Lambinus hoc exponit, cui fortuna esset iniqua, irata, atque offensa. Quod cum mihi insolens videretur, nec dubitarem, offensum hic idem esse, quod obviam factum, repertum; Cl. Freinshemius confirmavit meam sententiam, indubiamque fore dixit, si in aliquo codice *forte fortuna* legeretur, quod et absorberi facile potuerit a sequenti vocabulo. *Boeclerus.*

2 *Minus bene vestitum*] Theopompus: *Κακῶς ἠμφιεσμένον, male vestitum.* Plutarchus paullo aliter, *ἠμφιεσμένος ἐνδεῶς*, id est, *parum copiose*, seu, ut ita dicam, *egenter vestitus.* Lambinus.

Suum amiculum dedit] Gymnici exemplar corrupte *amiculum* habet. *Magius.* Theopompus: *κελεύειν αὐτὸν μεταμφιέννυσθαι τῶν νεανίσκων τινὰ τῶν συνακολουθούντων αὐτῷ.* Plutarchus fere sic, ut Nepos: *διημείβετο πρὸς αὐτὸν τὰ ἱμάτια. Lambinus.*

Ut quos convocatos vidisset] Lambinus *non vocatos.* Rectius Schioppius, P. Daniel, Savaro, ac Schottus *invocatos.* Barthius Adversar. lib. XXIV. 18. legit, *ut quoscunque invocatos vidisset.* Est autem *invocatus, ἄκλητος*, ad epulas non invitatus. Fuit Cimonis animo par Gelliæ Agrigentini, cujus domus quædam munificentiæ officina credebatur. Valer. Max. lib. IV. 8. quæ comparanda cum verbis Nepotis. Vel, cui nondum vocari contigit. Terentius Eunucho: 'Invocato ut sit locus semper.' *Gebhard.* Vid. Athen. lib. XII. ibique doctissimum Casaubon.

Omnes devocaret] Omnino malim hic legi, *convocaret*, aut certe *vocaret.* Lambin.

Quod facere nullum diem prætermittebat] Sic Plutarchus: *Καὶ δεῖπνον οἴκοι παρ' αὐτῷ λιτὸν μὲν, ἀρκοῦν δὲ πολλοῖς, ἐποιεῖτο καθ' ἡμέραν.* Sic et Theopompus apud Athenæum eod. loco. Sed existimabam aliquando, neque nunc aliter sentio, legendum esse apud Cornelium, *quod facere nullum diem intermittebat.* Sic enim loquuntur Latini potius. *Idem.* Et sic locum contaminat Lambinus. *Gebhard.*

Qui unde efferrentur, non reliquissent] Supra de Aristide, in ejus vita: 'in tanta paupertate decessit, ut, qui efferretur, vix reliquerit.' Athenæus eodem loco ex Theopompo: *Καὶ φασι μὲν αὐτὸν καὶ εἰς ταφὴν εἰσφέρειν. Lambin.* Solebant enim mortui efferri honestissima veste. Juvenalis: 'Pars magna Italiæ est, si verum admittimus, in qua Nemo togam sumit nisi

mortuus.' Non solis Italis, de quibus Satyricus loquitur, sed vulgo etiam Græcis Latinisque moris fuit, ut comptiores efferrentur, quam vixissent. Erant enim καλῶν ἐνταφίων studiosissimi. *Casaub.*

Suo sumptu extulit] Vide de hoc more P. Fab. Sem. III. 13.

Vita ejus fuit secura] Nullis periculis atque insidiis exposita. Nam, ut Aurelii Victoris verbis dicam, 'ejus vita nullius oneri aut incommodo erat.' Demum, 'Ejus mortem cives expetunt, cujus vitam oderunt.' Sive ejus vita non fuit anxia ob imminens ex odio atque insidiis civium discrimen; vel, ut verbis Valerii dicam, pro salute et incrementis ejus cives votis excubabant. *Gebhard.*

Mors acerba] Quæ Græcis ἄωροι θάνατοι, vel ὀμφακίαι νεκροὶ, ut Latinis 'acerbá funera,' vel 'immatura.' Julianus Archiepiscopus Toletanus lib. I. 'Tria sunt genera mortis, acerba, immatura, naturalis. Acerba infantum, immatura juvenum, naturalis senum.' Quod a Publio Syro mutuatum. Sed minus distincte illa genera a Latinis usurpantur. Nepos enim 'mortem acerbam' de adultis dixit, sicuti Cicero in Antonium: 'Acerbissimum ejus diem supremum malim, quam L. Cinnæ dominatum.' *Keuchen.*

Cimonis res scripsere Plutarch. Cimone. Diodor. XI. et XII. Herodot. VI. et VII. Thucyd. I. Polyæn. I. Plato in Theage et Gorgia, Suidas, Athenæus XII. Demosthenes Oratione contra Aristocratem. Andocides Oratione contra Alcibiad. Arist. I. 3. Platonica II. Justin. II. 15. Valer. Maxim. V. 3. Ext. III. 5. Ext. II. 6. Cicer. offic. II. 18. *Boecler.* Facies ejus in nummorum meorum uno conspicitur cum inscr. ΚΥΜΟΝΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΥ. In postica parte victoria seminuda armis insidens, dextra palmam, sinistra clypeum tenens, in quo: ΝΙΚΗ. Infra: ΑΘΗΝΑΙΩΝ. Circum victoriam: ΚΑΤΑ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ. Hermam ejus sed capite truncatum exhibent Ursini imagines num. 46.



Apud Fulvium Ursinum in numismate æreo.

CIMON



Apud Fulvium Ursinum in schedis ex marmore.

VI. LYSANDER.

Lysander] Aristocleti filius, ex Heraclidarum genere, minime generosus. Theopomp. apud Athen. lib. VI. Mothacem fuisse adserit. Sunt Mothaces non ipsi quidem Lacedæmoniorum filii, sed cum iis simul educati adolescentes ingenui, qui deinde ad præclara facta, quæ ab illis sperantur, Laconum Reip. adscribuntur. *Longol.* Alii Mothaces volunt fuisse conditione servos. Hesychius: Μόθακες οἱ συντρεφόμενοι υἱοῖς δοῦλοι παῖδες. Et dicti μόθακες, παρὰ τὸ ὁμουθεῖν. Unde etiam est μόθος. Erant igitur servi a pedibus, qui aliis Græcis dicebantur et μόθωνες iisdem Laconibus. Lysandrum juvenem e Mothacibus unum, quod dicitur, fuisse, ex Plutarcho non discas. Fatetur tamen etiam Ælianus lib. XII. c. 43. *Casaubonus.* Vide Plutarchum in Vita. *Mag.* De hoc Thucyd. lib. V. Xenophon lib. II. Diodor. lib. XIII. Polyæn. Strateg. lib. I. et VII. Just. lib. V. Frontin. I. 5. II. 1. IV. 1. *Savaro.*

Lacedæmonius] Sic Cicero in Catone Majore: 'Lysander Lacedæmonius, vir summæ virtutis.' *Mag.*

Magis felicitate quam virtute partam] Curtius lib. II. 'Quis neget, eximiam quoque gloriam sæpius fortunæ, quam virtutis esse beneficium?' *Gebh.* Ms. mei C. fide lego: *magis fortuna quam virtute*, quæ pulcrior oppositio est: sic infr. in Thrasybulo: 'Si per se virtus sine fortuna ponderanda sit.' *Ernst.* Vide notas Freinshemii ad Flor. præf.

Sexto et vigesimo anno] Sic Thucydides lib. IV. ἔτη δὲ εἰς τοῦτο τὰ ξύμπαντα ἐγένετο τῷ πολέμῳ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι, &c. *Lambin.* Et pestilentia conflictantes. Vide Plutarchum in Vita, Xenophont. 'Ελλ. II. Diod. Siculum XIII. in extremo.

Confecisse] Penitus stravisse ac vicisse. Magius substituendum censuerat *confregisse* sive *contudisse*. Sed in eo se ipse reprehendit. *Conficere* enim est, penitus absumere. *Schott. Gebhard.* *Confecisse*] Historiam habes in Alcibiad. refert Plutarch. Diodor. lib. XIII. Polyæn. I. Just. V. Frontin. II. 1. exemplo ult. et Pompon. Mela II. infra in Conone. *Savaro.*

Id qua ratione consecutus sit, latet] Rem enim maximam minimo labore confecit; et hora una tempus longissimum, et bellum omnium, quæ ante ipsum fuerant, maxime varium et cladibus et casibus sustulit. Quod strategema ejus præter alios commemorat Polyænus lib. I. quomodo latere potest cum ipse dicat factum id immodestia adversariorum? Videtur hic locus esse mutilatus, ut et alii in hoc opusculo multi. Credam igitur olim fuisse *non latet*. Ernst.

Sed immodestia] Sic infra in Alcibiade: 'Periculum est, ne immodestia militum nostrorum occasio detur Lysandro nostri opprimendi exercitus.' Hanc militum immodestiam pulchre describit Plutarchus in Lysandro his verbis: ὡς γὰρ ἐξέβησαν, εὐθὺς, ἅτε μηδὲν προσδοκοῦντες, ἠγόραζον. ἐπλανῶντο περὶ τὴν χώραν, ἐκάθευδον ὑπὸ ταῖς σκηναῖς, ἠριστοποιοῦντο, πόῤῥωτάτω τοῦ μέλλοντος, ἀπειρίᾳ τῶν ἡγουμένων, ὄντες. Sed Aristides Sophista Λευτρικῷ

λόγῳ dicit, negligentia Imperatorum hoc evenisse, non immodestia militum: τοῦτο δὲ καὶ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ἀμελείᾳ τῶν στρατηγῶν τὰς ναῦς ἀπολέσασῃ. *Lambinus.*

Quod dicto audientes Imperatoribus suis non erant] Frequens illud apud Cornelium. Ita loquitur purissimi oris scriptor Cornelius et Iphicrate: 'Ut nullæ unquam in Græcia neque exercitatiores copiæ, neque magis dicto audientes fuerint duci.' Et Agesilao, 'tanta modestia dicto audiens fuit jussis absentium magistratuum.' Quare emendandum censeo Datame; *Thyus regi dicto audiens non erat.* Cæsar de Bell. Gall. lib. I. 40. 'Quibuscunque exercitus dicto audiens non fuerit.' Auctor de Viris illustr. cap. 7. 'Petere ut interim dum convalescit Servio Tullo dicto audientes essent.' Plaut. Amphitr. 'Ego sum Jovi dicto audiens; ejus jussu nunc huc me affero.' Cicero de Divinat. 'Istæ imagines ita nobis dicto audientes sunt, ut simulatque velimus, accurrant.' Cato de re Rustica: 'Eadem uti curet faciatque moneo, Dominoque dicto audiens sit.' Varro de re Rustica, I. 17. 'Facilius enim his, quam minoribus natu dicto sunt audientes.' *Gebh.*

Imperatoribus suis] Alcibiadi præcipue. Nam cum Lacedæmonii Lysandrum, nomine quidem legatum, revera autem ducem ad bellum contra Athenienses gerendum mitterent: idque tum reliquis sociis, tum ipso quoque Cyro, postulantibus; acri enim et vigilanti duce opus erat post cladem a Callicratida ad Arginusas acceptam; ipse cum copiis profectus urbes aliquot Asiæ in potestatem suam redegit: pugnandi tamen facultatem ducibus Atheniensibus non fecit. Quam ejus calliditatem cum pari præditus ingenio animadverteret Alcibiades, operam suam et consilium offerrent, a ducibus Atticis non sine contumelia repellitur. Cujus sive superbiæ, sive imprudentiæ graves mox pœnas dederunt, artibus Lysandri circumventi, et oppressi ad Ægospotamos Chersonesi. Periit tum præter exercitum Atheniensium classis eorund. instructissima CLXXX. navium. Atque hac ratione Lysander victoriam consecutus est. Quod certe Nepotem non latuit, uti ex Alcibiadis vita, quæ sequitur, paret, cap. 8. Vide de hac re urbisque interitu plura apud Historicos a Dn. Boeclero citatos: quibus adde Orationem Cæsaris apud Sallustium de bello Catilinario pag. 151. Senec. lib. De tranquill. animi cap. 3. et Epist. 104. Cicer. 8. ad Attic. Valerium Max. lib. III. 2. *Ernst.*

Dispalati in agris] Lege Xenophontem II. 'Ελλ. Justinum lib. V. Omnes illum astutia magis quam virtute superasse scribunt. *Longol.* 'Palantes' Cæsar dixit, Cicero, et alii. *Schott.* Facilis de vagis, dispersis, atque incompositis victoria. Plutarch. ναυτικὸν ὅταν ἐπὶ τῆς γῆς γένηται πλανώμενον, ὅποι τις θέλει, καὶ διασπειρόμενον. Tacit. Ann. lib. IV. 48. 'Thracum auxilia repentino concursu territa, cum pars munitionibus adjacerent, plures extra palarentur, tanto infensius cæsi.' Hist. IV. 35. 'Civilis ubi rursum missos Novesium frumentatores datasque in præsidium cohortes velut multa pace accepit, rarum apud signa militem, arma in vehiculis, cunctos licentia vagos compositus invadit.' De hoc casu vide Frontin. lib. II. 1. 18. *Dispalari* verbum non admodum frequens. Sallust. epist. II. ad C. Cæsarem: 'Hæc igitur multitudo primum malis moribus imbuta, deinde in artes vitasque varias dispalata, nullo modo inter se congruens.' *Gebhard.*

Relictis navibus] Quo respicit nummus meus, in cujus antica parte caput Lysandri cum inscr. ΛΥΣΑΝΔΡΟΥ

ΛΑΚΩΝΟΣ] in postica Victoria curruі ab equis marinis per mare tracto insistens, et: ΝΙΚΗ ΝΗΙΤΙΣ.

Dediderunt] Codex Schotti, *dederunt*.

Audaxque] Ἦν δὲ καὶ λόγῳ θρασὺς καὶ καταπληκτικὸς πρὸς τοὺς ἀντιτείνοντας. Plutarch.

Sibi esse belli] Editio Longoliana, *Sibi esse bellum*.

Apud Ægos flumen] Codex Danielis, *Egos*. Græci peculiariter περὶ Αἰγὸς ποταμοὺς loquuntur. Plutarchus ἀποφθ. Λάκων. Ναυκήσας δὲ τοὺς Ἀθηναίους ἐξ ἐνέδρας περὶ Αἰγὸς ποταμοὺς, καὶ λιμῷ πιέσας αὐτοὺς, παρεστήσατο τὴν πόλιν, καὶ ἔγραψε τοῖς ἐφόροις, ἑαλώκαντι ταὶ Ἀθῆναι. Pomponius Mela lib. II. 2. ' In ea [Cherroneso] flumen Ægos naufragio classis Atticæ insigne.' *Lambin.* Commissa est hæc pugna Olymp. XCIII. anno 4. cum Alexias archon esset. *Meursius*.

Classis hostium est potitus] Ultraject. *classe*. Phrasim autem explicat e Pandectis Juris varie clarissimus vir Ant. August. Emendat. libris. *Schott*.

Quam ut omnes civitates] Narrat Xenophon Ἑλλ. II. totam Græciam defecisse ab Atheniensibus præter Samios. *Lamb.*

Decem delegerat] Quorum cuique Decaducho nomen erat. Alex. ab Alex. Græci communiter δεκαδαρχίας appellant. Isocrates Panegyrico, et ad Philippum. Diodorus XIV. alii. Sed Xenophon δεκαρχίας vocat, nisi locus mendosus sit, lib. III. de rebus Græciæ. Idem in contentione Autoclis: ἔτι δὲ τὸ πάντων ἐναντιώτατον αὐτονομίᾳ, καθιστᾶντε, ἔνθα μὲν δεκαρχίας, ἔνθα δὲ τριακονταρχίας. *Lambinus*. Athenis autem triginta præfecerat, decem vero Piræeo. Plutarchus: ' Triginta quidem intra urbem, decem vero in Piræeo præfectos instituit.' Hi postea triginta viri urbem servitute oppresserunt, et ad tyrannidem usque sævierunt. Sallust. in conjurat. Catilin. et Oros. II. 14. *Meg.* Eorum nomina recenset Xenophon Ἑλλ. III. *Longolius*. Initio Athenienses Reges suos habuere; inde Archontes accepere: sub quibus tyrannidem exercuit Pisistratus, posterique ejus aliquot, qui ejecti Olymp. LXV. anno 4. Deinde vero Aristocratia usi, usque ad Olymp. XCII. annum 1. cum electi CCCC. qui sequente statim anno abrogati. Postea a Lysandro victi, triginta tyrannos habuere, Olymp. XCIV. anno 1. Qui cum decem commutati, Olymp. ejusdem anno 4. eos quoque ipsos statim in primordio excussere. *Meursius*.

Cap. 2. *Crudelitate et perfidia*] Ipse quippe dicere solitus erat, ubi leonina pellis non proficeret, vulpinam esse assuendam: idem jubebat, pueros quidem taxilliis, homines vero jurejurando fallere. Plutarch. Idem ei Syllam comparat, in cujus animo esse leonem et vulpem dicebat Carbo. *Grotius*.

Fatigemus] Scripti, *defatigemus*.

Proinde ac si iidem firmissimi solerent esse amici, qui constantes fuissent inimici] Contra P. Syrus, ' Quidam inimici graves, amici sunt leves.' *Gebh.* Secutus sum editionem Florentinam et Aldinam. Cæteræ enim habent contrarie: *Proinde ac si iidem firmissimi solerent esse inimici, qui constantes fuissent amici.* Ex Thucydide lib. VIII. licet intelligere, Thasios, antequam tantam fidem in Athenienses præstitissent, eorum fuisse inimicos, et Lacedæmoniorum socios atque amicos. Nunc igitur quia Atheniensibus eos videt amicos esse factos Lysander, et in hac amicitia permansuros judicat, eos pervertere cupit. Congruit cum Thucydide, et confirmat hanc lectionem id quod est apud Demosthenem, Orat. πρὸς Λεπτίνην. *Lambin.* Ad hæc Ultraject. editio negationem priori lectioni addendam videri ad oram annotavit. Supra in Themist. ' Non minus me bonum amicum habebis, quam fortem inimi-

eum ille expertus est.' *Schott.*

Consulerentque rebus suis] Quia hic deest exemplum quod narrare instituerat Nepos, non committendum duxi, quin lectoris cognitioni juvandæ rem gestam ex Polyæno, Strateg. I. huc referrem. Cum Thasum, propter eos, qui Atheniensium rebus studuerant, pervertere Lysander destinasset, sicut Nepotis habet narratio, atque ne evaderent, quos perditos cupiebat, metueret, fraudem clementiæ ac religionis obtentu velandam censuit. Erat apud Thasios templum Herculis, quod summa ipsi cæremonia colebant. Huc vocatis civibus, insidiosæ humanitatis plenissima orationem imposuit. Veniam se omnibus dare, aiebat, ante actorum. Consternatione et tempore facile excusari, quæ in isto rerum transitu accidissent. Igitur frustra timere quenquam aut latere. Accederent modo, bonamque de eo spem omnes caperent, qui parcere omnibus constituisset. Hæc se teste Deo ipsorum patrio polliceri, ad cujus templum et numen essent jussi convenire. Talia tam accurata simulatione asseveranti creditum est. Prodiere ex latebris, qui Atheniensis reip. studio graviora extimuerant. Quos ille post paucos dies, nihil amplius suspicantes, salutisque penitus securos adortus omnes interfecit. *Boecler.* De qua lege Diodor. Siculum lib. XII. Plut. in Lysandro, et omnium crudelissimum strategema apud Polyæn. Strateg. I.

CAP. 3. *Quo dolore incensus, iniit consilia*] Aliam causam fuisse vult Diodorus, nempe elationem animi et ferociam, quod bellum Peloponnesiacum confecisset, et Lacedæmoniis principatum Græciæ terra et mari peperisset. *Lambinus.*

Sine ope Deorum] Xenophontis præceptum, πειρᾶσθαι σὺν θεοῖς ἄρχεσθαι παντὸς ἔργου. *Keuchen.* Plutarchus ait, hoc esse machinam, seu Deum ex machina adhibere, ut fit in tragœdiis. Solent autem ad hæc commenta confugere magni viri, cum vis aut ratio humana non satis valet ad id, quod concupiscunt, efficiendum. Diodorus: ἐνόμιζε γὰρ, εἰ χρησμὸν λάβοι σύμμαχον ταῖς ἰδίαις ἐπιβολαῖς, ῥᾳδίως ἥξειν ἐπὶ τέλος τὴν προαίρεσιν. Sic Pisistratus Tyrannus cum ejectus e civitate esset, commentus est illud omnibus notum de Pallade armata, a qua in currum imposita, edicendum curavit a præconibus, Pisistratum in civitatem atque adeo in arcem restitui, cum esset mulier nomine Phya ingenti corporis statura, ita ornata ut speciem Palladis præbere videretur. *Lambin.*

Quod Lacedæmonii omnia ad oracula referre consueverant] Θεωρῶν τοὺς Λακεδαιμονίους μάλιστα τοῖς μαντείοις προσέχοντας. Diodor. Proprium autem heic est verbum *referre.* Cicero I. de Divinat. 'Sed et rebus obscuris et incertis ad Apollinem censeo referendum.' Græci usurpant προσανατίθεσθαι et προσαναφέρειν. *Gebhard.*

Primum itaque Delphos] *Delphi*, noster et Gifanii Codex. *Schott.* Habet hoc Plutarchus in vita Lysandri. *Longol.* Diod. Ἐπεχείρησε τὴν ἐν Δελφοῖς προφῆτιν διαφθεῖραι χρήμασιν.

Dodonam adortus est] Urbem Chaoniæ in Epiro, Jovi sacram, unde πολύγλωσσος apud Poëtas. Auctor Epigrammatis ad custodem Hortorum: 'Dodona est tibi Jupiter sacrata.' Nomen a Dodona, quæ una Nympharum Oceani, Poëtæ: vel Jovis et Europæ filia, Eustathius: a Dodone fluvio, Stephanus. Alii alia. Ab hac urbe quernum illud nemus Jovi sacrum Dodonæum est dictum, ubi templum et oraculum vetustissimum. Hujus sacerdotes σελλοὶ, χαμαικοιτοὶ, χαμαιευνάδες, et χαμεῦναι appellabantur. Vide Sophoclem in Trachin. et Herodotum, qui multa fabulosa de hoc oraculo commenti sunt. *Keuchen.*

Quæ Jovi Hammoni solveret] Editio Longoliana leniter *Ammoni* legit, quod frequens aliis, qui nomen ab Ἄμμος deducunt. Ut sic autem potius scribendum credam, quam *Ammoni*, facit inter alia et Festi Epitoma, quæ serie literarum concerpta, aspirationem inesse voci aperte testatum facit. *Hammon* Jupiter non *Ammon*. Quod pluribus rationibus demonstrat ad Curtium suum doctissimus Freinshemius. Accedit et illud, quod Ægyptium nomen esse, et in Hebraica lingua isti affini Sol non solum dicatur שמש, sed etiam *Hamma*. Atqui Jupiter idem cum Sole, teste Arnobio lib. III. et Platone in Phædro, ubi est μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ, quomodo etiam Macrobius interpretatur. Nec minor varietas est circa etymologiam quam scripturam. Alii enim ab ejusdem nominis pastore deduxere, inter quos Pausanias in Misseniacis. Adi Eustathium ad Dionysium, vs. 212. Sunt qui a Chamo vocem inflectunt; inter quos Bochartus et alii. Herodotus ab Ἀμοῦν, quem Græci Δία. Sed præstat ἐπέχειν, quam temere aliquid affirmare. Vetus auctor, qui vitam Alexandri fabulose composuit, hunc Jovem πολιὸν θεὸν et κριοκέρατον vocat, qui multis κερατόφόρος. Unde Alexandrum Arabes ذو القرنين Bicornem nominarunt, ut Jovis Hammonis filius agnosceretur. Quod vel in nummis videre est, quorum copiam ad Plinianas Exercitationes produxit Magnus Salmasius. *Keuchen.*

Existimans, se Afros facilius corrupturum] Nimirum, quia gens illa subdola, vel ad technas fraudesque vel etiam natura proclivis esset. Julius autem Firmicus ratione astrorum subdolos esse Afros censuit. Cum Afri passim ob fraudem male audirent, putat Nonius, *vafrum* ab *Afris*, quasi *valde Afrum* dici. Livius quoque fraudis notam genti huic inurit, inquiens de Hannibale, 'fraus plusquam Punica.' *Magius.*

In Africam] Nomen ab *Afro* descendit, ex Hercule genito, uno ex posteris Abrahæ. Græci ex α privativa, et φρίκης. Isidorus *Africam* dictam vult quasi *apricam*, quod sit aperta cœlo et Soli. Leo Africanus Arabica lingua *Iffric* vocari scribit, a verbo فرق seu *faraca*, id est, *divido*: eo quod ab Europa mari Mediterraneo, ab Asia flumine Nilo sit separata. Vel ab *Ifrico* Arabiæ Fœlicis rege, qui hanc regionem omnem primus incoluerit. Lege passim Geographos.

Nam non solum corrumpi] Sic Diodorus: Οὐ μόνον ἀπέτυχε τῆς ἐπιβολῆς, ἀλλὰ καὶ συνεξέπεμψαν οἱ τοῦ μαντείου προεστῶτες πρέσβεις τοὺς κατηγορήσοντας τοῦ Λυσάνδρου περὶ τῆς τοῦ χρηστηρίου διαφθορᾶς. *Lambin.*

Judicumque absolutus sententiis] Κρίσεως αὐτῷ προτεθείσης ἀπελογήσατο πιθανῶς ὑπὲρ αὐτοῦ. *Idem.*

Occisus est a Thebanis apud Haliartum] Plutarchus a Thebanis et Haliartiis, qui structa acie fecerant irruptionem, Lysandrum muris propinquantem occisum dicit. De Lysandri morte Xenophon quoque lib. III. Ἑλλ. prope finem. *Mag. Lamb. Longol.*

Quæ post mortem in domo ejus reperta est] Sic Diodorus. Plutarchus: Εὑρόντα βιβλίον, ἐν ᾧ γεγραμμένος ἦν ὁ περὶ πολιτείας λόγος. Ex quibus Plutarchi verbis videtur legendum apud Diodorum πολιτικῶς, pro πολυτελῶς. *Lambin.*

Ex omnibus dux deligatur] *Eligatur*, Schedæ nostræ. Sequitur in Cod. nostro, *sed scripta, ut dicit, non videntur congruere sententiæ*. Schott. Πείθειν ἐξ ἁπάντων τῶν πολιτῶν αἱρετοὺς γίνεσθαι βασιλεῖς. Diod. Plut.

Quam ille se habiturum, pecunia fidens, non dubitabat] Quam omnes oculi sen-

tentiam pro se obtenturum non diffidebat. Ad verbum fere Diodorus: Διὰ δὴ τούτου (ξένου πατρικοῦ λίβυος) καὶ τῶν κομιζομένων χρημάτων ἐλπίσας πείσειν. Valer. Max. lib. VII. 1. 'Ita Gyges, dum ad stipulatorem vanæ opinionis Deum habere concupisceret, ubinam solida et secura esset felicitas, didicit.' Bene Petron. 'Quidvis nummis præsentibus opta, Eveniet.'

Cleon Halicarnasseus] *Alicarnas*. Cod. P. Dan. Edit. Venet. *Alicarnias*. Savaro. Vulgata ex Græco profluxit. Sic Plutarchus: καὶ λόγον ἐξεμελέτα πρὸς τὴν ὑπόθεσιν γεγραμμένον ὑπὸ Κλέωνος Ἀλικαρνασσέως. *Lambin*. Usurpatus ille mos in Græcia, ut Oratores et Sophistæ aliis orationes scriptitarent. Unde λογόγραφοι, quæ vox cum re postea in contemptum adducta. Vide Cresoll. theatr. Rhet. III. 2. *Boecl.*

CAP. 4. *Perlatum: petiit a Pharnabazo*] Editio Longoliana, *perlatum a Pharnabazo*. Plutarchus aperte: καὶ συνελθὼν ἐδεῖτο γράψαι περὶ αὐτοῦ πρὸς τοὺς ἄρχοντας ἑτέραν ἐπιστολὴν, ὡς οὐδὲν ἠδικημένον, οὐδ' ἐγκαλοῦντα. De quo in Alcibiade. Commemorat eum Thucyd. VIII. et sæpe Xenoph. Ἑλλ. III. et IV. Isocrates Paneg. Plutarchus in Lysand. Erat hic Cretensis, Pharnabazi filius, olim Darii, et postea Artaxerxis Satrapes, qui Alcibiadem interfecit; ut scribit Diodor. lib. XIV. *Lambin.*

Quanta sanctitate bellum gessisset] Justitia, moderatione atque integritate. Valer. IV. 14. 'Cypriacam pecuniam maxima cum diligentia et sanctitate in urbem deportaverat.' Hinc 'sanctæ manus' non pollutæ captandis et acceptandis muneribus provincialium apud Val. lib. II. 11. 'Tum continentia inerat imperatoribus nostris, quam sanctas manus habere deberent apud ista altaria discentibus.' *Gebh.*

Huic ille liberaliter pollicetur] Se omnia facturum. Plutarch. ὑποσχόμενος ἅπαντα ποιήσειν. Ut solent falsi falsis monitis. Curt. lib. VII. 11. 'Polydamas tanto liberatus metu, impensius etiam quam exigebatur, promittit operam.' Loquitur autem ad eum modum crebro Cæsar de Bello Gallico IV. 18. 'Legatis pacem atque amicitiam petentibus liberaliter respondit.' Cap. 21. 'Legatis auditis liberaliter pollicitus hortatusque ut in ea sententia permanerent, eos domum remisit.' Ubi Græcus interpres reddit φιλοφρονεῖσθαι. *Gebhard.*

Librum gravem] *Grandem*, Gifanii Codex et Ultrajectinus. Ἐπιστολὴν vocat, bene longam haud dubie, voluminis instar, Plutarchus. *Schottus.* Quod et probat Gebhard.

Dum obsignatur] Alii codices habent, *dum signatur*. Nonnulli *designatur*, mendose. Plutarchus: ἐν δὲ τῷ σφραγίδας ἐπιβάλλειν. *Lambin.* Martialis: 'Jam signat mens annulus lagenam.' Sed altero potius uti scriptores Augusto antiquiores, docet Salmasius specim. confutat. animadv. Heraldi cap. 30.

Alterum pari magnitudine, ut discerni non posset] Longolius addit, *tanta similitudine*; quod subditum suspicor. *Lambin.* Exprimit Plutarchus: ἐναλλάξας τὰ βιβλία μηδὲν διαφέροντα τῇ ὄψει. Vide Polyænum Strateg. VII.

Cognossent] Editio Parisiensis, *cognoscerent*. Cognoscere, *legere*, ἀναγινώσκειν. Supr. Pausania: 'vincula epistolæ laxavit, signoque detracto cognovit.' Conone: 'Itaque quæ volebat huic scripta tradit. Quibus cognitis rex tantum auctoritate motus est.' Datame: 'Talibus ille literis cognitis, cum jam ad exercitum Acæum venisset.' *Gebhard.*

Suus fuit accusator] Polyænus: αὐτὸς καθ' αὐτοῦ γράμματα ἐκόμισε. *Gebh.*

LYSANDRI res habemus apud Plutarch. in vita et alibi. Thucydidem v. Xenoph. Græc. Histor. II. et III.

Diod. XII. XIII. Polyænum I. et VII. Pausaniam passim. Justin. V. Frontin. I. 5. II. 1. IV. 1. Cic. passim. *Boecler*.



VII. ALCIBIADES.

CAP. 1. *Alcibiades*] De hoc Plato in Sympos. Thucyd. lib. VI. Diodor. XIII. Plutarch. Athenæus, et Cicero; Valer. lib. I. 8. lib. III. 2. lib. VI. 9. lib. VIII. 6. Frontin. II. 5. et 7. lib. III. 2. 6. 9. 11. et 12. Just. lib. IV. et V. *Savaro*. Adde Xenoph. Hist. Gr. I. Polyæn. I. Ælian. Var. Hist. XI. 7. Isocrat. Oratione de bigis. Suidas. *Boecler*. Imaginem ejus e gemma exhibent imagines Ursini numero 4. hac forma:



Apud Fulvium Ursinum in Gemmis.

Est et in nummo, qui penes me est, caput Alcibiadis imberbe cum inscript. 'ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ: in postica parte Cupido avem manibus dimittens, pone fax, pharetra et arcus.

Cliniæ filius] Genus Alcibiadis copiose exponit Isocrates in Oratione περὶ ζεύγους, quæ habetur ab Alcibiadis filio; et Plutarchus in Alcibiade. *Lamb.*

Vel in vitiis, vel in virtutibus] In extremo vitæ eadem hic Nepos et Plutarchus. Vide et in Chiliaste proverbium 'Sileni Alcibiadis.' Et ipse Dioscuris se similem jactabat, qui alternis immortales fierent: quod utramque fortunam experiretur, nunc prosperam nunc adversam: nunc civium suorum gratiam haberet, post odio laboraret. Auctor Ælianus lib. XIII. 38. *Schott.*

Natus in amplissima civitate] Sic Mss. et Vulgati, præter Ald. et Lamb. qui *nam* legunt. Infra in fine Alcibiadis: 'Cum Athenis splendidissima civitate natus esset.' Similiter in Attico. *Savaro.*

Summo genere] 'Εν δ' εὐγενείᾳ καὶ πλούτῳ πρῶτος 'Αθηναίων. Diod. XIII.

Formosissimus] 'Ην δὲ τὴν ὄψιν καθ' ὑπερβολὴν εὐπρεπής. *Idem.* Unde vultus Alcibiadis paradigma proverbiale est formæ speciosissimæ. Aristænetus: Τοιούτους ἔδει πλάττεσθαι τοὺς ἑρμᾶς μᾶλλον ἢ κατὰ 'Αλκιβιάδου μορφήν. Alcibiadis speciositas etiam Petronio celebrata. *Barthius.* Idem quoque testatur Plutarchus in ejus vita;

Athenæus, XII. et XIII. pulcherrimum fuisse Alcibiadem retulit et comam per plurimam ætatis partem nutrivisse, calceosque varios gestasse, ac cum exercitus etiam dux esset, pulchritudinem præ se ferre studuisse; non enim puer tantum et adolescens pulcher fuit Alcibiades (ut ait Plutarchus) in omni ætatis gradu maximum semper decorem prætulit. *Magius.* *Formosissimus*] Proverbio Græci dicebant Ἀλκιβιάδου μορφὴ, de forma speciosissima. Meminerunt plurimi veterum. Et hinc est Ἀλκιβιάδιος, ὀνυχειλὲς herba, qua ad formæ venustatem uti solebat Alcibiades, ut a medicorum filiis creditum. *Keuchen.*

Consiliique plenus] Supra in Pausan. 'Imprimis omnium Persarum et manu fortis, et consilii plenus.' *Savaro.*

Imperator fuit summus] Κατὰ τὴν στρατείαν ἄριστος. Diodor.

Disertus] Ἦν γὰρ λόγῳ δυνατώτατος, et statim δεινότατος ἦν εἰπεῖν. Idem.

Et tanta erat commendatio oris] Codex Danielis, *Quod tanta, &c.* Venustatem, muliebrem ducimus; dignitatem sive commendationem oris, virilem. Id Euripidi apud Stobæum est εἶδος ἄξιον τυραννίδος, forma Principe digna, quam 'decorem oris' vocat in Tito Tacit. Hist. III. 1. *Keuchen.*

Dives; quum tempus posceret]. Emendatio Lambiniana, *Idem cum tempus posceret.* Alii libri, *Deinde cum tempus.* Iterum alii, *Dives cum tempus posceret.* Distinguendum: *Dives; cum tempus posceret.* Quasi cæteroqui inter se pugnarent divitiæ ac labor, dicit utraque in Alcibiade convenisse. Nam revera opes desidiam, luxum, ac laboris fugam pariunt. Cato apud Sallust. Catilin. 'Opulentia negligentiam tolerabat.' Tacit. Ann. VI. 27. *Gebhard.* Non absimile illud Diodori, ἐν δ' εὐγενείᾳ καὶ πλούτῳ πρῶτος Ἀθηναίων. *Schott.* Hanc morum et ingenii inæqualitatem ex Satyro refert Athenæus lib. XII.

Laboriosus] In Timotheo: 'Fuit enim disertus, impiger, laboriosus, rei militaris peritus.' *Savaro.*

Non minus in vita quam victu] Præclare hæc mihi ut spuria et aliunde inculcata ab Ultrajectino Editore omissa videntur. Diodorus: τὴν ψυχὴν λαμπρὸς καὶ μεγαλεπήβολος. *Gebhard. Schott.*

Affabilis] Quæ virtus maxima in Principe, ut ait Plinius in Panegyrico. Hinc inter epitheta boni Principis, a Polluce Imperatori Commodo præscripta, εὐπροσήγορος, εὐέντευκτος, μειλίχιος, προσηνής. *Keuchen.*

Temporibus callidissime inserviens] Unde illum Chamæleonti comparat Plutarchus; quem in hoc etiam vincebat, quod Chamæleon se colore candido simulare non potest. *Inserviens*] Ita vulgati, male. Legendum *serviens.* Infra Hamilcare: 'Paci serviendum putavit.' Lucanus ad Pison. 'Temporibus servire decet, qui tempora certis Ponderibus pensavit.' Cicer. Attico: 'Servire tempori cum necesse sit.' *Gebh.* Sed *inserviendi* voce hac ipsa vita Noster ea ratione usus est.

Idem simul ac se remiserat] A negotiis in ocium, a labore in voluptates se transdiderat. Hinc 'remissiones' Tacito in Vita Agricolæ cap. 9. 'Tempora curarum remissionumque divisa;' quæ Ann. lib. II. 33. 'delinimenta curarum ac periculorum' vocat. Senec. Hercul. Fur. vs. 476. 'Post multa virtus opera laxari solet.' Similis Alcibiadi Mecænas, de quo Paterculus lib. II. 88. 'Simul vero aliquid ex negotio remitti posset, otio ac mollitie ultra feminam fluens.' Ubi enim remissio est intempestiva ac nimia, vitio ac vituperio non caret. Nepos de Iphicrate: 'Sed in labore remissus nimis parumque patiens.' P. Syrus: 'Arcum intensio frangit, animum remissio.' Cæsar de Bell. Gall. lib. II. 15. 'Quod his rebus relanguescere animos, eorumque remitti virtutem existimarent.' *Gebhard.*

Tantam inesse dissimilitudinem] Mem-

brante, *tertiam esse.* Utrumque verbum expungit Magius, neque necessarium. *Schott.* De eo Valerius: 'Cujus nescio,' inquit, 'utrum bona, an vitia patriæ pernitiosiora fuerunt: illis enim cives suos decepit, his afflixit.' *Gebhard.*

CAP. 2. *Educatus est in domo Periclis*] Ms. *Pericli*; ut supra *Neocli* pro *Neoclis*, et *Procli* pro *Proclis* in Agesilao. *Idem.*

Privignus enim ejus] Immo sororis Periclis filius, sive ἀδελφιδοῦς, ut tradit Diodorus Siculus lib. XII. Ἀλκιβιάδης ὁ ἀδελφιδοῦς, ὀρφανὸς ὢν, τρεφόμενος παρ' αὐτῷ, παῖς ὢν καθ' ἡλικίαν. Sic Suidas, et Gellius, lib. XV. 17. 'Cum apud avunculum Periclem puer artibus ac disciplinis liberalibus erudiretur.' *Lambin.* Plutarchus in Alcibiadis vita, ei Periclem curatorem fuisse dicit. Sic et Isocrates in Jugo. Quæ sane probabilis causa fuisse videtur, ut apud eum Alcibiades educaretur. Quo fit, ut Probi contextum mendo non vacare suspicer. Pericles autem si non Alcibiadis, ejus tamen uxoris vitricus fuisse videtur: quando quidem Hipponici filiam (ut Probus et Plutarchus testantur) quam Hyparetam nominat Plutarchus, Alcibiades uxorem habuit. Hujus vero Hipponici conjugem in uxorem postea duxit Pericles, ut idem in Pericle testatur. Scimus tamen, ex hac Hyparetam Pericli editam, a Plutarcho non dici, Calliam vero maxime, quem idem Plutarchus a nonnullis, Alcibiadis socerum dictum fuisse retulit. *Magius.*

Eruditus a Socrate] Licet hoc ex Platone et Xenophonte cognoscere, quanquam Socrates in Apologia a Platone scripta, negat se cujusquam magistrum fuisse. Sed hoc facile solvi potest. *Lambin.*

Socerum habuit Hipponicum] Isocrates περὶ τοῦ ζεύγους, in qua Orat. loquitur Alcibiadis filius: μετὰ δὲ ταῦτα τὴν μητέρα τὴν ἡμετέραν ἔγημεν, ἡγοῦμαι γὰρ καὶ ταύτην ἀριστεῖον αὐτὸν λαβεῖν· ὁ γὰρ πατὴρ αὐτῆς Ἱππόνικος πλούτῳ μὲν ἦν πρῶτος τῶν Ἑλλήνων, γένει δὲ οὐδενὸς ὕστερος τῶν πολιτῶν. *Idem.*

Omnium Græcæ linguæ eloquentia ditissimum] Lambinus: *Omnium Græcorum divitissimum.* Cui tamen nullum e doctoribus auscultasse adhuc video. Vulgati libri præferebant, *Græcæ linguæ eloquentia disertissimum.* Verum Excerpta P. Danielis, et membranæ Schotti. *Omnium Græcæ linguæ eloquentia disertissimum.* Quæ lectio cum sit stabilita veteribus libris, cur conjecturis nihili lectoribus imponatur? Intelligit vero Hipponicum eloquentia istas luculentas opes acquisivisse. *Gebhard.* Confirmat lectionem receptam Giofanius ad Lucretium dicto *Refutatus.* *Omnium Græcæ linguæ*] Plutarchus Hipponicum non disertissimum: sed magna Athenis ob divitias et nobilitatem generis auctoritate potentiaque præditum fuisse. *Magius.*

Neque plura bona reminisci] Neque plura bona excogitare. Sensus est: Si Alcibiades sibi ipse fortunam fabricare atque componere vellet, non posset memoria ac mentis discursu plura bona excogitare. Bona veluti uno fasce comprehendit Valerius Max. lib. VI. 9. ext. 4. Nobilitatem eximiam, abundantes divitias, formam præstantissimam, favorem civium propensum, summa imperia, præcipuas potentiæ vires, flagrantissimum ingenium. *Gebhard.*

More Græcorum] *Amore*, Gifanii Codex, qui *amor amicitiæ* M. Tullio in Tuscul. IV. dictus, ut explicat Anton. Muret. Var. Lect. lib. XV. 4. *Schott.* Ambiguum sane hoc est. Viri enim in rep. clari aut sapientia doctrinaque nobiles, adolescentulos bono ingenio præditos amabant, quo a turpibus studiis vitæ, cum perpetuo illis adessent, abducerentur. Erant etiam Græci παιδερασταί. Quare et Socrates et Alcibiades non bene ob id audiverunt. Notum est, quid

de hoc amore senserit Bion Borysthenites in Laërtio. *Long.* De quo vide Xenophont. Λακεδ. πολ. Plutarchum, Theodoretum, Lucianum, Petronium, et alios. *More Græcorum*] Scriptum fuerat in Danielis et Gifanii membranis *amore*. Ut sit, *amatus est a multis amore Græcorum; κατ' Ἀττικὸν σχῆμα*, ut loquitur Suidas. Sunt enim Græcorum palilogiæ, ὕβριν ὑβρίζειν, μανίαν μαίνεσθαι, χαρὰν χαίρειν, aliæque id genus, non transmarinæ solum, sed et Romana civitate a veteribus donatæ. Sic 'mori morte,' 'cadere casu,' et alia apud auctores. *Keuchen.* Respicit ad illud quod dixerat in præfatione, 'Laudi in Græcia ducitur adolescentulis.'

Plato in Symposio] Cujus verba longiora sunt, quam ut heic adjungam. Laërtius in Vita Socratis accusatum fuisse dicit, quod contra jus et fas homines corrumperet. Nisi forte hoc alio spectat: nam et citra impudicitiæ notam aliis etiam modis corrumpi possunt adolescentes, quod Aristoph. in Nebulis arguit; juvenum corruptiones a Socrate patratas, non ad impudicitiam, sed improbitatem et reliqua facinora referens. *Magius.*

Se pernoctasse cum Socrate] Respicere videtur ad παιδεραστίαν, quam Plato vocat de Leg. lib. I. τὸ παρὰ φύσιν τόλμημα, D. Clemens lib. VI. Const. Apost. cap. 27. παρὰ φύσιν βδελυκτὴν μῖξιν, alibi, παρὰ φύσιν κακὸν, *adulterium contra naturam.* Lactantius De Fals. Relig. I. 3. De qua insigniter Tatianus contra Græcos: παιδεραστία μὲν ὑπὸ Βαρβάρων διώκεται, προνομίας παίδων ἀγέλας, ὥσπερ ἵππων φορβάδων, συναγείρειν αὐτῶν πειρωμένων. Juvenal. 'Nonne putas melius, quod tecum pusio dormit?' &c. *Keuchen.*

Ac filius a parente] Præter Platonem et Plutarchum Petronius: 'Non tam intactus Alcibiades in præceptoris sui cubiculo jacuit.' *Savaro.*

CAP. 3. *Bello Peloponnesiaco*] Hujus initium vidit Pythodori magistratus. Thucydides, ubi de eo agit, lib. II. Καὶ Πυθοδώρου ἔτι δύο μῆνας ἄρχοντος Ἀθηναίοις. Consentit Dionysius Halicarnass. in Isocrate, ubi dicit, 'natum eum oratorem anno V. ante bellum istud Peloponnesiacum.' Eusebius quoque in hoc ipso anno: Ὁ Πελοποννησιακὸς συνέστη πόλεμος. Alii sequente anno, et archonte Euthydemo incepisse tradunt. In his Anonymus et Diodor. lib. XII. Et hic Romæ conditæ fuit CCCXXIII. de quo Aul. Gell. lib. XVII. 21. *Meursius.*

Syracusanis] Describitur hoc bellum a Thucydide lib. VI. et Justino lib. V. *Longol. Mag.* Contigit anno XIX. Peloponnesiaci, qui tertius Siculi.

Duo præterea collegæ dati] Collegas vocabant legitimæ ejusdem militiæ socios. Epaminonda: 'Haberetque collegas duos, quorum alter erat Pelopidas.' Et hinc *collegium*, τάξις στρατιωτική, ut explicat vetus Glossarium. *Keuch.* Præfectus classis interdum solus imperium tenebat, sed frequenter cum collegis pari potestate præditis, ut hic Alcibiades cum Nicia et Lamacho, qua de re Schefferus in de Milit. Navali lib. IV. 5. Caussa erat, ne imperii summam uni, si dominationem affectaret, infeliciter committerent; sed ejus cupiditates collegis additis cohiberent. Plutarch. in Alcib. de ea cautione Forstnerus in Taciti Ann. II. plura. *Loccen.*

Nicias et Lamachus] Cod. P. Danielis, *Mitia et Lamachus.* Sed emendandum, *Nicias et Lamachus.* Nam aperte in Justino: 'Creantur duces Nicias et Alcibiades et Lamachus;' qui pari potestate præditi erant cum Alcibiade. Habuit autem hic imperium aliquando solus, non tamen perpetuum, sed ut voluntate populi delatum, ita ab ejusdem etiam arbitrio suspensum. De qua re Thebanorum legem commemorat in Epaminonda Nepos: 'Lex erat Thebis, quæ morte multabat, si quis imperium

diutius retinuisset, quam lege præscriptum foret.' Cæterum a Romanis etiam observatum, ut summo Duci (Pollux στόλαρχον vocat, frequentius alii στρατηγὸν) in prælium ituro bini collegæ ejusdem potestatis adjungerentur. *Keuchen.*

Omnes Hermæ] Ἤδη δὲ τοῦ στόλου παρεσκευασμένου, τοὺς ἑρμᾶς τοὺς κατὰ πόλιν παμπληθεῖς ὄντας συνέβη ἐν μιᾷ νυκτὶ περικοπῆναι. Diod. Sic Thucydides lib. VI. Plutarchus, Andocides in Orat. περὶ τῶν μυστηρίων. Erant autem Mercurii statuæ lapideæ, quas in vestibulis ædium vel publicis viis super columnas constitui ornatus causa solebant; quadratæ, et ad cubi figuram conformatæ, nimirum sine manibus; quod omnem rem (ut scribit Festus) sine manibus sermo conficiat: quibus corporis partibus qui carent, κυλλοὶ vocantur, ex quo Mercurius Cyllenius dictus est. Vide Thucydidis Scholiastem, Suidam, et Macrobium Saturn. I. Plutar. in Sermone, εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον, scribit, Mercuriis affìcta fuisse membra virilia intenta ac porrecta, manus autem et pedes detractos; ut significarent veteres, se senes non desiderare, qui corporis muneribus fungantur. *Lamb.* Quod et Romæ in ædibus Cardinalis de Cæsiis vidi, et patet ex dicto Philosophi, qui in gulosum et libidinosum adolescentem tempestive lusit, quod similis esset τοῖς ἑρμαῖς, qui nihil nisi caput et penem haberet. *Scaliger.* Romani in triviis Hermas illos habebant erectos; Athenienses præ foribus suarum ædium. Ælian. Var. II. 41. Idque porrecto cum veretro. Τοῦ δὲ ἑρμείου τὰ ἀγάλματα ὀρθὰ ἔχειν τὰ αἰδοῖα ποιεῦντες; Herodot. quos summa cum religione observabant. Scholiast. Juven. Plutarchus vocat ἑρμᾶς λιθίνους, quia materia, ex qua fiebant, vel marmor erat vel lignum aut lapis. *Keuchen.* Hos primum ab Hipparcho Athenis erectos Plato in Dialogo De lucri cupiditate docet ejusque nomen describit. Locus elegans. *Longol.*

Athenis] Glossema puto, nam Athenas oppidum absolute vocare solet. Sup. I. 5. et II. 10.

Dejicerentur] Immo circumciderentur aut mutilarentur. Sic enim Thucydides: Καὶ ἐν ἱεροῖς μιᾷ νυκτὶ οἱ πλεῖστοι περιεκόπησαν τὰ πρόσωπα. *Lamb.* Sic alii τῶν ἑρμῶν περικοπὴν vocant. *Dejicerentur*] Veteres nonnulli *deicerentur*, ἀρχαϊκῶς, καὶ κατὰ συναίρεσιν, unde *deiceretur* in Excerptis. Nam *deicio* dicebant antiqui, pro *dejicio*; ut in aliis compositis. *Keuch.*

Qui ante januam Andocidis erat, Andocidisque Hermes vocatus est] Sic Lamb. restituit, historiam, ut ait, et veritatem secutus. Allegat autem Æschinem adv. Timarch. Andocidem, et Plut. ll. cit. et Harpocrationem; qui omnes hunc lapidem prope domum Andocidis, et a tribu Ægeide positum, ac Andocidis Hermem dictum fuisse tradunt. Quare perperam nonnulli: *ante januam ejus erat*; ut etiam Magio observatum. In seqq. mire variant libri. Plerique vulgati: *Andocidesque vocatus est*. Savar. et Schotti codd. *Androclides*, quod hic recte rejecit. Ms. Boecler. *qui ante jan. erat, Andocides vocitatus est.* Sed longe auctius Ed. Ultraj. et cod. P. Danielis. Nam illa: *Itaque ille, postea Mercurius Androclides vocitatus est.* Hic: *erat Androclidi; itaque ille postea Merc. Androcydes vocitatus est.* Unde sic puto scripsisse Nepotem: *qui ante januam erat Andocidi. itaque ille postea Mercurius Andocidis vocitatus est.* Nam ad hunc plane modum Plut. in Alcib. p. 201. F; ubi de Andocide ob Hermas truncatos in vincula conjecto: ἔχοντες δὲ οὐχ ἥκιστα τῆς τοῦ Ἑρμῶν περικοπῆς ὑποψίαν ὁ μέγας Ἑρμῆς, ὁ πλησίον αὐτοῦ τῆς οἰκίας ἀνάθημα τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς ἱδρυμένος. ἐν γὰρ ὀλίγοις πάνυ τῶν ἐπιφανῶν, μόνος σχεδὸν ἀκέραιος ἔμεινε. διὸ καὶ νῦν Ἀνδοκίδου καλεῖται, καὶ πάντες οὕτως ὀνομάζουσι, τῆς

ἀντιγραφῇ ἀντιμαρτυρούσης. Vides postea demum ita dictum; quam ceteri dejecti essent. Id quod indicant quæ in Ed. Ultraj. et Ms. Dan. sunt adjecta. Ea ut in aliis codd. omitterentur, fecit repetitio nominis *Andocidis*. Sæpe enim librarii cum vox aliqua in eadem periodo vel etiam pagina bis occurreret, quæ interjacebant, festinatione vel errore omiserunt. Cujus rei illustre exemplum Josephi Liber περὶ λογισμοῦ αὐτοκράτορος, sive, ut vulgo inscribitur, 'de Maccabæis,' præbet. Nam is hac una caussa in editis codd. misere mutilatus est, ut e membr. vett. apparet, e quibus eum aliquando longe auctiorem purioremque dabimus. Id ergo heic quoque factum. Certe in codice Boecler. hac ratione peccatum esse, manifestum est. Ceterum Nepos *Andocidi* scripsit, ut alibi *Neocli*, *Procli*; *Pericli*; ut item alii *Thucydidi*, *Euripidi*, *Archonidi*, *Timarchidi*, *Persi*, *Demostheni*, *Aristoteli*, &c. gignendi casu dixerunt; de quo Voss. de analog. II. 9. Quanquam autem in eo Herma *Andocidis* nomen non erat inscriptum, ut e Plut. colligitur, tamen in alio fuit, quem capite truncatum Ursini Imagines n. 13. exhibent, cum inscr. ΑΝΔΟΚΙΔΗΣ ΛΕΩΓΟΡΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

Quod non ad privatam, sed ad publicam rem pertineret] Thucyd. Καὶ ἐπὶ συνωμοσίᾳ ἅμα νεωτέρων πραγμάτων καὶ δήμου καταλύσεως γεγενῆσθαι.

Magnus multitudini timor est injectus] Infra Dione: 'Quod factum omnibus maximum timorem injecit.' Plutar. Πολλοὺς καὶ τῶν περιφρονούντων τὰ τοιαῦτα διετάραξεν. *Lambin.*

Quæ libertatem opprimeret] Μὴ τὴν δημοκρατίαν καταλύσειε. Plutarch.

Populi] Lambinus *populi* contra libros expungit. *Schott.*

Hoc maxime convenire in Alcibiadem videbatur] Aliter Diodor. lib. XIII. οὗτος (privatus quidam et inquilinus) αὐτὸν (Alcibiadem) ἐξελέγξας κατεψευσμένος εὑρέθη, τῶν δὲ ἄλλων οὐδ' ἴχνος τῆς πράξεως οὐδεὶς εὑρεῖν ἠδυνήθη. Et paullo post odio privato plurium hoc periculum Alcibiadi intentatum innoxio addit, et calumniæ non levem adjecisse speciem factum Argis, quo quidam, qui privato ejus hospitio continebantur, populi imperium dissolvere aggressi, universi a civibus concisi sunt. *Gebhardus.*

Quod et potentior] Hinc Aristoph. in Ranis eum leoni comparabat, quem in urbe ali haud expediret. Si vero aleretur obsequendum ejus moribus esse. Ita Polybius Hist. lib. V. ubi de Cleomene loquens haud dubie Aristophanis dictum in animo habuit, 'Non tutum leonem et pecudes in eodem stabulo contineri.' *Loccen.*

Multos enim liberalitate devinxerat] Liberalitatem populus largitionem indigetat, et istis largitoribus crimen rerum novarum affingit. M. Manlius Capitolinus cum addictos propria pecunia liberaret, regni affectati suspicione in carcerem est conjectus. Vid. Liv. VI. 14. Liberalitas ergo pro largitione. Cæs. de B. G. I. 18. 'Magna apud plebem propter liberalitatem gratia cupidum rerum novarum.' *Gebh.*

Plures etiam opera forensi] *Opere*, Ms. meus. Non ita recte: 'Opella forensis' Horatio lib. I. Epist. 7. Valer. lib. III. 8. Ext. 4. 'experimentum, cum efficacis opera forensis, tum fidei non latentis.' *Savaro.* Vide Athenæum lib. X. Audax isthic narratur Alcibiadis factum, quomodo a reis exemerit Hegemonem Thasium; deleto scilicet digito, quem saliva oris imbuerat rei nomine, scriba et prætore vidente. *Longol.*

Suos reddiderat] Sic legendum, quomodo habent Codices emendati, non quomodo alii mendosi, *reduxerat*. Licet etiam legere, *redegerat*, idque ex vestigiis antiquæ scripturæ; quomodo interdum loquitur Cæsar. *Lambin.* Loquuntur et ad hunc modum Græci,

ἔθνους κατασκευάζεσθαι. Herodian. I. Diodor. *Gebhard.*

Sed etiam timorem] Non est nove dictum, ut censet Monstroliensis. Propertius: 'Vulneribus didicit miles habere metum.' *Gebh.*

Obesse plurimum et prodesse] Hinc Timon ille, quem μισάνθρωπον Lucianus singulari libello inducit; Alcibiadem adamabat, quod præsagiret magno illum malo fore aliquando Atheniensibus. Plutarchus. *Schott.*

Aspergebatur etiam infamia] Curt. lib. X. fin. 'Hæc utcunque sunt tradita, eorum quos rumor asperserat, mox potentia exstinxit.' Apulei. lib. VIII. 'Indicio morum tamen improbatus, repulsæ contumelia fuerat aspersus.' In Vatinium: 'Ne qua ex summa tua indignitate labes illius dignitati adspergatur.' *Gebh.*

Quod in domo sua facere mysteria dicebatur] Καὶ τὰ μυστήρια ἅμα ὡς ποιῆται ἐφ' ὕβρει. Thucyd. Explicatius ista a Plutar. referuntur, quare ejus verba adscribam: Ἐν δὲ τούτῳ δούλους τινὰς καὶ μετοίκους προήγαγεν Ἀνδροκλῆς ὁ δημαγωγὸς, ἄλλων τε ἀγαλμάτων περικοπὰς, καὶ μυστηρίων παρ' οἶνον ἀπομιμήσεις, τοῦ Ἀλκιβιάδου καὶ τῶν φίλων κατηγοροῦντας. *Longol.* Mysteria, id est, Cereris sacra arcana. Justinus lib. V. criminis hujus mentionem faciens, 'mysteria Cereris initiorum sacra dicit.' Inde Strabo VIII. 'Eleusinæ Cereris templum mysticum' vocat, propter Cereris sacrorum secreta. *Mag.* Duo sacra diversa Cerealia celebrarunt Attici diversis mensibus, sed conjunctis, Ἐλευσίνια ac Θεσμοφόρια. Eleusinia Boëdromione mense agitabantur; Thesmophoria, sequente Pyanepsione. Inde auctores Veteres hæc duo mysteria passim confundunt. *Salmasius.* Τῇ εἰκάδι Βοηδρομιῶνος qui accipiebant mysteria (quod μυεῖσθαι dicitur, Tertullian. dicit *instituere*) vocabantur Μύσται. Quinquennio autem ineunte, eadem εἰκάδι Βοηδρομιῶνος, dicebantur ἐπόπται καὶ ἔφοροι. Alia sunt τριετηρικὰ μυστήρια. Hæc autem μεγάλα dicebantur, ut illa μικρά. Hæc quinquennalia, illa triennalia. Et hæc semper celebrabantur nocte, quæ sequebantur τὴν εἰκάδα Βοηδρομιῶνος, statim post occasum Solis, plenilunio. *Scal.* De his Casaubonus Exercit. XVI. 43. Petit. Comm. ad Leg. Att. lib. I. Jac. Gothefred. Exercit. 2. de Ecclesia, in primis Meursius pecul. lib. quem Eleusinia inscripsit.

Quod nefas erat more Atheniensium] Immo capitale: de quo vide præter scriptores modo laudatos Bernegg. ad Justin. V. 5. ab hoc crimine purgat eum Isocrates Orat. de Bigis.

CAP. 4. *Hoc crimine in contentionem ab inimicis compellebatur*]. Alii, *hoc crimine in concione ab inimicis compellabatur.* Quam correctionem ingenio Claudii Puteani debitam produxit Lambinus, probavitque P. Danieli. Neque ipse inficior, *compellare* esse κατηγορεῖν, et crimine aliquem appellare. Infra Timoleonte: 'Quin eum fratricidam impiumque detestans compellaret.' Cicer. in Epist. 'Quibuscum parum procederet, ut ulla lege mihi poneret accusatorem, compellari ea lege me voluerunt.' Sed cur veterem scripturam et Latinissimam postferamus? Reposui itaque, *Hoc crimine in contentionem ab inimicis compellabatur.* Invitus et quasi obtorto collo ab adversariis Thessalo Cimonis filio et Androcle, trahebatur ad dicendam caussam. *Gebhard.* Gifan. cod. et Longol. *in contentione compellabatur.* Id est, forensi in lite appellabatur. *Schott.*

Ut, si quid de se agi] Lege Thucyd. Plutarch. Xenophont. et Isocratem περὶ ζεύγους.

Invidiæ crimine] Ultrajectin. *invidia criminis.* Schott. Non dixit *invidioso crimine*, sed *invidiæ crimine*: quasi Alcibiades nullam aliam ob culpam in contentione compellaretur, aut in judicium vocaretur, quam quod

invidia laboraret. *Lambin.* Pertinent huc verba Diodori lib. XIII. Τούτων δὲ πραττομένων, &c. Etiam Sycophantas magnis propositis præmiis ad eam rem invitarunt, ut idem paullo ante libri initio prodidit. *Gebh.*

Quiescendum in præsenti] *In præsentia* Magius edidit. Venit aliquando in mentem, rescribendum videri, *in præsens rati.* Schott. Ἐθέλοντες δὲ τό τε κρίνεσθαι παραχρῆμα, &c. Xenophon Ἑλλ. lib. I.

Quia noscere se ei non posse] Interpolatio Lambini. Vetus librorum scriptura: *Quia nocere ei non posse.* Quoniam Gifanii Codex *ei* quoque omittit, malim: *Quia nocere non posse intelligebant.* Gebhard.

Quo exisset, ut sic absentem aggrederentur] Editio Parisiensis, *Quo ei exisset, ut absentem.* Keuchen. Cod. Leid. *Quo ei ex. abs. aggr.* Lego, *Quo ei excisset, ut absentem aggrederentur.* Hoc est, quo tam longe recessisset Athenis ut tueri se non posset. Neque enim statim atque urbe exisset, 'sed postquam in Siciliam eum pervenisse crediderunt,' reum fecerunt, ut mox sequitur.

Nam postquam in Siciliam] Justinus lib. v. 1. 'Dum Athenienses in Sicilia bellum per biennium cupidius quam felicius gerunt, interim concitor et dux ejus Alcibiades absens Athenis insimulatur, mysteria Cereris initiorum sacra, nulle magis quam silentio solemnia, enuntiavisse.' Quo crimine purgat ipsum Isocrates, in Oratione περὶ ζεύγους.

Non parere noluit] Perperam alii *voluit.* Præter Plutarchum et Diodorum stabilit hanc lectionem Polyæn. I. Ἀλκιβιάδης ἀπὸ Σικελίας ἀναχθεὶς ἐπὶ τὴν κρίσιν τῶν περὶ τῶν Ἑρμῶν καὶ τῶν μυστηρίων. *Gebhard.*

In triremem] Alii legunt heic *trierem*, quod Græcum τριήρης. Polyæn. στρογγύλης νεὼς ἐπιβάς. Alii nave Salaminia reduci jussum esse Alcibiadem tradiderunt. Scholia in Aristophan. Aves; Ἀθηναῖοι γὰρ πέμψαντες τὴν Σαλαμινίαν Ἀλκιβιάδην μετεστείλαντο ἐπὶ κρίσει τῆς τῶν μυστηρίων ἐκμιμήσεως. Et superius addiderunt διὰ τὴν περικοπὴν τῶν Ἑρμῶν. Quæ fuerit autem Salaminia navis, paucis est explicandum. Habebant Athenienses duas in parato naves, quarum quæ Salaminia nominabatur, adhibebatur ad adducendos eos, qui in jus erant vocati, extraque urbem rebus præerant: altera vero, Πάραλος dicta, serviebat sacrificiis. Vide Scholiastem eundem in Ὄρνιθας et Ranas. Unde et hæc sacra navis appellatur. In Comici Acharnensès: Καὶ ἱερὰ ναῦς τῶν Ἀθηναίων Πάραλος καλεῖται. Inde intelligendus Polyænus in Lysandro: Ὅτι μὴ μιᾷ Πάραλος ἔφυγεν Ἀθήναζε μόνη τῆς ἥττης ἄγγελος· alibi vocat ναῦς sive τριήρεις δημοσίας ταχυναυτούσας, item ὑπηρέτιδας, hoc est, ἐπὶ τὰς τῆς πόλεως χρείας πεμπομένας. Restat, ut quæram, an eadem, vel alia navi restitutos civitati arcessierint? Quandoquidem Justinus XIII. 5. 'Ob quod factum, missa ab Atheniensibus obviam nave, ab exilio revocatur' Demosthenes. Ut eandem in revocando adhibuisse eos credam, multa persuadent, quæ alibi promam. *Gebhard.* Vide Thucydidem VI. et Diodor. Siculum lib. XIII. Biblioth. Plutarch. in Pericle et in Lysandro Critolai de ea dictum adfert. Consulendus et Suidas. *Schott.*

Thurios] Ἄχρι μὲν Θουρίων εἵπετο τοῖς μεθήκουσιν, ἐκεῖθεν δὲ δρασμὸν ποιησάμενος εἰς Πελοπόννησον ἐπεραιώθη. Græci, οἱ Θούριοι, ab oppido Thurio, quod inter Crathin et Sybarin amnes situm erat, olim et ipsum Sybaris dictum. Stephanus: Θούριοι πόλις Ἰταλίας, ἣ πρότερον Σύβαρις Thurinos vocat Justinus. *Salmas.*

Impendentem evitare tempestatem] Calamitatem atque infortunium capiti imminens et intentatum. Valer. Max. lib. VI. 5. 'Eaque justitia tota illa tempestas ab utriusque fortunis

et capite depulsa est.' Claudian. de B. Get. 'At vero Italiam quoties circumstetit atrox Tempestas, ipsumque caput læsura pependit,' Tacit. Ann. lib. xi. 31. Curtius lib. x. 34. 'Quantam tempestatem subita serenitate discussit.' Paterc. ii. 27. *Gebh.*

Clam se a custodibus subduxit] Ἐν δὲ Θουρίοις γενόμενος, καὶ ἀποβὰς τῆς τριήρους, ἔκρυψεν ἑαυτὸν, καὶ διέφυγε τοὺς ζητοῦντας. Plut.

Elidem] Justinus: 'Tacitus in exilium Elidem profectus est.' Thucydides: Ἐπεραιώθη εἰς Πελοπόννησον. Diodorus: ἐκ τῆς Ἰταλίας διαπλεύσας ἐπὶ Πελοπόννησον, ἔφυγεν εἰς Σπάρτην. Elis autem Peloponnesi regio. Vide Ptolemæum et alios.

Thebas] Bœotiæ oppidum. Nomen ἀπὸ τῆς Θεώσεως. Vel a Syrorum תבה theba. Vel Hebræorum טוב. Nugantur Grammatici, qui a *Thebe* Asopi filia ducunt Etymologiam. De qua vide Fungerum, Casaubonum, et alios.

Se capitis damnatum] Thucydid. Θάνατον κατέγνωσαν αὐτοῦ τε, καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ. Diodorus: Δίκην ἐρήμην κατεδίκασαν θανάτου. *Lambinus.* Quod cum nunciatum illi esset; 'Dabimus,' inquit, 'ipsum, ut vivum, me non mortuum esse, experiantur Athenienses;' et Lacedæmone receptus, Decelicum bellum a Decelia urbe sic dictum excitavit in Athenienses. Plutarchus in Alcib. Ælian. xiii. 38. *Schott.* Simile quicquam de Hannibale, apud Livium.

Eumolpidas sacerdotes a populo coactos] Aldus et Lambinus constanter, *Eumolpidas et Ceryces.* Quæ lectio a Græcis orta, quam in emendando Nepote alteruter produxit ex verbis Plutarchi: ἐψηφίσαντο δὲ τὴν οὐσίαν ἀποδοῦναι αὐτῷ, καὶ τὰς ἀρὰς ἀφοσιώσασθαι πάλιν Εὐμολπίδας καὶ κήρυκας. Lege Thucyd. viii. Isocrat. Panegyr. et Suidam in Εὐμολπίδαι. Scripti, *Olympidas,* sacerdotes exhibent: unde alii Codices, *Olympiadas,* et alii *Olympiadæ.* Savaro. Quidam *Melpadas* legunt, sed manifesto errore. *Longol.* De Cerycis lege, quæ ad Athenæi librum xiv. 23. notavit Magnus Casaubonus.

Devoverent] Diras imprecarentur, atque exsecrarentur. Mox enim 'resecrationem' dixit pro dirarum solutione. 'Devotionis' voce utitur et Sallustius in Catil. Conjur. et disertius Plutar. in vita Crassi de Atteio Trib. Pl. legendus Torrentius ad Horat. in Epod. v. ad illud, 'Diris agam vos.' *Schott.* Aqua et igni interdicerent, sive, ut vulgo loquuntur, excommunicarent. *Cassanicus. Lambinus.* Glossæ *devotiones* interpretantur ἐπῳδάς. Qui alium devovent, diris eum et imprecationibus defigunt ac devinciunt. Quod et 'obsecrare' dicebant: cujus contrarium 'resecrare;' quod est, solvere obsecratione, ac devotione liberare. 'Vota' apud Virgilium, pro devotionibus Magicis. Ἀναθεματίζειν in Sacra Scriptura idem volunt significare, quod Patres 'anathematum vinculis innodare et constringere' sæpe dicunt. *Salmas.*

In pila lapidea] Hoc fere solebat fieri in damnatos, et infamia notatos. Itaque στηλίτης, infamia publice notatus; et στηλιτευθῆναι dicebantur, quorum bona erant publicata. *Lambin. Boeclerus.* Infra, non unam, sed plures fuisse pilas demonstrat, in quibus execratio esset incisa. *Mag.* Nec solum damnationes capitales et proscriptiones, sed etiam mulctæ a Græcis irrogatæ pilis incidebantur. Diodorus xvi. Ὁ δὲ Φιλόμηλος ἐπαρθεὶς τῇ νίκῃ de Locris parta τὰς τῶν Ἀμφικτυόνων ἀποφάσεις ἔκ τε τῶν στηλῶν ἐξέκοψε, καὶ τὰ περὶ τῶν καταδίκων γράμματα. *Gebhard.*

Lacedæmonem demigravit] Plutarchus in Alcibiad. Diodor. xiii. Polyæn. i. Strat. Oros. ii. 14. Justin. v.

Ibi ut ipse prædicare consueverat] Exstat popularis concio hac de re apud Thucydidem. *Longol.*

Non adversus patriam] Immo Lacedæmonios impulit, Atheniensibus adverso prælio turbatis, ultro bellum inferre (Justin. v. 1.) qui non magis Athenis ipsis quam civibus earum parcebant. Sic injuriam sibi, uti patebat, illatam alienis armis, suoque ductu vindicatum ivit. *Loccen.*

Deceliam in Attica munierunt] Nam eo pacto Atheniensibus reditus cum e regione tum ex argentifodinis intercipiebant. Polyæn. lib. I. Δεκέλειαν αὐτοῖς ἐπιτειχίσαι· οὐκ ἂν ἔτι σχόντων, οὔτε τὰς ἀπὸ τῆς χώρας προσόδους, οὔτε τὰς ἀπὸ τῶν ἀργυρίων. Enarrator Aristoph. Φοβηθεὶς Ἀλκιβιάδης μεταχωρεῖ πρὸς Λακεδαιμονίους, οὓς καὶ πείθει Ἀθηναίοις ἐπιτειχίζειν Δεκέλειαν· ἡ δὲ Δεκέλεια χώρα ἐν Ἀττικῇ, ἧς τειχισθείσης μέγας ὁ κίνδυνος Ἀθηναίοις μὴ δυναμένοις ἐξελθεῖν. *Gebhard.* Lege præter alios Isocratem in Orat. de Pace; Plutarchus tradit Alcibiadem statim, ut Lacedæmona venit, tria effecisse: primum, ut Spartani Syracusanis auxiliarentur. Alterum, ut bellum inde in Athenienses transferrent. Tertium, quod omnium gloriosissimum, ut Deceliam munirent, perpetuoque præsidio illic posito, obsidione Athenas tenerent.

Averterunt] Cicero pro Sextio: 'Qui mentem optimi viri fictis terroribus a defensione meæ salutis averterant.'

CAP. 5. *Nam quum acerrimi*] Alias odii et timoris causas vide apud Plutarch. et Thucyd. VIII. Adde Justinum v. 2.

Itaque tempus ejus interficiendi] Ἰσχύσαν οὖν, καὶ διεπράξαντο τοὺς οἴκοθεν ἄρχοντας ἐπιστεῖλαι πρὸς Ἰωνίαν, ὅπως ἀποκτείνωσιν αὐτόν. Plut. *Tempus*] Occasionem et opportunitatem. Annibal. 'Tempore dato adiit ad regem.' Infra hac ipsa vita: 'Tempus rei gerendæ non dimisit.'

Erat enim ea sagacitate] Aliter Justin. qui per uxorem Agidis regis, quam adulterio cognoverat, id eum rescivisse ait.

Tissaphernem, Præfectum regis Darii] Τισσαφέρνῃ τοῦ βασιλέως σατράπῃ δοὺς ἑαυτόν. Plut. Vid. Bernegg. notas ad Justin. v. 2.

Cujus quum in intimam amicitiam pervenisset] Morum similitudo sc. eos conjunxit: itaque (ut narrat Plutarchus) Εὐθὺς ἦν παρ' αὐτῷ πρῶτος καὶ μέγιστος. Nam cum Tissaphernes esset malitiosus et rerum improbarum amori deditus, mores Alcibiadis versatiles, et varios et inæquabiles, et singularem ingenii solertiam admirabatur. *Lambin.* Adde Justin. v. 2.

Opes senescere] Minui ac debilitari. Diod. dixit τὰ τῶν Ἀθηναίων πράγματα πεσόντα. Cicero dixit 'laudem senescentem,' quæ decrescat vel obsolescat de Orat. 'Laudem alicujus jam prope senescentem ab oblivione hominum revocare.' Liv. lib. XXXV. 'ut cunctando senescerent consilia.' *Gebhard.* Vide Thucyd. VII. et VIII.

Cum Pisandro prætore] Πεισάνδρος Diodoro XIV. est περιάρχος, ut alii notarunt, mendose. *Bongars.*

Ab hoc destitutus] Immo a Pisandro adjutum, auctor est Thucydides. Placet itaque germana Codicis nostri lectio: *Adhoc destitutus*; pro, præterea ab amicis desertus. *Adhoc* enim pro adhuc usurpasse veteres, ad Aurel. Victorem notabamus, et ad Lucret. Gifanius. *Schott.* Vocula hac in eo significatu non semel utitur Tacit. Ann. I. 6. 'Multi adhoc numeri e Germania.' Ann. lib. XII. 20. 'Suscipi bellum avio itinere, importuoso mari: adhoc reges feroces.' *Gebhard.*

Per Thrasybulum Lyci filium] *Lyci* diserte membranæ omnes. Qui Diodoro ac Thucydidi Στειριεὺς est. *Schott.* Homo juxta Plutarchum μεγαλοφρονέστατος.

Lyci filium] Excerpta *Lycei*, ἀρχαϊκῶς. Et sic in optimis Mss. Nam *Lycei* pro *Lyci* dictum διαλύσει vete-

illius frequenti; ut captivei, inimicei, et similia. *Keuchen.*

Suffragante Theramene] Agnonis filio. Thucyd. Καὶ γὰρ ὁ τῆς πολιτείας ἀφηγούμενος Θηραμένης, ἀνὴρ, εἰ καί τις ἄλλος, δόξας εἶναι συνετὸς, τῷ δήμῳ συνεβούλευσε κατάγειν τὸν Ἀλκιβιάδην. Diodor. lib. XIII.

Plebiscito] Ita noster Codex, et post Longolium Lambinus. Gifanii tamen schedæ, et Ultrajectina Editio, *populiscito*, quod rarius est. Ut et infra in Epaminonda: 'populiscito non paruit;' atque in Phocione scriptus liber et Ultraject. *Schottus.*

Parique absens imperio præficitur] Membranæ nostræ integre, *parique abiens imperio reficitur*. Idem.

Tanta commutatio rerum facta est] De qua vide Isocratem περὶ ζεύγους, et Diodorum lib. XIV. μετὰ δέ τινα χρόνον τυχὼν τῆς καθόδου καὶ δυνάμεως ἡγησάμενος, πολλαῖς μὲν μάχαις ἐνίκησε Λακεδαιμονίους, καὶ τελέως τὰ τῶν Ἀθηναίων πράγματα πεσόντα πάλιν ἤγειρεν. Mutato autem duce mutari fortunam quoque in utramque partem observandum est. Claudian. in Eutrop. lib. II. 515. 'Cum duce mutatæ vires: Byzantia robur Fregit luxuries Ancyranique triumphi.' In pejorem Polyæn. lib. V. τούτων πραχθέντων οἱ Καρχηδόνιοι στρατηγοῖς ἄλλοις χρησάμενοι, καὶ πολλάκις ἡττώμενοι, καὶ ἀλῶναι κινδυνεύοντες. In meliorem ibid. quæ verba huc proprie respiciunt: καὶ οἱ Καρχηδόνιοι πάντες πειθαρχοῦντες τῷ Γέσκωνι διετέλεσαν, ὡς ἀγαθῷ στρατηγῷ, καὶ αὐτίκα μεταβολὴ τῆς τοῦ πολέμου νίκης ἐγένετο νικῶντος τοῦ Γέσκωνος ἐν ταῖς μάχαις διὰ τὴν τῶν ἀρχομένων εὔνοιαν καὶ προθυμίαν. Locum infra Hamilc. sed extremo, vide ipse.

Tanta commutatio rerum] Cæsar Civil. lib. III. 68. 'Sed fortuna, quæ plurimum potest, cum in reliquis rebus, tum præcipue in bello, parvis momentis magnas rerum commutationes effecit.' Idem Comm. lib. VI. 12. 'Adventu Cæsaris facta commutatione rerum:' μεταβαλλόντων τῶν πραγμάτων. Attius Bruto: 'Nam id, quod de Sole ostentum est tibi, P[illegible] lo commutationem rerum portendit fore.' Infra Dione: 'has tam prosperas res secuta est subita commutatio.' Cicero: 'O miseram et in brevi tam celerem Reip. commutationem!'

Pacem peterent] Post pugnam scilicet navalem ad Cyzicum pugnatam, in qua Mindarus Lacedæmoniorum imperator pugnans ab Alcibiade interficitur; ut tradunt Xenophon lib. I. de rebus Græciæ, Diodorus lib. XIII. Plutarchus in Alcibiad. Polyæn. I. Strat. *Lambin.*

In quibus ducentas naves] Ἦγον γὰρ τῶν ᾐχμαλωτισμένων νεῶν οὐκ ἐλάττους διακοσίων. Diodor.

Quarum expugnaverant complures] Cod. P. Dan. *quarum expugnarant quamplures*. Lege *quas*. P. Daniel.

In his Byzantium] Diodorus Siculus eodem libro tradit, proditione a quibusdam Byzantiis facta, Byzantium ab Alcibiade noctu scalis ad murum admotis esse captum. Plutarchus cum Diodoro congruens, unum ex proditoribus Anaxilaum Byzantium nominat. Xenophon Ἑλλ. α. hos proditores enumerat, Cydonem, Aristonem, Anaxicratem, Lycurgum, Anaxilaum: qui postremus, Lacedæmone postea proditionis accusatus, dixit, se, qui Byzantius, non Lacedæmonius esset, non urbem prodidisse, sed uxorem et libros fame pereuntes servasse, quod omne frumentum Clearchus Lacedæmonius suis militibus daret; et ita absolutus est. *Lambin.*

Clementia] Nam et Byzantiis urbem reddiderunt in societatem receptis, et in Lacedæmonios, qui ad aras confugerant, non sævierunt, sed Athenas miserunt; ut de illis suo arbitrio populus statueret. *Idem.* Atheniensium in victos clementiam prædicat Diodorus XIII. Suadet idem M. Tullius Offic. lib. I. de belli gerendi

ratione. *Schott.* Fortissimus hic subruendorum hostium aries, moderatio in victoria, et clementia in victos. Curt. XI. 4. 'Alexander, quanquam belli auctoribus jure poterat irasci, tamen omnibus venia data, et obsidibus acceptis, ad proximam deinde urbem castra movit. Obsides ducebantur ante agmen, quos cum e muris cognovissent, utpote gentis ejusdem, in colloquium vocaverunt. Illi clementiam regis, simulque vim commemorando ad deditionem eos compulere.' P. Syrus, 'Perpetuo vincit qui utitur clementia.' Vide Curt. lib. VII. 60. lib. VIII. 41. Diodor. lib. XV. *Gebh.*

Ita præda onusti] Alii Codices habent, *inde*. Mag. Diodorus Siculus: 'Adducebant [versio est Lambiniana] naves non pauciores ducentis, virorum captivorum et manubiarum magnam vim et copiam. Habebant autem naves suas armis et coronis aureis, et hostium spoliis ac manubiis, et aliis rebus omnibus diligenter exornatas.'

CAP. 6. *His quum obviam universa civitas*] Hunc gloriosissimum ejus in patriam reditum describit Xenophon Ἑλλ. I. Justinus V. 4. Nam 'ad hunc redeuntis exercitus triumphum, effusa omnis multitudo obviam procedit: et universos quidem milites, præcipue tamen Alcibiadem, mirantur: in hunc oculos civitas universa, in hunc suspensa ora convertit; hunc quasi de cœlo missum, et ut ipsam victoriam contuentur: laudant quæ pro patria, nec minus admirantur, quæ exul contra gesserit; excusantes ipsi, iratum provocatumque fecisse.' Plut. in ejus vita. *Longol. Mag.*

Universa civitas] Venuste dictum: Quomodo in eadem narratione Justin. Et sic Græci πόλιν adhibent. Theod. Prodromus: ἥ γε μὲν πόλις, Ἐπεὶ τὸ ξυμβὰν καὶ τελούμενον μάθοι, Ἐξῄεσαν ξύγκλυδες ἐκ τῶν δωμάτων. Apud Athenæum Posidon. V. Deipnos. Καὶ σχεδὸν τὸ πλεῖστον μέρος τῆς πόλεως ἐπὶ τὴν ἐκδοχὴν αὐτῷ ἐξεκέχυτο. Chrysostom. homil. de Babyla: Καὶ γάρ ποτε, ἡνίκα ἀπὸ τῆς Δάφνης ἐπανῄει, πᾶσα μὲν ἡμῖν ἡ πόλις εἰς τὴν ὁδὸν ἐξεχύθη. *Keuch.*

Ad ejus triremem] Vide Diodor. et Plutarchum.

Siciliæ amissum] Sic Aldus: *admissum* tamen Magius edit, quomodo et in nostris schedis scriptum erat. Gifanius vero Conjectaneis Lucretianis *amissum* pro *amissione* tuetur, et clarissimus Gronovius Observ. III. 21. ut Poëta ille adhibet *emissum*, *conjectum*, *refutatum*, pro emissione, &c. *Schott.* Talia sunt illa apud M. Tullium; *judicatus*, pro judicatio; *comperendinatus*, pro comperendinatio, &c. *Lambin.*

Nisi Olympiæ victoribus] Unde Poëta Olympiam vocat μητέρα χρυσοστεφάνων ἀέθλων. Raro autem hac donabantur Imperatores ob præclarum facinus, aut res feliciter gestas. De Cyro videndus Xenophon lib. VIII. Emendavit locum Ant. Muretus, et ex aliis Janus Gebhardus. Fuit cum legendum putarem, *nisi Olympia vincentibus*. Cicero ex Ennio: 'Sicut fortis equus spatio qui forte supremo Vicit Olympia.' Magius tentabat, *Et id quod illi nunquam antea usu venerat nisi Olympiæ victori*, contra fidem Vet. lib. *Schott.* *Olympiæ victoribus*] Non attendo Cl. Schotto *Olympia vincentibus* supponenti. Quia sic locutus est Ennius, non continuo ita loqui placet Cornelio nostro. Quod autem Magius, *Et id quod illi nunquam antea usu venerat, nisi Olympiæ victori*, corrigit, recte idem aspernatur, sed mallem additas rationes. Enimvero non negat honoratos fuisse priores Duces coronis: sed nulli præter Alcibiadem in ingressu esse promiscue a vulgo ingestas. Quod Magius ex Plutarcho objicit, Thesei præconem, qui de Thesei adventu et salute nuncium obtulerat, plausu, coronisque

fuisse exceptum, nihil ad Cornelium nostrum; quippe diversi sunt Præco et Prætor sive Imperator; deinde quid seculo fabuloso cum historia? *Gebhard.*

Coronis aureis æneisque] Plutarchus simpliciter ἐστεφάνουν, dicit. *Lambin.* Cur 'æneas' addat, non immerito quæri potest. Nam ut Glauci Homerici væcordia videtur, permutantis χρύσεα χαλκείων, ita ridicula videri potest hæc χρυσέων καὶ χαλκείων permistio. Ego vero non dubito, quin Probi verba corrupta sint; ita, ut ubi est *æneisque*, legendum sit *tæniisque*. Solebant enim fere *tæniæ* cum coronis conjungi. Empedocles: Ταινίαις τε περίστεπτος, στέφεσίν τε θαλείοις. *Muretus* Variar. lib. XV. 7. Certe solebant coronis fere *tæniæ* et *corymbi* addi Thucydidis auctoritate, neque Oleastro solum ut antea Hercules teste Plinio extremo lib. XVI. sed et aurea donari corona Olympionicæ a civibus domum reversi solebant. De his plura Faber lib. II. Agonisticῶν cap. 23. *Schott.* Addi potest Aristides tom. I. Orat. Funebr. in Alexandr. Fuit cum legendum putarem *coronis aureis æneisque statuis:* ductus similitudine loci XVI. 5. Ubi Pelopidam interfectum 'coronis et statuis æneis donaverunt.' Nemo expediit hunc nodum: quem Muretus ferro nequicquam rumpere conatus est, legendo *aureis tæniisque*. Quia tæniæ ferme et corymbi addi coronis soliti. Sed ineptum est cogitare, Historicum brevitatis diligentem prolixum esse voluisse in commemorandis coronarum accessoriis, quæ adesse illis temporibus nemo ignoraret. Quare vulgatam tueor lectionem, explicoque, Alcibiadem a populo duplici coronarum genere, pro facultatibus cujuslibet, esse donatum; a Divitibus aureis; a Pauperibus æneis. Mihi nihil melius hac vice in mentem venit. Duces autem ob res præclare gestas, aliosque magnos viros ob merita insigniora, coronis aureis affectos fuisse vulgatissimum est. Diodor. lib. XIII. de Dionysio superiore, cum Italiotas præter spem dimisisset incolumes, et sine lytro, ἐπὶ δὲ τούτοις, exsequitur, ἐπαίνου τυχὼν ὑπὸ τῶν εὐπαθόντων χρυσοῖς στεφάνοις ἐτιμήθη, καὶ σχεδὸν τοῦτ' ἔδοξε πράττειν ἐν τῷ ζῆν κάλλιστον. Curt. lib. IV. 44. 'Iisdem fere diebus solemne erat ludicrum Isthmiorum, quod conventu totius Græciæ celebratur. In eo concilio, ut sunt Græcorum temporaria ingenia, decernunt, ut duodecim legarentur ad regem, qui ob res pro salute ac libertate Græciæ gestas, coronam auream donum victoriæ ferrent.' Vide Aristophanem Avibus p. 600. G. Nec viri solum, sed et fœminæ iisdem donis oneratæ. Diodor. lib. XI. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τῆς σωτηρίας παραδόξως τετευχότες ταῦτά τε δώσειν προσεδέξαντο καὶ στέφανον χρυσοῦν τῇ γυναικὶ τοῦ Γέλωνος Δαμαρέτῃ προσωμολόγησαν. *Gebhard.*

Ille lacrymans] Gaudio et recordatione præteritorum laborum ac malorum. Plutarchus in Alcibiade: Πολὺ δὲ καὶ δάκρυον τῷ χαίροντι τῆς πόλεως ἀνεκέκρατο, καὶ μνήμη πρὸς τὴν παροῦσαν εὐτυχίαν τῶν πρόσθεν ἀτυχημάτων. Ex quibus verbis intelligimus, non Alcibiadem, sed populum gaudio lacrymasse. *Lambin.* An autem et quatenus ex ingenti gaudio lacrymæ promanare possint, lis est inter auctores. Multa passim exempla ex antiquitate suppetunt. De Trajano Plinius, de Augusto Suetonius consentiunt. Lege tamen quæ de ejusmodi lacrymis disputat Philo Judæus in libro περὶ ἀποικίας. *Keuchen.*

Postquam Astu venit] Codex Danielis *Astum.* Vide quæ ad Themistoclem notabamus. Hanc diem, qua Athenas ab exilio remeavit, certissimum et quasi fatalem illi præsignasse exitium, notatum est; quod funesta tunc colerentur sacra, qua templi ornamenta deponere, pavi-

menta tegere, et justitio indicto a negotiis quiescere mos erat. Sicut xv. Julii mœstissima fuit, qua mulieres Athenis jejunium servant, et tum sacra Adonia celebrant. Alex. ab Alex.

Concione advocata] In qua pro se dicens ostendit se nihil impie fecisse, et contra jura omnia e civitate exterminatum esse. Xenophon lib. I.

Quin ejus casum] Sic meliores edunt. Alii *causa*. Schott.

Perinde ac si alius populus] Tacit. Hist. I. 44. 'Alium crederes populum, alium senatum.' Hist. lib. I. 9. 'Postera die tanquam apud alterius civitatis senatum populumque magnificam de se orationem prompsit.' *Gebh.*

Sacrilegii] Ἀσεβείας. Nam non ille res sacras sustulisse, sed sacra violasse, et Hermas circumcidisse ac truncasse arguebatur. Sic enim Probus supra: 'Aspergebatur etiam infamia, quod in domo sua facere mysteria dicebatur.' *Lamb.* Nova significatione sacrilegium vocat mysteria sacrorum prodita. *Longol.* Nullam enim rem sacram furatus est Alcibiades. Sacrilegium vero, quod vocis notatio indicat, sacræ rei furtum significat. Ejusdem pene criminis reus olim fuit Numenius, qui inter Philosophos occultorum curiosior, Eleusina sacra interpretando vulgavit. Auctor Macrobius I. Somn. Scip. cap. 2. *Mag.*

Sacrilegii damnasset] Sacrorum violatorum seu profanatorum. Nam sacrilegus non tantum qui sacras res rapit et compilat; sed quacunque ratione violat, Latinis dicitur. Tibull. Eleg. III. 5. 'Nec nos sacrilegos templis admovimus ignes, Nec cor sollicitant facta nefanda meum.' Quem locum tali correctione defor-marat Scaliger: *Nec nos sacrilegi templis admovimus ergo.* Florus lib. II. 17. 'Non prius signa convertit, quam cadentem in maria Solem, obrutumque aquis ignem, non sine quodam sacrilegii metu et horrore, deprehendit.' *Gebhard.*

Restituta ergo huic sunt publice bona] Διόπερ αὐτῷ τήν τε οὐσίαν ἀπέδωκαν, ἣν ἐδήμευσαν. *Diod.* Vox οὐσία proprie notat substantiam, bona, facultates, ὕπαρξιν. Lexicon Græco-Latinum vetus, *οὐσία, patrimonium, substantia, res familiaris.* Keuchen.

Iidemque illi Eumolpidæ Sacerdotes] Aldina hæc lectio, quæ immensum quantum Lambinoadblanditur. Scripti heic, ut supra, *Olympidæ*, integris literis. De Eumolpidis Arnobius adversus gentes lib. v. 'Gregis lanitii (custos) Eumolpus, a quo gens et fluit Eumolpidarum et ducitur clarum illud apud Cecropios nomen, et qui postea floruerunt caduceatores, Hierophantæ, atque præcones.' Adi Hesychium in voce Εὐμολπίδαι. *Schott.*

Resecrare] Restituere, quem prius execrabilem arcebant, ut magno scelere impiatum. Execrabiles enim erant, quicunque a sacris arcebantur: quales ἐναγεῖς apud Græcos, qui εἴργοντο χερνίβων, σπονδῶν, κρατήρων, ἀγορᾶς, et qui diris publice devovebantur, κατάρατοι. In editionibus et Longoliana legitur: *rursus tesacrare*, quod corruptum fortassis ex *desacrare*, vel *resacrare*, ut videtur. Retineo germanam scripturam, quæ est, rursus resecrare, vel resacrare. 'Rursus' autem 'resecrare' dixit, ut 'reverti rursus' apud Suetonium et alios. Quæ licet speciem habeant βαττολογίας, atque ἐκ παραλλήλου dicantur; usitatissima tamen sunt. Ita alibi: 'ergo igitur:' πάλιν αὖ, ὕστερον αὖθις, et sexcenta apud Classicos. *Keuchen.* Vide de voce hac Turneb. Advers. lib. XVIII. 25. et lib. XXIX. 36. item Pithæum subseciv. lib. I. 1.

Pilæque illæ] Diodorus dicit non *pilas* in mare præcipites actas, sed δίκας, sententias et lites: ἔπειτα δὲ τὰς δίκας κατεπόντισαν. *Lambin.*

CAP. 7. *Minus fuit diuturna*] Scripti, *non nimis fuit diuturna.*

Totaque respublica domi bellique tra-

dita] Τὸ δὲ τελευταῖον αὐτὸν στρατηγὸν καταστήσαντες αὐτοκράτορα, καὶ κατὰ γῆν, καὶ κατὰ θάλατταν. Diodor.

Ut duo sibi collegæ] Εἵλετο δὲ καὶ στρατηγοὺς ἑτέρους ἐκεῖνος, οὓς ἤθελεν, Ἀδείμαντον καὶ Θρασύβουλον. Idem.

Classe in Asiam profectus] Fuit hæc centum navium. Justin. lib. v. et Plutarch. in vita testatur.

Apud Cymen] Cyme, Cyma, vel Cuma πόλις Αἰολίδος πρὸ τῆς Λέσβου. Vide Steph. et alios. Nonnulli corrupte *Symen* legunt. Quæ insula est Cariæ vicina apud Strab. xiv. De Cyme facit mentionem Plinius lib. v. 30. et in Troade cum Myrrhina locat. Meminit etiam Eusebius, qui hanc Asiæ urbem a Christo nato cvii. terræ motu eversam dicit. *Magius.* Paullo aliter Diod. et Xenophon, qui non ad Cymen, sed prope Notium Ioniæ urbem pugnatum, culpaque Antiochi gubernatoris cladem acceptam scribunt; ad Cymen vero in eo peccatum ab Alcibiade, quod vel capere non potuerit, aut cum esset urbs sociorum, eam oppugnarit.

Minus ex sententia] Culpa Antiochi gubernatoris, quem vetuerat Alcibiades se absente prælio decertare. Xenoph. ἐπιστείλας μὴ ἐπιπλεῖν ἐπὶ τὰς Λυσάνδρου ναῦς. *Lambin.* Sic Diodorus et Plutarchus.

In invidiam] Οἱ δ' ἐν οἴκῳ Ἀθηναῖοι, ἐπειδὴ ἠγγέλθη ἡ ναυμαχία, χαλεπῶς εἶχον τῷ Ἀλκιβιάδῃ. Xenoph.

Nihil enim eum non efficere] Οἰόμενοι δι' ἀμέλειάν τε καὶ ἀκράτειαν ἀπολωλεκέναι τὰς ναῦς. Idem.

Negligenter aut malitiose] Illud proprie culpæ, hoc doli est. Ræyard. ad lib. xxii. de Reg. Juris hæc auctoris verba minus accurate distinguit. Sed inspici dignus Rittershusius in istam legem Protheor. cap. 4. et cap. 5. Vid. præterea Justin. v. 5.

Corruptum a Rege] Aut ab ejus Satrape Pharnabazo, in cujus amicitiam, ut arguebant ejus inimici, fuerat receptus. *Diodor.*

Nimiam opinionem ingenii] Vide Plutarchum.

Ne secunda fortuna, opibusque magnis elatus] Divitiæ animum inflant, et majora appetendi cupidinem inferunt. Habere enim se sciunt facultates, quibus omnia sibi prona reddere posse existimant, atque indignum ducunt, cum pecunia et copia rerum emineant, non eminere simul honore atque imperio. Vide Diodor. Sicul. lib. xvi. de Timophane Timoleontis fratre. Cæsar de bello Gallico lib. i. c. 2. 'Apud Helvetios longe nobilissimus et ditissimus Orgetorix, M. Messala et M. Pisone Coss. regnandi cupiditate inductus conjurationem nobilitatis fecit.' Æque clare lib. ii. cap. 1. f. 'Ab nonnullis etiam, quod in Gallia a potentioribus atque iis, qui ad conducendos homines facultates habebant, regna occupabantur.' *Gebhard.*

Tyrannidem concupisceret] Extat narrationis obliquæ tale in Sopatro Rhetore exemplum, interprete Joan. Nunnesio Valent. lib. iii. Instit. Rhet. ex Hermogene: 'Alcibiades,' inquit, 'post ea quæ Cyzici acciderant, cum satellites, qui eum custodirent, petiisset, accusatur tyrannidis.' *Schottus.*

Et alium in ejus locum] Cononem suffitum ait Justin. v. 5. et 6. Oros. ii. Græci adjungunt novem alios: Διομέδοντα, Λέοντα, Περικλέα, Ἐρασινίδην, Ἀριστοκράτην, Ἀρχέστρατον, Πρωτόμαχον, Θράσυλον, Ἀριστογένην. Xenoph. Diod. Plut.

Domum reverti noluit] Αὐτὸς αὑτοῦ κατέγνω φυγήν.

Et se Perinthum contulit] Emendatio Longoliana, qua Lambinus cum Savarone acquiescunt. Libri variant. Cod. P. Danielis *Pactya* legit. Savaronis *Petye.* Puteani *patere pactio.* Venet. Aldin. *Pateram.* Magius *Patras.* Ortelius ex Ptolemæo et Plutarcho *Pactyam.* Sed Codex vetus

Longolii *Parinthum* exhibet, unde *Perinthum* postea factum. Ait Plutarchus confestim illum in Thraciam migrasse, quare *Patara* civitas Lyciæ mihi suspecta. Sic Longol. et Lamb. Ergo *Perinthum* emendandum, quæ urbs Thraciæ ad Propontidem, Heraclea etiam nuncupata; Plin. XLIII. 11. Ptolem. III. Steph. de Urbibus; a qua non longe abest *Biza* vel *Bizia*, et hic male legunt, arx Thraciæ amplissima, Terei regis quondam castellum. *Mag.*

Bornos, Byziam, Macrontichos] Ego hoc modo lego: *Bornos, Bysanthen*, et *Macrontithos*, ex Ptolemæi Thraciæ descriptione, et Plutarchi Alcibiade. *Ortelius*. Vulgo *Bornos, Byziam, Themeonticos*. Male. Legendum, *Bornos, Bysanthen, Neontichos*. Βισάνθη oppidulum hoc loco Ptolemæo. Νεὸν τεῖχος, Scylaci. *Voss.*

Manuque collecta, primus Græciæ in Thraciam introiit] Sic Lambinus emendavit. Scripti tamen Codices: *manu conjecta primus Græciæ civitatis, &c.* Quod nescio cur Lambinus repudiarit. Sallustius enim ita loquitur non raro. Quidam vero *Græcæ civitatis*, quod minus probo. *Schott.* Plutarch. 'Suis,' inquit, 'navibus ac militibus, qui in fortuna rerum suarum vestigia sequebantur, collectis in Thraciam navigavit.'

Cum quibusdam regibus Thraciæ] Cum Medoco et Seuthe. Diodor. lib. XIII. Καὶ λέγοντος ὅτι Μήδοκος καὶ Σεύθης, οἱ Θρᾳκῶν βασιλεῖς, εἰσὶν αὐτῷ φίλοι. *Lambin.*

Neque tamen a charitate patriæ] Quæ una omneis omnium caritates complexa est. Diodorus eodem libro: 'Cum cuperet,' inquit, 'Alcibiades magnum quiddam e re patriæ efficere, ut populum in antiquam erga se benevolentiam restitueret.' *Idem.*

CAP. 8. *Philocles*] Sic legendum, non, ut habent libri quidam vulgati, *Philodes*. Sic enim Xenophon lib. II. de rebus Græc. πρὸς δὲ τούτῳ εἵλοντο Ἀδείμαντον καὶ τρίτον Φιλοκλέα. *Idem.* Atque eodem modo Φιλοκλέα vocat illum Diodorus, non Φιλοδέα, quod ex conjunctione literarum ortum apud Nepotem.

Neque longe abesset Lysander] Erat enim Lampsaci, quam urbem paullo ante ceperat. Lampsacus autem distat ab Hellesponto, ut ait Xenophon, stadia circiter XV. ubi erat Alcibiades, ut supra cognovimus. *Lamb.* De hac lege, quæ ad Themistoclem notavimus.

Ut bellum quam diutissime duceret] Sic Xenophon, Diodorus, et Plutarchus. *Ducere bellum*, frequens Ciceroni et aliis. Id est, protrahere, proferre. Nepos Datame; 'Autophradates cum bellum duci majore regis calamitate, quam adversariorum videret.' Tacit. XII. Ann. c. 29. Vannus 'castellis se defensare bellumque ducere statuit:' lib. II. Hist. cap. 32. 'Proinde duceret bellum.' Cæsar I. Civ. 61. 'Bellum in hiemem ducere cogitabant.' lib. II. Civ. 18. et 37. 'Castra erant ad bellum ducendum aptissima.' lib. III. Civil. cap. 42. 'Cæsar longius bellum ductum iri existimans.'

Pecunia a Rege suppeditabatur] Cyro Darii filio. Decem enim Daricorum millia Lysandro petenti ut stipendio obolus adjungeretur, Cyrus dederat. Plutarchus in Lysandro. *Magius.* Diodorus summam non exprimit, sed ait illum χρήματα πολλὰ πρὸς τὰς τῶν στρατιωτῶν διαφορὰς a Cyro accepisse. lib. XIII.

Atheniensibus exhaustis] Diodor. Οὐ δυνάμενοι τὸν πλείω χρόνον ἐκεῖ διατρίβειν, καὶ διατρέφειν τὰς δυνάμεις, id est, *cum diutius non possent illic commorari et alere suas copias*. Idem paullo post: Τό τε στρατόπεδον ἐνδεία κατεῖχε. *Lambin.*

Nihil erat super] Anastrophe; pro *nihil supererat*.

Præsentis vulgo] Παρόντος πλήθους, præsentibus militibus. *Idem.*

Se coacturum Lysandrum] Paullo aliter Plutarch. καὶ τοῖς προπέμπουσι τῶν ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου γνωρίμων ἔλεγεν, ὅτι μὴ προπηλακισθεὶς οὕτως ὑπὸ τῶν στρατηγῶν, ὀλίγαις ἂν ἡμέραις ἠνάγκασε Λακεδαιμονίους διαναυμαχεῖν αὐτοῖς ἄκοντας, ἢ τὰς ναῦς ἀπολιπεῖν id est, *Et iis qui eum prosequebantur ab exercitu viris notis dicebat, se, nisi ita contumeliose acceptus esset a prætoribus, paucis diebus coacturum fuisse Lacedæmonios aut classe confligere invitos, aut naveis relinquere.* Et Diod. etiam aliter: διόπερ αὐτοὺς ἠξίου μεταδοῦναι ἑαυτῷ τῆς ἡγεμονίας, ἐπαγγελλόμενος αὐτοῖς δυοῖν θάτερα, ἢ ναυμαχεῖν τοὺς πολεμίους ἀναγκάσειν, ἢ πεζῇ μετὰ Θρᾳκῶν πρὸς αὐτοὺς διαγωνιεῖσθαι: id est, *Quapropter postulabat, ut se in societatem et communionem imperii reciperent, promittens eis duorum alterum, se aut coacturum hostes classe decertare, aut terra Thracibus sibi adjunctis cum illis conflicturum.*

Lacedæmonios eo nolle confligere classe] Præponunt alii *respondent*, putantes hoc, quod sequitur, esse responsionem Atheniensium, quibuscum egerat Alcibiades de communicando secum imperio. Quod contra contextum, et Historiæ fidem.

Seuthem] Vel *Seuthen*. Quod Græcum est. *Keuchen.* Nonnulla exemplaria *Seucem* habent, alia *Scotym*. Mag. Lamb. Plutarchus ait, existimatum fuisse a nonnullis, Alcibiadem, quæ præfectis exercitus Atheniensium pollicitus erat, præstare, et ipsis adjumentum afferre potuisse; si Thracum tumultuariam manum, quam in armis paratam habebat, terrestri itinere in Lacedæmonios convertisset. *Magius.*

Regem Thracum deducere] Ultrajectinus *inducere:* non male. *Schottus.* Quod esset subdolis artibus promovere. Infra Annibale: 'Si forte Carthaginienses ad bellum Antiochi spe fiduciaque inducere posset.' Tacit. Ann. XII. 9. 'Designatum consulem Memmium Pollionem ingentibus promissis inducunt.' *Gebhard.*

Ut eos terra depelleret] Ms. Boecleri, *Ut eum ex terra depelleret. q. f. n. a. c. conflicturum, a. b. compositurum*, ut ad Lysandrum referatur. Similiter ferme Exc. Dan.

Bellum compositures] Sic loquitur noster Probus et in Hamilcare et in Annibale. Sic et Pollio ad Cic. X. 'Tanquam nihil pejus timerent, quam ne sine maximo reip. detrimento bellum componeretur.'

Philocles] Xenophon tradit, prætores, et maxime Tydæum ac Menandrum jussisse eum abire: se enim, non illum exercitui præesse. Sic Xenophon: Οἱ δὲ στρατηγοί, μάλιστα δὲ Τυδεὺς καὶ Μένανδρος, ἀπιέναι αὐτὸν ἐκέλευσαν. Plutarchus: Οὐ προσεῖχον οἱ στρατηγοί· Τυδεὺς δὲ καὶ πρὸς ὕβριν ἐκέλευσεν ἀποχωρεῖν. Diodorus: Ταχέως αὐτὸν ἐκέλευσαν ἀπιέναι, καὶ μηκέτι προσεγγίζειν τῷ στρατοπέδῳ. *Lambinus.*

Si quid secundi evenisset] Diodor. lib. XIII. τὰ δὲ ἐπιτεύγματα προσάψειν ἅπαντας Ἀλκιβιάδῃ. *Gebh.*

Contra ea] Sic solet loqui Probus. In præfatione, 'Contra ea, pleraque nostris moribus sunt decora:' ubi vide notas.

Si quid adversi accidisset] Diodor. Τῶν μὲν ἐλαττωμάτων ἑαυτοῖς τὴν μέμψιν ἀκολουθήσειν. Tacit. vita Agric. capite 27. 'Iniquissima hæc bellorum conditio est, prospera omnes sibi vindicant, adversa uni imputantur.' *Gebh.*

Juxta hostes castra habeas nautica] In Annibale: 'Seseque ad sua castra nautica retulerunt.' Livius lib. XXX. 9. 'navalia castra' dixit. Differebant autem hæc castra ab aliis partim in eo, quod semper fierent in littore, partim ideo, quia diversa ratione muniebantur. Eratque muniendi ea ratio duplex, vel a terra, vel a mari. A terra ducebatur fossa cum vallo, ab una parte maris in alteram, forma

ut videtur semicirculari. Ita legimus apud Homerum aliquoties, et apud Polyb. lib. I. 29. Diodorus lib. XI. de Amilcare: ' Quicquid est navium longarum subduxit, profunda ea fossa, ligneoque vallo circumdans.' Τείχει ξυλίνῳ περιέλαβε, ait, quod notandum est. Similia et de Ducibus classis Persicæ tradit. A mari, sive potius in ipso mari, statuebantur ligna præacuta validaque, veluti in porta, et ante ipsa onerariæ, quarum præsidio et castra ipsa tuta esse, et naves secure egredi ac redire possent. Schefferus lib. III. 4. de Militia Navali. Vide Grot. ad l. ult. ff. in Flor. Spars. ' Si a parente quis manum. sit.' *Keuchen.*

Immodestia militum] In Lysandro initio: ' non enim virtute sui exercitus, sed immodestia factum est adversariorum.' *Savaro.* 'Αταξίᾳ, licentia. Sed nascebatur hæc immodestia ex negligentia ducum.

Neque ea res illum fefellit] Sallustius: ' neque ea res me falsum habuit.' Plutarchus pluribus verbis: Ὅτι μέντοι τὰς ἁμαρτίας τῶν Ἀθηναίων ὀρθῶς συνεῖδε, ταχὺ τὸ ἔργον ἐμαρτύρησεν.

Per speculatores] Qui alii fuerunt ab exploratoribus apud antiquos. Vide Festum et alios, qui notarunt differentiam. Vocis hoc loco primaria appellatio est, pro iis, quos κατόπτας Græci appellabant, a quibus diversi fuerunt satellites isti principales seu λογχοφόροι, qui ab antiquo in legionibus militabant. *Keuchen.*

Vulgum Atheniensium in terram prædatum exisse] Aliis circumstantiis narrat Polyænus lib. I. Ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς οἱ Ἀθηναῖοι τετράκις ἀνήχθησαν ἐφ' ᾧτε ναυμαχεῖν. Λύσανδρος ὁ Λάκων ἀντανήγετο. οἱ μὲν ὡς ἀποπλέουσι γαυνούμενοι, παιᾶνας ᾄδοντες· Λύσανδρος δὲ κατόπιν πέμπει δύο τριήρεις. Οἱ τριήραρχοι τοὺς Ἀθηναίους ἐκβάντας ὡς εἶδον, σημεῖον μετέωρον αἴρουσι χαλκῆν ἀσπίδα. Λύσανδρος αὐτίκα ὑποσημαίνων ἐπιπλεῖ. Καὶ οἱ Λάκωνες εἰρεσίᾳ πολλῇ ἐπιπλεύσαντες, καὶ τοὺς Ἀθηναίους καταλαμβάνουσιν ἔτι ἐκβάντας, ὧν οἱ μὲν ἀνεπαύοντο, οἱ δὲ ἄλλο τι ἔδρων, γυμνοὶ πάντες. οἱ Λάκωνες ἄφνω προσπεσόντες ὡπλισμένοι γυμνοῖς, συντεταγμένοι ἀσυντάκτοις, ἐνίκησαν. αἱροῦσιν οὖν ἄνδρας αἰχμαλώτους καὶ τὰς τριήρεις ἁπάσας. ὅτι μὴ μία ἡ Πάραλος ἔφυγεν Ἀθήναζε, μόνη τῆς ἥττης ἄγγελος. Gebhard. *Vulgum Atheniensium in terram prædatum exisse*] Hoc sincerum est in Excerptis. Longolius tamen edidit, *prædatam exisse.* Ut alibi, ' effusa vulgus.' Et apud Poëtam: ' in vulgum ambiguam;' nisi locus mendosus sit, ut volunt eruditi, queis libere assentior. Sergius in editione secunda Donati: ' Vulgus et neutro et fœminino genere legimus apud Virgilium. In fœminino: In vulgum ambiguam. Neutro: Ignobile vulgus.' Quam tamen Grammatici scripturam mire carpit doctiss. Vossius de Analog. lib. I. Vide Joan. Baptist. Pium in Annotat. posterioribus. *Keuchen.*

Tempus rei gerendæ non dimisit] Senec. de ira III. 21. ' Belli maxima momenta in occasionibus sunt.' Itaque semel oblatæ non negligendæ sunt, quum facili momento mutari possint. *Loccen.*

Delevit] Omnes enim naves in Lysandri potestatem venerunt, novem aut decem exceptis, cum quibus fugit Conon ad Euagoram. Philocles et Adimantus Imperatores vivi capti sunt: quorum prior a Lysandro supplicio affectus est; quod decrevisset Athenis, ut omnibus hostibus, qui in bello caperentur, pollex manus dexteræ præcideretur, quo hastam ferre non possent, remigare possent; quemadmodum narrat Plut. in Lysandro, et Xenoph. II. de rebus Græciæ; quanquam Xenophon, ut tota dextera manus bello captis præcideretur, ab Atheniensibus decretum fuisse scribit. Hic idem Philocles, ut refert Xenophon, Corinthios aliquot et

Andrios bello captos e saxo dejecerat. *Lambin.* Mos iste a barbaris usitatus, ut captivos vario suppliciorum modo afficerent. Curt. v. 5. Flor. III. 4. Vide Zopyri historiam apud Herod. III. et Justin. I.

CAP. 9. *Penitus in Thraciam*] Malim *penitius*. Cicer. quoque conjungit, 'abditum penitus aurum et argentum effodere.' *Schott.* Plutarchus eum in Bithyniam profectum esse tradit; ibique a Thracibus, qui illic erant, compilatum et spoliatum. Bithyniæ autem partem Thraces incolebant. Xenoph. Ἑλλην. lib. III. Ἐλθὼν ὁ Δερκυλλίδας εἰς τὴν Βιθυνίαν Θρᾴκην. *Lambin.* Atque ipsi Thraces Bithyni dicti, postquam in Asiam transfretassent. Lege Herodotum.

Insidias ei fecerunt] Sic loquuntur boni scriptores. Cicer. Proœm. actionis primæ in Verrem: 'Istius insidiæ nefariæ, quas uno tempore mihi, vobis, M. Glabrioni Prætori, sociis, exteris nationibus, &c. facere conatur.'

Ipsum capere non potuerunt] Vide sup. 7.

Propter potentiam Lacedæmoniorum] Qui terræ et maris imperium obtinebant. Plutarch. φοβηθεὶς ἄρχοντας γῆς καὶ θαλάττης Λακεδαιμονίους. *Lambin.* De quorum θαλαττοκρατίᾳ, lege quæ secundum scriptores et tempora notavit ad Polybii lib. I. incomparabilis Casaubonus.

In Asiam] In Phrygiam, in qua erat Pharnabazus; quo adjutore et interprete sperabat fore, ut sibi ad Artaxerxem aditus pateret. *Lambin.* Asia appellatione γενικωτάτῃ multas provincias complectebatur, quæ Asianam diœcesim constituebant vicario subjectam, sed quæ Asia ἰδικωτάτως dicebatur, Proconsulis administrationi subjacebat. Asiana autem diœcesis Asiam illam includebat omnem, quam veteres ἰδίως sic vocarunt, cujus et duas partes fecit Agrippa, citeriorem et ulteriorem. Longe majoribus terminis eam circumscribit Strabo, qui eo nomine intelligi voluit, quicquid intra Ponticum, Hegæum et Cilicium maria concludebatur, ad instar peninsulæ. Duabus his partibus Asiæ nomen proprium factum. Citerior Lydiam, Cariam, Mysiam, Phrygiam, et Hellespontum continebat. Pars superior Pamphyliam, Lycaoniam, Galatiam, Pisidiam, Isauriam, et Ciliciam. Hujus divisionis expressa vestigia reperio in Thracensium provincia et Anatolica infimis imperii temporibus, ut apud Constantinum περὶ θεμάτων legere est. Τῶν Θρᾳκησίων θέμα plane respondet Asiæ citeriori: τὸ ἀνατολικὸν, ulteriori. Hinc utrumque θέμα μικρᾶς Ἀσίας nomine appellatum tradit Constantinus. Utriusque fere θέματος provincias comprehendebat Ἀσιανὴ διοίκησις. *Salmas.*

Grunium] Sic legendum, non ut habent libri quidam vulgati, *Grinium*. Quanquam licet etiam *Grynium* legere, ut est in exemplis Basileensibus, et idem valet. Commemorat hunc locum et Xenoph. Ἑλλ. lib. III. non longe a principio: ἔχοντες, ὁ μὲν Γάμβριον καὶ Παλαιγάμβριον· ὁ δὲ Μύρηναν καὶ Γρύνιον· δῶρον δὲ αὗται αἱ πόλεις ἦσαν παρὰ βασιλέως. *Lambin.* Athenæus lib. I. Persarum regibus fuisse solenne ait totas civitates donare. *Longol.*

Quinquaginta] Schott. e Mss. et Ed. Ultraj. leg. *Quinquagena*. Quomodo supra, 3. in Ms. Gifanii, Sch. Boecl. erat *Quadringena et sexagena*.

Vectigalis capiebat] Recte, non *habebat*, ut in vulgatis. Cic. contra Rullum, 'Majores nostri non solum id, quod a Campanis ceperant, non imminuerunt.'

Sine Rege Persarum] Artaxerxe. *Lambin. Longol.* Hic enim mortuo tunc Dario Persis imperabat. *Magius.* Vide Justin. VI. cognomento Μνήμων dictus, sive, ut Hieronymus interpretatur, *Recordans*. Drusius, Bernec-

cerus, et alii. Cujus auxilio volebat impotentiores juvari: non tam ut vincerent, quam ne succumberent.

Cyrum fratrem] Cyrum minorem, Darii et Parysatidis filium. *Lamb.* Cui pater moriens civitates, quarum præfectus erat, testamento legavit. Justin. VI. Dictus est Cyrus a flumine Cyro. Strabo XV. A κύων, canis. Vilalpand. Cujus ubera suxisse credebatur, quia ejus nutrix dicebatur Σπακώ. Herod. Hodie سگ Saac, quod Medis canis. Thys. Vel a Cyrus, quod Persis Sol. Plutarch. Ctes. Plethon. Brisson. Unde Græcorum Κύριος profluxit, quia Sol credebatur Dominus Universi. Vide Teixeram et Schich. Tarich. Priora indubie falsa sunt. Posterius displicet Scaligero VI. de Emendat. Tempor. Quia sol Persis *Coresed*, *Cores* vero cibus et satietas. Proculdubio nomen illud regium fuit, vel a Sole, vel ab imperio deductum. *Ku* Persis Princeps, unde prima ejus syllaba *Cai*, vel *Cy*. Quid ultima *rus* significet, quæri potest. Nam non est ex Hebræo ראש. *Hern.*

Et bellum clam parare] Justinus: 'Itaque occulte adversus fratrem bellum parabat.'

Lacedæmoniis adjuvantibus] Addit Justinus: 'fuisse memores Atheniensi bello enixe se ejus opera adjutos.' Illorum dux tum erat Clearchus, cui addunt Proxenum Bœotium et Mnemonem Thessalum.

Id si ei aperuisset, magnam se ab eo initurum gratiam videbat] Ms. Boecl. *Id si ap. magnam se init. gr. v.* Illud *ab eo* aberat etiam Mss. Dan. et Leid.

Cap. 10. *Mitteretur*] Quidam legendum putant, *admitteretur*. Lambin.

Eodem tempore Critias] Ille, qui ΠΑΝΜΟΧΘΗ appellatur tyrannus, unus e triginta, quos Lysander Atheniensibus imposuit, sed omnium fere immanissimus et sceleratissimus, ut non injuria ἁπλῶς Tyrannus nominetur. *Casaubon.*

Cæterique] XXIX. Quorum nomina a Xenophonte numerantur 'Ελλην. lib. II.

Certos homines] Sed Plutarchus tradit, non ante adductum esse Lysandrum, ut Alcibiadem de medio tollendum curaret, quam id nominatim ab Ephoris ei mandatum esset: sive quod ingenium viri ad res magnas suscipiendas promptum atque expeditum extimescerent; sive quod Agidi gratiam facere vellent. *Lamb.* Vide Isocrat. Orat. περὶ ζεύγους.

Quas ipse Athenis constituisset] Quæ ipso auctore agenteque sunt constitutæ in procuratione reipublicæ scilicet, ἐκείνου τὴν πολιτείαν ἔχοντος. *Boecler.*

His Lacon] Inspecti Savaroni libri, *his latoribus commotus*. Sed exstitit ab ignorantia alterius. Probo aliorum librorum scripturam, *Laco*. Ad eum modum Græca terminant Latini: Hinc Priscianus lib. I. Expellitur N a Græcis in ων desinentibus, quum in Latinam transeunt formam, ut Demipho, Simoleo, Draco. Sic Statio Agamemno. Per Laconem intelligit Lysandrum, et ita his infra vocat Agesilaum. Itaque recte scriptum est in Timotheo: 'A quo cum Laco pecuniam numeratam accepisset.' Diod. XIII. de Gylippo: ταῦτα διαλεχθέντος τοῦ Λάκωνος μετέπεσε τὸ πλῆθος, καὶ τὴν Διοκλέους γνώμην ἐκύρησε. Val. Flaccus Argon. lib. I. 421. 'Taurea vulnifico portat cælataque plumbo Terga Laco.' *Gebh.* Lator tamen, pro tabulario etiam a Suet. dicitur Calig. c. 44.

Huic ergo ren. quæ reg. c. Lac. e. nisi, &c.] Sic Schott. Savaro. Ultraj. Lambinus, *Societatem q. reg. cum Laced. esset stare non posse fœdera-que irrita futura.* Schott. *Renunciat*] Id est, vel nuntio vel verbis irritum facere, de quo convenit. Sic Cicero dixit: 'Renunciare hospitium alicui et domo emigrare.' Et ad Atticum

'renunciare conductionem.' In Verrem, 'Renuntiat Rabonius illam decisionem tutoribus.' *Gebh.*

Susamithren] Libri quidam, *Susamythrem.* Unde alii, *Susamethrem.* Malo tamen *Susamithrem*, quem ex Plutarcho Pharnabazi patruum fuisse, adducunt Magius et Lambinus. Nomen Persicum est, quo etiam vocatus Nauræ Satrapes apud Curtium lib. VIII. 24.

Bagoam] Libri quidam *Bagæum.* Magius ac Lambinus ex Plutarcho *Magæum* reponunt. Ego sequor hoc loco Schotti judicium, et veteris libri auctoritatem. Diodor. nomina percussorum non exprimit, contentus monuisse ἐπαποστεῖλαι τοὺς ἀνελοντας κατὰ τὴν ὁδὸν τὸν Ἀλκιβιάδην. *Gebhard.* Sane *Bagoam* legendum: nam non tam est nomen proprium, at vult Serrarius, quam commune, Persis significans Eunuchum. Suidas βαγῶας· ὄνομα κύριον· ὃς ἦν εὐνοῦχος. Vide Plin. XIII. Ovid. II. Amor. 'Quem penes est Dominam servandi cura Bagoi.' Sic Alexandri M. Eunuchus fuit Bagoas. Curt. X. et Herodis quoque. Joseph. XVII. 3.

Ad Alcibiadem interficiendum] Diodorus lib. XIV. de morte Alcibiadis duplicem affert historiam: unam brevem et nudam: Pharnabazum Darii Satrapen, ut gratiam iniret a Lacedæmoniis, comprehensum Alcibiadem Atheniensium occidisse: Φαρνάβαζος, inquit ille, ὁ Δαρείου Σατράπης, Ἀλκιβιάδην τὸν Ἀθηναῖον συλλαβὼν ἀνεῖλε, χαρίσασθαι βουλόμενος Λακεδαιμονίοις: alteram longiorem et suarum causarum expositione illustratam; cujus auctorem Ephorum scribit, quæ est hujusmodi: Alcibiadem, cum cognovisset Cyrum de inferendo fratri bello cogitare, venisse ad Pharnabazum, ab eoque petivisse, ut sibi omnium primo liceret, eo adjuvante, et aditum ad regem patefaciente, Cyri consilium Regi Artaxerxi enuntiare: Pharnabazum Alcibiadi hoc invidisse, et quod ab Alcibiade acceperat sibi vindicantem, fidos homines ad regem misisse, qui Cyri cogitata ei significarent: Alcibiadem a Pharnabazo repulsam passum, ad Paphlagoniæ Satrapam se contulisse; ut, quod sibi negarat Pharnabazus, ab eo impetraret: Pharnabazum hoc comperto, certos homines; qui eum in itinere interficerent, misisse. *Lambin.*

Vicinitati] Codex vero Burgensis sic habet: *Missi clam in civitatem, in qua tum Alcibiades erat, introëunt: quibus datum negotium, ut eum interficiant.* Sed hæc lectio improbanda. *Magius.* Plutarchus et Diodorus κώμῃ. Sic et M. Tullius usurpavit nomen vicinitatis. *Lamb.* Græci tamen κώμην usurpant pro populis in civitate degentibus. Unde cum Suidas explicasset vicum; addit, τοὺς ἐν τῇ πόλει δήμους κώμας προσαγορεύεσθαι. Hanc vicinitatem Melissam vocatam scribit Athenæus lib. XIII. Quam nomen urbis esse, communiter etiam tradunt Geographi. Vide lubet eundem Suidam et Stephanum. *Keuchen.*

Ferro aggredi] Libri quidam veteres habent, *cum securo aggredi.* Quæ scriptura quomodo ferri possit, aut quid sibi velit, non video; nisi dicamus *securo* positum pro *secure:* ut 'arcano' dicebant veteres pro arcane, et 'tuto' pro tute, et 'manifesto' pro manifeste, et similia. Plutarchus: οὐκ ἐτόλμησαν εἰσελθεῖν. *Lamb. Mag.* Ms. Leid. *Illi cum ferro non auderent*, omisso altero verbo. Quam lectionem si admittas, *audere* absolute dictum erit, ut sæpe apud Tacitum. Hist. I. 35. 'Ignavissimus quisque, et in periculo non ausurus.' Hist. II. 25. Eod. lib. cap. 71. 'Ingratus Principi, ut adversus Neronem ausus.' Hist. V. 11. 'Judæi sub ipsos muros struxere aciem, rebus secundis longius ausuri.'

Noctu ligna contulerunt] Diodor. Νυκτὸς περιθεῖναι ξύλων πλῆθος.

Circa casam eam] Dissentiunt hoic

Codices et Commentatores. Alii, *circa domum stramineam.* Lambini hæc lectio: qui etiam conjicit *scenam stramineam*, quia Diodorus: Τοὺς δὲ καταλαβόντας ἐν τινι κώμῃ Φρυγίας κατεσκηνωκότα. Sed Cl. Schottus hanc temeritatem merito castigavit. Savaronis, aliique libri *Samineam.* Folium Sibyllæ. Quoniam in Mss. reperitur *circa Sammeam*, non absurdum est, emendationi Schoppianæ accedere, *circa casam eam.* Schotti conjectura quam non ut certam, sed conferendæ symbolæ ad aliorum acumina excitanda statuit; *circa scanduleam*, vel *circa scamillum*, quo quiescebat, ejus est pretii, quo eam ipse auctor venditavit. *Gebhard.* Vide Boeclerum. Lege *circa domum Sanisenam.* Sanisene appellatur tractus in confinio Phrygiæ et Galatiæ. *Vossius.* Notis ad Justin. v. 8. Paulus Ligius bonæ spei juvenis sic emendandum contextum putabat: *circa stramineam casam.* Verisimile enim ipsi videbatur, domum illam fuisse stramineam, cum ligna non ad ostium solum, sed circa eam apposita scribat Probus (etsi apud Livium se legisse diceret, et circa turrim lapidibus constructam ligna incendii gratia fuisse aliquando allata) quasi parietes maxime essent incendio obnoxii. Stramineas vero casas ab antiquis fieri consuevisse, apertissimum est. Ovid. Am. II. 9. 'Roma nisi immensum vires promosset in orbem, Stramineis esset nunc quoque densa casis.' Cæsar de B. G. lib. VI. 'Gallos sua quoque ætate casas stramine tegere consuevisse testatur.' Sed alieno hic potius quam meo uti velim arbitrio. *Magius.* Sed voculæ quidem *domus*, nullus hic locus, sicut omnes testantur qui Ms. codices inspexere. *Boecl.*

Sonitu flammæ] Strepitu. Curtius lib. VII. 'Sonabant incendio silvæ.' Mss. Boecl. et Leid. hoc modo legunt hunc locum: *Ille autem ut sonitu fl. est excitatus, etsi glad.* Bene et sic etiam Schioppius legendum conjecerat. Veris. IV. 8.

Subalare telum] Intelligit sicam, quam μαχαίραν μικρὰ vocat Cedrenus. Paulus IC. appellatione telorum omnia accipi dicit, quibus singuli homines nocere possunt. Et verisimile est, Alcibiadis familiarem talem sicam vel pugionem habuisse, quam facilius sub alis gestare posset. *Keuchen.* Barthius leg. *subulare.*

Quidam ex Arcadia hospes] Conciunius veteres, *quidam Arcadiæ hospes.* Et ita in Sluiskenii membranis. 'Hospes Arcadia,' hospes est Arcadicus, vel ex Arcadia; ut 'hospes Zacyntho;' Ζακυνθόθεν 'hospes Epheso,' apud Plautum. Sic, 'anus Corintho,' 'mercator Rhodo,' 'uxor Lemno,' 'vinum Chio,' et alia frequentata scriptoribus Latinis. *Keuch.*

Qui nunquam discedere voluerat] Longolius, *discedere ab eo voluerat.*

Quod in præsentia vestimentorum fuit] Sic Plutarchus: Τῶν ἱματίων τὰ πλεῖστα καὶ τῶν στρωμάτων συναγαγὼν, ἐπέῤῥιψε τῷ πυρί. *Lambin.*

His in ignem ejectis] Extrorsum nempe ex illo loco, in quo quietem ceperat. Quare vana est Lambini curiositas *injectis*, seu *conjectis*, substituentis. Front. lib. II. 9. 2. 'Claudius Nero caput Asdrubalis in castra Annibalis ejecit.' *Gebhard.*

Effugisse eminus viderunt, telis missis interfecerunt] Malo distinguere: *effugisse viderunt, telis eminus missis interfecerunt.* Curtius lib. VIII. 66. 'Sed dum supervenientes contemptim et superbe quoque exspectant, circumventi ab his, qui occulte enataverant, eminus obruti telis.' Nepos Chabria, 'Cominus pugnans telis hostium interfectus est.' *Gebh. P. Dan.* Sic Plutarchus: Ἀλλ' ἀποστάντες ἔβαλον ἀκοντίοις καὶ τοξεύμασιν. Diodorus aliter: Κρατηθέντα δὲ ὑπὸ τοῦ πυρὸς, καὶ τῶν εἰς αὐτὸν ἀκοντιζόντων, τελευτῆσαι. *Lamb.* Alii alia. Tradunt illi vivum ipsum in cubiculo, in quo dor-

miebat, crematum esse. Justin. Oros. Sunt, qui in Melissa occubuisse, ibique sepultum scripserunt. Athenæus XIII. Sed omnium maxime discrepat Aristoteles lib. VI. 29. de natura animalium, ubi dicit: 'Monte Asiæ Elapho nomine apud Arginussam, quo loco Alcibiades mortem obiit, cervæ omnes scissa aure sunt.' *Keuchen.*

Caputque ejus ad Pharnabazum retulerunt] In cædibus injunctis capita referebantur fidei peracti sceleris acquirendæ ad mandatores. Vide Curt. VII. 14. VIII. 18. Tacitum Ann. XIV. 57. Hostium vero vel invisorum Principi referebantur ad gratiam præmiumve consequendum. Tacit. Hist. lib. II. 16. Curtius lib. III. fin. lib. VIII. 61. Interdum una cum capite dextra relata ad regem, a quo mercedem lator spectabat. Polyæn. lib. VIII. Τὸν δὲ Κράσσον Ἐξαίθρης ἀνεῖλε Παρθυαῖος, καὶ τὴν δεξιὰν ἀποκόψας ἐκόμισε πρὸς μέγαν βασιλέα τῶν Παρθυαίων. Notandum quoque recisa invisorum hostiumve capita potentibus mulieribus oblata, ut hac crudeli lætitia impotentem animum titillarent. De capite Joannis Baptistæ nota res est. Tacit. Ann. XIV. 64. 'Additur atrocior sævitia, quod caput amputatum, latumque in urbem Poppæa vidit.' Sic crudele et atrox spectatum ab æmula Octaviæ demptum caput. Quid de Fulvia dicendum est, quæ Ciceroni exsertam linguam aciculis compunxit? Quid de Alcmena Jovis pellice, quæ caput Eurysthei ad se ab Hyllo nepote delatum cum nesciret, qua contumelia tractaret, κερκίσι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξώρυξεν αὐτοῦ, ut habet Zenobius Centur. II. 61. Polyæn. lib. VII. Tissaphernes ἀποτεμὼν Tithrausti τὴν κεφαλὴν ἀνεκόμιζε βασιλεῖ. βασιλεὺς δὲ ἔπεμψε τῇ μητρὶ Παρυσάτιδι. Hostilibus vero ducibus ideo præciduntur capita, eaque adversæ partis stationibus ingeruntur ad infringendum animum. Vide 2. Machab. XV. 35. de suspenso capite Nicanoris, Livium XXVII. de capite Asdrubalis, Amm. Marcellinum XXVI. 29. de capite Procopii. Victor. de Vir. Illust. cap. 48. Frontin. lib. II. 11. Justinum XXIV. 5. de capite Ptolemæi. Hoc antiqui vocabant ἀκρωτηριάζειν, cum in signum victoriæ, hostium capita et manus præcisas referrent. Diodor. Sicul. libro XIII. Ἠκρωτηρίαζον δὲ καὶ τοὺς νεκροὺς κατὰ τὸ πάτριον ἔθος, καὶ τινὰς μὲν χεῖρας ἀθρόας περιέφερον τοῖς σώμασι, τινὰς δὲ κεφαλὰς ἐπὶ τῶν γαισῶν καὶ τῶν σαυνίων ἐπέχοντες ἔφερον. *Gebhard.*

At mulier] Hanc Plutarchus Timandram vocat, et Laidis Corinthiæ matrem fuisse refert. Athenæus vero Theodotam nuncupat, lib. XIII. 12. *Magius.* Qui testatur, adfuisse Alcibiadi duas meretriculas, Damasandram et Laidos junioris matrem, et Theodoten, quæ funus illius curavit. De somnio, quod Alcibiades de hac amica habuerit, et mortis præsagio, Cicero lib. de divinatione II. et Val. Maximus lib. I. 5. *Longol. Mag.*

Vivere] Hanc vocem expungit Ultraj. et sic de ἑταίραις Romani loquebantur. *Schott.*

Muliebri sua veste] Cicero: 'Amica corpus ejus texit suo pallio.' Plutarchus: Καὶ τοῖς αὑτῆς περιβαλοῦσα καὶ περικαλύψασα χιτωνίσκοις, ἐκ τῶν παρόντων ἐκήδευσε λαμπρῶς καὶ φιλοτίμως. Duas causas affert Magius, cur pallio suo seu stola mulier Alcibiadem exurendum texerit: quarum postrema a ritu sepulchrali desumpta est, quem in exornandis cadaveribus veteres observabant. Quod vel ex Homero patet, ubi Penelopen inducit, vestem facientem Λαέρτῃ ἥρωϊ ταφήϊον.

CAP. 11. *Infamatum a plerisque*] Cum ab aliis, tum ab Antiphone, qui librum scripsit contumeliæ in Alcibiadem, ut Athenæus testatur lib. XII. 4. et Lysia oratore, qui orationem contra Alcibiadem composuit. Testatur idem Athenæus lib. XIII. 4. *Mag.* Vid. Athen. lib. XII. qui ex Satyro scriptore ejus mores ibi eleganter depingit. Volup-

tatem ejus. Lysias Orator. Ab Eupolide quoque comico lasciviæ notatus, in Adulatore: 'Alcibiades a fœminis nunc exeat. Delire quid dicis? tuamne abiens domum Exercitabis conjugem?' Et Pherecrates: 'Alcibiades non est vir, ut tu existimas, Muliercularum namque vir fuit omnium.' *Longol.*

Timæus] Qui a maledicentia sua Epitimæus dictus.

Duo maledicentissimi] Unde Theopompum Athenæus. lib. VI. δυσμενέστατον appellat, parum constans sibi. Sed quia ingenua libertate vitia hominum carpserat, multorum odia veritas illi paraverat. Itaque βάσκανον et aliorum virtutibus invidentem multi pronuntiarunt, quos refellit Dionysius Lucianus de conscribenda historia: τὴν αὐτὴν τῷ Θεοπόμπῳ κατηγορίαν ἕξεις φιλαπεχθημόνως κατηγοροῦντι τῶν πλείστων. Hinc 'Theopompicum scribendi genus' nominat Cicero, cum de omnibus omnia libere palam dicuntur: ad Atticum lib. II. *Casaubon.* De Timæo vel ex Suida licet cognoscere, eum amarum et acerbum fuisse aliorum accusatorem. Lege Polybium, lib. XII. Videndus Vossius de Hist. Græcis I. 7. et 12.

Consenserunt] Libri Mss. quos P. Daniel et Cl. Vir Andreas Schottus tractarunt, *laudando consuerunt.* Alii *conscierunt.* Aliquid latet, quod sine indicio melioris codicis, vix ac ne vix quidem detegetur. *Gebhard.*

Splendidissima civitate] Nescio cur hæc Lambin. aliique suspectent, cum in Mss. Codd. habeantur. Et similiter supra locutus Noster cap. 1. In sequent. aliis vox *omnes*, aliis *Athenienses* abest. Lambin. utrumque tollebat. Ego posterius malim, suadentibus Mss. Boecleri et Leidens. qui diserte: *Omnes splendore ac dignitate v. sup.*

Dignitate vitæ] Cum *splendore* jungitur, intelligiturque τὸ σεμνοπρεπὲς μετ' εὐτραπελίας καὶ χάριτος. *Boecler.*

Æquipararet] In Themistocle, 'ut ipsam urbem cum dignitate æquipararet.' *Savaro.*

Omnes enim Bœotii magis firmitati corporis, quam ingenii acumini inserviunt] Corporum Bœotiorum robur ac firmitudinem aliquoties commendat Diodorus lib. XV. Οἱ δὲ Θηβαῖοι, inquit, τῇ τε ῥώμῃ τῶν σωμάτων καὶ ταῖς ἀλκαῖς διαφέροντες. Sensus Nepotis est: Bœotii majus studium, plusque operæ impendunt in acquirendo confirmandoque corporis robore, quam in excolendo ingenio. Epaminonda: 'Namque illi genti [Thebanorum] plus est virium, quam ingenii.' Hinc alii Βοιωτοὺς παρὰ τοὺς βόας denominatos volunt, ὡς οὐκ ὄντας ταῖς διανοίαις ἄγαν εὐκινήτους, ob crassitiem ingenii. *Gebhard.* Atque ob firmitatem corporis ἀνδρείους vocat illos Eustathius, quos ob stupidam naturam miris modis reliqui Græci exagitarunt. Cicero de Fato: 'Athenis tenue cœlum; ex quo acutiores etiam censentur Attici: crassum Thebis; itaque pingues Thebani et valentes.' Usque adeo verum est, quod Plato dicit in Timæo; κατὰ τοὺς οὐρανοῦ τόπους κρᾶσιν ἰδίων γενέσθαι. *Keuchen.* V. Prov. 'Sus Bœotica,' et interpretes ad illud Horatii Epist. II. 1. 244. 'Bœotum in crasso jurares aëre natum.'

In patientia ponebatur] Horatius Od. lib. I. 7. 'Me nec tam patiens Lacedæmon.' Ob rigorem nimirum disciplinæ, cujus institutor erat Lycurgus. Lege Plutarchum in Lycurgo et Laconum institutis.

Thracas homines vinolentos] Plato de legibus I. Horat. Od. I. 27. 'Natis in usum lætitiæ scyphis Pugnare Thracum est.' Ad quem locum lege, quæ commentatus est eruditissimus Torrentius. *Schottus.*

Rebusque Venereis deditos] Quod Thracas homines simplici ingenio et sub frigido cælo natos deditos *rei veneriæ* insimulat Nepos, mihi merito forte suspectum est, et *reique veterinæ* legendum. Quomodo de hoc ipso Alcibiade Plutarchus in Thracia vino

et equitationi indulgere solitum refert: Ἐν Ἰωνίᾳ χλιδανὸς, ἐπιτερπὴς, ῥάθυμος, ἐν Θρᾴκῃ μεθυστικὸς, ἱππαστικός. *Veterinum* autem Plinius adhibet lib. XI. 46. et lib. XVII. 23. Glossæ Philoxeni: *Veterina bestia*, ὑποζύγιον. *Veterinarium* autem Columella R. R. lib. XI. 1. *Schott.* *Rebusque veneriis deditos*] Ebrietatis pedissequa est Libido, Bacchusque certus Veneris hortator et armiger Apuleio appellatur, neque fortius homines in Venerem stimulantur, quam cum mero alioque generosiore potu incaluerunt. Nota est historia Laii. Martial. 'Duri compressa est nupta coloni, Incaluit quoties saucia vena mero.' Varro Eumenid. 'Ego autem, qui essem plenus vini et Veneris.' Memorabilia sunt verba Scholiastæ in Aristophanis Acharnens. Ἴσως δὲ καὶ ὅτι παίδων γενέσεως αἴτιος ὁ θεός. Ἡδονὴν γὰρ καὶ ἀφροδίσια 'μέθη ἐξανίστησι. Τοιγαροῦν καὶ Λάϊος ἐκδοὺς ἑαυτὸν μέθῃ, ἔς τε βακχεῖον πεσὼν, ἐφύτευσε παῖδα. Et paulo post: Διονυσίῳ τὸν φαλλὸν ἑταῖρον εἶναί φησι. ἀκόλουθα γὰρ Διονυσιακῷ ποτῷ τὰ ἀφροδίσια. Adducit præterea locum ex Euripidis Phœnissis. Ergo cum οἱ μεθύοντες γίνωνται περὶ τὰ ἀφροδίσια, quod non ignoravit Agrippina Neronis mater, 'quæ ardore retinendæ potentiæ eo usque provecta est, ut medio diei, cum id temporis Nero per vinum et epulas incalesceret, offerret se sæpius temulento comptam et incesto paratam.' Tacit. Annal. lib. XIV. 2. ex Cluvio. Val. Maxim. lib. II. 1. 5. 'Proximus a Libero Patre intemperantiæ gradus ad inconcessam Venerem esse consuevit.' Cur Thracas aliter affectos putemus? An sunt simplici ingenio et frigido cœlo nati? Prius nego; alterum intendendam ad libidinem non minimum conferre norunt omnes, præsertim cum interiore parte per frigus cohibitus calor vino, quasi suffuso oleo, gravius succendatur. Nescisse hoc dicamus Ovidium, qui Thraces gentili vitio libidinosiores canit? Metam. VI. de Tereo: 'Digna quidem facies, sed et hanc innata libido Exstimulat; pronumque genus regionibus illis In Venerem est; flagrat vitio gentisque suoque.' Hæc tacitus præteriissem, nisi aliqua conjectura Viri amici, et alioqui doctissimi, profliganda, officium humanitatis, ne ejus auctoritate alii in fœdum errorem traherentur, promere injunxisset. *Gebhardus.*

Fortiter venari] Xenophon lib. I. Κύρου παιδ. Strabo lib. XV. Omnes bellicosæ gentes venationibus student, hocque se labore durant ad bellum. De Parthis Tacit. Annal. II. 2. XI. 20. De Germanis Cæsar de B. G. VI. 21. et 28. de Suevis; de B. G. IV. 1. Ideo Amazones 'virgines in eundem morem, neque lanificio, sed armis, equis, venationibus exercebant.' In militari Viro quoque commendatur eum per remissionum intervalla scite venatu uti. Claudian. I. de Laudib. Stilic. 'Si quando sociis tecum venatibus ibant, Quis Stilicone prior ferro penetrare leones Cominus, aut longe virga transfigere tigres?' *Gebh.* *Fortiter venari*] De Persarum venatione ac luxu Strabo lib. XV. et Horat. Carm. I. oda ultima, 'Persicos odi, puer, apparatus:' ubi post Lambin. Torrentius præclare, ut mittam Brissonium et Ioan. Drusum lib. XII. observ. *Schottus.*

Luxuriose vivere] Vide quæ ad Pausaniam notavimus.

Charissimus] Codex Danielis, *carissimus.* Quidam legi volunt, *clarissimus.* Ego nihil muto. *Lambinus.* *Habereturque charissimus*] Merito probamus Excerptorum Latinitatem, quam non vetustas modo, sed etiam bonitas tuetur: *habereturque karissimus.* Qui scribendi mos obtinuit florente Roma, refellitque sciolorum criticorum φιλοκαινίαν, ut ex antiquis monumentis etiamnum cognoscimus. Inscriptio, quæ exstat pag. 329. CONIVGI. SVO. KARISSIMO. *Keuchen.*

VIII. THRASYBULUS.

CAP. 1. *Thrasybulus*] Diodorus l. XIV. 'Ο Τυριεὺς ὀνομαζόμενος. *Lambinus.* De hoc Xenoph. lib. I. 2. Diod. XIII. 14. et 18. Valer. IV. 1. lib. V. 6. Justin. lib. V. Pausan. Atticis. Oros. II. 17. Plutar. in Politic. lib. II. et in Lysia; Frontin. Strat. *Savaro.* Cic. Epist. ad Att. VIII. 3. Oros. II. 17.

Illi sine dubio neminem præfero] Distinctio attendenda a P. Daniele et a Schotto ex Gifanii ac Mendozæ libris adnotata: *Illud sine dubio: neminem huic præfero fide;* hac mente: esse apud sapientes extra dubitationis aleam, quod virtus seorsim sine intuitu fortunæ sit ponderanda: idcirco se anteferre Thrasybulo virtute claro neminem. *Gebh.*

In patriam amore] Unde Φιλόπολις et Φιλόπατρις inter ejus elogia. *Idem.* Justin. 'Thrasybulus vir strenuus et domi nobilis, qui audendum aliquid pro patria et pro salute communi, etiam cum periculo ratus.' Tales fuerunt duo Bruti, de quibus Histor. Romana, et Sempronius ille dictus σοφός. *Keuchen.*

A triginta] A quibus ipse in exilium pulsus fuerat. Diodor. XIV. *Lambinus.*

Præcurrerunt] Recte editiones veteres, *præcucurrerunt.* Est autem translatio a certantibus cursu in stadio. Horat. 'Equis præcurreret albis.' Cic. de Orat. 'Horum uterque Isocratem ætate præcurrit.' Et Attico: 'Vobis vero illum tanto minorem præcurrere vix honestum.' Val. Max. VI. 9. 'Crassum casus acerbitate Q. Cæpio præcurrit.' Sic Græci παρῆλθον. Demosth. περὶ στεφάνου in princip. *Gebh.* Lamb. ἀρχαϊκῶς. Cato contra Pisonem: 'Video hac tempestate concurrisse omnes adversarios.' Vide ad Frontinum notata. Excerpta Vet. Cod. P. Danielis ἀρχαϊκῶς. *præcucurrerunt.* Ut apud Comicum, 'præcucurri;' Cæsarem, 'excucurrit.' Sic 'depoposcit,' pro deposcit, memini me legisse apud auctorem. Vide Priscianum lib. X. *Keuchen.* Vid. Vossium de Anal. III. 19.

Peloponnesio bello] *Peloponnensio,* Codex P. Danielis. Idiotismus illorum temporum. *Peloponnense* dicebant, ἀντὶ τοῦ Πελοποννήσιον. Quod erat pro *Peloponesense.* Ita *Proconense* pro *Proconesense.* Nam et a voce *Peloponnesus* ἐθνικὸν, Latinum *Peloponnesense,* quæ scriptura sæpe in libris occurrit. *Salmas.*

Multa hic sine Alcibiade gessit] De quibus Xenophon 'Ελλην. lib. I. et Diod. XIII. Cicero pro Muræna cap. 9. 'Hic multas res et magnas sine imperatore gesserat, nullam rem sine hoc imperator.' *Savaro.* De Parmeniene Curtius VII. 2. 'Multa sine rege prospere, rex sine illo nihil magnæ rei gesserat.' Sidon. Apoll. Pan. ad Avit. 'Nil sine te gessit, cum plurima tu sine illo.'

Naturali quodam bono] Εὐφυΐᾳ. Cic. pro Cœlio: 'Quæ in ætate nisi qui se ipse sua gravitate, et castimonia, et cum disciplina domestica, tum etiam naturali quodam bono defenderet.' *Lamb.*

Concursu] Horat. Sat. I. 1. 'Quid enim? Concurritur; horæ Momento aut cita mors venit, aut victoria læta.'

Ad vires vimque pugnantium] Ita vulgati omnes; Ms. meus, *ad vires nostrum cujusque pugnantium.* Puteani Ms. *ad vires undique pugnantium.* Sa-

varo. Schotti liber, *ad vires cujusque pugnantium*, quod ille tuetur. Lambinus, *ad vires virtutemque pugnantium*. Denique Claudius Puteanus, *ad vices vimque pugnantium*. Gebhard. Expressus autem hic locus e Marcelliniana, ut committere sit operæ pretium: 'Nam bellicas laudes solent quidam extenuare verbis,' &c. *Schott.*

Plurima fortuna vindicat] Veget. lib. III. c. ult. 'In prœliis amplius solet fortuna potestatis habere, quam virtus.' *Savaro.* Dativus *sibi* eleganter hic omissus. Cic. I. de Offic. 'Non nobis solum nati sumus, ortusque nostri partem patria vindicat, partem amici.' In Orat. Pro Archia: 'Suum vindicare:' pro, ut Curtius, 'Pro suo vindicare.' *Verstius.* *Itaque jure suo, &c.*] Locus obscurus, et quem vellem diligentius viri docti excussissent. Vulgati fere sic habent: *plurima vero a fortuna vindicat, seque his plus val. qu. duc. prudentia, vere p. prædicare.* Lamb. post varias conjecturas, quibus ipse diffidebat, edidit: *pl. vero fort. vind. seque hic plus valuisse qu. duc. prudentiam, v. p. præd.* Suspicatur tamen, cum τὸ *his* in omnibus libris inveniatur, totum illud, *quam ducis prudentia*, subditum, itaque leg. esse: *pl. vero fortuna val. seque his plus val. v. p. præd.* Cui conjecturæ parum abest quin subscribam. Certe sententia aperta est. In Boecl. tamen cod. erat *prædicari*. De fortunæ in bellis vi, plena omnia apud historicos et politicos. Præcipua aliquot veterum scriptorum loca indicat Lips. polit. v. 5. 7. et v. 16. 5. e quibus Ciceronis illum Orat. pro Marcello cap. 7. a nostro expressum videri, jam alii monuerunt.

Magnificentissimum] Magnificentissimum appellat, vel quod Græci λαμπρότατον vel μεγαλοπρεπέστατον, vel quod a maximo animo profectum. *Lambin.*

Pepercerat] Auctoribus Excerptis et Cod. P. Danielis legendum, *parserat*. Quam vocem et alibi offendi non omnino inficiandum. Vera enim præterita sunt *parsi* et *peperci*, quæ inter ponit discrimen Cornelius Fronto: '*Parsi*,' inquit, 'semel: *peperci* sæpius.' Quod non probant doctissimi critici. Aliud statuit Donatus ad Hecyr. Terentian. act. III. sc. 1. quod recte etiam negat Servius. Sic *parsisset* exstat apud Agellium lib. v. 14. Eodem modo *præstavit* dixit Ammianus libro XXXI. et *instaturos* Frontinus II. 6. Strat. ad cujus locum plura notavimus, alias, si res dederit, orbi erudito exponenda. *Keuch.*

Partim patria expulissent] In quibus et ipse Thrasybulus ob opes excidit patria. Scholia in Aristoph. Plutum: Εὔπορος ὢν, καὶ ἐξ αὐτῶν (τυράννων) ἐκπεσών. *Gebhard.*

Partim interfecissent] Diodorus lib. XIV. Οἱ δὲ ἐν Ἀθήναις δυναστεύοντες τριάκοντα τύραννοι, καθ' ἡμέραν οὐκ ἐπαύσαντο τοὺς μὲν φυγαδεύοντες τοὺς δὲ ἀναιροῦντες. *Gebh.* Mille quingentos indicta causa necarunt, inquit Æschines in Orat. περὶ παραπρεσβ. et κατὰ Κτησιφ. Lege etiam Justin. lib. v. et Oros. II. 15.

Princeps] Πρῶτος. In Hamilcare: 'Princeps largitione vetustos pervertit mores Atheniensium.' Æneid. IX. 'Princeps ardentem conjecit lampada Turnus.' Cæs. B. G. I. 12. et 41. 'Princepsque decima legio per tribunos militum ei gratias egit.' Civ. lib. I. 76. Cicer. in Verr. 'Sicilia princeps se ad amicitiam populi Romani applicuit, et prima omnium Provincia est appellata.' *Gebh.*

Bellum his indixit] Xenoph. lib. II. Diodor. XIV. Valer. v. 6. Just. v. et ex eo Oros. II. 17. *Savaro.*

CAP. 2. *Phylen confugisset*] Oros. lib. II. 17. *Philone* corrupte legit. *Ortel.* Quæ est finitima Tanagriæ, centum stadiis, teste Diodoro, distans Athenis. Præterea Œnidis tribus pars. Scholia in Aristophanis Plutum, act. v. scen. 1. Φυλὴ δὲ δῆμος τῆς Ἀττικῆς, καὶ οἱ ἐνοικοῦντες φυλάσιοι.

Quæ et ad verbum in Stephano reperiuntur. Alluserat quoque superius, μετὰ ταῦτα φυλὴν καταλαβὼν καθεῖλε τυράννους. *Gebhard.* Χωρίον vocant Xenophon et Diodorus. *Bongars.* Narratur copiose historia a Xenoph. lib. II.

Quam triginta de suis] Immo circiter septuaginta tradit fuisse Xenoph. *Lambin.* Hic tamen postea multarum urbium opibus adjutus fuit. Quin Lysias Syracusanus Orator, quasi in auxilium Urbis, quæ esset patria communis eloquentiæ, quingentos milites cum stipendiis suis, ferens suppetias, misit. Auctor Orosius loco citato. *Mag.*

Atticorum] Codex Danielis, *Actæorum.* Recte. Sic enim dicti Athenienses ab *Acte* quod idem est ac *Attica.* Stephan. Ἀκτὴ, ἡ Ἀττικὴ ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Ἀκταίου τινός. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀκταῖος καὶ Ἀκταία. Suidas: Ἀκτὴ ἰδίως ἐπιθαλάττιος μοῖρα τῆς Ἀττικῆς, ὅθεν καὶ ὁ Ἀκτίτης λίθος. ἐκάλουν δὲ οὕτω καὶ τὴν Ἀττικήν. Adde Eustath. Scholia in Dionys. p. 60. ubi inter alia καὶ παρὰ Λυκόφρονι Ἀκταῖοι οἱ Ἀττικοί. Et mox: ἐκλήθη δὲ (Attica) πάλαι ποτὲ καὶ Ἀκτὴ καὶ Ἀκτική. Ovid. Metam. I. 'Separat Aonias Actæis Phocis ab arvis;' i. e. ab Atheniensibus.

Neque vero hic contemptus est primo a tyrannis, sed ejus solitudo] Interpolata a Lambino lectio. Antiquæ Editiones; *Neque vero hic non contemptus est primo a tyrannis, neque ejus solitudo.* Lambini judicium, quo admodum fastidit, impugnant consequentia: nam expresse indicant eum fuisse despectum a triginta. Membranæ Schotti, Savaronis, atque Ultrajectinæ Editiones; *Neque vero hic non contemptus est primo a tyrannis, atque ejus solitudo.* Quam lectionem longe vulgata et commento Lambini potiorem pronunciat politissimus Schottus. Unicus collabescentium per Germaniam cultiorum literarum tibicen atque Atlas Casp. Barthius Advers. lib. XX. 4. 18. ut seriei ac rei convenientissimam Lambini commendat lectionem, immemor ejus esse fabri, qui nummos plumbeos cudere soleat. Membrana Curiosi collata; *neque vero hic modo contemptus est primo a Tyrannis, sed ejus solitudo.* Hinc facit *sed et*, huicque se scripturæ palam subscribere testatur. Mihi Codicis Mendozani lectio arridet. Quamvis Clarissimus Vossius noster pro *non* malit reponere *tam*, dicatque τὸ *atque* heic valere *quam*; ut in illo Plauti Amph. Ac. I. sc. 1. 'Nimis simil' est mei. Itidem habet petasum ac vestitum: tam consimil' est, atque ego.' Cæterum *solitudinem* vocat inopiam sive infrequentiam vires conjungentium. Curt. lib. IX. 28. 'Stabat enim in conspectu tanti exercitus veluti in solitudine destitutus.' Lib. V. 52. 'Ingens ergo in tabernaculo solitudo erat, paucis spadonibus (quia quo discederent non habebant) circumstantibus regem.' Tacit. Annal. lib. XI. 32. 'Atque interim tribus omnino comitantibus (id repente solitudinis erat) spacium urbis pedibus emensa, vehiculo, quo purgamenta hortorum eripiuntur, Hostiensem viam intrat.' Lactantius Instit. lib. I. 7. 'Si Deus unus est, quæ esse beata solitudo queat? Tanquam nos, qui unum esse dicimus, desertum ac solitarium esse dicamus.' Apul. Apolog. vocat 'solitatem' de Cratete: 'multis servis a se remotis solitatem delegit.' *Gebh.*

Quæ quidem res et illis contemnentibus perniciei] Antiqua lectio in Vet. membranis P. Dan. *pernicii.* Ut apud Ciceronem pro Roscio: 'Quorum nihil pernicii causa divino consilio, sed vi ipsa, et magnitudine rerum factum putamus.' Atque ita apud Nonium rescribendum, ubi *pernici* depravate pro *pernicii.* *Pernicii* autem, ut *luxurii, progenii, acii,* de quibus Agell. lib. IX. 14. *Keuch.* Vid. Vossium de Analog. II. 19.

Hos autem tempore ad comparandum dato facit robustiores] Nempe socios Thrasybuli; quia non in eos inquirebatur aut animadvertebatur, nacti sunt tempus quo compararent necessaria ad subvertendos Tyrannos. *Ad comparandum* absolute non sine elegantia heic adhibitum. *Gebhard.* Pro *comparare exercitum;* ut observat Clarissimus I. Frid. Gronovius ad Livium.

Nihil in bello oportere contemni] Curtius lib. VI. 14. 'Nihil tuto in hoste contemnitur.' Livius lib. XXI. 43. 'Sæpe et contemptus hostis cruentum certamen edidit.' Cicer. pro Milon. 'Mars communis, qui sæpe spoliantem jam et exultantem evertit.' *Idem.* Suadet hoc conjurationis auctor Catilina per epistolam suis apud Sallustium. Dictumque et illud antiquitus, Bis in illo peccare non licere, multaque adeo inania in bello existere. Πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου, apud Diodorum Siculum lib. XX. et Polybium in Suida. *Schott.*

Matrem timidi flere non solere] Locus cessit adagio, de quo vide Erasmum. Plautus, 'Qui in rebus dubiis timidus est, haud nauci est.' M. Tull. Epist. lib. VI. 15. *Savaro.*

Auctæ sunt opes] Tradit tamen Diodorus lib. XVIII. brevi tempore convenisse homines mille et ducentos: et his copiis eductis eum irrupisse mane inopinato ac de improviso in XXX. Tyrannorum castra, multisque eorum interfectis, illos Athenas se recipere coëgisse. *Lambin.*

Nam jam tum illis temporibus fortius boni pro libertate loquebantur, quam pugnabant] Livius VIII. 22. 'Græci gens lingua magis strenua, quam factis.' Et XXXI. 44. 'Athenienses literis verbisque, quibus solis valent, bellum adversus Philippum gerebant.' Ovid. Fast. III. 'Facundum, sed male forte genus.' *Locc.* Videtur autem Nepos, ut etiam Magio observatum, tecte carpere Romanorum ignaviam, qui Cæsaris aliorumque tyrannidem verbis magis quam facto oppugnabant. Vide Cicer. ad Attic. XIV. 6. et 15.

Hinc in Piræeum] Sic Diodorus lib. XIV. nisi quod tradit, hoc factum esse post irruptionem illam nocturnam, sed potius matutinam, factam in castra adversariorum. Verba ejus sunt hæc: Μετὰ δὲ τὴν μάχην ὁ Θρασύβουλος αὐθὺς μὲν ὥρμησεν ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ, καὶ κατελάβετο τὴν Μουνυχίαν, λόφον ἔρημον καὶ καρτερόν. Cum Diodoro congruit et Xenophonte lib. II. Addit præterea, in eo prælio ex equitibus Nicostratum pulchrum occubuisse, et alios duos in lectis oppressos esse. *Lamb.*

Munichiamque] Codex Danielis, *Minthiamque.* In Græco est Μουνυχία, apud Diodorum et Strabonem lib. IX. *Keuchen.* Stephanus per ω in prima scribit, unde corrupte *Menarchi* apud Frontinum lib. I. 5. *Ortel.*

Impedimentisque amissis] Impedimenta dicuntur omnia ea, quæ conducunt ad iter; ut utensilia, sarcinæ, et jumenta. Græci ἀποσκευὴν vocant.

Non minus prudentia] Conon autem Thrasybulum appellabat, tanquam audaciorem, quam prudentiorem seu consideratiorem; ut est apud Aristotelem Rhet. lib. II. *Lambin. Mag.*

Neque quisquam est vulneratus, nisi qui prior impugnare voluit] Tacitus Hist. IV. 39. 'Sed præcipuus metus e Primo Antonio Varoque Ario; quos recentes, clarosque rerum fama ac militum studiis, etiam populus fovebat, quod in neminem ultra aciem sævierant.' Impugnare verbum Ciceron. ut ad Atticum: 'Sceleratos cives timore ab impugnanda patria deterrere.' *Gebhardus.* Cicero pro Ligar 'Cognita clementia tua, quis non eam victoriam probet, in qua occiderit nemo, nisi armatus?'

Neminem jacentem veste spoliavit] Testatur et hoc Xenophon lib. II. de rebus Græc. his verbis: καὶ τὰ μὲν

ὅπλα ἔλαβον, τοὺς δὲ χιτῶνας οὐδενὸς τῶν πολιτῶν ἐσκύλευσαν. *Lamb.* Turpe enim habitum est, ex mortuis lucrum captare; unde et proverbium circumlatum, cujus meminit Aristoteles II. Rhetor. 'Ὅθεν, inquit, καὶ ἡ παροιμία, τὸ κἂν ἀπὸ νεκροῦ φέρειν. *Magius.*

Cecidit Critias] Cecidit una cum eo et Hippomachus, ut narrat Xenoph. 'Ελλ. lib. II. Primus autem omnium eorum, qui cum Thrasybulo erant, occubuit vates: qui fati sui non ignarus, præcepit commilitonibus suis, ne in hosteis irruerent, priusquam aliquis suorum cecidisset, aut vulneratus esset. Ubi hoc evenerit, inquit, nos præibimus, et victoria nostra erit; mihi autem mors certa imminet. In quo non fefellit eum sua opinio; nam veluti afflatu quodam divino concitatus, primus exsiliit, et hostes adortus interiit. Alii autem exsules vicerunt. *Lambin.*

Dux Tyrannorum] Τὴν ἡγεμονίαν ἔχων. Diodor. XIV. 34. Justinus: 'In eo bello Critias et Hippolochus, omnium Tyrannorum sævissimi, cadunt.' Crudelissimum omnium Tyrannorum vocat eum Lactantius, de Falsa Sap. lib. III. Vide supra.

Cum quidem adversus Thrasybulum fortissime pugnaret] Ms. Schioppii legit: *cum quo exadversus Thrasybulus fort. pugnaret.* Quod Barthio non probatur Advers. XXIV. 18. Verum si pro *pugnaret*, scribatur *pugnavit*, a Barthio quæ contra dicuntur, nihil valent. *Ernst.* In Ms. Boecl. erat: *cum aliquid exadversus Thrasybulum fort. pugn.* Unde tentabam *cum aliquandiu*, vel, *cum alioquin exadv. Thrasybulum f. p.* Malim tamen, ut erat in Ms. Dan. *cum quidem exadversus Thrasybulum fort. pugn.* h. e. etsi fort. pugn. *Cum quidem*, pro quamvis, etsi; ut inf. XXIV. 2. *Adversus Thrasybulum*] Libri omnes, *exadversus*, quod verum est. *Schott.* Apulei. Florid. 'Samos Icariq in mari modica insula est, exadversum Miletos.' Terent. Andr. act. I. sc. 2. 'Exadversum ei loco Tonstrina erat quædam.' Utitur et Phorm. act. I. sc. 2. *Gebh.*

CAP. 3. *Hoc dejecto*] Immolato ac mactato. Seneca Hercul. Œtæo vs. 921. 'Victima haut ulla amplior Potest magisque opima mactari Jovi, Quam rex iniquus.' Nam *dejicere* verbum est Sacrificiorum. Flaccus Argonaut. lib. I. vers. 191. 'tibi cæruleis in littore vittis Et Zephyris Glaucoque bovem, Thetidique juvencam Dejicit Antæus, non illo certior alter Pinguia letifera perfringere colla bipenni.' Lib. II. vers. 328. 'Protinus ingentem procerum sub nomine taurum Dejicit.' Hanc meam interpretationem adjuvant Justin. lib. V. 10. 'Tyranni ut pacis victimæ trucidantur.' Et Plutarchus Dione: Λύκων Συρακούσιος inquit, ὀρέγει τινὶ τῶν Ζακυνθίων διὰ τῆς θυρίδος ἐγχειρίδιον, ᾧ καθάπερ ἱερεῖον τὸν Δίωνα κρατούμενον πάλαι καὶ δεδιττόμενον ἀπέσφαξαν. Minucius Felix, 'Miseri in hoc altius tolluntur, ut decidant altius. Hi enim ut victimæ ad supplicium saginantur, ut bestiæ ad pœnam coronantur.' Hoc verbum quoque locum sibi vindicat in pugnis, ubi alter ab altero cæsus prosternitur. Curt. lib. III. 16. 'Flentes querebantur in tanto impetu cursuque rerum omnis ætatis ac memoriæ clarissimum regem non in acie saltem, non ab hoste dejectum; sed abluentem aqua corpus ereptum et extinctum.' Auctor Thebaid. vs. 637. 'exultes licet Victorque fratris spolia dejecti geras.' Claudianus: 'Tergeminique Ducis numerosos dejicit artus.' Id. de Bello Getico vs. 164. 'Qualem Stilico dejecerit hostem, Thraces et Æmonii poterunt Mœsique fateri.' Respondet huic Græcorum καταβάλλειν quo primum in ea significatione usus Homerus Rhapsodia II. Diodor. l. XIV. ἐξαίφνης οἵ τε Αἰτωλοὶ τῶν πολιτῶν ἐκχυθέντες ἐκ τῆς πόλεως κατεπλήξαντο τοὺς Λακεδαιμονίους, καὶ σχεδὸν τριάκοντα κατέβαλον.

Lib. XVI. Μετ' ὀλίγον δὲ χρόνον Thebani ἄλλαις δυσὶ μάχαις ἐπροτέρησαν, καὶ τῶν ἐναντίων οὐκ ὀλίγους κατέβαλον. Hinc invictus, qui a nullo est quasi dejectus ac humi stratus, ἀκατάβλητος apud Aristoph. Nub. ἀήττητος, ὁ μηδενὶ καταβαλλόμενος. Translatum præterea hoc verbum est ad venatus, in quibus feræ *dejici* dicuntur. Curt. lib. VIII. 3. 'Ille quatuor millibus ferarum dejectis, in eodem saltu cum toto exercitu epulatus.' Phædrus, fabula 22. 'Super juvencum stabat dejectum leo.' *Idem.*

Pausanias venit Atticis auxilio] Lambinus maluit, *venit aliis auxilio*, in hunc sensum: Critia interfecto venit aliis Tyrannis auxilio Pausanias. Sed iis ipsis, quæ ex Xenoph. citat, se jugulat. Ἅμα δὲ ἰδίας ποιήσαιτο τὰς Ἀθήνας, πείσας τῶν ἐφόρων τρεῖς, ἐξάγει τὴν φρουράν. Nam si tyrannos eorumque satellites urbe expulit, quibus aliis istud auxilium, quam Atticis, expetiit? Vulgatam porro lectionem stabilit Diodorus lib. XIV. Διόπερ Ἀθηναῖοι μὲν ἀνεκομίσαντο τὴν πατρίδα, καὶ τὸ λοιπὸν τοῖς ἰδίοις νόμοις ἐπολιτεύοντο. *Gebhard.* Erat autem ante Pausaniam Lysander missus cum 40. navibus. Diod. XIV. 34.

Fecit pacem] Vide Diodorum. adde Xenoph. Hist. Gr. II.

His conditionibus] Ut ad suas quisque res et possessiones rediret, præter XXX. Tyrannos, et XI. Viros, qui in Piræo imperarant. Xenoph. Ἑλλ. II.

Qui superioris more crudelitatis erant usi] Qui nihil exemplo prioris dominationis territi, eandem viam crudelitatis aggressi sunt. Justin. V. 10. Qui ad turbatas res amice componendas constituebantur, illi superiorum XXX. tyrannorum crudelitatem æmulabantur atque exercebant. Diodor. lib. XIV. Cæterum notandum probe est, quod ii ipsi, qui morbis et civium malis remedia facere jussi fuerint, quandoque cura neglecta exasperent morbos in suum commodum. De Meleagro locus exstat luculentus apud Diodor. lib. XVIII. Quem quoque tangit Justin. XIII. 3. De Corbulone Tacit. II. 19. Et sæpius arbitri eos, qui illos in præsidium ac litium finem ceperunt, perverterunt, atque eorundem omnes fortunas ad se traxerunt. Aristot. Polit. V. 6. Ἐν δὲ τῇ εἰρήνῃ, &c. Justin. VIII. 3. 14. et 25. 'Forte evenit,' &c. *Gebh.* Vide not. Berneggeri ad d. l. Justini.

Reipublicæ procuratio] Democratia.

Neque anteactarum rerum accusaretur] Unicum sed et haud fallax componendarum civilium dissensionum remedium. P. Syrus v. 122. 'Civilis belli oblivio, defensio est.' Quod non inscite quoque prudentes Reipubl. gubernatores fessis ac desperatis rebus applicuerunt. Hoc consilii dat Olympiadi Eumenes, infra; 'Sin aliqua cupiditate raperetur in Macedoniam, omnium injuriarum oblivisceretur, et in neminem acerbiore uteretur imperio.' Cæsar Comment. lib. VII. 34. 'Hoc decreto interposito cohortatus Æduos, ut controversiarum ac dissensionum obliviscerentur.' Tacit. Hist. IV. 44. 'Proximo Senatu inchoante Cæsare de abolendo dolore et priorum temporum necessitatibus.' Aurel. Victor Cæsarib. cap. 35. m. de Aureliano Imperatore: 'Ad Græciæ morem decreta abolitione.' Patercul. lib. II. 58. f. 'Illud decreti Atheniensium celeberrimi exemplum relatum a Cicerone, oblivionis præteritarum rerum, decreto Patrum comprobatum est.' Sic anno U. C. CCCIV. M. Duilius tribunus pl. punitus morte vel exsilio Decem Viris suppliciorum finem fecit, et oblivione simultatum decreta, reliquis, qui Decem Virorum voluntati subservissent, impunitatem dedit. *Gebhard.*

Eamque illi legem oblivionis appella-

runt] Loquitur de Amnestia, celeberrimo instituto, quo cautum erat, ut omnes placide viverent ἔχοντες ἕκαστοι ἃ ἔχουσι. *Keuchen.* Illam 'legem oblivionis' Nepos; 'memoriam omnem discordiarum oblivione sempiterna deletam.' Tullius Philippic. I. 'Plebiscitum, ne qua præteritarum rerum mentio fieret;' de quo loco vide Muret. Var. II. 15. et Fabrit. ad Orosium, Val. Maximus lib. IV. 1. Oros. lib. II. 17. Justin. lib. V. Κάλλιστον ἐκ παιδείας ῥῆμα μὴ μνησικακεῖν 'pulcherrimum ex sapientiæ studiis petitum vocabulum, memoriam injuriarum esse delendam;' Æschines, τὸ τῆς ἀμνηστίας ψήφισμα, *oblivionis decretum*, Plutarchus, appellavere. Argumentum legis fuit, ΜΗ ΜΝΗΣΙΚΑΚΕΙΝ, ΜΗΤΕ ΑΔΙΚΟΝ ΜΗΤΕ ΔΙΚΑΙΟΝ ΛΕΓΕΙΝ. Atqui ea mox ab omni multitudine, et singulatim a Judicibus et Senatu, solemnibus juramentis confirmata est, quorum formulæ apud Andocidem, Rhetorem Græcum, Oratione, quæ de Mysteriis scripta est, adhuc leguntur, et hic necessario repræsentandæ sunt. Jurabant omnes: ΟΥ ΜΝΗΣΙΚΑΚΗΣΩ ΤΩΝ ΠΟΛΙΤΩΝ ΟΥΔΕΝΙ, ΠΛΗΝ ΤΩΝ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝΔΕΚΑ, ΟΥΔΕ ΤΟΥΤΩΝ, ΟΣ ΑΝ ΕΘΕΛΟΙ ΕΥΘΥΝΑΣ ΔΙΔΟΝΑΙ ΤΗΣ ΑΡΧΗΣ, ΗΣ ΗΡΞΕΝ. Senatores: ΟΥ ΔΕΞΟΜΑΙ ΕΝΔΕΙΞΙΝ, ΟΥΔΕ ΑΠΑΓΩΓΗΝ, ΕΝΕΚΑ ΤΩΝ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΓΕΓΕΝΗΜΕΝΩΝ ΠΛΗΝ ΤΩΝ ΦΕΥΓΟΝΤΩΝ. Judices: ΟΥ ΜΝΗΣΙΚΑΚΗΣΩ, ΟΥΔΕ ΑΛΛΟ ΠΕΙΣΟΜΑΙ, ΨΗΦΙΟΥΜΑΙ ΔΕ ΚΑΤΑ ΤΟΥΣ ΚΕΙΜΕΝΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ. Neque in alium finem mox rogata ab Archino lex, et admissa est: 'Si quis in jus vocat adversus hoc jusjurandum, reus exceptione utitor: eaque de re Archontes primum judicia reddunto: prior qui exceptione utitur, dicito: qui causa ceciderit, epobelia multator.' Hæc enim ejus sententia apud Isocratem exstat. Ex quibus satis apertum est, Amnestia a Thrasybulo sancita, et multitudini probata, omnem, etiam cætera justissimam actionem, civilium motuum ac bellorum, injuriarumque nomine instituendam, Magistratibus in cives, ac civibus in Magistratus ac cives, omnino clausam fuisse ac præcisam. *Boxhorn.* 'Αμνηστίαν venuste describit Claudianus in Rufin. lib. II. 125. 'Mens eadem cunctis, animisque recentia ponunt Vulnera, non odit victus, victorve superbit. Et quamvis præsens tumor et civilia nuper Classica, bellatrixque etiam nunc ira caleret, In ducis eximium conspiravere favorem.' Flavius Vopiscus in Aureliano Amnestiam fuisse decretam refert exemplo Atheniensium. Orosius lib. VII. 6. 'Claudius mox ut confirmavit imperium, magna atque adhuc Romæ incognita usus clementia, ne in tantam nobilium multitudinem ultio si esset cœpta sæviret, biduum illud, quo de Reipub. statu infeliciter consultatum actumque fuerat, memoriæ exemit, omniumque factorum dictorumve in eo veniam et oblivionem in perpetuum sanxit. Ita illam præclaram et famosam Atheniensium ἀμνηστίαν, quam quidem Romæ inducere Julio Cæsari interfecto Senatus, Cicerone suadente, tentaverat, &c. ultronea clementia nullo expetente firmavit.' *Gebhard.* *Eamque illi legem* OBLIVIONIS *appellarunt*] Nullum dubium est, quin τὸ *legem* hic exterminandum censeamus, cujus repetita lectio melioribus non solum Mss. et Excerptis repugnat, sed et concinne minus loqui facit Cornelium. Scribe igitur, ac distingue: *Legem tulit, ne quis anteactarum rerum accusaretur, neve mulctaretur; eamque illi* OBLIVIONIS *appellarunt.* Keuchen. Meminit ejus Xenoph. in fine lib.

Ut valeret] Ut servaretur: nam multa legibus constituuntur, quæ brevi frustra habentur. Tacit. l. XIII. 51. 'Militibus immunitas servaretur, nisi in iis, quæ væno exercerent: aliaque admodum æqua, quæ brevi

servata, dein frustra habita sunt.' Sic Græci usurpant ἰσχύειν. Polyæn. lib. II. de Agesilao. Cicero, 'Legem tribunus plebis tulit, ut Lex Ælia et Fusia ne valerent.' Pro domo: 'De agris ratum est, de civitate non valuit.' *Gebhard.*

Nam quum quidam ex his qui simul cum eo in exilio fuerunt, cædem eorum vellent, cum quibus in gratiam reditum fuerat, publice prohibuit] Hoc cum impune facerent post Antalcidæ pacem aliquot Græciæ civitates multis ac magnis tumultibus ac periculis se implicuerunt. Diodor. lib. XV. Ἀπολαβοῦσαι γὰρ τὰς αὐτονομίας (πόλεις) λόγον ἀπῄτουν παρὰ τῶν ἐπεστατηκότων ἐπὶ τῆς Λακεδαιμονίων ἡγεμονίας. Πικρῶς δὲ τῶν ἐλέγχων γινομένων διὰ τὸ μνησικακεῖν τοὺς δήμους, καὶ πολλῶν φυγαδευομένων ἀπέδειξαν ἑαυτοὺς βοηθοῦς τοῖς κατασταιαζομένοις. *Idem.*

CAP. 4. *Honoris corona*] In Græciæ civitatibus, maxime autem Athenis, si quis de republica bene esset meritus, huic corona præmium dari solita, quæ ejus capiti imponebatur; cum vel sacrorum vel ludorum causa maxima undique turba hominum convenisset. Accedebat præconis elogium, et ut ita dicam cum Jurisconsultis, superdictum, proclamantis haberi τῷ δεῖνα hunc honorem: ΕΥΝΟΙΑΣ ΕΝΕΚΑ ΤΙΣΕΙΣ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ. *Casaubonus.* Illius signum erant rami oleagini, de quibus fuse et erudite Paschalius de Coronis lib. VI. 9. et 16. Adde Meursium in Arboreto sacro. *Honoris ergo corona*] *Ergo* adjecit contra fidem Veterum Lambinus: et ita frequentius locuti Historici Latini; ut Livius; et Græci omisso ἕνεκα et χάριν. *Schott.*

Facta duabus virgulis oleaginis] 'Oleastrum' vocat Plinius. Apud Aristophanem in Pluto est, Jovem victores athletas coronare κοτίνου στεφάνῳ. *Boecld.* Cæterum duæ aut tres tæniæ invicem tortæ coronam faciebant, quam vocabant stropum; hoc est, quod ait Festus, 'quasdam coronas per coronas currere.' Nam totidem coronæ, quot tæniæ tortæ. His usi fuerunt antiqui Romani, nondum invento coronas e floribus texere, quod apud Græcos quoque non adeo antiquitus placuit. *Salmas.*

Bene ergo] Cum nota approbationis. Ita Græci suum καλῶς. *Boecl.*

Pittacus ille] Ζαράπους et σάρατα, apud Laërtium: quem Μιτυληναῖον vocarunt communiter veteres. Floruit maxime Olymp. XLII. anno 1. Diogenes in ejus vita: Ἤκμαζε μὲν οὖν περὶ τὴν τεσσαρακοστὴν δευτέραν Ὀλυμπιάδα. Vide Cyrillum adversus Julianum. *Keuchen.*

Cum ei Mitylenæi] Varie hoc refertur a Scriptoribus. Plutarchus παραγγ. πολιτ. Ἧς γὰρ ἐκτήσατο χώρας τοῖς πολίταις γῆν ἣν ἂν ἐθέλοι λαβεῖν κελευσθεὶς, ἔλαβε τοσαύτην, ὅσην ἐπῆλθε τὸ ἀκόντιον αὐτοῦ βαλόντος. Diogenes Laërtius in Pittaco: Καὶ χώραν αὐτῷ ἀπένειμαν οἱ Μιτυληναῖοι. ὁ δὲ ἱερὸν ἀφῆκεν, ἥτις νῦν Πιττάκειος καλεῖται. Valer. Maximus lib. VI. 5. 'Atque etiam cum recuperati agri dimidia pars consensu omnium offerretur; avertit animum ab eo munere; deforme judicans, virtutis gloriam magnitudine prædæ minuere.' *Lambin. Longol. Mag. Savaro.* *Mitylenæi*] Liber Danielis, *Mitileni.* Scripserat Nepos tamen *Mitylenæi:* hoc est δημὸν Μιτυληναῖοι, ut apud Laërtium. Nam hoc magis ad sequelam et sensum sententiæ: 'Nolite, rogo vos,' &c. *Keuchen.*

Propria esse consueverunt] Perpetua, P. Daniel. diuturna: vid. Donat. Andr. IV. 3. 1. et Nonium Cassian. col. 3. c. 10. et Symm. Ep. 15. lib. 1. *Savaro.* Exempla alia vide apud Schiopp. Veris. lib. II. 3.

Ad Ciliciam] Sic legendum, non *Siciliam;* quod et Longolius jam ante viderat. Nec *Silicium;* id enim Xenophonticæ historiæ est contrarium, quæ illum in Pamphylia prope As-

pendum, cum popularetur agros et pecuniam extorqueret, noctu in castris ab Aspendiis interfectum scribit, lib. IV. Eurymedon enim et Aspendum in Cilicia sunt, aut certe in Pamphylia. Cilicia autem et Pamphylia sunt inter se finitimæ. *Long. Mag. Lambinus.*

Neque satis diligenter in castris ejus agerentur vigiliæ] Negligentia et remissio vigiliarum nunquam non locum dedit cladi atque irreparabili damno. Tacit. Ann. I. c. 50. 'Circumdatæ stationes; stratis enim tum per cubilia propterque mensas, nullo metu, non ante positis vigiliis.' Diod. l. XVI. *Gebh.* Cæs. B.C. VIII. 12. 'Nostri detrimento admonentur, diligentius exploratis locis stationes disponere.'

A barbaris] Aspendiis. Xenoph. Diod. Qui Pamphyliæ sessores ad Ciliciam. Vide Strabon. et Ptolemæum.

IX. CONON.

Cap. 1. *Conon*] Timothei filius. *Lamb.* Hunc ex Virgilio interpretatur Servius, sed contra omnium fere mentes. Quippe de Samio astrologo Maro capiendus, non de Timothei filio, quod ad Solinum notavit consummatissimus Salmasius. De Conone Xenophon lib. II. et IV. Diodor. XIV. Plutarch. in Lysandro, Justin. lib. VI. ex eo Orosius lib. II. 16. et lib. III. 1. Frontin. IV. cap. ult. in fine: infra in Chabria. *Savaro.*

In eoque ejus opera magni fuit] Sic Puteanus emendavit in Datame, *multis millibus interfectis magni fuit ejus opera.* Catone: 'magnique opera ejus existimata in prælio apud Senam.' Mss. et Vet. variant. Ms. meus et Ven. *in eoque ejus opere magnus fuit:* Col. *in eoque opere magnus fuit:* Al. et Par. *in eoque ejus opere magnus fuit usus:* in Mss. Gif. et Put. *in eoque ejus opere magni fuit;* qua lectione non parum juvatur conjectura C. V. *Savaro.* Vide Schottum in Epaminondam.

Omnibus unus insulis præfuit] Hoc neque apud Xenophontem, neque apud Diodorum, neque alium quemquam reperi: nisi forte id tempus intelligamus, quo victis ad Cnidum Lacedæmoniis adjutore Pharnabazo, classi regis Persarum præfectus omnes insulas a Lacedæmoniis avertit, et Græcos superbo Lacedæmoniorum dominatu liberavit. *Lambin.* Vide Demosthenem. Meminit etiam Apsines, de Arte Rhet. cap. περὶ διηγήσεως.

Pharas cepit] Rutgersius *Theram* substituit, quod retinuit Gebhardus. In Ms. corrupte *speras.* Boecler. *Pharas*] Sic restitui, libris omnibus reclamantibus, veritatis vocem et historiæ fidem secutus. Pheræ enim urbs est Thessaliæ, neque unquam eo colonia a Lacedæmoniis deducta est. Pharas autem commemorat Pausanias in Achaicis: Δύμη μὲν πρὸς Ἤλιδος πρώτη· μετὰ δὲ αὐτὴν Ὤλενος, καὶ Φαραί. Stephanus. Φαραί, πόλις Μεσσήνης, ὅθεν ἦσαν οἱ Ἀφαρητιάδαι. ἔστι δὲ καὶ Ἀχαΐας. Itaque apud Plin. lib. IV. c. 5. legendum puto *Pharæ*, non *Pheræ:* et apud Xenoph. lib. IV. de reb. Gr. καταπλεύσας δὲ πρῶτον εἰς Φαράς, ἐδῄωσε ταύτην

τὴν χώραν id est, *Cum autem navigasset Pharas, hanc regionem populatus est, et ferro, incendioque vastavit.* Existimavi etiam aliquando legendum *Patras.* Patræ enim urbs est Achaiæ, Plin. lib. IV. 4. 'Patræ colonia in longissimo promontorio Peloponnesi condita, ex adverso Ætoliæ, et fluminis Eueni.' Neque est quod quisquam mihi dicat, Plinium simpliciter dicere *colonia,* non *colonia Lacedæmoniorum;* quasi probabilius sit, eum per coloniam, significare coloniam Romanorum: quia Romani post pugnam Actiacam eo coloniam deduxerunt, ut testatur Strabo lib. VIII. Illud enim non me movet. Nam ex Pausania in Laconicis in princ. licet intelligere, Lacedæmonios coloniam Patras deduxisse, ibi: ἐπὶ τούτου Πατρεῖ τῷ Πρευγένους κτίζοντι ἐν Ἀχαίᾳ πόλιν, ἥντινα Πάτρας καὶ ἐς ἡμᾶς καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ Πατρέως τούτου, συνεπελάβοντο Λακεδαιμόνιοι τοῦ οἰκισμοῦ, συνῆραντο δὲ καὶ, &c. Patras commemorat et Thucyd. lib. II. paullo ante contentionem Cnemi Lacedæmon. Verum tamen nunc *Pharas* potius legendum arbitror, quo modo edendum curavi.

Ægos] *Egos,* ut ubique, Codex P. Dan. ubi Lysander ad internecionem devicit Athenienses in Lysandro, initio; et in Alcibiade, sup. vid. *N. Staver.* *Ægos flumen*] Est in Thracia amnis Ægos, ut Plinius lib. secundo capite 40. aliique testantur; Græci αἰγὸς ποταμὸν vocant, id est, *Capræ flumen.* Stephanus in lib. de urbibus ad Hellespontum oppidum eodem nomine αἰγὸς ποταμὸν posuit. *Magius.*

Devictæ] Penitus victæ atque ad internecionem cæsæ, ut ad resurgendum nullæ vires restarent: sic loquitur statim supra Miltiade, infra Cimone et Chabria. Curtius lib. IX. 10. 'Cilicia inundata cruore Persarum, et Arbela, cujus campi devictorum a nobis ossibus strati sunt.' *Gebh.*

Sed tum afuit] Negat id Xenoph. Ἑλλ. lib. II. et Plutarchus in vita Lysandri. Etenim ex eo prælio fuga sibi salutem octo triremibus comitantibus quæsivit, et ad Euagoram Cypri regem se contulit. *Long.* Justin. lib. VI. Cononem ait propter hanc cladem patria amissa, exulem Cyprum aliquandiu incoluisse. Orosius etiam lib. II. 2. in Cypro hunc exulem mansisse dicit. Isocrates in Euagora, in Cyprum profectum scribit, tum ob vitæ propriæ salutem, tum vero ut patriæ opem ferre posset, et auxilia compararet. *Magius.* De qua re vide etiam Aristotelem Rhet. II. et Diodorum lib. XIV. *Sed tum afuit*] Absentia imperatoris summi, sed etiam a summo proximi, et jungere consilia jussi, res in deterius administrantur. Plauti dictum est notissimum Amphitruone: 'Ubi summus Imperator non adest ad exercitum, Citius quod non facto 'st usus fit, quam quod facto 'st opus.' Sic in absentia Alexandri, postquam commissa Tyri obsidione cum expedita manu Arabiam petiisset, operi Perdiccas Craterusque præpositi adeo infeliciter rem curarunt, ut jactæ a se 'molis vix ulla vestigia ab Arabia rediens invenerit Alexander.' Curt. lib. IV. 26. 27. Absentia quippe imperatoris segnior ac securior fit miles. Liv. lib. XLIV. 4. 'Neque ipse Perseus, quod plurimum intererat, certamini adfuit.' Justinus lib. XLII. 4. m. 'Pacoro absente, exercitus Parthorum, relictus in Syria, a Cassio quæstore Crassi cum omnibus ducibus trucidatur.' *Gebhard.*

Prudens rei militaris et diligens] Infra 4. laudat ducem fortem et prudentem. Propriæ ducis virtutes fortitudo, prudentia, et industria, illæ in regenda militia, hæc in tuenda disciplina. Senec. de Benef. VII. 13. 'Laus imperatori etiam victo et duri reddi-

tur, si et prudentia, et industria, et fortitudo muneribus suis functa est.' Plura Cicer. in Orat. pro L. Manil. *Loccen.*

Diligens erat imperii] Ita Lambinus et Savaro edendum curaverunt. Ceteri ad unum omnes, *diligens erat Imperator*, quo modo et Nepotis libellus hic inscribitur. *Schott.* Ita in Conone loquitur Cornel. Nepos. 'Diligens imperii' est, qui nihil in eo, quod imperandum est, vacuum relinquit, sed statim imperat. Alias imperia, ut vacua, subditi invadunt. *Boxhorn.*

Cap. 2. *Non quæsivit, ubi ipse tuto viveret*] Sic Cicero Epist. ad Attic. lib. VIII. 1. 'Ei statim rescripsi, hominemque certum misi de comitibus meis, non me quærere, ubi tutissime essem.' *Lambin.* Sed tamen ante securitatem quæsiverat, ut Isocrates Oratione citata attestatur, et Plutarchus in Euagora. Ait in Artaxerxe, haud securitate contentum fuisse, sed rerum mutationem, veluti in pelago fluctum, exspectasse. *Mag.* Patriæ deesse, ubicunque sit, vir bonus non debet, imo non vult. Liv. v. 51. 'Nisi hæc quoque pro patria dimicatio esset, cui deesse, quoad vita suppetat, aliis turpe, Camillo etiam nefas est.' *Gebh.*

Ad Pharnabazum] Justin. lib. VI. hæc copiosius habet. Item Xenophon Ἑλλ. IV. unde ista fere descripta sunt. *Longol.*

Satrapem Ioniæ et Lydiæ] Justin. lib. V. Lydiæ Satrapem sive Præfectum, non Pharnabazum, sed Tissaphernem dicit. *Mag.* Nepos infra in Datame, alium Satrapem vocat illarum provinciarum, Ariobarzanem. Unde apparet, Ioniam et Lydiam, unam tantum Satrapiam fuisse, sed præfecturam provincialem, quæ ab uno Satrape regebatur. Sic Herodot. lib. V. Orœtem quendam νόμον τόν τε Φρύγιον καὶ Λύδιον καὶ Ἰωνικὸν obtinuisse refert, quod ex aliis etiam Scriptoribus ratum fecit eruditissimus Brissonius. *Keuchen.*

Eundemque generum Regis] Supra in Pausania: 'Mardonius Satrapes regius, natione Medus, regis gener.' Ut credibile sit, illas semper eparchias a solis Magni Regis generis administratas fuisse, qui nonnunquam vice soceri sui fungebantur. *Keuchen.* Duxerat autem Pharnabazus Apamam uxorem, unam ex Artaxerxis filiabus, ut tradit Plutarchus in Artaxerxe.

Quam cum Artaxerxe fecerant] Plutarchus ibidem dicit eam esse appellatam εἰρήνην τὴν ἐπ' Ἀνταλκίδου, pacem factam Antalcide interprete et legato: si fas est, inquit ille, contumeliam et proditionem pacem appellare. Hanc commemorat et Xenoph. lib. IV. de rebus Græcis. Sed hæc pax posterius facta est quam Agesilaus in Asiam classem exercitumque trajecisset, ut intelligere licet ex Plutarcho in apophth. Lacon. ibi, ἐπεὶ δὲ Κόνων καὶ Φαρνάβαζος τῇ βασιλέως ναυτικῇ θαλασσοκρατοῦντες, &c. Videtur igitur ea societas esse intelligenda, quam Lacedæmonii cum Dario secundo, hujus Artaxerxis, qui Μνήμων, id est, *Memor* dictus est, et Cyri patre, fecerunt: de qua Thucydides lib. VIII. Sed discrepat a Xenophonte et Plutarcho Probus. Illi enim narrant, Agesilaum eo in Asiam a Lacedæmoniis esse missum, quod audierant, regem Persarum Artaxerxem exercitum et classes adversus Græcos parare: Xenoph. et Plutarch. in Agesilao. Non igitur Lacedæmonii, sed Persæ in societate non manebant. *Lambin.*

A Tissapherne] Tradit Xenophon in Agesilao, huic Regis jussu caput a Tithrauste esse abscissum. Idem et Diodorus XIV. Erat hic homo perditus et universo Græcorum generi infestus, ut Plutarch. refert.

Hunc adversus Pharnabazus habitus est imperator] Acribus hostium duci-

bus acres ac negotiis pares Legatos quoties rex opponit, non injuria sibi optima quæque de successu spondere debet. Laudanda Darii circumspectio, qui celebrata Alexandri virtute et celeritate in recuperando Græciæ ducatu opposuit Memnonem Rhodium fortitudine et rei militaris scientia præstantem: Diod. lib. VIII. ἡγεμόνας δ' ἀρίστους προχείρων, ἐν τοῖς ὑπῆρχε καὶ Μέμνων ὁ Ῥόδιος, διαφέρων ἀνδρείᾳ καὶ συνέσει στρατηγικῇ. Vide Justinum XXXI. 7. p. 'Sed adversus Annibalem quis melior quam Africani frater crearetur?' *Gebhard.*

Multum ducem summum] Mendosus codex et Savaronis editio, *Hic multum ducem summum*, quod non aspernabile videtur. Quid enim est *militum dux summus*, nisi forte anserum aut anatum aut gregis ducem comminisci velit? *Gebh.*

Agesilaum Asiam Tauro tenus Regi fuisse erepturum] Videntur hæc transcripta e Diodoro lib. XV. Καὶ πέρας εἰ μὴ μετεπέμψαντο αὐτὸν οἱ Σπαρτιᾶται διὰ τινὰς πολιτικὰς χρείας σχεδὸν ἂν καὶ τὴν ὅλην τῶν Περσῶν βασιλείαν εἰς τοὺς ἐσχάτους κινδύνους κατέστησεν. Agesilao inferius, 'Qui cum victori præesset exercitui, maximamque haberet fiduciam regni Persarum potiundi.' *Gebh.*

CAP. 3. *Tissaphernes*] Longolius *Tisaphernes*. Codex Danielis *Thysiphernes*, ut ubique. Scribendum *Tissaphernes*, nam in Græco est Τισσαφέρνης. *Keuch.*

Neque admirandum] Venustius scripta lectio, et Ultrajectinus, *neque id mirandum*. Schott. Gebhard.

Cyrum fratrem] Dario ac Parysatidi (ut ait Plutarchus in Artaxerxe) filii quatuor fuerunt: major natu Artaxerxes hic de quo loquitur Probus, cui Mnemoni, hoc est Memori, cognomentum fuit: proximus ætate Cyrus hic: et iis juniores Ostanes, et Oxathres. Artaxerxes et Cyrus de regno inter se armis decertarunt: tandem Cyrus primum ab Artaxerxe (ut quidam volunt) vulneratus: post a Persico adolescente nomine Mithridate, postremo a Caunio quodam vilissimo homine sauciatus, venaque poplitis perfracta concidens, et tempus ad lapidem allidens, exanimatus est. Auctor Plutarchus in Artaxerxe, qui hunc, Tissaphernis opera, Cyrum bello superasse non dicit, sed solum ad rem quod attinet, retulit. Quod cum Artaxerxes regnum esset adeptus, et Pasagardis a Persarum sacerdotibus de more se regno vellet initiari; Tissaphernes Cyrum, qui fratrem sibi prælatum necare insidiis nitebatur, detulit, fuitque in causa ut ille comprehensus, in carcerem conjiceretur. E quo postea dimissus, copias ad bellum cum comparasset, variisque rationibus militiæ consilium dissimularet, dum adversus Artaxerxem ascendere parat, Tissaphernes Regem adiens, rem omnem, bellique apparatum, indicavit.

Postea quam venit] Justinus VI. 'Itaque Conon diu rege per epistolas frustra fatigato, ad postremum ipse ad eum pergit.' Plutarch. quoque in Artaxerxe Cononem testatur ad regem epistolam misisse, mandasseque iis qui ferrent, ut per Zenonem Cretensem vel Polycritum medicum, aut si non adessent, per Ctesiam medicum, regi eam redderent. *Magius.*

Ad Chiliarchum] Codex P. Danielis, *ad Cheliarchum*. Lege χίλαρχον. *P. Daniel.* Qui fuit tribunus militum. *Long.* Χιλίαρχος a Græcis dicitur, qui mille viris præfectus est. D. Hieronym. Exod. c. 18. pro Chiliarcho, Tribunum dixit. Ad hanc vocem quod attinet, Q. Curt. lib. v. sic inquit: 'Novem qui fortissimi judicati essent, singulis militum millibus præfuturi erant, Chiliarchos vocabant.' Josephus lib. III. de bello Judaico: 'Milites,' inquit, 'ad Centuriones, illi ad Chiliarchos conveniunt.' *Mag.* Cæterum iste Chiliarchus alio nomine ob officium vocatur εἰσαγγελεύς. Diodorus lib. XVI. Ἀριστοξένης ἦν εἰσ-

ἀγγελεὺς τοῦ βασιλέως καὶ πιστότατος τῶν φίλων μετὰ Βαγώαν. Colligo tamen aliquando ista officia separata fuisse, et Chiliarchi dignitatem Internuncii sive εἰσαγγελέως honore ampliorem atque celsiorem. Nam ut patet ex lib. XVII. Aristozanes postea demum ad Chiliarchi gradum ascendit. *Gebh.* Idem Megistanes vocabatur, et post Regem totius regiæ curationem habebat, quemadmodum apud Ægyptios diœcetes. Qualia in Oriente multa nomina, quæ se latissime extendunt. Nec ambigo, quin hic fuerit unus ex Persarum δορυφόροις, quos mille fuisse, testatur Athenæus lib. XIII. 3. Quibus aliquanto viliores erant Cubicularii, ad ostium palatii, quos πυλουροὺς vocabant, vel, secundum Plutarchum, κατευνάστας. *Keuchen.*

Qui secundum gradum imperii tenebat] Venusta figura dictum. Cicer. de Offic. 'Tenere consularis dignitatis gradum.' Et pro Planco: 'Summum in aliquo loco tenere et dignitatis et gratiæ.' Infra Phocione: 'Namque auctus adjutusque a Demosthene, eum quem tenebat, ascenderat gradum.' Sueton. Claud. c. 4. 'Quin per eosdem gradus et articulos producendus sit.' *Gebh.*

Utrum colloqui malis, an per literas edere] 'Per epistolam, aut per nuncium,' ut est apud Plautum in Mil. act. IV. sc. 6. Et in hac narratione sæpius Nepos ἐλλείπει. Nam Græci βασιλέα ἁπλῶς τὸν Πέρσην appellabant, ut supra a nobis ad Miltiadem notatum. Qui tamen adeundi mos ab aliis deinceps regibus, aut regia potestate præditis observatus. Tacitus Ann. IV. de Tiber. 'Moris quippe tum erat, quanquam præsentem, scripto adire.' *Keuchen.*

An per literas edere] *Agere*, Schott. Dan. Gifan. Savaro. Malim *edere*. Curtius dixit quoque 'edere mandata' lib. X. 32. Noster paullo post. Liv. lib. XXX. 'Postea quam edita mandata.' *Gebh.* *An per literas*] Mos vetus, quanquam præsentem principem, scripto adire. De quo etiam Tacitus Annal. IV. Causæ ejus, ut mediate, non plus minusve loquantur; ut rem magis animo et memoriæ Principis commendent; ne coram alloquuti, Principem occupatum longo teneant sermone; ut tempus ad integram consultationem servetur; ut repulsæ pudori literis, quæ non erubescunt, occurratur. Lipsius in comm. et Forstner. in not. polit. ad d. l. Taciti. Cononi caussa fuit, quod præsens nollet more Persarum adorare regem, ut mox auctor addit. *Loccen.* Illud *agere* expungit Ultrajectina et Longoliana editio.

Si in conspectum veneris] Arnobius μιμητικῶς in simili narratione lib. VI. 'Ut eos possimus coram et comminus intueri, affari de proximo.' Ubi et *affari* est, quod hoc loco προσκυνεῖν, sive *adorare*. Keuchen.

Venerari te Regem] Præter cæteros Justinus lib. VI. 'Itaque Conon diu rege per epistolas fatigato,' &c. Reges enim Persarum se fratres Solis et Lunæ jactabant, et ut Dii adorari volebant. Præter ea quæ in Sidonium lib. VIII. Epist. 9. elegantissime Petrus Chrysologus Serm. 120. 'Neve simus, ut Persarum reges, qui subjecta nunc pedibus suis sphæra, ut polum se calcare vices mentiuntur, nunc radiato capite ne sint homines, solis resident in figura, nunc impositis sibi cornibus, quasi viros se esse doleant, effœminantur in lunam, nunc varias velut siderum sumunt formas ut hominis perdant figuram.' *Savaro.* Plutarchus in Themistocle ex persona Artabani Chiliarchi: Ἡμῖν δὲ πολλῶν νόμων καὶ καλῶν ὄντων, κάλλιστος οὗτός ἐστι, ΤΙΜΑΝ ΒΑΣΙΛΕΑ, ΚΑΙ ΠΡΟΣΚΥΝΕΙΝ ΕΙΚΟΝΑ ΘΕΟΥ ΤΟΥ ΠΑΝΤΑ ΣΩΖΟΝΤΟΣ. Ergo Orientalium fuit, Reges suos superstitiose venerari, sive adorare. Quod apud se in more esse, negabant Lacedæmonii. Vide Herodot. Polymn. Οὔτε γάρ σφι ἐν

νόμῳ εἶναι ἄνθρωπον προσκυνέειν. Hebræi eundem cultum observabant, ut apparet ex 2. Samuelis cap. I. et XIV. Jud. x. De aliis auctor locuples est Nazianzenus Orat. I. in Julianum: *Νόμος ἐστὶ βασιλικὸς, οὐκ οἶδα μὲν εἰ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις, παρ' ὅσοις τὸ βασιλικεύεσθαι.* Lege Arnob. lib. III. adversus Gentes, et Isocratem in Panegyrico. Mos adorandi talis erat: genu flexo, proni procumbentes in terram, fronte humum feriebant, ac terram osculabantur. Curt. v. et VIII. 31. Val. Max. VII. 2. Joseph. XX. Martial. Epigr. x. 72. Manus etiam ad tergum referebant: ut tradit Lucianus in Navigio. Ac Reges quidem ut Deos venerabantur, et pro talibus eos habebant. Unde postmodum orta est omnis illa idololatria, quam 'Regum stultitiam' vocat in Dario Sulpicius. Qualis in Nebucadnezare, Alexandro Magno, Romanisque Imperatoribus tristia experimenta habemus. *Keuchen.* Plura Brissonius lib. I. Persic. et Petrus Pithæus l. I. adv. subces. *Schott.* De *adulandi* voce vid. Cl. Gronov. notas ad lib. IX. 18.

Προσκυνεῖν] Codex noster *προσκύνησιν.* Quod eodem recidit. *Schott. Gebhard.* Plutar. historiam tribuit Themistocli, nisi forte utrique acciderit. *Schott.*

Sed vereor ne civitati meæ sit opprobrio] Græcis enim aut Atheniensibus, severo populo, turpis et indigna ejusmodi veneratio habebatur. Vid. Val. Max. VI. 3. ext. et Plutar. Themistocle. Quare Ismenias lepido strategemate usus est, cum regem Persarum accederet, quod narrant Ælian. Var. I. 21. Plutarch. Artaxerxe.

Itaque quæ volebat, huic scripta tradidit] Lambin. aliis in libris impressum fuisse testatur, *Quæ huic volebat, scripta tradidit.* Unde quidem effingere maluerunt; *Quæ hunc volebat, ei scripta tradidit.* Nihil literis, sed per internuntios acta omnia tradit Justin. lib. VI. 2. 'Agit tamen cum eo per internuncios.' *Gebh.*

Cap. 4. *Rex tantum auctoritate ejus motus est*] Contra Diodorus, qui suasu Pharnabazi scribit ab Artaxerxe classis imperium Cononi fuisse mandatum, lib. XIV. *Φαρνάβαζος δὲ, τῶν πρὸς Λακεδαιμονίους ἀνοχῶν γενομένων, ἀνέβη πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ συνέπεισεν αὐτὸν στόλον ἑτοιμάσαι, καὶ ναύαρχον καταστῆσαι Κόνωνα Ἀθηναῖον. Gebhard.*

Et ei permiserit] Diodorus paullo aliter eodem libro.

Quem vellet, eligere ad dispensandam pecuniam] Ταμίαν Græci vocant, pecuniis cogendis, administrandisque præfectum. Dispensator aliquando dicitur (servile alias id nomen). Vide Marcell. Donatum in Sueton. August. c. 67. *Boecler.*

Id arbitrium negavit sui esse consilii] Eam electionem, prudenter. Nam mire placet hominibus, iis inprimis, qui nobis majores sunt, si ita illis consilium demus ut eos rectius sapere dicamus, quod etiam Epidicus observat ap. Plautum, II. 2. 72. Sic apud Cæs. B. C. I. 13. Decuriones Auximi docent 'sui judicii rem non esse.'

Qui optime suos nosse deberet] Martialis: 'Principis est virtus maxima, nosse suos.' Rationem non contemnendam consignavit Trogus apud Justinum lib. VI. 2. 'Postulat dari sibi ministrum impensæ, quia pluribus id mandare perniciosum sit.' *Gebhard.*

Cæterisque civitatibus maritimis naves longas imperaret] Phrasis valde frequens Curtio, ut inde colligam, nec non ex aliis plurimis, Rufum Cornelii nostri perstudiosum fuisse. Sic dixit lib. III. 4. 'Naves sociis imperare.' Cæsar de Bell. Gall. lib. VI. 4. Curt. lib. IX. 38. 'Equites civitatibus imperare.' Iste iterum Comment. I. 7. 'Provinciæ toti quam maximum militum numerum imperaret.' Lib. VII. 4. 'Qua oblata potestate omnibus iis

civitatibus, obsidem imperat.' Nepos, vita Attici: 'cum privatis pecunias per epistolas imperaret.' Sic Græci adhibent ἐπαγγέλλειν. Gebh.

Classem compararet] Sic Mss. et Vulgati in Agesil. 'Namque fama exierat Artaxerxem comparare classes.' In Miltiad. 'Classem quingentarum navium comparavit.' Savaro.

Non sine cura rem administrarunt] Auxilia enim navalis belli a Rege Ægypti Hercynione petiverunt, et undique a sociis magna contraxere subsidia, ut inquit Orosius lib. III. 2. Mag.

Ducem fortem et prudentem] Et præterea res hostium apprime edoctum. Diodor. lib. XIV. Οὗτος γὰρ ἦν ἔμπειρος τῶν κατὰ πόλεμον ἀγώνων, μάλιστα τῶν πολεμίων. Gebhard.

Regiis opibus] Codex P. Danielis, Regis opibus. Sic in Themistocle, classiariis Regis, pro regiis. Keuchen.

Pisandro duce] Sic legendum, Pisandro duce, non Lysandro, ut habent libri vulgati. Lambin. Græcis est Πείσανδρος. Xenoph. IV. Plutarch. Agesilao, et Justinus. Diodoro XIV. est Περίαρχος, ut alii notarunt, mendose. Bongars.

Hoc Conon apud Cnidum] Isocrates in Euagora, de Cononis rebus gestis loquens, et consilio quod Persis dedit ad opprimendum Lacedæmonios: Πεισθέντων ταῦτα τῶν στρατηγῶν, καὶ ναυτικοῦ συλλεγέντος, Λακεδαιμόνιοι μὲν κατεναυμαχήθησαν, καὶ τῆς ἀρχῆς ἀπεστερήθησαν, οἱ δὲ Ἕλληνες ἠλευθερώθησαν. Si victis Spartanis a Conone secuta est libertas Græciæ, igitur solutum fuit eorum imperium. Idem in Orat. ad Philipp. Συστάντες τῷ Κόνωνι ναυτικοῦ περὶ Κνίδον, νικήσας τῇ ναυμαχίᾳ, Λακεδαιμονίους μὲν ἐξέβαλεν ἐκ τῆς ἀρχῆς, τοὺς δὲ ἄλλους Ἕλληνας ἠλευθέρωσε. Ex his constat, Lacedæmoniorum clade ad Cnidum accepta fuisse finitum; qua in re Græcorum omnium firmus est consensus. Cœperat anno priore Olymp. XCIV. dedit anno altero Olympiadis XCVI. duravit annos vix X. Isocrates Panathenaico: Σπαρτιάται ἔτη δέκα μόλις ἐπεστάτησαν τῶν Ἑλλήνων. Casaubon.

Multas naves cepit, compluresque depressit] Curtius lib. IV. 37. vocat demergere. 'Naves,' inquit, 'omnes fere aut demersit aut cepit.' Sed istud non est inelegantius. Cæs. Civ. B. I. 58. 'Partem navium deprimunt; nonnullas cum hominibus capiunt.' B. C. l. II. 6. 'In naves impeditas impetum faciunt celeriterque deprimunt.' Tacit. Hist. lib. IV. 79. 'Major pars navium depressa aut capta.' Hirt. lib. de Bell. Alex. cap. 11. 'Capta est una hostium quadriremis, depressa est altera.' Ibid. c. 16. 'Deprimuntur tres nostris incolumibus omnibus.' Auctor de Vir. Illustr. cap. 41. Græci vocant βυθίζειν, crebrius καταδύειν. Diod. Aristoph. Ran. Act. I. sc. 2. Κατεδύσαμεν γε ναῦς τῶν πολεμίων ἢ δώδεκ' ἢ τρισκαίδεκα.

Qua victoria non solum Athenæ] Accidit illa sub Eubulide; ut testatur illius ætatis Lysias. Quare Diodorus errat necessario, qui in anno præcedente, sub archonte Diophanto, illam refert. Meursius. Meminit ejusdem Athenæus lib. I. Deipnos. Κόνων δὲ τῇ περὶ Κνίδον ναυμαχίᾳ νικήσας Λακεδαιμονίους.

Quæ sub Lacedæmoniorum fuerat imperio] Ἁπλῶς heic sumitur imperium pro θαλαττοκρατίᾳ, quæ nihil aliud fuit, quam Spartanorum et Atheniensium alterna potestas obtinendi maris. In Pelopida: 'Qua paucitate perculsa est Lacedæmoniorum potentia.' Quod frequens apud Cornelium et alios. Keuch.

Liberata est] Unde etiam erectæ fuerunt publico sumptu binæ statuæ prope Jovis Servatoris simulacrum, quarum una Cononis, altera Euagoræ Cypri Regis. Vide Plutarchum.

Muros dirutos a Lysandro] Sed per-

missu Pharnabazi, cum quo in Peloponnesum navigans Laconicam vastavit, sociosque Atheniensium in Spartanos incitavit. *Ernst.* Isocrates ad Philippum: Οὐ μόνον δὲ τὰ τείχη τῆς πατρίδος ἀνώρθωσεν, ἀλλὰ καὶ τὴν πόλιν εἰς τὴν αὐτὴν δόξαν προήγαγεν. Sic Demosthenes, Pausanias, Xenophon, Athenæus, Polyænus, alii; nec ullus exstat fere scriptor, qui non minimum alludat. Justin. lib. VI.

Civibus suis donat] Athenæus, præter istam libertatem, plura illius recenset in cives beneficia, l. I. *Longol.*

CAP. 5. *Accidit huic, quod cæteris mortalibus; ut inconsideratior in secunda, quam in adversa esset fortuna*] Iisdem pene verbis Justinus fine Philippicarum Histor. 'Hamilcar,' inquit, 'magnis rebus gestis, dum fortunam inconsultius sequitur, in insidias deductus occiditur.' Contra de Timoleonte: 'Id quod difficilius putatur, multo sapientius tulit secundam quam adversam fortunam.' Contrarium sentit Diodorus: Εὐτυχέστερον ὑπάρχει συμφορὰς ἀνεγκεῖν ἐπιδεξίως, ἢ τὰς εὐμεγέθεις εὐημερίας ἐμφρόνως. Sed assentior Nepoti, et rationem reddit Tacit. Hist. I. 15. 'Secundæ res,' inquit, 'acrioribus stimulis animum explorant: quia miseriæ tolerantur, felicitate corrumpimur.' Quem locum expressisse Tacit. ex Oratione M. Catonis pro Rhodiensibus mihi videtur. Fragmentum istud, prout emendavit Cl. P. Scriverius ex lib. VII. 3. Gellii, advocabo: 'Scio solere plerisque hominibus rebus secundis atque prolixis atque prosperis animum excellere, atque superbiam atque ferocitatem augescere atque crescere: quod nunc magnæ curæ mihi est, quia hæc res tam secundæ processerint, ne quid in consulendo adversi veniat, quod nostras secundas res conficiet, neve hæc lætitia nimis luxuriose eveniat. Adversæ res se domant et docent quid opus sit facto; secundæ res lætitia transvorsum trudere solent a recte consulendo et intelligendo.' Nam res adversæ futurorum metu diligentiam acuunt atque intendunt; secundæ vero securitatem, contemptum, atque insolentiam pariunt. Diodor. l. XIII. Εὐδαιμονέστατοι γὰρ ὄντες τῶν Ἑλλήνων τὴν εὐτυχίαν ὥσπερ βαρὺ φορτίον οὐ φέροντες. Id. lib. XVIII. Οἱ πλεῖστοι γὰρ διὰ τὴν εὐτυχίαν ἐπαίρονται μὲν ταῖς εὐτυχίαις, ὑπερήφανοι δ' ἐν ταῖς γενόμενοι τῆς ἀνθρωπίνης καὶ κοινῆς ἀσθενείας ἐπιλανθάνονται· διὸ καὶ νῦν τοὺς πλείστους ὁρᾷν ἔξεστιν ἐπὶ τὴν ἀτυχίαν, ὥσπερ τι βαρὺ φορτίον, φέρειν ἀδυνατοῦντας. Conqueritur hoc de suis apud Curtium Alexander lib. X. 10. 'Secundis rebus, quæ circumfluunt nos, insanire cœpistis, obliti status ejus, quem beneficio exuistis meo: digni hercule, qui in eodem consenescatis; quoniam facilius est vobis adversam quam secundam regere fortunam.' Idem Scriptor de Dario, qui sanctos et mites mores in regio fastigio mutaverat crudelitate, lib. III. 7. 'Erat Dario mite ac tractabile ingenium, nisi etiam suam naturam plerumque fortuna corrumperet.' Et de eodem Dario Charidemus ibid. 'Tu quidem licentia regni subito mutatus documentum eris posteris, homines cum se permisere fortunæ, etiam naturam dediscere.' Hinc intelligendum illud Taciti lib. VI. 48. 'An cum Tiberius post tantam rerum experientiam vi dominationis convulsus et mutatus sit:' q. d. Tiberium licentia imperii ac rebus secundis abstractum eos mores induisse, quos fortuna regia præcepisset, abjectis, quos natura et institutio dedisset. Mutatum quoque et convulsum esse Alexandrum regni licentia queritur disertissime facundissimus Curt. lib. X. 6. 'Cœperat esse præceps ad repræsentanda supplicia; item ad deteriora credenda. Sic scilicet res secundæ valent commutare naturam, et raro quisquam erga bona sua satis cautus est.' At revera is sapiens perhibetur, qui

utramque fortunam æquo fert animo, neque tristi succumbit, neque secunda effertur. Rutilius: 'Nec tantum duris nituit sapientia rebus; Pectore non alio prosperiora tulit.' Aristot. lib. I. Ethic. τὸν μὲν γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸν καὶ ἔμφρονα πάσας οἰόμεθα τὰς τύχας εὐσχημόνως φέρειν. Ἄδηλος quidam: Οἱ πεπαιδευμένοι καθάπερ οἱ ἐκ παλαίστρας, κἂν πέσωσι, ταχέως καὶ ἐπιδεξίως ἐκ τῆς ἀτυχίας ἐξανίστανται. B. Basilius: Οὗτος οὖν ἐστι ὁ νοήμων κυβερνήτης, ὁ εὐστοχασμένως τῆς ὑποκειμένης φύσεως μεταχειριζόμενος τὰ συμπίπτοντα, καὶ ὅμοιος ἀεὶ αὐτὸς ἑαυτῷ διαμένων, μήτε ἐπαιρόμενος ἐν ταῖς εὐθυμίαις μήτε καταπίπτων ἐν ταῖς συμφοραῖς. *Gebhard.*

Ut inconsideratior in secunda, quam in adversa] Ἴσως μὲν οὖν καὶ ἑτέροις ἤδη τοῦτο συμβέβηκε, τὸ τὰς μὲν ἐν ταῖς ἐπιτυχίαις ἐξουσίας μὴ δύνασθαι φέρειν ἀνθρωπίνως, ἐν δὲ ταῖς περιπετείαις εὐλαβῶς ἵστασθαι καὶ νουνεχῶς. Polybius Hist. XVII. Casaub. vert. 'Accidit hoc et aliis fortasse jam ante, ut rebus lætis potentiam ferre, sicut homines par erat, nequirent; in adversis caute admodum et prudenter statum suum conservarent.' Vide Var. Lect. Mureti libro v. 15. *Bosel.*

Quum ultum] Alii libri habent, *cum ulcisci*: alii, *cum ultum*: ego *ultum* malo. Nam revera ultus erat patriæ injurias muris refectis, et de integro excitatis, quos illi diruerant. 'Patriæ injurias' autem, id est, injurias a Lacedæmoniis patriæ illatas. *Lambin.*

Plura concupivit quam efficere potuit] Ingenio ambitiosorum relictis mediis ruentium ad summa sua pernicie. Tacit. Ann. III. 66. 'Brutidium artibus honestis copiosum, et, si rectum iter pergeret, ad clarissima quæque iturum, festinatio exstimulabat, dum æquales, dein superiores, postremo suasmet ipse spes anteire parat: quod multos, etiam bonos, pessum dedit, qui, spretis, quæ tarda cum securitate, præmatura, vel cum exitio, properant.' *Gebh.*

Non solum inter barbaros, &c.] Alterum *inter* redundat. *Schott.*

Id quum minus diligenter esset celatum] Valde hic discrepant inter se Historici. Nam Xenophon quidem Ἑλλ. IV. narrat, Lacedæmonios, posteaquam cognovissent, Cononem muros urbis et Piræei a Lysandro dirutos, pecunia regia de integro excitasse, et urbeis Ioniæ et Æoliæ in continente sitas ad Athenienseis transferre cogitare, constituisse his de rebus Tiribazum præfectum regium docere, confisos fore hoc pacto, ut ille aut secum societatem iniret, aut Cononi sumptus in classem suppeditare desineret: qua re audita, Athenienseis contra cum Conone legatos quatuor, Hermogenem, Dionem, Callisthenem, Callimedontem, ad Tiribazum misisse; legatos etiam a sociis, qui una proficiscerentur, evocasse; quorum orationibus auditis, Tiribazum clam Antalcidæ Lacedæmoniorum legato pecuniam dedisse, ut classe ab iis instructa, Athenienses et eorum socii cupidius pacem expeterent atque exoptarent: Cononem autem tanquam injuriam Regi facientem, in vincula conjecisse. Sic Xenophon. Diodorus vero lib. XIV. scribit, Tiribazum Cononi, ob res prospere ab eo gestas invidisse, et hac causa prætexta, quod urbeis Atheniensibus acquireret classe et copiis Regis, eum Sardeis perductum in vincula conjecisse. Isocrates aperte significat in Panegyrico; Cononem immerito a Persis esse comprehensum. *Lambin.*

Magna de re] Sic ex fide Ms. mei et Gif. emendavi et dispunxi. Ms. Put. cum vulg. *magna festinatione.* Savaro.

Ibique periisse] Editio Parisiensis, *ibique eum periisse.* Diodorus Siculus de eo supplicium sumptum esse significat libro XV. his verbis: Ὑποπτεύσας ὁ Ἰφικράτης μὴ συλληφθῇ, καὶ τιμω-

ρίας τύχῃ, καθάπερ Κόνων ἔπαθεν ὁ Ἀθηναῖος.

Dinon Historicus] Scribendum *Dinon*, qui Græcis Δείνων. Plutarch. in Themist. Ἔφορος δὲ καὶ Δείνων, καὶ Κλείταρχος, καὶ Ἡρακλείδης. Athenæus lib. III. et V. *Longol. Lambin. Mag. Savar.* Scripsit hic Persica, pater fuit Clitarchi, vixitque tempore Artaxerxis Ochi, et Philippi. *Gebhard.* De quo vide Magnum Vossium de Græc. Histor. lib. IV. 8.

Teribazo] Qui pedestribus copiis præerat, teste Diodor. Sicul. lib. XIV.

X. DION.

CAP. 1. *Dion, Hipparini filius*] Diodorus Siculus lib. XVI. Δίων ὁ Ἱππαρίνου, Συρακουσίων ὑπάρχων ἐπιφανέστατος. Vide Suidam et Plutarchum. M. Tull. Tuscul. Quæst. V. Valer. l. III. 8. l. IV. 1. *Savaro.*

Namque ille superior] Major, antiquior. Sic 'Cato superior' Valer. Max. lib. VIII. 15. qui aliis *major*. Superiores eidem 'majores' lib. II. 1. 'Majores natu in conviviis ad tibias egregia superiorum opera carmine comprehensa pangebant.' *Gebhard.* Hunc infra Dionysium Siculum priorem vocat. *Keuchen.* Qui duodequadraginta annos tyrannidem obtinuit, cum V. et XX. annos natus dominatum occupasset, inquit M. Tullius Tusc. Quæst. V. Et ita Diodorus Siculus lib. XIV. Μετ' ὀλίγον δὲ χρόνον Διονύσιος εἰς ἀρρωστίαν ἐμπεσὼν ἐτελεύτησε, δυναστεύσας ἔτη τριάκοντα καὶ ὀκτώ. *Lambin.*

Aristomachen sororem Dionis] Sic Diodorus lib. XIV. Habuit enim duas uxores Dionysius superior, unam nomine Lorida, natione Locram, Xeneti viri civium suorum nobilissimi filiam; alteram Syracusanam, nomine Aristomacham, Hipparini filiam, Dionis sororem. *Idem.* Easque uno die duxit. Ælianus aperte: ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ δύο γυναῖκας ἠγάγετο Διονύσιος, Δωρίδα, τὴν Λοκρίδα, καὶ Ἀρισταινέτην τὴν Ἱππαρίνου, Δίωνος δὲ ἀδελφήν. Et adjungit continuo polygamiam: Καὶ παρ' ἑκατέραν ἀνεπαύετο ἐν τῷ μέρει. καὶ ἡ μὲν ἠκολούθει στρατευομένῳ, ἡ δὲ ἐπανήκοντα ὑπεδέχετο. Var. Hist. lib. XIII. Vid. ad utrumque locum Notas Cl. Schefferi. M. Tullius Tuscul. lib. V. 'Cumque duas uxores haberet, Aristomacham civem suam, Doridem autem Locrensem; sic noctu ad eas ventitabat, ut omnia specularetur, et perscrutaretur ante.'

Habuit in matrimonio] Supr. in Præfat. 'sororem germanam habere in matrimonio.' In Cimone totid. verbis. *Savaro.*

Ex qua duos filios, Hipparinum et Nysæum] Diodorus Siculus, Hipparinum et Narsæum: Plutarchus in Dione, non negat quidem ille, Dionysio majori ex Aristomacha filios esse natos, sed scribit, ex peregrina Dionysium, cujus hic vita scribitur, antequam illa gravida fieret, natum esse; et Aristomacham diu infœcundam fuisse. Sed quod ad rem attinet, Plutarchus tradit Areten nupsisse prius Thearidæ Dionysii fratri; eo mortuo vero, Dioni, cum esset sororis filia. Sic Plutarchus in Dione: Σωφροσύνη μὲν Διονυσίῳ τῷ υἱῷ συνῴκησεν, Ἀρέτη δὲ Θεαρίδῃ τῷ ἀδελφῷ. τελευτήσαντος δὲ τοῦ ἀδελφοῦ Θεαρίδου Δίων ἔλαβεν Ἀρέτην ἀδελφιδῆν οὖσαν. Idem

paullo post scribit, tres liberos Dionysio ex Locrensi uxore esse natos: quatuor ex Aristomacha, duos mares, totidemque fœminas. *Lambin.*

Sophrosynen] Editio Parisiana, *nomine Sophrosynem.* Codex Longolianus, *Sophros:* quod compendio editum, pro *Sophrosynen.* Keuchen.

Nuptum dedit] Sic supra locutus est Nepos in Pausan. 'Des ei filiam tuam nuptum:' et iterum infr. 'Areten Dionis uxorem alii nuptum dedit.' Terent. Andria. 'Datur illa hodie Pamphilo nuptum?' Idem in Hecyra: 'Perii, ex quo censes, nisi ex illo cui data est nuptum, obsecro?'

Alteram Areten, Dioni] Libri quidam *Aretem* omittunt. Vulgati, *et Areten, quarum priorem Dionysio, &c.* In Æliano 'Αρέτη reponendum, pro 'Αρήτη, Var. Hist. lib. XII.

Come] Atqui fuit contumax et acerbus natura, vel Platonis, qui eum optime noverat, testimonio: qui eum reprehendens in epistola quadam, sic ad eum scribit: ἐνθυμοῦ δὲ ὅτι δοκεῖς τισιν ἐνδεεστέρως τοῦ προσήκοντος θεραπευτικὸς εἶναι· μὴ οὖν λανθανέτω σε, ὅτι διὰ τοῦ ἀρέσκειν τοῖς ἀνθρώποις καὶ τὸ πράττειν ἐστίν. ἡ δὲ αὐθάδεια ἐρημίᾳ ξύνοικος. Sic et Plutarch. in Dione: ἀμέλει δὲ καὶ φύσει τινὰ τὸ ἦθος ὄγκον εἶχεν αὐτοῦ, καὶ τραχύτητα δυσπρόσοδον ἐν ἐντεύξει, καὶ δυσξύμβολον, &c. Idem sub extr. eandem morum asperitatem notat, et verba illa superiora Platonis profert. Et in lib. πῶς ἄν τις διακρίν. τὸν κόλακα τοῦ φίλου, eo loco, ubi docet, tunc potius monendos et reprehendendos esse amicos, cum rem suam bene gerunt, et fortunati sunt, quam cum eis fortuna adversatur. Plutarchi verba sunt hæc: τοιαῦτα τοῦ Κύρου πρὸς Κυαξάρην, καὶ τὰ πρὸς Δίωνα Πλάτωνος, ὅτε λαμπρότατος ἦν, καὶ πάντας εἰς ἑαυτὸν ἀνθρώπους ἐπέστρεφε διὰ τὸ κάλλος τῶν πράξεων καὶ τὸ μέγεθος, παρακελευμένου φυλάττεσθαι καὶ δεδιέναι τὴν αὐθάδειαν, ὡς ἐρημίᾳ ξύνοικον. *Lamb.* Hoc quamvis ita fuisse largiamur in cæteris, tamen come fuit et facile adversus docentes ipsum, præsertim erga Platonem ad capienda ab eo virtutum et vitæ præcepta, uti Plato ipse in Epist. 7. ad Dionysii propinquos scribit; et infr. 2. 3. Noster confirmat.

Quæ non minimum commendat] Sic legendum est, non, ut vulgo, *commendatur:* natum mendum ex ignoratione verbi. *Commendat* enim hoc loco valet, ornat, facit amabilem, benevolentiam atque amorem conciliat: et subintelligendum est, homines, seu viros. Sic Cicero de Orat. lib. I. sub extr. 'et in voce, quæ una maxime eloquentiam vel commendat, vel sustinet,' &c. Idem Off. II. P. Rutilii adolescentiam ad opinionem et innocentiæ et juris scientiæ P. Mucii 'commendavit domus.' Idem oratione post reditum in Sen. 'cum eum præter simulatam, versutamque tristitiam, nulla res commendaret.' Idem iterum de oratore, ad Q. Fr. 'oratio placida, summissa, lenis recte commendat.' Horat. Epist. lib. I. 15. 'Quod me Lucanæ juvenem commendet amicæ.' *Lambin.* Respexisse videtur ad Euripideum illud in Phœniss. apud Porphyrium et Stobæum: Πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος. Sic infra in Iphicrate: 'Fuit autem et animo magno et corpore, imperatoriaque forma.' *Commendatur* autem Scripti libri auctoritate retineo. *Schott.* Corporis autem dignitatem in regentibus commendari tralatitium est. Tacit. Ann. II. 13. 'Cum hic nobilitatem ducis, decorem alius, plurimi patientiam, comitatem per seria, per jocos eumdem animum laudibus ferrent.' Vide ibid. cap. 73. Eamdem inter adjumenta esse summæ rei adipiscendæ asserit idem lib. XI. 28. de Silio: 'Nunc juvenem nobilem, dignitate fortunæ, juventa, ac propinquo consulatu ad spem accingi.' Et inter cætera, quæ Galbam destruxerant, erat deformitas. Tacit. Hist.

lib. I. 7. 'Ipsa ætas Galbæ et irrisui et fastidio erat assuetis juventæ Neronis, et Imperatores forma ac decore corporis (ut est mos vulgi) comparantibus.' Justin. lib. XIII. 1. 'Sed nec Amici Alexandri frustra regnum spectabant: nam ejus virtutis ac venerationis erant, ut singulos Reges putares. Quippe ea formæ pulchritudo in omnibus fuit, ut qui eos ignoraret, non ex una gente; sed ex toto terrarum orbe electos judicaret.' *Gebhard.*

Neque minus propter mores] Plut. paullo aliter: *Ἐν ἀρχῇ μὲν εἶχε τιμὴν ἀπὸ τῆς ἀδελφῆς, ὕστερον δὲ τοῦ φρονεῖν διδοὺς πεῖραν, ἤδη καθ' ἑαυτὸν ἠγαπᾶτο παρὰ τῷ τυράννῳ. Lambinus.*

Affinitatem] Quod Dionysius Aristomachen sororem Dionis haberet in matrimonio. In Pausan. 'seque tecum affinitate conjungi cupit.' In Attico 'plus valere similitudinem morum quam affinitatem;' videlicet, quæ soror Attici 2. Tullio Ciceroni nupta erat: unde 'affinis' in Timoleone vir sororis appellatur, ubi vide. *Savaro.*

Suorum] Sororis et liberorum.

Nisi qua in re major ipsius cupiditas intercesserat] Quatenus permittunt affectus et cupiditates obtemperant sanis monitis dominantes: quoties vero intensior cupido incessit animos, obstructæ sunt aures et impotens libido suis stimulis abripitur. Valer. III. 8. apud Phalarim 'plus consuetudo dominationis, quam consilii salubritas valuit.'

Legationes vero omnes] Plutarchus: *Πρεσβείας τε τὰς μεγίστας διῴκει, πεμπόμενός τε πρὸς Καρχηδονίους ἐθαυμάσθη διαφερόντως. Lambin.* ex conjectura.

Sua humanitate tegebat] *Tegebat*, sensu expeditissimo ac germano. Nam Dion humanitate ac morum tranquillitate tegebat atque abscondebat decantatam ubique Dionysii crudelitatem; qui mitissimos Dionis mores intuebantur, persuadere sibi non poterant, tam immanem esse Dionysium, quam vulgo jactaretur. Et eum in modum loquitur Tacit. Ann. XII. 12. 'Dum socers domi, belli infaustus, ignaviam sævitia tegat.' Piccartus lib. Pericul. singulari cap. 10. defendit *leniebat*, sine causa. *Gebhard.* *Tenebat* in Membranis Schotti et Gifanii. *Sua humanitate leniebat*] Sic edendum curavi, conjectura ductus. Nam cum in exemplis Aldinis, et Florentinis, et nonnullis aliis, reperissem scriptum, tenebat, neque hoc verbum ad hunc locum mihi quadrare posse videretur, ex *tenebat*, levi et facili immutatione feci, *leniebat*: neque me movet lectio Germanica, in qua est, *tegebat*: hoc enim tegebat, ex *tenebat*, factum est, conjectura facili illa quidem et propinqua, quod ad literas attinet, sed quod ad verbi vim et sermonis Romani consuetudinem, minus apta; crudelitatem enim, aut crudele nomen humanitate lenire, convenienter et translatione illustri dicitur: *tegere* vero non item. Quod si quis huic verbo locus quæreretur, factum, aut facinus crudele tegi aptius diceretur, quam nomen, meo quidem judicio. *Lambin.*

Suspexerunt] Vulgati, *suspicerunt.*

CAP. 2. *Platonem Tarentum venisse*] Quod ex ipsius Platonis ad Dionis propinquos epistola intelligere licet. *Lambin.* Venit Tarentum, L. Camillo, P. Claudio Coss. Cicero. Causas profectionis narrat Apuleius de Dogm. Platonis, cujus hæc verba: 'Sed ille [Plato] primo historiæ gratia, ut naturam Ætnæ et incendia concavi montis intelligeret; secundo, petitu Dionysii, ut Syracusanis assisteret, est profectus, et ut municipales leges ejus provinciæ disceret. Tertius ejus adventus, fugientem Dionem impetrata a Dionysio venia, patriæ suæ reddidit.' *Mag.*

Adolescenti] Dioni; qui, ut tradit Plutarchus, Platonem audivit, priusquam Plato tyrannum conveniret; ab

eoque fuit, cum valde esset docilis et ingenio acerrimo, ad studium virtutis et sapientiæ mirifice inflammatus quod et Plato in epistola quadam scripsit. *Δίων μὲν γὰρ δὴ μάλα εὐμαθὴς ὢν, πρός τε τἄλλα, καὶ πρὸς τοὺς τότε ὑπ' ἐμοῦ λόγους λεγομένους, οὕτως ὀξέως ὑπήκουσε καὶ σφόδρα, ὡς οὐδεὶς πώποτε ὧν ἐγὼ προσέτυχον νέων. καὶ τὸν ἐπίλοιπον βίον ζῆν ἐθέλησε διαφερόντως τῶν πολλῶν Ἰταλιωτῶν τε καὶ Σικελιωτῶν, ἀρετὴν περὶ πλείονος ἡδονῆς τῆς τε ἄλλης τρυφῆς ἡγαπηκώς. Lambin.*

Arcesseret] *Accesseret*, Cod. Danielis. Sed rectius *arcesseret*, ut infra idem Codex *arcesserit*.

Magnaque cum ambitione Syracusas perduxit] Exquisito apparatu, et ambitioso comitatu. Plin. Hist. Nat. VII. 8. Solinus cap. 7. ' Dionysius tyrannus vittatam navem Platoni obviam misit. Ipse cum albis quadrigis egrediens in littore occurrens honoratus est.' *Gebhard.* Græci pro *magna ambitione*, *φιλοτίμως* usurpant, quod eodem recidit. *Lambin.* Vid. Plutarch. in Dione. Ælian. IV. 18. Sed Dionysios confundit Nepos: neque enim eos honores Platoni major Dionysius, sed minor mortuo patre habuit. Honorifice quidem excepit Platonem Dionysius Major, sed nihil ibi nimium et ambitiosius legere memini. *Buchn.*

Ut se totum ei traderet] Quare Dion communi nomine a scriptoribus vocatur *Dion amicus Platonis.* Vid. exempla similia apud Rhodig. Lect. Ant. libro XXIII. 4.

Plato delectatus est Dione] Ejus namque captus erat amore, ut ex Aristippi lib. IV. de antiquis deliciis, refert Diogenes Laërtius in Platonis vita. Inter amatorios Platonis versus apud hunc, et Apuleium Apologiæ Orat. I. leguntur etiam versus in Dionem, qui dilectum a Platone Dionem, atque ardenter amatum, satis arguunt. *Mag.*

Crudeliter violatus esset] Causam, quamobrem tali injuria Platonem affecerit Tyrannus, hanc affert Plutarchus, quia Dionysius Platonis de Virtute viri boni, et de justitia disputantis orationem ferre non potuerit, cum diceret, quemvis potius, quam tyrannum, esse fortem: et vitam justorum esse beatam, tyrannorum miseram et calamitosam. Laërtius addit, tyrannum Platonis sermone offensum Platoni dixisse, verba ejus *γεροντιῷν*, id est, *senium et senile delirium redolere*: illum autem respondisse, *σοῦ δὲ τυραννιῶσιν*· id est, *et tua tyrannidem, seu tyranni mores.* Lambinus.

Venundari jussisset] Editio Longoliana *jussit*. Vendidit illum, tanquam mancipium in foro, XXV. minis Diodor. Siculus lib. XV. Lege Plutarchum in libello, cui titulus: *Πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα. Keuch.* Et in vita Dionis meminit quoque Laërtius. *Longol.*

Eodem rediit] Multis verbis rationes secundi in Siciliam adventus exponit Plato in epistola quadam. Sed sciendum est, mortuo jam priore Dionysio, Platonem iterum in Siciliam navigasse, et Secundi Dionysii arcessitu, cum ille Platoni polliceretur per literas, se omnia Dioni exulanti, quæ vellet Plato, remissurum, largiturum, et concessurum, Syracusas repetiisse. *Lambin.*

In morbum incidit] Morbi causam fuisse, immoderatas epulas, compotationes, et ebrietatem tradit Diodor. Siculus lib. XV. his verbis: *Ἑστιῶν δὲ λαμπρῶς τοὺς φίλους, καὶ κατὰ τὸν πότους φιλοτιμότερον τῇ μέθῃ δοὺς ἑαυτὸν, εἰς ἀῤῥωστίαν σφοδροτέραν ἐνέπεσε διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐμφορηθέντων ὑγρῶν. Idem.*

Quo cum graviter conflictaretur] Libri omnes, quod et Schottus et Piccartus attestantur, *quo cum gravi conflictaretur.* Unde Cl. Schottus *gravius* tentat substituere. *Gebhard.*

Nam velle se cum eo colloqui] Plutarchus in Dione: *Ἐπεὶ δὲ νοσῶν ὁ Διονύσιος ἔδοξεν ἀβιώτως ἔχειν, ἐπεχεί-*

ρησεν αὐτῷ διαλέγεσθαι περὶ τῶν ἐκ τῆς Ἀριστομάχης τέκνων ὁ Δίων. *Lambinus.*

Id medici non tacuerunt] Οἱ δὲ ἰατροὶ τῷ μέλλοντι τὴν ἀρχὴν διαδέχεσθαι χαριζόμενοι, καιρὸν οὐ παρέσχον. *Idem.* Hem scelus Medicorum in aula! nam captandæ successoris gratiæ desperatam dominantis valetudinem aut contra fidem vulgant, aut suo ministerio opprimunt extinguuntque. Tacitus Ann. VI. c. 50. de Charicle: 'qui labi spiritum nec intra biduum duraturum Macroni firmavit. Inde cuncta colloquiis inter præsentes, nunciis apud legatos et exercitus festinabantur.' Liv. lib. XL. 56. 'Medicus Calligenes, qui curationi præerat, non exspectata morte regis, a primis desperationis notis nuntios prædispositos, ita ut convenerat, misit ad Perseum.' Et neces pleræque occultæ regum annon medicorum scelere ac perfidia acceleratæ? de Eudemo Tacitus lib. IV. Ann. c. 3. de Xenophonte vid. lib. XII. 67.

Sermonem retulerunt] Habitum cum medicis: quod teste Lambino quidam redundare existimant. Schottus autem *ad Dionysium filium seniorem* conjectabat. Perperam: nam Cornelius potius extulisset, *filium majorem natu.* Gebh.

Commotus] Gravissime irritatus. Curt. lib. IV. 23. 'Legatos Tyrii contra jus gentium occisos præcipitaverunt in altum. At ille suorum tam indigna nece commotus urbem obsidere statuit.' Tacit. Ann. VI. 13. 'Queis commotus incusavit Magistratus Patresque.' Nepos Timoleonte; 'Quibus verbis adeo ille est commotus, ut nonnunquam vitæ finem facere voluerit.' *Gebhard.*

Soporem] 'Soporem' nove dixit, pro soporifero poculo. Φάρμακον ὑπνωτικὸν Plutarchus habet, ejusque rei auctorem Timæum Historicum citat. *Longol.* Seneca de beneficiis lib. V. 'Ita et qui veri beneficii speciem fefellit, tam ingratus est, quam veneficus, qui soporem, cum venenum crederet, miscuit.' Ubi *saporem* vulgo corrupte legas. *Schott.* Frontinus libro II. 5. 'Mandragoræ inter venenum ac soporem media vis est.' *Gebhard.* Significant Probus et Plutarchus potionem frigidissimam, quæ, ut ex Medicorum scriptis didicimus, nigri papaveris succo aut cicutæ parari solet. Sane Athenienses capitali judicio damnatos, cicutæ succo necare solebant: quamobrem Juvenal. Sat. VII. 'Hunc inopem vidistis, Athenæ, Nil præter gelidas ausæ conferre cicutas.' *Magius.* Quam tusam ac dilutam propinabant in calice more medicamentorum; idque πιεῖν φάρμακον dicebatur. *Casaubon.*

Coëgit] Quia ipsi fortasse propter Hippocratis jusjurandum facinus horrebant. *Magius.*

Somno sopitus] In Excerptis, *sumno:* ut *Acheruns* Acherons; *suboles* soboles; et similia. Erat autem sopor ὑπνοφόρος, medicamentum somniferum, et morti simillimi soporis efficax. Hesychius: Ὑπνωτικὸν, ὁ μανδραγόρας. Nam 'mandragoras θανάσιμον φάρμακον καὶ ὑπνωτικόν· cujus inter venenum ac soporem media vis est,' ut loquitur Frontinus. Ad rem Philostratus II. 14. Ἔστι δὲ φάρμακα ὕπνου μεμηχανευμένα τοῖς ἀνθρώποις, ἃν πίοντές τε καὶ ἀλειψάμενοι (melius ἢ καὶ ἀλειψάμενοι) καθεύδουσιν, ἐκτείνοντες ἑαυτοὺς ὥσπερ ἀποθνήσκοντες. Seneca de Benef. III. 14. 'Promisit [venenum domino] et medicamentum innoxium ei dedit: quo cum sopitus esset,' &c. *Keuch.*

CAP. 3. *Tale initium fuit Dionis et Dionysii simultatis*] Aliter Plutarchus et Diodorus: apud Plutarchum in Dione nullum hac de re verbum. Quin tradit ille, Dionysium posteriorem Dionis animi magnitudinem valde admiratum esse, et propensam in se voluntatem vehementer dilexisse: Ὁ μὲν οὖν Διονύσιος ὑπερφυῶς τὴν μεγαλοψυχίαν ἐθαύμασε, καὶ τὴν προθυμίαν ἠγάπησε. Diodor. lib. XVI. ab utroque

discrepans: Οὗτος δὲ διὰ τὴν εὐγένειαν καὶ τὴν λαμπρότητα τῆς ψυχῆς εἰς ὑποψίαν ἦλθε τυράννῳ, δόξας ἀξιόχρεως εἶναι καταλῦσαι τὴν τυραννίδα. *Lambin.*

Desineret] Editio Parisiensis, *desisteret.*

Morem ei gessit] Ad Platonem scripsit, ut testatur Plato, extatque ejus epistolæ summa in epistolis Platonis. *Lamb.*

Philistum Historicum] Ab exilio Adriatico, nam hic a Dionysio patre regno erat expulsus, revocatus autem consilio quorundam a Dionysio Syracusas in invidiam Dionis et Platonis, magnus apud tyrannum extitit. Adriæ cum esset in ocio, historias varias conscripsit, de rebus Siculis libro XI. De Dionysio Tyranno lib. VI. aliaque plurima, quæ a Suida commemorantur. *Longol. Mag.* Vide Magnum Vossium de Historicis Græcis.

Hominem amicum non magis tyranno, quam tyrannidi] Sic legendum: non ut habent exempla Veneta et Florentina, *hominem inimicum.* Sic enim Plutarchus: Ὁ γὰρ δὴ Φίλιστος ἐξαρχῆς.τε τῇ τυραννίδι καθισταμένῃ προθυμότατον παρέσχε, καὶ τὴν ἄκραν διεφύλαξε φρουραρχῶν ἐπὶ πολὺν χρόνον. *Lambin.*

In eo meo libro] De quo nihil nobis præter desiderium restat.

Qui de historicis conscriptus est] *Græcis* addit Codex noster ac Savaronis. Expungit vero Longolium secutus Lambinus, quod de utrisque scripsisse, *Græcis Latinisque* verisimile sit. *Schott.*

CAP. 4. *Ingenio*] Ingeniosi quoque tyrannis suspecti ac formidulosi, quare vident, ut eos vel penitus exstirpent, Tacit. Agric. 4. 'Julius Græcinus senatorii ordinis studio eloquentiæ sapientiæque notus, iisque virtutibus Caii Cæsaris iram meritus.' Vel ad minimum in exilium submoveant. Id. Ann. lib. XVI. 29. 'Enimvero Montanum probæ juventæ, neque famosi carminis, quia protulerit ingenium, extorrem agi.' Vid. Valer. Max. lib. VII. 2. Exempl. 2. de L. Junii Bruti fratre vegetioris ingenii sublato. *Gebh.*

Navem ei triremem dedit] Plato σμικρὸν πλοῖον, *parvum navigium.* Plutarchus ἀκάτιον, *navem piscatoriam.* Lambin. Longol. Mag. Lege Bayfii lib. de Re Navali, et Cl. Schefferum de M. N. II. 2.

Corinthum] Plutarchus, in Italiam. Diodorus propius accedens, in Peloponnesum. Corinthus enim est in Peloponneso. *Lambin.* Et quidem ejus claustrum, unde inter compedes et vincula Græciæ, Philippo aliisque, urbs memorata. Vide Strab. lib. VIII. et IX.

Ostendens, se id utriusque facere causa] Plutarchus tradit in Dione, Dionysium, lecta Dionis ad Carthaginienses epistola, adhibito et præsente Dione, ex qua Dionysius arguebat Dionem cum Carthaginiensibus adversus se et tyrannidem consensisse et societatem coivisse, cum Dion pro se dicere et se purgare conaretur, statim non facta Dioni respondendi potestate, sed e vestigio, imposito in naviculam piscatoriam Dione, mandasse nautis ad se vocatis, ut eum in Italiam exponerent. Sic Plutarchus, ἀπολογεῖσθαι δὲ βουλομένου τοῦ Δίωνος, οὐκ ἀνασχόμενος, ἀλλ' εὐθὺς, ὡς εἶχε, θέμενος εἰς ἀκάτιον, προσέταξε τοῖς ναύταις κομίζοντας αὐτὸν ἐκθεῖναι εἰς Ἰταλίαν. Diodorus autem lib. XV. nullum de epistola verbum facit, neque in ulla fere alia re cum Plutarcho congruit; sed ait Dionysium veritum, ne a Dione opprimeretur, statuisse illum comprehendere et de medio tollere. Dionem vero hoc comperto primum apud quosdam amicos delituisse, deinde ex Sicilia cum Megacle fratre et Heraclide tribuno militum in Peloponnesum fugisse. Sic Diodorus: Ὁ δὲ Δίων αἰσθόμενος τὸ μὲν πρῶτον ἐκρύφθη παρά τισι τῶν φίλων, μετὰ δὲ ταῦτα ἔφυγεν ἐκ τῆς Σικελίας εἰς Πελοπόννησον, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ τὸν ἀδελφὸν Μεγακλῆν, καὶ Χαρικλείδην.

Plutarchus rursus post illa, quæ supra ex eo retuli, scribit; cum his, quæ hic a Probo narrantur, propemodum concinens, cum ex eo, quod fecisset Dionysius, magnus per totam urbem strepitus esset coortus, tota civitas erecta esset novarum rerum expectatione, domus ipsius tyranni muliebri ploratu et luctu personaret: illum metu perterritum Dionis amicos et mulieres esse consolatum, quasi non esset hoc exilium, sed peregrinatio et absentia, ne forte ipse offensus et commotus Dionis contumacia et animi elatione, aliquid gravius in eum statuere aut facere cogeretur, cujus ipsum postea pœniteret. Hoc spectavit M. Tullius, cum illud scripsit Epist. ad Attic. lib. xv. 9. 10. Ægre ferens, rumorem esse de Bruto in Asiam mittendo, Cassio in Siciliam, ut frumentum emendum et ad urbem mittendum curarent, quod illa provincia seu legatio esset illis viris indigna, et relegatio potius quam legatio. 'Ludos vero non facere,' inquit, 'quid fœdius? frumentum imponere, quæ est alia Dionis legatio? aut quod munus in republica sordidius?' *Lambinus.*

Omnia, quæ moveri poterant Dionis, in naveis imposuit] Locus antea male erat interpunctus, sic enim habebat: *Omnia quæ moveri poterant, Dionis in navi imposuit.* Quare indicabatur, navem fuisse Dionis, res vero nequaquam. *Mag.* In Themistocle: 'Omnia quæ moveri poterant, partim Salaminem, partim Trœzenem asportant.' Ibi vide Notas.

Manum compararet] Quod eum fecisse tradit Diodorus eodem libro: Κατακλείσας δ' εἰς τὴν Κόρινθον, τοὺς μὲν Κορινθίους ἠξίου συνεπιλαβέσθαι τῆς ἐλευθερίας τῶν Συρακουσίων, αὐτὸς δὲ μισθοφόρους συνῆγε, καὶ πανοπλίας συνήθροισε. *Lambin.*

Areten Dionis uxorem alii nuptum dedit] Nempe Timocrati familiari suo; sed invitam, ut Plutarchus scribit. *Longolius.*

Filiumque ejus] Aretæum, ut vult Timæus, a matre sic appellatum: Hipparinum, ut tradit Timonides Dionis familiaris: cui potius credendum esse censet Plutarchus. *Lambin. Mag.*

Is usque eo vitæ statum commutatum] Plutarchus in Dione, Dionis filium adolescentulum dolore et ira puerili impulsum se e tecto præcipitem egisse tradit: nihil præterea. Sic ille: ἔκ τινος λύπης καὶ ὀργῆς μικρὰν καὶ παιδικὴν ἀπαρχὴν λαβούσης ἔῤῥιψεν ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ στέγους ἐπὶ τὴν κεφαλὴν, καὶ διεφθάρη. Hunc casum commemorat et in παραμυθητ. πρὸς Ἀπολλών. *Lambin. Mag.*

Namque appositi erant custodes] Venere Romana dictum. Namque reperies apud Ciceronem: 'Verres calumniatores apponebat:' et Offic. 'Non licitatorem venditor, nec qui contra se liceatur, emptor apponet.' In Verrem: 'Accusator apponitur civis Romanus.' Propius ad Nep. Lucil. lib. xv. 'Indicem apposuit.' Attius Ione; 'Custodem assiduum Ioni apposuit Virgini.' Tacitus Ann. lib. iv. 60. 'Sed interdum voces procedebant contumaces et inconsultæ, quas adpositi custodes exceptas auctasque cum deferrent.' Cæsar de Bell. Gall. i. 20. 'Dumnorigi custodes ponit, ut quæ agat, quibuscum loquatur, scire posset.' Tacit. Ann. lib. ii. 68. 'Remmius evocatus priori custodiæ adpositus.' Suetonius Claudio: 'Salutatoribus scrutatores semper apposuit, et quidem omnibus et acerbissimos.' Alia elegantia idem Tacit. l. vi. 19. 'Circumjecti custodes et in mœrorem cujusque intenti.' *Gebhard.*

A pristino victu deducerent] Pro a pristino vitæ genere corruptisque moribus revocarent: rare dictum. *Schott.*

Ut se e superiore parte ædium dejecerit] Plutarch. 'E tecto se in caput dejiciens periit.' Idem in Orat. consolat. ad Apollonium, delapsum ait Dionem cum amicis sedentem, nuncio de hujus morte audito nihil perturbatum aut perculsum, defuncti quidem corpus ad legitimam tradi sepulturam jussisse, ipsum vero neutiquam quod cum amicis deliberabat, reliquisse. *Magius.*

Atque ita interierit] Duos habuit filios Dion, Hipparionem et Aretæum: major vero natu Hipparion de superiore parte ædium se dejecit. Voco autem eum Hipparionem, non Hipparinum, auctoritate Polyæni, qui lib. v. in Dionysio, Comment. 8. Μιᾶς δὲ ἐπιστολῆς, inquit, ἔξωθεν ἐγέγραπτο, παρὰ Ἱππαρίωνος, τοῦτο δὲ ἦν ὄνομα τῷ Δίωνος υἱῷ. Quamvis aliter in Dione Plutarchus. *Gebh.*

Sed illuc revertor] Elegans ἐπανοδὸς, in qua vitatur μακρολογία Quintiliani, lib. VIII. 3. Infra Eumene: 'Sed ad illos revertari.' Poëta dixit: 'Illuc, unde abii, redeo.' Quod ex Menech. Plautina: 'Illuc redeo, unde abii.' Hesychius: Ἀναβήσομαι, ἐπανελεύσομαι ἐπὶ τὰ ἐξ ἀρχῆς. Julianus Orat. 7. ἐπανάξω ὅθεν ἐξέβην. Idem. 11. ἐπανιτέον δὲ ὅθεν ἐξῆλθον. Et in reliquis epist. de Sacerdotio. Ὅθεν ἐξέβην, εἰς τοῦτο ἐπανήξω. *Keuchen.*

CAP. 6. *Heraclides*] Homo turbulentus, seditiosus, mobilis, infidus, rei militaris imperitus. *Plutarch.*

Quod multorum annorum tyrannis] Sic legendum: non, ut vulgo, *multorum annorum tyrannus.* Non enim *tyrannus*, sed *tyrannis erat multorum annorum.* Atque hanc lectionem confirmant, quæ mox dicemus: et quæ ipse Probus ait infra: 'quinquaginta annorum imperium.' *Lambin.*

Magnarum opum] Itaque Dionysius major dicebat, se relinquere filio tyrannidem adamante seu vinculis adamantinis vinctam. Plutarch. in Dione, Diodor. Siculus lib. XV. Ælianus lib. VI. Καὶ τούτοις ἐπιθαῤῥῶν ὁ Διονύσιος, ἀδάμαντι δεδεμένην ᾤετο τὴν ἀρχὴν κεκτῆσθαι. *Idem.*

Pauci ad societatem] Diodorus: Ταχὺ δὲ πολλῶν ὑπακουόντων, &c. Sed dic paucos fuisse, spectata Dionysii potentia, adversus quem bellum comparabatur, multos ex persona Dionis profugi et exulis: vel potius, paucos fuisse Syracusanos exules, qui periculi societatem cum Dione coire voluerint: multos fuisse ex reliqua Græcia. Tradit enim Diodorus, triginta Syracusanos, qui in Peloponneso exulabant, Dionem secutos esse. *Idem.*

Non tam suis copiis] Quæ erant exiguæ et tenues, si tyrannicas opes spectes; quæ, quales et quantæ essent, a Diodoro refertur lib. XV.

Quam odio tyranni] Probe indagat causas eversionis Dionysiacæ, quas, sed easdem quoque, explicat Diodorus lib. XVI. Αἰτία δ' ὑπῆρχε τῷ Δίωνι τῶν προτερημάτων μάλιστα μὲν ἡ ἰδία λαμπρότης τῆς ψυχῆς, καὶ ἀνδρεία, καὶ ἡ τῶν ἐλευθεροῦσθαι μελλόντων εὔνοια. τὸ δὲ τούτων ἁπάντων μεῖζον ἥ τε ἀνδρεία τοῦ τυράννου καὶ τὸ ἀρχομένων πρὸς αὐτὸν μῖσος. *Gebh.*

Duabus onerariis navibus] At Plutarchus hujus naves quinque fuisse scriptum reliquit: ejus enim milites, qui octingenti pauciores essent, duabus rotundis navibus, et tertio quodam haud ingenti navigio receptos ait: cum his duas præterea triginta remorum naves esse perductas, quibus arma ac tela missilia et viaticum, quod abunde sufficeret, conveherentur. *Mag.*

Visum] Mss. Leid. *ausum*, fortassis non male. Virgil. Æneid. VI. 624. 'ausoque potiti.' Idem 'fortia ausa' dixit Æn. IX. 281. Ovid. 'magnis tamen excidit ausis.'

Adeo facile perculit] Evertit. Utitur hoc verbo Pelopida. Datame: 'Tali

consilio uno tempore et proditores perculit, et hostes profligavit.' Tacit. Ann. II. 39. 'Eodem anno, mancipii unius audacia, ni mature subventum foret, discordiis armisque civilibus Remp. perculisset.' Varro Parmenione: 'Alius teneram abietem solus percellit.' Cicero pro domo: 'Iisdem machinis sperant me restitutum posse labefactari, quibus ante stantem perculerunt.' *Gebhard.*

Syracusas introierit] Et una cum eo Megacles ejus frater, et Callippus Atheniensis, et aliquot exules Syracusani, omnes coronati: sed medius inter fratrem et Callippum Dion, præ omnibus insignis atque illustris, et armis luculentis totus undique collucens. Lætitiam autem civitatis, et dies festos, et epulas ob spem recuperandæ brevi tempore libertatis, et gratulationes, et vota pulchre describunt Plutarchus et Diodorus Siculus. *Lambin.*

Nullum esse imperium tutum, nisi benevolentia munitum] Ad verbum Diodorus proœmio lib. XIV. *Αἱ γὰρ ἡγεμόνων ὑπεροχαὶ τηροῦνται μὲν εὐνοίᾳ καὶ δικαιοσύνῃ, καταλύονται δὲ ἀδικήμασι καὶ μίσει τῶν ὑποτεταγμένων.* Est apud eundem præclarus locus lib. XV. ubi asserit nullum fortius munimentum circumjecisse Athenienses imperio suo, quam benevolentiam sociorum: cum contra avaritia, superbia atque crudelitate Lacedæmonii omnes a se Græcos alienassent: *διὰ δὲ ταύτης*, inquit, *τῆς φιλανθρωπίας ἀνακτησάμενοι τὴν παρὰ τοῖς Ἕλλησιν εὔνοιαν ἰσχυροτέραν ἐποίησαν τὴν ἡγεμονίαν.* Exemplum luculentum proponit Tacit. in Bardane Rege Parthorum, de quo Ann. lib. XI. 10. 'Parthi,' inquit, 'dolo ante composito, incautum, venationique intentum, interfecere, primam intra juventam, sed claritudine paucos inter senum regum, si perinde amorem inter populares, quam metum apud hostes quæsivisset.'

Eo tempore aberat Dionysius] Commiseratque arcis custodiam Timocrati illi, de quo supra. Erat autem circa Cauloniam in Italia, venitque Syracusas septimo post Dionis introitum die. Diod. Siculus lib. XV. *Lambin.*

Classem opperiebatur] Cui præerat Philistus: qui cum venisset tandem cum multis triremibus, sed sero, navi, qua veheretur, capta, manus sibi attulit: vel, ut alii tradunt, in potestatem adversariorum venit, ab eisque fœde et contumeliose trucidatus est. Plutarch. et Diodor. XVI. *Gebhard.*

Regios spiritus repressit] Βασιλικὸν, seu *τυραννικὸν φρόνημα, regiam superbiam ac ferociam.* Lambin. 'Spiritus' hic notat *ὑπερφρόνημα.* Cæsar Comm. de Bell. Gall. I. 33. f. 'Ipse autem Ariovistus tantos sibi spiritus, tantam arrogantiam sumpserat, ut ferendus non videretur.' Idem Comm. lib. II. 4. 'Qua ex re fieri, uti earum rerum memoria magnam sibi auctoritatem magnosque spiritus in re militari sumerent.' Cicero pro Sulla: 'Res gestæ credo meæ me nimis extulerunt, et mihi nescio quos spiritus attulerunt.' *Spiritus* vero *reprimere* est *ταπεινοῦν τὰ φρονήματα*, vel etiam *συστέλλειν.* Diodorus libro XVI. Ὁ δὲ *βασιλεὺς ἡδέως ὁρῶν τὴν ταπείνωσιν αὐτῶν, καὶ βουλόμενος τὰ Λευκτρικὰ φρονήματα συστεῖλαι τῶν Βοιωτῶν.* Cicero pro Sextio: 'Qui furorem exsultantem repressit.' *Gebhard.*

Et insulam] Insula, pars erat urbis Syracusarum, et instar urbis; ut ait M. Tullius in Verrem. Syracusæ enim constabant ex quatuor urbibus. *Lamb.* Vide eundem lib. IV. Accusationum, et Livium Annal. XXV.

Ut talibus pactionibus] De quibus vide Plutarchum, et Diodorum XVI.

Syracusas Apollocrates] Plutarchus hunc Dionysii filium fuisse adserit grandiorem natu, cui ipse aufugiens arcem custodiendam tradiderat. *Longolius.*

Cui maximam fidem uni habebat Dionysius] Sic legendum, non, ut vulgo,

Dion. Hic autem Apollocrates arcem tandem Dioni dedidit, partim rei frumentariæ inopia, partim vi oppugnantium coactus. *Lambin.*

Cap. 6. *Suam vim exercuit*] Lambinus tres has voces ut subdititias Cornelio detrahit: sed quo jure, quave injuria? *Gebhard.*

Cum uxorem reduxisset] Divortio violento alteri traditam de novo assumpsisset. Sueton. Domitiano c. 8. m. ‘Equitem Romanum ob reductam in matrimonium uxorem, cui dimissæ adulterii crimen intenderat, erasit judicum albo.’ Tacit. Ann. lib. XII. 2. ‘Callistus improbatam longo dissidio, ac si rursus assumeretur, eo ipso superbam: longeque rectius Lolliam induci.’ Dixit etiam Tacit. lib. XIV. 61. ‘revocare uxorem.’ Ibid. et ‘repetitum,’ revocationem sive reductionem repudiatæ uxoris. *Gebhardus.*
Uxorem] Areten, quæ Timocrati nupserat, expulso Dione. *Lambin.*

Filiumque vellet revocare ad virtutem] Quem Dionysius corruperat, ut supra dictum est, vino, epulis, scortis, denique vivendi genere luxurioso ac libidinoso.’ *Idem.*

Accepit gravissimum parens vulnus morte filii] Hac de re Plutarchus in Sermone consolatorio ad Apollonium scripto. Dolorem ac luctum, quem parentes liberique invicem ex calamitatibus ac mortibus liberorum, parentum, ac proximorum percipiunt, observo frequentissime vulneribus comparari atque vulnera nominari. Infra Datame: ‘Filium Aridæum eo cum exercitu mittit: cadit in prælio adolescens; proficiscitur eo pater non ita cum magna manu, celans quantum vulnus accepisset.’ Tacit. vita Agricolæ cap. 28. f. ‘Initio æstatis Agricola domestico vulnere ictus, anno ante natum filium amisit.’ Valer. Flaccus Arg. I. 722. ‘Dixit: et extemplo Furiis iraque minaci Terribilis, Sunt hic etiam tua vulnera, prædo; Sunt lacrimæ, carusque parens.’ Tacit. vita Agricolæ cap. 7. ‘Sequens annus gravi vulnere animum domumque ejus afflixit: de matre in prædiis a classiariis Othonis interfecta. Valerius Maximus lib. V. 10. Ext. de Pericle: ‘Ille caput quoque solito more coronatum gerere sustinuit, ut nihil ex vetere ritu propter domesticum vulnus detraheret.’ *Gebh.*

Qui quidem Dioni principatum non concedens] Pertinet huc locus Plutarchi: Οὕτως ἄρα πάντῃ δυσκατάσχετος ἡ ἀρχὴ καὶ μεστὸν ἀπιστίας καὶ δυσνοίας. Tacit. Annal. XIII. 17. ‘Cui plerique etiam hominum ignoscebant, antiquas fratrum discordias, insociabile regnum æstimantes.’ Seneca Agamemnone: ‘Nec regna socium ferre nec tædæ sciunt.’ Qui Heraclides quum Dioni deferretur, tanquam cum Callippo insidias ei necterent: ‘respondit, se vita malle excedere, quam metu violentæ mortis amicos inimicosque juxta ponere.’ Val. lib. III. 8. *Gebhard.* Lege Orationem Heraclidis apud Plutarchum.

Non posse bene geri rempublicam multorum imperiis] *Regi rempublicam*, est in Mss. non male. *Schott.* Versus sunt: Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω, Εἷς βασιλεὺς, ᾧ ἔδωκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω Σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμιστας, ἵνα σφίσιν ἐμβασιλεύῃ. Il. B. 204. *Lambin. Savar. Boecler.* Similis Caligula apud Sueton. cap. 22.

Cap. 7. *Quod factum omnibus*] Plutarch. Ἐλύπησε δὲ σφόδρα Συρακουσίους ἀποθανών. *Lambin.*

Maximum timorem injecit] In Alcibiade: ‘Magnus multitudini timor est injectus.’ Nam qui genere, auctoritate, atque opibus excellebant, ad se quoque gradum fieri opinabantur, et in se patienda primarii viri discebant exemplo. Tacit. Hist. lib. IV. 11. ‘Plurimum terroris intulit cædes Calpurnii Galeriani.’ Idem Ann. lib. XI. 8. ‘Namque inter Gotarzis pleraque sæva (qui necem fratri Artabano conjugique ac filio ejus præparaverat,

unde metus ejus in cæteros) accivere Bardadem.' Idem Hist. lib. II. 17. 'Et contradicere ausos Claudium Phirricum trierarchum Liburnicarum ibi navium; Quinctium Certum Equitem Roman. interfici jubet, quorum morte exterriti, qui aderant.' Justin. lib. XII. 5. 'Fremere itaque omnes universis castris cœpere, innoxii senis filiique casum miserantes; interdum se quoque non debere melius sperare dicentes.' Et cap. 6. 'Reputabat deinde, quantum in exercitu suo, quantum apud devictas gentes fabularum atque invidiæ, quantum apud cæteros amicos metum et odium sui fecerit.' *Gebhard.*

Ille autem, adversario remoto, licentius eorum bona, quos sciebat adversus se sensisse, militibus dispertivit] Monitum præclarum de Dominantibus, qui exsistentibus æmulis aliisque, quos vel revereantur vel metuant, moderati; iis vero remotis licentiosius effunduntur in dedecora atque flagitia, quæ præsentium viventiumve metus aut reverentia cohibuerat. Tacit. Hist. lib. II. 73. 'Vix credibile est memoratu, quantum superbiæ socordiæque Vitellio adoleverit, postquam speculatores Syria Judæaque adactum in verba ejus Orientem nunciavere. Nam etsi vagis adhuc et incertis auctoribus, erat tamen in ore famaque Vespasianus, ac plerunque ad nomen ejus Vitellius excitabatur. Tum ipse exercitusque, ut nullo æmulo, sævitia, libidine, raptu in externos mores proruperat.' Clarius de Tiberio lib. VI. fin. ubi, postquam excessu Liviæ matris omnis reverentia animo excessisset, et sublato Sejano metus sublati essent, Principem in scelera simul ac dedecora prorupisse ait. Caussam ibidem non reticet prudentissimus scriptor: nam dum alios timent verenturque dominantes, libidines suas obtegunt: remoto autem pudore ac metu, suo tantum ingenio utuntur. Non est prætereundus locus Ann. lib. XIV. 13. de Nerone: 'Hinc superbus ac publici servitii victor Capitolium adiit, grates exsolvit: seque in omnes libidines effudit, quas male coërcitas qualescumque matris reverentia tardaverat.' Flavius Vopiscus Carino: 'Hic ubi patrem fulmine absumptum, fratrem a socero interemptum, Diocletianum Augustum appellatum comperit, majora vitia ac scelera edidit, quasi jam liber a frenis domesticæ pietatis, suorum moribus absolutus.' Ita sublato Gallo Constantius suo utitur ingenio apud Ammian. lib. XV. 'Quo ille studio blanditiarum exquisito sublatus, immunemque se deinde fore ab omni immortalitatis incommodo fidenter existimans, confestim a justitia declinavit.' Diodor. l. XVII. Parte posteriore: μετὰ δὲ ταῦτα δόξας ἤδη κεκρατηκέναι τῆς ἐπιβολῆς, καὶ τὴν βασιλείαν ἀδήριτον ἔχειν, ἤρξατο ζηλοῦν τὴν Περσικὴν τρυφὴν καὶ τὴν πολυτέλειαν τῶν Ἀσιανῶν βασιλέων. Nec ii mores solum hominum, sed etiam civitatum; quæ sublato æmulæ urbis metu languescunt industria, torpescunt luxuria atque socordia. Paterculus lib. II. 1. 'Remoto Carthaginis metu, sublataque imperii æmula; non gradu, sed præcipiti cursu a virtute descitum, ad vitia transcursum.' *Gebhard.*

Neque quo manus porrigeret] Nonnulla exemplaria sic habent, *neque amplius quid porrigeret, suppetebat, nisi amicorum possessiones.* Ego hanc lectionem retineo, illique antepono. *Lambinus.* Vulgatum mecum tuetur doctissimus Piccartus cap. 10. Peric. Critic. Curtius lib. VIII. 55. 'Jam etiam ad pecora nostra avaras et instabiles manus porrigis:' qui locus ex hoc videtur imitatione expressus; quare inprobe fecit Lambinus. *Gebh.*

Offensa in eum militum voluntate] Id est, alienata ab eo militum voluntate. Cicero Tuscul. Quæst. 'Propter alienam et offensam populi voluntatem.' *Lamb.*

Cap. 8. *Quemadmodum sedaret, nesciret*] Cum sedandi rationem non reperiret, ἀμηχανῶν καὶ ἀπορῶν. *Lambin.*

Quorsum evaderent] Vulgati, *evaderet*. Approbo, *evaderent*, Puteano, Lambino, et P. Danieli complacitum. Cicero Attico: 'Quoad audiamus hæc, quæ commota sunt, quorsum evadant.' *Gebh.*

Callicrates quidam] Immo Callippus, ut nominant Plutarchus, Diodorus, Athenæus, Suidas, et Pletho. *Schott.* Sed credibile est, hunc Callicratem Callippi fratrem fuisse, et Probum Callippi fratrem pro Callippo sumsisse: quemadmodum Poëtæ interdum Pollucem pro Castore appellant. *Lambin. Magius.*

Homo et callidus] Plutarcho μιαρώτατος, id est, *impurissimus*. Idem paucis post: διέφθειρε, καὶ παρεσκεύαζέ τινας τῶν ξένων ἐπὶ τὸν Δίωνα, κακοηθεστάτην ἀρχὴν καὶ πανουργοτάτην ποιησάμενος. *Lambin.*

Facile omnium animos cogniturum] Hanc rationem consilii sui Callippus, sive Callicrates afferebat.

Excipit has partes ipse Callicrates] Hunc actum veluti Persona egregie sustinere gnara in se transfert. Elegans tralatio, non ab iis, qui pilam aut aliquid simile traditum excipiunt, prout docet Lambinus, sed a scena sive histrionibus, quorum hæ vel illæ sunt partes: et hic vel ille hujus vel istius ὑποκειμένου partes excipit atque agit. Valer. Maxim. v. 3. 4. 'Impetratis detestabilis ministerii partibus.' Conjungit crebro Cicero Personam et Partes, ut pro Archia: 'Nisi hanc personam et has partes possem sustinere.' Et ut heic Nepos excipere partes; ita ille suscipere dicit Epistolis ad Familiares: 'De me autem suscipe paulisper partes meas, et eum te esse finge qui ego sum.' Et in Verrem: 'Cum tuas partes suscipio, cur tuum onus sustineo?' *Gebhard.*

Conveniunt] Paulo aliter Plutarchus: Ἤδη δὲ καὶ τὸν Δίωνα καὶ τὰς γυναῖκας ὑπόνοια τῶν πραττομένων εἶχε, καὶ μηνύσεις ἐγίνοντο πανταχόθεν. *Lambin.*

In ædem Proserpinæ deducunt] Nihil notius raptu Proserpinæ, in cujus honorem templum erectum. Orpheus tamen et Pausanias in Attica rem gestam tradunt, qua Cephisus amnis Eleusinem præterit. 'Deo' quoque appellatur Hesychio. Unde 'Deois Proserpina' apud Ausonium. Simul ille cum Cerere in Eleusiniis sacris colebatur. Thesmophoria in honorem Proserpinæ raptus maximo cum luctu mense Pyanepside habebantur, quem ἐπόριμον ideo mensem appellavit Plutarchus.

Ac jurare cogunt] Maximum erat juramentum, apud Siculos quod in æde Proserpinæ fiebat. Fiebat vero hac solennitate: 'Qui fidem præstabat, in Cereris descendat templum, et quibusdam peractis sacrificiis, Deæ purpuram induebat: tum ardentem captans faculam, jurabat.' Auctor Plutarchus in Dione, cujus verba lucem dant Probo. *Magius. Longolius.*

Cap. 9. *In conclavi edito*] Plutarchus: Καὶ καθεζομένου Δίωνος ἐν οἰκήματι κλίνας τινὰς ἔχοντι μετὰ τῶν φίλων. Solebant veteres cum vacare precibus aut sine arbitris agere vellent, in editum locum ascendere: interdum peculiarem locum in superiori parte domus huic rei habere. Sueton. August. c. 72. 'Si quando quid secreto aut sine interpellatione agere proposuisset, erat illi locus in edito singularis.' De Tiberio Tacit. vi. 21. 'Quotiens super negotio consultaret, edita domus parte utebatur.'

Recubuisset] Lambin. et Putean. lib. *recubuisset: domum cust. sepsisset, a foribus q. n. discederent, certos præfecisset: consciis loca munit. tradit, navem, &c.* Sane ita Plutarch. narrat. Et custodes ab ipso Dione positos, Noster comm. 6. videtur innuere. Msc. Boecl. *Conscios facineris l. m. o. tradit, d. c. sepsit, a forib. q. n. discedant, certos præficit, navem armatam*

triremem armatis ornat, Philostrateque fratri tradidit. Τὸ *facinoris* erat etiam in Msc. Leid. *tradit* vero et *discedant* in cod. P. Dan. qui et *Philostratoque* habebat. Sed pro *sepsit*, idem et Leid. Msc. *sepit.* Unde forsan ita totus hic locus constituendus: *consc. facinoris l. m. o. tradit, d. c. sepit, a* (vel *ac*) *forib. q. n. discedant, certos præficit, navem armatam triremem armatis ornat, Philostrateque fr. tradit.* Navem *armatam* vocat, instrumentis et apparatu nautico instructam, ac navigationi paratam. Cæsar B. G. III. 13. 'Ipsorum [Venetorum] naves ad hunc modum factæ, armatæque erant. Carinæ aliquanto planiores, &c. anchoræ, pro funibus, ferreis catenis revinctæ; pelles pro velis,' &c. nam arma dicta instrumenta nautica, quæ et armamenta, ac Græcis ὅπλα. Unde easd. naves Cæsar c. 14. 'omni genere armorum ornatissimas;' et Lucret. II. 42. 'classem ornatam armis' dixit. V. Scheffer. de Milit. Nav. vet. I. 4. et Add. ad II. pag. 333.

Consciis loca munitiora oppidi tradidit] In membranis, *tradit.* Et sic alias *dedit* pro *dedidit* legitur in Datame, loco τῶν μελλόντων aut præteritorum. Quod elegantiæ est. *Keuch.*

Domum custodibus sepsit] Plutarchus: Οἱ μὲν ἔξω τὴν οἰκίαν περιέστησαν.

A foribus qui non discederent] Idem: Οἱ δὲ πρὸς ταῖς θύραις τοῦ οἴκου καὶ ταῖς θυρίσιν ἦσαν. Est autem hic ordo, *certos præfecit, qui a foribus non discederent.* Lambin.

Philocratique] In membranis nostris *Philostratus* nominatur. *Schott.*

Zacynthios adolescentes] Sic Plutarchus et Diodorus, qui Ζακυνθίους dicunt fuisse, id est, *Zacynthios.* Est autem Zacynthus insula non longe a Cephalenia. Quidam tamen hic legi volunt, *Saguntinos.* Sed Polyb. lib. III. Saguntum, Ζάκανθαν appellat, quæ urbs est in finibus Iberiæ et Celtiberiæ non longe a mari. Non est dissimulandum tamen, videri ex Stephano Saguntum et Zacynthum uno eodemque nomine apud Græcos significari. Sic enim Stephanus: Ζάκυνθος πόλις ἀπὸ Ζακύνθου τοῦ Δαρδάνου. Ὅμηρος· Καὶ ὑλήεσσα Ζάκυνθος. Δευτέρα Ἰβηρίας, τρίτη Λιβύης. *Lambin. Zacynthios adolescentes*] Scriptus P. Dan. Codex *Zaguntios* legebat, Longolianus *Zazynthinos.* Sed *Zacynthios* melius scripserim, quam *Zazynthinos*, aut *Zaguntios*: Græcis enim Ζακυνθίοι, non Ζαζυνθῖνοι. Ut a *Zacyntho*, Latini *Zacynthios* formarunt, ita Græci a Ζακύνθου, τοὺς Ζακυνθίους. Falluntur igitur, qui *Saguntinos* heic inculcandum existimant auctoritate Polybii, qui *Saguntum*, Ζάκανθαν appellat lib. III. Lege Diodorum et Plutarchum. *Keuchenius.*

Inermes] Παρῆλθον ἄνευ ξιφῶν ἐν τοῖς χιτῶσιν.

Sicut conveniendi] Id est, tanquam conveniendi. Malim legi, *sic ut si conveniendi.* Veruntamen nihil muto. *Lamb.*

Foribus obseratis] Plutarchus fores ab iis, qui erant extra, clausas, seu potius adductas et attractas esse tradit: Οἱ μὲν ἔξω ἐπισπασάμενοι τὰς θύρας. *Lamb.*

Colligant] Plutarchus Κατέχειν ἐπειρῶντο καὶ συντρίβειν αὐτόν· ὡς δ' οὐδὲν ἐπέραινον, ᾔτουν ξίφος.

Qui se metui quam amari malunt] In Timoleonte: 'Maluit se diligi, quam metui.' Sidon. noster Epist. 2. lib. I. de Theodorico rege Gotthorum 'timet timeri.' Vide Notas. *Savaro.*

Facile intellectu] Sic legendum est; non ut habent Codices Veneti et Florentini, *intellecta.* Lambin.

Si propitia fuissent voluntate] Alii libri *propria*: ut *propria voluntas* sit dedita et non alienata. *Gebhard.*

Lyco quidam Syracusanus] Plutarchus: Διατριβῆς γενομένης, Λύκων Συρακούσιος ὀρέγει τινὶ τῶν Ζακυνθίων διὰ τῆς θυρίδος ἐγχειρίδιον, ᾧ, καθάπερ ἱερεῖον, τὸν Δίωνα κρατούμενον πάλαι καὶ δεδιττόμενον ἀπέσφαξαν. Vide Diodorum lib.

XVI. *Lyco quidem*] Veteres *Lygo*. Plutarcho Λύκων, unde *Lyco* vel *Lygo*. Malim tamen *Lyco* tralatitium, ut apud Plautum. Nam *Lyco* vel Λύκων παρωνύμως a Λύκος. Sed in vices has literas mutabant antiqui. Sic in *Callistratus*, Gallistratus; *Gardaces*, Cardaces; de quibus in Excerptis. *Keuchen.*

CAP. 10. *Nam celeri rumore dilato*] Sic legendum, non *delato*. Lambin.

Immerentes, inermes] Offendit istud *inermes*, quare cum in tribus libris calamo exaratis attestetur Schottus desiderari, ejiciendum censeo. *Gebhard.*

Mirabiliter vulgi] Calippus tamen Dione interfecto principatum excepit, et menseis tredecim imperavit, ut tradit Diodor. Siculus. Plutarchus vero narrat, eum initio quidem clarum et illustrem fuisse, et Syracusas tenuisse, sed brevi post tempore pœnas dedisse, et a Leptine quodam et Polyperchonte eo ipso pugione, quo Dio cæsus erat, percussum interiisse. *Lambin.*

Ab Acheronte] Ab inferis. Sic M. Tullius post reditum in Senatu: ‘et omneis Metellos præstantissimos cives pæne ex Acheronte excitatos.’ *Idem.* *Ab Acheronte*] Monet Gifanius ad Lucretium, invenisse se scriptum in Vet. libro Nepotis *Acherunte* per quintam vocalem. Sed communiter legebant veteres *Acherons* et *Acheruns*. Ut humo et homo, fretu et freto, sumnus et somnus; de quibus vide Priscian. I. et Voss. de Arte Grammat. lib. I. 12. *Keuch.* Verum ista pœnitentia sera plerumque magnos viros comitatur incassum; nonnunquam autem illorum posteritati et cognationi expedit. Infra Timotheo: ‘Hujus post mortem cum populum judicii sui pœniteret, multæ novem partes detraxit, et decem talenta Cononem ejus filium, ad muri quandam partem reficiendam jussit dare.’ Polyæn. l. v. in Gescone: τούτων πραχθέντων οἱ Καρχηδόνιοι πολλάκις ἡττώμενοι καὶ ἀλῶναι κινδυνεύοντες μετέγνωσαν ἐπὶ τῇ τοῦ Γέσκωνος φυγῇ καὶ τῇ ἐμπρήσει τοῦ Ἀμίλλου· ἀλλὰ τὸν μὲν Ἀμίλλων τεθνηκότα οὐχ' οἷόν τε ἦν ἀνακαλέσασθαι. Ubi ἀνακαλέσασθαι est revocare ab inferis. Vulcatius Gallicanus Avidio Cassio cap. 12. ‘Utinam possem multos etiam ab inferis excitare.’ Ex Cicerone pro M. Marcello: ‘Non dubito, quin multos, si fieri posset, et Cæsar ab inferis excitaret.’ At qui reducuntur, dicuntur ἀναφερόμενοι ἐξ ᾅδου. *Gebhard.*

Itaque in urbe, celeberrimo loco] Lambinus mavult, *in urbis celeberrimo loco*. Gebhard. Fuit autem hic eximius honor. Nam non solebant veteres quenquam in urbe sepelire nisi forte Imperatores. Serv. Sulpitius apud M. Ciceronem Epist. ad Fam. lib. IV. ‘Ab Atheniensibus, locum sepulturæ intra urbem ut darent, impetrare non potui; quod religione se impediri dicerent: neque tamen id antea cuiquam concesserant.’ *Lambinus.* Vide Kirchm. de Fun. Roman.

Sepulcri monumento donatus est] Discrimen statuendum est inter monumenta sumptu publico facta, et ea, quæ decreto tantum publico. Non enim fuit jus in Republica Atheniensium ornare sepulchra defunctorum, quantum aut heredis, aut ipsius etiam defuncti ambitio postulasset: verum de tumulis majoris impensæ cognoscebatur, neque is honos vulgo omnibus, sed claris tantum viris concedebatur. Diversus fuit publicæ sepulturæ honos, qui bene de republica meritis deferebatur. Atque iis interdum Mausolæa de publico excitabantur. *Casaubon.*

XI. IPHICRATES.

CAP. 1. Initium hujus ita scribendum est, IPHICRATES ATHENIENSIS. *Non tam magnitudine rerum gestarum, quam disciplina, &c.* consensu Codicum Mss. quorum nullus τὸ *genere* agnoscit, excogitatum a Longolio; a Lambino vero avide arreptum, et uberiore corruptionis indole propagatum. Nam quod Iphicratem putant fuisse sutoris filium, errant; quoniam nasum Atticum non intellexerunt. Quod aptos admodum calceos militi invenerit; inde forsan eo cavillo est aspersus: hinc et 'Iphicratides calcei' in proverb. cesserunt. Diodorus lib. XV. *Τάς τε ὑποδέσεις τοῖς στρατιώταις εὐλύτους καὶ κούφας ἐποίησε, τὰς μέχρι νῦν Ἰφικρατίδας ἀπ' ἐκείνου καλουμένας. Gebhard.* Vid. Polluc. Suidam, Photium, et Procli Chrestom. *Schott.* Atque hoc est, 'cerdone natum esse,' ut olim scripsit ad Curtium vir doctus. Discas tamen ex Plutarcho et aliis, Iphicratem sutoris filium fuisse. Vide illum *ἀποφθ. στρατηγῶν.* Aristotelem I. Rhetor. Xenophontem VI. Polyænum Strat. III. Athenæum IV. et XII. Arrianum, Ælianum, Æschinem, Suidam, Jul. Pollucem, Senecam Rhet. Frontinum, Justinum, Plutarch. et alios. *Savaro.* Hic Iphicrates, cum Harmodius quidam, Harmodii Atheniensis abnepos, in eum tanquam ignobilem convitia faceret: *τὸ μὲν ἐμὸν* (inquit) *ἀπ' ἐμοῦ γένος ἄρχεται, τὸ δὲ σὸν ἐν σοὶ παύεται.* Plura et præclara ejus Strategemata a Frontino referuntur: vid. lib. I. 4. 5. 6. et lib. II. 1. 5. et 12. Aliud factum refert l. III. 12. et l. IV. 6. *Longol.*

Quam disciplina militari] Fuit tamen idem et bonus Rhetor, exstantque multa apud Aristotelem in Rhet. ex ejus Orationibus prolata. Suidas: *Ἰφικράτης Ἀθηναῖος σκυτέως πατρὸς, ῥήτωρ καὶ στρατηγός. Lambinus.* Justinus lib. VI. 5. In Iphicrate 'non imperatoriæ tantum, verum et oratoriæ artes fuere.' Vide Plutarch. in Politicis.

Ut non solum ætatis suæ] Justinus lib. VI. 'Hujus adolescentis supra ætatem virtus admirabilis fuit; nec unquam ante eum Athenienses, inter tot tantosque duces, aut spei majoris, aut indolis maturioris imperatorem habuerunt.' Orosius lib. III. 1. *Savaro.*

Nusquam culpa male rem gessit] Xenophon tamen reprehendit ejus consilium in re militari lib. VI. de rebus Græc. in extremo. *Lambin.*

Semper consilio vicit] Diodor. lib. XIII. *Οὗτος γὰρ παραδέδεται στρατηγικήν τε ἀγχίνοιαν ἐσχηκέναι. Gebhard.*

Tantumque eo valuit] Idem: *Πρὸς πᾶσαν ἐπίνοιαν ἀγαθὴν φύσει κεχρῆσθαι διαφόρῳ.*

Namque ille pedestria arma mutavit] Diodorus ibidem: *Τῶν γὰρ Ἑλλήνων μεγάλαις ἀσπίσι χρωμένων καὶ διὰ τοῦτο δυσκινήτων ὄντων, συνεῖλε τὰς ἀσπίδας, καὶ κατεσκεύασε πέλτας συμμέτρους, ἀμφοτέρων εὖ στοχασάμενος, τοῦ τε σκέπειν ἱκανῶς τὰ σώματα, καὶ τοῦ δύνασθαι τοὺς χρωμένους ταῖς πέλταις διὰ τὴν κουφότητα παντελῶς εὐκινήτους ὑπάρχειν. Lambin.* Quæ heic ad verbum transtulit Cornelius.

Minutis gladiis] Intelligit spathas et semispathas, quarum meminit Isidorus lib. XVIII. 6. Veget. XI. 15. et Tacit. in Ann. *Keuchen.*

Peltam pro parma] Pelta, breve scutum, et fere quadratum, aut folii hederæ figuram præ se ferens, parma brevius et mobilius. Claudius Ælia-

nus in Tacticis c. 2. Τούτοις γὰρ πέλτης μικρόν ἐστι καὶ ἐλαφρὸν ὅπλον. Suidas, et Index vocum militarium, qui fere Lexicis adjunctus: Πέλτη, μικρά τις ἐστὶν ἀσπιδίσκη, καὶ κουφή. Isidorus: 'Pelta, scutum brevissimum.' Formam ejus describit Xenophon apud Julium Pollucem lib. I. Onomast. cap. 10. et Pierius Hieroglyph. lib. XLII. 'Ut circulus descriptus linea diametrali dissecetur: pars altera, quantum cubiti manusque ministerio deserviat, relinquatur: altera duobus e lateribus excavetur: ita ut in medio spatium sit insertando brachio, cujus hoc sit propugnaculum: extrema ad scuti marginem luuentur in cornua. Orbes illi duo hinc inde exempti, insertandæ si opus sit hastæ; alter commodus, alter ad inspectandum inserviat.' Quam ab interna parte delineatam, heic inserere visum. Talis igitur illa. *Keuch.*





Sed forma peltarum non apud omnes eadem. Sic Thraciæ erant quadrangulæ, de quibus accipienda verba Suidæ: πέλται, ἀσπίδια τετράγωνα. Vide et Dionysium Halicarnass. lib. XI. At peltæ Amazonicæ hederæ folio similes erant. *Salmas.* Præter Servium Æn. I. et Lactant. Theb. V. et VII. atque Isidor. XVIII. 12. vide Hieronym. et Eucher. in lib. Regum. *Savaro.*

A qua postea peltastæ pedites appellantur] Suidas: Πελτασταὶ, τοξόται οἱ τοὺς ξυστοὺς κατέχοντες. *Longol.* *Peltatæ* Lactantio. *Savaro.* Jul. Pollux: Πελτασταὶ, πελτοφόροι. Vetus Glossarium: Πελταστὴ, *manipulus.* Aliud: Πελτάριον, *parmula*, et πελταστὴς, *parmularius.* Ad rem Diodorus libro XIII. Τότε δὲ ἀπὸ τῆς πέλτης πελτάσται μετωνομάσθησαν. Antea vero dicebantur ὁπλῖται, id est, gravioris armaturæ pedites. Qui peltas gestabant, non tantum Peltastas, sed et Cetratos Livius appellat lib. XXXI. Pelta Cetræ haud dissimilis est. Materia Peltarum ex ære fuit, ut docet Xenophon Anabas. V. Αἱ δὲ πέλται αὐτῶν ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ διεφαίνοντο χαλκαὶ οὖσαι. In Eclogis Polybii de Legationibus: Ὅτι κομίζοιεν δωρεὰν κοινῇ τοῖς Ἀχαιοῖς ἑξακισχίλια μὲν ὅπλα χαλκᾶ πελταστικά. Plura congessit Justus Lipsius in Analectis ad Militiam. *Keuchen.*

Hastæ modum duplicavit] Diodor. Ηὔξησε τὰ δόρατα ἡμιολίῳ μεγέθει· id est, *hastas magnitudine sesqui-altera auxit*: hoc est, tantas fecit, ut totam magnitudinem antiquarum continerent, et præterea dimidiam. *Lambin.*

Gladios longiores fecit] Idem: Τὰ δὲ ξίφη σχεδὸν διπλάσια κατεσκεύασε. Ex spathis nimirum et semispathis. Quod etiam a Romanis factum, declinante imperio. Lege Tacitum. *Keuchen.*

Genus loricarum mutavit] Quæ fuere olim equorum equitumque munimenta et tegumenta, an verius impedimenta. Nam certe pondus subinde et rigor (etiamsi squammata essent) impediebant inferre vulnera, æque atque accipere. Tac. Hist. lib. I.

de Sarmatarum armatura: 'Tegmen ferreis laminis, aut prædnro corio consertum, ut adversus ictus impenetrabile; ita impetu hostium provolutis inhabile ad resurgendum.' Adi Veget. lib. III. 22. Plerique militum non habebant loricas hamatas, sed partem æris aut ferri procusam, quæ summum pectus tegeret: nam ima ventris satis scutum muniebat. *Lips.*

Pro ferreis atque æneis, lineas dedit] Mss. et editio Veneta, Savaroni inspecta, *pro sertis atque æneis.* Ut sint, sertæ loricæ, consertæ hamis et laminis. *Gebh.* Virg. III. 'Loricam consertam hamis.' Idem v. 'Levibus huic hamis consertam auroque trilicem Loricam.' Idem XI. 'quem pellis ahenis In plumam squamis auroque inserta tegebat.' Idem III. 'Consertum tegmen spinis.' *Savaro.* Non admodum interest, utro modo legas, [*linteas* vel *lineas.*] Unde postmodum apud multas gentes insinuavit istarum usus: quas communiter Græci induerunt post Iphicratem. Res tamen antiquæ originis, ut ex historiis clarum ac Poëtis. Apud Homerum dicitur Ajax λινοθώρηξ, itemque Adrastus. Quem locum Plinius respexit lib. XIX. 1. In Alcæo etiam apud Deipnosophistam memorantur θώρηκες νέλινοι, qui inter arma Macedonum et habitus bellicos. Auctor Dio: θώραξ λινοῦς τρίμιτος, ἀσπὶς χαλκῆ. Sed et Alexander induit θώρακα λινοῦν διπλοῦν, ut loquitur Plutarchus. Illi ad imum ventrem extendebantur. Xenophon: Εἶχον θώρακας λινοῦς μεχρὶ τοῦ ἤτρου. Nec Romanis infrequens illorum usus. Quod de Augusto Livius, de Galba Suetonius testantur. *Keuchen.* Fiebant autem linei thoraces operâ atque artificio coactiliariorum et πιλοποιῶν, qui linum aceto vel austero vino, cui sal esset adjectum, probe macerabant, deinde ita cogebant, ut soliditatem ac crassitiem lintei octies decies aut sæpius in se complicati haberet. Nicetas Acominatus lib. I. rerum Isaaci Angeli: 'Ipse Conradus sine scuto tunc dimicabat; sed pro lorica tectum quoddam gestabat e lino factum, vino austero probe salito maceratum, sæpius replicatum: quod quidem sale et vino coactum adeo firmum adversus ictus erat, ut penetrari a nullo telo possent. Erant autem hujus tecti plagellæ octodecim, et eo plures.' *Casaubon.* De linteis loricis ac thoracibus, et a quibus usurpatæ sint, vid. Lasium de rep. Rom. VIII. 16. Torrentium ad Sueton. Galbam 19. Lips. de Mil. Rom. III. 6. Dausqueium ad lib. III. Silii pag. 120. Villiomarum adversus Titium II. 19. Casaubon. ad Sueton. Ferrarium de re vestiaria.

Quod æque corpus tegeret, et leve esset] Lambinus: *Ut æque corpus tegerent, et leves essent.* Sed priorem scripturam confirmant Schotti Ms. et Ultrajectina Editio. Nec dissentit Magius.

CAP. 2. *Bellum cum Thracibus gessit*] Dux creatus suffragio ab Atheniensibus adversus Amphipolim oppugnandam. Æschin. in Orat. περὶ παραπρεσβ. Frontin. Strateg. I. 2. Polyæn. III. Commemorat et ejus victoriam adversus Anaxibium Lacedæmoniorum ducem Xenophon, Ἑλλην. lib. IV.

Seuthen] Aldi exemplaria *Scothyn* habent: vetusta vero omnia *Seuthem*, emendatius. *Mag.* Hic est, 'Seuthes Odrysas' apud Curt. lib. X. 1. quem ὕπαρχον Κερσοβλέπτου tantum, non Regem facit Polyænus Strateg. VII. *Keuchen.*

Apud Corinthum] Inde bellum Corinthium est appellatum: Κορινθιακὸς πόλεμος. *Bongars.*

Sic ordinatæ consisterent] Ms. *sic ordinate.* Boecler. Curtius libro III. 6. 'Obsistere, circuire, discurrere in cornu, mutare pugnam, non duces magis quam milites callent.' *Gebhard.* Vide de hac disciplina Iphicratis A-

lexandrum ab Alex. lib. I. 20.

Hoc exercitu moram Lacedæmoniorum intercepit] Alii lib. *interfecit.* Schott. Quod supra probavi et explicavi in Aristide. *Gebhard.* Utraque lectio elegans est. *Savaro.* Mora, vox Græca est; hoc primum: deinde valet idem quod *μοῖρα*, hoc est, pars, quod sit pars exercitus. Utebantur autem hac voce Lacedæmonii maxime et Dores. Et constabat *μόρα*, vel, ut quidam volunt, quingentis militibus; vel, ut alii, septingentis; vel, ut alii, nongentis. Diodorus Siculus lib. XIV. Si eadem res ibi a Diodoro narratur, quæ hic a Probo significatur, *μέρος* appellat. Sic Diodorus: *Μετὰ δέ τινας ἡμέρας τῶν Λακεδαιμονίων μέρος τῆς στρατιᾶς διῄει διὰ τῆς Κορινθίας χώρας. οἷς Ἰφικράτης καί τινες τῶν συμμάχων ἐπιπεσόντες, τοὺς πλείστους ἀνεῖλον.* Andromach. sive auctor incertus Etymologici: *Μόρα*, inquit, *τάγμα στρατιωτικὸν παρὰ Λακεδαιμονίους, οὕτω λεγόμενον, καὶ εἴρηται παρὰ τὸ μείρω μόρα, ἐπὶ μέρους ὄχλων, ὡς φθείρω φθορά. ἔστι δὲ ἡ μόρα, τάξις ἐξ ἀνδρῶν πεντακοσίων, ἢ ἑπτακοσίων, ἢ τριακοσίων.* Hæc ille. Xenophon hujus cohortis casum et cladem multis verbis exponit de reb. Gr. lib. IV. et utitur hoc ipso vocabulo Græco, quod usurpavit Probus. Pausanias in Laconicis et *μοῖραν* appellat *ταύτην τὴν μοῖραν ἀπτιθέμενοι καθ' ὁδὸν Ἀθηναῖοι, καὶ Ἰφικράτης διέφθειραν.* Commemorat et hanc Iphicratis rem gestam Plutarchus in libello, *πότερον Ἀθηναῖοι*, &c. in extremo, et Æschines in Orat. *κατὰ Κτησιφ.* *Lamb.* De mora consule Joan. Meursium Atticar. Lection. lib. I. 15. adde et Hesych.

Iterum eodem bello] Nec ubi, nec quando hoc prælium commissum sit, usquam reperio: nisi forte id significat, quod narrat Xenophon de rebus Græc. lib. VI. non longe admodum a principio: Iphicratem decem triremibus, qui a Dionysio Lacedæmoniis Anippo Duce subsidio mittebantur, non longe a Cephalenia, una cum viris omnibus interceptis, et navibus nonaginta ex Corcyra assumptis, in Cephaleniam navigasse, et ab illius insulæ civitatibus, pecunias partim libentibus obtinuisse, partim invitis obtorsisse, iisque rebus gestis, agros Lacedæmoniorum populatum esse ac vastasse, urbeisque adversariorum Atheniensibus voluntarias adjunxisse; quæ noluerint se dedere, iis bellum intulisse. Quo loco Iphicratis belli gerendi rationem, et scientiam rei militaris laudat Xenophon. Sic enim ille: *Ἐγὼ μέντοι ταύτην τὴν στρατηγίαν τοῦ Ἰφικράτους οὐχ' ἥκιστα ἐπαινῶ.* *Lambin.*

Quum Artaxerxes] Mnemon. Vide Diod. Siculum lib. XV. Bellum intulit Q. Crasso, Serv. Corn. Sp. Papyrio, Fab. Alb. tribunis proconsulibus.

Ægyptio Regi] Acori. *Lambin.*

Bellum inferre voluisset] Editio Vulgata, *voluit.*

Petivit ducem] Diodor. lib. XV. *Ὁ δ' ἀνὴρ οὗτος μετάπεμπτος ἐπὶ τὴν στρατηγίαν ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀπήχθη διὰ τὴν ἐν τῷ στρατηγεῖν ἀρετήν.* *Gebhard.*

Exercitui conductitio] Sic Mss. recte. Vulgati *conducto.* In Chabria: 'fugatis jam ab eo conductitiis catervis;' id est, mercede conductis, mercenariis, ut ipse loquitur in Timoleonte. *Savaro.* *Conducere* ergo est Græcorum *ξενολογεῖν*, vel *ξένους μισθώσασθαι.* Infra Datame: 'Ex Græcia conductorum tria millia.' Curtius lib. III. 'Ad conducendum ex Peloponneso militem Cleandro cum pecunia misso.' Ibid. cap. 6. 'Argentum istud ad conducendum militem mitte.' *Gebhard.*

Duodecim millium] Immo XX. millium, ex Diod. Siculo. *Lambin.*

Quemadmodum quondam Fabiani milites Romani appellati sunt, sic Iphicratenses apud Græcos] Quæ ambitiosa fuit Principum *κενοδοξία*, ut a nomine suo milites etiam insignirentur. Ab

eadem origine Joviniani et Herculiani apud Zosimum et Mamertinum. Sic Alexandrini Caracallæ, de quibus disertim Dio et Herodianus; Honoriani, Theodosiani, Constantini, Gratianenses, Valentinianenses, in notitia utriusque Imperii. Quod etiam in populis ac portis adhibitum. *Keuchen.*

Fuerint] Editio Parisiensis, *fuerunt.*

Idem subsidio Lacedæmoniis] Post cladem Leuctricam, victoribus Thebanis, quorum dux erat Epaminondas: qua accepta, Lacedæmoniorum opes afflictæ sunt. *Lambin.*

Retardavit impetus] *Inceptus*, pro *incepta*, integre scriptum in membranis nostris, ac fortassis Savaronis sic edentis. Sic supra in Alcibiade, 'Siciliæ amissum,' pro *amissione*, dixisse notavimus. *Schott.*

Cap. 3. *Animo magno et corpore, imperatoriaque forma*] Corporis dignitas duci admirationem tam apud suos quam apud hostes conciliat. Tacit. Ann. xiii. 8. 'Ne, si ad accipiendas copias Syriam intravisset Corbulo, omnium ora in se verteret corpore ingens, verbis magnificus, et, super experientiam sapientiamque, etiam specie inanium validus.' De Cæcinna idem Histor. lib. ii. 30. Claudian. lib. i. de Laudib. Stiliconis: 'Jam tunc conspectus, jam tunc venerabilis ibas, Spondebatque ducem celsi nitor igneus oris, Membrorumque modus, qualem nec carmina fingunt Semideis: quacunque alte graderere per urbes, Cedentes spatiis assurgentesque videbas.' Justin. lib. xiii. 1. de Amicis Alexandri. *Gebhard.*

Imperatoriaque forma] Imperatore digna, quæ veluti longe lateque ostentat Imperatorem, ut de Trajano Plin. Panegyr. iv. Dioni egregia voce σεμνοπρεπὴς τοῦ προσώπου dicitur. *Boecl.* Capitolinus in Pertin. vide Not. in Sidon. Ep. 2. lib. i. *Savaro.*

Theopompus] Sup. in Alcibiad. de quo etiam Athen. lib. xii. vide Casaub. ad Athen. lib. iii. 8. et lib. x. 12. Plutarch. in Timoleone et Harpocrat. in voce ἀμάθιππος, in 'Αττικοῖς, in 'Αλλόννησος, in ἀμφικτύονες. Steph. de urb. in voce 'Ασαί. *Savaro.*

Amyntæ] Cujus filius Philippus, pater Alexandri Magni. Hic Amyntas autem Pausaniam Macedoniæ regem, Æropi regis filium interfecit, regnavitque annos 24. Diod. lib. xiv. *Lamb.*

Namque Eurydice] Lege de hac re luculentissimam Orationem Æschinis, περὶ παραπρεσβ.

Cum his duobus liberis] Habuit tamen ex Amynta tres filios, Alexandrum, Perdiccam, et Philippum, Alexandri M. Macedonis patrem, et filiam Eurionem. Justin. lib. vii. 4. Sed ex his Alexander patri successerat in regnum.

Causam capitis semel dixit] Causam apud cives suos simul cum Timotheo dixisse Iphicratem, et multatos esse tradit Diodorus lib. xvi. Οἱ δὲ 'Αθηναῖοι παροξυνθέντες ἐζημίωσαν αὐτοὺς πολλοῖς ταλάντοις, καὶ τῆς στρατηγίας ἀπέστησαν. Athenienses autem irati Iphicratem et Timotheum in judicium vocatos multis talentis multarunt, et imperandi munere abdicarunt. Polyænus cum Probo congruens, Iphicratem et accusatum esse significat, et absolutum. *Lambin.* Meminit ejus et Quintilianus lib. v. 12. qui causam hanc inter probationes adjicit, quas παθητικὰς vocant. Quo Strategemate judicum absolutus fuerit Iphicrates, refert Polyæn. lib. iii. et Senec. Rhetor. lib. vii. Declam. 5. Plura de ipsius eloquentia colligit Muretus lib. viii. Var. Lect. cap. 22. *Schott.* Noster in Phocion: 'in judiciis cum capitis causam diceret:' reus autem capitis accusatus est, et accusatus proditionis. Infra in Timoth. Plut. in Apophth. *Savaro.*

Bello sociali] In quod inciderunt Athenienses, cum Chii, Rhodii, Coi, et Bysantini ab iis descivissent, ut

Diodor. tradit; ejus mentio est in Chabria cap. 4.

Ex Thressa natum] Τὸ *natum* abest ab Ultrajectino, et glossam olet. *Schott. Gebhard.* Ex muliere Thressa, id est, in Thracia nata: ἐκ Θρᾴσσης γυναικός. Sic autem legendum; non, ut vulgo, *Tarsa*, ut habent Exempla Veneta et Florentina. *Lambin.* Alii codices *Tharsa;* nonnulli vero *Thrasa* habent. *Mag.* Seneca l. II. de Tranquillitate, Iphicratem ipsum Thracia matre natum adserit. Quod cum illi objiceretur, 'Et mater,' inquit, 'Deum Idæa fuit.' *Long.* Ad quem locum vide Justum Lipsium.

Coti Regis] Κότυν vocant Græci. Probus autem Latina inflexione tertia, *Cotum* dixit. Alii hic *Cotyis* legi volunt, cum quibus non pugnabo, sed *Coti* non improbo, *Lambin.* In Timotheo: 'Adversus Cotum bella gessit.' *Gebhard.*

Filia] Anaxandride. Athenæus initio lib. IV. et Seneca: 'Quod in sapientem non cadit injuria,' cap. 18. *Savaro.*

Nam pater quantum in se fuit, Thracem me genuit: contra ea mater Atheniensem] Sensus iste: Pater, quantum in se fuit, Thracem potius quam Atheniensem ideo genuit, quia e barbaris uxorem duxit: mater autem non ex suo sanguine Thracem, sed ex Atheniensis viri complexu Atheniensem gignere studuit. Perstringit patris cum barbara matrimonium: cujus solius sit ea culpa, non matris, si quid hic indignum moribus Græcorum aut opprobrio obnoxium. *Boeclerus.* Simile responsum Timothei apud Athenæum libro XII. Ὁ δὲ Τιμόθεος καὶ σκωπτόμενός ποτε ὅτι τοιαύτης εἴη μητρός· καὶ χάριν γε αὐτοῦ, φησὶν, οἶδα ὅτι δι' αὐτὴν Κόνωνός εἰμι υἱός. *Gebhard.*

XII. CHABRIAS.

Resque multas memoria dignas gessit] Demosthenes Orat. in Leptinem, cum magnis efferat Chabriam laudibus, tum ejus res gestas semel atque iterum enumerat. Ibi: πρὸς ἅπαντας Πελοποννησίους παρετάξατο ἐν Θήβαις, Γοργώπαν ἀπέκτεινεν ἐν Αἰγίνῃ, πολλὰ τρόπαια ἔστησεν. Legendus et Xenophon lib. IV. et V. de reb. Græc. Diodorus XV. XVI. Athen. lib. XII. infr. in Epam. Plutarchus in Phocione et Camillo. Frontinus lib. I. Strat. 5. et 11. *Lambin. Longol.* Non solum autem res memoria dignas gessit, sed et dixit. Lege Plutarchi apophtheg. *Mag.*

Obnixoque genu scuto] Id est, obfirmato genu ad scutum: videtur a Probo dictum esse obscurius, propter casuum similitudinem: Quod expressit Diodorus planius lib. XV. καὶ τὰς ἀσπίδας πρὸς τὸ γόνυ κλίναντας, id est, *et clypeis ad genu acclinatis.* Polyænus Strat. l. II. Τὰς ἀσπίδας πρὸς γόνυ προσερεισαμένους, id est, *clypeis ad genu firmiter acclinatis.* Planius, explicatiusque dixisset hoc modo, *obnixo genu in scutum.* Lambin. De hoc habitu ad præliandum composito Marcellinus de barbaris, et (ni memoria fallit) D. Ambrosius. *Savaro.* Quod Strategema Triariis Romanis inepte Vir doctus accommodavit. Alia etiam ratio subsidendi fuit in eo schemate bellico, quod testudinem Romani vocabant. Stewech. ad Veget. Quod

ego explicatius dabo. Milites Chabriæ obnixo genu scuto protensa hasta stabant, ut eo commodius hostilis phalangis impetum exciperent et sustinerent: quod etiam Polyænus dicto loco confirmat. Triarii vero Romani genu dextro innixi, sinistro crure porrecto, scuta innixa humeris, hastas sub erecta cuspide in terra fixas tenentes, sub vexillis considebant: dum vel hastati, qui primi pugnam inibant, vel principes, qui robustioris ætatis et a principio gladiis pugnabant, cum hoste dimicabant: quorum subsidio tertio ordine dispositi erant, et in eorum vicem locumque parati. Si apud hastatos ac principes parum prospere pugnatum esset, tunc demum triarii ad nutum ducis consurgebant ad pugnandum; Triarii enim erant veterani spectatæ virtutis, ad quos rebus ferme desperatis velut ad extremum subsidium refugiebant, ut observat Dionys. Halicarnass. Antiq. Rom. v. 15. et VIII. 98. Inde 'rem ad triarios rediisse,' cum laboratur, proverbio increbuit, ut præter Lipsium Valtrinus de milit. R. v. 3. docet. Hæc ergo tam distincta et diversa confundi non debent, nec alterum ab altero deduci. *Locc.*

Projectaque hasta] Si locus emendatus est (ut mihi quidem videtur) *projecta* positum pro *porrecta*, seu *ante erecta*, προβεβλημένης ἀσπίδος. Sic Sisenna lib. II. apud Macrobium lib. VI. 4. 'scutis projectis.' Idem 'projectis ramis.' M. Tullius de signis: 'sed quod erat ejusmodi loco, atque ita projecta in altum,' &c. *Lambin.* Iabolenus, quod ad vocis significationem attinet, L. Malum ff. de verbor. signif. sic inquit: 'Inter projectum et immissum, hoc interesse Labeo ait, quod projectum esset id quod ita proveheretur, ut nusquam conquiesceret, qualia Meniana et suggrundia essent,' &c. Eadem de re Gellius quoque eadem. *Mag.*

Tuba revocavit] Σάλπιγγι ἀνεκαλέσατο. *Gebhard.*

Fama celebratum est] Sic Cicero dixit pro Cluentio: 'cædem omnium sermone celebratum:' et pro domo sua, 'omnium sermone celebratum.' *Lambin.*

Ut illo statu Chabrias] Diodorus Siculus XV. Ὁ δὲ Χαβρίας πολλῶν αὐτῷ πεπραγμένων κατὰ πόλεμον, ἐπὶ τούτῳ μάλιστα ἐσεμνύνετο τῷ στρατηγήματι, καὶ τὰς ὑπὸ τοῦ δήμου δοθείσας αὐτῷ καθίσταμεν ἐχούσας τοῦτο τὸ σχῆμα. *Lambin.*

Athletæ] Qui vicissent certaminibus Iselasticis, quæ a Græcis ἀγῶνες εἰσελαστικοὶ vocantur: de quibus Sibylla μέγας γὰρ αἰὼν εἰσελαστικὸς ἔσται. *Keuchen.*

Cæterique artifices] Scenicos et Musicos, sive Dionysiacos atque Pantomimos intelligit. De athletis frequens historia est ponendarum statuarum, ut non προτομὰς modo, sed iconas, vivam ipsorum imaginem referrent. Palæstras athletarum imaginibus, sicut et ceromata sua exornabant. Pausanias in Eliacis: ubi περὶ ἀναθημάτων loquitur, ἐν δὲ τῇ Ἄλτι, (ait,) τὰ μὲν τιμῇ τῇ ἐς τὸ θεῖον ἀνάκεινται. οἱ δὲ ἀνδριάντες τῶν νικώντων ἐν ἄθλου λόγῳ σφίσι καὶ οὗτοι δίδονται. Cujus ritus imprimis instauratores fuisse Cretenses, idem mihi auctor II. ἠλιακῶν. De ærea Milonis luctatoris statua lege quæ disertim Philostratus libro IV. in Vita Apollonii. Cum quo confer Aristidam κατὰ τῶν ἐξορχουμένων. Hellanodicis curæ erat, ut εἰκόνες ἰσομέτρητοι essent: Lucianus ἐν τῷ ὑπὲρ εἰκόνων. Plato in Phædro: ὑπισχνοῦμαι χρυσῆν εἰκόνα ἰσομέτρητον εἰς Δελφοὺς ἀναθήσειν. *Keuch.*

In quibus victoriam, &c.] Vide Fabr. Agon. II. 20. *Schott.*

CAP. 2. *Multa in Ægypto sua sponte gessit*] Ediderat Longol. *sua sponte quædam gessit.* Inde confestim Lambin. *multa* intrusit. Neutrum vero neque *multa*, neque *quædam* agnoscunt libri calamo picti. Illud *multa*

ex præcedenti intelligitur. *Gebhard.* *In Ægypto*] Privato officio, non publice a populo delata ac mandata. Vide Diod. XV. Ejus rex tum temporis erat Tachus, cujus filius Nectanebus ; vel secundum Plutarchum ἀνεψιὸς, id est, sororis filius. *Idem.* Cæterum Ægyptus a flumine nomen accepisse videtur. Nilus enim qui Hebr. שחור id est, niger dicitur, Græcis Αἴγυπτος dictus est, quod idem denotat juxta Scaligerum. Nisi a *Copto* vel *Gubt* nomen accepit. *Thysius.* Masius observat Ægyptios in antiquis monumentis vocari Ægophthos, vulgo Cophti vel Copti, et ipsi regionem suam vocant Chibth, teste Ortelio. In serie Regum Ægypti, quam Drusius ex Chronico quodam Arabico descripsit, secundus Rex Ægypti dicitur Cabtim, unde denominati sunt Cophtii. *Hornius.* أبو القبط Pater Coptitarum dictus Misraim. Inde nomen. Coptus etiam urbs, et Copites Nomus, fere in extremo Ægypti tractu, quem post Alexandrum Magnum Ægyptii incoluerunt, hodieque incolunt. *Golius.* Elegans Ægypti descriptio est apud Guil. Tyrium XIX. 24.

Nectanebum] Plutarchus in Agesilao Νεκτάναβιν perpetuo vocat. Polyænus lib. II. in Agesilao vocat Νεκτεναβίν. Idem libro III. perhibet Chabriam Thamo adfuisse, et Thamus erit, quem Plutarchus aliique Tachum appellant. *Gebh.*

Fecit idem Cypri] Hac de re nihil reperi, præter id quod est apud Diodor. Sic. lib. XVI. si forte ad rem pertinet. Nam Phocionem et Euagoram, non Chabriam et Euagoram Cyprum oppugnatum ivisse narrat. Credibile est, Diod. Siculum vel Phocionem pro Chabria posuisse, cum Phocion Chabriæ comes esset ; vel alium historicum secutum esse, quam quem secutus est auctor noster. *Lambin.*

Interim bellum inter Ægyptios et Persas] Diodorus lib. XV. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Ἄκωρις ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς, ἀλλοτρίως διακείμενος πρὸς τὸν Περσῶν βασιλέα, δυνάμεις ξενικὰς ἀξιολόγους ἤθροισε. Narrat et aliud bellum Diodorus eodem libro, a Rege Ægypti Tacho Regi Persarum illatum : ibi, Ὁμοίως δὲ τούτοις καὶ Ταχὼς ὁ βασιλεὺς τῶν Αἰγυπτίων, κρίνας πολεμεῖν τοῖς Πέρσαις, &c. quod ad hunc locum videtur potius pertinere. In hoc enim bello Agesilaus et Chabrias interfuerunt, Regemque Tachum adjuverunt ; ut tradit Plut. in Agesilao. *Lambin.*

Conflatum est] Infra in Eumene : 'interim conflata sunt bella, quæ ad internecionem post Alexandri mortem gesta sunt.' *Savaro.* Sic loquitur Hirtius lib. VIII. 6. 'Sub tempus æstivorum nullum summum bellum posse conflari :' et init. de bello Alexandr. Eumene : 'interim conflata sunt illa bella.' Loquitur quoque ita Paterc. lib. II. Cicer. vero de Haruspicum responsis. 'Clodius nefarias cum multis scelerum pactiones societatesque conflavit :' et in Anton. 'Ille quum exercitum nullum haberet, magnum repente conflavit.' *Gebhard.*

Athenienses cum Artaxerxe societatem habebant] Quocirca et Pharnabazo Regis Persarum Satrapæ petenti Iphicratem belli ducem dederunt : et Chabriam ejusdem Pharnabazi admonitu et rogatu revocarunt, ut tradit Diodor. eodem libro. *Lambin.*

A quibus magnas prædas Agesilaus rex eorum faciebat] Redigebat atque agebat. Facere prædas, non est obvium in Latinis scriptoribus. Invenio tamen apud Tullium in Verrem 'maximos quæstus prædasque fecisse.' *Gebhard.*

Sua sponte eos adjutum profectus] In Agesil. 'sero suis præsidio profectus est :' in Timoth. 'Ariobarzani simul cum Agesilao auxilio profectus est.' *Savaro.* Contra Diodorus, qui tradit

eum fuisse ab Acoride arcessitum. In hoc tamen cum Probo congruit, quod sine suffragio aut decreto populi Chabriam provinciam illam belli suscepisse dicit. Sic Diodorus eodem libro et loco: *Οὗτος μὲν οὖν ἄνευ τῆς τοῦ δήμου γνώμης προσδεξάμενος τὴν στρατηγίαν, ἀφηγεῖτο τῶν κατ' Αἴγυπτον δυνάμεων, καὶ μετὰ πολλῆς σπουδῆς παρεσκευάζετο πολεμεῖν πρὸς τοὺς Πέρσας. Id.*

CAP. 3. *Tum Præfecti Regis*] Pharnabazus. Vide Diodorum.

Diem certam Chabriæ præstiterunt] Diem præfiniverunt; elegantia Romana. Cicero in Verrem: 'Diem præstituit operi faciendo Kal. Decembr.' Idem Tusc. Quæst. 'Natura dedit usuram vitæ, tanquam pecuniæ, nulla præstituta die.' Curt. lib. III. 'Postquam nihil inde præsidii mittebatur, ad præstitutam diem permisere se regi.' Dies autem præstituta est ἡ *προθεσμία*. *Gebhard.* Diodorus: Ταχέως *τόν τε Χαβρίαν ἐξ Αἰγύπτου μετεπέμψαντο.*

Quod et vivebat laute] Sic Ephorus sive Theopompus Philipp. 13. apud Athenæum lib. XII. a quo Probus hæc desumpsit: Οὐ *δυνάμενος* [Chabrias] *δὲ ζῆν ἐν τῇ πόλει, τὰ μὲν διὰ τὴν ἀσέλγειαν, καὶ διὰ τὴν πολυτέλειαν τὴν αὐτοῦ τὴν περὶ τὸν βίον, τὰ δὲ διὰ τοὺς Ἀθηναίους· ἅπασι γὰρ τοῖς ἐνδόξοις εἰσὶ χαλεποί· διὸ καὶ εἵλοντο αὐτῶν οἱ ἔνδοξοι ἔξω τῆς πόλεως καταβιοῦν, Ἰφικράτης μὲν ἐν Θρᾴκῃ, Κόνων δὲ ἐν Κύπρῳ, Τιμόθεος δὲ ἐν Λέσβῳ, Χάρης δ' ἐν Σιγείῳ, καὶ αὐτὸς ὁ Χαβρίας ἐν Αἰγύπτῳ. Longol. Lambin. Mag. Savaro.*

Vitium] Vulgatam lectionem ac sententiam adstruit Tacit. vita Agric. cap. 1. 'Quoties magna aliqua ac nobilis virtus vicit ac supergressa est vitium, parvis magnisque civitatibus commune, ignorantiam recti et invidiam.' *Gebh.*

Ut invidia gloriæ comes sit] Sallustius: 'Meminisse post gloriam invidiam sequi.' Cicero pro Balbo: 'Est enim hujus seculi labes quædam et macula, virtuti invidere velle, ipsum quoque florem dignitatis infringere.' D. Hieronymus ad Demetr. Epist. 8. 'Virtus enim semper invidiæ patet.' Idemque in Epist. Paulæ: 'Semper quidem virtutes sequitur invidia.' *Schottus.*

Et libenter de iis detrahunt] Quidam libri *libenter iis detrahunt*. Sed interpolatum ignoratione elegantissimi modi loquendi. Cicero enim pro Rabirio 'Detrahere de aliquo, et eum in invidiam vocare' dixit: et Quintius Frater: 'Sermo eorum, qui de se detrahere volunt.' Infr. Timoleonte: 'cum quidam Lamestii similis, nomine Demænetus, in concione populi de rebus gestis ejus detrahere cœpisset.' Ammian. Marcell. lib. XXX. 29. 'Bene vestitos oderat et eruditos et opulentos et nobiles: de fortibus detrahebat, ut solus videretur bonis artibus eminere.' Dein quidam *detrahunt*, ut nectatur *τῷ sit*. Gebh. De populo Atheniensi seorsim Livius XIII. 'Populus Atheniensis lacerare invidia principes suos suetus.'

Quos eminere videant altius] Vulgati *emergere*. Sed omnium librorum consensus præfert *eminere*, *ἔξοχον ἔμμεναι*. Vide Tacit. Hist. lib. II. 20. ad quem Lipsius Nepotis locum contendit. *Gebhard.*

Opulentium intuuntur fortunam] Ita rescribendum esse dudum, et, ni fallor, princeps, e Gifanii libro indicavit Scioppius Verisimil. lib. II. 3. Adstruit Savaro, approbat P. Daniel, obsignat denique Schottus. *Opulens* pro *opulentus* ex Ausonio notant, nescio an Eidyll. II. *Gebhard.* Sic *violens* positum ab Horat. Od. lib. III. 30. et Epist. I. 10. Quemadmodum igitur *violens* et *violentus* dixerunt veteres, sic *opulens* et *opulentus*. Lambin. *Opulentium intuuntur*] In vulgatis est *intuentur*. Veteres autem *tuor* et *tueor* dicebant, ut in compositis: hinc *intuuntur* in Excerpt. meli-

oribus. Et *contuimur* apud Lucret. lib. IV. et Plautum. Adi Festum. Turpilius Pedio: 'tamen oculis Longa intercapedine appetunt cupide intui.' *Keuchen*. Quod ad sententiam, in Pausan. 'Epulabatur more Persarum, luxuriesius, quam qui aderant, perpeti possent:' vid. Valer. II. 5. ext. 5. Cic. ad Nepot. 'qui habet, ultro appetitur: qui est pauper, aspernatur.' *Savaro*.

Plurimum aberat] Causam continuo subjungit Nepos ipse: at mihi in mentem venit quoque alia, nimirum magnos viros, vitato assiduitatis fastidio, auctoritatem et desiderium in animis civium quæsivisse absentia. Liv. lib. XXXV. 10. 'Accedebat quod alter decimum jam prope annum assiduus in oculis hominum fuerat: quæ res minus verendos magnos homines ipsâ satietate facit.' *Gebh*.

Fecerunt idem] Hæc duo verba inculcata esse quis non videat? et nostris aberant membranis. *Schott*.

Afuturos] Sic legendum, non *abfuturos*, ut est in nonnullis libris; neque *affuturos*, ut est in Venetis; neque *futuros*, ut in Germanicis. *Keuchen*.

Conon plurimum Cypri vixit] Hæc ex Theopompo transcripsit Nepos. Athen. lib. XII. ex lib. XIII. Philipp. Theop. quem vide; et Justinum lib. V. et VI. *Savaro*.

In Sigæo] Ptolemæo Σιγεῖον, Calabro Σίγιας. Idæ promontorium vocat Aristoteles Animal. lib. V. Æliano et Pomponio oppidum quoque est. Duo tamen diversa sunt apud Strabon. XIII. sed sibi invicem vicina oppida, ut et apud Plinium. *Ortelius*.

Dissimilis quidem Chares] Vide Diodor. et Plutarch. ἀποφθ. βασιλ. Noster infr. XV. 2. Xenophon, Ἑλλ. VII.

CAP. 4. *Chabrias autem periit bello sociali*] De bello sociali lege argumentum Orationis de pace, apud Isocratem; et Diodor. lib. XVI. Incepit post communem defectionem Chiorum, Rhodiorum, Coiorum, et Byzantinorum ab Atheniensibus: Duravit annos III. Diodor. Ὃς ἔμεινεν ἔτη τρία. De morte Chabriæ ita Plutarchus in Phocione: 'Chabrias enim ad ineunda pericula suapte natura tardior, posteaquam cœpisset cum hoste conserere, ira nimia concitatus vehementer solebat accendi, imperatorii officii facile oblivisci, sese temere periculis objectare. Cujus audacia, quo tandem par erat, evasit. Nam in pugna navali adversus Chios, primus omnium in hostile littus invectus, cum pro explicando in terram milite, in occurrentes hostes audacius proruisset, pugnans confossus est.' *Mag. Longol*.

Privatus] Aliter Diodorus XVI. 7. qui classi eum præfuisse, Charetem vero terrestrem exercitum rexisse tradit.

Eumque magis milites] De Miltiad. 'erat enim dignitate regia, quamvis carebat nomine.' Ibid. in fine. *Savaro*.

Aspiciebant] Reverebantur, honorabant. Tacit. 'aspectare' dixit. Ann. I. 4. 'Omnes exuta æqualitate jussa principis aspectare.' Sic *intueri* apud Livium XXXVII. 54.

Dum primus studet] Σπεύδει, festinat. Datame: 'Hac delatus in Ciliciam, egressus inde, dies noctesque iter faciens Taurum transiit, eoque, quo studuerat, venit.' Pelopida: 'Qui, cum tempore ipso, quo studuerant, pervenissent.' Hinc *studium*, σπουδὴ, festinatio. Cæsar Comment. lib. VII. 41. f. 'Summo studio militum ante ortum solis in castra pervenit.' Lib. III. 24. Civil. 'Illi studio incitati incautius sequebantur.' Val. lib. III. 2. 23. 'Cn. Pompeii præfectus jussu ejus, summo studio et magno militum numero, ad id capiendum mitteretur.'

Cum enim eo penetrasset] Eo significatu multoties verbo *penetrare* utitur Curt. pro penitus aut interius subire. Lib. IV. 12. 'Ille utendum animis dum spe calerent ratus, ad Pelusii

ostium penetrat.' Lib. v. 1. 'In rupium cacuminibus extra teli jactum Barbari stabant de industria quieti, et paventibus similes, donec in arctissimas fauces penetraret agmen.' Lib. vi. 22. 'Torrentesque et eluvies iter morabantur, nullo tamen hoste obvio penetravit.' Cicero pro Archia: 'Cupere debemus, quo minus manuum nostrarum tela pervenerint, eodem gloriam famamque penetrare.' *Gebhard.*

Navis rostro percussa, cœpit sidere] Pro subsidere, ac demergi. Non dissimulabo meo in Codice scriptum fuisse *fidere*, ut *findere* reperisse librarius videatur. Retineo tamen *sidere*. Pedo Albinovanus apud Senec. Rhet. Suasor. i. 'Jam sidere limo Navigia et rapido desertam flumine classem.' *Schottus.* *Sidere* anchoræ dicuntur, quæ in fundo fixæ hærent. Ἐπὶ βραχέων καθέζεσθαι. Poëta: 'Sidat onusta navis.' *Salmas.*

Hinc quum refugere non posset] Ita Ms. nostrum. Alii negationem expungunt. *Boecler.* Potius reponendum est, *Hinc cum refugere posset, si se in mare dejecisset.* Gebhard.

Exciperet natantem] Excerpta *natanteis*: ut in Dione, 'in naveis imposuit,' terminatione Græca. *Keuchen.*

Quam armis abjectis] Quod erat flagitium militare, et capitis pœna expiandum. Aristoteles lib. ii. Rhetor. Αἰσχρὰ ἐστιν, ὅσα ἀπὸ κακίας ἔργα ἐστίν. οἷον ἀποβάλλειν ἀσπίδα, ἢ φυγεῖν. Inde Lacedæmoniæ mulieres, filios suos in militiam dimittentes, hoc eis mandare solebant, ἢ σὺν τούτῳ, ἢ ἐπὶ τούτῳ. *Lambin.* Præter ea quæ Godescalcus in Veget. infigit lib. ii. 14. vid. Senecam de Benef. v. 2. Infr. in Hamilcare. *Savaro.*

Ille, præstare honestam mortem turpi vitæ] Pene ad verbum de Antigono Polyænus Comment. lib. iv. 5. Τοῦ ζῆν ἀγεννῶς τὸ θνήσκειν ἀνδρείως αἱρετώτερον ἡγούμενος. Tacitus, Agricola cap. 33. 'Proinde et honesta mors turpi vita potior, et incolumitas ac decus eodem loco sita sunt.' P. Syrus: 'Vita hominis brevis; ideo honesta mors est immortalitas.' Sallustius Jugurtha: 'Sulla a Mauro rogatus, uti noctu clam profugeret: incertæ ac forsitan post paullo morbo interituræ vitæ parcere turpi fuga recusat.' Tali animo fuerunt quidam apud Cæsarem centuriones Comment. lib. vi. 40. 'Centuriones,' inquit, 'quorum nonnulli ex inferioribus ordinibus reliquarum legionum caussa virtutis in superiores erant ordines hujus legionis traducti, ne ante partam rei militaris laudem amitterent, fortissime pugnantes conciderunt.' Plane ex mente Chabriæ Isocrates Panegyrico, τῶν ἀνδρῶν τοῖς καλοῖς καὶ ἀγαθοῖς αἱρετώτερόν ἐστι καλῶς ἀποθανεῖν ἢ ζῆν αἰσχρῶς. Argute et mascule Valerius lib. iii. 11. exempl. 14. 'Cato,' inquit, 'constantissime in gladium incumbendo, magnum hominibus documentum dedisti, quanto potior esse debeat probis dignitas sine vita, quam vita sine dignitate.' At ignavi pluris qualemcunque vitam honesta morte æstimant, ut loquitur Darius apud Curt. *Gebhard.*

Telis hostium interfectus est] Archonte Cephisidoro, Olympiad. cv. anno iii. Chronol. Quomodo Ctesippus ejus filius paternum sepulchrum violarit, vide apud Athenæum lib. iv. 20. ubi de isto flagitio plura ex Diphilo, Timocle, et Menandro in hanc historiam affert.

XIII. TIMOTHEUS.

Cap. I. *Timotheus*] De hoc M. Tull. De Offic. I. et De Oratore III. et alias. Diodor. lib. XV. Xenoph. lib. V. Athen. XIII. Plutarch. Ælian. V. H. XIII. Frontin. I. cap. ult. et lib. II. 5. supr. in Chabria. *Savaro.*

Cononis filius] Librariorum ῥαθυμίᾳ in Lamb. editione *Cimonis* olim editum, qui Cononis est filius. *Schottus.* Ex Thressa, scorto quidem publico, sed quæ postea exemplar clarissimum modestiæ evasit. Timotheo autem cum matris conditio sibi objiceretur: 'Atqui,' inquit, 'per eam sum Cononis filius.' Auctor Athenæus lib. XIII. *Longol. Mag.*

Multis auxit virtutibus] Rarum paternas virtutes æmulari, exprimere, atque tueri: rarissimum iis suas addere et quidem multas: quod de Timotheo tradit Nepos. Solent alioqui Ἡρώων τέκνα πήματα esse. Verum Timotheus animo sibi proposuit illud: Ἡμεῖς τῶν πατέρων μέγ' ἀμείνονες εὐχόμεθ' εἶναι. Justinus lib. XLII. 2. de Mithridate: 'claritatem parentum, æmulatione virtutis accensus, animi magnitudine supergreditur.' *Gebhard.* Adde Juvenalem Sat. VIII. et Berneggeri Not. ad Justin. XXIX. 1.

Disertus] Cicero De Offic. lib. I. 'Africanus eloquentia cumulavit bellicam gloriam: quod idem fecit Timotheus Cononis filius, qui cum belli laude non inferior fuisset quam pater, ad eam laudem doctrinæ et ingenii gloriam adjecit.' Licet etiam ex Demosth. Oratione περὶ τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ, sub extremum intelligere, Timotheum eloquentem fuisse: profert enim fragmentum quoddam ex ejus oratione ad populum habita, spiritus et acrimoniæ plenum. Postremo M. Tullius de Orat. ad Quint. Fr. lib. III. scribit, Timotheum ab Isocrate fuisse institutum atque eruditum. *Longol. Lambinus.*

Laboriosus] Φιλόπονος.

Rei militaris peritus] Στρατηγικὸς, τῆς πολεμικῆς ἔμπειρος. Fuit præterea fortunatus ac felix: et vero ita cognomento dictus, ut testantur Plut. Suidas, Ælianus Var. hist. lib. XIII. Interpr. Aristoph. ad illum locum Χρ. Τιμοθέου δὲ πύργος. Καρ. ἐμπέσοι γέ σοι· et item alibi. *Lambin.*

Olynthios et Byzantios] Bello, opinor, sociali. Verum nullum hac de re verbum apud Diodorum, quod quidem meminerim: nisi quod lib. XVI. scribit, bello sociali, Chios, Rhodios, Byzantios, Coos, cæteros qui ab Atheniensibus defecerant, Imbrum et Lemnum, quæ erant Atheniensium, diruisse; agrum Samium populatos esse ac diripuisse; urbem Samum obsedisse atque oppugnasse; Athenienses vero ducibus Iphicrate, Charete, Timotheo Byzantium oppugnasse: quæ nihil ad hunc locum videntur pertinere. Veruntamen Timotheum adversus Olynthios bellum gessisse, vel ex Demosthene cognoscere licet, Olynthiaca II. ibi: Ὅλως μὲν γὰρ ἡ Μακεδονικὴ δύναμις καὶ ἀρχὴ, ἐν μὲν προσθήκης μέρει ἐστί τις οὐ σμικρὰ, οἷον ὑπῆρξέ ποθ' ὑμῖν ἐπὶ Τιμοθέου πρὸς Ὀλυνθίους. *Idem.* De Olynthiis meminit Aristoteles, seu quisquis est auctor Œcon. lib. II. 22. ut de Samo et Corcyra. Item Demosthenes Olynth. II. ibidemque Ulpianus. Vide Vitas comparatas nostras Olymp. CIV. anno 1. extremo. *Schott.*

In qua oppugnanda] Sic plerique edunt, ad Samum, quæ sequioris ge-

neris est, respectu habito. Scriptæ tamen membranæ *in quo oppugnando* præferunt, pro quo bello. *Idem.*

Adversus Cotyn] Vel *Cotym.* Codex P. Dan. *Cotum*, quomodo in Iphicrate. Sed hic fuit Paphlagonum Rex, ille Thracum, de quo ad Iphicratem dictum est.

Ab eo mille et ducenta talenta prædæ in publicum detulit] Secus hodie nostris moribus, quibus præda cedit ignavissimo cuique tribunorum aut centurionum: vilissima quæque et istis Thrasonibus fastidita militari turbæ relinquuntur. Cum bella non privata auctoritate, non privato sumptu gerantur, cur belli fructum ad se privati rapiant? Sancta ergo et merito suspicienda antiquitas, 'quæ honestius bella gessit, quam nunc amicitiæ coluntur.' Justin. lib. xv. 2. Prædam autem ac manubias ad publicum usum, ornatum atque splendorem civitatum converterunt prisci, atque inde sacra atque profana monumenta exstruxerunt. Diod. lib. xi. Ἀπὸ δὲ τούτων γενόμενος ὁ Γέλων, ἐκ μὲν τῶν λαφύρων κατεσκεύασε ναοὺς ἀξιολόγους Δήμητρος καὶ Κόρης. Frontin. de Aquæductibus: 'Vetus Anio post annos xl. quam Appia producta est: anno ab U. C. quadringentesimo octogesimo primo, Manius Curius Dentatus, qui censuram cum L. Papirio Cursore gessit, Anionis, qui nunc dicitur Vetus, aquam perducendam in urbem ex manubiis de Pyrrho captis curavit.' Sp. Carvilio et L. Papirio Coss. Cicero contra Rullum: 'Si est æquum prædas ac manubias suas Imperatores non in monumenta Deorum immortalium, neque in urbis ornamenta conferre; sed ad Decemviros tanquam Dominos reportare.' *Gebhard.* *Detulit*] Ultraject. *retulit.* *Schott.*

Cyzicum obsidione liberavit] Diodorus Siculus lib. xv. Τιμόθεος ὁ Ἀθηναίων στρατηγὸς, ἔχων δύναμιν πεζικήν τε καὶ ναυτικὴν, Τορώνην μὲν καὶ Ποτίδαιαν πολιορκήσας εἷλε, Κυζικηνοῖς δὲ πολιορκουμένοις ἐβοήθησεν. *Lambin.* Cyzicus urbs antiqua in Mysia ad Propontidem juxta Ptolemæum et alios. In Græco est Κύζικος. Sed et *Cydicos* et *Quizicus* dicebant, pro *Cyzicos* vel *Cyzicus*; quæ *Chizico* hodie apud Sophianum. In antiquo numismate, quod Gordiani imperio circumfertur, hæc literarum formula: ΝΕΟΚΟΡΩΝ ΚΥΙΙΚΗΝΩΝ. Cujus vocis tertium elementum I pro Z non semel usurpabant veteres: quemadmodum in ΑΛΕΙΑΝΔΡΟΣ, et sexcentis aliis. Quæ sane scriptura Criticis non minimam occasionem dedit, ut pro *Cyzicus*, *Cyaicus* inducerent. *Keuchen.*

Ariobarzani] De quo infra ad Datamen.

Laco] Agesilaus. *Lamb. Mag.*

Ille cives suos agro atque urbibus augeri maluit, quam id sumere, cujus partem domum suam ferre posset] Boni viri est abstinentes habere oculos et manus: boni vero civis, utilitatem atque incrementum civitatis potius quam privatum spectare. Utrumque implevit præclare Timotheus; continuit manus a rapinis, auxit potius publicum, quam suam domum. Ejusdem abstinentiæ laudatur Curius ab auctore Viror. Illustr. cap. 33. 'Cum interversæ pecuniæ argueretur, gutturnium ligneum, quo uti ad sacrificia consueverat, in medium protulit, juravitque se nihil amplius de præda hostili in domum suam convertisse.' Et Mummius cap. 60. 'Mummius Corinthum signis tabulisque spoliavit: quibus cum totam replesset Italiam, in domum suam nihil contulit.' Front. lib. iv. 3. 'L. Mummius, qui Corintho capta non Italiam solum, sed etiam provinciam tabulis statuisque exornavit, adeo ex tantis manubiis nihil in suum convertit, ut filiam ejus inopem Senatus ex publico dotaverit.' Cum autem heic aviditа-

tis pecuniariæ aspergere suspicione Agesilaum videatur, infra in vita absolvit eundem. 'Atque in hoc,' inquit, 'illud in primis fuit admirabile, cum maxima munera ei ab regibus et dynastis civitatibusque conferrentur, nihil unquam in domum suam contulit.' *Gebhard.*

Erichthonem et Sestum] Abrahamus Ortelius locum se ignorare fatetur, conjicitque Abydi synonymum. Lambino et Schotto heic aqua hæret, quorum hic penitus silentio desperationis indice medicinam admovere insuper habet: ille vero audacior *Erythines* excogitat Paphlagoniæ urbem, vel *Ctesiphontem.* Laudo voluntatem, de successu penes peritiores judicium esto. P. Danielis excerpta habent, *Erithonem et Sextum,* mutata modo literula Gifanii Cod. *Crithonem.* Unde lego: *Itaque accepit Crithoten et Sestum.* Est vero *Crithote* urbs Hellesponti in Chersoneso Thraciæ; quem et antehac Athenienses Miltiadis comites, teste Suida, incoluerunt. *Gebhard.* Sestus ad Hellespontum Abydo objecta, satis nota Leandri et Erus rumoribus atque interitu apud Musæum, Nasonem, et Melam Geographum. *Schott.*

CAP. 2. *Circumvehens*] Frustra viri docti corrigunt *circumiens.* Salmas. prol. ad Solin. *Keuchen.*

Corcyram sub imperium Atheniensium redegit] Xenoph. Ἑλλ. lib. v. Ὁ μέντοι Τιμόθεος περιπλεύσας, Κέρκυραν μὲν εὐθὺς ὑφ' ἑαυτῷ ἐποιήσατο. Vide sequentia. Aliter tamen Diodor. lib. xv. Confer cum Probo et Xenophonte Æschinem in Oration. κατὰ Κτησιφ.

Epirotas, Athamanas, Chaonas] Lambinus auctoritate Diodori *Acarnanas* substituendum loco *Athamanas* existimat, qui lib. xv. Τὰς κατὰ τὴν Ἀκαρνανίαν πόλεις a Timotheo perductas enumerat ad Atheniensium societatem. De sententia illius non amplius contendam; saltem hoc nunc agam, ut Latinissimam et antiquissimam γραφὴν significem. *Athamanas, Chaonas,* ἀρχαϊκῶς dixit, pro *Athamanes, Chaones.* Ut in Epaminonda *Arcadas* pro *Arcades.* De quibus Charis. lib. I. *Keuchen.* *Epirotas*] Qui primo Pyrrhidæ dicebantur. Justin. Epirus regio Græciæ versus Adriaticum mare. Ptolemæo est Ἤπειρος, unde Stephanus per H scribit Ἤπειρος. In nummis antiquis est ΑΠΕΙΡΟΣ. Olim in varias gentes divisa fuit, de quibus lege Ubb. Emmium in Illustr. Græcia.

Athamanas] Codex P. Danielis, *Athamattas.* Edit. Jensonica *Athamanties.* Sed videtur legendum, *Acarnanas,* ex Diodoro lib. xv. Καὶ τὰς κατὰ τὴν Ἀκαρνανίαν πόλεις ὁμοίως ἀπέκλινε πρὸς Ἀθηναίους. Sunt autem Acarnanes populi ad Acheloum siti. *Lambin.* Quod contra Magium.

Quæ mare illud adjacent] Dictum antique, pro, quæ mari illi adjacent; seu, ad mare illud adjacent. Nam veteres non fere præpositiones iterabant, ut 'adigere arbitrum,' apud Ciceronem, 'propugnare nugis,' apud Horat. Epist. lib. I. Sic in Agesilao: 'Et homines suis rebus abalienaret.' Sic apud Homer. Iliad. Π. Τῷ δὲ καὶ Αὐτομέδων ὕπαγε ζυγὸν ὠκέας ἵππους, pro ἤγαγε ζυγὸν ὑπὸ ἵππους. Mox tamen contra præpositio iteratur. Ibi: 'de diutina contentione destiterunt.' *Lambin.* *Quæ mare illud adjacent*] Vide Gifanium Collectan. Lucretianis in *adjacere.* Male autem in Excerpt. *adjacunt.* Keuchen.

Et sua sponte Atheniensibus imperii maritimi principatum concesserunt] Intelligit θαλάττης ἐπικράτειαν, quam per vices obtinuerunt Athenienses cum Lacedæmoniis. Istum principatum autem post diutinam contentionem receperunt Athenienses, et per LXXV. annos obtinuerunt. Inter cætera commoda, quæ ἡ θαλαττοκρατία ad-

ferebat, fuit hæc, τὸν ὄψον εἰσπλεῖν, ut dicitur ab Antiphane apud Athenæum lib. VIII. sive, quod ex subjectis insulis pisces Athenas importabantur. *Idem.*

Pacemque his legibus constituerunt] De hoc fœdere Laced. cum Atheniensibus Demosthenes Orat. περὶ στεφάνου. *Schott.*

Aræ paci publicæ] Nam Ethnici πάντα θεοποιοῦσι, præsertim τὰ νοητὰ, virtutes, vitia. *Boecler.* Atqui Plutarchus in Cimone tradit, aras pacis esse positas post victoriam illam Cimonis ad Eurymedontem partam contra Persas: quam pax illa omni sermone celebrata (περιβόητον appellat Plutarchus et Demosth. Orat. περὶ παραπρεσβ. contra Æschinem, τὴν ὑπὸ πάντων θρυλλουμένην) consecuta est. Sic Plutarchus: Φασὶ δὲ καὶ βωμὸν Εἰρήνης διὰ ταῦτα τοὺς Ἀθηναίους ἱδρύσασθαι. *Publicæ* autem edidimus, Codices Basilienses et Colonienses secuti; non reclamaturi, si quis *publice* reponi malit, quemodo habent exempla Veneta et Florentina. *Lambin.*

Eique Deæ pulvinar sit institutum] Lectisternia Romanorum ex Livio aliisque nota: Græcos idem factitasse, primi fortasse nos observamus. Pausanias Arcadicis: Κλίνη τε ἱερὰ τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ αὐτῆς εἰκὼν, γραφῇ μεμιμημένη, ἀνάκειται. In Phocicis de templo quodam Æsculapii: Κλίνη δὲ ἐν δεξιᾷ κεῖται τοῦ ἀγάλματος. *Casaub.* Unde in Glossis *pulvinar* exponitur Καθίδρυμα, στρωμνὴ θεοῦ. Valer. Max. lib. III. 7. 'Jovis Opt. Max. pulvinaria.' *Keuchen.*

Timotheo publice statuam in foro posuerunt] Vide Æschinem κατὰ Κτησιφ. Eam statuam numerat Pausanias inter illas, quæ in arce Minervæ positæ sunt: Ἐνταῦθα καὶ Τιμόθεος ὁ Κόνωνος, καὶ αὐτὸς κεῖται ὁ Κόνων. Vide Joan. Meursii Cecropiam cap. 13.

Renovavit memoriam] In aliis Codicibus legitur *memoria*. Sed verba illa, 'recens filii,' scilicet statua, veterem patris statuam, non memoriam statim respiciunt, ut statua statuam renovet, sed tamen mox memoriam instauret. *Mag.*

CAP. 3. *Magno natu*] Pro, magnus natu. Sic in Datame et Agesilao. Id est, senex. In Pausania. 'Grandis natu' senex dictus fuit a veteribus. Donatus Adelph. act. IV. sc. 5. idem in Phormione act. II. sc. 3. *Savaro.*

Defecerat Samus] Hinc Orator aliquis eam ἀποῤῥῶγα τῆς πόλεως vocavit; quasi avulsam partem a corpore suo Athenis. *Keuchen.*

Jam tunc valens] Methonam ceperat, Pydnam, Potidæam, Pagasas, Thraciæ urbeis aliquot. *Lambin.*

Cui oppositus Chares quum esset] Merito in eo non satis esse præsidii putabatur, quia (ut refert Athenæus lib. XII. 15. ex Theopompi historiarum libro XLV.) segnis erat, ac tardus, deliciisque affluebat. Sed cur (dixerit Lector) dux ab Atheniensibus, qui talem noverant, delectus fuit? Respondeo: Quod cum ex caussis duce nihilominus indignis, præter cæteros cives diligerent: quod ipsum et Probus supra in Chabria innuit his verbis: 'Dissimilis quidem,' inquit, 'Chares horum et factis et moribus; sed tamen Athenis et honoratus et potens.' Qua ex causa huic fuerit imperium abrogatum, in ejusque locum suffectus Phocion, scriptum Plutarchus reliquit in Apophth. Phocionis, et in ejusdem Phocionis vita. Quantum vero attinet ad causam, cur Prætor crearetur Chares, homo militiæ ineptus, sic loquitur Plutarchus in Phocione: 'Charetem itaque populus non tam suo merito, quam Oratorum ambitione et studiis partium, huic expeditioni præficiunt.' *Mag.*

Fit Menestheus Prætor] Sic plerique omnes τρισυλλάβως edunt et supra in Iphicrate. Duabus vero syllabis *Mnestheus* Ultrajectinus, Lon-

golius et Magius. Quomodo et in Marone Æn. IV. 288. 'Mnesthea Sergestumque vocat:' et alibi sæpius. *Schott.*

Filius Iphicratis] Mss. *filius Hippocratis.* Ita infra semper. *Boecler.* Corrupte. Nepos in Iphicrate: 'Mnesthea filium reliquit ex Thressa natum.'

Et ut ad bellum] Elegantius Mss. Boecleri *et ad bellum.* Sic solet Nepos.

Huic in consilium dantur duo usu et sapientia præstantes] Nullo seculo a præfecturis bellicis atque ducatibus adolescentes exclusos esse video; sed crebro potius junioribus rei militaris summam fuisse commissam; quandoquidem non tam ductu quam auspicio res magnæ geruntur: additis prudentia atque experientia gravibus legatis seu rectoribus, reperio. Justinus XXIX. 1. 8. 'His regibus pueris, etsi nulli senioris ætatis rectores erant.' De Fabio Rulliano, qui legatus ire Fabio ad bellum difficile et periculosum conficiendum gravatus est, 'pene ipso duntaxat animo sine corpore militaturus:' Valer. V. 7. 1. Cæsar. de B. G. VII. 76. 'Comio Atrebati, Viridomaro et Eporedorigi Æduis, Vergesilauno Arverno consobrino Vercingetorigis, summa imperii traditur: iis delecti ex civitatibus attribuuntur, quorum consilio bellum administraretur.' De Ælio Sejano Prætorii præfecto Druso filio rectore a Tiberio dato. Tacit. Ann. I. 24. 3. Diodor. l. XVI. Καταλιπὼν τῶν Φωκέων στρατηγὸν Φάλαικον τὸν Ὀνομάρχου υἱὸν, τοῦ τὸν ἱερὸν πόλεμον ἐκκαύσαντος, ἀντίπαιδα τὴν ἡλικίαν ὄντα. παρακατέστησε δ' αὐτῷ ἐπίτροπον ἅμα καὶ στρατηγὸν Μνασέαν, ἕνα τῶν ἑαυτοῦ φίλων. Tales autem qui imperitioribus et junioribus adjunguntur, Marius apud Sallustium Monitores appellat. 'Scilicet,' inquit, 'ut in tanta re ignarus omnium trepidet, festinet, sumat aliquem ex populo sui officii monitorem.' Item custodes Cicero: 'Ad militiam euntibus dari solebant custodes, quibus primo anno regerentur.' *Gebh.*

Quorum consilio uteretur] Quid si legeremus *auxilio*, quod Ms. liber fere jubet; *auxilium* enim interdum significat consensum ac suffragium, quod Jurisc. filii non ignorant. *Ernst.* Quod si retineamus *consilio* tamen non opus est cum Schioppio (in paradox. liter. Epist. 5.) Glossema hæc verba dicamus, nam exegesis sive interpretatio erit.

Pater et socer] Iphicrates et Timotheus.

Amissa posse recuperari] In Attico; 'Ut eodem nuncio Saufeius fieret certior, se patrimonium amisisse et recuperasse.' Cæsar de B. G. lib. VII. 15. 'Quod se prope explorata victoria, celeriter amissa recuperaturos confidebant.' Curt. lib. IV. 18. 'Perpulit ne dubitarent ex urbe erumpere et res amissas recuperare.' Justin. l. XXV. 'Tantus terror Gallici nominis, sive invicta armorum felicitas erat, ut aliter neque majestatem suam tutam, neque amissam recuperare se posse sine Gallica virtute arbitrarentur.' *Gebhard.*

Hi quum Samum profecti essent] Diodor. Sicul. XV. non Menestheum cum Iphicrate et Timotheo classi præfuisse, sed Iphicratem et Charetem: neque illos Samum, sed Byzantium oppugnasse tradit, nisi forte, quæ ibi narrat Diodorus alio tempore gesta sunt. *Lambin.*

Ne quid absente se gestum videretur] Ingenium ambitiosi ducis. Tale in Pharnabazo exhibet Diodorus lib. XV. in Fabio Valente Tacit. Hist. II. 24. *Gebh.*

Magna tempestas] Diodor. lib. XV. Τῶν περὶ τὸν Ἰφικράτην καὶ Τιμόθεον ἀναντιουμένων διὰ τὸ μέγεθος τοῦ κλύδωνος. *Gebhard.* Similem notat in obsidione Byzantina, eodem libro.

Suam classem suppresserunt] A cursu

ac progressu continuerunt. Codex Bergensis, teste Magio, *represserunt*. Et ita loquitur M. Tullius Attico: 'Dubitavit nostrum nemo, quin Cæsar itinera repressisset.' *Gebhard.*

Ille temeraria usus ratione] Temerarie egit. Diodor. lib. XVI. Τοῦ δὲ Χάρητος παρὰ φύσιν βουλομένου ναυμαχεῖν. *Idem.*

Et, ut in sua navi esset fortuna, quo contenderat, pervenit] Fortuna in navis prora effigiata aut picta, cui sese mancipabat. Estque 'tutela' παράσημον τοῦ πλοίου, quæ navigio nomen imponebat. Lucianus Navig. τὴν ἐπώνυμον τῆς νεὼς ἔχουσα τὴν Ἶσιν. *Keuch.* Lambinus, *ut si in sua manu esset fortuna.* Piccartus noster Periculorum Critic. lib. singulari cap. 10. *et, ut si sua navi esset fortuna*, legit. Quod approbat Schottus duabus de causis. 1. quod Fortunam in navium proris collocarint. 2. quod Timotheum eo fortunatum fuisse Ulpian. in Olynth. II. Demosthenis referat, ut dormiens pingeretur reti urbes captans, addita muliere Fortunæ titulo. Sed hæc mihi scrupulum non eximunt, quoniam video hæc omnia non magis referri posse ad Timotheum, quam ad Iphicratem aut Menesthea. Si habuit Fortunam in navis prora; cur opinaretur se habere? Siquidem opinio rebus certis et in sensus incurrentibus non bene applicatur: sed notitia, sed scientia. Deinde quare impingatur Timotheo, quod temerarie Chares deliquit? ille ut vetus et talium casuum providus cum Iphicrate classem cohibuit, ne fieret obnoxia tempestati ac discrimini maris: at hic temeraria ratione progressus est, quasi eventum et successum haberet in potestate; quasi fortunæ imperare posset, ut pro arbitrio ipsius conata secundaret. *Gebhard.* Rem tangit Alexander ab Alexandro libro I. Gen. Dier. cap. 18.

Quo contenderat, pervenit] Totidem verbis in Datame.

Compluribus amissis navibus] Quum ingenti orta procella et invita natura mari pugnare conatus esset, plures naves amisit, uti refert Diodorus lib. XVI. Polybius Hist. lib. I. p. m. 38. 39. de Romanis etiam prodit, quod tenaces propositi plerumque terra vicerint hostem vel equalibus viribus et animis, vel his majoribus. At quoties contra mare aut cœlum projecta quadam audacia pugnarint, suaque illa vi abrupta vincere sategerint, in magnas calamitates incidisse. Idem experturos in posterum, donec audaciam hanc et violentiam correxerint, per quam omni tempore maria terrasque sibi pervias esse debere autumant. Simile arrogantis temeritatis exemplum in Augusto notat Sueton. cap. 6. 'Alii dictum factumque ejus criminantur, quasi classibus tempestate perditis exclamaverit, etiam invito Neptuno victoriam se adepturum.' *Lecceu.*

Literasque Athenas publice misit] Ingenium talium depingere non melius novi quam verbis Curtii lib. IV. 28. 'Tantæ molis vix ulla vestigia invenit, ab Arabia rediens Alexander. Hic (quod in adversis rebus solet fieri) alius in alium culpam referebant, quum omnes verius de sævitia maris queri possent.' Diodorus lib. XVI. Ὁ μὲν Χάρης ἀπομαρτυρόμενος τοὺς στρατιώτας διέβαλε τοὺς συνάρχοντας ὡς προδόντας, καὶ πρὸς τὸν δῆμον ἔγραφε περὶ αὐτῶν, ὡς ἐγκαταλελοιπότων τὴν ναυμαχίαν. *Gebhard.*

Ob eam rem, &c.] Mss. Dan. Leid. Boecl. et aliquot edd. vett. hunc locum ita exhibent: *Populus acer, susp. ob eamque rem mobilis, adversus inv. et pot. in crimen vocabantur*, (editi *vocabatur*,) *domum rev. acc. pr.* corrupte, judice Cl. Boeclero, sed unde fors non incommoda lectio prodire possit. Magius tentabat: *populus, &c. ad crimen vocabatur*, hoc est, ad obtrectationem vel accusationem invitabatur ac excitabatur. 'Crimen' pro criminatio-

ne, ut apud Cic. pro Cœl. 'quod omnium accusatorum non criminibus, sed vocibus maledictisque celebratum est.' In Burgensi tamen codice ait fuisse *in crimen vocabant*. Lamb. cum Puteano una vocula addita leg. *adversarius, invidus etiam potentiæ, quæ in crimen vocabatur, dom. rev.* Tentabam: *invidus (etiam potentia in crimen vocabatur) domum rev.* Sed, ut ingenue fatear, mihi, veteri formula, Non liquet.

Adversarius] Hac voce notatur τὸ φιλαίτιον, sive adversandi premendique superiores libido. *Boecl.* Vide Plut. præcept. polit.

Damnatur Timotheus] Absolvitur Iphicrates, ut supra cognovimus in Iphicrate. *Lambin. Mag. Savaro.*

Chalcidem se contulit] Urbem Eubœæ ad Euripum. Generosas mentes, et quibus meritorum suorum in cives ratio bene constat, par est ingrati animi vitio tetrius offendi, ut voluntario excessu nonnunquam, crebrius secessu, denegare se indignis cogitent. Timoleon adeo est commotus, ut nonnunquam vitæ finem facere voluerit, atque ex ingratorum hominum conspectu morte decedere. P. Cornel. Scipio Africanus in voluntarium exsilium Linternum concessit, ubi reliquam egit ætatem, vici ignobilis ac desertæ paludis accola. Qui moriens uxori præcepit, ne corpus suum Romam referretur, 'Ingrata,' addens, 'Patria, cineres non habebis meos.' Vide Val. Maximum lib. v. 3. 2.

CAP. 4. *Fortunæ varietas*] In Attico: 'Tanta varietas his temporibus fuit fortunæ.' Nam libenter comparo has cum illa vita, ut appareat cuivis eamdem dictionis esse indolem, ac proinde unum eundemque et harum et illius vitarum Scriptorem. Loqui autem eodem modo animadverto Curt. lib. IV. 41. 'Urbs et vetustate originis et crebra fortunæ varietate ad memoriam posteritatis insignis.' Cicero de Divinat. 'Varietas est propria fortunæ.' Idem ad Lucceium: 'Nihil aptius est ad delectationem lectoris, quam temporum varietates fortunæque vicissitudines.' Val. Max. lib. VI. 9. 8. 'Portus ipsos, si quis modo mutis rebus inest sensus, tantam in eodem homine varietatem status admiratos arbitror.' *Gebhard.*

Iason tyrannus] *Thessalorum* Longolius ex Plutarcho addidit, contra Mss. Codicum omnium fidem. *Magius.* In aliis libris est corrupte *Lason*, pro *Iason*. Sunt qui *Iaso* legunt, quemadmodum alibi *Lacon* et *Laco*. Quod Græcum est Ἰάσων, Iaso, sic Πλάτων, Plato, Ζήνων, Zeno, et alia sexcenta. Meminerunt ejus plurimi veterum, Xenophon, Diodor. Plutarch. Isocrates, Polyænus, et alii. *Keuchen.*

Sine satellitibus] Ἄνευ δορυφόρων καὶ σωματοφυλάκων· sine stipatoribus hastatis et corporis custodibus. *Lambin.*

Sine ullo præsidio] Quod tueretur contra obviam vim. Datame: 'ad quem cum venisset sine præsidio, quod ab amico nullas vereretur insidias, pene interiit.' Attico: 'Ac ne quod periculum incideret, quod noctu fiebat, præsidium ei misit.' Tacit. de moribus German. cap. 13. 'Hæc dignitas, hæ vires, magno semper electorum juvenum globo circumdari, in pace decus, in bello præsidium.' Germani peregrino vocabulo *Convoy* appellamus. Græci παραπομπήν. Curt. lib. III. 2. 'Pecuniam regis sexcenti muli et trecenti cameli vehebant; præsidio sagittariorum prosequente.' Tacit. Ann. I. 39. 'Attonitaque magis quam quieta concione legatos præsidio auxiliarium Equitum dimittit.' Sallust. Jugurtha: 'Se a Patre Boccho obviam illis simul et præsidio missum.' *Gebhard.*

Patriæque sanctiora jura quam hospitii] Sic Demost. (ut et ait Æschines Orat. περὶ παραπρεσβ. hoc ei maledicti loco objiciens) dixit, se anteponere salutem civitatis hospitali mensæ.

Æschinis verba sunt hæc: ἐψήφισθε γὰρ τοὺς τῆς πόλεως ἅλας περὶ πλείονος ποιήσασθαι τῆς ξενικῆς τραπέζης. *Idem.*

Hæc extrema fuit ætas Imperatorum Atheniensium] Sic fere Diodorus l. xv. de Epaminonda loquens: Κατὰ μὲν γὰρ τὴν ἡλικίαν τὴν τούτου, γεγόνασιν ἄνδρες ἐπιφανεῖς, Πελοπίδας τε Θηβαῖος, ἔτι δὲ καὶ Τιμόθεος, καὶ Κόνων, καὶ Χαβρίας, καὶ Ἰφικράτης Ἀθηναῖοι· πρὸς δὲ τούτοις Ἀγησίλαος ὁ Σπαρτιάτης βραχὺ τοῖς χρόνοις πρότερον. *Lambin.*

XIV. DATAMES.

Datames] De hoc Diodor. lib. xv. Polyæn. lib. vii. Frontinus ii. 7. *Savaro.*

Venio nunc ad fortissimum virum] Hanc totam transitionem veteres membranæ Timotheo adnectunt, omnesque adeo editiones præter Lambinianam; idque rectius Tranquilli more, aliorumque; et ipsius adeo Nepotis seu Probi, qui a patria, parentibusque vitam cujusque auspicatur. *Schott.* Gebhardus inde auspicatur vitam Datamis: 'De quo hoc plura referemus.' Ceteri vero hinc: 'Datames patre Camissare.'

De quo hoc plura referemus] Rationem addit Lambin. hanc; quia pauca tantum de Heroë hoc leguntur apud Diodorum Siculum, Polyænum, et Frontinum. Quibus Barthius Advers. lii. 14. annumerat Æneam Tacticum a Casaubono editum. Longolius putavit præter Frontinum, neminem Datamis facere mentionem. Magius et Savaron addunt Polyænum. Beyerlingio vero quid venerit in mentem, quando in *perfidis* citat Plutarchum 'in Datami,' ego profecto nescio. *Ernst.*

Obscuriora sunt ejus gesta pleraque] Vide ad hunc locum Casp. Barthium Advers. lib. lii. 14.

Quo tantum non omnes superabat] Correctio Cl. Tevenini, cui plausum utraque manu dat Lambinus: alias editum fuerat, *quo tamen omnes superabat.* Sed Cl. Barthius Adv. lib. lii. 14. suspicatur legendum; *quo tandem omnes superarit.* Gebhard.

Manu fortis] In Pausania: 'et manu fortis et consilii plenus.' Epaminonda: 'peritus belli, fortis manu.' Timoleone: 'nam et manu fortis et belli peritus fuit.' *Savaro.*

Habuit provinciam Ciliciæ] Potius dixisset *provinciam* Nepos. Et si Ciliciam habuit provinciam, cur situm addit et nomen populi, quem regere jussus Camissares? Quare legendum: *Habuit provinciam partem Ciliciæ.* Gebh. Schott.

Juxta Cappadociam, quam incolunt Leucosyri] Unde apud Geographos Λευκοσυρία vocatur illa Cappadocia. Videndus Strabo ac Dionys. Halicarnasseus. Sane in Herodoti i. Musa Cappadoces a Græcis Σύριοι nominantur, quorum regionem Assyriam cognominabat olim Dionysius Alexandrinus. Et antiquus Orpheus in Argonaut. Assyrios vocat Leucosyriæ incolas, quæ pars Cappadociæ circa ostia Thermodoontis. Adi Plinium lib. vi. 3. *Keuchen.*

Datames militare munus fungens] Quomodo antiqui Comici loqueban-

tur. Plautus non semel: ‘Nam parasitus octo hominum munia facile fungitur.’ Lucil. ‘Læliu’ pauperum ait se ingentia munia fungi.’ Plura ex Nonio congessit *Lambinus*.

Aperuit] Sic Schedæ nostræ rectius; itaque Ultraject. editum. Vulgo *apparuit*. Schott.

Adversus Cadusios] Corrupte *Gadusios*, Codex antiquus P. Danielis. Cadusii, *ἔθνος μεταξὺ τῆς Κασπίας θαλάσσης καὶ τοῦ Πόντου*. Vide Stephanum de Urbibus. In Ptolemæo sunt Mediæ populi ad Caspium mare, ubi et Cadusiorum vallum. Nec ambigo, quin hi fuerint iidem cum Cadusenis, apud Procopium lib. I. Pers. Sigonius Caddusios scribendum voluit, quos Græci Caduzios vocant, alii Gelas.

Namque hic multis millibus hominum] Nescio unde prorepserit hæc lectio. Longolianæ monetæ illa est: *Namque hic multis millibus hostium, regiorum quoque non paucis interfectis:* quam ferme sequitur Lambinus. At si non pauci regiorum militum cæsi sunt; Cadmæa stetit victoria et vane Datamis opera jactatur. Quocirca invehenda lectio v. Cod. *Multis millibus interfectis magni fuit ejus opera.* Magnam Cadusii stragem Datamis opera exceperunt; exinde magnam gratiam atque auctoritatem sibi comparavit. *Gebhard.*

Paterna ei traderetur provincia] Cappadocia. Nam Diodorus libro XV. scribit, Datamen Cappadociæ Satrapem fuisse. Sic ille: *Ἀρταβάζου γὰρ τοῦ βασιλέως στρατηγοῦ μετὰ πολλῆς δυνάμεως ἐμβαλόντος εἰς τὴν Καππαδοκίαν, ὁ μὲν ταύτης τῆς χώρας σατράπης Δατάμης ἀντεστράτευσεν αὐτῷ.* Sed Probus supra Camissarem patrem Datamis provinciæ Ciliciæ præfuisse dicit. *Lamb.* *Paterna ei traderetur provincia*] Majorum ac parentum memoria gratiaque multi ea consequuntur, ad quæ cæteroqui per indignitatem suam adspirare non auderent. Tacit. Hist. III. 86. de Vitellio: ‘Consulatum, sacerdotia, nomen locumque inter primores, nulla sui industria, sed cuncta Patris claritudine adeptus.’ Factum hoc omni ævo et in omni gente. De Germanis Tacit. cap. 13. ‘Insignis Nobilitas, aut magna Patrum merita, Principis dignationem etiam adolescentulis assignant:’ Datames autem non solum paternis incubuit meritis; sed suam industriam atque virtutem adjunxerat.

CAP. 2. *Autophradates*] Cod. P. Danielis *Autophrodates*. Longol. *Androphredates*. Sed emendandum *Autophradates*: quomodo apud Frontin. legitur lib. I. Strateg. 4. Fuit hic Lydiæ satrapes, de quo Diodorus XV. hanc ipsam historiam narrans diversis circumstantiis.

Eos, qui defecerant] Lycios, Pisidas, Pamphilios, Cilices, Syros, Phœnices, et propemodum omneis maritimos populos, ut inquit Diodorus XV. Sed, quod dicit Probus, Autophradatem jussum esse a Rege, eos bello persequi, qui ab ipso defecerant, Diodorus eo, quem indicavi, libro tradit, Autophradatem unum fuisse ex iis, qui a Rege Persarum defecerant. Hos enim enumerat, Ariobarzanem Phrygiæ satrapem, qui et Mithridate mortuo, ejus regni compos et dominus factus erat; Mausolum Cariæ dynasten, multorumque locorum munitorum atque urbium dominatum obtinentem, quorum princeps et regia erat Halicarnassus: Orontem Mysiæ Satrapen, Autophradatem Lydiæ: ex Ionibus autem Lycios, Pisidas, Pamphilios, &c. supra enumeratos. Atqui hi, qui a Rege Persarum defecerant, Orontem summæ imperii præfecerunt, eumque imperatorem ac ducem totius exercitus delegarunt. Hic autem imperium adeptus, stipendioque vicies mille militum annuo accepto, eos qui se ei crediderant, pro-

didit; et majorum præmiorum spe ductus, cum Rege Persarum sese conjunxit. Hæc fere Diodorus lib. xv. ab Æmilio Probo in eo maxime discrepans, quod Autophradatem in iis, qui a Rege Persarum defecerant, numeret. *Lambin.*

Erat eo tempore Thyus] Codex Danielis transpositis literis *Thuys*. Vel *Thuus*, quod idem est. Utrum autem scribatur *Thyus*, an *Thuys*, an *Thuus*, nihil refert. Sed malim scribi *Thys*, sive *Thus*, unica syllaba. Θῦς enim a Græcis dicitur. Commemorat eundem Athenæus lib. x. *Lambin.*

Dynastes Paphlagoniæ] Infra 'Regem' fuisse dicit, sed nullo discrimine. Athenæus ex Theopompo Παφλαγόνων βασιλέα vocat lib. iv. Strabo Reges Dynastas appellari scribit; quod magna præditi sint potentia, ac populos, quorsum libet, vel vi vel persuasione impellant. Est enim δύναμις Græcis potentia. *Magius.* Simili loquendi modo Matthæus βασιλέα vocat quemvis Principem; quemadmodum et in Oriente *Melk*, *Amir*, et *Sultan* sumuntur. *Keuchen.*

A Pylæmene illo] Longolii Codex corrupte habet *Philomele*; Jensonia, *Philimene*. Magius. Unde alius *Philemone*. Vera lectio ex ipso Poëta constat Ἰλιαδ. β. Παφλαγόνων δ' ἡγεῖτο Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ.

A Patroclo interfectum] Menelaum hic pro Patroclo ex narratione Homerica dicendum fuisse, recte Magius annotavit. *Boecler.* Sic enim Homerus, Il. v. Ἔνθα Πυλαιμένεα ἑλέτην ἀτάλαντον Ἄρηϊ, Ἀρχὸν Παφλαγόνων μεγαθύμων ἀσπιστάων. Τὸν μὲν ἄρ' Ἀτρείδης δουρικλυτὸς Μενέλαος Ἑσταότ' ἔγχεϊ νύξε, κατὰ κληῗδα τυχήσας. Quod ab aliis animadversum et notatum esse video. *Lambin.* Unde constat, μνημονικὸν ἁμάρτημα familiare esse auctoribus festinantibus. *Schott.*

Is regi dicto audiens] Malim hoc quam *regis dicto audiens*: ut habet Longoliana et passim vulgatæ editiones. Et sic apud Livium reponendum, ubi corrupte quoque est, 'Servii Tullii dicto audientes essent,' pro *Servio Tullio*, &c. *Schott.* *Keuchen.*

Omnia primum experiri voluit, ut sine armis propinquum ad officium reduceret] Sic Terentius Eunucho: 'Omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet.' *Lambinus.* Simile dictum Dionysii in Eclog. Legat. ii. p. 296. et Menelai apud Libanium Sophistam. Miltiades non aliter erga Parios se gessit: 'Parum insulam,' inquit Nepos, 'opibus elatam cum oratione reconciliare non posset, copias e navibus eduxit, urbem operibus clausit.' Polyb. lib. ii. de Hamilcare: διατρίψας δὲ ἐν τοῖς τόποις τούτοις ἔτη σχεδὸν ἐννέα, καὶ πολλοὺς μὲν πολέμῳ, πολλοὺς δὲ πειθοῖ ποιήσας Ἴβηρων ὑπηκόους Καρχηδονίοις. *Gebhard.*

Quod ab amico nullas vereretur insidias] Nulla accommodatior ratio decipiendi adversarium quam per amicos: et quot sunt, qui palam vi per hostes capi non potuerunt, per corruptos periere amicos? Sic ab Hermocrate Sosistratus servorum seditiosorum dux, ἡγεμονικωτάτοις viginti cum servis per Daimachum amicum et familiarem oppressus est. Sallust. Jugurtha: 'Quod ei per maximam amicitiam maxima copia fallendi erat.' Tacit. Hist. i. 8. 'Quibus deerat inimicus, per amicos oppressi.' Ann. i. 10. 'Lepidus specie amicitiæ deceptus.' Ann. ii. 66. 'Pomponium Flaccum, veterem stipendiis et arcta cum rege amicitia, eoque accommodatiorem ad fallendum, ob id maxime Mæsiæ præfecit.' Julius Capitolinus in Maximinis c. 11. 'Sed hic Tyens dormiens domi suæ ab uno ex amicis suis interfectus est.' Quare ad rem P. Syrus: 'Mage cavenda est amicorum invidia, quam insidiæ hostium.' Quod dictum examussim congruit cum illo, quod extat in collectaneis Stobæi:

Κλεόβουλος ὁ Λίνδιος ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, τίνα δεῖ μάλιστα φυλάττεσθαι; εἶπεν, τῶν μὲν φίλων τὸν φθόνον, τῶν δὲ ἐχθρῶν τὴν ἐπιβουλήν. Nec abludit Demonax: Ἐλάσσω κακὰ πάσχουσιν οἱ ἄνθρωποι ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἢ ὑπὸ τῶν φίλων. Τοὺς μὲν γὰρ ἐχθροὺς δεδιότες φυλάσσονται· τοῖς δὲ φίλοις ἀνεῳγμένοι εἰσὶ, καὶ γίνονται σφαλεροὶ καὶ εὐεπιβούλευτοι. *Idem.*

Ariobarzane, præfecto Lydiæ et Ioniæ] Vide Diodorum lib. xv. Ab uno Satrape interdum plures provinciæ regebantur. Sic Herodotus v. Orœtem νόμον τόν τε Φρύγιον, καὶ Λύδιον, καὶ Ἰωνικὸν obtinuisse refert. Apud Arrianum vi. Stesanor ὁ Ἀρείων, καὶ Ζαράγγων Satrapes. Ibidem Phrataphernes Παρθυαίων καὶ Ὑρκανίων. Sed et Xerxe regnante, unum eundemque τῆς Συρίας, καὶ Φοινίκης, καὶ Σαμαρείας ἔπαρχον fuisse, ex Josepho lib. ii. 8. et Esdra iii. 6. patet: quibus in locis ἔπαρχος appellatur, qui alias Satrapes. *Brissonius.*

Nihilo segnius] Si Nepotis stylum calleo, ducor ad credendum scripsisse *nihilo sequius*, aut *secius*; ut alibi non raro. In Conone bis; in Dione; bis Hannibale. Nam et 'eo secius' in Pomponii Attici vita in Miltiade et Eumene dixit. *Schott.* Non audeo nudam Schotti conjecturam sine Codicum assensu amplecti. Vult dicere; auxiliorum frustratio non segniorem reddidit Datamen, quin solus suis viribus Thyn persequi, et ad officium reducere perseveraret. Curt. lib. iv. 28. 'Batim egregia edita pugna multisque vulneribus confectum deseruerant sui, nec tamen segnius prælium capessebat.' Salustius Jugurtha: 'Magna atque insolita re perculsi, nihilo segnius bellum parare.' Valer. lib. iii. 6. 1. 'Nec hac re segniores Pœnicis exercitibus intulit manus.' *Gebhard.*

Cap. 3. *Cujus facti ne prius fama ad Regem, quam ipse perveniret, dedit operam*] Voluit ergo et auctor et nuntius venire. Vide Curtium libro iii. *Gebhard.* *Cujus facti ne prius fama*] Sic Claudianus celeritatem in expeditionibus Stiliconis quoque commendat, dicens eum fuisse emensum asperas etiam 'prævento rumore vias.' Et alio in loco eundem ob eandem virtutem laudans, quod nimirum victoria ejus ante fuerit cognita, quam de bello innotuerit, inquit: 'Rumoremque sui prævenit laurea belli.' *Ernst.*

Hominem maximi corporis] Ejusmodi in Asia nasci, tradit Hippocrates lib. de aëre, aquis, et locis. Erat autem Thyus Asiaticus. *Mag.* Similis staturæ fuerunt Proæresius apud Eunapium, Andronicus Comnenus apud Nicetam, Tiberius apud Suetonium, Maximus apud Capitolinum; et ille de quo tempestive Vespasianus: Μακρὰ βιβὰς, κραδάων δολιχόσκιον ἔγχος. *Keuchen.*

Niger] Ergo Thyus procerus fuit et suffusculus, ut de quodam loquitur Apuleius. Qualis Epaphroditus ille Grammaticus apud Suidam, cujus τὸ σῶμα ἦν μέγας καὶ μέλας. *Idem.*

Capillo longo] Suetonius 'submissiorem' vocat, quem alii 'crines passos.' Græci 'Hectoream comam.' Vide Lycophronis Scholiasten.

Barbaque erat prolixa] Approbant libri et censores *promissa*. Justin. lib. vi. 'capillo barbaque promissis.' Tacitus Annal. ii. 39. 'donec crinem barbamque promitteret.' Varro: 'Quod tum erant in Græcia coma promissa, rasa barba, pallia trabentes.' Vide Nonium, qui *promittere* exponit, ad magnitudinem nutrire. *Gebhard.* Adde Festum. Refertur hoc ad Philosophorum schema, ut liquet ex Strabone, Juliano, Apuleio, et aliis. Lacedæmoniorum lege cautum erat; ne cui fas esset, τὸν μύστακα τρέφειν. Adi Plutarchum et Hesychium. *Keuchenius.*

Optima veste contexit] Editio Pari-

siana *texit*. Fuit haec purpura, auroque distincta, quae non ab ipso tantum Rege, sed et proceribus ejus gestabatur; unde Purpuratorum nomen. Tertullianus: 'Purpura et aurum cervicis ornamentum apud Ægyptios et Babylonios, insignia sunt dignitatis.' Veste illa purpurea donati Ἀλουργόφοροι vocabantur. Curtius III. Ælianus Hist. Var. I. 22. Erat autem stola Medica, qua donari, summus apud Persas honor. Idque in hodiernum diem apud Turcas, Tartaros, Persasque in usu est: nemo ad Regem admittitur, nisi ejusmodi honoraria veste donatus. Hoc vocant علیه الخلعة خلع ut supra in Themistocle notatum.

Satrapae regii] Hi sunt quos alibi Principes provinciarum, Praefectos, Praetores vocari constat. Eratque omne Persarum imperium in ejusmodi Satrapias divisum. Videndus Brissonius I. de regno Persarum, et Drusius in Observ. et Cl. Berneggerus, Justin. v. 2. *Boecler*.

Ornavit etiam torque] Persarum moribus inter insignia regia erat torques aureus. Interim non modo torques, sed armillae aureae, acinaces, &c. inter honores satrapis a Rege concessos, et praemia benevolentiae regiae. Vide Brisson. de regno Pers. lib. I. C. Barthium Advers. VIII. 15. *Idem*. Adde Cl. Schefferum Syntagmate de antiquorum torquibus.

Armillis aureis] Armillae fuere rotundi circuli ex argento vel auro, quibus summum brachium cingebant ornatus caussa. Olim erant in usu, sed per luxum. Livius lib. 1. de Sabinis: 'Quod vulgo Sabini aureas armillas magni ponderis in brachio laevo habuerint.' Vocabantur et brachiales, Graecis βραχιστῆρες, aut βραχιστήρια, viriola, dextralia, dextrocheria; uti fuse docet Rubenius Elect. lib. I. 38.

Ipse agresti, duplicique amiculo] Circumdatus fuit abolla, quae humilium personarum fuit indumentum, aut certe senum, Philosophorum, et similium.

Gerens in capite galeam venatoriam] Quae ad terrorem hirsutis pellibus tecta erat, ut loquitur Vegetius lib. II. 17. Videas passim nummos antiquos, ubi in capitibus exuviae caprarum, caprietum, elephantorum. Galeas autem ex diversorum animalium pellibus fuisse confectas, probat in conjectaneis suis ad Varronem magnus Scaliger. Et haec eadem fuit, quam 'venatoriam' vocat Nepos Cornelius. A fide stabat olim Justus Lipsius ad Polybium comment. de Militia Romana lib. III. *Keuchen*.

Copulam] Vinculum, ἱμάντα. Vide Casp. Barthium Advers. VIII. 15.

Fuit nemo non qui agnosceret Thyum, regique nunciaret] Sic Longolius et Scriptus noster. *Savaro*. *Fuit nemo qui agnosceret Thyum regique nunciaret: primo non accredidit*. Schott. *Regique nuntiaret*] Concursus (quasi dicat) factus est magnus ob insolitam speciem adducti, et cum propius inspexissent, plurimi agnoverunt, remque Regi nuntiarunt, quam ille primo non credidit. *Gebhardus*.

Primo non accredidit] Ita venustius in melioribus, et Excerptis. Alii tamen codices invertunt ordinem lectionis: *Ac primo non credidit*. Sed *accredidit* magis probabunt, qui Latine scient. Quomodo 'adjubere' dixit Catullus ad Ipsithillam; 'adjurare' Livius lib. XLIII. 'adopinari' Lucretius, et alia. *Keuchen*.

Nobilis Rex] Sic legendum potius, quam quo modo habent alii libri, *non vilis Rex*. Erat enim a Pylaemene illo Homerico progenitus. *Lambin*.

Qui tum contrahebatur] Quaeritur, ubi contraheretur hic exercitus, in Phrygiane, an in Cilicia, an in Syria? Namque hoc scire interest ad ea, quae sequuntur. In Cilicia non: nam pri-

mum statim dicit Probus, Datamen longe ab iis locis, ubi exercitum comparabat, evocatum esse in Cataoniam, supra Ciliciam, et juxta Cappadociam: deinde navem conscendisse, ut eo perveniret, et in Ciliciam delatum esse. At, si in Cilicia fuisset, non longe a Cataonia afuisset; neque navigare, neque omnino iter facere ei necesse fuisset. Relinquitur, ut aut in Syria, aut in Phrygia, propterea quod Pharnabazus Phrygiæ præfectus erat: ex quo probabile est, eum ibi exercitum contrahere instituisse: in Syria: quia Phrygiæ præfectura eo usque pertinebat. Ex Syria autem in Ægyptum, adversus quam bellum parabat, brevior erat trajectio. Cataonia autem, ut docet Plinius libro VI. cap. 3. Cappadociæ pars est, qua Comagenam attingit. *Idem.*

CAP. 4. *Finitimas regiones vexabat*] Devastabat atque infensabat incursionibus ac direptionibus. Eodem modo loquitur paullo inferius hac vita et Timoleont. 'Siciliam multos annos bello vexatam.' Curt. lib. III. 29. 'Tantæ enim multitudini, utique cum jam hiems instaret, in regione vasta, et invicem a suis atque hoste vexata, non suffectura alimenta.' Cæsar de Bello Gall. lib. I. 14. 'Quod Æduos, quod Ambarros, quod Allobroges vexassent.' Ibid. lib. II. 4. 'Qui Patrum nostrorum memoria omni Gallia vexata Teutonos Cimbrosque intra fines suos ingredi prohibuerint.' Lib. IV. 15. 'Illi supplicia cruciatusque Gallorum veriti, quorum agros vexaverant.' Lib. VI. 43. 'Cæsar ad vexandos rursus hostes profectus.' Ubi Græcus interpres verbum *vexare* reddidit per δεινῶς κακοῦν, modo per δῃοῦν, modo per λῄζεσθαι. Cicero in Catilinam: 'Cum bello vastabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt.' Et in Verrem: 'Agros vectigales vexatos atque exinanitos a Verre; populatam vexatamque provinciam.' Gebhard.

Quæ regi portarentur, abripiebat] Portoria, ac reditus Regis intercipiebat. Et hanc interpretationem adjuvat Polyænus lib. VII. in Mithridat. Κώμας κατέσκαψε, κατέπρησε, φόρους ἥρπασε, λείαν ἤλασεν. Vel, quæ ad regios usus mittebantur, involabat: τοὺς κομίσαντας τὰ χρήματα συνέλαβε. Cicero in Verrem: 'Frumentum aversum a Republica, abreptum ab aratoribus.' *Idem.*

Datames, etsi longe aberat ab his regionibus, et a majore re abstrahebatur; tamen regis voluntati morem gerendum putavit] Quæritur heic, an Dux, qui magnam habet spem provinciæ bene administrandæ, revocanti recte pareat? Distinguendum est inter Duces seu præfectos exercituum a populo, dein a Rege, tum ab optimatibus præpositos. Populo revocanti, utpote mobili et ab invidis concitato suisque affectibus, publicam utilitatem posthabenti, bonus civis et patriæ amans non auscultat. De Fabio Ennius: 'Non ponebat enim rumores ante salutem.' De Epaminonda Nepos: 'Hic,' inquit, 'cum criminibus adversariorum omnes in invidiam venissent, atque in eorum locum alii prætores successissent; Epaminondas plebiscito non paruit, idemque ut facerent, persuasit collegis, et bellum, quod supererat, gessit: namque animadvertebat, ubi fecissent, totum exercitum propter imprudentiam inscitiamque belli periturum.' Rationem addo illam, quod res prospere gestæ facile turbas in animis vulgi a concionatoribus commotas discutiant atque componant, Populusque ad se reversus sua scita et placita damnet, et periculum auctori intentum remittat. Documento est idem Epaminondas, qui cum risu a judicio capitis maxima discessit gloria. Quare non recte fecit Alcibiades, qui nuncio ad causam dicendam domum citanti, cum

esset in magna expectatione res magnas gerendi, non parere noluit. A regibus revocatio, cum non parentibus exitium propositum sit, sine mora obediendum est, etiam si interrumpantur præclari conatus, et damni dedecus sequatur jubentem. Tacit. lib. XI. 20. 'Ideo Claudius adeo novam in Germanias vim prohibuit, ut referri præsidia cis Rhenum juberet. Jam castra in hostili solo molienti Corbuloni hæ literæ redduntur. Ille re subita, quamquam multa simul offunderentur, metus ex Imperatore, contemptio ex barbaris, ludibrium apud socios, nihil aliud prolocutus, quam, Beatos quondam duces Romanos! signum receptui dedit.' Claudianus lib. II. in Ruffin. vs. 192. 'Illa dies potuit nostris imponere finem Cladibus, et sceleris caussas auferre futuri. Invida, proh! quantum rapuit Fortuna triumphum. Inter equos interque tubas mandata feruntur Regis, et armati veniunt ductoris ad aures. Obstupuit; simul ira virum, simul obruit ingens Mœror, et ignavo tantum licuisse nocenti Miratur, dubios anceps sententia volvit Eventus; peragat pugnas, an fortia cœpta Deserat. Illyricis ardet succurrere damnis: Præceptis obstare timet, reverentia frangit Virtutis stimulos: hinc publica commoda suadent Hinc metus invidiæ: tandem indignatus.' Tacit. Ann. lib. IV. 23. 'Nec proconsul ejus anni, P. Dolabella, retinere ausus erat, jussa Principis magis, quam incerta belli metuens.' At optimatibus non sua libidine, sed legibus res patriæ administrantibus, illico parendum esse præit Agesilaus: quo exemplo optat Nepos Julium Cæsarem submisisse semet quoque legibus patriis. *Gebhard.*

Et a majore re abstrahebatur] A bello Ægyptio. *Lambin.* Mendose *a minore re*, Edit. Longoliana.

Imprudentem et imparatum] A Mss. abest *et imparatum.* In Eumene: 'Et quoniam imprudentem adoriri non posset.' Ibid. 'sperabat se imprudentem hostem oppressurum.' Vulgata lectio probari potest. In Ages. 'Quo factum est ut omnes imparatos imprudentesque offenderet.' *Savaro.*

Arma capit] Habuit Danielis Codex; *arma sumit.* Sic *sumere* etiam auctoribus frequentatum. Sed utrumque sane dicitur, nec in unius gratiam alterum ejiciendum. *Keuchen.*

Mithridati] Ariobarzanis filio, a quo postea per dolum et perfidiam interfectus est, ut infra cognoscemus. In nummis antiquis apud Eric. Memmium et Clem. Teveninum legitur Mithradates, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΠΑΤΩΡΟΣ. *Lambinus.* Quod non probo: Μιθραδάτης enim Græcum est, Mithridates, Latinum, *a* in *i*: ut Μασσαλία *Massilia*, Κατάνη *Catina*, Νόμαδες *Numidæ*, Ἄκραγας *Agrigentum*, et alia. *Bongars.*

Cap. 5. *Seipsum reprehendit*] Ita melius, quam in aliis, *deprehendit.* Apuleius Metamorph. VIII. 'Suaque reprehensa negligentia;' ad quem Nepotis locum contendit doctiss. Priceus. *Keuchen.*

Ad exercitum Acen] *Acæum* Lambinus, sibi tamen ut non satisfaceret, edendum curavit. Cæteri fere *acrem* propius a vera scriptura, quam esse *Acen* nullus dubito, monuitque et Jacob. Bongarsius ad Justin. et Rob. Titius Loc. Cont. lib. I. 7. Est autem Ace Phœniciæ civitas, Ptolemais postea dicta. Stephanus: Ἄκη, πόλις Φοινίκης. αὕτη Πτολεμαῒς ἐκαλεῖτο. Strabo lib. XVI. Μετὰ τὴν Τύρον ἡ Παλαίτυρος ἐν τριάκοντα σταδίοις. εἶθ' ἡ Πτολεμαῒς ἐστι μεγάλη πόλις, ἣν Ἄκην ὠνόμαζον πρότερον, ᾗ ἐχρῶντο ὁρμητηρίῳ πρὸς τὴν Αἴγυπτον οἱ Πέρσαι. Meminit et Harpocration. Suidas et Plinius. Infra eadem corrupta vox, rescribendumque, *cum jam ad exercitum Acen*

venisset. *Acho* in sacris literis vocatur, Judic. I. 18. et Joseph. bell. Jud. lib. II. 17. Rescribendum itaque in Hieron. Epistola ad Eustochium XXVII. 'Pervenit ad Ace, quæ nunc Ptolemais dicitur:' ubi vulgo *Coth* vitiose editur. *Schott.*

Gaza custos regia] Habebant Persarum Reges in singulis provinciis ærarium, ærariique præfectos. Et ita Curtius Bagophanem arcis et regiæ pecuniæ custodem memorat lib. v. Exstat Darii Epistola apud Josephum lib. XI. 4. qua sumptus ad templi Hierosolymitani constructionem *ἐκ τοῦ βασιλικοῦ Γαζοφυλακίου τῶν φόρων τῆς Σαμαρείας* suppeditari mandat. Apud eundem Josephum, ejusdem libri cap. 6. Xerxes Esdræ præberi jubet sacrorum sumptus *ἐκ βασιλικοῦ Γαζοφυλακίου*: eaque de re scripsisse se Præfectis ærarii Syriam et Phœnicem. Strabo lib. XV. Persarum Reges, licet Susa valde ornassent, nihilominus etiam coluisse Persepolin et Pasargada scribens, addit, illic gazam et thesaurum Regum fuisse. Pasargadis quoque Cyri prioris thesauros Arrianus III. scribit. Pecuniæ ergo, quæ thesauris inferebantur, Custodes habebant, qui *Γαζοφύλακες* vocantur a Josepho XI. et *Γαζοφυλακοῦντες* a Diodoro Siculo lib. XVII. *Brisson.*

Namque eam esse consuetudinem Regum] Id volunt quoque verba Julii Classiciani apud Tacit. Annal. lib. XIV. 38. 'Simul in urbem mandabat, nullum præliorum finem exspectarent nisi succederetur Suetonio: cujus adversa pravitati ipsius, prospera ad fortunam Reipubl. referebat.' Similiter fere Sallustius Hist. lib. II. 'Adhoc rumoribus adversa in pravitatem; secunda in casum; fortunam in temeritatem declinando corrumpebant.' Ita propemodum Populus, et de Carthaginensi Val. II. 7. 'Quod bene gesserant, Deorum immortalium adjuterio; quod male commiserant, ipsorum culpæ imputantes.' *Gebh.* Locum explicat Justus Lipsius in Not. ad Polit. lib. III. 2. *Eam esse consuetudinem regum*] In optimis Excerpt. *regiam*: ut Miltiadæ et Themist. 'cum classiariis regiis;' ubi tamen *regis* in iisdem schedis. *Keuch.*

Quod quibus rex maxime obediat] Non cepit hunc locum Lambinus, utpote qui in monumentis veterum attendebat potius verba, quam rerum majestatem. Exponit enim *obedire* hoc loco videri idem valere, quod *πείθεσθαι*, credere et fidem habere, sequi alicujus consilium et fidem. Nugæ. Ingenium et conditionem regum *ἐκκαλύπτεται*, inque scenam producit Pandates, qui inane tantum nomen possident, reipsa autem sunt subjecti atque obediunt vel uxoribus, vel spadonibus, vel alii cuidam nebuloni, qui Principem con *αὐτόματον*, quo volunt, impellunt. De eadem re in eundem modum loquitur Diodor. lib. XVII. Ἀνεῖλε δὲ Βαγώας καὶ τοὺς ἀδελφοὺς [Arsis,] ὄντας νέους παντελῶς, ὅπως μονωθεὶς ὁ νεανίσκος μᾶλλον ὑπήκοος αὐτῷ γένηται. De ejusdem Bagoæ Eunuchi potentia idem lib. XVI. Ὁ δὲ Βαγώας ἐν ταῖς ἄνω σατραπείαις ἅπαντα τῷ βασιλεῖ διῴκησε, τοσοῦτον ἴσχυσε διὰ τὴν πρὸς τὸν Μέντορα κοινωνίαν τῶν πράξεων, ὥστε τῆς βασιλείας κύριος εἶναι, καὶ μηδὲν πράττειν τὸν Ἀρταξέρξην ἄνευ τῆς ἐκείνου γνώμης. Καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν τοὺς διαδόχους ἀεὶ βασιλείας οὗτος ἀπεδείκνυε, καὶ πάντα βασιλέως εἶχε πλὴν τῆς προσηγορίας. Quid autem est aliud μηδὲν πράττειν ἄνευ γνώμης hujus vel illius, quam obedire? quam esse mancipium vilissimi tenebrionis, quem rex ipse ex infimis sordibus produxit? aut ut Justinus loquitur lib. XIII. 2. 'sub persona regis indignorum subjici imperio?' Apud Tacitum Claudius obtemperabat Agrippinæ Annal. lib. XII. 59. Item libertis: Juvenalis Sat. XIV. 'Indulsit Cæsar cui Clau-

dius omnia, cujus Paruit imperiis uxorem occidere jussus.' Nero eidem Agrippinæ Ann. lib. XIII. 6. Apud Nepotem Philippus Aridæus Eurydicæ uxori, in Phocione. Vid. Justin. lib. XIII. 2. Apud Tacit. iterum aula Parthica et novo rege potiebatur Abdageses Annal. lib. VI. 43. Galba obnoxius erat T. Vinio, Laconi et Icelo Hist. lib. I. 13. quos ideo nunquam non adhærentes pædagogos vulgo appellabant. Suet. cap. 14. Ptolomæus Jubæ filius libertis Ann. lib. IV. 23. m. Apud Zonaram Tom. III. Nicephoro Botoniatæ imperatori imperant pro libidine miscentes omnia Borilus et Germanus servi. Audiamus Plinium, qui huic loco luculentam accendit facem Panegyr. cap. 88. 'Plerique principes, cum essent civium domini, libertorum erant servi: horum consiliis, horum nutu regebantur; per hos audiebant; per hos loquebantur; per hos præturæ etiam et sacerdotia et consulatus, imo et ab ipsis petebantur.' Dein Tacit. Annal. lib. XII. 3. f. 'Sed nihil arduum videbatur in animo principis, cui non judicium, non odium erat, nisi indita et jussa.' *Gebh.*

Mandroclem] Legendum potius *Androclem*; quam *Andredem*, aut *Mandredem*, aut *Mandroclem*, quæ reperiuntur in aliis editionibus. *Lambin.* Nam *Mandroclem*] Multis locis *d* pro *cl* scriptum invenio in editionibus. Nam *Mandredem* exhibet Longoliana pro *Mandroclem*: ut apud Agellium lib. V. 14. *Andredus* vulgo pro *Androclus*. Sic *Menedides* pro *Meneclides*, cum Plutarcho sit et Græcis Μενεκλείδης, in Epaminonda. *Keuchen.*

Paphlagoniam] Cujus Regem Thyum ceperat, et ad Regem Artaxerxem captivum duxerat. *Lambin.*

Ariobarzane] Qui a Rege multo ante defecerat. Diod.

CAP. 6. *Pisidas*] Discrepat a Probo Diodorus lib. XV. Tradit enim ille, Persas duce Artabazo, in Cappadociam, quam tenebat Datames, invasisse: Datamen vero magno cum exercitu ei obviam venisse: Ἀρταβάζου γὰρ τοῦ βασιλέως στρατηγοῦ μετὰ πολλῆς δυνάμεως ἐμβαλόντος εἰς τὴν Καππαδοκίαν, ὁ μὲν ταύτης τῆς χώρας σατράπης Δατάμης ἀντεστρατοπέδευσεν αὐτῷ, πολλοὺς μὲν ἱππεῖς ἠθροικὼς, δισμυρίους δὲ πεζοὺς μισθοφόρους ἔχων αὐτῷ συστρατεύοντας. *Lambin.*

Filium ejus Arsidæum] Sic Savaro, et scripti Codices, *Arsidæum*. Quod nomen etiam inter Alexandri Magni associas reperias. Long. *Arridæum*; Schott. et Lamb. *Arridæum*. Justin. cum duplici *d* scribit, ut sit *Arriddæus*.

Celans quantum vulnus accepisset, &c.] Verissime: nam clades suorum animos affligit, ac tardiorem exercitum reddit. Idcirco prudentes duces clades et adversitates semper texerunt, ne animi conciderent militibus, et augerentur adversariis, pœna quandoque mortis dicta, qui acta vulgasset. Curt. lib. VII. 51. 'Cecidere eo prælio peditum duo millia, trecenti equites; quam cladem Alexander sollerti consilio texit, morte denunciata iis, qui ex prælio venerant, si acta vulgassent.' Cæsar Civil. lib. II. 31. 'Uti corporis vulnera, ita exercitus incommoda sunt tegenda, ne spem adversariis augeamus.' Contra Varro auxit rerum suarum suique contemptum nimis detegendo cladem denudandoque. Vide Liv. lib. XXIII. 4. Front. lib. II. 7. Cæterum eo modo loquitur Cicero: 'Quid est, quod animum meum frangere aut debilitare possit?' In Antonium: 'Utrum hoc est confirmare militum animos, an debilitare virtutem?' *Gebh.*

Ad hostes transfugit] Ἀποστὰς γυκτὸς μετὰ τῶν ἱππέων ἀφίππευσε πρὸς τοὺς πολεμίους. Diodor. XV.

Si in turbam exisset] Si pervulgatum esset. Sueton. Galba, cap. 20.

'Quod ante paucos dies exierat in vulgus.' Sic in Nerone cap. 53. 'Exiit opinio,' pro pervulgata est. *Gebh.*

Se relictum esse] *Iri* Longol. utramque vocem *iri* et *esse* scriptus liber et Ultraj. omittunt. *Schott.* Cæterum verbum *relinquere* heic usurpat pro deserere. Ita Tacit. Ann. lib. XIV. 56. 'Non tua moderatio, si reddiderit pecuniam; nec quies, si reliqueris Principem: sed mea avaritia, meæ crudelitatis metus in ore omnium versabitur.' Idem Histor. lib. IV. 77. 'Ite, nunciate Vespasiano, vel, quod propius est, Civili et Classico, relictum a vobis in acie ducem.' Front. lib. II. 7. 'Annibalem venientem in Italiam tria millia Carpetanorum reliquerunt.' Justin. lib. XXII. 8. m. 'Bis se a rege suo in mediis hostibus relictos proclamantes.' Paterculus lib. II. 84. 'Multa, inquit Coponius, mehercules fecit Antonius pridie quam tu illum relinqueres.' Curtius lib. VII. 'Postquam adventare Alexandrum compertum est, in suos quisque vicos dilapsi Bessum reliquerunt.' Respondet Græcorum *καταλείπειν*. Polyæn. lib. I. Polydor. *αὐτόμολον ὑπέπεμψεν ἀγγέλλοντα ὅτι στασιάζουσι δὴ καὶ καταλείψουσιν ἀλλήλους.* Verum et antiquissimi ita loquebantur. Ennius Cresphontes: 'Sin est probus, Cur talem invitum invitam cogis linquere?'

In vulgus edit, suo jussu] Frontinus lib. II. 6. longe diversa de hoc strategemate habet: 'Datames,' inquit, 'dux Persarum adversus Autophradaten in Cappadocia, cum partem equitum suorum transfugere comperisset, cæteros omnes venire secum jussit, assecutusque transfugas, laudavit, quod eum acriter præcessissent, hortatusque est eos, ut fortiter hostem adorirentur. Pudor transfugis attulit pœnitentiam; et consilium suum, quia non putabant deprehensum, mutaverunt.' Hactenus Frontinus. *Mag.* Geminum est strategema Tulli Hostilii cum Metio Fufetio in Livio lib. I. Scriptor de Vir. illust. cap. 4. Val. Maxim. VIII. 4. Frontinus lib. II. 5. I. *Schott.*

Hac re probata exercitum educit] Locum hunc emendavit ad Livium suum eruditissimus Gronovius.

Qui dum ad hostes] Sic Schottus. Lambinus nimis audaciter duas voces intrusit *tantum quod.* Magius *qui tum:* alii *qui vixdum* faciunt: Ultraj. *qui tantum non.* Schott.

Compositoque fecisse] Composita et comparata prius inter se fraude. Sic 'componere' Tacit. Ann. lib. III. 40. 'Ii secretis colloquiis, ferocissimo quoque adsumpto, aut quibus ob egestatem ac metum ex flagitiis maxima peccandi necessitudo, componunt, Florus Belgas, Sacrovir propiores Gallos concire.' Vide nostra ad Tacitum. Accius Agamemnone: 'Sic quorum animus atroci junctus militia est, Composita dicta e pectore evolvunt suo; Quæ cum componas, dicta factis discrepant.' *Gebhard.*

CAP. 7. *Schismas*] Credo potius membranis nominantibus *Sisynas.* Nam Persicis nominibus hoc propius est. *Gebhard.*

Maximus natu] In Agesil. 'primum ratio habebatur, qui maximus natu esset ex liberis ejus.' Mss. *Maximo natu:* quæ lectio temere rejicienda non est. *Savaro.*

Forti ac strenuo] Horatius Epist. lib. I. 7. 'Strenuus ac fortis.' *Lambinus.* Conjungit quoque Epaminonda: 'Pelopidas vir fortis ac strenuus.' *Gebhard.*

In quo Ciliciæ portæ] Cilicia tres memorabiles angustias habet. Quarum prima adeo arcta, ut formam portarum referat, unde Græcorum *πύλαι.* Secunda non procul distat ab Isso, qua per Amani montis portas, unde Amanicæ dictæ, aditur in Sy-

riam. Tertia circa sinum Issicum est. *Geographi.* Vide Plin. lib. v. 27. Eustath. ad Dionys. vers. 585. Polyb. xii. 8. Cicer. Epist. Fam. xv. 4. Curt. iii. 4.

Quin ancipitibus locis premeretur] Supra Themistocle: 'Ancipiti premerentur periculo.'

Cap. 8. *Tamen statuit congredi*] Lambin. *satius* de suo addidisse ait, Græcorum exemplo (qui μᾶλλον). Latini *potius* vel *magis* exaudire solent, ut hoc loco membranæ nostræ et Gifanii fidem faciunt omnesque editiones extra Lambinianam, observat Muretus ad Eunuchi prolog. e Nonio Marcello exemplisque illustrat comici illud: 'Si quisquam est qui placere se studeat bonis Quam plurimis.' Plura congessit Antonius Augustin. Emend. lib. vi. 8. *Schott.*

Quos illi Cardaces appellant] *Gardates* noster, editique omnes vitiose. Rectius *Gardacas* Gifanii Codex, rescribendumque *Cardacas* veterum auctoritate Græcorum. Hesych. obscure: Κάρδακες οἱ στρατευσάμενοι βάρβαροι ὑπὸ Περσῶν εἰς Ἀσίαν. οὕτω καλοῦσι τοὺς στρατιώτας, ἀπὸ ἔθνους ἢ τόπου. Strabo lib. xv. Καλοῦνται δὲ οὗτοι Κάρδακες ἀπὸ κλοπίας τρεφόμενοι. Κάρδα γὰρ τὸ ἀνδρῶδες καὶ πολεμικὸν λέγεται. Meminit et Arrianus lib. ii. de gestis Alexandri, et Pausanias. Ammonius item, sive Philoponus, is est περὶ διαφόρων λέξεων. Κάρδαξ δέ τις ἐκαλεῖτο στρατιώτης: Plura Eustathius ex Ælio Dionysio, ac Theopompo, itemque Cæl. Rhodiginus lib. xviii. 1. *Schottus.* Scripsit Nepos, nisi me animus fallit, non *Gardates*, sed *Cardaces.* Brisson, l. iii. de Regno Persarum.

Tria funditorum] Tria funditorum millia. *Lambin.*

Cappadocum octo] Cappadocia Asiæ minoris regio, quam Strabo in duas satrapias a Persis divisam tradit; in eam quippe, quæ Magna dicitur et Cappadocia ad Taurum: et alteram, quæ Pontica vocatur et Pontus, quam Arias Montanus ex Onkelo esse docet Hebræorum Caphthorim. Ab occasu minorem Armeniam claudit: a septentrione longo littore in Euxinum expanditur: a meridie angusto excursu Ciliciam attingit; ut ab occasu rursus Galatiam et reliquam Paphlagoniam finit: ab oriente magnam habet Armeniam juxta Euphratem. *Geographi.*

Armeniorum decem] Quæ gens fuit admodum populosa. Nomen accepisse creduntur ab *Aram*, filio Sem. Vel a montibus, qui regionem circumquaque cingunt. Etenim הר Hebræis *mons* est.

Paphlagonum quinque] Quorum regio Asiæ minoris, olim etiam Palæmenia dicta, Homero incognita.

Phrygum decem] Ex majore nimirum Phrygia, inter Galatiam et Lydiam sita.

Lydorum quinque] Lydia, Asiæ minoris regio antiquis Geographis. Vide Ortelium.

Aspendiorum] Pamphyliæ populi Aspendii, ab Aspendo ejus provinciæ oppido, ad fluvium Eurymedonta sita. *Gebhard.*

Pisidarum] Vide Plinium lib. v. 32.

Cilicum] Cilicia, Asiæ minoris regio, Joseph. *Tharsus*, Hebræis *Chelab*, teste Ar. Montano. Hodie *Turcomania* et *Finickia*, ut refert Marius Niger. Isidoro videtur dicta a Cilice quodam, quem ortum Phœnice, Jove ipso antiquiorem fuisse tradunt.

Captianorum] *Caspianorum* vereor ne sit reponendum, (ignoti enim hi:) de quibus Strabo l. xi. ἔστι δὲ τῆς Ἀλβανῶν χώρας, καὶ ἡ Κασπιανὴ τοῦ Κασπίου ἔθνους ὁμώνυμος. Stephanus in voce Κασμία. Sed hoc non probat Ortelius, hanc ob causam, quod cæteri populi, quos Nepos illo loco recenset, omnes in Asia minore sint. *Gebh.*

Namque hujus partem non habebat vigesimam militum] Locum explicat ad Vegetium Stewechius, lib. III. cap. 9.

Quibus fretus conflixit] Duo ipsius strategemata commemorat Polyænus lib. VII.

Quam ob causam postero die tropæum posuit, quo loco pridie pugnatum] De Græcorum tropæis res est notissima. Testatur autem Diod. lib. XIII. Veteres Græcos non nisi διὰ τῶν τυχόντων ξύλων voluisse erigi tropæa, ne essent odia immortalia. Plutarchus quoque ait, parum apud Græcos probatum fuisse eorum factum, qui primi e lapide aut ære tropæum erexerunt. Vide etiam quæ scribit Cicero II. de Invent. de tropæo æneo, quod Thebani victis Lacedæmoniis in finibus suis statuerunt. *Casaub.* Vide Alexand. ab Alexand. lib. I. 22.

CAP. 9. *At rex, quod implacabile odium*] Hoc Diodorus valde breviter retulit, quod Probus multis verbis persecutus est. Diodorus: 'Ο δὲ βασιλεὺς Ἀρταξέρξης πιθόμενος τὴν στρατηγίαν τοῦ Δατάμου καὶ σπεύδων ἄρασθαι τοῦτον, δι' ἐπιβουλῆς αὐτὸν ἐδολοφόνησεν. Sic autem Cicero dixit, 'implacabiles iracundias,' Epist. ad Quint. Frat. 1. et Probus 'implacabile odium.' Et idem Probus, 'suscipere odium;' ut Cicero, 'suscipere inimicitias.' *Lambin.*

Insidiis interficere] Δολοφονεῖν. Diodor. *Lambin.* Solenne hoc regibus sceleris artificium est, eos, quorum copiam aperta vi desperant, immissis percussoribus trucidandi. Diodor. lib. XV. Γαὼς ὁ ναυαρχήσας τῶν Περσῶν ἐν τῷ Κυπριακῷ πολέμῳ, ἀποστάτης ὢν τοῦ βασιλέως, καὶ τούς τε Λακεδαιμονίους καὶ τὸν Αἰγυπτίων βασιλέα παρακεκληκὼς εἰς τὸν πρὸς Πέρσας πόλεμον, δολοφονηθεὶς ὑπό τινων οὐ συνετέλεσε τὴν προαίρεσιν. *Gebhard.*

De quibus quod inimici detulerant neque credendum neque negligendum putavit] Nempe amicorum Datamis inimici. Poterat enim cogitare eos tantum id agere, ut in suspicionem ac periculum ab obtrectatoribus adducerentur, sicque se vindicta explerent. Val. Maxim. lib. III. 8. Ext. 1. 'Enim vero tunc ille proclamat, se in conspectu Ducis adversus eum sollicitari: quod quia et incredibile videbatur, et ad unius tantum aures penetraverat, et dictabatur ab inimico, veritas fide caruit.' Hieronymus adversus Ruffinum: 'Professæ inimicitiæ suspicionem habent mendacii.' Insidiarum autem indicium a qualibuscunque delatum, spernendum non esse monent Prudentiæ consulti. Curt. l. VI. 49. 'In suo quemque periculo magnum animum habere, cum de salute regis timeretur, credulos esse debere; vana quoque deferentes admittere.' Tacit. Ann. l. II. 40. 'Cum Tiberium anceps cura distrahere, vine militum servum suum coërceret, an inanem credulitatem tempore ipso vanescere sineret. Modo nihil spernendum, modo non omnia metuenda, ambiguus pudoris ac metus, reputabat.' Ann. lib XV. 51. 'Sed Epicharis in custodia retenta est, suspectante Nerone, haud falsa esse, etiam quæ vera non probabantur.' Ideo qui comparatarum in caput principis insidiarum indicia supprimebant, rei capitis erant, tanquam silentio saluti Principis nocuissent. Curt. lib. VI. 47. 'Caballinus ultimum supplicium meritus, si in caput meum præparatas insidias biduo texit.' Polyæn. in Dionysio Comm. lib. V. 4, Διονύσιος τὸν μὲν Ἀνδρῶνα προσέταξεν ἀναιρεθῆναι, ὅτι εὐθὺς αὐτῷ καταπλεύσαντι μὴ τοῦτο ἐμήνυσε. *Idem.*

Futuras insidias illi dixerant] P. Daniel testatur libris veteribus abesse verbum *evenire* post *insidias*. At Schottus membranis suis agnosci profitetur. Utramque et *futuras* et *evenire* suppositítium censeo. Nam cum

exscriptorum quidam aliquid abesse suspicarentur; hi *futurus*, illi *evenire*, isti utrumque vocabulum intruserunt. *Idem*.

Ornatus vestitu militari] Magna hoc loco varietas in libris scriptis. Mihi non absurda videtur, quam scripturam excerpta P. Danieli attestantur, *Ipse autem ornatu vestituque militari*. Nam neque insignibus, neque vestitu Imperatorio usus est. *Gebh.* Liber Schott. absque copula *que:* editi quatuor *ornatus vestitu militari*. Ultr. *ipse autem ornatu militari*. Schott.

Corporis custodes] Σωματοφύλακας. Vide quæ de his supra ad Pausaniam notavimus. Hujusmodi cohortes Regem circumquaque sequebantur, quibus stipatus ab incurrentibus periculis liberabatur.

Decepti ordine atque vestitu] Hanc historiam refert et Polyæn. lib. VII. his verbis: Δατάμης μαθὼν ὡς ἐπιβουλεύοιτο ὑπὸ στρατιωτῶν ἰδίων ἐν Ἀσπενδίῳ πεδίῳ μέλλων συμβάλλειν πολεμίοις, ἄλλον διεσκεύασε τῇ αὑτοῦ πανοπλίᾳ, ἐν ἄλλῃ δὲ αὐτὸς ἐκινδύνευσεν· οἱ δὲ ἐπιθέμενοι ἐγνώσθησαν ὑπὸ τοῦ σχήματος ἐξαπατηθέντες. *Lambin.*

Qui suppositus erat] Legi etiam posset, *supposititius*, ὑποβολιμαῖος. *Schot.* Frustra. M. Tullius in Verrem: 'Ut ille suppositus facile, et libenter se illum, qui non erat, esse simularet.' *Gebh.*

Conflixi ceciderunt] Malo hoc quam Schotti *conciderunt*, ut vitetur alliteratio. *Idem.*

CAP. 10. *Namque is pollicitus est regi*] Polyænus tradit, Mithridatem hoc jussu Regis fecisse, l. VII. Μιθριδάτῃ βασιλεὺς προσέταξεν ἀποστάντα Δατάμην κτεῖναι ἢ ἄγεσθαι. Vide sequentia.

Fidemque de ea re more Persarum dextra dedisset] Supra in Themistocle: 'Inde non prius egressus est; quam rex eum data dextra in fidem reciperet.' Curt. lib. VIII. 'Lætus simplicitate Barbari dextram fidei suæ pignus dedit.' De hoc ritu doctissimus Brissonius in Persicis. *Schot.* In toto pene orbe ἔθος ἐπὶ πίστει καὶ συνθήκαις βεβαίαις τὰς δεξιὰς διδόναι ἀλλήλοις, inquit auctor Scholiorum in Aristoph. Nub. At apud Persas fides dextra data omni juramento sanctior ducebatur atque observabatur. Diodor. lib. XVI. Εἰπόντος δὲ τοῦ Θετταλίωνος ὡς καὶ δεξιὰν λαβεῖν ὁ Μέντωρ ἠξίωσεν, ἐπὶ τούτοις ὁ μὲν βασιλεὺς ὀργισθεὶς ὡς οὐ πιστευόμενος παρέδωκε τὸν Θετταλίωνα τοῖς ὑπηρέταις, καὶ προσέταξεν ἀφελεῖν τὴν κεφαλήν. Ἐπεὶ δὲ ἀπαγόμενος ὁ Θετταλίων ἐπὶ τὴν τιμωρίαν τοσοῦτο εἶπεν, ὅτι σὺ μὲν, ὦ βασιλεῦ, πράξεις ὃ θέλεις, ὁ μέντοι Μέντωρ δυνάμενος ἅπαντα καταπράξαι διὰ τὸ μὴ δοῦναι τὴν πίστιν, οὐδὲν μὴ συντελέσει τῶν ἐπηγγελμένων. Πάλιν ἀκούσας τούτων μετενόησε, καὶ μετακαλεσάμενος τοὺς ὑπηρέτας ἀφεῖναι προσέταξε, καὶ τὴν δεξιὰν ἔδωκε τῷ Θετταλίωνι. Ἔστι δ' ἡ πίστις αὕτη βεβαιοτάτη παρὰ τοῖς Πέρσαις. Curt. lib. VI. 20. 'Nec dubitabat Alexander fidem, quo Persæ modo accipiebant, dare: inviolatum, si venisset, fore.' Illud autem non satis assequor, an Reges præsentibus, quibus fidem suam obstrictum ibant, dextram dextra jungerent, an verius dextræ simulacrum donarent, sic in eum usum more gentis fabrefactum. Junxisse dextras dextris præsentibus colligo ex loco Josephi, Ὁ δὲ, inquit, Ἀρτάβανος τούς τε πατρῴους θεοὺς ἐπώμνυτο, μηδὲν κακὸν δράσειν αὐτοὺς, καὶ τὴν δεξιὰν ἐδίδου, ὅπερ μέγιστον παρὰ πᾶσι τοῖς ἐκείνῃ βαρβάροις παράδειγμα τοῦ θαρσεῖν γίνεται τοῖς ὁμιλοῦσι. Quomodo vero absentibus fidem dextra dabant? Num per eos, qui ad eam accipiendam missi? Stabilire hoc videtur Xenophon lib. VI. Cyropæd. μόνον καὶ σὺ ἡμῖν θεῶν τὰ πιστὰ ποίησον, δεξιάν τε δὸς, ἵνα φέρωμεν καὶ τοῖς ἄλλοις ταῦτα, ἅπερ ἂν αὐτοὶ λάβωμεν παρὰ σοῦ. Polyæn. lib. VII. Δεξιὰν αὐτοῖς ἔπεμψε

νόμῳ Περσικῷ. Clarius Justin. lib. XI. 15. 'In quam rem unicum pignus fidei regiæ dextram se ferendam Alexandro dare.' *Gebh.*

Hanc ut accepit] Malim legere, ceteris jugulatis: *Hanc ut accepit, copias parat, et absens amicitiam cum Datame facit.* Sed Cl. Barthius Adv. lib. LII. 14. Aldi lectionem probat; *Hanc ut recepit a Rege missam.* Gebh. *Accepit*] Ms. meus et Gifanii, *recepit.* Col. Paris. Ven. et Ald. *Hanc ut recepit a rege missam.* Savaro.

Amicitiam cum Datame facit] In Alcib. 'Lacedæmonii cum Perse rege amicitiam fecerunt.' Supr. in Datam. 'Clam. cum Ariobarzane facit amicitiam.' *Savaro.*

Magnas prædas capit] Lambinus, *agit.* Sed *capit* retineo, veteribus libris editisque omnibus adstipulantibus, invito Lambino. Auctores dabo. Plautus Truculento: 'prædam de prædonibus capere.' Et M. Tullius pro Domo sua: 'Capta crudelissime ex fortunis præda.' *Schottus.*

Se infinitum adversus Regem suscepisse bellum] Irreconciliabile, et alterutrius exitio terminandum, ἀδιάλυτον, vel δῆριν ἀπειρεσίην. Homero. *Gebh.* Atqui nondum bellum susceperat, ut apparet ex iis, quæ paucis post versibus sequuntur. Ibi: 'Certiorem facit Datamen, tempus esse majores exercitus parari, et bellum cum Rege suscipi.' Quare legendum hic arbitror, *persuasit homini* [id est, Datami] *se infinitum adversus regem suscepisse odium:* quomodo supra locutus est, 'quod implacabile odium in Datamen susceperat;' et infra non longe: 'sed odio communi, quod erga Regem susceperat.' *Lambin.*

Neque colloquium ejus petivit] Ut se suspectum, et Datamen tentando cautionem faceret. Colloquio autem et pacis faciendæ imagine plurimos decipi, nosse poterat vel modico rerum usu instructus. Notus est Cornel. Asina ex Flor. lib. II. 2. Polyæni lib. VI. Hirt. lib. VIII. 23. Commitum Cæsar, 'quia non arbitrabatur vocatum in castra venturum, ne tentando cautiorem faceret, C. Volusenum Quadratum misit, qui eum per simulationem colloquii curaret interficiendum.' De Coty per Rhescuporim, fraude petiti colloquii, oppresso, locus est memorabilis apud Tacit. Ann. lib. II. 65. Val. Maxim. lib. IX. 6. 'Cn. Domitius Bituitum Arvernorum regem per colloquii simulationem arcessitum vinxit, et Romam navi deportandum curavit.' Sic triginta Tyranni Athenis ejecti, jamque molem belli cientes, cum magno demum labore, et ancipiti periculo palam ac vi aperta compesci vix posse viderentur; 'ad colloquium, veluti dominationem recepturi, progressi, per insidias comprehensi, ut pacis victimæ, trucidantur.' Justin. lib. V. 10. Hermeas Atarnensium tyrannus defecerat ab Artaxerxe, ac plurima munita castella atque opida invaserat. Huic pollicitus Mentor, se regem adducturum, ut veniam præteritorum daret, ad colloquium pertrahit, ac deceptum comprehendi jubet. Cæterum potitus annulo, et scriptis ad civitates literis, quibus Hermeæ nomine denuntiat, reconciliatum esse opera Mentoris regem, signum ejus impressit, una missis, qui munimenta reciperent. Qui in urbibus præsidia agitabant, de literis nil dubitantes, prompto animo pacem amplexi sunt, illicoque munimenta atque urbes tradiderunt. Diodor. lib. XVI. Sensit hanc fraudem Nehemias cap. 6. vers. 2. Καὶ ἀπέστειλε Σαναβαλλὰτ καὶ Γησὰμ πρὸς μὲ, λέγων, δεῦρο καὶ συναχθῶμεν ἐπιτοαυτὸ ἐν ταῖς κώμαις ἐν πεδίῳ 'Ωνώ· καὶ αὐτοὶ λογιζόμενοι ποιῆσαί μοι πονηρίαν. *Gebhard.*

CAP. 11. *De qua re*] Præfert Schottus, *deque ea re, si ei videretur, quo loco vellet in colloquium veniret.* Idem.

Qui explorarent atque ipsos scrutarentur mittunt] Nullum colloquium unquam commissum sine excussione, seu scrutatione, antiquitus fuit, ne quis sicam aliudve telum occulto abditum loco stringeret. Quod Latini *scrutari*, *prætentare*, atque *excutere*, Græci ἐξερευνᾷν, ἐκσείειν, et ἐκτινάσσειν appellant. Vide Sueton. Claudio c. 35. Scrutatio autem ista fiebat per delectos invicem utriusque partis; verbi gratia: Datami delectus excutiebat Mithridatem; et contra hujus explorator Datamen. Isti officio destinatos Polyænus vocat ἀγγέλους, qui non solum vestes pertrectabant, sed penitus detrahebant. Docet me hoc Polyæn. in Iphicrate Comment. lib. III. 40. Ἰφικράτης ἐν Θεσσαλίᾳ καὶ Ἰάσων ὁ τύραννος πλησίον ποταμοῦ σπείσασθαι βουλόμενοι, δι' ἀγγέλων ἠρεύνησαν ἀλλήλους, καὶ τὰ σώματα ἐγύμνωσαν. Et in Mithridate Comm. l. VII. 1. Ἄμφω δὴ τότε συνηλθέτην γυμνὼ διαλεξαμένω περὶ ὧν χρῄ. Justin. lib. XXXVIII. 1. 'Solicitato juvene ad colloquium, cum ferrum occultatum inter fascias gereret; scrutatori ab Ariarathe regio more misso, curiosius imum ventrem pertractanti ait cavere, ne aliud telum inveniret, quam quæreret.' Sic Pædagogus Sarpedon Catonem ad Sullam semper excussum adduxit. Val. III. 1. 2. Imo ex perpetuo metu Alexander Phereus, non prius se lecto uxoris Thisbes committebat, quam a stipatoribus diligenter esset scrutatus. Item Dionysius superior neutrius unquam sive Aristomaches Syracusanæ sive Chloridis Locrensis, nisi excussæ complexum petiit, ut refert idem lib. IX. 13. *Gebhard.*

Ubi telum erat positum] Quod Lambinus hic Nepotem, male vocabulo *teli* usum arguit, non intelligo quid velit. Ait: 'Gladii non sunt tela: neque gladiorum appellatione tela continentur.' Certe gladios tela esse, id est, contineri sub telorum vocabulo, notius quam ut hic ostendi debeat; quidni igitur *gladius telum* appellaretur? cum et pugio, et quod genus armorum non sub *telis* comprehendatur. *Boecler.* *Ubi telum erat positum*] Melius *impositum*; unde *impostum* quidam veterum. Et sic in Excerptis. Nam *postum*, *impostum*, *repostum* crebra sunt tam historicis quam Poëtis. *Telum* autem pro gladio dixit. Quæ vox πανδέκτης apud ICtos. Et sic Homerus ὅπλα Iliad. IV. ἀντὶ τῶν χαλκευτικῶν ἐργαλείων. *Keuchen.*

Quem quum digito monstraret] Totam hanc narrationem habet Polyænus lib. VII. sed aliis quibusdam circumstantiis.

XV. EPAMINONDAS.

CAP. 1. *Epaminondas*] *Epaminundas* per quintam vocalem in Mss. constanter scribi equidem miror. Græci enim per ω. *Schottus*. EPAMINONDAM memorat Plutarchus in Pelopida et passim. Diod. Sic. XV. Xenophon VI. et VII. Hist. Græc. Pausanius in Arcadicis. Ælian. Var. Hist. et Cicero sæpius. Polyæn. II. Frontinus sæpe. Justinus VI. 4. Item VI. VII. et VIII. Val. Max. III. 2. ext. 5. 3. 7. *Boecler*. Adde Suidam in voce 'Επαμινώνδας, et ibid. Notas Æmilii Porti. *Ernst*. Nummus penes me est elegantissimus, in cujus antica parte caput Epaminondæ cum literis: ΕΠΑΜΙΝΩΝΔΑΣ ΘΗΒΑΙΟΣ. In postica, Figura militaris ad arma sedens, ac sinistra lauream tenens: ante eam columna, cui galea imposita et serpens circumvolvitur, cum armis: subtus ΚΑΤΑ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝ. *Bosius*.

Polymni filius] Ælianus lib. XI. Var. Hist. Polymnidis. Lamb. libro II. ejus pater vocatur Πολύμνις· lib. vero XI. 9. Πόλυμνις. Adeo ut mihi subolescat Nepotem Latina terminatione formasse Græcum, sicut supra in *Neoclus* pro *Neocles*, et infra *Proclus* pro *Proclis*. Item *Periclus* pro *Periclis*. Gebh.

Præcipienda videntur lectoribus] Arguit μνημονικοῦ ἁμαρτήματος Nepotem H. Magius; quoniam eadem in Præfatione scripta reliquerit. At in mentem ipsi venire debuerat, Præfationem demum Nepoti absolutis omnibus Illustrium Virorum vitis fuisse elaboratam. *Gebhard*.

Ne alienos mores ad suos referant] Ne mores alienos sive alienæ gentis metiantur atque æstiment ex suæ civitatis aut gentis moribus. *Gebhard*. Sed considerent, omnia majorum institutis et patriis moribus judicari, et alia aliis populis esse honesta ac turpia, ut dictum est in Proœmio. *Lamb*.

Musicen nostris moribus] Romanorum moribus, olim cantare, etiam ingenuis licet privatis hominibus, indignum visum est, teste Macrobio Saturn. II. 10. quidni Principibus? De Principe Nerone Tacitus Ann. XIV. 14. 'Nec minus fœdum (illi) studium, cithara ludicrum in modum canere, cum cœnaret.' Non ab omnibus tamen Romanis inter turpia habitum fuisse Macrobius d. l. in aliquot exemplis ostendit. *Lesc*. Quibus adde Romanos principes Antoninum Philosophum, et Alexandrum Severum, quos musica imbutos fuisse atque cantasse optime, ex ipsorum vitis cognoscimus. De Nerone Sueton. c. 20. et Lips. ad d. l. Taciti. Ceterum musicen principi moderate tractandam esse, docent Lipsius not. ad polit. I. 10. 17. Fr. Patritius de regis et regni inst. II. 15. alii. *Bosius*.

Saltare etiam in vitiis poni] Vide quæ ad Præfationem notavimus. Saltationem Romanis indecoram fuisse, pluribus locis innuit Cicero; pro Murena, pro Plancio, et aliis. Quod de quibusdam ejus generibus, non de omnibus accipiendum. Nam Pyrrhicen aut virilem infamem fuisse negat Quintilianus lib. I. 11. *Keuchen*.

Quæ omnia apud Græcos] Aristotelem adi, Polit. VIII. 2. 5. 6. et 7. et Meursium lib. De orchestra Græcorum.

Quæ plurimis omnium anteponuntur virtutibus] Immittenda præpositio *a*, ut sententiæ ambiguitas evitetur.

Notarunt quoque P. Daniel, Savaro, et Schottus. Diodor. lib. xv. Ἐκλέτας καὶ πράξεις ἐπιφανεστάτας συνετέλεσε. *Gebhard.*

CAP. 2. *Patre, honesto genere*] Mediocri et humili. Nam Latini, quorum parentes obscuros dicere nolunt ac viles, vocant 'honestos,' gratia quadam sermonis. Ælianus Polymniam scribit extitisse ἀφανῆ Var. lib. XII. 23. Καὶ Ἐπαμινώνδας δὲ πατρὸς ἦν ἀφανοῦς. Cicero Tuscul. Quæstionib. 'Qui quum esset bonis parentibus atque honesto loco natus.' *Gebhardus.*

Eruditus autem sic] Diod. lib. xv. Μέτεσχε γὰρ ἐπὶ πολὺ πάσης παιδείας. Justinus lib. vi. 8. 'Jam literarum studium, jam philosophiæ doctrina tanta, ut mirabile videretur, unde tam insignis militiæ scientia homini inter literas nato.' *Gebhard.* Vide Cicer. de Orat. III. Offic. I. Plutarch. in Pelopida. Oros. III. 12. Diog. Laërt. Pythag.

Doctus est a Dionysio] Fuit hic Lyristes Thebanus excellens. Auctor Plutarchus in libro qui inscribitur de Musica. *Mag. Lambin.* Vid. Cicer. Tusc. Quæst. I. *Long.*

Quam Damon aut Lamprus] Damon hic fuit Atheniensis, qui, teste Plutarcho libro citato, Lydiam harmoniam remissam excogitasse fertur. Ejusdem Damonis meminerunt Plato dialogo de republ. IV. et Athen. lib. XIV. 11. Lamprus a Plutarcho eodem libro, inter eos, qui Lyricorum pulsatorum præstantes habiti sunt, refertur. Plato tamen hunc imperitum fuisse musicum demonstrat in Menexeno. Lampri item meminit Athen. lib. I. 16. et II. 2. scribens in hanc sententiam ultimo loco: 'Abstemius fuit etiam Lamprus Musicus, de quo Phrynicus Laros conquestos esse dicit iis diebus, quibus mortuus est Lamprus, vir aquæ potator, sonorus, et valde sapiens.' *Magius.* Solebat autem Damon ebrios ac petulantes juvenes harmonia sua ad modestiam reducere, quemadmodum ferocientes animos mollire Pythagoras, seditiones accensas inhibere Asclepiades, lymphaticos morbo liberare Xenocrates. De quibus vide Capellam Saturæ lib. x. Ac Pythagoræis quidem moris fuit, cum somnum peterent, ad lyram prius lenire mentes, ut, si quid fuisset turbatarum cogitationum, componerent. Quintilian. xx. 4.

Carmina cantare tibiis, ab Olympiodoro] Ab Orthagora etiam. Athenæus lib. IV. cap. ultimo, 'Scribit,' inquit, 'Aristoxenus, Epaminondam Thebanum ab Olympiodoro et Orthagora tibiæ cantum didicisse.' *Mag.* Suspectum merito illud *carmina*, quod abesse veteri suo libro testatur P. Daniel. *Gebhard.*

Saltare, a Calliphrone] De quo nihil me legere memini.

At Philosophiæ præceptorem] Ex Democriti disciplina Protagoras prodiit, qui primus, relicto sincero et ingenuo philosophandi more, ad σοφίσματα et λεπτολογίας animum adjecit. Ad hanc classem et ipsum Epaminondam Thebanum referimus: quem Justin. VII. 'summum et Philosophum et Imperatorem' vocat. Hæc fere G. Hornius Histor. Philosoph. III. 12. Certum est, Epaminondam philosophatum fuisse, sed ἄνευ μαλακίας, ut Thucydides loquitur et approbat, 'sine mollitie aut desidia.' Et sane Pythagoricis dogmatibus addictum maxime, et Physicæ scientiæ fuisse, Diodorus monet. *Lips.*

Lysim Tarentinum] Sic recte Lambinus e tertio M. Tullii de Oratore. Adde lib. I. de Offic. ubi et male quoque *Lysias* olim excudebatur. Lysias vero Atheniensis unus est in x. Græciæ Oratoribus, de quo Plutarchus et Halicarnassæus. Habuit autem Epaminondas Lysim Philosophiæ præceptorem una cum Philippo Amyntæ filio, ut in viris comparatis Olymp.

cv. anno 1. pluribus notare memini. *Schott.* Laërtius in vita Pythagoræ non *Lysiam* hunc, sed *Lysiden* dictum adserit: τὸ δὲ φερόμενον (de libro, qui Pythagoræ nomine vendebatur, loquitur) Λύσιδός ἐστι τοῦ Ταραντίνου Πυθαγορικοῦ φυγόντος εἰς Θήβας, καὶ Ἐπαμινώνδου καθηγησαμένου. Ad hunc quoque modum Pausanias in Bœoticis: Διδάγματά τε αὐτοῖς τότε ἐπιχώρια ἔμαθεν ἐς τὸ ἀκριβέστατον, καὶ ὡς ἤδη μειράκιον ἐφοίτησεν ὡς Λύσιν, ἄνδρα γένος μὲν Ταραντῖνον, ἐπιστάμενον δὲ τοῦ Πυθαγόρου τοῦ Σαμίου λόγους. *Longol.*

Tristem et severum senem] Ex tota phrasi indies magis ac magis deprehendo Ciceroni ætate proximum hunc auctorem extitisse, eumque ipsum esse, Cornelium Nepotem. Nam et ille 'tristis' eodem significatu frequentat, et 'severus' adjungit. De Claris Oratoribus: 'Triste et severum dicendi genus.' De Oratore: 'Severus ac tristis vultus.' De Aruspicum Responsis: 'Tristitia autem et in omni re severitas abest.' De Claris Oratoribus: 'Homo ipsa tristitia et severitate popularis.' Tacit. lib. xvi. 22. 'Et habet sectatores, vel potius satellites, qui nondum contumaciam sententiarum, sed habitum vultumque ejus sectantur, rigidi et tristes, qui tibi lasciviam exprobrent.' Capitolinus Antonino Pio: 'Aurelius Fulvus, qui et ipse fuit consul, homo tristis et integer.' Vulgo talem *melancholicum* appellitamus. Græci σκυθρωπόν. Diog. Laërt. Σεμνὸς δὲ τά τε ἄλλα Ξενοκράτης καὶ σκυθρωπὸς ἀεί, ὥστε αὐτῷ συνεχὲς λέγειν τὸν Πλάτωνα· Ξενόκρατες, θῦε Χάρισι. *Gebhard.*

Quam doctrinis] Editio Parisiensis, *quam in doctrinis.*

Magnæ laudi erant] *Laudi* a nostris Membranis aberat, et diphthongo *æ* suprascriptum *i* repperi, ut *magni erant* legisse videatur, ut alibi, 'Opera ejus magni fuit.' Vide Savar. in Cononem. *Schott.*

Et palæstræ dare operam cœpit] More Græcorum, qui gymnasticas artes et palæstram miris studiis exercebant. De quibus lege unum Fabrum in Agonostico, et Vossium de quatuor artibus popularibus.

Non tam magnitudini virium servivit, quam velocitati] Utrumque tamen requirebatur ad γυμναστικήν, ac necessarium erat iis, qui palæstræ operam dabant. Quod vel ex Isidoro Hispalensi certum est, qui gymnicum ludum propterea non male velocitatis ac virium gloriam scripserit, cujus locum gymnasium dici, ubi exerceantur athletæ et cursorum velocitas probatur. Καὶ γὰρ ὁ ταχὺς ἰσχυρός ἐστιν, ut ait Aristoteles Rhet. i. 5. Poëta non abludit, Æn. v. 'Quique pedum cursu valet, et qui viribus audax; Aut jaculo incedit melior levibusque sagittis.' *Keuchen.*

Quam velocitati] Qua destituuntur obesa et athletica corpora. Neque alio spectat istud convicium Macedonum in Dioxippum apud Curt. lib. ix. 29. 'Invidi malignique increpabant per seria et ludum, saginati corporis sequi inutilem belluam.' *Gebh.*

Currendo et luctando ad eum finem] Mss. *currendo* (omissa voce *luctando*) *ad eum finem, quod stans complecti posset atque contendere.* Amplissimus D. Freinshemius olim ita legendum existimabat: *ad eum finem quod adstans complecti posset atque contendere.* 'Adstans,' inquit, 'esset coram factus, igitur non modo currere discebat: id enim nihil aliud, quam in periculum eum perduxisset, deinde deseruisset. Sed etiam luctari, quo adstans et prope hostem positus eum complecti atque cum eo contendere posset.' Quomodo Lambinus exponat, apud ipsum vide. Gebhardi notæ non attigerunt hunc locum. *Boeclerus.*

Complecti posset] Proprie de luctantibus. Vide Hieron. Mercurialem de arte Gymnastica lib. ii. 8. *Idem.*

Quoad stans compl. poss.] Cl. Dn. Boeclerus ad h. l. notat, Cl. Freinshemi-

am legendum existimare: *quo adstans.* Verum ita ante multos annos emendavit Schoppius Verisim. lib. III. 4. et ego in Ms. meo reperio, qui cum Schoppii veteribus codicib. in plerisque consentit. *Ernst.* Ceterum 'adstans' Ampliss. Freinshemius exponebat, coram factus, prope hostem positus; ut sensus sit, non modo currere didicisse Epaminondam; sed etiam luctari, quo adstans et prope hostem positus eum complecti atque cum eo contendere posset. Schoppii vero sententia 'adstans' idem est quod stans, ut in Priapeis: 'Auctumnus sterilis duobus adstans:' et apud Plautum Aulul. I. 1. 17. 'Istic adstato.' Jacentes enim, inquit, et stantes luctari solebant; de quo P. Faber Agonist. I. 10. In Ms. Boecleri fuit: *currendo* (omissa voce *luctando*) *ad eum finem, quod stans co. p. a. c.* Vir Ampliss. et de literis humanioribus, si quis alius, præclare meritus Io. Fred. Gronovius nil mutandum existimabat. Apponam verba ejus ex epistola ad Cl. Boeclerum: Duplex, inquit, erat lucta; erecta, quæ peragebatur a stantibus, et volutatoria jacentium. Quin etiam vulgo acrius et vehementius agentes videntur non cum casu fecisse finem repugnandi, sed tum quoque laborasse, ut secum detractum adversarium, si forte, succumbere cogerent. Quo alludens Justinus lib. XXXI. 'cum Romano, seu occupaveris prior aliqua, seu viceris, tum etiam cum victo et jacente luctandum esse.' Ab illo igitur sive altero genere, sive nimio conatu luctandi, abstinuisse Epaminondam, usumque lucta hactenus, seu certamen eo usque produxisse, quousque stans et erectus, nondum jacens aut genibus nixus, adversarium complecti et nodis stringere et parem illi præstare posset. Jacentis enim illam contentionem ad studium et spectaculum pertinere judicavit, et illorum esse, qui in luctando nihil præter præsentem victoriam et athletæ nomen spectarent: ipsa autem palæstra se castigabat, non propter campum, nec ut secum comparatum omnino vinceret, sed ut exerceretur in præsens, in posterum melior agiliorque miles esset. De compacto igitur cum luctatore seu palæstrita egit, ut, si alteruter supplantatus collaberetur, ambo certaminis desinerent. 'Usque ad eum finem,' non est ea de causa, sed hucusque, ut Cicero in act. 1. in Verr. 'Mansit in conditione atque pacto, usque ad eum finem, dum judices rejecti essent.' Quæ verba perperam sollicitantur a viris doctis. Lib. I. de Nat. Deor. 'Quid dicam, quantus amor bestiarum sit in educandis custodiendisque iis, quæ procreaverunt, usque ad eum finem, dum possint se ipsa defendere.' Hactenus Gronovius. Qui tamen addit, si plures Mss. *quod stans* adfirmarent, forsan rejiciendum non esse: cum Terentio, Ciceroni et similibus sæpe τὸ *quod* pro quoad, vel quantum ad, ponatur. Quod Nepos heic dixit *usque in eum finem*, pro eo cap. 9. *usque eo* posuit: *usque eo retinuit, quoad renunciatum est vicisse Bœotios.* Qui locus receptam lectionem, meo quidem judicio, mire confirmat. *Bosius.*

CAP. 3. *Plura etiam animi bona*] *Φυσικοῖς προτερήμασι κεχορηγημένος.* Diodor. lib. XV. *Gebhard.*

Modestus] Vid. Justin. VI. 8. 7. et 8. Val. Max. III. 7. ext. 5. Ælian. Var. V. 5. Plut. in Lycurgo, et in Apophth. &c. Modestia vero neque summis mortalium spernenda est, ut ait Vologeses ap. Tacit. XV. 2. Adde not. Buchneri ad I. 1. 1.

Ut ne joco quidem mentiretur] Vita Attici: 'Mendacium neque dicebat, neque pati poterat.' Istud vero mentiendi odium præter naturam instillatum utrique fuit præceptis atque institutis Philosophiæ. Ælian. Hist.

Animal. lib. III. 23. Ἄλλως τε οὐδ' ἂν ἔπρεπεν ἀνδρὶ συνετῷ πρὸς τῆς ἀληθείας ποιήσασθαι τὸ ψεῦδος, οὐδὲ ἐπὶ κέρδει μεγίστῳ. *Gebh.* Sic laudatur Plutarcho Aristidis φύσις ἱδρυμένη ἐν ἤθει βεβαίῳ καὶ πρὸς τὸ δίκαιον ἀτενὴς, ψεῦδος δ' οὐδ' ἐν παιδιᾶς τινι τρόπῳ προσιεμένη. Hinc apud Arrianum Alexander: Οὐ χρῆναι τὸν βασιλέα ἄλλο τι ἢ ἀληθεύειν πρὸς τοὺς ὑπηκόους. Simile quid idem Arrianus de Ptolemæo, et de Juliano Mamertinus. Lege Grotium de Jure Belli ac Pacis lib. III. 1.

Commissa celans] Nullam rem natura homini voluit esse faciliorem quam tacere. Diogenes Laërt. lib. VII. in Cleanthe: Ἐρομένου τινός τι ὑποτίθεσθαι δεῖ τῷ υἱῷ· τὸ ἐκ τῆς Ἠλέκτρας, ἔφη, Σίγα, σίγα, λεπτὸν ἴχνος. Curt. lib. IV. 60. 'Lingua gravius castigatur, quam ullum probrum; nec magnam rem Magi sustineri posse credunt ab eo, cui tacere grave sit, quod homini facillimum voluerit esse natura.' Hoc quoque ex disciplina Pythagorica habuit, qui religiosissime silentium ac fidem colebant. Diogen. Laërt. lib. VIII. Ἔλεγόν τε καὶ οἱ ἄλλοι Πυθαγόρειοι μὴ εἶναι πρὸς πάντας πάντα ῥητὰ, ὥς φησιν Ἀριστόξενος ἐν δεκάτῃ παιδευτικῶν λόγων. Interim difficilem, rem natura facillimam, reddit imbecillitas humani judicii, vel etiam affectuum impotentia. *Gebh.* Inter tria difficilia a Chilone l. I. apud Laërtium refertur, 'commissa tacere.' Juvat verba arcessere: Τί δύσκολον; rogatur: τὸ τὰ ἀπόῤῥητα σιωπῆσαι, respondit; καὶ σχολὴν εὖ διαθέσθαι, καὶ ἀδικούμενον δύνασθαι φέρειν. Quæ tria δύσκολα et Epaminondas laudabiliter peregit. Ingenium Epaminondæ, sive ἦθος σιωπηλὸν καὶ πρὸς τοὺς λόγους εὐλαβὲς, laudat Plutarchus in Socratis genio. *Gebh.*

Studiosus audiendi; ex hoc enim] Plinius Epist. lib. VIII. 21. de Junio Avito: 'Semper ille aut de studiis aliquid aut de officiis vitæ consulebat: semper ita recedebat, ut melior factus: et factus erat vel eo quod audierat, vel quod omnino quæsierat.'

Quum in circulum venisset] Circulus, cœtus vulgo coëuntium ac fabulantium, qui collatis capitibus videntur veluti orbem facere, ait Lipsius. Notandus hic mos, in circulis philosophandi disserendique Sophistis usitatus; hi enim ubi scirent convenire frequenter homines, in foro, in circulis, disputationes et ἐπιδείξεις suas recitabant. Hoc Senecæ epist. 40. et 52. est circulari; scilicet circulis se venditare; aut, ut Lipsius recte explicat, circulos quærere aut facere: accipitur enim *circulandi* vox de erronibus vagantibusque Sophistis, qui eloquentiam suam per urbem circumferebant. De quibus vide Cresoll. theatr. Rhet. lib. III. 3. quem loca Senecæ distinxisse accuratius mallem. Non enim statim sunt περιοδευταὶ, qui circulantur; sed et genius dictionis et consuetudo disserendi magis, quam genus vitæ exprimuntur interdum notione circulantium. *Boecl.*

Quam ad finem sermo esset deductus] Lambinus *perductus* repositurus, a Schotto rejicitur. Libri scripti *adductus*. Plutarchus in Socratis genio ait fuisse Epaminondam ἄπληστον τοῦ μανθάνειν καὶ ἀκροᾶσθαι. *Gebhard.*

Paupertatem adeo facile perpessus est] Justinus lib. VI. 8. 'Nam et imperium non sibi semper, sed patriæ quæsivit: et pecuniæ adeo parcus fuit, ut sumptus funeri defuerit.' Lege Athenæum lib. I. Admirandæ abstinentiæ exemplum est, quod Jul. Frontinus lib. IV. 3. illum in supellectile sua, præter ahenum et veru unum non habuisse refert. *Longol. Mag. Lambin. Thys.*

Caruit] *Caruerit* noster et Gifanii codex: placetque; ut cum superiore concinnius hæreat, aliterque interpungatur. *Schott.*

Collocari] In Arist. 'et de communi ærario dotibus datis collocarentur.' In Attic. 'nata est autem Attico neptis ex Agrippa, cui virginem filiam collocarat.' *Savaro.*

CAP. 4. *A Diomedonte Cyziceno*] Refert hoc Plutarchus ἀποφθ. βασιλ. Idem tradit etiam a Jasone Thessalorum tyranno Epaminondæ abstinentiam tentatam esse, missis ad ipsum acri paupertate laborantem duobus aureorum millibus: sed Epaminondam aurum accipere noluisse; sed conjectis in eum oculis dixisse: 'injuria me lacessis,' vel 'manus mihi infers nulla lacessitus injuria,' ἄρχεις χειρῶν ἀδίκων. Lege etiam Ælian. Var. Hist. lib. XI.

Hic magno cum pondere auri] Tribus Daricorum millibus. Plutarch. in Apophth.

Micythum adolescentulum] *Mickitum* habent vetustiores Codices: Aldinis in exemplaribus *Micytum* invenio: in Longolianis vero *Mythicum*. Magius. Athenæus lib. XIII. ex Theopompo, adolescentem quendam Epaminondæ delicias, Asopicum nomine commemorat; sive sit alius, sive idem, diversis nominibus appellatus. *Lambin. Longol. Mag.*

Pro patriæ charitate] Puteanus et Schottus legunt *præ*: sed *pro* non videtur mutandum, expressum ex ἀντί. Sic ἀντὶ χρυσείων χάλκεα, *pro aureis ænea*. Xenophon Agesilao: μάλα ἔνδηλον ποιῶν, ὡς οὔτε πᾶσαν τὴν γῆν δέξαιτο ἀντὶ πατρίδος. Curtius lib. V. 'Quascunque sedes elegeris, pro patria et domesticis rebus perituri.' *Gebhard.*

Te, qui me incognitum tentasti] Hæc pars orationis Diomedontem respicit: illa quæ sequitur, 'Tu argentum huic redde,' ad Micythum. *Boecler.*

Ego te tradam magistratui] 'Tradere magistratui,' nimirum ad pœnam, est Aristidi, δικαστῇ παραδιδόναι. Apuleius Metam. III. 'Quod scelus nisi tandem desinis, magistratui te constanter objiciam.' Nam 'objicere,' 'offerre magistratui' idem sunt, quod Nostro 'tradere;' pro quo Plautus in Truculento: 'Apud omnes magistratus faxo erit nomen tuum.' *Keuchen.*

Effecit] Sic schedæ nostræ et Gifanii, quam lectionem et Savaro est amplexus: Lambin. *curavit*. Neutra vox in Ultraj. *Schott.*

Abstinentiæ erit hoc satis testimonium] Miserum Lambinum! qui statim, quæ ipsius captio non est, aut delet aut supplet pessimo Latinæ Linguæ. Existimabat heic aliquid desiderari, quare liberaliter suppeditat lectionem, *abstinentiæ erit hoc satis magnum testimonium*. Vel ordinat: *Hoc testimonium abstinentiæ, quod exposuimus, satis erit*. Denique dictat corrigendum esse, *Abstinentiæ erit hoc satis testimonii*. Nugæ! Solemne antiquioribus scriptoribus apponere nomen eo casu quem verbum flagitat, neglecto eo, quem vocabulum *satis* exigebat: cum regulariter dicendum fuisset satis testimonii, probe extulit Nepos, *abstinentiæ erit hoc satis testimonium*. Ovidius: 'Fortunamque dies habuit satis.' Quod ex vetustis codicibus recte, nequicquam relatrantibus indoctis, restituit Raphaël Regius. Cic. lib. XII. ad Atticum: 'Si satis consilium qua de re haberem.' Cajus lib. XIX. ff. de Oper. Libert. 'Satis tempus ad quæstum faciendum, unde ali possit, habeat.' Tacit. Ann. XII. 56. 'Sat tamen spatium amplexus ad vim remigii,' ut ibi restitui. *Gebhard.* Adde Gruterum ad Plauti Menæch. Prol. 16.

Multis millibus versuum] Vide quæ Lambinus ex Duareno huc notavit. Sunt autem versus lineæ, quas vocamus. Vide Isidorum lib. VI. 14. Horum numero metiri libros solebant, eumque in ultima cera adscribebant. Qui mos et Hebræis Criticis. Vide

Casaubonum ad Athen. vi. 10. et Salmas. Prolegom. in Solinum v. *Boeci*.

CAP. 5. *Concinnus*] Cujus brevis responsio aptissime congrueret. M. Tullius de Finibus: 'Aristo concinnus et elegans.' *Gebhard.*

Habuit obtrectatorem Meneclidem] Alii Codices corrupte *Menedidem*. Quod ex conjunctione literarum introductum. Apud Plutarchum est Μενεκλείδης in præcept. politicis: unde legendum *Meneclides*. Idem error in multis aliis ex injuria librariorum irrepsit. *Keuchen.* Hunc Plutarchus commemorat in Pelopida, eumque dicit fuisse δεινότατον μὲν λέγειν, ἀκόλαστον δὲ καὶ κακοήθη τὸν τρόπον quod et Probus dicit infra non longe. *Lambin.*

Indidem Thebis] Sic Cicero pro Roscio Amerino: 'Indidemne Ameria? an hosce ex urbe sicarios?' *Indidem Thebis*] 'Euclides Socraticus, qui indidem Megaris erat,' Agellius lib. vi. 10. *Keuchen.*

Adversarium in administranda republica] *Adversarius* hoc loco ἀντίτεχνος, vel ἀντιταξάμενος. Plutarchus in Aristide. 'Αντιπολιτεία est apud Plutarch. in Cæs. 'Αντιπολιτευόμενος in Amat. narrat. *Boecler.*

Illi genti plus inest virium] Ob crassum, ut volunt, aërem. Quod notus Horatii versus docet: 'Bœotum in crasso jurares aëre natum.' Et illud Tullii in l. de Fato: 'Athenis tenue cœlum, ex quo etiam acutiores putantur Attici: crassum Thebis; itaque pingues Thebani et valentes.' Tertullianus de anima: 'Thebis hebetes et brutos nasci relatum est.' Pindarus apud Strab. lib. vii. p. m. 321. olim *porcos* inde dictos notat. Attamen Epaminondas, Pelopidas, Ismenias, Cebes, Pindarus, omnes Thebani, satis ingeniosi fuerunt. Unde liquet, præter cœlum et patriæ indolem, singulis naturam adhuc proprium aliquod suumque ingenium et affectus dare: ita ut sint crassæ aliquæ in tenui cœlo mentes, et tenues in opaco: quod docte exquirunt Barclaius Icon. anim. c. 10. Salmas. de ann. Climact. p. 722. Sed et educatio multum hic potest. *Lecc.*

Quod hos a bello avocas] Editio Parisiensis et scripti, *evocas*: non sequor. *Schott.*

Otii nomine servitutem concilias] Pacis falso nomine cives tuos alieno jugo ac dominationi subjicis. Cicero in Ant. 'Cum his facta pax, non erit pax, sed pactio servitutis.' Infra Timoleonte: 'Maximo bello tantum otium toti insulæ conciliavit.' Hamilcare: 'Tota Africa tantum otium reddidit.' Cæsar. Civil. lib. i. 5. 'Si qua hominum æquitate res ad otium deduci posset.' Civil. lib. ii. 36. 'Erat in oppido multitudo insolens belli, diuturnitate otii.' Val. Maxim. lib. vii. 7. 'Postquam deinde Dionysium inimica Syracusarum libertati capitibusque insontium infesta fortuna cælesti custodia liberatum, velut fulmen aliquod otio ac tranquillitati injecit.' Tacit. Ann. lib. xv. 6. 'Cur deserta per otium, quæ bello defenderant?' Justin. lib. vi. 9. 'Inter otia Græcorum sordidum et obscurum ante Macedonum nomen emersit.' Cicero Bruto: 'Eloquentia pacis est comes, otiique socia.' *Gebhard.*

Nam pariter pax bello] Corinthii apud Thucyd. lib. i. Ἐκ πολέμου μὲν γὰρ εἰρήνη μᾶλλον βεβαιοῦται, ἀφ' ἡσυχίας δὲ μὴ πολεμῆσαι, οὐχ' ὁμοίως ἀκίνδυνον. *Boecler.* Aristoteles Polit. l. vii. 14. Πόλεμον μὲν εἰρήνης χάριν. Cicero de Officiis: 'Bellum ita suscipiatur, ut nihil aliud nisi pax quæsita videatur.' *Gebhard.*

Quare si Principes Græciæ esse vultis, castris est vobis utendum, non palæstra] Non alienum a disciplina militari, quod apud Tacitum Sejanus produxit, ut nimirum vallum statueretur procul urbis illecebris. Et hæc ratio, cur antiquitus milites ad matrimonia non fuerunt admissi, quem-

admodum athletæ apud Tertullianum. Lege eundem Ann. XIV. et Galgaci verba in Agricola. Rem elucidavit in commentario Justus Lipsius. Vide sis Galenum etiam, Platonem, Plinium, et Isidorum Orig. IX. *Keuchen.* Tiridates apud Tacitum XV. 1. 'Non ignavia magna imperia continentur, virorum armorumque faciendum certamen.' Cæsar apud Lucanum l. VII. de Græcis militibus, 'Graiis delecta juventus Gymnasiis aderit, studioque ignava palæstræ, Et vix arma ferens.' *Lucc.*

Neque uxorem duxisset] Atqui filium habuit Stesibrotum nomine, quanquam eum pater, quod in bello adversus Lacedæmonios suscepto, se absente, suoque injussu, atque adeo contra imperium suum, prælium commisisset, interfici jussit. Auctor Plutarchus περὶ παραλλήλων. Et Polyæn. Strategem. II. perspicue indicat, Epaminondam uxorem habuisse, ubi refert a Phœbida Lacedæmonio Epaminondæ uxorem amatam fuisse. Sic ille: Ἐπαμινώνδου τῆς γυναικὸς ἠράσθη Φοιβίδας φρουρῶν τὴν Καδμείαν. *Lambin.*

Quod sibi Agamemnonis] Oratio implicata, quæ sic explicanda est: Quod sibi Epaminondas Agamemnonis gloriam bello videretur consecutus. *Lambin.*

Habebat enim Meneclides suspicionem adulterii] Erat apud cives suos suspectus adulterii: adulterii suspicione in civitate laborabat. Et est responsio acutissima, contra quam putat Monstroliensis. Nam qui consilio adulterorum in ducenda uxore utuntur, iis metuendum esse videtur, ne illos etiam ad torum suum violandum alliciant: sive ne ipsis talis istorum opera concilietur, cujus illicita consuetudine ante usi sint, aut adhuc usuros esse se sperent. Videtur non abludere Lactant. Instit. lib. I. 9. Ubi non mirum esse ait, orbem terræ ab Hercule stupris, libidinibus, adulteriis inquinatum, quum esset adulterio genitus Alcmenæ. *Gebhard.*

Fallis] Lege, *falleris*, id est, erras.

Namque ille cum universa Græcia] Hæc, cum ex aliis Poëtis, tum ex Homero nota sunt. Longum esset, Homeri et aliorum Poëtarum versus referre ad hanc rem pertinentes. Satis sit nobis Chalcantis augurium protulisse: quem ex passerum numero, belli Trojani annos auguratum esse, canit Homerus Iliad. β. Noti sunt versus: eosque Latine vertit M. Tullius lib. II. de Divinatione. Ex quibus hos tantum adscribam: 'Nam quot aveis tætro mactatas dente videtis, Tot nos ad Trojam bellum exantlabimus annos: Quæ decimo cadet, et pœna satiabit Achivos. Edidit hæc Chalcas, quæ jam matura videtis.' *Lambin.*

CAP. 6. *Quum in conventum venisset Arcadum*] Εἰς τοὺς μυρίους. Sic enim dicebatur Arcadum conventus. Harpocrat. Μύριοι ἐν μεγάλῃ πόλει. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. Συνέδριόν ἐστι κοινὸν Ἀρκάδων ἁπάντων, οὗ πολλάκις μνημονεύουσιν οἱ ἱστορικοί. Vide Xenophontem Ἑλλ. lib. VI. *Lambinus.* Rem clarius commemorat Plutarchus in Apophthegm.

Societatem facerent] In Eumene: 'Persuadere Eumeni studuit, ut Perdiccam desereret ac secum faceret societatem.' *Savaro.*

Callistratus] De quo Xenophon Ἑλλ. lib. VI. cujusque exstat Oratio apud Lacedæmonios habita, eodem libro. Commemorat eum et Æschines Oratione περὶ παραπρεσβ. *Lamb.* Cognomento dictus fuit Aphydnæus, Καλλίστρατος Ἀφιδναῖος.

Multa invectus esset in Thebanos] Loquitur infra pari modo: 'Nonnulla inveherentur in Timoleonta.'

Animadvertere debere Arcades] Refert hoc Plutarchus ἀποφθ. βασιλ. et πολιτ. παραγγ. De Oreste et Clytem-

nestra ejus matre, Œdipo et Laio patre, notæ fabulæ. Legendus Sophoclis Œdip. tyrannus, et Euripidis Orestes.

Qui cum patrem suum interfecisset, ex matre liberos procreasset] Pater erat Laius, mater Jocasta, Creontis Thebanorum Regis filia.

Quum patria essent pulsi] Sic Plutarchus: 'Ἡμεῖς μὲν ἐξεβάλλομεν, Ἀθηναῖοι δὲ ὑπεδέξαντο. *Lambin.*

Legati ante pugnam Leuctricam] Hæc omnia omittunt Longol. Magius, et Lambinus; erant tamen in nostris et Gifanii Membranis. Sed, ne quid dissimulem, intrusum videtur ab ora. *Schott.*

Legationum] *Legionum* integre in scriptis, fortasse non male, itaque Longol. edendum curavit; a quo Lambinus cæterique discedunt. *Schot.*

Quam Leuctrica pugna] De qua Diodorus lib. xv. Xenophon 'Ελλ. vi. Plutarch. in Pelopida, Pausanias Bœoticis. Occiderunt in ea Lacedæmoniorum, ut narrat Diodorus et alii, quatuor millia et regem eorum Cleombrotum. Exponunt autem Xenophon, Diodorus, Cicero, prodigia et ostenta, quæ cladem illam antecesserunt et præsignificarunt. *Lambin.* Quo tempore etiam Lacedæmonii ἡγεμονίαν Græciæ amiserunt, quam per annos D. obtinuerant; ἡγεμονίαν autem hic accipe κυρίως, de ducatu solo, non vera dominatione. Quare Plutarchus recte dixit eos πρωτεῦσαι τῆς 'Ελλάδος, principem inter Græcos locum obtinuisse, non ἄρξαι. De hoc autem spatio annor. D. cujus caput est νομοθεσία Lycurgi, vide quæ scribit decus sæculi, λαμπὰς τῶν πρὶν αἰώνων, Joseph. Scaliger ad numerum Eusebianum MCXXXII. *Casaubonus.*

CAP. 7. *Quod se patriæ irasci nefas esse duceret*] Divinæ indolis hæc sunt testimonia: nam quot sunt, qui injurias unius atque alterius civis ruina universæ patriæ ulti non sint? Liv. lib. XXVII. 'Ut parentum sævitiam, sic patriæ injurias patiendo ac ferendo leniendas esse.' Tacit. Ann. lib. I. 10. 'Quanquam fas sit privata odia publicis utilitatibus remittere.' *Gebh.* Exemplum patientiæ injuriarum a civibus acceptarum suppeditat Valer. lib. III. 7. ext. 5. 'Epaminondas, quum ei cives irati sternendarum in oppido viarum contumeliæ causa curam mandarent, (erat enim illud ministerium apud eos sordidissimum,) sine ulla cunctatione id recepit.' Apud eundem lib. eod. cap. 8. 2. Q. Fabius Maximus quoque nunquam 'sibi Reip. irasci permisit: tam perseverans in amore civium fuit.' Elegans admodum sententia illa est, quam profert de P. Scipione Africano libro v. 3. 2. 'Igitur hanc unam Scipionis vindictam ingrati animi urbs Roma sensit: majorem me hercule Coriolani violentia. Ille enim metu patriam pulsavit, hic verecundia: de qua ne queri quidem tanta veræ pietatis constantia nisi post fata sustinuit.' Ejusdem oris locutio est Attico; ut qui semel cursim hujus et cæterorum Excellentium Imperatorum Vitas legerit, diversosque et hujus et illarum auctores statuat, eum nihil in Lingua Latina, et usu puriorum Scriptorum sapere judicem: 'Hunc,' inquit, 'ea fuisse in suos indulgentia, ut quos amare deberet, irasci eis nefas duceret.' *Gebhard.*

Hæc sunt testimonia] Legendum fortasse est, *hæc sunt testimonio*: quanquam nihil muto. *Lambin.*

Illa militum multitudo] Sic fere cod. Gif. probante Gebhardo. Ms. Leid. *illa multitudinem militum.* Ms. Boecl. et Vulgati: *res illa militum.* Quid si legas: *eo esset ded. res, illa multitudine militum?* h. e. in tanta militum multitudine: nam mox ait, locorum angustiis clausos atque ab hostibus obsessos fuisse. Hoc igitur videtur innuere, in his angustiis multitudinem

sibi ipsi fuisse impedimento, ne tota hosti resistere, aut etiam commode recedere posset.

Quod locorum angustiis] Hoc narrat Diodorus lib. xv. Bibl.

Erat enim ibi privatus] Causam adjungit ibidem Diodorus, quare cum iis, qui in Thessaliam missi erant, privatus militabat: *ἐπιζητουμένης δὲ τῆς αἰτίας, πῶς ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ ἰδιώτης ὢν ἐστρατεύετο μετὰ τῶν εἰς Θετταλίαν ἀποσταλέντων, ἀποδοτέον τὸν οἰκεῖον λόγον τῆς ἀπολογίας.* Vide sequentia.

Nullam adhib. mem. contumeliæ] Ita Liv. v. de Camillo: ‘Maluit hic tantus vir patriæ quam injuriæ suæ memor esse.’ Tullius de se Epist. I. 9. ‘Crassi omnes gravissimas injurias, communis concordiæ causa, voluntaria quadam oblivione contriveram.’

Pelopidas] Cujus vitam etiam Plutarchus scripsit; ibique, unde nata sit Epaminondæ et Pelopidæ amicitia, multis verbis exposuit. Hic, ut ibidem Plutarchus tradit, in pugna Leuctrica non habebat imperium, neque erat Bœotarches, sed sacræ cohorti tantum præerat. Constabat autem sacra cohors ex amantibus, et iis, qui amarentur. Secutus sum autem paullo ante exempla Basil. Colon. et omnium antiquissima Argentor. in quibus impressum est; *haberetque collegas duos, &c.* Nam cætera habent: *haberetque collegas suos.* Sic autem legendum esse, declarat id, quod sequitur; ‘quorum alter erat,’ &c. Ita ex auctoritate Probi tres erant imperatores. Neque obstat, quod dicunt alii, sex fuisse. Nam non semper inter se congruunt historici, ut apparet. *Lamb.*

Ob eamque rem imperium his esset abrogatum] Plutarchus in Pelopida, hoc non scribit, sed solum elapsum fuisse dicit tempus imperii a lege præfinitum: ‘Supererant,’ inquit, ‘haud multi dies mensi, qui magistratui terminus aderat: munusque primo mense futuro, designati imperatores inituri erant. Quare illis qui exercitui praerant, vel imperium deponendum, vel capitis pœna subeunda erat.’ Et paullo inferius de Epaminonda et Pelopida: ‘Ambo enim cum rediissent, capitis accersiti sunt, quoniam non deposito magistratu primo futuro mense quo lex jubebat, quem *βουκάτιον* appellant, quatuor item totos menses, præter legem eo functi essent; quibus et in Messenia, et Arcadia, et Laconica commorati sunt.’ Hæc Plutarchus. Hujus rei mentionem quoque facit in Politic. et Apophtheg. *Magius.*

Plebiscito] Malim *populiscito.* Gebhard. Quod etiam observat ad Alcibiadem Schottus.

Lex erat Thebis] Ælianus de Var. histor. lib. XIII. *Ἐπαμινώνδας ἔφευγε δίκην θανάτου ἐπανελθὼν ἐκ τῆς Λακωνικῆς, ὡς ἐπιβαλὼν τῇ Βοιωταρχίᾳ τέτταρας μῆνας παρὰ τὸν νόμον.* Sic Plutarchus *ἀποφθ. βασιλ.* et Cicero de Invent. I. Meminit istius legis Alexander ab Alexandro lib. IV. 6. Genialium dierum. Aliter fiebat apud Romanos, quorum Prætor exacto anno domum redire, classemque successori tradere cogebatur, nisi cum imperium ei extra ordinem esset prorogatum. Status scripti et sententiæ. Meminerunt plurimi veterum, Cicero de Invent. I. Plutarch. præc. polit. Ælianus Var. XIII. 42. Hermogeni est ἡ *κατὰ ῥητὸν καὶ διάνοιαν ζήτησις, quæstio dicti et sententiæ;* nam *ῥητὸν* ponitur *ἀντὶ τοῦ ἐγγράφου*, quo actores urgebant. Epaminondas autem defensus est *τῇ διανοίᾳ.* Similia exempla adfert Hottomannus Obs. Jur. lib. VI. 21. *Keuch.*

CAP. 8. *Collegæ ejus*] Plutarchus in Pelopida, reliquos duces præter Pelopidam et Epaminondam legi paruisse dicit, solosque Pelopidam et Epaminondam capitis fuisse accersitos. In apophth. tamen Probo adsti-

pulatur, inquiens: 'Epaminondam coactum fuisse causam capitis cum collegis dicere.' *Magius.*

Omnem ut causam in se transferrent] Ad verbum Plutarchus: *εἰς ἑαυτὸν ἀναφέρειν τὴν αἰτίαν.* Simili propemodum pacto evasit sive M. Nævii, sive Petiliorum judicium P. Scipio apud Valer. Maximum lib. III. 7. 1. *Gebh.*

Ut in periculo suo conscriberent] Tuentur hanc lectionem Cujacius Observat. v. 25. et paratit. in tit. Codicis 44. de sent. ex periculo recitandis: et Schoppius Verisimil. lib. IV. 18. nisi quod hic etiam corrigat *inscriberent.* Lambinus conjectabat *in cippo* seu *cippulo suo:* Memmius in *scapulo suo:* Magius *breviculo:* Longolius *peristylio:* (est autem peristylium structura, quæ columnas conjungit easque ambit; ponitur pro ipsis columnis: accedit ad illam sententiam Plutarchus:) Aldus *sepulcro.* Savaro. Gebh. Hugo Grotius mallet *pariculum,* in sparsione florum ad Jus Justinianeum. *Boecl.* Plutarchus et Ælianus *στήλην* vocant, et intelligunt cippum vel titulum sepulchri, ut apud Juvenalem: 'titulo res digna sepulchri.' Plutarchus in Epaminonda: *Ἀξιῶν, εἰ ἀποκτείνωσιν αὐτὸν, ἐπιγράψαι τῇ στήλῃ τὴν καταδίκην.* Proprie *periculum* est qui Græcis *ἔλεγχος,* titulus vel index ad aliquid declarandum. Hinc 'periculum alicujus rei facere,' est *ἔλεγχον ποιεῖν, ἐλέγχειν.* Callimachus in Epigrammate *ἀναθέτῳ* de Oreste: *Οὐδ' ἔλαβ' ἐξέτασιν τοῦ θυμέος, ὅστις ἐλέγχει Τὸν φίλον, ἀλλὰ καὶ ἓν δρᾶμ' ἐδίδαξε μόνον.* Unde *periclitari,* pro explorare et cognoscere, etiam apud Ciceronem. Et 'periclitari naturas locorum,' Solino. Ab antiquo verbo *perior,* cujus compositum *experior.* Inde et *pericula magistratuum,* apud Cicer. in Verrem lib. III. tabellæ ex quibus sententiam recitabant. *Salmas.* Magno in libr. Notarum D. P. 'De periculo.' Collatio Carthaginensis II. c. 66. 'memores periculi.' *Savaro.* Videtur autem hoc mihi sentire Nepos, Epaminondam se quidem obtulisse pœnæ; sed petiisse, ut in actis illis, in quibus suum periculum, usitato omnibus civitatibus more, ad memoriam notaretur, talia inscriberent, quæ subjungit. Habent quippe civitates bene constitutæ tabulas publicas, in quas relata nomina et causæ supplicio affectorum. Hinc intelligendus Val. Max. lib. IX. 2. de L. Sulla: 'Quatuor millia et septingentos diræ proscriptionis edicto jugulatos in tabulas publicas retulit, videlicet ne memoria tam præclaræ rei dilueretur.' *Gebh.*

Apud Leuctra] Alii videntur velle ac significare, Epaminondam cum suis collegis adversus legem commisisse post pugnam Leuctricam. *Lamb.*

Ausus fuit aspicere] Ἐτόλμησεν ἀντιβλέπειν, vel *ἀντοφθαλμεῖν,* hoc est, *ὀρθοῖς ὄμμασι προσβλέπειν, rectis et irretortis oculis intueri.* Proverbium dict. Notavimus in Comment. Horatianis ad illum locum Od. lib. II. 2. 'Quisquis ingenteis oculo irretorto Spectat acervos.' *Lamb.* Ergo solo ante Imperatorem Epaminondam adspectu Bœotios debellabant Lacedæmonii. Id terroris habebant et Romani. Tacit. Ann. lib. III. 45. 'Videret modo adversos et adspicerentur, id satis ad victoriam.' Iterum Hist. lib. III. 24. 'Frustra minis et verbis provocatos Vitellianos, si manus eorum oculosque non tolerent.' Cæsar B. G. lib. I. 'Sæpenumero cum iis congressos, ne vultum quidem atque aciem oculorum ferre potuisse.' Liv. lib. VII. 33. 'Samnites cum quærerentur, quænam prima causa tam obstinatos movisset in fugam? Oculos sibi Romanorum ardere visos aiebant, vesanos vultus et furentia ora.' Polybius dixit *οὐδεὶς ἐτόλμα μένειν κατὰ πρόσωπον.* Item lib. III. *ὧν ἡττηθέντων οὐδεὶς ἔτι τῶν ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ ἐφ-*

δίαν πρὸς αὐτοὺς ἀντοφθαλμεῖν ἐτόλμα: Diodor. extulit κατὰ στόμα παρατάξασθαι. lib. xv. Οἱ μὲν Θηβαῖοι, inquit, δυσχωρίας τινὰς ἑτέρας καταλαμβανόμενοι διεκώλυον μὲν τοὺς πολεμίους λεηλατεῖν τὴν χώραν, κατὰ στόμα δὲ πρὸς ἅπασαν τὴν δύναμιν ἐν τοῖς πεδίοις οὐκ ἐτόλμων παρατάξασθαι. Florus lib. II. 18. 'Mancinum assiduis cædibus ita subegerunt, ut ne oculos quidem, aut vocem Numantini viri quisquam sustineret.' *Gebhard.*

In libertatem vindicavit] Lacedæmonii clade Leuctrica et Mantineensi accepta, principatum Græciæ amiserunt. Vide Diod. xv. Quod etiam ante observatum est.

Satis haberent] Contenti eo solo erant, nihil amplius requirebant. *Satis habere* est Græcis ἀγαπᾷν. Ælian. Var. Hist. lib. IV. Ἠγάπα γὰρ εἰ δυνηθείη διασώσαι αὐτὸν γοῦν μόνον. Lib. xv. Ἀγαπητὸν ὑπάρχειν ἐδόκει τοὺς πολλοὺς ὀλίγους νικῆσαι. Polyæn. in Philippo Com. lib. IV. 17. Ἀθηναῖοι δὲ ἠγάπησαν τὸ ἐλευθέραν ἀφεῖσθαι. Loqui similem in modum amant optimi Scriptores. Cæsar Civil. lib. III. 46. 'Nostri vero; qui satis habebant sine detrimento discedere.' Hirt. lib. VIII. 6. 'Cæsar tempore anni difficillimo cum satis haberet convenientes manus dissipare.' Curt. lib. IV. 81. 'Rex monere ut satis haberent, arma retinere, cætera se redditurum.' Tac. Ann. lib. II. 37. 'Satis habebam, si tenues res meæ nec mihi pudori, nec cuiquam oneri forent.' Ann. lib. IV. 37. 'Ego me, P. C. mortalem esse et hominum officia fungi, satisque habere, si locum principem impleam.' Lib. xv. 25. 'Regressum Pætum, cum graviora metueret, facetiis insectari satis habuit Cæsar.' Nepos Timoleonte: 'Hoc superato Timoleon maximas copias Carthaginiensium apud Crimessum fluvium fugavit, ac satis habere coëgit, si liceret Africam obtinere.' Eumene: 'a cæteris tantum satis habeant se defendere.' Annibale eadem forme repetit. Justinus lib. XXII. 8. 'Tunc respondit satis habere se, quod superstites eos esse Agathoclis liberis sciat.' Sallust. Jugurth. 'Satis habebatis animam retinere.' *Gebhard.*

Si salvi esse possent] Si urbem defendere possent. Diodor. lib. xv. Spartam a Thebanis esse oppugnatam, et a Lacedæmoniis ægre illam quidem defensam, sed tamen non sine Thebanorum incommodo ac detrimento, multis verbis refert. *Lambin.*

Messena constituta] Sic in antiquo nummo Tiberii: CIVITATIBVS ASIÆ RESTITVTIS. *Keuchen.* Ἔκτισε τὴν Μεσσήνην. Diod. Lege etiam Pausaniam in Bœoticis, ubi refert Elegiam statuæ ejus inscriptam his verbis: Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξαν, Μεσσήνη δ' ἱερὰ τέκνα χρόνῳ δέχεται· Θῆβαι δ' ὅπλοισιν μεγάλη πόλις ἐστεφάνωται, Αὐτόνομος δ' Ἑλλὰς πᾶσ' ἐν ἐλευθερίῃ.

Risus omnium] Sic Plutarchus ἀποφθ. βασιλ. Ἐξῆλθον οὖν οἱ δικασταὶ σὺν πολλῷ γέλωτι, μηδὲ τὰς ψήφους ἐπ' αὐτὸν ἀναβαλόντες. *Lamb.*

CAP. 9. *Apud Mantineam*] Urbem Arcadiæ. Lege Diodor. xv. Xenoph. Ἑλλ. VII.

Audacius instaret hostibus] Ἀφειδῶς τῇ τόλμῃ χρώμενος. Polybius lib. II. de Hamilcare: χρώμενος τολμηρῶς καὶ παραβόλως ἑαυτῷ κατὰ τὸν τοῦ κινδύνου καιρόν. Diodorus de hac re ipsa: προθυμότερον προσπίπτων τῷ θυμῷ. Cæterum perperam heic fecit Epaminondas, ac minus pro prioris vitæ sapientia ac moderatione. Nihil enim minus prudenti Imperatori, quam audacia convenit, qua non solum ipse, sed qui salutem tali commiserunt, ruunt. Licet hoc verbis Crateri intelligere apud Curt. lib. XI. 32. 'Sed quis Deorum hoc Macedoniæ lumen ac sidus diuturnum polliceri potest; cum tam avide manifestis periculis offeras corpus, oblitus tot civium animas trahere te in casum.' Nam si

probe intuearis Ducem, ejus salute exercitus incolumitas continetur, et capite ablato reliquus truncus se non movere, nedum spirare poterit. Ἰφικράτης τὸν στρατηγὸν εἴκαζε κεφαλῇ. ὅταν δ' ὁ στρατηγὸς ἀπόληται, τὸ πᾶν ἄχρηστον οἴχεται. Itaque quantum audacia Ducis temere se periculis offerentis damni concitet, manifeste apparet. Vidit id profecto Perdiccas apud Curt. lib. x. 24. 'Illud scire debetis militarem sine duce turbam corpus esse sine spiritu.' Avidum præcipitium Cyrum Juniorem monere non destitit Clearchus, ne corpore suo vellet periclitari, cum nihil aut parum emolumenti eo posset exercitui addere: exitio vero universos ipsum sequentes traheret in perniciem. Lubet verba Polyæni advocare e libro II. Κλέαρχος, inquit, Κύρῳ μὲν συνεβούλευεν αὐτὸν μὴ κινδυνεύειν, ἀλλ' ἐφορᾷν τὴν μάχην. μαχόμενον γὰρ μηδὲν μέγα συμπρᾶξαι· παθόντα δὲ πάντας ἀπολέσαι τοὺς μετ' αὐτοῦ. Jul. Capitol. in Maximinis judicat, Imperatorem uti manu et ferro, esse barbaricam temeritatem cap. 12. 'Habuit,' inquit, 'hoc barbaricæ temeritatis, ut putaret Imperatorem manu etiam sua semper uti debere.' Quippe in bello pleraque 'auspiciis et consiliis, quam telis ac manibus geruntur.' Tacit. Ann. XIII. 6. *Gebhard.*

Quod in ejus unius pernicie patriæ sitam putabant salutem, universi in unum impetum fecerunt] Infra Eumene, (ne quis diversos existimet scriptores:) 'Cujus in pernicie positam spem habuissent victoriæ.' Cæterum prudentissimum hoc consilium nunquam non eventu felix fuit. Nam occiso duce reliquorum militum virtus cæca, manca, atque inutilis. Qui negotium cum serpente incepisset, is impetu in caput facto, eoque obtrito, nihil a reliquo corpore noxæ metuat. Hujus simulacri ipse Epaminondas auctor est apud Polyæn. lib. II. Μέγιστον ἔχιν συλλαβὼν ἔδειξε Θηβαίοις, καὶ πάντων ἐναντίον τὴν κεφαλὴν τοῦ θηρίου συντρίψας, Ὁρᾶτε, ἔφη, ὅτι τὸ λοιπὸν σῶμα ἄχρηστον τῆς κεφαλῆς οἰχομένης. Quod Lacedæmoniis constitutum fuerat, id a Romanis crebrius factitatum. Cæsar B. G. lib. v. 58. 'Præcipit atque interdicit Labienus, omnes unum peterent Indutiomarum, ne quis quemquam prius vulneraret, quam illum interfectum videret:' Tac. Ann. III. 73. 'Dat negotium Blæso, cæteros quidem ad spem proliceret arma sine noxa ponendi; ipsius autem ducis quoquo modo potiretur.' Idem Ann. IV. 25. 'Differtur per manipulos, Tacfarinatem omnes, notum tot præliis, consectentur: non, nisi duce interfecto, requiem belli fore.' *Idem.*

Sparo eminus percussum] 'Sparus est,' inquit Servius, 'rusticum telum, in modum pedi recurvum.' Vide Festum, Nonium, Varronem, Sisennam, et alios. Vetus Glossarium: *Sparus: εἶδος ἀκοντίου, genus teli.* Quo Græci frequentissime utebantur. Cæterum non consentiunt de percussore Scriptorum opiniones, quemadmodum gentium, quas conjungit Pausanias in Arcadicis: 'Epaminondam autem occisum esse Mantineenses quidem a Machærione quodam Mantineensi dicunt: Lacedæmonii vero similiter a Lacedæmonio quodam, et ei homini Machærionis nomen fuisse volunt. Sed fama est apud Athenienses, cum qua consentiunt Thebani, vulneratum esse Epaminondam a Gryllo,' Xenophontis filio. Vide sequentia.

Mortiferum se vulnus accepisse] Mortale, lethale, θανάσιμον. Sic 'mortiferum bellum' Ennio Telamone. M. Tullius pro Sextio: 'Plaga insanabilis illa et mortifera.' Cicero pro Sylla: 'Accepit Sylla vehemens et mortiferum vulnus.'

Si ferrum, quod ex hastili in corpore remanserat, extraxisset] Ferri spari extractum alii historici spiculum vocant, aut hastam. Val. Max. lib. III. 2. Interpretes Pausaniæ in Arca-

dicis, et Rhodomannus Diodor. Siculi lib. xv. et Donatus Ponzanus notavit ex Æliano. Hastam vocavit Cicero Fam. lib. v. et de Finibus II. Dempsterus ad Rosinum lib. x. 10.

Anim. ei. amissurum] *Emissurum* ex Mss. emendavi: ita 'efflare animam' dixit in Pausania: 'emittere spiritum,' Marcian. in libr. XVIII. §. *in quibus, de reb. dubiis*, et non semel Damasus de vita Pontificum. Jocose Plautus, 'Cave ne quid emittat animæ.' *Savaro.* Non probo factum Savaronis *emissurum* substituentis. Sic Cicero pro S. Roscio: 'Per summum dedecus vitam amittere.' Auctor ad Herenn. 'Decius amisit vitam, at non perdidit: recepit patriam, amisit animam.' *Gebhard.*

Usque eo retinuit, quoad renuntiatum est, vicisse Bœotios] Justin. lib. VI. 8. 'Ut relatus in castra semianimis, vocem spiritumque collegit, id unum a circumstantibus requisivit, num cadenti sibi scutum ademisset hostis. Quod ut servatum audivit, allatumque, velut laborum gloriæque socium, osculatus est. Iterum quæsivit, utri vicissent. Ut audivit, Thebanos, bene habere se rem, dixit: atque ita, velut gratulabundus patriæ, exspiravit.' Sic Orosius III. 2. Diodorus. Ælian. Var. XII. Plutarchus ἀποφθ. βασιλ. Valer. Max. III. 2.

Confestim exanimatus est] Τοῦ δόρατος ἐξαιρεθέντος ἄνευ πάσης ταραχῆς ἐξέπνευσεν. Val. 'E corpore deinde suo hastam educi jussit, eoque vulnere exspiravit.' *Gebhard.*

Cap. 10. *Hic uxorem nunquam duxit*] Quis Nepotem contra Lambinum defendet? Arguit eum falsitatis manifestæ ex Plutarcho et Polyæno. Plutarchi locus jam non succurrit. Polyæni verba non demunt fidem Cornelio nostro. Aliud enim est habere *mulierem*, aliud γαμετήν. Uxorem quidem non duxisse testantur omnes Epaminondam; ast caput libenter cum scortis collimasse, apparet ex isto Plutarchi loco in παραγγέλμασι. Ἄριστα δὲ ἀνθρώπων, inquit Philosophus, ὁ Ἐπαμινώνδας, ἀρνησάμενος δεηθέντι τῷ Πελοπίδᾳ τὸν κάπηλον ἐκ τῆς εἱρκτῆς ἀφεῖναι, καὶ μετ' ὀλίγον, τῆς ἐρωμένης δεηθείσης, ἀφεὶς, τοιαύτας, ἔφη, χάριτας, ὦ Πελοπίδα, λαμβάνειν ἑταιριδίοις, οὐ στρατηγοῖς, πρέπον ἐστίν. Valer. l. III. 2. verbis ultimis Epaminondæ: 'Orbus,' inquit, 'non tam sine liberis morior: quoniam mirificas filias Leuctra et Mantineam relinquo.' *Idem.*

Qui filium habebat infamem] Fatale bonorum virorum habere degeneres liberos infortunium, quod felicitatem reliquam non leviter debilitat. Plin. Panegyr. cap. 83. 'Multos illustres, foris claros domestica destruebat infamia.' Ideo perversam prolem Augustus appellare solitus erat 'vomicas' et 'carcinomata,' apud Sueton. lib. II. 65. Comparantur quoque degeneres excrementis corporis, Pituitæ, Pediculis, et cæteris. Diog. Laërt. lib. II. in Aristippo: Ἠτιάσατό τις αὐτὸν τὸν υἱὸν ἀποῤῥίπτοντα, ὥσπερ οὐκ ἐξ αὐτοῦ γεγονότα· καὶ ὃς, καὶ φλέγμα, φησὶ, καὶ τοὺς φθεῖρας ἐξ ἡμῶν ἴσμεν γεννωμένους, ἀλλ' ἀχρεῖα ὄντα ὡς ποῤῥωτάτω ῥίπτομεν. *Gebhard.*

Quod liberos non relinqueret] Græci talem personam δορυφόρημα vocant. Venuste Julianus de Claudio, et Plutarchus de Aridæo in fine Alexandri. In proverbio, ἔστι γὰρ ἐκείνων δίχα τουτὶ τῆς τραγῳδίας τὸ δορυφόρημα μικροῦ δέον φάναι καὶ ἄψυχον. *Keuchen.*

Ex arce] Cadmea. *Lambin.*

Domi se retinuit] Lambinum non imitor properum ad mutandum in *continuit*. Gebhard. Mss. Ven. *domum se retinuit*. Ald. Paris. Lamb. *domi se ret.* Col. *domo s. r.* In Eumene, 'tenuit autem se uno loco quamdiu fuit hiems.' In Hannib. 'Hannibal enim uno loco se tenebat in castello.' Pro vulgata lectione facit quod legitur in Cimone: 'Cum a conventu remotum sese Dion domi teneret.' *Savaro.*

Cadmeam] Arx est Thebarum. Nos ex Plutarcho restituimus, cum in scriptis etiam legeretur *Academia*. Longolius. Κάδμεια, Θηβῶν ἀκρόπολις. Stephan. Utrum autem *Cadmia*, an *Cadmea* scribatur, nihil refert. *Lambin.* In Pelopida: 'Arcem oppidi, quæ Cadmea nominatur, occupavit.'

In primis stetit] Ἐν προμάχοις, in iis, qui in primis ordinibus pugnabant. *Lambin.*

Post ejusdem interitum] Lege Xenophontem Rerum Græcarum libro ultimo. *Mag.* Diod. xv.

Contra eas] Vulgati *cum eo:* non ita consone. Mss. *Contra ea.* Sic in præfat. 'Contra ea pleraque nostris moribus.' Alcib. 'Contra ea si quid adversi accidisset.' Iphicr. in fine: 'Contra ea mater Atheniensem.' Agesil. 'contra ea Tissaphernes nihil aliud quam bellum comparavit.' *Ibid.*

Unum hominem pluris, quam civitatem fuisse] Sallust. Catil. 'Mihi multa agitanti constabat, paucorum civium egregiam virtutem cuncta patrasse.' Præcipue autem videndus Polybius lib. vi. de Thebanorum rep. loquens, cujus prosperis non forma reipub. ipsa, sed eorum virtus, qui tum rebus præerant, caussam præbuerit: Καὶ γὰρ, inquit, συνηυξήθη καὶ συνήκμασε, καὶ συγκατελύθη τὰ Θηβαίων ἔργα τῷ τε Ἐπαμινώνδου καὶ τῷ Πελοπίδου βίῳ προφανῶς, ἐξ ὧν οὐ τὴν πολιτείαν αἰτίαν, ἀλλὰ τοὺς ἄνδρας ἡγητέον τῆς τότε γενομένης περὶ τὴν Θηβαίων τύχην ἐπιφανείας. Vide reliqua. *Boecler.*



XVI. PELOPIDAS.

CAP. 1. *Magis historiis, quam vulgo notus*] Secus atque Epaminondas, qui in ore pene omnium. Pelopidas autem tantum historicorum scriptis memoratus, in quæ vulgus non ita penetrat. Cæterum sive *historiis* sive *historicis* legas, res eodem recidit. *Gebhardus.* Mavult *historicis* Schottus, quos vulgo opponas: sic Cicero in Mureniana: 'Tua nobilitas, Ser. Sulpiti, hominibus litteratis et historicis notior.' De hoc Pelopida Plutarch. Xenoph. lib. v. Diodor. xv. Polyæn. lib. II. Strateg. Frontin. lib. III. 8. et lib. IV. 7. Supr. in Epamin. *Savaro.*

Historiam videar scribere] Sidon. Ep. I. 2. et III. 3. vide Notas. *Idem.*

Si tantummodo summas attigero] Τὰ κεφάλαια. *Lambin.* 'Fastigia summa' vocat Poëta. Τὰ κορυφαιότατα. *Boeclerus.*

Rudibus literarum Græcarum] Sic loquitur Cicero Offic. lib. I. princip. 'Ut non modo Græcarum literarum rudes, sed etiam docti,' &c. *Lambin.*

Phœbidas Lacedæmonius] Codex Dan. sine diphthongo *Phebidas.* Corrupte. Omnino *Phœbidas* legendum, qui communiter Græcis Φοιβίδας. Diodor. lib. xv. Φοιβίδας ὁ Σπαρτιάτης, τεταγμένος ἐπί τινος ἡγεμονίας, καὶ δύναμιν ἔχων ἐπὶ Ὀλυνθίους, κατελάβετο τὴν Καδμείαν. Lege Aristidem Sophistam Orat. I. pro Thebanis, et Xenophontem Ἑλλ. v. *Keuch.*

Olynthum] Auxilio Amyntæ Macedonis, qui societate cum Lacedæmoniis inita Olynthum cunctis viribus meditabatur oppugnare. *Gebh.* Urbs illa a Mela describitur inter Athon montem et Pallenem urbem. Viginti stadiis a Meciberna, ut tradit Suidas. Plinius et Orosius quoque meminerunt. Thraciæ urbem maximam vocant Xenophon et Libanius. Eadem Sithonia, Σιθωνία appellatur, ut scribit Herodotus in Polymnia. Sed regionem potius sic vocat, in qua Olynthus et aliæ urbes sitæ sunt. *Ortel.*

Quæ Cadmea nominatur] A Cadmo filio Agenoris Regis Phœnicum, conditore Thebarum, ut vulgo quoque notum est. Huic arci appositum fuit præsidium cohortis Prætoriæ, quod a civitate *præsidium* vocabatur, quia *arces* proprie, qui tunc antiquis illis temporibus, Pelopidæque erant, *civitates* appellarent. Auctor Plutarchus in Pelopida. *Mag.*

Impulsu perpaucorum] Archiæ scilicet, Leontidæ, et Philippi. *Longol. Mag.* Erant hi (ut loquitur Plutarchus) ἄνδρες ὀλιγαρχικοὶ, καὶ πλούσιοι, καὶ μέτριον οὐδὲν φρονοῦντες. Sed notandum, quod apud Xenophontem dicatur Λεοντιάδης, qui Plutarcho Λεοντίδας. *Keuch.*

Adversariæ factioni] Viris adversariæ factionis, Ismeniæ, Pelopidæ, Pherenico, Androclidæ, Epaminondæ; quanquam hic propter paupertatem et philosophiam minus timebatur. *Lambin.*

Idque suo privato] Et Agesilai, ut Plutarchus in Agesilao testatum reliquit. *Mag.* Sed tamen Diodor. lib. xv. tradit, Ephoros clam mandasse præfectis et ducibus, ut Cadmeam occuparent: Διόπερ τοῖς ἡγεμόσιν οἱ Σπαρτιᾶται παρήγγελλον ἐν ἀποῤῥήτοις, ἵνα, ἐάν ποτε καιρὸν λάβωσι, καταλάβωνται τὴν Καδμείαν. *Lamb.* Et adjungit ibidem tempus et causam obsidionis a Spartiatis initæ. Vide etiam Xenoph. eodem lib. v.

Ab exercitu removerunt] Ne viderentur factum probare scilicet. Sed ridicule atque absurde: nam arcem retinentes, ratum se habere declarabant. Hoc igitur erat dicis causa Phœbidæ factum improbare. *Lamb.*

Pecuniaque mulctarunt] Drachmarum decem myriadibus, ut auctor est Plutarchus. *Longol. Gebhard.* Καὶ δέκα δραχμῶν μυριάσιν ἐζημίωσαν. Meminit etiam Polybius Hist. lib. IV. sed summam mulctæ non expressit.

Nam post Peloponnesium bellum] Cujus et supra in Pausania et Lysandro mentio, gestumque annis septem et viginti, inchoatum Olymp. LXXXVII. de quo Thucyd. ac Diodorus. *Schott.* Plinius lib. XXX. 1. tempus ejus refert ad Olympiad. LXXXI. annum 4. Aulus Gellius vero lib. XVII. 21. ad Olympiad. LXXXIX. 1. Diodorus Siculus collocat id bellum in annum Urb. Cond. CCCXXIII. id est, in Olymp. LXXXVII. 3. *Chronolog.*

Qui adversus resistere auderent] Nihil mutandum: quod Lambinus imperite conatur. *Gebhard.*

Amicis suis] Potentiæ paucorum fautoribus. Quales erant Thebis Archias, Leontidas, Philippus. *Lambin.* Quorum impulsu, ut dictum est, arcem ceperant. *Longol.* Supra Lysandr. 'delegerat in unaquaque civitate quibus summum imperium, potestatem omnium rerum committeret. Horum in numero nemo admittebatur, nisi qui aut ejus hospitio contineretur.' Xenophon Ἑλλην. lib. V. Τούτου γενομένου νόμιζε τὰς Θήβας παντάπασιν ὑπὸ τοῖς Λακεδαιμονίοις καὶ ἡμῖν τοῖς ὑμετέροις φίλοις ἔσεσθαι.

Alterius factionis principes] Ismeniam capitis accusatum damnarunt: Androclides, Pelopidas, Pherenicus, et multi alii, plus quadringenti Athenas profugerunt, ex quibus Androclidem Leontidas dolo interficiendum curavit, ut Xenophon et Plutarchus narrant. Epaminondas remansit, neque relegatus est, eo quod propter paupertatem et studium doctrinæ contemnebatur, ut paullo ante diximus. *Lamb.*

CAP. 2. *Communiter cum his*] Xenophon Ἑλλ. lib. V. tradit, Melonem, unum ex Thebanis exulibus, cum quodam Phyllida nomine, qui Archiæ polemarchi Thebani scriba erat, ac non ita pridem Athenas venerat, et Archiam cæterosque tyrannos oderat, esse de opprimendis adversariis collocutum. *Idem.*

Eum, quo maximi magistratus] Xenophon eodem libro ait, diem fuisse, quo magistratus imperiumque deponi solebat. Polyænus Ἀφροδίσια fuisse tradit, et diem festum Veneris, quo mulieres quidem Deæ ludum ludebant: viri autem circum eas versabantur. Visum est præsidii Præfecto τιμῆσαι τὴν Θεόν. Puellas evocavit: Pelopidas gladiolum occultum habens ingreditur, et interfecto præsidii Præfecto, ἠλευθέρωσέ τὰς Θήβας. Hæc Polyænus Strateg. II. Vide sis Plutarchum, qui eandem hanc historiam commemorat, sed aliis circumstantiis.

Nam duodecim adolescentuli] Xenophon tradit, sex duntaxat exules fuisse cum Melone, qui erat septimus. Plutarchus cum Probo congruit: γενόμενοι δὲ οἱ σύμπαντες δώδεκα. *Lambin.* In his Damoclides et Theopompus summo loco nati. Plut. *Schott.*

Qua paucitate percussa est Lacedæmoniorum potentia] Alii *perculsa est*, id est, eversa est: quam scripturam æque probo. *Lambin.* Gemina his aut eadem potius et Plutarchus in Pelopida: ubi etiam scribit tantas ante Leuctricam pugnam vires Spartanorum fuisse, et tam firmis vinculis eorum potentiam fuisse adstrictam, ut vulgo omnes existimarent, solvere illam aut frangere neminem unquam valiturum. Sic ille: Ὁ καταλύσας τὸ τῆς Σπάρτης ἀξίωμα, καὶ παύσας ἄρχοντας αὐτοὺς γῆς τε καὶ θαλάσσης πόλεμος, ἐξ ἐκείνης ἐγένετο τῆς νυκτὸς ἐν ᾗ Πελο-

πίδας, οὐ φρούριον, οὐ τεῖχος, οὐκ ἀκρόπολιν καταλαβὼν, ἀλλ' εἰς οἰκίαν δωδέκατος κατελθὼν, εἰ δεῖ μεταφορᾷ τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν, ἔλυσε καὶ διέκοψε τοὺς δέσμους τῆς Λακεδαιμονίων ἡγεμονίας, ἀλύτους καὶ ἀῤῥήκτους εἶναι δοκοῦντας. Casaubon.

Quorum imperiosa majestas] Sic Lambinus restitutum locum putat, quod ex *imperio imperiosa* fecerit. Repræsentabo veterum scripturam, quam et Savaro secutus est: *Quorum imperii majestas neque ita multo post Leuctricam pugnam ab hoc initio perculsa concidit.* De pugna autem hac memorabili Diodorus lib. XV. Xenophon, Pausanias in Bœoticis, Plutarchus in Pelopida et Comment. de genio Socratis. Strabo lib. IX. De Latinis, Solinus cap. 13. De recentioribus Joan. Brodæus Miscell. lib. II. c. 11. et 12. *Schott. Quorum imperiosa majestas*] Aliter scriptum erat in membranis et Excerpt. *imperii majestas.* Longe melius, quam in Vulgata Lambini, qui ex *imperio majestas*, intempestive conformavit *imperiosa.* Editio, quæ collata est cum optimo Pet. Dan. Cod. *imperio majestas*, habuit; ut sit *majestas imperio*, pro *in imperio*, vel *imperii.* Sic 'fulgor ab auro' apud Poëtam naturalium, pro *auri*; et alia apud auctores. *Keuchen.*

Vesperascente cælo] Sic Xenophon, qui tradit eos ea hora ad urbis portas venisse, qua ab opere rustico in urbem ii redeunt, qui postremi et maxime sero redeunt: *Πρὸς τὰς πύλας ἦλθον, ὡς δὴ ἐξ ἀγροῦ ἀπιόντες, ἡνίκα περ οἱ ἀπὸ τῶν ἔργων ὀψιαίτατοι.* Sic et Diodorus: *καὶ κατῆλθον εἰς πατρίδα νυκτός.* Sed Plutarchus aliter: *Παρεισῆλθον ἔτι ἡμέρας οὔσης.* Idem tamen subjicit deinceps: *ἦν δέ τι πνεῦμα καὶ νιφετὸς ἀρχομένου τρέπεσθαι τοῦ ἀέρος, καὶ μᾶλλον ἔλαθον καταπεφευγότων ἤδη διὰ τὸν χειμῶνα τῶν πλείστων εἰς τὰς οἰκίας. Lambin. Vesperascente cælo*] Crebro ad id exemplum loquitur Tacit. Ann. lib. I. 65. 'Enisæque legiones vesperascente die in aperta et solida.' Lib. XVI. 34. 'Tum ad Thraseam in hortis agentem Quæstor Consulis missus vesperascente jam die.' Hist. lib. II. 49. 'Vesperascente die sitim haustu gelidæ aquæ sedavit.' Forte ita corrigendus Sallustius in Jugurthino: *Et jam dies vesperaverat:* vulgo editum, *Et jam die vesper erat.* Gebhard.

Cum canibus venaticis exierunt] Plutarchus: 'Procedebant brevibus chlamydibus amicti, catulos agentes venaticos, et perticas tenentes ad feras indagandas; ut ne quis eorum, qui in via occurrerent, suspicaretur, eos aliquid novi moliri, sed huc et illuc vagari et venari existimaret.'

Domum Charonis deverterunt] Xenoph. *διενυκτέρευσαν παρὰ Χάρωνί τινι, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν διημέρευσαν.* Sic Plutarchus. *Deverterunt*] Charon autem potens et dives fuit Thebis, qui domum conjuratis contulerat, et ad Platæas feliciter pugnaverat. Auctor Plutarchus. *Schott.*

CAP. 3. *Sejunctum a re proposita*] *Οὐκ ἀνοίκειον τῆς πραγματείας.*

Nimia fiducia quantæ calamitati soleat esse] Velleius Paterc. lib. II. 118. 'Nemo celerius opprimitur, quam qui nihil timet; et frequentissimum initium est calamitatis, securitas.' *Keuch. Nimia fiducia quantæ calamitati soleat esse*] Ita est, securitas semper oppressa et circumventa fuit. Nam 'Non perit ruina vir, qui ruinam timet,' teste P. Syro: et iterum, 'Qui metuit calamitatem, rarius accipit.' Et vers. seq. 'Qui timet insidias omnes, nullas incidit.' At contra: 'Quod est timendum, decipit, si negligas.' Et denique: 'Citius venit periculum, cum contemnitur.' Flor. lib. II. 14. 'Prius jugum excutit Macedo aliquanto quam ante gravior, dum contemnitur.' *Gebhard.*

Exules in urbem devenisse] Plutarchus: *Οὔπω δὲ πάνυ πόῤῥω μέθης οὖσιν αὐτοῖς προσέπεσέ τις, οὐ ψευδὴς μὲν, ἀβέβαιος δὲ καὶ πολλὴν ἀσάφειαν ἔχουσα*

περὶ τῶν φυγάδων μήνυσις, ὡς ἐν τῇ πόλει κρυπτομένων.

Vino epulisque deditι] Pari ratione ebrios piratas jugulavit Jul. Cæsar, recepta omni pecunia Milesiisque restituta, qua se redimere jubebatur. Exemplum festivum posteritati reliquit Polyæn. lib. II. Ἀριστομένης ὁ Μεσσήνιος, Λακεδαιμονίων τοῖς διοσκούροις πάνδημον θυσίαν ἐπιτελούντων, μετὰ ἑνὸς φίλου, λευκῶν ἵππων ἐπέβησαν ἄμφω, καὶ ταῖς κεφαλαῖς περιεκαθηκάτην χρυσοῦς ἀστέρας, καὶ νυκτὸς ἤδη προϊούσης ἐπεφάνησαν μετὰ σύμμετρον διάστημα τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἔξω πόλεως μετὰ γυναικῶν καὶ παίδων πανηγυρίζουσιν. Οἱ μὲν δὴ διοσκούρων ἐπιφάνειαν οἰηθέντες γεγονέναι, προΐασιν ἐς μέθην καὶ ἡδονὴν πλείονα. Οἱ δὲ ἀπὸ τῶν ἵππων καταβάντες, τὰ ξίφη σπασάμενοι, πλείστους καταφονεύσαντες αὐτῶν καὶ ἀφιππεύσαντες ᾤχοντο. Quid mirum manipulum hominum ebrietatem in exitium præcipitasse, cum munitissimæ urbes Genio et Baccho operantes eo tempore libertatem et imperium suum amiserint, quo illas Fortuna destruere cogitans tanta securitate illigavit? De Tyro Curt. IV. 4. 5. Aliud exemplum præbent Syracusæ captæ, cum Epicides præbuisset vini epularumque copiam, quod quia ex Liv. XXII. et Frontini III. 3. 2. satis notum est, huc transferre supersedeo. Cranon Thessaliæ urbs a Dinia quodam Pheræo Thelesippi F. sordidissimi aucupii diurni quæstu famem propulsante oppressa est, cum cives securi vino et epulis se demersissent. Vide Polyæn. lib. II. et Diod. lib. XVI. Ubi Nypsius Dionysii Junioris Dux Syracusanos ex victoria navali, ἐπινικίοις celebratis, somno ac vino sepultos invadit atque opprimit. *Gebhard.*

Ab Archia hierophante Archiæ] Lapsus est Probus non Græcæ linguæ inscitia, sed incuria potius. Certum est enim Græcum historicum, unde hæc in Latinam linguam convertit, scripsisse: ἀπ' Ἀρχίου τινὸς τιν' Ἀρχίᾳ, hoc est, *ab Archia uno cuidam Archiæ.* Nam qui significavit Atheniensis, nomen habuit Archias; et cui significabatur, nempe cui summa Thebis potestas erat, Archias nuncupabatur: id ex Plutarcho scire licet, qui in vita Pelopidæ hac de re scribit. *Longol.* Scripti quidam Codices vitiose: *Ab Archino uno ex his Archia.* Alii: *Ab Archia uno Tinarchiæ.* Unde nonnulli eliciunt: *Ab Archia uno Tysarcha. Tinarchia* mendose legitur, quæ lectio ex compendio Græcarum literarum orta, quasi scriptum esset, Τιναρχίᾳ uno vocabulo, cum essent duo, τιν' Ἀρχίᾳ, pro τινὶ Ἀρχίᾳ. Vide Lambinum. Primus Aldus Manutius e Plutarcho locum constituit, cujus hæc in Pelopida sunt: παρὰ Ἀρχίου τοῦ ἱεροφάντου πρὸς Ἀρχίαν τὸν ὁμώνυμον. *Schott.*

Quæ quum jam accubanti] *Occubanti* ἀντὶ τοῦ *accubanti* positum suspicor in veteri libro. Sic *obire, objicere, occedere* dicebant, pro adire, adjicere, accedere, et alia infinita. Nam *ob* pro *ad* δυσφημίας vitandæ veteres dixisse ex Festo notum. *Keuchen.*

Sicut erat signata in pulvinum subjiciens] Curt. lib. III. 21. 'Diu animo in diversa versato, nulli quid scriptum sit enunciat, epistolamque sigillo annuli sui impresso, pulvino, cui incubabat, subjecit.' Quidam libri habent *sub pulvinum.* Porro vides quæ fata manent, vitari non posse. Cæsar, apud Sueton. cap. 81. 'Libellum insidiarum indicem ab obvio quodam porrectum libellis cæteris, quos sinistra manu tenebat, quasi mox lecturus commiscuit.' Vide Paterculum lib. II. 57. ubi pulchre concludit: 'Sed profecto ineluctabilis fatorum vis, cujus cum fortunam mutare constituit, consilia corrumpit,' &c. *Gebhard.*

In pulvinum subjiciens] Plutarchus idem inquit, ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον ὑπέθηκεν. Interpres inepte pro *pulvino, lectuli caput* vertit. Morem veterum hic Probus innuit, qui in discubi-

toriis et tricliniaribus lectis, cibum sumere solebant: quanquam antiquiores sedentes, non decumbentes, id facere consueverunt, ut ait Athen. lib. VIII. 18. Qua de re latius in libello nostro, De Antiquorum prandiis et cœnis. Dictum Archiæ hujus in proverbium abiisse, quod ad suam usque ætatem in usu fuerit, testatur Plutarchus in eodem Pelopida. *Magius.*

In crastinum, inquit, differo res severas] Meminit Erasmus in Chiliadibus. *Longolius.* Mavult Schottus *serias.* Quod vero Lambinus verbum *differo* ejiciendum censet, quia Plutarchus, *εἰς αὔριον τὰ σπουδαῖα*, solemni suo facit. *Gebhard.*

Severas] Non placet: melius editi *serias.* Schottus.

Cum jam nox processisset] Τῆς νυκτὸς προϊούσης. Sallust. Jugurtha: 'Sed ubi plerumque noctis processit.' *Gebh.*

Vinolenti ab exulibus] Excepto Leontida, qui solus omnium erat sobrius. Vide sis Historiam fuse apud Plutarchum.

Duce Pelopida] Supr. in Epamin. 'quo tempore duce Pelopida exules Thebas occuparunt, et præsidium Lacedæmoniorum arce expulerunt.' *Savaro.*

Vulgo ad arma libertatemque vocato] Quod faciebant vel voce, vel etiam propositis libellis, qui præsentem statum ibant imminutum. Diod. lib. XV. Ἔπειτα τοὺς πολίτας ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν παρακαλέσαντες, συνεργοὺς ἔσχον ἅπαντας τοὺς Θηβαίους. Tacit. Ann. lib. IV. 27. 'T. Curtisius, positis propalam libellis ad libertatem vocabat agrestia per longinquos saltus et ferocia servitia.' Pacuvius Dusoreste: 'Extemplo Ægisthi fidem Nuncupantes conciebant populum.' Cicero pro Rabirio: 'Cum ad arma consules ex SCto vocavissent.' *Gebhard.*

Auctores Cadmeæ occupandæ] De quibus supra. *Lambin.*

CAP. 4. *Itaque hæc liberandarum Thebarum propria laus est Pelopidæ*] Quam ei quoque adscribit Diodorus lib. XV. Ἐν γὰρ τῇ τῶν φυγάδων καταλήψει, καθ' ἣν ἀνεκτήσαντο τὴν Καδμείαν, ὁμολογημένως ἅπαντες τούτῳ τὸ πρωτεῖον τοῦ κατορθώματος νέμουσι. τὴν δ' ευημερίαν ταύτην συνέβη πάντων τῶν ὕστερον γενομένων ἀγαθῶν αἰτίαν γενέσθαι. *Gebhard.*

Delectæ manus] Cohortis trecentorum militum, quæ ob amorem amicitiæ, quo plurimum valebat, pugnabatque in hostem acrius, Sacra cohors dicta est. Qua de re disserit Plutarchus. *Schottus.* Auctor istius fuit Gorgias, πρῶτος ἐν Θήβαις, ut tradit Polyænus lib. II. Cui haud dissimiles fuerunt Soldurii, de quibus Cæsar de Bell. Gall. lib. III. 22. *Gebhard.*

Quoque Messena celerius restitueretur] Diruta atque eversa instauraretur, atque incolis frequentaretur. *Restituere* hic est ἀνοικίσαι. Superius Epaminonda: 'Neque prius debellare destitit, quam Messena restituta urbem eorum obsidione clausit;' ut ibidem docti e Mss. libris corrigunt. Diodor. lib. XV. Πρὸς δὲ τὸν Περσῶν βασιλέα πρεσβεύσας, ἐν ταῖς κοιναῖς ὁμολογίαις τὴν Μεσσήνην κατ' ἰδίαν παρέλαβεν, ἣν ἀνάστατον οὖσαν ἔτη τριάκοντα Θηβαῖοι πάλιν ἀποκατέστησαν. *Idem.* Corrigendus P. Danielis Codex, in quo corrupte *Essena* pro *Messena* legitur.

Legatus in Persas est profectus] Post missos ad Persarum Regem Lacedæmoniorum et Atheniensium legatos de societate ineunda. De hac legatione vide Plutarchum.

Hæc fuit altera persona Thebis] A scena sumpta translatio: habet et hoc proverbiale aliquid. *Longol.*

CAP. 5. *Et quum Thessaliam*] Ad quam cum Ismenia amico suo profectus est. Diodorus XV. Παραλαβὼν Ἰσμενίαν ἄνδρα φίλον μὲν ἑαυτοῦ, θαυμαζόμενον δὲ ἐπ' ἀρετῇ, παρῆλθεν εἰς Θετταλίαν. Plutarch. enumerat felices

ejus successus in oppugnandis urbibus Thessalicis, et præcipue Larissa, quam brevi tempore in fidem suam recepit. *Keuch.* *In potestatem redigeret*] Imperio Thebanorum adjiceret atque subjiceret. Curt. lib. IX. 35. 'Quas gentes redegit in potestatem.' Velleius lib. II. 37. 'Et aliæ restitutæ populo Romano; aliæ tum primum in ejus potestatem redactæ, ut Syria, quæ tum primum facta est stipendiaria.' Idem cap. 94. 'Cum legionibus ingressus Armeniam, redacta ea in potestatem populi Romani regnum ejus Artauasdi tradidit.' Curt. lib. IV. 4. 'magnum partem Asia in ditionem redegi meam.' *Gebh.*

Legationisque jure] Nulla legationis fit mentio neque apud Diodorum, neque Plutarchum. Diodorus hoc tantum scribit, Pelopidam et Ismeniam, cum Alexandro Pherarum tyranno obviam facti essent, temere et sine ulla probabili ratione ab eo comprehensos esse, et in custodiam datos. Verba Græca non adscribam; sunt autem lib. XV. *Lambin.*

Quod apud omneis gentes sanctum esse consuesset] De sanctimonia Legatorum multa passim Josephus lib. XV. Antiquæ historiæ, ubi ait, commune esse ipsis cum Angelis Dei nuntiis nomen. Varro lib. III. de Ling. Latina; 'Sancta sunt corpora legatorum.' Diodorus Siculus in excerptis Peiresianis n. 248. τὴν ἄδειαν vocat τῆς τῶν πρεσβευτῶν ἀσυλίαν. Statius Papin. lib. II. 'sanctum populis per secula nomen Legatum.' Cicero Verrina III. 'Legatorum jus divino humanoque vallatum præsidio, cujus tam sanctum et venerabile nomen esse debet, ut non modo inter sociorum jura, sed et hostium tela incolume versetur.' Plura congessit Grotius in Annot. ad lib. II. cap. 18. de Jur. Bell. ac Pac. Hinc apud Romanos per feciales cavebatur; ut, si legati a quovis populo aut gente violati essent, hi dederentur, qui jura gentium temere violassent. Vide Alexandrum Neapolitanum lib. V. 3. Genial. dierum. *Keuchen.* Quales sunt olim habiti populi quidam, ut Elei. Et apud Romanos Tribuni plebis libera republica; postea Imperatores, et etiam Κήρυκες. Dio Chrysostomus, πολὺ τῶν σπονδοφόρων καὶ τῶν κηρύκων ἱερώτεροι. *Casaubon.* Mendose Longol. et Magius *factum* ediderant. *Schott.*

A tyranno Alexandro Pheræo] Editio, quam Parisii dederunt, omittit præpositionem. Alexander Pheræus, lib. VI. Prologorum ad historias Philippicas Pompeii Trogi vocatur *Epireus.* Sed emendandum *Pheræus*, qui Plutarcho in Pelopida Ἀλέξανδρος Φεραῖος. Quod et apud Diodorum retinendum lib. XV. 67. ubi mendose legitur, ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος, pro Φεραίου. Et confirmant tempora sub annum videlicet 4. Olymp. CII. *Keuch.*

In vincula conjectus est] Vide supr. in Miltiade. Scævola in l. IV. §. item qui ad Jul. Majest. Qui confessum in Judicio reum et propter hoc in vincula conjectum emiserit. Ulpian. lib. V. de Cust. et exhibit. reor. 'Non esse in vincula conjiciendum eum.' *Savaro.*

Bello persequens Alexandrum] Cujus gerendi ratio adhibita fuit, ut tyrannus impetratis 30. dierum induciis Pelopidam liberaret. *Plutarch.*

Simul ac conspexit hostem, confligere] Sic et Plutarchus: Ὡς οὖν εἰς Φάρσαλον ἐλθὼν ἤθροισε τὴν δύναμιν, εὐθὺς ἐβάδιζεν ἐπὶ τὸν Ἀλέξανδρον. *Lamb.* Habebat autem Alexander militum amplius XX. millia; ut tradit Diodorus Siculus.

Incensus ira, equum in eum concitavit] Plutarchus ob id factum, Pelopidæ temeritatis notam inurit. *Mag.*

Conjectu telorum confossus, cecidit] Plutarchus: Οἱ δὲ πολλοὶ τοῖς δόρασι πόῤῥωθεν διὰ τῶν ὅπλων τύπτοντες αὐτὸν, κατετραυμάτιζον. *Lambin.*

Secunda Victoria] Ita edunt omnes; notat tamen Lambinus placere magis *secunda pugna.* Sed legendum *secunda*

Victoria; propitia Victoria, cum jam se inclinasset ad Thessalos victoria. Rombertus Titius Controv. loc. lib. IV. 8. conjecerat *Secuta Victoria.* Curtius lib. IV. Aristander 'in candida veste præibat preces regi Jovem, Minervam Victoriamque propitianti.' Justinus lib. V. 4. 'Hunc quasi de cœlo missum, et ut ipsam Victoriam contuentur.' *Gebh. Schot.*

Omnes Thessaliæ civitates] Quibus honoribus et studiis prosecuti sint Pelopidæ funus et mortem, docet Plutarchus in vita, non minus eleganter quam copiôse. *Longol.*

Coronis aureis] Quæ mortuis imponi solitæ, ut e Cicerone pro L. Flacco et Aristophane Comico docet Pet. Victorius Var. Lect. lib. II. 7. *Schott.* Στεφάνους ἐπιτυμβίους intelligit Passchalius de Coronis lib. VII. 5. Alias etiam in coronis mortuorum aureæ memorantur. Sic honoris ergo, auream coronam Castricio mortuo imponendam Pergamenos decrevisse, auctor est Cicero in Orat. pro Flacco, cap. 31. Vide Kirchmannum de Funer. lib. I. *Boecl.*

XVII. AGESILAUS.

Cap. 1. *Agesilaus*] In veteribus scriptum erat *Hagesilaus* per aspirationem. *P. Daniel.* In aliis *Agesilas;* quod idem ac *Agesilaus.* Keuchen. Sic Iolaus, Ioias; Arcesilaus, Arcesilas; Menelaus, Menelas; Agesilaus, Agesilas. Ita quoque Græci Ἀγεσίλας et Ἰόλας. *Salmas.* De quo nugacissimas ineptias effutierunt ad Athenæum interpretes. Vide Casaub. lib. XV. 9. De hoc Agesilao, Xenophon. Herodotus lib. VII. Athenæus; Valer. Justin. Plutarch. Polyænus. Frontinus supra in Chabria. *Savaro.* Adde Ciceronem, Pausaniam, Diodorum, Polybium, Ælianum Var. Hist. VII. 13. XX. 14. *Boecl.*

A Xenophonte Socratico] Exstat laudatio hæc præstantissimi Philosophi ac Ducis, Socratis cum Platone auditoris. Meminit Cicero Epist. lib. V. 12. ad Luceium. Scripsit et Plutarchus de vita Agesilai, itemque apophthegmata præter Laconica. Simultatem autem cum Platone exercuisse, multis colligit argumentis Athenæus lib. XI. et Agellius lib. XIV. 3. Hic tamen falso efficere conatur, neutrum alterius odii caussa meminisse, cum Xenophon in ἀπομνημονευμάτων lib. III. ejus meminerit, ut ante Muretum Var. Lect. lib. V. 14. notavit Laërtius in Platonis vita. *Schott.*

Eo enim usus est familiarissime] Dubium est, utrum dicat Probus, Xenophontem usum esse Agesilao familiarissime, an Agesilaum Xenophonte. Mihi quidem videtur illud potius. *Lamb.* Vide Plut. in Apophth. Lacon. Aliam reddit causam Themistius Orat. ad Cæsarem, idcirco Agesilai vitam literis mandasse, quod ejus opera a Spartanis agro donatus esset. *Schott.*

Cum Leotychide fratris filio] Sic Xenophon in Agesilao: Ἐρισάντων περὶ τῆς ἀρχῆς, Λεωτυχίδα μὲν, ὡς Ἄγιδος ὄντος υἱοῦ, Ἀγησιλάου δὲ, ὡς Ἀρχιδάμου. *Lambin.*

Ut duos haberent semper Reges] Infra de Regibus: 'Lacedæmonius autem Agesilaus nomine, non potestate fuit Rex, sicut cæteri Spartani.' Ad

quem locum observavimus causam duorum regum, ut a Panegyrico scriptore promitur ad Maximianum. Vide sis etiam Lipsium ad Velleium, et Alexand. ab Alexandro Gen. Dier. lib. IV. 23. *Keuch.* Quod exemplum secuti et alii in Græcia. Simile quid Pausanias de Argivis in Corinthiacis. Talia regna negat Aristoteles constituere propriam speciem gubernationis, quia scilicet partem tantum faciunt in republica optimatium aut populi. Lege Grotium de Jure Belli ac Pacis lib. I. 3.

Proclis et Eurysthenis] Has tamen familias Plutarchus in Lysandro, et apophth. Laconicis, Eurytiontidas et Agidas vocat. Dicit autem Probus, 'ex duabus familiis,' quia plures erant Heraclidarum familiæ præter has, sed tamen regni exortes. *Magius.* Horum successionis catalogum ab Hercule enumerat Pausanias. De his quædam etiam a Cicerone scribuntur, de Divinat. lib. II. Miror autem Ciceronem et Probum a Græcis in nominis finitione dissentire. Etenim illi non *Proclum*, sed Προκλῆν scribunt. *Long.* Quæ scriptura omnium verissima et genuina. Longolius, quem secutæ plerumque Editiones vulgatæ, *Procli* legit, non *Proclis.* Atque eodem modo Parisiensis. Sic *Periclus* et *Neoclus* dixerunt, cum in Græco sit Περικλῆς et Νεοκλῆς. Sed aliud mendum est apud alios in nomine Προκλῆς, pro quo plerique Πατροκλῆς. Quod repugnat Historiæ, tempori, circumstantiis. Unde corrigendus Suidas in Λυκοῦργος· Λυκοῦργος Σπαρτιάτης Πατροκλέους ἀπόγονος· Lege Προκλέους. Sic Plato de Legibus lib. III. Λακεδαιμόνιος δὲ Πατροκλῆς καὶ Εὐρυσθένης, pro Προκλῆς. *Keuch.*

Ex progenie Herculis] Prima scilicet, quam longo Regum ordine, a Leonida et ejus majoribus enumerat Herodotus, VII. Musa. Unde apud Vatem Lyricum Oda X. Pyth. Ὀλβία Λακεδαῖμον, Μάκαιρα Θεσσαλία· πατρὸς Δ' ἀμφοτέραις ἐξ ἑνὸς Ἀριστομάχου γένος Ἡρακλέος βασιλεύει. *Keuchen.*

Harum ex altera] *Horum* scriptus Codex, ut ad personas, non familias referatur. *Schott.*

Fieri non licebat] Qui erat ex familia Proclidarum seu Eurypontidarum, non poterat rex fieri in locum ejus, qui fuisset ex familia Eurysthenidarum seu Agidarum, neque contra. *Lamb.*

Primum ratio habebatur] Vetusta lectio quam et suo more fideque summa Savaro amplectitur. Magius, *Primus in eo habebatur.* Longol. *primum ideo habebat.* Nata scripturæ varietas e notarum compendiis. *Schott.*

Qui maximus natu esset] Idem testatur Herodotus lib. VI. *Mag.*

Mortuus erat Agis] *Hagis* Codex P. Danielis. De morte Àgidis et sepultura lege Xenophon. Ἑλλ. lib. III.

Quem ille vivens non agnorat] Nam Alcibiadis putabatur filius; stupri enim consuetudinem cum Timea uxore Agidis Alcibiades commiserat. Vid. quæ notavimus in Alcibiad. *Long.* Lege quæ de hoc adulterio retulit Athenæus libro XII. 16. et scripta reliquit Plutarchus in Alcibiade, Lysandro, et Agesilao. Ut autem ab Agide filius nuncuparetur, lachrymis Leotychides impetravit: auctor Pausanias. *Mag.*

Moriens suum] Quo pacto id lacrymis Leotychides consecutus sit, docet Pausanias. *Longol.*

Lysandro suffragante] Puerum enim Agesilaum Lysander amaverat, ut Plutarchus in Lysandro et Agesilao testatur. *Idem.*

CAP. 2. *In Asiam*] Quo Græcos incolentes in libertatem vindicaret. Plutarchus in Apophth. et alibi. Aliam tamen causam affert Probus, nisi forte potius illa occasio belli fuerit. *Idem.* *Ut exercitum emitterent in Asiam*] Nempe in hosticum et ipsius hostis sinum ac viscera transferen-

dum; non autem ad socios et confœderatas provincias. Infra Annib. ubi Antiocho suadet, ut propius Tiberim quam Thermopylas de summa Imperii dimicaret. Ut cætera taceam; 'Res hostis, in cujus sinum irruptio facta est, consumentur, territorium detondebitur, atque ita miles noster copiis hostis se alet et sustentabit.' Hanc mihi rationem approbavit Xenophon Agesilao, *καὶ τὸ τἀκείνου* (Persæ) *δαπανῶντα μᾶλλον ἢ τῶν Ἑλλήνων βούλεσθαι.* Hoc consilium quoque fuit Timoleontis apud Diodor. lib. XVI. *Ἔδοξε δ' αὐτῷ τὸ τὸν πρὸς Φοίνικας ἀγῶνα συστήσασθαι κατὰ τὴν τῶν Καρχηδονίων ἐπικράτειαν, ὅπως τὴν μὲν τῶν συμμάχων χώραν ἀσινῆ διαφυλάξῃ, τὴν δ' ὑπὸ τοὺς βαρβάρους οὖσαν καταφθείρῃ.* Et Darii ibid. lib. XVII. qui post Philippi excessum contendebat molem belli ex Asia in Europam atque Macedoniam derivare. Justin. lib. XIII. 6. 'Quibusdam placebat bellum in Macedoniam transferri, ad ipsum fontem et caput regni.' Vide eundem lib. XXXI. 5. verbis Annibalis. *Gebhard.*

Bellumque regi facerent] Tacit. Ann. III. 18. 'Quando M. Antonii, qui bellum patriæ fecisset nomen maneret.' Justin. lib. III. 'Peloponnenses immiserunt, qui bellum Atheniensibus facerent.' *Idem.*

Decens, satius esse in Asia, quam in Europa dimicare] Sic Xenophon in Agesilao: *Κάλλιστον δὲ πάντων ἐνομίζετο, μὴ περὶ τῆς Ἑλλάδος, ἀλλὰ περὶ τῆς Ἀσίας τὸν ἀγῶνα καθιστάναι.* Non laudat tamen Isocrates hunc Agesilai conatum, in Orat. ad Philippum; eo, quod non prius Græcos inter se conciliarit, quam Regi Persarum bellum inferret. *Lamb.*

Namque fama exierat] Illud vero infra in Hannibale: 'Magnam enim secum pecuniam portabat, de qua sciebat exisse famam.' Sueton. in Nerone: 'Exiit opinio,' &c. Græci similiter dicunt *λόγος ἐξέπεσε*, ut ad Suetonium notavit Casaubonus. *Schottus.*

Comparare classem] Ita loquitur paullo post, et supra, Miltiade. Græci dicunt *ἑτοιμάζειν* vel *κατασκευάζεσθαι.* Cæsar de Bello Gall. VII. 12. 'Præsidium Genabi tuendi caussa, quod eo mitterent, comparabant.' *Gebh.* Incidit hoc bellum in Olympiad. XCVI. ann. 1.

Tanta celeritate usus est] Qua maximæ res conficiuntur. Vegetius de Re Milit. lib. IV. 31. 'In rebus bellicis celeritas amplius solet prodesse quam virtus.' Justin. lib. XI. 2. 'Quibus motibus occursurus, tanta celeritate instructo paratoque exercitu Græciam oppressit, ut, quem venire non senserant, videre se vix crederent.' Vide Cæsar. Bell. Civil. VI. 30. Celeritas quoque parit admirationem et terrorem. Diodor. lib. XVII. de Alexandro Magno: *ἡ γὰρ ὀξύτης*, inquit, *τοῦ νεανίσκου καὶ διὰ τῶν πράξεων ἐνέργεια τοὺς ἀλλοτριοφρονοῦντας μεγάλως ἐξέπληττε.* Quem locum videtur respexisse Trogus apud Justin. lib. XI. 3. 'Contemptum hostis in admirationem vertentes, pueritiamque Alexandri, spretam antea, supra virtutem veterum ducum extollentes.' Lib. II. 3. Scythas 'cum tanta celeritate venire rex (Ægypti Vexoris) addidicisset, in fugam vertitur.' *Gebhard.*

Ut omnes imparatos imprudentesque] Vitiose Longolius edidit, *ut omnes imperatores imparatos imprudentesque.* Conjungit autem in Datame, 'imperatum imprudentemque,' ad quem locum plura Savaro. *Schott.*

Inducias a Lacone petivit] Plutarchus: *Ἐπεὶ δὲ Τισσαφέρνης, ἐν ἀρχῇ μὲν φοβηθεὶς τὸν Ἀγησίλαον, ἐποιήσατο σπονδάς*, &c. Fuerunt illæ trium mensium, ut tradunt Xenophon in Ages. lib. III. et Polyænus Strategem. II. qui adjungunt simul conditiones jurejurando inter utrumque initas. *Keuch.*

Easque impetravit trimestres] Ex-

cerpta, *trimenstres*: ἀρχαϊκῶς. *Keuch.*

Summa fide mansit Agesilaus] *Manere in fide* est ἐμμένειν τοῖς ὅρκοις. Vel ἀναμένειν τὴν προθεσμίαν. Hæc locutio purissimam respicit antiquitatem. Eumene: 'Quam cum imperasset, in fide non mansit.' Cæsar de Bell. Gall. lib. I. 36. 'Neque iis neque eorum sociis injuria bellum illaturum, si in eo manerent, quod convenisset.' M. Tullius Attico: 'Quod verita sit, ne Latinæ in officio non manerent, et in montem Albanum hostias non adducerent.' Et Tuscul. 'Earum bestiarum quæque suum tenens munus manet in lege Naturæ.' *Gebh.*

Contra ea, Tissaphernes nihil aliud quam bellum comparavit] Atqui hoc salva pactionis fide facere potuit. Nam juris gentium est contra lædentem sibi consulere. At si interpretantur Græculi stare jurejurando, contra paratum perstare imparatum, ac velle offensioni patere, perjurii crimini Tissaphernes non potest eximi. Quod secus est. *Idem.*

Suis rebus abalienaret] Id est, a suis rebus alienaret. Licebat et repetita præpositione ita dicere: quo de genere alias. *Lambin.*

Servata religione] Id est, servato jurejurando. Cicero pro Fonteio, 'religio jurisjurandi.' *Idem.*

Hominesque sibi conciliari] Propria quædam Nepoti in loquendo est indoles, quam qui non attendunt, eam eunt perversum, quod creberrime facit Lambinus. Nam heic quoque delevit vocem *amiciores*, restitantem in omnibus tam scriptis, quam editis. *Gebhard.*

Cap. 3. *Plurima domicilia*] Et in eis horti amœnissimi, arboribus undique magno sumptu conquisitis, et cæteris rebus ad voluptatem et delicias summo artificio comparatis instructi. Diodor. lib. XIV. *Lambin.*

At Agesilaus in Phrygiam] Xenophon 'Ελλ. lib. III. 'Ο δὲ 'Αγησίλαος, ἀντὶ τοῦ ἐπὶ Καρίαν ἰέναι, εὐθὺς εἰς τἀναντία ἀποστρέψας, ἐπὶ Φρυγίας ἐπορεύετο, καὶ τάς τε ἐν τῇ πορείᾳ πόλεις κατεστρέφετο, καὶ ἐμβαλὼν ἀπροσδοκήτως, παμπλήθη χρήματα ἐλάμβανε. Sic Plutarchus in Agesilao. Polyænus et Frontinus in Lydiam pervasisse, eamque diripuisse testantur. Polyænus II. Strat. 'Ο δὲ Λάκων κατέδραμε Λυδίαν, καὶ λείαν πολλὴν κατήλασεν. Frontinus lib. I. 8. 'Agesilaus Lacedæmonius, cum inferret bellum Tysapherni, Cariam se petere simulavit; quasi aptius locis montuosis, adversus hostem equitatu prævalentem pugnaturus. Per hanc consilii ostentationem advocato in Cariam Tysapherne; ipse Lydiam, ubi caput hostium regni erat, irrupit: oppressisque qui illic agebant, pecunia regia potitus est.'

Ephesum hyematum exercitum reduxit] Xenophon 'Ελλ. lib. III. et in Agesilao: 'Επειδὴ δ' ἔαρ ὑπέφαινε, συνήγαγε πᾶν τὸ στράτευμα εἰς Ἔφεσον. Causam autem cur longius non sit progressus, hanc affert, quia exta sacrificanti parum læta fuerant, victimæ sine fibris exstiterant. Quod et a Diodoro lib. XIV. relatum est. Præterea cognovit, se, nisi equitatum haberet, barbaris imparem futurum; idcirco equitatum sibi esse comparandum existimavit. Xenophon. 'Ελλ. lib. III. *Lambin.*

Officinis armorum institutis] In urbe nempe valida atque opificibus abundante. Tacit. Hist. II. 82. 'Destinantur validæ civitates exercendis armorum officinis.' Cæsar Civil. lib. I. 34. 'Armorum officinas in urbe instituerant.' Hirtius de bello Alexandrino cap. 2. 'Nec minus in urbe maximæ armorum erant institutæ officinæ.' Alioqui proportione quadam civitatibus arma imperata in magnis bellorum apparatibus. Cæsar de Bello Gall. lib. VII. 4. 'Vercingetorix armorum quantum quæque civitas domi, quodque ante tempus efficiat, constituit.' *Gebh.*

Magna industria bellum apparavit]

Equos cum sessoribus eo bello extorsit ditioribus, qui vacationem militiæ impetrabant misso vicario milite. Auctor Plutarchus in Vita et Apophthegmatis Lacon. *Schott.*

Bellum apparavit] In Hannib. 'cum in apparando acerrime esset occupatus.' In Eumene: 'Apparatus Antigoni.' In Alcib. 'id cum appararetur.' Justin. lib. VI. 'magnus igitur amborum apparatus belli.' Oros. II. 6. 'in ipso apparatu concidit.' *Savaro.*

Insignius ornarentur] Reprehendunt hoc alii belli periti, 'cum victoria non armorum decore, sed ferri virtute quæratur.' Alexander M. apud Justin. lib. XI. 13. Neque hoc sine morsu, quod Charidemus Atheniensis ad Darium de ipsius copiis: 'Nitet,' inquit, 'purpura, aurumque fulget armis et opulentia.' Curt. lib. III. 6. Et plerunque imbelles adornatis pictisque armis inclusi sunt. Idem ibid. cap. 38. 'Illyrios vero et Thracas rapto vivere assuetos, aciem hostium auro purpuraque fulgentem intueri jubet, prædam non arma gestantem: irent et imbellibus fœminis aurum viri eriperent:' Pharasmanes apud Tacit. Ann. VI. 34. 'Simul horridam suorum aciem, picta auro Medorum agmina, hinc viros, inde prædam ostendere.' Alexander apud Justin. lib. XI. 13. 'Hortatur spernant illam aciem auro et argento fulgentem, in qua plus prædæ quam periculi sit.' Tacit. Agric. cap. 32. 'Ne terreat vanus adspectus et auri fulgor atque argenti, quod neque tegit neque vulnerat.' Liv. lib. X. 39. 'Non enim cristas vulnera facere, et per picta atque aurata scuta transire Romana pila.' Sed frivolum est putare, auro atque argento adornata ab Agesilao arma; ferro fulgor atque terror fuerunt addita, quibus mentes simul visusque perstringerentur hostium. Onosander ἐσμηγμέναι γὰρ αἰχμαὶ, καὶ λαμπρὰ ξίφη, καὶ πρὸς ἄλληλα παραμαρμαίροντα πρὸς ἀνταύγειαν ἡλίου δεινὴν ἀστραπὴν πολέμου ἀντιπέμπει. Præter ista fulgentia atque nitida arma militi alacritatem addunt et fiduciam augent: rubigine vero ac situ squallentia animos dejiciunt. Alexander apud Curt. lib. X. 2. 'Lignea enim vasa desiderant et ex cratibus scuta rubiginemque gladiorum. Hoc cultu nitentes vos accepi.' Porro auri atque argenti in armis fulgorem non semper apud imbelles conspici documento est Julius Cæsar, de quo Sueton. cap. 67. 'Jactare solitus milites suos etiam unguentatos bene pugnare posse. Habebatque tam cultos, ut argento et auro politis armis ornaret: simul et ad speciem, et quo tenaciores eorum in prælio essent, metu damni.' Quæ verba vertit Polyæn. lib. VIII. Καῖσαρ τοῖς στρατιώταις παρήγγειλεν ὅπλα ἔχειν ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ πεποικιλμένα· μάλιστα μὲν κόσμου χάριν, οὐχ ἥκιστα δὲ ὅπως καὶ οἱ στρατιῶται τὰ πολύτιμα περιμάχητα ἡγοῖντο. Nec non Samnites, quibus ignaviam mollitiemve ne ipse Romanus objecerit, aureis atque argenteis armis se hosti obtulerunt. Flor. lib. I. 16. 'Pro hac urbe, regionibus Populus Romanus Samnites invasit, gentem, si opulentiam quæras, aureis et argenteis armis, discolori veste usque ad ambitum armatam.' Concludendum igitur cum Floro: 'Tales esse milites, qualis sit Imperator;' sive pictis atque adornatis, sive torvis ferro atque ære fulgentibus armis utantur, lib. II. 18. *Gebhard.*

Præmia proposuit] Peltastis quoque et sagittariis. Xenophon lib. III. De hippodromis, jaculatoribus, et aliis exercitationum generibus fuse Xenophon eodem libro.

Et exercitatissimum haberet exercitum] Sidonius Epist. lib. III. 3. 'exercitum exercitatissimum stupor obruit.' *Savaro.*

Huic quum tempus esset visum] Amplissimus Freinshemius olim legen-

dum censuit: *Hinc cum tempus esset visum*. Boecler.

Quum ille Sardeis se iturum dixisset] Polyænus lib. II. Strateg. in Agesilao Com. 9. Ἀγησίλαος ἐπὶ Σάρδεις ἐλαύνων καθῆκε λογοποιοὺς, ὡς ἐξαπατῶν Τισσαφέρνην. Cur autem potissimum sese in Cariam irruptionem moliri sparsisset, caussas addidit Frontin. Scriptor prudentissimus et elegantissimus lib. I. 8. exempl. 12. 'Agesilaus Lacedæmonius, cum inferret bellum Tisapherni, Cariam se petere simulavit: quasi aptius locis montuosis, adversus hostem equitatu prævalentem pugnaturus. Per hanc consilii ostentationem, avocato in Cariam Tisapherne, ipse Lydiam, ubi caput hostium regni erat, irrupit, oppressisque, qui illic agebant, pecunia regia potitus est.' *Gebhard.*

Eandem Cariam] Quam antea tutatus fuerat. Xenoph. Plut.

Sero suis præsidio profectus] Quarto die postquam Agesilaus jam Lydiam ingressus ac populatus erat, ut tradit Xenophon iisdem locis. *Lambin.*

Magna erat præda potitus] Xenophon: Πολλὰ τὰ ἐπιτήδεια τῇ στρατιᾷ εἶχε, aliter παρεῖχε. Hoc tantum, id est, multas res exercitui necessarias paravit. *Idem.*

Hostes equitatu superare] Superiores esse, prævalere, ut loquitur Frontinus. Infra Hannib. 'Superabatur navium multitudine, dolo erat pugnandum.' Cæsar Comm. lib. VII. 65. 'Cæsar quod hostes equitatu superiores esse intelligebat.' Græcis est ἱπποκρατεῖν. Diodor. lib. XVIII. Ἀντίπατρος, inquit, κρίνας ἐπὶ τοῦ παρόντος ἡσυχίαν ἔχειν, καὶ θεωρῶν τοὺς πολεμίους ἱπποκρατοῦντας, τὴν μὲν διὰ τῶν ὅλων προσχώρησιν ἀπέγνω. *Gebh.*

Nunquam in campo sui fecit potestatem] Ubi equitatus solum utilis, et fugientibus omne præcidit effugium, ac facile ordines peditum rumpit. Myronides Atheniensis, Ὁρᾶτε, ἔφη, τὸ πεδίον· ὡς ἐν πεδίῳ τοσούτῳ πολεμίων ἵππους δεχόντων, εἰ μὲν φεύγοιμεν, ἀνάγκη διωκόντων ἱππέων ἁλῶναι· apud Polyæn. lib. I. Quæ congruunt cum Orontis strategemate lib. VII. Πρῶτον μὲν δὴ προσέταξε τοῖς Ἕλλησιν ἐπιστραφῆναι, καὶ ἰδεῖν τὸ πεδίον ἥλικον, ἐμφανίζων, ὡς οὐκ ἄν τις τὴν τάξιν λύσας τοὺς ἱππέας διαφύγοι. *Gebhard.* Conflixit tamen ad Mæandrum Agesilaus, quod videbat nondum peditatum hostium adesse: ut cum hostes, præmissi ab Agesilao equitatus, interea dum pedestreis copias instruit ac disponit, impetum satis fortiter excepissent, reliquo jam exercitu producto illi statim terga dederunt, et eorum alii in Mæandrum se præcipites egerunt, alii in fuga spem salutis posuerunt. Agesilaus autem castris hostium potitus est, et plusquam septuaginta talenta prædæ nactus est, et camelos tum primum barbarorum cepit, quos in Græciam abegit. *Lambin.*

CAP. 4. *Hic cum animo*] Fortassis legendum, *in animo;* quomodo Terentius Adelph. I. 1. 5. 'in animo cogitare;' et mox vs. 15. 'in animo instituere' dixit.

Nuntius ei domo venit] Epicydidas. Xenoph. Ἑλλ. lib. IV. Plut. Ἀγησιλ. Meminit etiam Diod. Siculus lib. XIV. sed nuntii nomen cum Cornelio reticet. *Keuchen.*

Ephorum jussu] Alii libri *missu*. Nam illi *jussu* substituerunt, qui de ejus integritate dubitarunt. *Gebh.*

Athenienses et Bœotios indixisse Lacedæmoniis] Suasu et auctoritate Cononis, per Oratores Græciæ Persico auro corruptos, ad id adductos. Polyænus in Conone Com. lib. I. 3. Κόνων Φαρναβάζῳ συμμαχῶν, Ἀγησιλάου τὴν Ἀσίαν πορθοῦντος, ἔπεισε Πέρσην χρυσίον πέμψαι τοῖς δημαγωγοῖς τῶν πόλεων τῆς Ἑλλάδος. Vide sequentia. *Gebh.* Justin. lib. VI. 4. 'Primi Thebani, auxiliantibus Atheniensibus, bellum Lacedæmoniis intulere.'

In Comitio] In loco, ubi comitia peragebantur. Livius lib. XL. 29.

'Id Scriba non accepit: libri in comitio, igne a victimariis facto, in conspectu populi cremati sunt.' Tacit. XIII. 58. 'Ruminalis arbor in comitio.' Utitur aliquoties Cicero pro Sextio, in Verrem. Xenoph. reddit ἀφορεῖον. *Gebhard.* Pro quo corrupte alii φορεῖον. Idem tradit, ad ipsum missam fuisse scytalen, quam semper in revocandis Imperatoribus suis adhibebant Lacedæmonii. Vide quæ supra ad Pausaniam notata sunt. *Keuchen.*

Cujus exemplum utinam imperatores nostri] Hæc perspicue in Caium Julium Cæsarem dicuntur, qui invito Senatu et contra leges exercitum retinuit. Unde natum est bellum civile inter eum et Pompeium. *Lambinus. Magius.*

Tantaque usus est celeritate] Imitatio aperta istius Xenophontis: Διαβὰς δὲ τὸν Ἑλλήσποντον, ἐπορεύετο διὰ τῶν αὐτῶν ἐθνῶν, ὥσπερ ὁ Πέρσης τῷ παμπλήθει στόλῳ, καὶ ἣν ἐνιαυσίαν ὁδὸν ὁ βάρβαρος ἐποιήσατο, ταύτην μεῖον ἢ ἐν μηνὶ κατήνυσεν ὁ Ἀγησίλαος.

Anno vertente] Id est, anni spatio. *Annus* vero *vertens* magnum annum Ciceroni significat, de quo nos non pauca lib. III. 16. de Mundi exustione et die Judicii. *Mag.* Juvenalis: 'Et cum se verterit annus.' *Anno vertente confecerat*] Sic rectum fuit in membranis et plerisque editis. Perperam igitur et inconcinne posteriores διορθωταὶ non sine specie ἀπαιδευσίας receptam hactenus optimam scripturam, *anno vertente* mutandam censent in *anno inverso.* Ut sit *annus inversus* quod *vertens*, vel *annus tempus*, ut loquitur auctor in Themist. spatium scilicet annuum, quo peractum iter et finitum, ἐνιαυσία ὁδός. Quod male dixeris doctorum judicio, qui accuratius distinxere inter *annum vertentem* et *inversum.* Nam *annus vertens* est annus magnus Ciceroni, ἐνιαυτὸς περιπλόμενος, non quidem qui *vertit*, sed qui *vertitur*; πανηγυρικός, ut 'annus volvens' dicebant Romani Græc. exemplo. *Inversus* vero est annus brumalis, quem vocant περιτροπέων. Nam τροπαὶ a Græcis *versuræ* et *reversiones* solis vocantur, a Latinis *bruma* et *solstitium.* Quod male huic argumento attribueris. *Keuchenius.*

Cæterique eorum socii] Argivi, Corinthii, Ænianæ, Euboeenses, et utrique Locri. Xenoph. Ἑλλ. lib. IV.

Apud Coroneam] Bœotiæ urbem. Emendandus Plutarchus, in quo mendose legitur, πρὸ τὴν Χαιρώνειαν, pro Κορώνειαν. Justinus Agesilaum supervenisse pugnæ tradit, non ab initio interfuisse; quod contra omnium historiam. Incidit in Olympiad. XCVI. ann. 2. *Keuchen.*

In templum Minervæ] Cognomento *Itoniæ*, ut docet Pausanias Laconicis. Sic enim ille hac de re loquens: Ὡς δὲ ἐτράποντο οἱ Βοιωτοί, καταφεύγουσιν ἄνδρες ἐξ αὐτῶν ἐς ἱερὸν Ἀθηνᾶς, ἐπίκλησιν Ἰτωνίας. *Lambin.*

Etsi aliquot vulnera acceperat] Præclarior moderatio est in victos, quo victor gravioribus injuriis et damnis est affectus. Laudatur eo nomine a Trogo apud Justin. VII. 6. Philippus 'Cum Methonam urbem oppugnaret, in prætereuntem de muris sagitta jacta dextrum oculum regis effodit: quo vulnere nec segnior in bellum, nec iracundior adversus hostes factus est: adeo ut, interjectis diebus, pacem deprecantibus dederit; nec moderatus tantum, verum etiam mitis adversus victos fuerit.' Alioqui victoria mitis vel cruenta est, prout minora vel atrociora in ea elaboranda pericula fuerunt subeunda. Justin. lib. I. 7. 'Sed quanto bellum minoris periculi, tanto et mitior victoria fuit.' Florus lib. II. 8. 'Antiocho victo et supplici pacem atque partem regni dari placuit, eo libentius, quod tam facile cessisset.' Curt. lib. IV.

57. 'Ira quoque accensus, quod duo in obsidione urbis ejus vulnera acceperat.' Vide reliqua. Cæsar Civil. lib. II. 13. 'Cæsar per literas Trebonio magnopere mandaverat, ne per vim opidum expugnari pateretur; ne gravius permoti milites et defectionis odio, et contemptione sui, et diutino labore omnes puberes interficerent.' Tacit. Ann. lib. IV. 'Infensus miles memoria laborum, et adversum eludentes optatæ toties pugnæ, se quisque ultione et sanguine explebant.' *Gebh.*

Tamen antetulit iræ religionem] Cum de omni humana ope desperabatur, a victis confugiebatur ad Deorum templa atque aras, ut eorum veneratione ac majestate motus Victor impetum iracundiæ frangeret, victique crudelitati subtraherentur. Et cum sanctitas morum Deique timor inter mortales adhuc vigerent, quamvis *vi* urbem ingressus Victor repugnantes omnes juberet trucidari, tamen illis parci præcepit, qui ad Deorum templa confugissent. Curt. lib. IV. 40. 'Alexander, exceptis qui in templa confugerant, omnes interfici, ignemque tectis injici jubet.' Victis autem nulla alia de caussa, qui in Deorum templa confugerant, parcitum fuit, nisi respectu et reverentia erga Deos. Diodor. lib. XIII. ὥστε τῶν λοιπῶν, ἕνεκα τοῦ μηδὲν ἀσεβεῖν εἰς τὸ δαιμόνιον, διασωζόντων τοὺς εἰς τὰ ἱερὰ καταπεφευγότας. Tacit. Ann. lib. III. 61. 'Mox Liberum Patrem bello victorem supplicibus Amazonum, quæ aram insederant, ignovisse.' *Idem.*

Omnia simulacra, arasque conservavit] *Consecravit* non recte Longolius. Confer cum his quæ de Agesilao M. Tullius ad Luceium commemorat Epist. v. 12. nullam sui imaginem neque fictam neque pictam poni voluisse. *Schott.*

CAP. 5. *Corinthium est appellatum*] Κορινθιακὸς πόλεμος, Pausaniæ, Diodoro, et aliis. Notavitque ad Justini lib. VI. 5. incomparabilis Bonganius. Initium ejus cœpit Olymp. XCVI. an. I. *Keuchen.*

Decem millia hostium] Sic Xenophon in Agesilao, et Plutarchus in Apophth. Reg. et in Agesilao. *Lamb.*

Tantum afuit ab insolentia gloriæ] Minime insolenter de tanta victoria gloriatus est: cum alioqui victoria inflet animum Ducis, ut supra in Pausania et Lysandro adnotabamus. Tacit. Hist. lib. IV. 68. 'Civilis et Classicus rebus secundis sublati.' Aurel. Victor Cæsarib. c. 39. 'Quo prosperiore cedente metu ne hujusmodi ingenium magis ac magis victoria insolesceret.' Ergo elationem animi comitatur quoque gloriatio. Cæsar de Bell. Gall. lib. I. 14. 'Quod sua victoria tam insolenter gloriaretur.' Modestiæ in successibus habet socios Agesilaus et alios. De Philippo Justin. lib. IX. 4. 'Hujus victoriæ callide dissimulata lætitia est. Denique non solita sacra Philippus illa die fecit, non in convivio risit; non ludos inter epulas adhibuit; non coronas aut unguenta sumpsit; et quantum in illo fuit, ita vicit, ut victorem nemo sentiret.' De Timoleonte Nepos: 'Nihil unquam neque insolens neque gloriosum ex ore ejus exiit.' De Annibale Plutarch. in Marcello: οὔτε φωνὴν ἀφῆκεν ὑπερήφανον, οὔτε ἀπ᾽ ὄψεως τὸ χαῖρον. Compositum mentis ac vultus Agesilai habitum ita describit Xenophon: οὐκ ἐφησθεὶς φανερὸς ἐγένετο. Plutarch. οὐκ ὤφθη περιχαρὴς οὐδὲ ἐπηρμένος. 'Gloria' pro gloriatio. P. Syrus: 'Cito ignominia fit superbi gloria.' Tacit. Ann. lib. I. 8. 'Plerique invisi sibi, sed jactantia gloriaque ad posteros.' Hæc prolixius deduxi, ut affligerem correctionem Lambini *insolenti gloria* suspicantis legendum. *Gebh.*

Commiseratus sit fortunam Græciæ] Scipio quoque non insultasse, sed illacrymasse fertur excidio Carthaginis, quum jussu populi Rom. eam ex-

scinderet. Generosum pectus non efferum, non insolens, sed in omni fortuna incerta rerum humanarum cogitans, 'Dolet quoties cogitur esse ferox.' *Locc.*

Vitio adversariorum] Callida amolitio a se culpæ et damni communi Patriæ illati. Nam, si Diodoro credimus, extitit Agesilaus φύσει δραστικὸς καὶ φιλοπόλεμος. Quare ne videatur impie ac scelerate iisdem sacris, linguæ commercio, cohærentes bello obtrivisse, illis versute culpam imputat. Usus est hoc colore quoque supra Alcibiades. *Idem.*

Supplicium Persas] Similis querela Lucani lib. I. 'Cumque superba foret Babylon spolianda tropæis Ausoniis, umbraque erraret Crassus inulta, Bella geri placuit nullos habitura triumphos? Heu quantum potuit terræ pelagique parari Hoc, quem civiles hauserunt, sanguine, dextræ!' &c. Quæ ex Agesilai dicto sumta esse, vir maximus in Not. ad eum locum observat.

Nam si, inquit] Præclare hoc, sed paullo aliter, Xenophon eodem loco.

Nosmetipsi nos expugnaverimus] Invicem attriti sine negotio illorum dominationi patebimus. Nam dum uterque in alterum vindictæ cupiditate et odii rancore fertur atque intentus est, nihilque præterea aut metuit aut cogitat; sic externis hostibus per se ipsos ad interitum ac perniciem suam viam sternunt ac pandunt. Justinus lib. XVI. 4. 'Clearchus exilio facinorosior redditus, et dissensionem populi occasionem invadendæ tyrannidis existimans.' Probe P. Syrus: 'Ibi semper est victoria, ubi concordia est.' Et Græcus: Ἡ ὁμόνοια μάλιστα δὴ πάντας τοὺς βαρβάρους ἐνίκησεν. Tacit. de German. Morib. cap. 37. 'Inde otium, donec occasione discordiæ nostræ et civilium armorum, expugnatis legionum hibernis, et Gallias affectavere.' P. Syrus: 'Seditio civium hostium est occasio.' Sallustius Oratione 2. ad C. Cæsarem de Rep. Ordinanda: 'Qua tempestate urbi Romanæ fatum excidii adventarit, cives cum civibus manus conserturos; ita defessos et exsangues regi aut nationi prædæ futuros.' Pacuvius Hermione: 'quantas hæc discorditas Clades importet familiæ.' *Gebhard.*

CAP. 6. *Apud Leuctra*] Vide Epaminondæ Vitam. *Longol.* Accidit illa calamitas Olympiad. CII. ann. 2. Sed observandum, in Epaminonda *apud Leuctram* dici, pro *Leuctra*. Quæ generum et numerorum Enallage in nominibus urbium a veteribus frequentata. Sic τὰ Ἱεροσόλυμα, et *Hierosolymam*, et *Hierosolymas* dicebant; ut *Leuctra*, *Leuctram*, *Leuctras*. Atque ita in cæteris. *Keuchen.*

Ut si de exitu divinaret] Ἔδοξε θεῶν τινα χρησμὸν εἰρηκέναι, inquit Diodorus. *Boecler.*

Essetque sine muris oppidum] Ex præcepto Lycurgi. *Keuchen.* Viri enim Lacedæmone fortitudine sua pro mœnibus erant. Seneca Rhetor Suasor. II. ut nos quidem emendabamus: 'Non est Sparta lapidibus circumdata. Ubi viros habet, ibi muros non habet.' Et mox: 'Muri nostri arma sunt.' *Schottus.* Olim Græci urbes sine muris habuerunt, ut Thucydides in Prooemio scriptum reliquit. Spartam nullis fuisse septam mœnibus, testantur Plato Dialogo VI. de Legibus, Plutarchus in Lysandro, in Apophth. et instit. Lacon. atque alii. Ovidius Spartam *immunitam* vocavit; sic enim ait Metam. X. 'Cum Deus Eurotam, immunitamque frequentat Sparten.' Sed Livius lib. IV. V. et VIII. Decadis quartæ, Spartam muris fuisse circumdatam demonstrat. Et lib. IX. ait, urbem hanc DCCC. annorum spatio nulla habuisse mœnia. Quando primum Spartani armis diffisi, urbem murorum præsidio clauserint, docet Justinus lib. XIV. 5. Livius lib. 4. Decad. IV. Tyrannos, ait, Spartæ muros, cum prius nulli fuissent, planis apertisque locis construx-

isse; altiora vero ac difficiliora loca armatorum fuisse præsidiis firmata. *Magius.*

Locum extra urbem editum] Polyænus vocat λόφον ἱερὸν Ἀρτέμιδος Ὀρθίας ἐγγὺς Πιτάνης, Strateg. lib. II. Plutarchus εὐερκῆ καὶ δυσεκβίαστον τόπον.

Simulata laudatione recuperavit] De persona rarius. Supra tamen Pelopida: 'Hunc Epaminondas recuperavit bello.' Cæsar de Bell. Gall. lib. III. 8. 'quod per eos suos se obsides, quos Crasso dedissent, recuperaturos existimabant.' Frontin. lib. I. 8. 'Bello Punico quædam civitates, quæ a Romanis deficere ad Pœnos destinaverant, cum obsides dedissent quos recipere antequam desciscerent studebant, simulaverunt seditionem inter finitimos ortam, quam Romanorum legati dirimere deberent, missosque eos velut contraria pignora retinuerunt, nec ante reddiderunt, quam ipsi recuperarent suos.' Tacit. Ann. IV. 73. 'acri pugna hoste pulso recipiunt cohortes alasque fessas vulneribus.' Val. Max. lib. V. 2. 5. Q. Terentius Culeo Africani 'superioris currum triumphantis, quia captus a Carthaginensibus ab eo fuerat recuperatus, pileum capite gerens, secutus est.' *Gebh.*

CAP. 7. *Se nunquam refecerunt*] Translatum ab iis, qui a deliquio aut gravi morbo se recolligunt. Ovid. 'vix me grandævus Acestes, Vix mater gelida mœsta refecit aqua.' Infra Hamilcare: 'Si paullulum modo res essent refectæ.' Tacit. Ann. XI. 17. 'Rursus Longobardorum opibus refectus per læta per adversa res Cheruscas afflictabat.' Sallust. 'Quo et cæterorum animos reficeret.' Timoleonte: 'Cum Siciliam recreare constituisset.' *Idem.*

Ille omnibus, qui a Rege defecerant] Meminit istius rei Xenophon in Agesilao.

Cum maxima munera ei ab Regibus] Tacho imprimis et Mausolo. Xenoph. ibidem.

Nihil de victu, nihil de vestitu Laconum mutavit] Plutarchus apophth. Lacon. Οὐδὲν τῶν περὶ τὸν βίον καὶ τὴν δίαιταν διὰ τὰς τοσαύτας εὐτυχίας καὶ νίκας ἤλλαξεν οἴκαδ' ἐπανελθών. *Lamb.*

Eurysthenes] Aristodemi filius, Proclis frater: de quo supra hac eadem vita in principio. *Idem.*

Sic enim erat instructa] De frugalitate Agesilai in victu cultuque corporis, multa Plutarchus in vita. *Schott.*

CAP. 8. *Sic maleficam nactus est in corpore*] Quam heic Nepos naturam vocat 'maleficam,' Ovidius non invenustius 'difficilem' dixit, Epist. Sapphus: 'Si mihi difficilis formam natura negavit, Ingenio formæ damna rependo meæ.' *Gebh.* Ultraj. editio: *In corpore fingendo. Nam et statura fuit humili et corpore exiguo: qui autem virtutes, &c.* omissis quæ interjecta sunt. Scriptus liber et Savaro: *In corpore exiguo et claudus altero pede.* Schott.

Exiguus] Athen. lib. XIV. ex Theopompo. *Savaro.*

Et claudus altero pede] Loripes. *Lambin.* Justinus lib. VI. 2. 'Erat enim pede claudus.' Vide Plutarch. *Savaro.* De Oraculi responso Pausanias in Laconicis et alii.

Quum annorum octoginta] Xenophon in Agesilao: Ἐγεγόνει ἔτη ἀμφὶ τὰ ὀγδοήκοντα, id est, *natus erat annos circiter octoginta.* Plutarchus autem, ὑπὲρ ὀγδοήκοντα γεγονὼς ἔτη, id est, *supra octoginta annos natus erat*. Lamb.

Subsidio Thaco in Ægyptum iisset] *Nectenabo* ait Polyænus in Agesilao, lib. II. Comm. 22. *Gebh.* Hic rex *Hercynio* fuisse videtur. Lege Justinum lib. VI. *Magius.* Sed hoc Agesilai inceptum et factum, scribit Plutarchus fuisse a plerisque improbatum et reprehensum. *Lambin.*

Et in acta cum suis accubuisset] Id est, in littore. Virgil. Æneid. lib. V. 'At procul in sola secretæ Troades acta Anchisen flebant.' Græci enim *littus* ἀκτὴν vocant. Plutarchus ait, 'in herba circa littus.' *Mag.*

Ut terra tecta esset stramentis] Hoc cum Gallis et Germanis Lacedæmonii habent commune. Athenæus: Κελτοὶ τὰς χοὰς προτίθενται χόρτον ὑποβάλλοντες, καὶ ἐπὶ τραπεζῶν ξυλίνων μικρὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἐπηρμένων. *Gebhard.*

Neque huc amplius quam pellis esset injecta] More scilicet rustico, et priscorum, quibus id genus strata et cubilia erant, stramentis et pellibus parata, et de quibus nos affatim lib. II. 16. Miscellaneorum. *Mag.* Simile quid de Tuberone Stoico narrat Cicero Orat. pro Muræna.

Hominis non beatissimi] Vetust. Codex noster *homines non beatissimos.* Sed nihil interest. *Schott.*

Præter vitulina] Plutarchus: 'Muneribus allatis adductisque, farinam, vitulos, anseres accepit: bellaria, unguenta repellebat.' Idem Plutarch. in apophth. Lacon. hoc factum dicit apud Thasios, cum per eorum agrum cum exercitu iter faceret Agesilaus. De muneribus a Thasiis Agesilao missis, legere ne pigeat quæ ex Theopompo retulit Athenæus lib. XIV. 29. *Mag.*

Coronas] Quæ fiebant ex gramine quodam non magni pretii, quod βύβλον Græci vocant, unde charta conficiebatur: et taleis coronas non rejecisse dicitur Agesilaus, ut refert Plutarchus ex Theophrasto. *Lambin.* Refert Athenæus lib. XV. 6. ex Theopompo, Ægyptios Agesilao in Ægyptum proficiscenti, inter alia munera 'papyrum coronariam' misisse. Plin. lib. XIII. 11. papyri florem ad Deos coronandos usui fuisse dicit. Idem lib. XXI. 2. Ægyptiarum coronarum mentionem facit. *Mag.* Sed coronarum apud veteres in conviviis multus usus, et e rosis sutilium præcipue; postea luxuria invenit e nardi folio, et veste serica versicolori fuere, quas unguentis aspergebant pretiosissimis. *Salmas.* Legendus Carolus Paschalius in doctissimo opere Coronario.

Eum ignorantia bonarum rerum] 'Αβελτερία vel ἀβελτηρία. Nam et Græcis ἀβέλτερος explicatur, τὸ βέλτιον μὴ γινώσκων. Constat autem hoc vitium rusticitate, sinceritate judicii et sensuum; ἀγροικίᾳ, ἀκρισίᾳ, ἀναισθησίᾳ. *Boecler.*

Nectanebe] Sic legendum; non, ut habent exempla Veneta, *Nathabide.* Sic enim hunc appellant Plutarchus, Diodorus Siculus, Polyænus; nisi quod ἀδιαφόρως *Nectanabus*, et *Nectanabis*, et *Nectanebis*; Νεκτανεβὼς, Νεκτάναβις, Νεκτάνεβις ab illis nominatur. Quod autem in Apophtheg. Lacon. Νεκταβίου scriptum est, erratum esse puto. Nectanebum supra commoravit et Probus in Chabria princip. *Lambin.*

Ducentis viginti talentis] Plutarchus, ducentis ac triginta argenti talentis donatum fuisse Agesilaum dicit. In Apophth. vero Lacon. 'ingenti vi pecuniæ.' *Mag.*

In portum, qui Menelai vocatur] Plutarch. Καὶ παρὰ τὴν Λιβύην χωρίον ἔρημον κομισθεὶς ὃ καλοῦσι Μενελάου λιμένα. De quo vide Strabonem lib. I.

Jacens inter Cyrenas] Alii Codices perperam, *Grenas.* Lege *Cyrenas.* Intelligit enim Nepos Libyam Cyrenaicam, πόλιν Λιβύης. Latini *Cyrenas* dicunt. Κυρήνη, Κυρῆναι apud Græcos. *Keuchen.*

In morbum implicitus decessit] Diodorus lib. XV. 'Επανιὼν δὲ εἰς τὴν πατρίδα διὰ Κυρήνης, ἐτελεύτησεν. Olympiad. CIV. ann. 4. Ætat. LXXXIV. Imperii XLI. Vide Plutarchum.

Quod mel non habebant] Sic Plutarchus. Sed negat tamen Diodorus, et Agesilai cadaver in melle Spartam deportatum tradit, ac sepultura regia ceterisque honoribus decoratum. *Lamb.* Melle enim cadavera, quæ servari vellent, condiebant: ut hic Plutarchus et C. Plinius lib. XXII. 24. auctor est. Varro περὶ ταφῆς apud Nonium: 'Heraclides Ponticus plus sapit, qui præcepit, ut comburerent, quam Democritus, qui, ut melle ser-

varent.' Cera vero circumlinere Persarum fuisse refert Herodotus lib. I. et Cicero Tuscul. I. Plura qui de funeralibus scripserunt, in his Pet. Bellonius ac P. Victorius. Var. lib. X. 6. Joan. Kirchmannus lib. I. 8. *Schott.*

Atque ita domum retulerunt] Legibus enim adstricti, Reges suos Lacedæmonii domum etiam mortuos reducere cogebantur, cæteros duces non cogebantur. *Longolius.* Vide Turnebum lib. XXVI. 33. et bis infra in Eumene.

XVIII. EUMENES.

CAP. 1. *Eumenes, Cardianus*] Male alii *Sardinianus*. Frontin. lib. IV. 7. 'Eumenes Cardianus ex successoribus Alexandri Magni.' Auctor Scholiorum in Aristophanis Aves: Καρδία πόλις Θρᾴκης, ἧς οἱ πολῖται Καρδιανοί. *Gebhard.* Ab aliis, Cardiopolis: post Lysimachia dicta: Alexander Myndius hanc civitatem in Eumenis gratiam immunem a tributis Philippum fecisse scribit. *Longol.* De Eumene Diod. XVII. et XVIII. Plutarch. Front. IV. 7. infr. in Hannibale. *Savar.* Justin. XIII. et XIV. Est et apud Curtium et Arrianum viri mentio.

Non ille quidem major] Sic Membranæ Schotti; sic et Magius et Savaro. Lambinus *fuisset* adjecit, ut ante Longolius *evasisset*; male: exaudiri enim facile potest. *Schott.*

Quod magnos homines virtute metimur, non fortuna] Probo hanc scripturam magis quam illam ex Officina Correctorum, *Quod magnos homines virtute metiuntur non fortuna prudentes*; nimirum quod non capiunt, e vestigio pervertunt. Sic paullo ante legito: *Non ille quidem major, sed multo illustrior atque etiam honoratior:* deleto τοῦ *fuisset*, ad sustinendam sententiam a correctoribus infulto. *Gebhard.*

Quibus Macedones florerent] Propter Philippum Amyntæ filium et Alexandrum Magnum, qui res omnium Macedonum maximas gesserunt. *Lamb.* Vide Justinum lib. XXXIII. 2.

Domestico summo genere] Duris Samius ex aurigatione patrem ejus victum sibi quæsivisse refert. *Longol.*

Calliditate] Itaque Plutarch. eum πανοῦργον dicit fuisse. *Lambin.*

Hic peradolescentulus] Annorum fere trium et viginti, ut infra ait: 'Cum ab anno vicesimo, ut supra ostendimus,' &c. *Schottus.* Etsi vero P. Manutius in M. Tullii Epist. ad Fam. II. 1. docuerit adolescentes ac juvenes ea tempestate dictos ad annum etiam tricesimum, ægre tamen adduci possum ut credam duplici ὑποκοριστικῷ tot annos designari, licet contendat contra Lambinum Titius Contr. lib. V. 17. *Schottus.*

Ad amicitiam accessit Philippi] Quam tenuit annos septem. Philippo mortuo eodem gradu fuit apud Alexandrum annos tredecim, infra. Ait Plutarchus, Philippum, cum per otium Cardiæ Eumenem strenue inter reliquos pueros decertare luctarique conspexisset, pueri prudentia et fortitudine delectatum, eum sibi desumsisse. Verum alios probabilius dicere, Eumenem hospitii et amicitiæ paternæ causa a Philippo ad altiora provectum. *Mag.*

Scribæ loco] Plutarchus ἀρχιγραμματέα, id sonat, *scriberum principem et*

præfectum, cum quo Rex omnia etiam gravissima negotia communicabat, fuisse prodit: tales hodie Cancellarios vocant. *Longol.* Arrianus lib. v. *γραμματέα* appellat simpliciter: *Θάψας δὲ, ὡς νόμος αὐτῷ, τοὺς τελευτήσαντας, Εὐμένη τὸν γραμματέα ἐκπέμπει ἐς τὰς δύο πόλεις, τὰς συναφεστάσας τοῖς Σαγγάλοις*, &c. *Lambin.* Qualis Amenides Darii apud Curtium lib. VII. 3. Mullinus Alexandri ap. eund. VIII. 2. Eruntque ex amicis Regis, ut tradit Arrianus. De quibus disertim Brissonius lib. I. et Casp. Barthius in Advers. lib. I. 1. Τὰ *scribæ loco* ab interprete potius, quam ab auctore profecta censeo. Quid enim aliud est *ad manum habere*, nisi *scribæ loco?* Sic mox *revera*, et *ut sunt*, ejusdem significationis sunt, atque alterutrum abundare videtur.

Nam apud nos] Id ex Verrinis Ciceronis et Horatii sermonibus nemini non est notum. *Longol.*

Mercenarii scribæ existimantur] Loquitur Nepos de ejusmodi scribis, qui hodie secretarii, in magnarum potestatum consiliis habentur (nam quod secretarius, quivis mercenarius scriba et servilis operæ minister appellari cœpit, abusui vocis dandum, omnes scimus) ideo requirit ad hoc officium, 1. familiæ honestatem: 2. spectatam industriam, id est, ἐπιδεξιότητα ἐν ταῖς τῶν πράξεων ἐπιχειρήσεσι, promptitudinem exercitatam, qualis in rerum actu dextre tractando laudatur: 3. fidem. Dignitatem officii ostendit: 1. honorificentiæ titulo: 2. gradu amicitiæ regiæ, quæ majorum rerum ministris scil. tribuitur: 3. intimæ familiaritatis cum rege consuetudine. Munus ipsum complectitur generali expressione. Scriba talis omnium consiliorum est particeps. *Boeclerus.* Apud Romanos liberti fere scribæ, quia dominorum nomina induerant: sic M. Tullius Laurea fortasse Ciceronis libertus, de quo Epist. ad Fam. lib. v. 20. Plura de scribis in Verrinis actionibus. De Notariis vero et tabellionibus Ausonius et Wouwerius in Polymathia et Johann. Brodæus Miscell. IV. 9. *Schottus.*

Illo interfecto] A Pausania. Vide infra De Regibus. Contigit illud Olympiad. CXI. ann. 1. Eumenes autem regulis tutor datur Olymp. CXV. ann. 1. *Chronolog.*

Præfuit etiam alteri equitum alæ] *Alteræ* erat in Vet. Codice Gifanii et nostro ἀρχαϊκῶς, ut *unæ* pro *uni* Lucretius dandi casu, ut ibidem docuit Gifanius. *Schott.*

Quæ hetarice appellabatur] Quasi *socialis;* id enim vox ἑταιρικὴ sonat. Longolius, *Eretrice* legit: sic dictam fortasse existimans, ab Eretria, Eubœæ insulæ oppido. Sed ego ejus lectionem, quod vetustis codicibus non asseratur, haudquaquam approbaverim. *Magius.* Meminerunt ejus plurimi Græcorum, Diodorus lib. XVIII. Arrianus lib. VI. de rebus gestis Alexandri, et Harpocratio in voce πεζέταιροι. Atque ita vocabatur honoris caussa ala equitum apud Macedones, ab amicitia et veluti sodalitate regia.

CAP. 2. *Alexandro Babylone mortuo*] Olympiad. CXIV. ann. 1. Vide infra De Regibus.

Cum regna singulis familiaribus dispertirentur] Lege Josephum Antiquit. lib. XII. 1. Auctorem historiæ Machabæorum lib. I. 1. Justinum, Orosium III. Arrianum, Dexippum Atheniensem de rebus post Alexandrum in Photii bibliotheca pag. 115. et Arrianum ibid. pag. 123. et passim alios.

Cui Alexander moriens annulum suum dederat] Justinus lib. XII. 15. 'Sexto die præclusa voce, exemptum digito anulum Perdiccæ tradidit: quæ res gliscentem amicorum dissensionem sedavit.' Consentit Lucianus in dialogo Diogenis et Alexandri; Dexippus apud Eusebium, Curtius, et reliqui. Ex hoc actu et aliis exemplis

observat Kirchmannus in Cancellario IV. 2. priscos principes sigilli sui custodes ipsos fuisse. Hereditatis autem transmissæ indicium id habitum, ex Val. Max. VII. 8. 5. 8. et 9. Casaubonus ad Suetonium Aug. 94. tradit, putatque id caussæ fuisse, cur Tiberio morienti Caius annulum adimeret, apud Suetonium 73. Quod nec analogia privati juris caret, ut scilicet ita videretur totius patrimonii jus traditum, quomodo clavibus traditis mercium in horreis conditarum possessio tradita videtur. lib. XLIV. de contrah. empt. Ergo Alexandri exemplo Augustus undecimo consulatu ægrotans, Agrippæ annulum porrexit: apud Zonaram. Vide Kirchmann. de Annulis cap. 22. Apud Saracenos idem obtinuit: unde 'annulus Chalifatus' legitur apud Elmacin. II. 2. in cæde Alamini: idque signum esse principatus apud Agarenos, ait Constant. Porphyrog. de administr. Imp. cap. 21. Et hæc quidem est communi Scriptorum calculo tradita narratio. *Freinshemius.* Diodor. Siculus lib. XVII. Πολλοῖς δὲ πόνοις καὶ δειναῖς ἀλγηδόσι συσχεθεὶς Ἀλέξανδρος, ἐπειδὴ τὸ ζῇν ἀπέγνω, περιελόμενος τὸν δακτύλιον, ἔδωκε Περδίκκᾳ. Simile de Antiocho testatur auctor hist. Machab. I. 6.

Eum regnum ei commendasse] Dicitur ea ἐμφάσει, qua morituri necessitudines suas, aliaque amicis *commendare* dicebantur. Vide Briss. Form. VII. *Boecl.* *Eum regnum ei commendasse*] Schottus e schedis *commisisse vel commendasse.* Sed vel cæco apparet alterum esse interpretamen alterius a scriba immissum dubitante utrum esset probius. Mihi placet *commisisse* loco τοῦ *commendasse* inferri. *Gebhard.*

Craterus] Quem φιλοβασιλέα cognominant Græci, sicut Hephæstionem φιλαλέξανδρον. Utrumque Alexander plurimum amabat. Curtius lib. VI. 8. 'Erat Craterus regi carus in paucis, et ideo Philotæ ob æmulationem dignitatis adversus.'

Antipater] Iolai filius. De quo præter alios Polyænus Strateg. lib. IV.

Mortuus erat Hephæstio] Ad Ecbatana. Ælian. Var. VII. 8. Febricitans. Curt. X. 4. Mortem eam prædixerat Pythagoras vates apud Appianum de bello civil. lib. II. Arrian. VII. 3. et Plutarch. cap. 124.

Plurimi fecerat] Ælian. Var. Hist. XII. 7. 'Alexander Achillis monumentum coronavit, Hephæstion Patrocli: significans, se ita charum Alexandro esse, ut Patroclus fuisset Achilli.' Atque ob ejus mortem Alexander incredibili affectus dolore, multa, quæ regiam majestatem minime decerent, admisisse dicitur. Curt. Plut. Lucan. Senec. Miserum etiam medicum, tanquam in curando negligentior fuisset, suspendi jussit. *Gebhard.*

Hoc tempore data est Eumeni Cappadocia, sive potius dicta] Item Paphlagonia cum subjecto mari Pontico regione, Trapezuntem usque, ut ait Plutarchus. Justinus lib. XIII. Cappadociam cum Paphlagonia Eumeni datam fuisse scribit. Infra vero ipsi, præter provincias, quas acceperat, adjectas dicit, Paphlagoniam cum Caria, Lycia, et Phrygia. Quo in loco contextum corruptum esse suspicor, atque ideo in verbis posterioribus, pro *Paphlagonia, Lycaoniam* restituendam; quæ regio est in Asia minore prope Lyciam, ut Ptolemæus lib. II. scriptum reliquit, estque ex aliis satis notum. *Magius.*

Nam tum in hostium erat potestate] Neque enim suberat Macedonico imperio, quod Ariarathes rex tunc habebat. *Longol.* Plutarchus: Ἀριαράθης γὰρ αὐτῆς ἐβασίλευσεν. *Lamb.* Quo interfecto, ademptæ provinciæ Nicanor quidam præficitur. Postremo Seleucus obtinuit. Arbitror scripsisse *potestatem*, ut in Ciceron. Manilian. legit Agellius lib. I. 7. sic infr.

in Phaselone. In vet. Codic. *In connatum steterat.* Schottus.

. *Primus Leonnatus*] Eunni filius, Pellæus. Arrian. Ind. III. 12. Cui obtigerat Phrygia, quæ Hellespontum attingit. Homo, ut eum Plutarchus nominat, ἔμπληκτος, καὶ φορᾶς μεστὸς ἀβεβαίου καὶ ὀξείας. Fuerat autem unus ex Alexandri corporis custodibus. *Lambinus.*

Macedoniam præoccupare destinaverat] Vide sis Plutarchum.

Cap. 3. *Interim conflata sunt illa bella*] His quæ postea narrantur, ingens lumen accendunt lib. XVIII. XIX. et XX. quos Diodorus Siculus conscripsit de rebus post Alexandri mortem gestis, ubi inter alia hanc postremam Alexandri vocem commemorat his verbis: Ὅτι μέγαν ἀγῶνα αὐτῷ ἐπιτάφιον συστήσονται πάντες οἱ πρωτεύοντες τῶν φίλων. Adde Arrianum, Dexippum, Photium, Curtium X. 9. Justinum, et alios.

Omnesque concurrerunt] Et imprimis Craterus et Antipater, Græcia subacta, belloque Lamiaco confecto; et postea Antigonus. *Lambinus.*

Ei parti Asiæ, quæ inter Taurum montem jacet, atque Hellespontum] Bello contra Ptolemæum. Præfectus tunc erat Eumenes istarum copiarum, quæ in Armenia erant et Cappadocia. Plutarchus aperte: Ὁ Περδίκκας αὐτὸς ἐπὶ Πτολεμαῖον στρατεύων, ἀπέδειξε τὸν Εὐμένη τῶν ἐν Ἀρμενίᾳ καὶ Καππαδοκίᾳ δυνάμεων αὐτοκράτορα στρατηγόν. Armenia autem et Cappadocia Tauro monti junguntur. Curtius lib. VII. 3. 'Taurus secundæ magnitudinis mons committitur Caucaso; a Cappadocia se attollens Ciliciam præterit, Armeniæque montibus jungitur.' *Keuch.*

Europæis adversariis] Cratero et Antipatro, et Pithoni et Arridæo, Alexandri ex alia matre fratri; qui postea Philippus dictus est. *Lambin.*

Summam imperii] Sic Mss. et Vett. Accius: 'Natus virtute sceptrum potiretur patris.' Justin. I. 'duos et quadraginta annos post Ninum regno potita est.' Lib. XII. 'Qui postea regnum Indorum potitus est.' Vide Non. et Priscian. lib. XVIII. *Savaro.*

Adversus quos ducerentur] Ducebantur scilicet adversus Craterum et Neoptolemum. Sed Eumenes ut suos milites celaret de Neoptolemo, non laborabat: hoc studebat, ut nescirent se adversus Craterum duci. *Lambin.*

Quam milites sui scirent] Miris hoc Eumenis consilium laudibus effert Plutarchus. Sed idem ante hoc prælium aliud commemorat, in quo Neoptolemus victus cum paucis equitibus fugerit. Lege etiam Diodorum lib. XVIII. Justin. XIII.

Deterior] Ultraj. *deteriore*: sed retineo *deterior*, id est, inferior. *Schott.*

Cap. 4. *Qui secundum locum imperii tenebat*] Nam sinistro cornu præerat. Craterus autem dextro, summamque exercitus administrabat. Diodorus de utroque loquens, ait Neoptolemum Crateri jussu, sinistro cornu præfuisse: Πάντων δὲ προθύμων γενομένων, ἔταξε τὴν δύναμιν, τοῦ μὲν δεξιοῦ κέρατος αὐτὸς ἡγούμενος, τοῦ δὲ εὐωνύμου τὴν ἡγεμονίαν παραδοὺς τῷ Νεοπτολέμῳ, lib. XVIII. Cæterum in Justin. lib. XIII. 8. *Crateros* scribendum, ubi communi mendo *Polyperchon*; ut bene doctissimi Critici observarunt.

Qui quum inter se complexi] Hoc Diodorus verbo Græco æque significanti expressit, συνεπλάκησαν ἀλλήλοις. *Lambinus.* Justin. XIII. 8. 'Neoptolemus quoque cum Eumene congressus, diu mutuis vulneribus acceptis colluctatus est; in summa victus occumbit.' Hanc monomachiam pulchre depingit Plutarchus in vita Eumenis. *Longol.* Estque hæc tertia conversio, ut ibidem observat.

Inimica mente contendisse] Diod. lib. XVIII. Συμπλεκόμενοι τοῖς σώμασι

καὶ παντοίας διαθέσεις τραυμάτων ἀπεργαζόμενοι τοῖς θυμοῖς οὐκ ὀλίγον. *Gebh.*

Quam alterum anima reliquerit] Neoptolemum. Qui post succisum poplitem, altero genu nisus, altero debilis, valide adhuc Eumeni restitit. A quo tandem in collo vulneratus, cecidit, et exporrectus jacuit. Plut. Diod.

Aliquot plagis Eumenes vulneratur] Ἔτρωσε τὸν ἀντίπαλον εἴς τε τὸν βραχίονα, καὶ τοῦ μηροῦ τρισὶ πληγαῖς. Diodorus.

Sed acr. host. instit.] *Hostis* Membranæ nostræ ac Gifan. pro *hosteis*, ut veteres scribebant. 'Instare' autem cum accus. dictum olim notat in Lucret. Gifanius. *Schott.*

Funere] Noster scriptus *munere*, vitiose fortassis. *Idem.*

Cap. 5. *Perdiccas apud flumen Nilum*] Est veluti περίφρασις Ægypti, vix enim eam erat ingressus Perdiccas, cum per seditionem obtruncaretur. *Longol.* De miserabili transitu Nili, quo Perdiccæ exercitus interiit, videndus Diodorus, XVIII.

Interficitur] De cujus morte, dissentientes opiniones Diod. XVIII. 36. vide apud ipsum auctorem. Vide et Pausaniam Atticis, et Orosium III. 23. *Bongars.*

A Seleuco] Antiochi F. qui post Alexandri mortem in divisione imperii Syria ac Babylone potitus fuit: ut tradunt Cedrenus, Arrianus, Diodorus, et alii. Estque Philopator cognominatus ad aliorum differentiam. Nec obstat, quod Josepho sit Σωτὴρ, qui aliis Φιλοπάτωρ. Siquidem hæc elogia ab adulatoribus tam putida assentatione imponebantur, ut in contrariam partem plerumque sint accipienda. *Keuchenius.*

Et Antigono] Philippi regis notho; cui Asia minor per longum tempus fere paruit; cujusque ἐπίσκοπος et curator factus fuerat.

Ad Antipatrum defertur] Diodorus narrat, antequam hoc factum sit, imperii summam et regum curationem Pithoni, et Arridæo sententia Ptolemæi et Macedonum delatam esse. *Lambin.*

Hic, qui deseruerant] 'Hic,' id est, apud flumen Nilum. Alii libri habent; *Hi, qui deseruerant:* quam lectionem minus probo. Dixisset enim potius: *Ii, qui deseruerunt;* vel, quod malim, *deseruerant.* Idem.

Capitis absentes damnantur] Quinquaginta cum Eumene, in quibus erat et Alcetas Perdiccæ frater. Diod.

Hac ille perculsus plaga] Cave cum Lambino mutes in *percussus.* Nam 'percellere' est pervertere ac perturbare, καταπλήττειν. Cicero pro M. Marcello: 'Quos amisimus cives, eos Martis vis perculit, non ira victoriæ.' *Gebhard.*

Etsi non frangebant] Quod vult Nepos, intelligit quoque Siracides cap. 38. Ἡ λύπη καρδίας κάμψει ἰσχύν. *Idem.*

Multitudine circumventus est] Immo proditione Apollonidæ. Sic enim Diodorus: Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ μὲν Ἀντίγονος διαπεμψάμενος πρὸς Ἀπολλωνίδην τινὰ τῶν ἱππέων ἀφηγούμενον παρ' Εὐμένει. *Lambin.* Vide sequentia. *Circumitus* Ultraject. *Schott.*

Et in castellum Phrygiæ, quod Nora appellatur] Sic legendum ex Plutarcho, quamquam et scriptum exemplar *Horam* habet. *Longol.* Noram enim Plutarchus in Cappadociæ ac Lycaoniæ confinibus esse dicit. Strabo lib. XII. juxta Taurum locat, et sua ætate Neroassum arcem hanc fuisse appellatam scripsit. Huc se recepit Eumenes cum quingentis equitibus, peditibus vero ducentis, cum prius reliquos milites dimisisset: quod ad conserendam quidem manum perpaucos, ad occultandam autem fugam perniciosos intelligeret. Auctor Plutarchus. Justin. lib. XIV. id fecisse Eumenem dicit, quia se obsidendum videret. *Mag. Long.*

In quo cum circumsederetur] Ab

Antigono, qui duobus muris castellum circumsepsit. Diod. Plut.

Substringebat caput loro] Plutarchus in vita callidum ejus consilium paullo accuratius depingit. Meminit ejus rei etiam Frontinus, Strat. lib. IV. 7. *Longol.*

Deinde post verberibus] *Posterioribus* ex Ms. meo emendavi: præter Diodor. et Plutarchum, Frontinus IV. 7. hanc optimi codicis lectionem admodum confirmat.

Jumenta æque nitida] 'Nitida' opponit strigosis et mali habitus. 'Nitida jumenta' non tam ἀπεστλεγγισμένα, quam λιπῶντα sive λιπαρά. Et 'nitor' Apuleio lib. X. Metamorph. est pinguedo, seu, ut ipse loqui amat, pinguities. Ovidius Metam. libro II. 'Nitidam cape præmia vaccam.' *Gebhard.*

In campestribus] Vulgati auctiores *ac planis*, quod abest a Schotti codice. Lambinus *ea conclusione* ut adjectitium omisit.

Quod cast. sub divo] Scriptus noster et Gifan. *Quod castra subsidio, &c.* quæ impensius Gifanio ad Lucr. se probavit. *Schott.*

Simulata deditione] Justin. lib. XIV. Antigonum ab hac obsidione recessisse ait, cum missa ab Antipatro Eumeni auxilia didicisset. Plutarchus, Antigono Noram obsidente, vita excessisse Antipatrum, aliamque ob causam hanc fuisse solutam obsidionem testatur. *Magius.*

Præfectis Antigoni imposuit] Hieronymo. Plut.

CAP. 6. *Olympias*] Filia Neoptolemi, regis Molossorum. Quæ Μυρτάλη prius appellata est. Consule Justin. IX. 7. Atque hæc causa est, cur in Epiro tum temporis habitabat.

Iret] Lambinus *veniret*. Savaro *in* præpositionem præmisit: magis placet lectio edita, ut et Ultraj. *Schottus.* Præpositionem habuerunt Savaronis et Schotti libri, retinetque editio Brix. sæpe laudata. *Bosel.*

Quod Alexandri filius] Ex Roxane susceptus, cujus nomen quærit Lambinus, putatque ex Probi Phocione conjici posse, Philippum fuisse appellatum, Trogo autem Herculem nominari. At Herculem Justin. XI. 10. ex Barsine filium Alexandri facit. Quod agnoscit ipse Lambinus ex Diod. XX. 20. ad illum Probi locum in Phocione, nota 42. ubi verba auctoris: 'causam apud Philippum regem verbo, re ipsa quidem apud Polyperchontem jussus est dicere,' mavult accipere de Philippo Alexandri, ut ei videtur, filio, quam de Aridæo Philippo Alexandri fratre: ad quem tamen haud dubie pertinent. Verum autem nomen filio Roxanes fuit Alexander. Quod certum est ex Pausaniæ Atticis et Bœoticis, item Dexippo apud Photium et Eusebium. Adde Porphyrium lib. X. 6. Diodorum XIX. 115. *Freinsh.* Verba Porphyrii apud Eusebium: Κατέλιπε δὲ ὁ Ἀλέξανδρος παῖδας, Ἡρακλέα τε ἐκ Μαρσίνης [scribe Βαρσίνης] τῆς Φαρναβάζου, Ἀλέξανδρόν τε ἐκ Ῥωξάνης τῆς Ὀξυάρτου τοῦ Βάκτρων βασιλέως. Quam hic Pharnabazi filiam facit, Plutarch. cap. 36. et Eumene cap. 2. Artabazi. Arrian. VII. 1. Darii regis. Sed in nomine consentiunt. *Idem.*

Nam et in Macedoniam profecta est] Lege Justin. lib. XIV. 5. et 6.

Et ibi crudelissime se gessit] Nam cum principum passim cædes, muliebri magis, quam regio more fecisset, favorem sui in odium vertit. Justin. Confer Diodor. Siculum lib. XIX. 11. Pausaniam in Atticis.

Ne pat. Phil. domus, &c.] Audacius Lambinus de suo ἀντίθετα adjecit, *familiæ inimicissimos regnare, amicissimos interire.* Sequor editam lectionem. Magius sic, *Amicissimus interire.* Schottus.

Misisse literas] Quarum formulæ et argumenta exstant apud Diodorum lib. XVIII. et Plutarchum in Eumene: Ἧκε δὲ καὶ παρ' Ὀλυμπιάδος αὐτῷ γράμ-

ματα, δεξιάνης καὶ λιπαροδόσης βοηθεῖν τοῖς βασιλεῦσι καὶ ἑαυτῇ. Keuchen.

Verbis] Melius *rebus*, quamquam non ignorem invicem interdum permutare; ut infr. in Timoleonte, 'quibus rebus adeo ille est commotus:' ubi *verbis* Lambinus edit, notatque Savaro. *Schottus.*

Cap. 7. *Bellum adversum Antigonum*] Olymp. cxv. ann. 4. Vide Diod. xix. 42. Plutarch. Justin. xiv. 1. et 2. et seq.

Peucestes] Qui in numerum corporis custodum allectus fuerat ab Alexandro post victoriam Indicam, cum antea fuisset hypastis, id est, clypei gerulus, ut tradit Arrianus lib. vi. sub extrem. ubi narrat idem, tum corporis custodes, id est, *σωματοφύλακας* Alexandri fuisse septem; Leonnatum Autei F. Hephæstionem Amyntoris, Lysimachum Agathoclis, Aristonoum Pisæi, qui omnes erant Pellæi: Perdiccam Orontæ, Ptolemæum Lagi, Pithonem Crateæ; ad quos accessisse Peucestem, quem cogitabat Alexander Persidis satrapem constituere. *Lamb.* Meminerunt ejus Plutarch. Arrian. vi. 2. Diodor. xvii. 99. Curt. ix. 5. Julian. in Cæsaribus, et Plin. xxxiv. 8. qui ipsum Alexandri Magni servatorem appellat, Polyæn. et alii veterum.

Tum autem obtinebat Persidem] Cujus satrapa constitutus ab Alexandro. Arrian. vi. 5. Et in qua provincia postmodum remansit. Diodor.

Antigenes] Lamb. Aldum secutus, *Trutamus*, vel *Tentamus*, cum rectius legatur *Antigenes*. Nam hic princeps phalangis erat; Tentamus secundum imperii gradum obtinebat. A Polyæno in Eumene lib. iv. 2. vocatur Τευταμάτης. Constabat autem ipsa phalanx ex viris delectis, robore et proceritate corporis eminentibus, qui argyraspides ideo *μεγίστων ἀνδρῶν* a Polyæno appellantur. *Gebh.*

In principiis] 'Principia' heic pro loco accipiuntur castrorum Alexandri, ut bene notavit lib. iv. 10. sacrum Observationum eruditissimus Gronov. *ἐν στρατηγίῳ*, Appianus, 'Αν. μβ. Vel in loco principis in castris, videlicet, *ἐν πραιτωρίῳ*, *ἐν μέσῳ στρατοπέδῳ*, in mediis castris, Polyænus. *Lamb.*

Nomine Alexandri statuit tabernaculum] Distingue duos mores circa principum honores solitos usurpari, quos multi perperam confundunt. Unus fuit, ut absentibus aut mortuis sella poneretur in theatro cum corona: cujus rei expressam similitudinem vidimus in multis nummis. Dixit pridem de hoc Just. Lipsius ad Annal. ii. docte et accurate. Sed videntur Romani a Græcis id didicisse. Nam *προεδρία* merentibus illam, non solum decernebatur Athenis et in aliis urbibus Græciæ, sed etiam posteris ipsorum. Ad cujus rei memoriam primo institutum, ut etiam mortuis sellæ ponerentur. Deinde Reges sibi et suis hunc honorem tribuerunt. Alter mos fuit, ut in pompa Circensi, quam unus optime describit Dionysius Halicarnass. lib. vii. cum simulachris Deorum, inferretur Principis imago in thensa et ferculo sicut imagines Numinum. Res, ut puto, inaudita Romæ ante Cæsarem. Apud Græcos simile quid observamus. Athen. in enarratione pompæ Philadelphi: Ἐπόμπευσαν δὲ καὶ θρόνοι πολλοὶ ἐξ ἐλέφαντος καὶ χρυσοῦ κατεσκευασμένοι, ὧν ἐφ' ἑνὸς ἔκειτο στεφάνη χρυσῆ, ἐπ' ἄλλου δὲ κέρας χρυσοῦν, ἐπ' ἄλλου δὲ ἦν στέφανος χρυσοῦς, καὶ ἐπ' ἄλλου δὲ κέρας ὁλόχρυσον. ἐπὶ δὲ τὸν Πτολεμαίου τοῦ Σωτῆρος θρόνον στέφανος ἐπέκειτο, ἐκ μυρίων κατεσκευασμένος χρυσῶν. Ait traductam inter res divinas, quas paullo ante commemoravit, sellam Ptolemæi Soteris, cum corona aurea: nec non sellas multas aliorum; quorum nomina exponit. Ubi vides non obscurum vestigium utriusque moris ante expositi. *Casaub.* Adi Paschal. de Coron. lib. x. 10. Est hoc consilium

Ptolemæi apud Curtium x. 6. 'Mea sententia hæc est, ut sede Alexandri in regia posita, qui consiliis ejus adhibebantur, coëant, quoties in commune consulto opus fuerit: eoque quod major pars eorum decreverit, stetur.' *Boeclerus.*

Eoque omneis quotidie convenire] Nam dedignabantur ad eum tanquam ad inferiorem accedere; et ipse Eumenes erubescebat ante ipsorum fores conspici. Plutarchus: Οὔτε ἐκείνων βαδίζειν βουλομένων πρὸς αὐτὸν, οὔτε αὐτὸς ἀξιῶν ἐπὶ θύραις ἑτέρων ὁρᾶσθαι. Gebh.

CAP. 8. *Hic in Paratacis cum Antigone conflixit*] Diodorus Siculus lib. XIX. 'Instructus exercitus Antigoni adversus Eumenem et Satrapas in Parætacis.' Stephano Παραιτάκη, πόλις Μηδίας. Ptolemæo Parætaceni Mediæ accensentur. Isidorus Characenus Secastenen regionem et Parætacenen, eandem statuit; ἐντεῦθεν Σακαστήνη Σακῶν Σκυθῶν, ἡ καὶ Παραιτακήνη. *Salmas.* Noster codex *Imperatatis* præfert editque. Magius ac Longolius non recte, nam annos habebat fere quadraginta: verius Gifanii schedæ *in Parætacis*. Lucret. Collect. dicto, *Sola loca;* sequiturque Lambinus: et sic Ultraj. Edit. Ann. 1542. *Schott.* *Imperatus* legit Schottus Obs. III. 2.

Ipse in finitima regione Persidis hyematum copias divisit] Nihil heic ego muto, quamvis Lambinus malit, *in finitimam regionem*, et alii *dimisit*. Utrique male. Nam nullum heic motum ad locum agnoscet lector: et quamvis coëgerint milites, tamen ipse divisisse Eumenes intelligendus est, quia cum obsistere eorum licentiæ non posset, factus est comes, quo plus auctoritatis haberet. Ipse Plutarchus vertit εἰς τὰ χειμάδια κατενείμαντο. *Gebhard.* Cæterum per finitimam regionem intelligenda est Gabena, ut Plutarchus et Diodorus appellant. Polyænus Gabienam vocat, estque in situ Mediæ, juxta Ptolemæum lib. VI.

Namque illa phalanx Alexandri Magni] Argyraspides. *Lambin. Mag.* Confer Justin. XII. 7. Curt. IV. 13. Livium XXXVII. et alios. Simile quid instituit Imp. Alexander Severus apud Lamprid. in vita, cap. 50.

Ut nunc veterani faciunt] In quorum arrogantiam, fastidium, importunitatem acriter invehitur Cicero Philipp. XI. 14. 15. *Boecler.*

Statuit aliquid sibi consilii novi] Sic Diod. l. XIX. Κατὰ δὲ τὴν Ἀσίαν Ἀντίγονος μὲν χειμάζων ἐν Γαδαμάλοις τῆς Μηδίας, καὶ θεωρῶν τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἀσθενεστέραν οὖσαν τῆς τῶν πολεμίων, ἔσπευδεν ἀνελπίστως αὐτοῖς ἐπιθέσθαι, καὶ καταστρατηγῆσαι. *Lambin.*

Sin per loca sola contenderet] Quæ paullo ante vocat 'deserta,' διὰ τῆς ἐρήμου χώρας. Solitudinem hujus loci describit Polyænus. *Gebhard.* Præter Lucret. lib. VI. et Propert. Sallust. 'loca sola et nuda gignentium.' *Savaro.*

Ad hanc rem conficiendam, imperavit quam plurimos utres atque etiam culeos comparari] Artis sive ingenii remedium naturæ defectum supplet. Polyænus in Antigono, lib. IV. 11. προσέταξε δὴ ῥάψασθαι μυρίους ἀσκοὺς, καὶ πλῆσαι τούτους ὕδατος. Curt. lib. IV. 63. 'Aqua etiam defecerat, quam utribus cameli devexerant, et in arido solo ac fervido sabulo nulla erat.' *Gebh.*

Post hæc pabulum] Καὶ κρίθας τοῖς ἵπποις καὶ χιλὸν αὐταρκῆ. *Idem.*

Cibaria cocta] Decem dierum. Σιτία δέκα ἡμέρων πέμψαντα ἔχειν. 'Cocta cibaria,' forte ἄπυρα, quæ igne non indigerent. Vide Polyæn. in Antiochi Seleuci F. lib. IV. Ἀντίοχος δὲ προστάξας ἄπυρα σιτία τεσσάρων ἡμερῶν κομίζειν. *Idem.*

CAP. 9. *Cum ex fumo castrorum ejus*] Notanda est elegans vocis *cum*, et veluti transposita usurpatio ad hunc modum: *Dimidium fere spatium confecerat, cum ex fumo castrorum ejus*

allata est suspicio: pro, *cum dimidium spatium confecisset, allata est suspicio.* Boeclerus. Atqui non ex fumo, sed ex fulgore hostium præsentiam conjectabant. Plutarch. Θαυμάσαντες τὸ τῶν πυρῶν πλῆθος. Nam etsi plana esset regio, per quam incedebat Antigoni miles: tamen circumdata erat collibus editis, ex quibus facile erat, quamvis longo intervallo, fulgorem ignium animadvertere. *Gebhard.*

Suspicio allata est] A barbaris, qui spectantes totam regionem montes incolebant. Nuncium autem attulerunt Camelis cursoribus. Ubi notes velim, quos ἱππαστρίας καμήλους vocet, Diodoro dici δρομάδας. *Idem.*

Ad Eumenem] Diodorus, 'ad Eumenem et Peucestam.' Plutarch. 'ad Peucestam, qui propius ab hostibus aberat.' *Lamb.*

Titubantibus] Ἀμηχανοῦσι sive ἀθυμοῦσι. *Gebhard.* Nonius: *Titubare, trepidare.* Utitur Cicero Philipp. VIII.

Ut non minus totidem dierum spatio] Plutarchus, Eumenem, ait, pollicitum, se hostibus statim velocitatem repressurum, ut triduo exspectatione tardius adventarent. *Mag.*

Ad Antigoni refrenandum impetum] Celeritatem retardandam. *Refrenare impetum* videtur Plutarchus reddidisse ἐπιστῆσαι τῶν πολεμίων τὸ τάχος. M. Tullius in Antonium: 'Brutus Antonium invadentem in Asiam a progressu arcuit, a reditu refrenavit.' *Gebhard.* *Ad Antigoni autem refrenandum impetum*] *Refrenandum* tralate. Epicurus: τὸ γὰρ κατηνάλωται αἱ τοιαῦται ἄτομοι, &c. Vide Gifan. ad Lucretium. *Keuch.*

Qui obvii eant itineri adversariorum] Lambin. *erant;* quod non persuadet. Nam ex tabernaculis suis jussit quosdam procedere obviam adventantibus Antigoni militibus. *Idem.*

Ut prima nocte, quam latissime possint, ignes faciant quam maximos] 'Primam noctem' vocat, quam alii primam vigiliam. Antiquissimi νυχθήμερον distribuebant in partes octo, quarum quatuor noctis erant, totidem diei. Et noctis quidem proprie appellabant vigilias, diei vero horas. Primam vigiliam cum Solis occubitu ordiebantur, secunda cum nocte media desinebat, et ab ea deinde initium suum tertia, post hanc cum Solis ortu et diei quartam finiebant. Ex hac noctis divisione orta est totuplex partitio vigiliarum militarium, Vegetio, aliisque passim scriptoribus memorata. Sed apud Censorinum partes νυχθημέρου sedecim sunt, quas ad numerum duodenarium redegit Macrobius Saturnal. lib. I. 3. Meminit et Alexand. Neapolitanus Genial. lib. IV. 20. et lib. I. 12. Cæterum causam, cur prima vigilia quam maximos ignes facerent, reddit Diodorus lib. XIX. Plutarchus ait, ἐν διαστήμασιν accensos ignes fuisse; et addit continuo, Eumenem more στρατοπεδευόντων strategema illud instituisse. Quibus consentanea sunt, quæ in eadem narratione commemorantur a Polyæno, Strategem. lib. IV. *Keuch.*

Adsimulata castrorum consuetudine] Scilicet ignium faciendorum. De qua Lipsius in Milit. Romana. *Boecler.* Cur autem quarta vigilia nullos fieri voluerit ignes Eumenes, inquirendum est. Nam Epaminondas Sparta repulsus jubebat suos ἑωθινῆς φυλακῆς (quartam capio) πυρὰ καίειν ἐν τῇ παρεμβολῇ. Diodor. lib. XV. *Gebhard.*

CAP. 10. *Vicit consilio*] Quod post cognovit ipse Antigonus. Plutarch. Ἤσθετο κατεστρατηγημένος ὑπὸ Εὐμένους. *Lamb.*

Perfidiaque militum] Justin. lib. XIV. et Plutarchus in eodem Eumene, ad hoc facinus impulsos Argyraspides dicunt, quo uxores, ac liberos, suaque quæ in prælio amiserant, ab Antigono reciperent. *Mag.*

Antigono est deditus] Olymp. CXVI. ann. I. *Chronol.* Apud Justin. lib. XIV. et Plutarchum exstat expostulatio ejus ad milites, quos coarguit

proditionis, mirum in modum virilis et acerba. *Longol.*

Quum exercitus ei ter] Justinus 'quater' dicit. *Mag.*

Quam eum non prodere] *Perdere* in vulgatis; sed Festo, *prodere* perdere est; et Lucretio non semel, observante Gifanio. *Schott.*

Seleucus] Babyloniæ præfectus. *Lambin.*

Lysimachus] Cui Thracia erat tradita, cum regionibus finitimis. *Idem.*

Ptolemæus] Ægypti satrapes, opinione hominum Lagi filius; re Philippi. *Lambin.*

Hi, qui circa erant] Id est, οἱ περὶ αὐτὸν, ejus comites et familiares. *Idem.* Cicero modo Græce dicit, modo Latine. Meminit hujus loci Casaubonus ad Suetonium lib. IV. 10.

CAP. 11. *Ut acerrimum, inquit, leonem*] Sic Plutarchus: 'Quærentibus autem iis, quibus custodiendus Eumenes fuerat traditus, quomodo asservarent: 'ut elephantum,' inquit, 'aut leonem.''

Fructum oculis ex ejus casu capere] Id est, oculos pascere. Contrarium est 'oculis dolere.' Teren. Phormione: 'Vin' primum hodie facere, quod ego gaudeam Et quo tuo viro oculi doleant?' Celius Curio ad Cicer. Epist. lib. VIII. 15. 'Numquam tibi oculi doluissent, si in repulsa Domitii vultum vidisses.' Explicat Pet. Victorius Var. Lect. lib. II. 5. et Turnebus Adversar. lib. XI. 1. *Schott.*

Colloqui] Legendum fortasse est, *alloqui*: id παρηγορεῖν, παραμυθεῖσθαι. *Lambin.*

Ut sic deuteretur victo] Unde, *hic se uteretur* Lambinus conformavit. Retineo tamen scriptorum codicum lectionem *deuteretur*; prisce quidem atque inusitate pro abuteretur, ut 'denasci' veteres dicebant pro mori. Cassius Hemina Ann. l. II. 'Quæ nata sunt, ea omnia denasci aiunt.' *Schott.*

Cur non in prælio] Meminit Plutarchus ejusdem quæstionis et responsi in Vita Eumenis.

Quod nunquam cum fortiore sum congressus] Hunc quasi morem Eumenes habuit, ut et imperaret juxta in acie, et pugnaret. Quo et Plutarchi observatio pertinere videri potest, cum Eumenem φιλοπόλεμον καὶ φιλόνεικον notat. Locus est ipsa comparatione ejus cum Sertorio. Nam eorum vitas commisit. *Buchnerus.*

Decidi] In hanc calamitatem incidi: dejectus de fortuna mea sum. Nam 'cadere' et 'decidere' dicuntur, qui adversam fortunam incurrunt. Vide Laberii Mimos. *Idem.*

Quam figura venusta] Πᾶν τὸ σῶμα διηρθρωμένος καὶ σύμμετρος. Venustas enim hic decentem membrorum inter se competentiam notat. Vide Plutarch. in Eumene. *Boecler.*

CAP. 12. *Plerique omnes*] Attica locutio. Priscianus lib. XVIII. πλέονες δὴ πάντες τοῦτο λέγουσι ἄνθρωποι. Vide Servium Æneid. I. p. 181. A. Gellium Noct. Att. lib. VIII. 12. *Keuch.* Nearchus enim et Demetrius Antigoni F. et nonnulli alii Eumenem servari cupiebant: cæteri omnes necari volebant. *Lambin.*

Et quotidianum victum amoveri] Sic Plutarchus: Ὡς δὲ οὖν ἔδοξε τῷ Ἀντιγόνῳ τὸν Εὐμενῆ κτείνειν, ἐκέλευσεν αὐτοῦ τὴν τροφὴν ἀφελεῖν. *Idem.* Similem viam ad mortem sibi fecit Atticus. De quo infra in vita ejus cap. 22. *Ernst.*

Negabat, se ei vim allaturum] Quasi vis non esset, inedia ac fame hominem exhaurire. Certe in Cod. de custod. reor. lib. I. inter crudelitatis exempla refertur. Rittershusius in Nov. XII. 14. 3. nullum violentæ mortis genus fingi posse crudelius ostendit, quam fame necare. *Loccenius.*

Non amplius, quam triduum] Καὶ δύο μὲν ἢ τρεῖς ἡμέρας ἄσιτος, οὕτω πρὸς τελευτὴν προσῆγετο. *Lambin.*

Cum castra moverentur] Αἰφνιδίου δ' ἀναζυγῆς γενομένης. *Idem.*

Jugulatus est] Εἰσπέμψαντες ἄνθρωπον

ἀποσφάττουσιν αὐτόν. *Idem.*

A custodibus] Quibus assignari eum Antigonus præceperat. Vid. Justin. XIV. 4.

CAP. 13. *Septem annos Philippo apparuisset*] Mss. Boecleri et quidam editi *paruisset*: quod Magius corruptum putat. 'Parere' tamen idem esse quod apparere, dudum eruditi monuerunt. *Bosius.*

Uni] Verissima correctio Freinshemii pro *uni*, VIII. (sc. annos) legentis in comment. ad Curtium. Annos enim putat, et nihil facilius fuit, quam ut nota numeri transiret in vocem. *Boecl.*

Macedonum perjurio] A quo ipse sibi postea metuit Antigonus; quare eos callida ratione separavit et quasi ex oculis amovit. Polyæn. in Antigono lib. IV. 15. Ἀντίγονος τοὺς Ἀργυράσπιδας, οἳ τὸν Εὐμενῆ δεσμώτην αὐτῷ παρέδωκαν, ἐτίμησε δωρεαῖς. Τὸ δὲ ἄπιστον αὐτῶν φυλαττόμενος, χιλίους μὲν αὐτῶν ἔδωκε συμμάχους εἶναι Σιγυρτίῳ τῷ σατράπῃ τῆς Ἀραχωσίας. Inquirendum est in verum nomen ejus Satrapis, qui Arachosiis tunc præerat, et cui mille Argyraspidum suppetias missi. A Polyæno appellatur Σιγύρτιος. Diod. lib. XIX. Σιβύρτιος μὲν, inquit, τῆς Ἀραχωσίας ἡγούμενος παρείχετο πεζοὺς μὲν χιλίους. Propius ad verum, et unde quoque de vitio liquet lectionis apud Polyænum τῆς Ἀραβίας. Plutarchus quoque corruptus hoc in nomine est: Τοὺς Ἀργυράσπιδας παρέδωκεν Ἰβυρτίῳ τῷ διοικοῦντι τὴν Ἀραχωσίαν. Neque non et Arrianus: Θόαντα δὲ σατραπεύειν τῶν ταύτῃ ἔταξε. Τούτου δὲ νόσῳ τελευτησαμένου Σιβύρτιος τὴν σατραπείαν ἐκδέχεται. Legendum apud istos omnes Σιβύρτιος. Fundum habeo hujus correctionis Q. Curt. lib. IX. 53. 'Proposito igitur regioni Sibyrtio (namque Memnon præfectus ejus nuper interierat morbo) in Carmaniam ipse processit.' Sciendum autem est ex lib. VII. 16. Memnonem a Rege Arachosiis prætorem datum quatuor millibus peditum et sexcentis equitibus in præsidium relictis. Præterea Diodorus, ipsum, apud quem hujus purpurati nomen integrum restitit, lib. XVIII. Καὶ Σιβυρτίῳ μὲν ἔδωκεν Ἀραχωσίαν καὶ Κεδρωσίαν. Denique Justin. lib. XIII. 4. 'Arachosii Gedrosique Sibyrtio traduntur.' *Gebhard.*

Quod nemo Eumene vivo rex appellatus est] Quia ipse Eumenes rex erat: quare a Suida vocatur βασιλεὺς Μακεδόνων. Et paullo post: ἀνὴρ ἐν μὲν τοῖς πλείστοις οὐδενὸς δεύτερος τῶν καθ' αὐτὸν βασιλέων γενόμενος. Vide ibidem plura. *Ernstius.*


Propinquis ejus sepeliendum] Propter amicitiam, quam olim cum Eumene vivo contraxerat. Διὰ δὲ τὴν προγεγενημένην φιλίαν. Diodor. XIX. Confer Plutarchum.

Ad matrem, atque uxorem] Diod. Πρὸς τοὺς οἰκείους. Plutarch. Τῇ γυναικὶ, ἐν τοῖς παισί. Uxor erat Barsine, natione Persica, Artabazi filia, ex qua filium Herculem suscepit Alexander. Meminit Curt. X. 6. et alii. Sed apud Porphyrium corrupte legas Μαρσίνης pro Βαρσίνης.

XIX. PHOCION.

Cap. 1. *Phocion*] Phoci filius. Suidas in Φωκίων. *Ernst.* Sic quoque Ælianus Var. II. 16. Cochleariorum fuisse patrem, testis idem XII. 43. ubi vide not. Cl. Schefferi. *Bosius.* De hoc Plutarch. in ejus vita, in Politicis et alias. Diodor. lib. XVIII. Polyænus lib. IV. Athenæ. lib. X. Val. Max. III. 8. et V. 3. Suidas. *Savaro.* Et alibi Æsch. de fals. leg. Athen. Hujus Hermam, sed capite truncatum, hac forma exhibent Imagines Ursini numero 109.

PHOCION.



Apud Fulvium Ursinum in schedis ex marmore.

Etsi sæpe exercitibus præfuit] Quadragies et quinquies, auctore Plutarcho; cujus hæc verba sunt: 'Constat enim inter omnes, eum exercitui præfuisse quinquies et quadragies, cum ne semel quidem in comitiis interfuisset, sed eum cives semper arcessivissent, et suffragiis suis creassent.' *Lambin.*

Magistratus cepit] In Attico: 'quod neque peti majorum more, neque capi possent.' Ibidem: 'Honores et divitias capere.' Ibid. 'Quos honores quibusque temporibus cepisset.' Sidon. lib. IX. Epist. ult. in Carm. 'Capiens honorem.' Vide Not. *Savaro.*

Notior integritas est vitæ] Valer. Maximus lib. V. 3. 'Phocion vero his dotibus, quæ ad pacandum hominem potentissimæ judicantur, eloquentia et integritate instructissimus.' Hinc illa vox Demosthenis concionantis: ἡ τῶν ἐμοῦ λόγων σφόδρα καὶ κοπὶς ἔρχεται. Auctor Iamblichus apud Stobæum. *Keuchen.*

Quam rei militaris labor] Immo multas ejus res militiæ gestas, et functiones imperatorias commemorat Plutarchus in Phocione. Et ejus uxor ornamenta sua dicebat esse, Phocionis viri sui consilia factaque imperatoria, ut tradit Plutarchus ibidem, et refert principio libelli περὶ μουσικῆς. Quinetiam ætatis octogesimum agens annum, exercitui præfuit, aut certe præesse jussus est a populo, ut ex eodem Plutarcho intelligere licet, παραγγελ. πολιτ. *Lambin.*

Hujus memoria est nulla] Respicit

Nepos ætatem suam, qua Phocion tantum ob morum bonitatem notus erat; rerum bello ac pace præclare gestarum nomine obscurus. *Gebhard.*

Ex quo cognomine Bonus est appellatus] Supra in Aristide: 'Ut nunc cognomine Justus sit appellatus.' Quod cognomen a virtutibus impositum. Mos passim obvius apud Græcos Latinosque, rarus primo honor et gloriosus, mox ridicula sæpe ambitione vulgatus obsolevit. *Boecler.* Χρηστὸς Græce dictus est, auctore Suida, quod omnibus aliis magis quam sibi esset utilis. Nam et in pecuniis largiendis liberalissimus fuit, et filias elocavit cum dote etiam pauperrimis quibusque, modo essent frugi. Græca enim vox ἀπὸ τοῦ χρᾶσθαι facta est. *Longol.* Præter Plutarch. in vita ejus et lib. de Musica, et Suidam, Val. Max. VIII. 8. 2. 'Placidi et misericordes et liberales, omnique suavitate temperati mores Phocionis, quos optime profecto consensus omnium bonitatis cognomine decorandos censuit.' *Savaro.*

Fuit enim perpetuo pauper] Lege Plutarchum in lib. περὶ φιλοπλουτίας. Athenæum lib. x. 8. Lucianum in Jove Confutato, et passim alios.

Quum ditissimus esse posset] Lambin. et Cod. Gifan. *divitissimus:* quomodo et Cicero I. de Divin. 36. 'divitissimum fore prædictum est.' Sic 'divitior' apud eundem, Plautum, Lucretium, Martialem, Tacitum occurrit. *Bosius.*

Dabantur] Sic Schott. et Savaro secutus Mss. Ven. Col. Ald. Paris. in vulgatis *mandabantur*. In Pelopida: 'Hac mente amicis suis summas potestates dederant.' *Savaro.*

A rege Philippo munera magna pecuniæ] Plutarchus in Apophth. et vita Phocionis, non Philippum, sed Alexandrum Phocioni centum talenta dono misisse dicit. Sic et Iamblichus scriptum reliquit in his, quæ de Pythagora memoriæ consignavit. *Magius.* Adde Ælianum Var. Hist. lib. I.

CAP. 2. *Mansisset*] Schott. Codex *pervenisset:* sic Mss. Ven. Colon. edd. Paris. *permansisset.* Lambin.

Primo cum Demade] Historiam fuse narrant Diodorus Siculus lib. XVIII. et Plutarchus. Sed in Msc. Leidensi est, *Primo quod cum Demade,* quod probat Bosius.

Quum adversus Chaeretem eum subornaret] Vide quæ ad hunc locum notat Dionysius Lambinus.

Ab eod. in jud. q. capit. caus. diceret] Eadem sors Ciceronis, qui a C. Popillio Lænate, quem parricidii reum defenderat, interfectus est, M. Antonio præmium suppeditante HS. decies centena millia. Appian. Plutarch. Valer. Max. v. 3. *Schottus.*

Non defendit, sed etiam prodidit] Quin etiam et patriam, ut mox: quare lege talionis nihil mirum, si ingratam erga se expertus est. De quo scelere Cicero Offic. I. et Virgilius: 'Vendidit hic auro patriam.' *Schottus.*

Quum apud eum summum esset imperium populi] Plutarch. Στρατηγὸς καὶ ἄρχων· id est, *imperator*, seu *dux exercitus;* et *archon*, hoc est, *prætor.* Lambinus. Erat enim archon, et quidem ante Archippum, nisi me conjectura fallit. Certe extremo vitæ tempore, sub calamitatem istam, archontem fuisse Plutarchus tradit in ejus vita: Ὁ δὲ εἰς πατρίδος ἀνασώζεσθαι σωτηρίαν, καὶ ταῦτα στρατηγὸς, καὶ ἄρχων, οὐκ οἶδα μὴ μεῖζόν τι παραβαίνει, καὶ πρεσβύτερον τὸ πρὸς τοὺς πολίτας δίκαιον. Sed non diu magistratum illum tenuit, ut Plutarchus clare narrat; itaque amotus, ut videtur, Archippum sibi substitutum habuit; cujus nomen etiam relatum in Fastos. *Meursius.*

Piræeo Atheniensium] Videtur legendum, *Piræeo Atheniensium portui;* vel delendum *Atheniensium.* Veruntamen nihil mutare ausus sum. *Lamb.*

A Dercyllo] Quem Regis Antipatri nomine Atticæ tunc regio præfectum

habebat. Plutarch. *Magius.*

Neminem ad arma vocavit] Plutarchus vero ait, Phocionem tunc tumultuantem populum frustra conatum educere, et odio et contemptui omnibus fuisse. *Idem.*

Cap. 3. *Una populi caussam agebat*] Democratiæ studebat. *Lambin.*

Altera . optimatum] Aristocratiæ. *Idem.*

Demetrius Phalereus] De quo sic Polyænus lib. IV. Κασσανδρίζων ἐτύγχανε, id est, *cum Cassandro sentiebat, seu faciebat.* Lamb. Eodem modo Demosthenes φιλιππίζειν de Pythia dixit. *Keuchen.*

Nam populares] Δημοκρατικοὶ, quos Plutarch. in Arato φιλοπολίτας vocat. *Boecler.*

Propulit] Lambinus solus *pepulit* evulgavit. *Idem.*

In his Phocionem et Demetrium] Plutarch. Callimedontem et Periclem vocat, qui ex urbe tum profugere, quique paucorum dominationi una cum Phocione faverunt, et Antipatro ac regibus studuerunt: populi vero opibus et potentiæ adversati sunt. Vide Diod. Sicul. lib. XVIII. 65. cum seq. et Plutarchum. *Ernstius.*

Causam apud Philippum regem verbo] Philippum Aridæum intelligit Eurydices maritum, uxori et aliis monitoribus obnoxium. Suppeditat hic Princeps eximium vecordiæ ac stuporis exemplum, quem penes tantum umbra nominis, penes uxorem aliosque vis atque imperium. Justin. lib. XIV. 5. ‘ Interea Eurydice uxor Aridæi regis, ut Polyperchonta a Græcia redire in Macedoniam cognovit, et ab eo arcessitam Olympiadem, muliebri æmulatione perculsa, abutens valetudine viri, cujus officia sibi vindicabat.’ Non video autem caussam, cur mutato ordine malit Schottus: *Causam apud Philippum verbo quidem; reapse apud Polyperchontem.* Gebhard.

Ab Agnonide] Exemplaria Mss. nonnulla, et Jensonica quoque *Agnone* habent. Sed ex Plutarcho patet, legendum esse *Agnonide:* qui fuit, ut ipse ait, sycophanta. Sane *Agnonis* hominis deliciis affluentis meminit Athenæus lib. XII. 18. *Mag.* Schedæ veteres, *Hic ab Agnonide accusatus, quod, &c.* concinnius. *Schottus.*

Ex consimili sententia] Sic Mss. et vulgati omnes, quæ lectio non rejicienda videtur et hac mente accipi potest. Consimili sententia, qua antea Phocion in carcerem conjectus, et in exilium erat expulsus, iterum reus proditionis actus in carcerem conjectus est. Conjecturam tamen Puteani et Lambini testatam volo, qui *ex consilii sententia* legunt. Magno libro Notarum D. C. S. de consilii sententia. Videndus Cicer. Epist. ad Attic. lib. VII. 17. more etiam Atheniensium comprobatur conjectura. In Eumene: ‘ ad consilium retulit.’ Postea ‘ cognita consilii voluntate.’ *Savaro.* Sic etiam in Sluiskenii Ms. *Keuchen.*

Athenas deductus est] Ut scilicet causam capitis diceret; vide Diodorum lib. XVIII. et Plutarchum in Phocione. Obiter observabis, reos honoratiores Athenas missos fuisse, ut magistratibus traderentur, utque legitimis confectis, aut absolverentur, aut addicerentur, quod et apud Romanos invaluit: not. ad Sidonium Epist. lib. VII. 7. quibus moribus et Senatusconsultis locum dedit in suis Capitularibus Carolus Magnus. *Savaro.*

Cap. 4. *Vehiculoque portaretur*] Plutarch. Ἐφ’ ἁμάξαις κομιζομένων αὐτῶν. Hic tamen non propter infirmitatem pedum sic vectos esse significat, sed contumeliæ causa. *Lambin.*

Quum alii reminiscentes veteris famæ, ætatis misererentur: plurimi vero ira exacuerentur] Duplex istud hominum genus, hinc miserantium, inde insultantium in omnibus talibus casibus se exhibet. Tacit. lib. XII. 47. ‘ Mox

vulgus duro imperio habitum probra ac verbera intentabat: et erant contra, qui tantam fortunæ commutationem miserarentur.' Ad prius membrum Taciti illustrandum spectat locus Diod. lib. XVIII. Τὸ γὰρ ἐν ταῖς εὐτυχίαις συνεπτόμενον μῖσος, ὅταν ἐκ μεταβολῆς ἐκραγῇ ταῖς ὀργαῖς, ἀποθηριοῦται πρὸς τοὺς μισουμένους. De fato Phocionis Valer. lib. v. 3. Extern. 3. *Gebhard.*

Adversus populi commoda] Ita τὸ κοινῇ συμφέρον in Democrat. vocatur. *Boecler.*

Qua de re ne perorandi] Quomodo plerique, præsertim boni, præposterum illud populi judicium tulerint, e Diodoro petendum est. Ex eodem constat, proditos Athenienses fuisse a Polyperchonte. *Ernst.*

Legitimis quibusdam confectis] Quæ lege ad accusandum et audiendum reum, nec non reliquum judicii ordinem sunt constituta. Cicero ad Antonium: 'Cedo illa legitima, quæ Consules populum jure rogaverunt.' *Gebhard.*

Traditus est undecimviris] Undecimviri, de quibus hic Probus, quos Julius Pollux τοὺς ἕνδεκα dici solitos arguit, quosque etiam νομοφύλακας atque ἐπάρχους Græci appellabant; Triumviris Romanorum capitalibus erant non absimiles, ut Budæus in poster. annot. ad ff. observatum reliquit. Horum erat officium (ut ex multis, quæ legi, pauca afferam) delinquentes facinorosoque homines comprehendere, in carcerem conjicere, et capitis damnatos ad supplicium ducere. *Magius.* Lege Demosthenem κατὰ Τιμοκρ. et κατὰ Ἀριστογείτονος. Platonem in Phædone, Aristotelem lib. VI. cap. ultimo, de optima administrandæ reipubl. forma, et alios. Sane quantum ad horum electionem attinet, Decemviri, ut Pollux ait, singuli, a singulis tribubus cooptari solebant; quorum numerum augebat γραμματεὺς, id est, *scriba*, ut hoc pacto undecim essent et dicerentur. Plura de XI. Viris doctus quidam Auctor magni apud Gallos nominis, in libello, quem de Atheniensium Magistratibus conscripsit. *Magius.*

Emphyletus] Lapsus iterum hic Æmilius, quod minus curiose Græcos codices inspexerit verteritque; nam ut ex Aristide videre licet, scriptum fuit in Græcis auctoribus ἐμφύλιός τις, id est, *ex sua tribu aliquis*; vel *tribulis*, ut cum Cicerone interpreter. *Longol.* Tentabam equidem, audendum est enim, *Euippum* reponere, Plutarchi auctoritate, qui non dissimile refert in apophth. et vita Phocionis, sed in qua vitiose Θούδιππος cuditur. Hic enim una capitis damnatus, cum quiritaretur, attrita cicuta injuste se ad mortem adigi, οὐκ ἀγαπᾷς, εἶπεν, ὦ Εὔιππε, μετὰ Φωκίωνος ἀποθανούμενος; *cum Phocione mori detrectas?* Refert et Ælianus lib. XIII. 41. *Schott.* Item Seneca consolatione ad Helviam cap. 13. sed sub persona Aristidis, quem correxit ibidem Justus Lipsius.

Ind. perp. Phocion] Cujus et præclarum hoc dictum, 'præstare injuriam ferre quam inferre:' 'accipere damnum melius esse quam dare.' Plutarch. in ejus vita. Quæ γνώμη et Cicer. Tusculana v. 'Accipere quam facere præstat injuriam' legitur. Filio tamen Phocionis non parenti adscribit Ælian. Var. Hist. II. 12. *Schott.*

Hunc enim exitum plerique clari viri habuerunt Athenienses] Quorum catalogum contexit Lucianus in dialogo, De non temere credendo calumniæ. Idem meminit mortis Phocionis in Jove Confutato. Adde Dion. Prusæum Orat. 73.

Ut nemo ausus sit eum liber sepelire] Quia lege Attica non concedebatur proditionis damnatos sepelire, in Themistocle in fine: præter Diodorum et Plutarchum, Valerius lib. v. 3. 'Phocion tantum non in eculeo ab Atheniensibus impositus est; sed

certe post obitum nullam Atticæ regionis, quæ ossibus ejus injiceretur, glebulam invenit; jussus extra fines projici, intra quos optimus civis vixerat.' *Savaro*. Vide Alex. ab Alex. Genial. dierum lib. VI. 14.

A servis sepultus est]. Longe aliter ista refert Plutarchus.

XX. TIMOLEON.

CAP. 1. *Timoleon*] In Plutarchi codicibus *Timoleon* scriptum video ἀπὸ τῆς τιμῆς. In nostris libris editis et Gifanii Lucretiano Indice *Thymoleon* ἀπὸ τοῦ θυμοῦ· quasi leonino animo, id est, excelso, præditus. De hoc præter Plutarchum ac Diodorum Polybius lib. II. et XI. Livius lib. XXXV. et XXXIX. Pausanias in Arcadicis. *Schottus*. Apud Aristophanem Ranis act. IV. 3. scriptum est Θυμελέων. *Gebhard*. Timoleontis autem pater fuit Timenætus, auctore Diodoro Siculo l. XVI. sed, ut vult Plutarchus in Timoleonte, Timodemus: mater autem Demariste. *Lambin*. De hoc vide Diodorum lib. XVI. Plutarch. Polyæn. Strateg. lib. I. Suidam. *Savaro*. Præcipuus ejus scriptor Timæus intercidit.

An ulli] Ita Vet. Cod. perspicue magis quam *an nulli:* ut frequenter Cicero, Græcorum exemplo. Mox *conflictus* in eodem pro *conflictatus*, ut *exercitus* pro *exercitatus*. Schott.

Oppressam a Tyranno] A fratre majore natu, Timophane. *Lambin*.

Bello vexatam] Quod gestum est a Carthaginensibus partim adversus tyrannum Dionysium majorem, duce Dione: et Dione interfecto, Callippum, qui menseis XIII. tyrannidem obtinuit, ut narrat Diodor. lib. XVI. et Callippo subacto, Hipparinum Dionysii F. qui annos duos imperio paterno potitus est: deinde Dionysium ipsum, qui imperium amissum recuperavit. *Lambin*.

In pristinum restitueret] Eleganter. Vulgo *statum* addunt. *Gebhard*.

Dux a Corinthiis] In bello adversus Argivos et Cleonæos. *Lambin*.

Per milites mercenarios] Corinthii veriti, ne idem sibi accideret, quod et antea, Corintho amissa, et a sociis ipsis occupata, quadringentos milites mercenarios alere decreverunt, quibus Timophanem præfecerunt. Ille autem rebus omnibus honestis et justis neglectis ac despectis, confestim ea ad exitum perduxit, quibus civitatem in suam potestatem redigere posset; et multis civibus principibus ac primariis indicta causa necatis, se ipse tyrannum constituit. *Lambin*.

Et patr. legibus, &c.] Sic noster codex. Gifanius, *et patriæ parere legibus, quam imperare satius duxerit*. Quomodo et Ultraj. editum. Longol. et Magius pro *satius* legunt *santius*. Hoc probat Lambinus, illud damnat. *Schottus*.

Per aruspicem] Huic Theopompus nomen imponit Satyro, Ephorus et Timæus Orthagoræ. Ego illi Satyri nomen fuisse proprium puto, Orthagoræ vero adjectitium laudis causa, quod vera ex aruspicina responderet. *Longol*.

Communemque affinem] Hunc Æschylum vocat Plutarchus, et uxoris Timophanis fratrem fuisse dicit. De hoc Thymoleontis pio simul atque impio facinore, idem Plutarchus in Politicis mentionem facit. *Mag*. *Affinem*] Id est, sororium, sororis virum, interprete ipso Nepote. Vide Not. supr. in Dione. Præterea sic intellige Val. Max. lib. II. 7. exemp. 7. et lib. I. 1. exemp. 7. Auson. in paren-

tal. carm. 16. Lemma, Pomponius maximus affinis. Cur affinis dicatur ratio sequitur: 'Conjux namque meæ tu consociate sorori.' Idem Carm. 21. Vide Not. in Sidon. Carm. 5. et 20. Infra in Attico. *Savaro.*

Fratrem tyrannum interficiendum curavit] Justam censens injuste imperium aut tyrannidem occupantis interfectionem, ex veteri lege Rhadamanti, et pluribus Græcorum, de quibus Grotius de Jur. Bell. et Pac. lib. I. 4. 17. *Loccenius.* Adde judicium Clapmarii de Arcanis Rerump. IV. 20.

Et inv. l. v. obterebant] Sic Vatinius Nepotis æqualis Tullio lib. v. ad famil. dixit 'prosternere atque obterere obtrectationes et invidias malevolorum.' Atque ipse Cicer. pro Cæcina, 'Calumniam obterere atque contundere.'

Verbis] Sic vulgati. Mss. *rebus.* In Alcib. 'His Lacon rebus commotus.' In Eumene: 'his rebus Eumenes permotus.' In Datame: 'Pisidæ nova re commoti.' *Savaro.*

Ut nonnunquam vitæ finem facere voluerit] Inedia se exstinguere. Plutarchus: Ὥρμησε μὲν ὡς διαφθερῶν ἀπέχεσθαι τροφῆς. Sed mollem animum illum dicas, qui præclarissimi facinoris sibi conscius absurdissimo muliercula judicio tantopere conturbaretur. *Gebhard.* Eratque hoc Stoicorum artificium. Vide Ernstium, in Introductione ad veram vitam, c. 22.

CAP. 2. *Syracusarum potitus est*] Ita tamen ut Iceta tyrannus Acradinam et Neapolim teneret, Dionysius Insulam: ut tradit Diodorus lib. VI. *Lambin.*

Tutoque ut Corinthum perveniret] Ubi ludum Dionysius aperuit. Vide proverbium, 'Dionysius Corinthi,' et Plutarch. in Timoleonte de dictis factisque etiam Dionysii. *Schottus.* Exstat in Cicerone ad Attic. IX. 9. Quintil. VIII. 6. Laërtii Platone. Valer. Max. lib. VI. 9. aliis.

Eamque præclaram victoriam ducebat] Vulgati, *et quod eam præclaram victoriam ducebat.* Platonis est sententia De Leg. lib. I. initio, maximam esse victoriam seipsum vincere, et in adversis animo non demisso, nec in secundis elato esse: Κἀνταῦθα, ὦ ξένε, τὸ νικᾷν αὐτὸν αὐτὸν, πασῶν νικῶν πρώτη τε καὶ ἀρίστη· τὸ δὲ ἡττᾶσθαι αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ, πάντων αἴσχιστόν τε ἅμα καὶ κάκιστον. *Schott.*

Detrusisset] *Detulisset* vetusta lectio est: *depulisset* Ultraj. *Idem.*

Cum Iceta bellavit] Cum spiritu *Hicetam* in Diodoro et Gemisto Plethone editur: membranæ enim *Hecetam* præferunt, depravate ut opinor. *Idem.* Erat hic unus ex amicis Dionis. *Ernstius.* *Cum Iceta*] Monuit Schottus *Hicetam* ex Diod. et Gemisto Plethone legendum. Qui Ciceroni *Nicetas* corrupte, ut opinor, ex aspiratione in literam n versipellem facta. Nam Græcis communiter Ἱκέτας Συρακούσιος. Diog. Laërt. in Philolao: κατὰ κύκλον τὴν γῆν κινεῖσθαι πρῶτον εἰπεῖν, οἱ δὲ Ἱκέταν Συρακούσιόν φασι. Vide Turnebum Advers. lib. XVI. 18. *Icetas* autem pro Hicetas; ut *Iphicrates*, Hiphicrates; *Ister*, Hister; *Agesilaus*, Hagesilaus, et alia in Excerptis. *Keuchen.*

Hoc superato] Id est, arcem relinquere coacto et ex arce depulso, idque nullo ex Corinthiis vulnerato, ut tradit Plutarchus. Sed Diodorus lib. XVI. narrat, Timoleontem cum Iceta pactionem fecisse, et transegisse. Sic enim ille: Ἔχων δὲ πόλεμον πρὸς Ἱκέταν, διελύσατο πρὸς αὐτὸν, καὶ προσλαβόμενος τοὺς μετ' αὐτοῦ στρατιώτας, οὐ μετρίως ηὔξησε τὴν ἰδίαν δύναμιν. Sed quæ hic a Probo dicuntur, referenda sunt ad ea, quæ postea consecuta sunt. Nam Icetam etiam Diodorus tradit aliquando a Timoleonte esse superatum, et honore sepulturæ affectum. Μετὰ δὲ ταῦτα τὸν Ἱκέταν καταπολεμήσας ἔθαψε. Plutarchus quoque narrat, eum Timoleonte vivo cap-

tum una cum filio, eosque, ut tyrannos et proditores, supplicio esse affectos. Est autem hic Icetas is, qui Areten Dionis uxorem, et sororem Aristomacham, et filium adhuc puerum, vivos merserat. *Lambin.*

Maximas copias] Peditum septuaginta millia: equitum et curruum bellicorum circiter decem: naves longas ducentas: onerarias, quæ partim equos, partim tela, partim frumentum et cetera id genus, portabant, plures mille: ut tradit Diod. eodem libro; cum quo congruit et Plutarchus, quod ad peditum numerum attinet; nam de cetero apparatu nullum apud illum verbum. *Idem.*

Apud Crimessum] *Crinissum* exemplar scriptum habet. Sed *Crimesum* ex Plutarcho restituendum. *Longol.* Qui hunc fluvium Κριμήσον appellat. Ex Diod. lib. XIX. fere in principio (nam lib. XVI. ubi hac de re agitur, hunc fluvium nomine generis appellat, fluvium) *Cremissum.* Sic enim ille illo loco: καθ' ὃν δὴ χρόνον Τιμολέων μὲν ὁ Κορίνθιος νικήσας τὴν ἐπὶ τῷ Κριμισσῷ μάχην, τοὺς Καρχηδονίους μετέδωκε τῆς ἐν Συρακουσίαις πολιτείας πᾶσι τοῖς βουλομένοις, &c. *Lambin.* Ex Dionys. Halicarn. lib. I. Strabone VI. et Suida, paret legendum esse *Crimissum* per ἰῶτα. Apud Lycophronem vero, et Zetzem ejus interpretem vox *Crimissus*, duplici σ, quod et Xylander observavit, scripta reperitur. *Magius.*

Cepit etiam Mamercum] Plutarchus hunc Cataniæ fuisse Tyrannum, scriptum reliquit. *Mag.* Vide Polyænum lib. Strategematum. Commemorat et hunc Mamercum Diodorus lib. XVI. ubi tamen mendose legitur Μάρκος, pro Μάμερκος. *Lambin.*

CAP. 3. *Deinde Corintho arcessivit colonos*] Qui erant numero 5000. Diodorus, ὑπεδέξατο δὲ καὶ τοὺς ὑπὸ Κορινθίων ἐκπεμφθέντας οἰκήτορας φιλοφρόνως ὄντας τὸν ἀριθμὸν πεντακισχιλίους.

Bello vacuefactas possessiones] Usus est hac voce supra in Cimone, itemque Cicero Catilinar. I. ut legendum docuit Carrio antiq. lect. I. 18. Hoc Jurisconsultis est 'in vacuum venire,' cum neglecta possessio atque deserta est, præsertim longioris temporis præscriptione. *Schottus.* Cimone: 'Scyrum vacuefecit.' Val. Max. II. 7. 1. 'vacuefactus exercitus.' *Savaro.*

Deleta] Sic Lambinus. Savaro *deserta* tuetur. Neutrum in nostris schedis apparet. *Schott.* Supr. 'Desertas urbes videret:' in Hamilc. 'Carthago deserta.' *Savaro.*

Leges libertatemque reddidit] Αὐτονομίαν καὶ δημοκρατίαν. *Lambin.*

Ut hic cond. urbium] Sic Cicero Catil. III. 'Non minus nobis jucundi atque illustres sunt ii dies, quibus conservamur, quam illi quibus nascimur: quod salutis, certa lætitia est; nascendi, incerta conditio; et quod sine sensu nascimur, cum voluptate conservamur.' *Schottus.*

Arcem Syracusis] Exstat de arcibus elegans Demetrii Pharii dictum apud Strabonem lib. VIII. ubi tamen male Phalereo tribuitur, ut docuit Pet. Victorius Var. Lect. lib. XX. 4. *Schott.* Ex quatuor veluti urbibus Syracusas constare, scribit Cicero, quæ appellantur Insula, Acradina, Tyche, et Neapolis. Insula autem potitus Timoleon et castellis, quæ antea Dionysio parebant; arces adversus eam comparatas, certaque τὰ τυραννεῖα ἐκ θεμελίων demolitus est. Diodorus Siculus, cujus historiam Nepos continuo sequitur: Τιμολέων δὲ παραλαβὼν τὴν νῆσον, καὶ φρούρια τὰ Διονυσίῳ (majori) πρότερον ὑπακούοντα, τὰς μὲν κατὰ τῆς νήσου ἀκροπόλεις καὶ τὰ τυραννεῖα κατέσκαψε, τοῖς δὲ φρουρίοις ἀπέδωκε τὴν ἐλευθερίαν. Vide sequentia. *Keuchen.*

Cætera tyrannidis propugnacula] In quorum uno, quod hodie vocatur *Castrum Merket*, marmoreum stemma, teste Mario Aretio et Franc. Maurolyco apud Gualtherum in Antiquis

Siciliæ tabulis inventum est: Extinctori Tyrannicæ. Quod sine dubio Timoleonti erectum est. *Ernst.*

Maluit se diligi, quam metui] Justin. lib. IX. 9. 'Amari pater malle, hic metui.' Vide Berneggeri Quæst. Miscell. 207. et Forstner. ad Tacit. Ann. VI.

Neque postea Syracusis] Brevius hæc Attic. 'Hunc in omni procuratione reipubl. actorem auctoremque habebant.' *Gebh.*

Cap. 4. *Sine ullo morbo lumina oculorum amisit*] Plutarchus: ἤδη πρεσβύτερος ὢν ἀπημβλύνθη τὴν ὄψιν, εἶτα τελέως ἐπηρώθη μετ' ὀλίγον. Est autem διαστολή. Sunt enim 'lumina solis,' 'lumina vitæ.' Lucret. lib. III. 'Lumina sis oculis,' id est, quorum oculorum, ut interpretatur Lambinus. Multos qui et oculis capti fuerint, moderateque eum casum tulerint, enumerat Cicero Tuscul. v. et Marc. Spalatensis. *Schott.*

Veniebat autem in theatrum] Nam Græcis et Græciensibus plerisque theatrum pro curia, foro, comitio fuit. Vide Lipsium ad Taciti II. Hist. Bernegg. ad Justin. XXII. 2. Jo. Priceum not. ad Actor. XIX. 29. *Bosius.*

Propter valetudinem vectus jumentis junctis] Supra in Phocione: 'cum propter ætatem pedibus jam non valeret, vehiculoque portaretur.' *Savar.* Ὁ δὲ κομιζόμενος δι' ἀγορᾶς ἐπὶ ζεύγους, πρὸς τὸ θέατρον ἐπορεύετο. *Plutarch.* Similis Appius Claudius in Hist. Romana.

Nihil enim unquam neque insolens, neque gloriosum] Meminit J. Lipsius in not. ad Polit. lib. II. 15.

Se in ea re Diis maximas, &c.] Recte additur præpositio, quæ in novissimis editionibus non comparet: non enim dicunt Latini, *Gratias agere aliqua re;* sed *in aliqua re; de,* et *pro;* in quibus voculæ illæ idem quod propter. Sic XXV. 11. 'Cavit ne aliqua in re plecteretur.' Sic IV. 2. 'in quo facto domum revocatus. IV. 1. XV. 10. 'reprehendi in aliqua re.' *Vorstius.*

Agi] *Geri* Vet. Codex et Ultraj. ut supr. in Dione, et Attici vita. *Schott.*

Sacellum Αὐτοματίας] Αὐτοματία, Deæ nomen. Vide Plutarchum περὶ εἱμαρμένης: et Gyraldum in Hist. Deorum, Syntagm. 16. Non assequuntur rem, qui, per casum, sive, ut Lambinus, per casum fortuitum, vertunt. Melius Xylander, 'Fortem Fortunam.' Coluit haud dubie cum Siculis hoc numen Timoleon, eo respectu, quo Fortuna omnium actionum, laborum humanorum domina et moderatrix credita est; ut sit illa ipsa ἀγαθὴ τύχη, cui multa Græci Romanique monumenta consecrarunt. Cujus cultum ex veteri Astrologia deducendum autumat Seldenus de Dis Syris, Syntagm. I. 3. Retulit ad hujus Deæ auspicia ac numen, quidquid habuit Timoleon successuum; unde patet scilicet ex ipso textu qualis Dea et quo fine culta. *Boeclerus.*

Cap. 5. *Natali die suo fecit omnia*] Memorabilia non pauca de certorum dierum eventibus observatis collegit Forstnerus in Not. ad Tacit. lib. I. *Idem.*

Quidam Laphystius] In Mss. quibusdam, et impressis codicibus legitur non *Laphystius,* sed *Lamestius.* Veruntamen ex Plutarcho, et probatissimæ fidei exemplaribus apparet legendum esse *Laphystius.* Mag. Plutarchus Λαφύστιον vocat. *Bosius.*

Vadimonium quum vellet imponere] Ms. noster Codex legit *Badimonium.* Quod idem vocabulum est. Sic in Excerpt. ex Veter. Lexicis Græco-Latinis, quæ H. Stephanus edidit: Ὁμλ. β. scriptum est: ἐγγύην φεῦγε *badimonium fuge,* pro *vadimonio.* Quæ transpositio literarum pueris nota est. *Ernst.*

Lege agere diceret] Mox 'legibus experiri.' Lege Brissonii formulas. *Schott.*

Namque id ut Laphystio, cæterisque liceret] Plutarchus: Ὧν Λαφυστίου μὲν

αὐτὸν πρός τινα δίκην κατεγγυῶντος οὐκ εἴα θορυβεῖν, οὐδὲ κωλύειν τοὺς πολίτας· ἑκὼν γὰρ αὐτὸς ὑπομεῖναι τοσούτους πόνους καὶ κινδύνους ὑπὲρ τοῦ τοῖς νόμοις χρῆσθαι τὸν βουλόμενον Συρακουσίων. *Lambin.*

Voti esse damnatum]. Sic Oberti Gifanii codex recte præfert, quomodo, ne quid dissimulem, Maro: 'damnabis tu quoque voti.' Noster tamen 'voti esse compotem,' quomodo et Horatius in Arte: 'voti sententia compos.' *Schottus.*

Cuivis liceret] Hoc ipsum est, quod his verbis significat Plutarchus: Οἷς *εὔξατο, Συρακουσίους ἐπιδεῖν τῆς παῤῥησίας κυρίους γενομένους.* Nam *κύριοι* sunt *παῤῥησίας*, hoc est, *domini*, seu *compotes* sunt *libertatis dicendi*, quibus impune licet de quo velint dicere. *Lambin.* Tacit. Hist. I. 1. 'Rara temporum felicitas, ubi sentire quæ velis, et quæ sentias dicere licet.'

In gymnasio, quod Timoleonteum appellatur] Non in gymnasio, sed in foro sepultum adserit Plutarchus, sed gymnasium nomine hoc in gratiam illius constitutum. *Longol.* Ejus meminit Polyæn. in Agathoclem. lib. v. 8. *Gebhard.*



XXI. DE REGIBUS.

Cap. 1. *Hi fere fuerunt*] Vitæ Timoleontis in Ms. statim ista continuantur, sicut et ex aliis codicibus non una editio expressit. *Boecl.*

Græciæ gentis] Dictum ut 'Græcia civitas' supra in Alcibiad. 'Græcia terra' Gellio vii. 6. 'terra Sicilia' eidem iii. 7. et alibi, 'terra Italia,' 'Hispania;' de quibus Vossius lib. de Construct. cap. 2. Fuit tamen in Msc. Boecleri, *Græcæ gentis.* Bosius. Mox *videbantur* et *volumus.*

Præter reges] Nempe majorum gentium. *Ernstius.*

Namque eos attingere] *Adjungere* habent nostræ membranæ. *Schott.* Vitis nimirum Græciæ excellentium Imperatorum. Nescio, an ideo vulgata lectio moveri debeat. *Gebhard.*

Separatim] Alio libro, qui Regum vitas continebat. Ille autem liber non exstat. *Lambin.* Quem tamen exarasse, argumento hæc erunt, quæ Timoleontis vitæ subdit: 'Hi fere fuere Græciæ gentis duces, qui memoria digni videbantur, præter reges. Namque eos attingere nolumus, quod omnium res gestæ separatim sunt relatæ; neque tamen hi admodum sunt multi.' *Vossius.*

Lacedæmonius autem, &c.] Ultraj. *Lacedæmoniis:* de hoc supra Nepos. Numer. 17. et Plutarchus ac Xenophon copiose. *Schottus.*

Nomine, non potestate] Nepos in Agesilao: 'Mos est enim a majoribus traditus, ut duos haberent semper Reges, nomine magis, quam imperio.' Duo illi Reges simul creabantur. Auctor Panegyrici ad Maximianum: 'Sic fit, ut tantum vobis imperium commune sit, et plane, ut gemini illi Reges Lacedæmone Heraclidæ, Rempublicam pari sorte teneatis. Quamquam hoc vos meliores et justiores quam illos mater Astu coëgit, cum nemini fateretur, quem prius edidisset in lucem, pari ætatis auctoritate regnare: hoc vos sponte facitis.' *Lipsius.* Sed notandum improprie dictos fuisse Reges. Dionysius Halicarnassensis: Οὐδὲ γὰρ οἱ Λακεδαιμόνιοι αὐτοκράτορες ἦσαν. Nam αὐτοκρατὴς βασιλεία, non erat Spartanorum Regum, sed merus tantum principatus. *Keuchen.*

Qui dominatum imperio tenuerunt] Proba lectio, neque pervertenda. Intelligit enim eos, qui dominati sunt in volentes nolentes, neque legibus alienis se constringi passi sunt. Interpolatum dudum fuerat: *Qui domitum Orbem imperio tenuerunt.* Gebhard. Et sic 'orbem' interpretari debebit, orbem terrarum, οἰκουμένην. *Lambin.*

Cyrus] Major, Astyagis Medorum Regis filius, qui sua virtute Medorum regnum est adeptus, ac imperium ad Persas transtulit. *Lambin.* In Tarich Musulmanico dicitur كيخسرو. Apud Ebræos קורש quasi *hæres*, aut *dominus.* Persis Coresch, ex Ebræo חרס *Sol.* Vide Plutarchum in Artaxerxe. Τὸ κῦρος plenam auctoritatem atque imperium denotat apud Platonem, Sophoclem, Galenum, Philonem. Unde Cyrus, idem quod Κῦρος, seu Dominus. *Keuchen.* Nomen expressum ex Persico Kosra, quod Imperatorem significat, et communis omnium Regum Persarum titulus est. Unde et Cæsar Latinorum et Germanorum, ab eadem origine. *Horn.* Fuit autem Cyrus ipse Medo-Persa. Medus a matre, Persa a patre, unde

dictus ἡμίονος. *Grotius.* Apud Alphæum: 'Veniet Persa Semiasinus, qui vobis jugum servitutis imponet.' Et hinc Crœso respondit oraculum; 'Tunc finem regni sui fore, quando mulus potitus esset sede Regis Medorum.' Vide Joseph. Scaligerum in Notis ad Fragment. Berosi.

Darius Hystaspis filius] Δαρεῖος, φρόνιμος. Hesychius. Ἐρξείης. Herodotus. Hystaspes in Tarich dicitur كشتاسب *Kischtasb*, estque ipsius Darii nomen. *Keuchen.*

Virtute regnum est adeptus] Cyrus Astyagem regno expulit, Persarum usus armis, unde summa Imperii ad Persas translata. Histor. Sacr.

Prior horum apud Massagetas] Gentes supra mare Caspium, Scythas. Nomen a Mes et Getis compositum. Mes et Gether fuerunt posteri Sem. *Keuchen.* Unde Getæ, Gotthi, Gitæ, Kitæ, Scythæ, unius nominis gens in multos populos divisa. Arabes الخطا vocant, qui sunt *Chatai* veterum, Ptolemæo Χάται, nobis hodie, *Catai*, vel *Kitaini*. Horn.

In prælio] Quod describit Herod. I. Justin. I. Strab. XI. Causa hujus non alia fuit quam insatiabilis ambitio. Nam ut Arabs, qui Timuri res scripsit, testatur, illa Scytharum regio غاية ارض اكابر الرمان. Quam quisque subegisset, summum se militaris gloriæ verticem attigisse putabat. *Horn.*

Cecidit] Secundo anno postquam Tarquinius Superbus Romæ regnare cœperat. *Sulpitius.* Quod contra Hieronymum et Eusebium. Cecidit anno ætatis LXX. Monarchiæ VII. completo, Imperii sui universi XXX. *Chronolog.* De mortis genere cum Nepote consentiunt Herodotus ac Justinus. Sed Herodotus testatur, alios de Cyri morte sermones fuisse. Diodorus crucifixum scribit. Xenophon et Ctesias vulneratum in prælio, et paullo post ex vulnere decessisse, et in Pasargadis sepultum. Strabo XV. Deinde Alexander in Pasargadas venit, ubi erat antiqua regum sedes. Ibi Cyri sepulturam vidit, ἐν παραδείσῳ πύργον, οὐ μέγαν, τῷ δάσει τῶν δένδρων ἐναποκεκρυμμένον, cum hac inscriptione: Ω ΑΝΘΡΩΠΕ ΕΓΩ ΚΥΡΟΣ ΕΙΜΙ Ο ΤΗΝ ΑΡΧΗΝ ΤΟΙΣ ΠΕΡΣΑΙΣ ΚΤΗΣΑΜΕΝΟΣ ΚΑΙ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ· ΜΗ ΟΥΝ ΦΘΟΝΗΣΗΣ ΜΟΙ ΤΟΥ ΜΝΗΜΑΤΟΣ. Alii inscriptionem hanc fuisse referunt: Ἐνθαδ' ἐγὼ κεῖμαι Κῦρος βασιλεὺς βασιλήων. Vide sis Magni Salmasii Plinianas Exercitationes ad Solini Polyhistora.

Senectute diem obiit supremum] Cum regnasset annos XXXI. et dies XXX. ægrotasset. Ctesias I. Herodotus, quem secutus Sulpicius, regni sui annos numerat XXXVI. Quibus communiter addunt VII. menses, quibus Magi regnum tenuerunt. Et tum XXXVII. sunt. *Chronolog.* Tradunt cippo sepulchri inscriptum, quod bonus venator, nec minor potator fuerit, κυνηγεῖν ἀκράτουν, οἶνον πολὺν πίνειν ἐδυνάμην, καὶ τοῦτον φέρειν καλῶς. Strabo, Athenæus.

Xerxes] In Tar. اسفنديار *Isphandiar.* In sacris annal. אחשורוש, ut ex nomine probat Scaliger. Χέρξης denotat *Martium*, vel *bellicosum*, quem Græci ἀρήϊον vocant. In lingua Græca æquipollent tria nomina: Δαρεῖος, Ἐρξείης. Ξέρξης, Ἀρήϊος. Ἀρτοξέρξης, μέγας Ἀρήϊος. Sed notandum commune illud Regum Persarum nomen fuisse, non secus ac Cyri aut Assueri. *Keuchen.*

Macrochir] Qui alio nomine in libro Esther אחשורוש, *Achaschueros.* Μακρόχειρ in Tarich dicitur كي و بهمن *Kai Bahman*, cognomento *Daras Dast*, id est, *longimanus.* Quia tam longis brachiis erat, ut stans, rectusque manibus genua contingeret. Strabo XV. Vel, quia dextram sinistra

habebat longiorem. Plutarchus in Artaxerxe. R. David Kimchi intempestive subtilis, Longimanum a magna potentia dictum vult. Alii a liberalitate. Vide Philipp. Melancht. in Chron. Quæ Regum propria virtus, unde *εὐεργέται* vocantur. *Keuchen.*

Mnemon] Μνήμων, id est, *memor*, sive, ut Hieronymus interpretatur, *recordans.* Hic Dario Notho successit, ut ille Xerxi. Nomen ejus proprium fuit Arsicas, quamvis Darsem ferat nuncupatum Dinon. Tradit Plutarchus, quod hic Arsicas a Patre Dario Rex designatus, *καὶ Ἀρταξέρξης μετονομασθείς.* Idem fuit Cyri Junioris frater, Darii et Parysatidis filius. Quod et *ἀναβάσεως* primo comprobat Xenophon, qui et Cyrum ab illo antiquiore omnium fuisse Persarum *βασιλικώτατον* pronunciavit, præcipueque imperio dignum.

Terra marique bellum intulit Græciæ] Adi luculentam materiam de isto bello et expeditione in Vita Themistoclis, et adde insignem locum Ctesiæ Gnidii, antiqui Scriptoris *τῶν Περσικῶν.*

Persarum nemo] Vetus Codex *Persus nemo.* Schottus.

Nam cum matris suæ scelere] Parysatidis. Quæ a Græcis *Φάρσιρις* vocata. Ctesias XVI. Sed hæc sunt nomina Persica, a Græcis prave detorta. *Salmas.*

Amisisset uxorem] Statiram: quam veneno sustulerat. Plutarch. Quo pacto illud paraverit, docet idem Ctesias.

Tantum indulsit dolori, ut cum pietas vinceret] Nempe matre Babylonem dimissa, solum ancillam ejus Gingin, seu, ut Ctesias vocat, Gingen, ministram sceleris supplicio affecit. 'Pietas' igitur erga matrem intelligenda est, non erga defunctam uxorem, ut vir doctus videtur accepisse. *Bosius.*

Morbo naturæ debitum reddiderunt] Prior regnavit annos XLI. Sulpic. Diodorus, et Eusebius tantum XL. numerant. Præter illos XVI. cum patre Xerxe imperavit. Igitur in universum LVI. Sed XVI. anni non supputantur a Chronologis. Posterior regnavit annos LXII. Plutarch. Sulpic. Sed confundunt hujus imperii tempus Chronologi. Alii annos statuunt LV. Nonnulli numerant XLIV. Plures XLIII. et attigisse volunt XLIV. Quanquam Eusebius ei tribuat annos XL. tantum. Quomodo etiam Beda, quorum sententia maxime probabilis. *Keuchen.*

Tertius ab Artabano præfecto, ferro interfectus est] Lege Justinum in principio III. Orosium II. 11. Diodor. XI. Aristot. De republ. administr. V. 10. Quem Nepos ac Justinus Artabanum vocant, is Aristoteli est Ἀρταπάνης, Ctesiæ Ἀρτάπανος. *Bongars.*

CAP. 2. *Alexander*] Macedonia patria fuit specialis Alexandro Magno, non item generalis, aut singularis. Et sic intelligenda verba I. Machab. cap. 1. vers. 1. Ἀλέξανδρος τοῦ Φιλίππου (υἱὸς) ὁ Μακεδὼν ἐξῆλθεν ἐκ τῆς γῆς Χεττιείμ. Generalis fuit Græcia, unde Dan. VIII. vers. 21. vocatur מלך יון *Rex Javan*, hoc est, Græcorum. Singularis fuit civitas Pella in Macedonia; unde 'Pellæus juvenis' apud Poëtas præcipue decantatus. *Keuchenius.* Fuit spurius, ex adulterio, ut creditur, Pausaniæ cum Olympiade genitus. Quod ex Plutarcho et Justino satis clare apparet; et constanter Persæ ac Arabes affirmant. *Schickardus. Vossius.* Arabes cum ذو القرنين *Bicornem* vocant, non tam ob partum Orientis et Occidentis imperium, quam a cornuta Alexandri effigie nummis exhibita, ut Jovis Ammonis filius agnosceretur. *Golius.*

Babylone] Quo concessit, Cosæis subactis, ad audiendas omnium fere gentium legationes. Diodor. XVII. Arrian. VII. Et quanquam Magi urbem hanc ei fatalem fore prædicarent, tamen ab Anaxarcho Philosopho

persuasus, hæc contempsit, ac Urbem ingressus est. Justin. XII. Plut. Alex.

Morbo consumptus est] Cassandri fraude, et ingenito vitio periit, veneno scilicet et crapula. Igitur Dæsii quinto apud Eumæum, septimo et 15. apud Perdiccam epulatus, sequentes dies somno dedit, ut Ælianus ex diariis Alexandri refert. Addit *παρὰ Βαγώᾳ δὲ ἐδείπνησε τῇ τετράδι μετ' εἰκάδα, τῇ δὲ τρίτῃ ἐκάθευδε*, legendum *πέμπτῃ*, vel, *epulatus est apud Bagoam τετάρτῃ φθίνοντος, τῇ τρίτῃ ἐκάθευδε*, Dæsii 27. sequenti obdormiit simul et obiit. Arrianus ex iisdem diariis ait in morbum incidisse Dæsii 18. Sequenti die nihilominus apud Thessalum Medium (Justinus Medicum perperam vocat) Dæsii 20. apud Nearchum potasse, ac tandem Dæsii 28. periisse. Addit: 'Mortuus est Olympiade 114. Prætore Hegesia. Vixit annos duo et triginta, et tertii menses octo. Regnavit annos duodecim, et hos octo menses,' hoc est, mortuus est exeunte primo Olympiad. 114. anno. *Capellus.* Periodi Julianæ quater millesimo trecentesimo nonagesimo primo. Mundi ter millesimo et 627. Urbis Romæ 431. Ub. Emm. A regno Salmanassaris, 424. Ptolemæus. Vixit annos 33. Eusebius. Cicero 32. Hieronym. et menses 8. Arrian. Decessit anno ætatis 34. Justin. Regnavit annos 11. Strabo, Gellius. 13. Livius. 12. primo Macab. Author. Et 6. menses, Euseb. 7. Diodor. 8. Arrian. cujus supputatio ut omnium accuratissima est, ita verissima. Cæterum valde erravunt in annis regni Alexandri designandis Patres quidam et Historici, idque vel in defectu vel excessu. Quorum omnium nugacissima est opinio Clement. Alexandrini, I. Stromat. qui imperium Alexandri ad ann. 18. extendit. *Keuch.* Non absurde statuas in visione Daniel. cap. VII. imperium Græcorum comparari pardo, quia Alexander M. fuerit vinosus, usque adeo ut, si eos minus sequi visum fuerit, qui veneno interiisse arbitrantur, satis tamen causæ sola in vinolentia fuerit, cur periret Babylone. *Vossius.* Ab ejus obitu æra Græcorum ducitur, de qua Muhammed Alferganus ex versione Golii: 'Romani et Syri æram deducunt ab initio annorum Alexandri, dicti bicornis, qui quidem dies fuit feria secunda.'

Ægis] *Αἰγαὶ*, Macedoniæ oppidum. Plin. Diod. Apud Ptolemæum est *Αἰγαία*, quam *Μηλαβότειραν* appellatam, tradit Stephanus. Atque heic erant Regum Macedonum sepulturæ olim et Mausolæa, ut adnotavit Plinius. *Casaub.*

A Pausania] Aristoteles Polit. V. 10. Ἡ δὲ, inquit, *Φιλίππου ὑπὸ Παυσανίου διὰ τὸ ἐᾶσαι ὑβρισθῆναι αὐτὸν ὑπὸ τῶν περὶ Ἄτταλον*. Lege Diodorum Siculum in lib. de gestis Philippi, Justinum IX. Oros. III. 14. Ciceronem de Fato cap. 3. Ælianum, Val. Maximum, Plutarchum in Alex. Pausaniam. Meminit Ovidius in Ibin; dum inquit: 'Aut ut Amyntiadem turpi dilectus amore Oderit, et sævo vulneret ense puer.' *Magius. Bongarsius.* Occisus est anno primo Olympiadis CXI. *Πυθοδήμου ἄρχοντος*, auctoribus Diodoro et Arriano: quæ quidem Olympias celebrata est die 18. Augusti. *Jos. Scalig.*

Pyrrhus] Materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus. Trogus XVII. Hic cognomento Aquilæ delectatus fuit, quemadmodum Antiochus Rex Syriæ, Hieracis, vel Accipitris. Plutarch.

Qui cum P. Romano bellavit] Ter. Primo, cum Consule Levino, in quo prælio ceciderunt Romanorum septuaginta millia, ex Pyrrhi parte quadraginta millia. Plutarchus. Secundo, cum C. Fabritio Luscino et Q. Æmilio Papo ad Asculum, in quo victoria tamen ad Pyrrhum magis inclinavit, cum Romanorum sexaginta millia cecidissent, Pyrrhidarum vero tria

millia et quingenti quinque. Post hoc prædixit, sibi funditus pereundum esse, si adhuc uno prælio Terrarum Dominos vicisset. Plutarch. Florus. Tertio, rursus bellum instaurat, in quo victus, et a Curio Consule Italia pulsus est. Ait Pausanias, Græcum neminem ante Pyrrhum, bellum Romano imperio intulisse. Quod de vera illa ac Veteri Græcia intelligendum. Nam antea cum multis Italiæ Græcis populis, et ipsis Tarentinis Romani conflixerunt. *Keuchen.*

Argos oppidum in Peloponneso] In Argia regione. Ptolem. Duo sunt Plinio in hoc tractu oppida homonyma, alterum Hippium, alterum Dipsium. Quod πολυδίψιον ex Homero vocat Strabo. Apud Stephanum et Pausaniam dicitur φορώνικον, et hoc primum et genuinum nomen. Ubi et ἴασον ponitur pro Hippium. Vide Ortelium.

Lapide ictus interiit] Plutarchus, Pausanias, Polyænus, Strabo, et Auctor de Vir. Illust. κεραμίδα sive *tegulam* vocant. Quomodo Ovidius in Ibin: 'Aut ut Achilleidem cognato nomine clarum Opprimat hostili tegula jacta manu.' Polyænus lib. VIII. testæ ictu exanimatum refert: ἐμπεσούσης ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κεραμίδος. Quæ verba reperiuntur apud Plutarchum. Sed Nepotis opinionem roborat Paulus Diaconus lib. II. 20. 'Apud Argos Achatæ florentissimam Urbem Spartani regni aviditate seductus, saxo ictus occubuit.' Verbo tenus descripsit Orosium lib. IV. 2. Justinus lib. XXV. 5. 'Repulsus a Spartanis Pyrrhus, Argos petit: ibi dum Antigonum in urbe clausum expugnare conatur, inter confertissimos violentissime dimicans, saxo de muris ictus occiditur.' Zonaras: Πύῤῥος μὲν οὖν ἐπιφανέστατος ἐν στρατηγοῖς γενόμενος, ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύσας οὐ πολλῷ ὕστερον ἐν Ἄργει ἀπέθανε. γυνὴ γάρ τις, ὡς λόγος ἔχει, παριόντα αὐτὸν ὁρῶν ἀπὸ τοῦ τέγους ἐπιθυμήσασα, ἐσφάλη, καὶ ἐμπεσοῦσα διέφθειρεν αὐτόν. *Gebh.* Non absimilis fuit Mardonius Satrapes, eodem mortis genere exanimatus, ut tradit in Aristide Plutarchus. Hinc Lacedæmonii τειχομαχίας improbarunt, quod in illis vel a muliere vir interficeretur fortissimus.

Siculus; Dionysius prior] Optima narratio et brevissima de vita et rebus gestis Dionysii exstat apud Ciceronem in v. Tusculana. Confer Justinum XX.

Minime libidinosus] Cicero: 'Atqui de hoc homine a bonis auctoribus sic scriptum accepimus, summam fuisse ejus in victu temperantiam, eumque in rebus gerendis, virum acrem et industrium: eundem tamen maleficum natura et injustum.'

Ob eamque rem crudelis] Suspiciosus. Lege Plutarchum in Dione.

Hic cum virtute tyrannidem sibi peperisset] Post longam narrationem comparatæ a Dionysio tyrannidis, hæc tandem subdit Diodorus lib. XIII. Μετὰ δὲ ταῦτα συναγαγὼν ἐκκλησίαν, τοὺς ἀντιπράξαντας αὐτῷ τῶν δυνατωτάτων ὄντας, Δαφναῖον καὶ Δήμαρχον ἀνεῖλε. Διονύσιος μὲν οὖν ἐκ γραμματέως, καὶ τοῦ τυχόντος ἰδιώτου, τῆς μεγίστης πόλεως τῶν Ἑλληνίδων ἐγενήθη τύραννος. Adi Demosthenem in Oratione πρὸς Λεπτίνην.

Majorque annos sexaginta natus, decessit] Tradit Plin. lib. VII. 54. ipsum præ gaudio vitæ supremum diem obiisse. Verba sunt: 'Gaudio obiere, præter Chilonem, de quo diximus, Sophocles, et Dionysius Siciliæ tyrannus, uterque accepto tragicæ victoriæ nuntio.' Addit Diodorus, accepto hujus victoriæ nuntio, lætitia elatum, liberalius epulatum esse, et sese vino largius cum amicis ingurgitasse: hinc natam esse cruditatem, qua morbo implicitus, tandem exstinctus esset. Tyrannidem obtinuit ἔτη τριάκοντα καὶ ὀκτώ. Diod. Quomodo Cicero: 'Duodequadraginta Dionysius tyrannus annos fuit opulentissimæ et

beatissimæ civitatis.' De Natur. Deor. III. 'Hunc igitur nec Olympius Jupiter percussit, nec Æsculapius misero diuturnoque morbo intabescentem interemit: atque in suo lectulo mortuus cum tympanidiis in regum illatus est: eamque potestatem, quam ipse per scelus erat nactus, quasi justam et legitimam, hæreditatis loco, filio tradidit.' *Lambin.*

Tribus uxoribus] 'Habuit duas uxores, Aristomachen, civem suam, et Doridem Locrensem.' Cicer. Diod. Plutarch. Addit Ælianus, alteram eum secutam in castra, alteram revertentem excepisse. Var. Histor. XIII.

Liberos procreasset] Nepos in Dione: 'Aristomachen, sororem Dionis, habuit in matrimonio, ex qua duos filios, Hipparinum et Nysæum [hunc Narsæum vocat Diodorus] procreavit; totidemque filias, Sophrosynen et Areten.'

CAP. 3. *Ex amicis Alexandri Magni*] Ἐξ ἑταίρων. *Lambin.* Quos supra in Eumene 'familiares' vocat. Sulpicius alibi 'servos,' id est, aulicos, et alibi 'stipatores.' Significat autem Principes et Duces exercitus Macedonici, qui ejus venerationis ac virtutis erant, ut singulos Reges esse putares, ait Justin. lib. XIII. *Drusius.* Hoc innuunt pueri illustres σύντροφοι, I. Machab. I. vers. 7. quibus 'divisit regnum suum, dum adhuc viveret.' Inde aliquanto tempore, sine usurpatione regali, susceptas partes procuraverunt, Arridæo quodam Philippo, Alexandri fratre, regnante, cui perimbecillo verbo datum imperium videbatur, res autem penes eos erat, qui sibi exercitum et provincias distribuerant. Neque vero hic rerum status diu mansit, omnesque se reges appellari maluerunt. Sulpic. Itaque Alexandro mortuo servi ejus, occupato suo quisque loco, omnes sibi diadema imposuerunt. Auctor Machab. Gentes subactas diviserunt in Satrapias, Perdicca divisore, ex auctoritate Philippi. Appian. Cæterum hæc Monarchiæ divisio non fuit substantialis, sed tantum accidentalis. Quemadmodum enim Monarchia prima post obitum Sardanapali non finita fuit, sed in duos quasi ramos divisa, sic etiam Monarchiam tertiam, defuncto Alexandro, non sustulit ejus in quatuor partes distractio. Quanquam harum Reges simul juncti non regnarunt secundum potentiam Alexandri, qua dominatus est. Et sic quatuor partes illæ, non κεχωρισμένως, sed ἡνωμένως considerata, unam Monarchiam absolvunt. Quod quatuor illa capita pardi quadrucipitis figurabant, quæ, licet in se distincta, nihilominus tamen in una bestia fuerunt. Dan. VII. 6. *Keuchen.*

Qui post obitum ejus imperia ceperunt] Orosius lib. III. 21. 'Alexander per duodecim annos trementem sub se orbem ferro pressit. Principes vero ejus XIV. annis dilaniaverunt: et veluti opimam prædam a magno leone prostratam avidi discerpsere catuli, seque ipsos in rixam invicem invitatos prædæ æmulatione fregerunt.'

In his Antigonus] Asiæ et Syriæ Satrapes primus fuit Antigonus. Eum bello vicerunt Seleucus et Ptolemæus: unde contentio inter hos duos de regno Syriæ. Qua de re videndus lib. V. Polybius, ubi inter alia Antiochus queritur de injuria quam sibi fecerat Ptolemæus in occupandis Syriæ locis. Antigonum enim et Seleucum, qui primi ea loca occupaverant, verissimos et justissimos Dominos fuisse aiebat. Ideoque ad se, non ad Ptolemæum, Syriæ regnum quasi hæreditario jure pertinere. Quippe Ptolemæum adversus Antigonum pugnasse, non sibi, sed Seleuco, eorum locorum imperium quærentem. Præterea communem omnium Regum concessionem in medium adferebat. Nam, quo tempore, superato Antigono, dividere inter se regna Cassander

et Lysimachus et Seleucus voluerunt, Seleuci esse omnem Syriam judicavere. Hæc ibi. Quæ fortasse moverunt Eusebium, ut scripserit, Seleucum primum in Syria regnasse annos 32. *Drus.*

Et hujus filius Demetrius] Qui Poliorcetes dictus, hoc est, *urbium obsessor*. Cujus cognominis vanitatem arguit Plutarchus in Demetr. *Bernecer.* Vitruvius x. 22. 'Hic Demetrius propter animi pertinaciam Poliorcetes est appellatus.' Quod Plinius *expugnatorem* reddidit, vii. 38. Fuit filius Antigoni, ut heic Nepos et Justinus: non Antiochi, ut emendavit ad Trogi Prolog. xv. Histor. Philipp. Bongarsius: socer Seleuci Nicanoris, Syriæ Regis, cui filiam suam Stratonicen in uxorem dederat. *Keuch.* Hic ille Demetrius, qui Demetrium Phalereum, Cassandri Macedoniæ Regis auspiciis sub specie Oligarchiæ Athenis dominantem, urbe expulit, et pristinam Reipublicæ formam ac libertatem restituit. Anno altero Olymp. cxiix. istud accidit, auctore Diodoro lib. xx. Tum igitur populus Atheniensis, incredibili gestiens lætitia ob recuperatam libertatem, post annorum xv. servitutem, in ornando Demetrio nihil reliqui fecit. Facta sunt de illius honoribus varia Senatusconsulta, quorum summam habes apud Plutarchum et Diodorum. Refert Plutarchus inter alia decretum fuisse, δέχεσθαι Δημήτριον, ὁσάκις ἂν παραγένηται τοῖς Δημητρὸς καὶ Διονύσου ξενισμοῖς. *Casaub.* Mss. pro *hujus* legunt *ejus*.

Lysimachus] Agathoclis filius, vii. Rex Macedoniæ. Vide Arrian. Indic. lib. iii. 12. Thraciam adpositasque Thraciæ Ponticas gentes obtinere jussus. Curtius x. 10. Quondam unus e custodibus Alexandri. Pausan. Plinius. Qui illustri Macedoniæ loco natus, virtute illustrior fuit. Justin. Regnavit annos v. Quinque initio regna fuerunt, Asiæ, Thraciæ, Macedoniæ, Syriæ, Ægypti. Postea quicquid Lysimachi fuerat, Macedonico regno adjectum, partim ab aliis occupatum est. Vide Diodor. Justin.

Seleucus] Cognomento Nicanor. Eusebius. Nicator, alii. Quæ putatur esse vera Macedonica dialectus. Appellatio a victoriis, quas habuit. Alii dictum ita putant a Nicatore quodam cæso. *Drusius.* A victoriis dictum Νικάτωρα tradit Appianus Syriaco. Ammianus xxiii. 'Nicatori Seleuco victoriarum crebritas hoc indiderat cognomenti.' Unde intelligitur, quid idem sibi velit lib. xiv. 'Seleucus efficaciæ impenetrabilis Rex, ut indicat cognomentum.' Nam *impenetrabilis* ἀνεργητικὸς hic est omnia impetrans ac pervincens. Sicut 'impenetrabilis orator' Plauto Most. v. 2. Hinc fanum, sive ἡρῷον, Seleuco a filio Antigono consecratum, dictum fuit Νικατόρειον. Appian. Syriac. *Bernecer.* Anno M. 3661. fœdus initum est inter successores Alexandri Magni. Cassander præficitur Europæ, Lysimachus Thraciæ, Ptolemæus Ægypto, Antigonus Asiæ, Seleucus Syriæ. Diodor. A cujus anni autumno ordiuntur Chronologi annos Seleucidarum, sive æram Chaldæorum, cujus annos Ptolemæus annotavit. Et ab hujus fine, aut sequentis initio anni Græcorum, in Libris Machab. annotati numerantur. *Bucholz.* Anno xii. a morte Alexandri, occupata Babylone, hic Syriæ et totius Orientis imperium sibi vindicavit, sedemque regni constituit in Syria. *Ub. Emm.* A quo tempore incipiunt famosa illa sæcula Syromacedonum et Seleucidarum in Asia, quorum plena est omnis antiquitas. *Keuchen.*

Ptolemæus] Κεραυνὸς, Philadelphi frater. Polybius ii. Καιροὶ δὲ καθ' οὓς Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, καὶ Λυσίμαχος, ἔτι δὲ καὶ Σέλευκος, καὶ Πτολεμαῖος ὁ Κεραυνὸς μετήλλαξαν τὸν βίον. Imperavit Macedoniæ menses ix. post Lysimachum. Πτολεμαῖος, a πτόλεμος, vel

πόλεμος, *bellum.* Vel חלמי *Talmi,* porca. חלם. Fuit commune nomen Regum Ægyptiorum, non secus ac Pharao. Unde omnes reliqui Ægypti Reges postmodum Ptolemæi dicti, solo cognomento a se invicem discernebantur. *Keuchen.* Ptolemæorum genealogia in Strabone et ex eo in Manutio de quæsitis per epistolam. *Schottus.*

In prœlio] Ad Ipsum. Appian. De eo prolixe Plutarchus in Demetr.

Pari leto affectus est Lysimachus] Non servat temporum ordinem Probus. Nam post Demetrii mortem Lysimachus cum Seleuco conflixit. *Lambin.* Et hæc ultima fuit pugna successorum Alexandri, in qua occisus est Lysimachus, anno a morte Alexandri 42. ætatis 78. imperii 5. *Keuchenius.* Lege Excerpta ex Memnonis historiis. Octoginta annorum facit Lysimachum Hieronymus, cum occumberet in prælio adversus Seleucum. Vide Lucianum de longævis. *Vossius.*

Filiam suam] Stratonicen ex Phylla, alteram enim uxorem habebat, Deidamiam. *Lambin.*

Captus bello] Apud Galaman: Justin. Gazam: Diod. Plutarch. Arrian. Quomodo Bongarsius ad Justinum legit. Putat tamen magnus Vossius Justinum scripsisse *Gamalan,* quæ est urbs Gazæ proxima in Idumæa. *Keuchen.* Deinde, non fuit captus bello, sed aufugit primum ad portas Amani; mox cum sibi manus adferre cogitasset, a suis prohibitus, ultro se Seleuco genero dedidit. Cicero Offic. II. 7. 'Quid? Macedones nonne Demetrium reliquerunt, universique se ad Pyrrhum contulerunt?' *Lamb.*

In custodia] Tradit Plutarchus, Seleucum humanum se ac liberalem in captum Demetrium præbuisse, eumque in Chersonesum Syriacam misisse, et cum rigorosis carcerariis justum famulorum numerum dedisse, quibus quotidie ad res necessarias uteretur: pecuniæ præterea vim satis magnam attribuisse in victum et amictum, ita ut facultatem haberet opipare et splendide vivendi; postremo, ambulationes, porticus, hortos amœnos, ac saltus densos, in quibus venari posset, concessisse. Ita Demetrium corpus exercentem, et apparatu regio utentem, æquo animo fortunam initio tulisse, et beate biennium vixisse. Ad extremum vero, cum inertiæ otioque sese dedisset, neque solito vivendi more uteretur, ex nimia cruditate in morbum incidisse, et ita exstinctum esse. In Demetrio.

Dolo interfectus est] Lege Pausaniam in Attic. Imperavit annos 32. Euseb. 42. Appian. 30. alii.

Quem] Ceraunum. *Ille*] Seleucus. *A patre*] Ptolemæo Lagi filio. *Lamb.*

Expulsum Alexandria] Quæ fuit Ægypti celebre ab omni ævo emporium. Magnam cognominat Galenus. Hæc prius Ῥακώτη vocata. Cedrenus. Racotis: Plin. Stephan. Pausan. Apud Strabonem Ῥακῶτις pars Alexandriæ est, olim vicus. XVII. Urbs Λεοντόπολις in Eustath. quam per excellentiam πόλιν olim appellavere, ut Romani Romam suam, Urbem. Quo faciunt augustæ illæ ἐπωνυμίαι in Rebus Romanis; Σεβάστη, Ἰουλία, Κλαυδία, Δομιτιανή, Ἀλεξωντηρία, et sexcentæ aliæ, quarum fœcundam nobis messem congessit Incomparabilis ille Geographus. Quanta autem urbs fuerit, vide præ reliquis apud Tatium Alexandrinum, lib. V. Τῶν κατὰ Κλειτοφῶντα καὶ Λευκίππην· Philonem in Flaccum; ut et Tyrium Belli Sacr. 27. *Keuchenius.*

Expulsum Alexandria] In Gifanii membranis, *Alexandrea.* Quod et ipse vestigium antiquitatis agnoscit, in vet. libro expressum. Sic *Decelea* pro Decelia, de qua nos plura ad Frontinum. *Idem.*

Ipse autem Ptolemæus, cum vivus filio regnum tradidisset] Rarum exemplum illis temporibus. Nam et pater filium, et filius patrem, et frater fratrem

regnandi causa interimebant. Itaque Plutarchus in Demetrio, ad illum locum ubi Antigonus Demetrium filium venatu redeuntem cum venabulo et jaculis ad se recipit, eique os ad osculandum præbet; cum Antigonus legatis quibusdam, qui tum forte aderant, et jam dimissi revocati ab eo fuerant, mandasset, ut suis civibus renuntiarent, sibi cum filio tam bene convenire, ut eum non metueret armatum; acclamat, *οὕτως ἄρα πάντη δυσκοινώνητον ἡ ἀρχὴ, καὶ μεστὸν ἀπιστίας καὶ δυσνοίας, ὥστε ἀγάλλεσθαι τὸν μέγιστον τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων, καὶ πρεσβύτατον, ὅτι μὴ φοβεῖται τὸν υἱὸν, ἀλλὰ προσίεται τὴν λόγχην ἔχοντα τοῦ σώματος πλησίον.* Et mox: *Τὸ μὲν γὰρ ἀδελφοὺς ἀναιρεῖν, ὥσπερ οἱ γεωμέτραι τὰ αἰτήματα λαμβάνουσιν, οὕτω συνεχωρεῖτο κοινόν τι νομιζόμενον αἴτημα καὶ βασιλικὸν ὑπὲρ ἀσφαλείας. Lamb.*

Ab illo eodem vita privatus dicitur] Justinus XXIV. a Gallis regno spoliatum captumque, vitam ferro amisisse, ait. Plutarchus in vita Pyrrhi, contra Galatas profectum, cum exercitu periisse. *Magius.*

XXII. HAMILCAR.

Hamilcar] Romani *βαρβαρικώτερον* enuntiabant hæc barbara nomina quam Græci. Hannibal, Hamilcar, dicebant, quæ Græci *Ἀννίβας*, *Ἀμίλκας*, Græcatiore, ut ita dicam, pronuntiatione. *Salm.* Amilcar nomen Punicum est, et Regem denotat. Milici etiam, quod Annibalis soceri nomen, et hujus filiæ Imilces, quod est Regina, et Imilconis Carthaginiensis ducis, non aliunde sunt petenda. *Melech* enim Rex est, *Malcha* Regina; quæ *Milicum* et *Imilcem* pronuntiabant. Ita qui *καθ' ὑπερβολὴν*, ut ait Strabo, Tyriis cultus Hercules, dicebatur *Μέλκαρτος*, sive *Μέλκαρθος*, qui depravate *Μελικάρθαρος* dicitur Eusebio in Oratione de laudibus Constantini. *Selden.* *Hamilcar*] De hujus virtutibus, prudentia, et fortitudine, legendus est, præter Nepotem, Plutarchus Catone Majore. Ubi ipsius Catonis de eo judicium diligenter perpendendum. *Ernst.* De nomine v. Selden. de Dis Syris synt. 1. 6. et Voss. de Idololatr. II. 2. Hujus imaginem e numismate argenteo hac forma expressam exhibet Ursinus in Imaginib. num. 9.



Apud Fulvium Ursinum in numismate argenteo.

Cognomine Barcas] Ita præter nostrum Polybius, Appianus, et ex emendatione Jo. Valentini Porphyrius περὶ ἀποχῆς II. 67. ubi vulgo Βάλκας legitur. Mss. *Barcha* vel *Barca* habent, quomodo et Frontin. III. 10. 9. inflexit. Gentile nomen fuisse docet illud Silii Italici lib. I. 'Ortus Serrana prisca Bartæ de gente.' Quid Suidæ in mentem venerit nescio, cum ita scriberet: 'Αμίλκας, ὁ καὶ Φαβέας. Et alibi: Φαβέας ὁ καὶ 'Αμίλκας. Nisi fors duos Hamilcares confudit. *Bosius.* Vide præterea notas Savaronis in Sidonii Carm. 2. et 5.

Primo Punico bello] In Veteri Inscriptione: *Bello Pœnicio*, id est, *Punico*. Nam *Punicum* pro *Pœnico*; ut *punico* pro *pœnico*. Glossæ: Pœni, Ἄφροι. Φοίνικες. Inde Φοίνιξ διάλεκτος apud Apsyrtum περὶ παντῶν βοῶν· τὰ δὲ περὶ τοὺς βόας συμβαίνοντα πάθη, καὶ τὰ πρὸς αὐτὰ βοηθήματα, ἄριστα γέγραπται Μαγόνι τῷ Καρχηδονίῳ τῇ Φοίνικι διαλέκτῳ. *Salmasius.*

Sed temporibus extremis] Nempe anni primi hujus belli Punici XVIII. Olympiad. CXXXIII. anno autem Urbis IↃV. Hamilcar bello huic præfectus, Italiæ oram maritimam populatus est. Polyb. V. 56. *Ernst.*

Admodum adolescentulus] Id est, peradolescentulus, ut loquitur in Eumene. *Lambin.* Tacitus Ann. lib. IV. de L. Antonino: 'Hunc admodum adolescentulum sororis nepotem seposuit Augustus in civitatem Massiliensium.' Curtius 'admodum juvenem' dixit. VII. Justinus 'admodum puerum,' et 'parvulum.' *Gebh.*

Ante ejus adventum] Ms. *aut ejus adventu.*

Neque locum nocendi dedit] Neque hostibus facultatem, aut occasionem nocendi dedit. *Lamb.* Occasionem aperuit, ut hostes nocere possent. Sic supra Pelopida: 'Sed ut quemcunque ex proximo locum fors obtulisset.' *Gebhard.*

Ille Erycem sic defendit] Imo oppugnavit. Nam tenebant Romani a L. Junio paullo ante captum, ut testatur Polyb. lib. I. cujus verba sunt hæc: Διὸ καὶ βραχείας αὐτῷ παραπεσούσης ἀφορμῆς καταλαμβάνει πραξικοπήσας τὸν Ἔρυκα, καὶ γίνεται τοῦ τε τῆς 'Αφροδίτης ἱεροῦ καὶ τῆς πόλεως ἐγκρατής. Vide sequentia de obsidione ejus contra Romanos. *Lambin.* Stephanus: Ἔρυξ, πόλις Σικελίας ἀρσενικῶς, ἀπὸ Ἔρυκος τοῦ 'Αφροδίτης καὶ Βύτου. Thucydides Elymorum urbes in Sicilia duas esse dicit, Erycem et Egestam. Ἔλυμα vocat Dionysius pro Eryce: Αἰγέσταν καὶ Ἔλυμα. Quinimo Ἔλυμον appellabat montem, qui aliis Ἔρυξ. Mons autem Eryx, in qua Urbs Eryce, supra Drepanum. Servius: 'Eryx, mons Siciliæ supra Drepanum.' *Salmas.* De situ ejus accurate inter alios Polybius, lib. I.

Interim Carthaginenses] Duce Annone. Polyb.

Classe] Undiquaque expedita, ac validis instructa remigiis. Polyb. Illam classem trecentarum navium fuisse, tradit Auctor de Viris Illustribus. Idem Polybius ducentas numerat. Nonnulli et hostium et Romanorum conjunctas DCLXXX. tantum fuisse volunt, ut parum probata sit in numero fides. *Keuchenius.*

Apud insulas Ægates] Quæ in mari nostro Carthaginensium sinui objacent. Pomponius lib. II. 7. (unde Plinius hausit lib. III. 8.) 'Contra Carthaginis sinum Tarichiæ et Ægates, Romana clade memorabiles.' De quo loco ad Melam et Victor. cap. 41. de vir. illust. *Schottus.*

A Caio Lutatio Consule] Auctor de Viris Illustribus cap. 41. hunc non Caium, sed Quintum Luctatium vocat: et trecentas naves habuisse dicit, quibus sexcentas Pœnorum, quarum dux erat Himilco, apud Ægates insulas inter Siciliam et Africam oppressit, finemque bello imposuit. *Magius.* Sane haud parum dormitat Magius; imo, gravissime hoc loco

errat. Nam Quinti prænomine appellatus Caii frater, qui sequenti anno fratris sui Consulatum excepit, Urbis Conditæ 512. Hinc iste error, qui aut temporum aut literarum cognatione plurimos decepit. Ipse etiam Plinius, seu, quisquis auctor de Vir. Illustribus, uni omnia tribuit; a quo non parum abeunt plerique rei Romanæ Scriptores, qui victoriam hanc et triumphum navalem Caio adscribunt, pacem vero Pœno datam Quinto, qui etiam de Faliscis triumphavit, ut ex Triumph. tabulis videre est. Scribendum ergo hoc loco Caius Lutatius, quod prænomen et fasti nuper Romæ effossi agnoscunt. *Keuchen.*

Statuerunt belli finem facere] Qui finis incidit in annum Romæ Conditæ DII. Caio Lutatio Catulo et Posthumio Albino Consulibus. Annus iste Carthaginis DCXLI.; Olymp. CXXXIV. tertio surgente, cum classis Punica felici prælio ad Ægates insulas a Consule C. Catulo esset deleta. *Ub. Emm.*

Eamque rem arbitrio permiserunt Hamilcaris] Missis primo ad eum literis et nuntiis. Polybius: Διόπερ ὀξέως διαπεμψάμενοι πρὸς τὸν Βάρκαν, ἐπέστρεψαν ἐκείνῳ περὶ τῶν ὅλων. *Lambinus.*

Tamen paci serviendum putavit] Polybius elegantissime tales vocat ἀφέδρους τῶν καιρῶν, lib. III. monetque insidiatores temporum accurate cavendos: quos ibidem ait εἴκειν τοῖς παροῦσιν, seu τοῖς καιροῖς. *Gebhard.* Quibus vero conditionibus pax sit facta, exponit late Polybius eodem libro.

Exhaustam sumptibus] Ita Cicero Epist. ad Attic. lib. VI. 'Illo imperante exhaustam esse sumptibus et jacturis provinciam.'

Donicum] Pro *donec:* sic sæpe Ennius extulit, Lucretius, item Plautus, atque adeo Tullius, nisi ut pleraque antiqua a semidoctis essent librariis obliterata. *Schottus.*

Vi] Abest hæc vox a Ms.

Manum dedissent] Sidonius Polemio ante Carm. 13. 'Do quidem absens obtrectatoribus manus, ne dictum dicere videar.' Vide notas. *Savaro.* *Manus* rescribo multitudinis numero, ex fide membranarum, et Veterum scriptorum auctoritate, cessitque in proverbium, 'manus dare,' ut et herbam porrigere. Ducta autem a gladiatoribus victis tralatio est: nam et vetere verbo 'digitum tollere' victi dicebantur, et 'manum dare.' Virgilius: 'et victum tendere palmas Videre Ausonii.' Sidonius in Narbone: 'Palmam tu digito dares Menander.' Cicero in Consolatione apud Lactantium lib. III. 28. 'Victum se a fortuna turpiter confitetur; Cedo, inquit, en manum tollo.' Græcos etiam multitudinis numero, χεῖρας προτείνειν, extulisse observo. Legendus Pet. Faber Agonistici lib. I. 8. *Schottus.*

Hoc consilio pacem conciliavit] Vel XXIII. annorum inducias, per quot annos bellum prius duraverat. *Keuchen.*

Ut cum Catulus] *Ut* abest a Ms. et ponitur ante *succumbente.*

Sicilia decederent] Plinius, seu quisquis Auctor de Viris Illustr. c. 41. 'Pacem petentibus hac conditione concessit, ut Sicilia, Sardinia, et ceteris insulis intra Italiam Africamque decederent, Hispania citra Iberum fluvium abstinerent.' *Magius.* Quanquam Hispaniam illam non putem adscriptam huic fœderi; sed ei, quod cum Asdrubale ictum in Hispaniis fuit, qui sororem Annibalis in matrimonio habebat. Polybius III. *Schottus.*

Flagitio] Arma enim adversariis tradere flagitium erat: supr. in Chabria in fine. *Savaro.* Cum tanta infamia. Nam 'flagitium' notare infamiam ac dedecus ante quasi seculum nos docuit Joseph. Scaliger ex loco Plauti Epid. act. III. scen. 4.

'Flagitio cum majore post reddes tamen.' Tacit. Ann. lib. III. 20. 'Illam obsidionem flagitii ratus.' *Gebh.*

CAP. 2. *Hujus pertinaciæ cessit Catulus*] Non absimiles fuere huic fracti bellis et cladibus exinaniti Carthaginienses; qui cum intolerabiles Reguli et duras pacis conditiones audissent, tutius rati sunt, sese armatos, quam miseros vivere. Histor. Miscell. II. 29. Adde Lipsium v. Polit. XX. 27. seqq. et Zevecot. Obs. ad Florum II. 15. Cæterum Msc. Boecleri vox *Catulus* aberat; et potest abesse. *Bos.*

Carthaginem] *Urbs* sic dicta per excellentiam, ut ante monuimus. Nam קרתא Phœnicibus *Urbs* est, Karthagena, *civitas hortorum*, quam Græci οἰνοῦσσαν verterunt. Alio nomine apud Plautum appellatur *Chædreanech*, quasi חצריענק vel חדרי, ἔπαυλις Ἄναχ. Unde ab Anakæis fortissima natione structa videtur, qui Kiriatharba per Calebum ejecti in Chananæa defecerunt. *Horn.* De qua fuga pluribus Scaliger de emend. Tempor. Vossius I. Gram. IX. Seldenus. de Dis Syris. Ex *Carthada* factum est Carthago. *Solin.* Sed illud merum Phœnicium, hoc Punicum; id est, jam depravatum Phœnicibus aliquantum temporis in Africa commoratis. Nec dubium, quin Græcum Καρχηδὼν ab eadem origine sit deductum et inflexum. Quod Siculorum proprium, qui θ mutant in χ. Sic quæ *Carthada* vel *Carthado* Pœnis, ipsi dixerunt Καρχηδώ· ut ὄρνιθες, ὄρνιχες. Ipsi Africæ vicini hoc nomen cæteris Græcis transmiserunt. Falluntur igitur auctores plerique Græciæ, qui Καρχηδόνα conditam scripsere, ἀπὸ Καρχηδόνος τινὸς ἀνδρος Φοίνικος. Nam idem nomen Καρχηδὼν, et Carthago, deflexum a Punico vel Phœnicio Carthago. *Salmas.*

Diuturnitate externi mali] Polyb. Μετὰ δὲ τὰς διαλύσεις ταύτας, ἴδιόν τι καὶ παραπλήσιον ἀμφοτέροις συνέβη παθεῖν. ἐξεδέξατο γὰρ πόλεμος ἐμφύλιος Ῥωμαίους μὲν ὁ πρὸς τοὺς Φαλίσκους καλουμένους. *Lambinus.* Hujus principes atque auctores fuerunt Spendius, genere Campanus, fortuna servus, Matho Afer, et Autaricus Gallus. Causa belli narratur a Polybio, eodem libro, cum variis circumstantiis.

Nisi cum deleta est] Unde adjungit idem Polybius: Τέλος δὲ οὐ μόνον ὑπὲρ τῆς χώρας ἐκινδύνευσαν, ἀλλὰ καὶ περὶ σφῶν αὐτῶν, καὶ τοῦ τῆς πατρίδος ἐδάφους. Deleta est Carthago a P. Scipione Africano Æmiliano, septingentesimo anno quam condita fuerat. Livius, Orosius, Eutropius. Cum stetisset annis DCLXVII. abhinc annos CLXXVII. Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio Coss. Velleius. Eusebius in Chronico duas affert opiniones, quarum prior non longe dissentit a Paterculo. Computat enim, Carthaginem venisse in potestatem Romanorum anno a conditione sui DCLXXIII., vel, ut alii affirmant, DCCXLVIII. Prior numerus uno anno plus habet, quam Paterculi ratio. Marcus Cicero de Republ. I. 'Nec tantum Carthago habuisset opum sexcentos fere annos, sine consiliis et disciplina.' Vide Scalig. Animadversionibus Eusebianis ad annum MCLXVII. et MDCCCLXXI. maxime vero canonibus Isagogicis. Altera Velleii opinio refert, Carthaginem stetisse annos DCCXLVIII. cui accedit aliquantum Solinus, qui Urbem post annos DCCXXXVII. quam exstructa fuit, excisam voluit. Orosius etiam haud parum a se abit, quando lib. IV. 6. scribit, Carthaginem conditam fuisse ab Elissa, ante Urbem Romam duos et septuaginta annos: postea, cap. 23. ejusdem libri ait, anno ab Urbe Condita DCIII. vel DCVI. (nam utroque modo legitur) fuisse deletam. Verum eo modo defendi potest, quod plerumque boni scriptores summatim tempus comprehendunt, non subtiliter annos computantes. Adhoc tam intricata est hujus rei fides, ut non mirum sit, Auctores adeo in diversas

sententias abire. Cæterum Urbs incendiis diruta fuit. Horatius Od. lib. IV. 8. ‘Non incendia Carthaginis impiæ, Ejus qui domita nomen ab Africa Lucratus rediit, clarius indicant Laudes, quam Calabræ Pierides.’ Addit Florus, ‘per continuos decem et septem dies vix potuisse incendium exstingui.’ Lib. II. 15. *Keuchenius.*

Primo mercenarii milites] Hispani, Nomades, Afri, Ligures, Galli, Græci, et alii. *Lambin.*

Abalienarunt Africam] A Carthagine. *Lamb.* Sic Cimone, ‘insulæ alienatæ,’ et ‘oppida alienata,’ dixit. *Gebhard.*

Pæni] Carthaginienses.

Eaque impetraverint] Omittit hæc Cod. Ultrajectinus, ut certe Polybius nihil horum commemorat, subsidia Romanos Pœnis misisse. *Schott.*

Hamilcarem Imperatorem fecerunt] Cum in Gescone, quem initio huic bello præfecerant, et in Hannone parum præsidii esse cognovissent. *Lambinus.*

Sed etiam eo compulit] Qualis ille apud Claudianum Stilico, qui ‘tot barbara solus Millia jampridem miseram vastantia Thracen Finibus exiguæ vallis conclusa tenebat.’

Plures fame quam ferro interirent] Τέλος ὑπὸ τοῦ λιμοῦ συναγχομένους ἐσθίειν ἀλλήλων σώματα ἀναγκασθῆναι, τοῦ δαιμονίου τὴν οἰκείαν ἀμοιβὴν αὐτοῖς ἐπιφέροντος, τῇ πρὸς τοὺς πέλας ἀσεβείᾳ καὶ παρανομίᾳ. Polyb.

Uticam] Quam *Uticam* Latini dicunt, Græci conversis vocalibus Ἰτύκην appellant, id est, *Itucam.* Stephan. Ἰτύκη, πόλις Λιβύης, Τυρίων ἄποικος. *Lambin.* Punicarum in Africa urbium, si Carthaginem demas, nulli cessit Utica. Sexaginta autem stadiis a Carthagine distabat, ut testatur Appianus; nempe versus occasum. Fuit hæc Τυρίων ἄποικος, quod et Justinus affirmat lib. XIIX. Cum et opibus et multitudine Tyrii abundarent, missa in Africam juventute, Uticam condidere. Itaque de antiquitate gloriabatur non parum, quin et eo nomine Carthagini præferebatur. Silius Italicus lib. III. ‘Proxima Sidoniis Utica est effusa maniplis, Prisca situ, veterisque ante arces condita Byrsæ.’ Aristoteles in libro Mirabilium: Τῆς δὲ Λιβύης ἐν Ἰτύκῃ καλουμένῃ, ἣ κεῖται μὲν, ὡς λέγουσιν, ἐν τῷ κόλπῳ τῷ μεταξὺ Ἑρμείας καὶ τῆς Ἵππου ἄκρας, ἐπέκεινα δὲ Καρχηδόνος ὡς σταδίους διακοσίους. ἣ καὶ πρότερον κτισθῆναι λέγεται αὐτῆς τῆς Καρχηδόνος ἔτεσι διακοσίοις ὀγδοήκοντα ἑπτὰ, ὡς ἀναγέγραπται ἐν ταῖς Φοινικικαῖς ἱστορίαις. Velleius Paterculus citra Codri tempora, qui Sauli fuit æqualis, Tyrios paucis annis post Gades Uticam condidisse refert. Urbi igitur tam vetustæ nomen fecit ipsa antiquitas. *Utica* enim, vel *Ityca* Punice, עתיק, *Itica,* id est, *prisca* dicebatur. *Bochart.* Qui nunc locus a barbaris Mazachares appellatur. *D. Mar. Niger.*

Hipponem] Ab Utica ad Hippi promontorium Hippi Urbs, cui palus adjacet atque hæc palus Hipponitis vocatur. Hanc Urbem et Hippuacram appellat Diodorus lib. XX. Stephanus, alii. Etiam media antiquitas Hipponem Zarithum appellavit, sicuti Zetam dixere pro dieta. Διάῤῥυτος autem a Græcis appellata propter aquarum irrigua: nam in vicinia erat stagnum Hipponense, unde et Plinius ad Caninium Epist. lib. IX. ‘Est in Africa Hipponensis colonia mari proxima: adjacet navigabile stagnum: ex hoc in modum fluminis æstuarium emergit, quod vice alterna, prout æstus aut repressit aut impulit, nunc infertur mari, nunc redditur stagno. Omnis hic ætas piscandi, navigandi, atque etiam natandi studio tenetur.’ Hæc ille. Hippo autem dictus non ab equis, Græca appellatione; sed Syris et Arabibus stagnum, sinum denotat. Qualem Hipponis situm fuisse docuimus. *Bochart.*

Valentissima] Legendum fortasse est, *opulentissima*. Verumtamen nihil muto. 'Valentissima' autem interpretor, validissima, seu potentissima. *Lambin.*

Restituit patriæ] Uno prælio sex hostium millibus interfectis, duobus captis, aliis in fugam versis: altero decem millibus cæsis, quatuor captis, decem fugatis: tertio omnibus fere copiis ad internecionem cæsis ac deletis, reliquis ad deditionem compulsis. *Idem.*

Tantum otium] Tantam quietem, pacem et tranquillitatem. Sic supra in Timoleonte: 'tantum otium toti insulæ conciliavit.' Cicero Offic. I. 'Neque in rep. periculum fuit gravius unquam nec majus otium.' Ita legit, non, ut vulgo, *odium*, doctissimus Victorius Variar. VII. 12. et ex antiquis libris Carolus Longius.

CAP. 3. *Infesto Romanis*]. Polyb. lib. III. Ἔμενεν ἐπὶ τῆς ὀργῆς, *in iracundia perseverabat Hamilcar*, nimirum, adversus Romanos. Quam iracundiam eodem lib. δυσμένειαν Ἀμίλκου vocat. *Lamb.*

In Hispaniam mitteretur] Lege Justin. XLIV. Appian. in Iberica, et heic Polybium.

Eoque secum duxit filium] Transvectus fretum Gaditanum et columnas Herculis. Polyb. Addit, in illis locis ipsum annos fere novem commoratum, multum Hispaniæ populos bello, plures persuadendo Carthaginiensibus subjecisse.

Turpius] Libidinosius, obscœnius. Sic Liv. Ann. XXI. 'Medius Hasdrubal inter patrem et filium octo ferme annos imperium obtinuit: flore ætatis, uti ferunt, primo Hamilcari conciliatus: gener inde ob altam indolem animi ascitus: et quia gener erat, factionis Barchinæ opibus, quæ apud milites plebemque plus quam modicæ erant, haud sane voluntate principum, in imperio positus.' *Lamb.*

Ut a præfecto morum] Erant igitur præfecti seu magistri morum apud Carthaginienses, ut et apud Romanos, qui dicebantur et censores. Cicero in Cluentiana: 'Tu es præfectus moribus.' *Lamb.* 'Sane censuræ initium,' Livii verba sunt, 'fuit rei a parva origine ortæ, quæ deinde tanto incremento aucta est, ut morum disciplinæque Romanæ penes eam regimen esset.' Inde Censores Romæ magistratus quinquennalis, penes quem autoritas maxima, summumque arbitrium animadvertendi in mores civium. Et erat sub nutu illorum æstimatio facultatum cujusque civis, ad censum de iis pendendum. Livius IV. Cæterum, alia morum præfectura, alia censura fuit. Cæsar Censor non fuit, sed morum præfectus, ut a Cicerone nominatur: hoc est, rem habuit, titulum per speciem modestiæ recusavit. Pars potestatis ejus fuit, morum cura; quam usurpavit, unde et Præfectus morum dictus, non Censor. *Casaubonus.*

Quod moribus eorum interdici non poterat socero gener] Alii *genero*, utrumque verum. Verecundiæ autem hos inter serviendum monet Cicero in Offic. lib. I. 'Non lavantur cum soceris generi.' *Schottus.*

Hamilcare occiso] In prælio adversus Vectones. Polyb. Incidit mors ejus in annum 3742. Mundi conditi.

Ille exercitui præfuit] In hujus locum gener ipsius Hasdrubal mittitur. Justin. Τὴν δὲ στρατηγίαν οἱ Καρχηδόνιοι παρέδοσαν Ἀσδρούβᾳ τῷ ἐκείνου κηδεστῇ καὶ τριηράρχῳ. Polyb. Idque propterea, quod filii immaturi tum erant imperio. Quatuor autem reliquit filios superstites: quos totidem catulos leoninos in perniciem Romanorum ab se, dicere solitus est, educari: Hasdrubalis ingenium Livius prodit initio lib. XXI. *Ernst.*

Resque magnas gessit] Quo tempore prudenter et utiliter imperium suum administrabat; cum, Carthagine nova condita, magna Carthaginiensibus ad-

jumenta attulit ad res gerendas, propter loci opportunitatem maxime, tum ad res Hispanienses, tum Africanas. Polyb. II.

Et Princeps] Ἐκ τῶν τῆς πόλεως πρώτων. Princeps heic idem obtinet quod primus, quæ vocis germana ratio. Locutio frequens, apud Tranquillum et alios. *Keuch.*

Largitione vetustos pervertit mores Carthaginensium] Ut suis cœptis et placitis approbator esset populus contra infensos Barcinæ factioni. *Gebhardus.* Titus Livius Ann. XXI. paullo aliter rem narrat. Ita ille: 'Is plura consilio, quam vi gerens, auspiciis regulorum magis, conciliandisque per amicitiam principum novis gentibus, quam bello aut armis rem Carthaginensium auxit.' *Lamb.*

Ejusdemque post mortem] Quali mortis genere obierit Hasdrubal, non commemorat hoc loco Nepos. Alii ambigere nos non sinunt. Tradit Justinus, ipsum a servo Hispani cujusdam, ulciscente domini injustam necem, interfectum esse. Polybius disertim testatur, in diversorio suo noctu a quodam natione Gallo privatarum injuriarum causa fuisse interemptum. Nonnulli volunt, in venatione necem ipsi illatam. Appianus: Ἀσδρούβαν δὲ, ἐπὶ τοῖς δὲ Ἰβηρίας τὸν ὑπὸ Καρχηδονίοις καθιστάμενον, ἀνὴρ δοῦλος, οὗ τὸν δεσπότην ὠμῶς διεφθάρκει, λαθὼν ἐν κυνηγεσίοις ἀναιρεῖ. Ad quem accedit Livius Ann. XXI. Non ergo dubitandum videtur, quin hoc mortis genere interfectus sit Hasdrubal. Præter enim adducta Historicorum testimonia, multa alia sunt, ex quibus liquido id videre est. Incidit ejus mors in annum Urb. Cond. 532. ut supputant Chronologi. *Keuchen.*

Hannibal ab exercitu accepit imperium] Justinus: 'Major utroque Hannibal imperator, Hamilcaris filius succedit.' Appianus: Ἡ στρατεία δὲ τὸν Ἀννίβαν, καίπερ ὄντα κομιδῇ νέον, ἀρέσκοντα δὲ ἰσχυρῶς, στρατηγὸν ἀπέδειξεν αὐτὸν, καὶ ἡ Καρχηδονίων βουλὴ συνέθετο.

Posteaquam mare transiit] Fretum Gaditanum, transvectus columnas Herculis. Polyb.

Adversus Vettones] Sic scribendum duplici *tt*; non *Vectones*. Græce Οὐέττονες populi sunt Hispaniæ citerioris intra Anam et Tagum fluvios ad Orientale Toletanorum latus. Strabo III. Ἐν δὲ τοῖς ἄνω μέρεσι καὶ Καρπητανοὶ, καὶ Ὠρητανοὶ, καὶ Οὐεττόνων συχνοὶ νέμονται. Item Plinius lib. IV. 20. finitimos Carpetanis facit. Prudentius hymno de S. Eulalia, Emeritam Vettonum metropolim nominat: 'Nunc locus Emerita est tumulo Clara colonia Vettonia: Quam memorabilis amnis Ana Præterit et viridante rapax Gurgite mœnia pulchra lavat.' Strabo vero in Turdulis Augustam Emeritam collocat: sed Hispano in Hispanicis potius habenda fides, quam Græco homini. *Schott.* In Msc. Boecleri *Veteones.* Dausquius Comment. in Sil. Ital. pag. 18. mallet *Vetones.* Bosius.

Occisus est] Ad castrum altum, ut ait Livius Decad. III. lib. 4. *Mag.* Καὶ τῆς τάξεως διαλυθείσης, οἱ μὲν Ἴβηρες αὐτοῖς ἐπιδραμόντες, αὐτόν τε τὸν Βάρκαν, καὶ πολὺ πλῆθος ἀμυνομένων ἐπ' αὐτῷ, διέφθειραν. Appian. M. Æmilio et M. Junio Coss. *Cassiodorus.*

Hujus perpetuum odium erga Romanos] Pro, contra Romanos. Sic solet Nepos. Hæc idem diserte tradit Polybius lib. III. *Lambin.* Valerius Max. lib. IX. 3. Livius XXI. et XXXV. alii.

Patris obtestationibus] Præter Polybium lib. II. Livium XXI. et XXXV. infr. in Hannibale: Valerius lib. IX. 3. *Savaro.*

Romanos non experiri] Periclitari, vel, periculum facere virtutis et potentiæ Romanorum. *Lambinus.* Infra in Hannibale: 'Hic autem velut hæreditate relictum odium paternum erga Romanos sic conservavit, ut prius animam, quam id deposuerit.' *Schottus.*

XXIII. HANNIBAL.

Cap. 1. *Hannibal*] Denotat Orientalibus nomen gratiosum, חנן, id est, Hanno, gratiosus. Unde et Anna et Ioannes nomen accepit, בעל sive Baal autem Dominum notat. *Thysius.* De Hannibale passim Græci, Latinique historici, sed præcipue Polybius, Appianus in Annibalicis, et alibi, Livius a lib. xxi. ad xl. usque, et compendio Florus ii. 6. 7. 8. Justinus xxix. 31. 32. et scriptor de viris illustribus cap. 42. Hujus imaginem hac forma a Fulvio Ursino e nomismate argenteo expressam heic inserere visum.



Apud Fulvium Ursinum in numismate argenteo.

Omnes gentes virtute superavit] Victus enim prælio quidem nonnunquam, bello vero nunquam, ut ait Cæcilius apud Nonium. *Schott.*

Hannibalem tanto præstitisse cæteros imperatores prudentia] Quod quoque fuit judicium Pescennii Nigri. Nam quos alii Scipiones extulerunt, existimavit 'felices illos fuisse magis, quam fortes.' Ælius Spartianus in Nigri vita capite 11. 'Nec alias fabulas unquam habuit, nisi de Annibale, cæterisque talibus. Denique cum Imperatori facto quidam Panegyricum recitare vellet, dixit ei, Scribe laudes Marii vel Annibalis, vel alicujus Ducis optimi vita functi, et dic quid ille fecerit, ut eum nos imitemur.' *Gebh.* Vide sis gloriosam illam contentionem de præstantia Scipionis, Hannibalis, et Alexandri apud Lucian. *ἐν νεκρικοῖς.* *Schottus.*

Semper discessit superior] In Hamilcare: 'semperque superior discessit.' *Lamb.*

Civium suorum invidia] Quam sibi conciliavit Hannibal remp. bene administrando; partim judicibus, qui antea perpetui erant, eoque dominabantur, factis annuis: partim ærario publico et vectigalibus populi Carthaginiensis, quæ et negligentia dilabebantur, et, (ut fere fit,) prædæ quæstuique principibus quibusdam civitatis et magistratibus erant, ad certam rationem revocatis: ut tradit Livius Ann. lib. xxx. *Lamb.*

Sed multorum obtrectatio devicit unius

virtutem] Bella antithesis: in qua multos uni, obtrectationem virtuti opponit. *Idem.* Sic apud Apuleium aliquem insimulatum quorundam astu projecit extorrem sæviens invidia. Qualis iste in Tacito conspiratione inimicorum et invidia falsi criminis oppressus. Vide Lucianum De non temere credendo.

Velut hereditate relictum odium paternum] Ipse Hannibal apud Livium XXXV. 'Odi Romanos, odioque sum Romanis. Id me verum dicere pater Hamilcar et DI testes sunt.' Tale Ægisthi patruelis in Agamemnonem. Velleius lib. I. Et Paconii Agrippini, paterni in principes odii heredis. Tacit. XVI. *Gebh.*

Prius animam deposuerit] Sic supra, in Pausan. cap. 5. vitam ponere: 'Atque eodem loco sepultus, ubi vitam posuerat.' *Savaro.*

Quum patria pulsus esset, et alienarum opum indigeret] Sic supra De Regibus: 'Quem ille a patre expulsum Alexandria, alienarum opum indigentem receperat.' *Lamb. Savaro.*

CAP. 2. *Philippum*] Demetrii Macedonum Regis filium, Persei patrem. De quo Livius epitom. XXIX. et XXXI. Justinus lib. XXIX. et Plutarchus in Paullo Æmilio, et Fasti, sub annum ab U. C. DLII. *Schott.* Tradit Justinus, hunc a Demetrio Illyriorum Rege ad bellum Romanis inferendum fuisse impulsum: et cum Romanos a Pœnis iterato prælio victos didicisset, aperte se hostem Romanis professum; navesque, quibus in Italiam exercitum trajiceret, fabricare cœpisse; ac legatum ad Hannibalem jungendæ societatis gratia cum epistolis misisse. *Mag.* Romani legati cum in senatu exposuissent, compertum Patribus Romanis esse et Philippum regem, ante ab Hannibale maxime accensum, bellum P. R. fecisse: et nunc literas nunciosque ab eo ad Antiochum regem profectos: haud quieturum, antequam bellum toto terrarum orbe concisset: nec ei impune debere esse, si satisfacere Carthaginienses P. R. vellent: nihil eorum sua voluntate et publico consilio factum esse, Carthaginienses responderunt: quicquid æquum censuissent Romani, facturos esse. Livius Ann. XXXIII.

Omnium potentissimus Rex] Quippe, qui Asiam et Syriam tenuit annos septem et triginta; Mediam quoque, Persiam, Hyrcaniam, Bactrianam, et omnes, excepta Parthia, superioris Asiæ provincias victo Achæo recepit. Polyb. VII. VIII. X. XI. Justin. XII. Appian. in Syriac. Judæam quoque Ægyptio regi eripuit. Joseph. XII. 3.

Antiochus] Frater Callinici. Qui primo Ἱέραξ dictus, ob rapacem naturam. Vide Strabonem XVI. Justinum XXVII. Postea ob victorias et imperii amplitudinem, Magni cognomentum accepit. *Keuchen.* Hunc ad arma Romanis inferenda concitasse Hannibalem, refert Liviana Epitome lib. XXXIII. et XXXIV. et Justin. lib. XXXII. *Schott.*

Hunc tanta cupiditate incendit bellandi] Polyb. Livius, Appianus illam historiam magis exaggerant. Mortuo Ptolemæo Philopatore, Antiochus decessit in Ægyptum, præsidio nudam ac vacuam correpturus. Cum eo Hannibal Ephesi congreditur, inimicorum calumniis patria sua profugus. Qui calumniabantur, eum in contentione semel adversus Romanos suscepta perseverantem et pervicacem, et belli gerendi cupidum esse, neque pacem colere posse. Quo tempore Carthaginienses Romanis parebant, fœderibus interpositis alligati. Hannibalem igitur rei militaris et imperandi scientia clarum Antiochus honorifice excepit, et apud se retinuit, atque in comitibus suis habuit. Ita Appianus et fere Polybius. Prolixius rem narrat Livius, XXXIII.

Rubro mari] Sive Erythræo. Quod

a mirabili Pharaonis clade Arabibus dicitur بحر قلزم ab oppid. القلزم quod est Latit. gr. XXVIII. min. XXX. in littore Ægypti opposito Elanæ, seu promontorio Pharan. Locus inde dictus, quod prope submersus credatur Pharao. قلزم enim est *deglutire, absorbere*. Unde Turcis mare rubrum dicitur فرعون دعري *Pharaonis mare.* Hodie pro *Colzuma* est سويس *Sues.* Golius. Lege ἐκ τῶν τοῦ Ἀγαθαρχίδου περὶ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἐκλογάς. Mela lib. III. 'Rubrum mare Græci, sive quia ejus coloris est, sive quia ibi Erythras regnavit, ἐρυθρὰν θάλασσαν appellant.'

Quum legati venissent Romani] Τότε Ῥωμαῖοι, συνθεωροῦντες ἤδη τὴν Αἰτωλῶν ἐπιβολήν, ἐξαπέστειλαν πρεσβευτὰς πρὸς Ἀντίοχον, βουλόμενοι μὴ λανθάνειν σφᾶς τὴν τοῦ βασιλέως προαίρεσιν. Polyb. Hi fuerunt P. Sulpitius et P. Julius apud Livium, Dec. IV. lib. 5. Plutarchus vero in T. Quinctio Flaminio alterius nomen' male profert. Vocat enim P. Vellium, cum Julium dicere debuerit. Sed non mirum. Homo enim Græcus, et in eo sæpe parum diligens, Romanorum nomina pervertit. *Magius.* Justinus cum Polybio simpliciter legatos nominat, omissis nominibus. Ita ille XXXI. 'Romani quoque ad Antiochum legatos misere, qui sub specie legationis, et regis apparatum specularentur, et Hannibalem aut Romanis mitigarent, aut assiduo colloquio suspectum, invisumque Regi redderent.' *Keuch.* Sane inter legatos erat P. Scipio, qui Annibalem devicerat. Præter Livium XXXV. Appianus, Lucianus in dialog. Mortuorum, Plutarchus in Flaminio sub finem. Consilium autem legatorum explicat Frontinus I. 8. 7. *Bongars.* Missi ad hoc Carthaginem legati Romani, qui apud Senatum arguerent, Hannibalem cum Antiocho rege consilia belli faciendi inire. Illi fuerunt C. Servilius, M. Claudius Marcellus, et Q. Terentius Culleo. Lege Livium. *Keuchen.*

Ut Hannibalem in suspicionem regi adducerent] Effecerunt autem id crebris cum eo sociatis colloquiis. Livius XXXV. 'Propter colloquia cum Villio suspectus regi.' *Gebhard.* Οἱ δὲ πρέσβεις ἐθεράπευον τὸν Ἀννίβαν, σπουδάζοντες εἰς ὑποψίαν ἐμβαλεῖν πρὸς τὸν Ἀντίοχον· ὃ καὶ συνέβη γένεσθαι. Polyb.

Tempore dato adiit ad regem] Omnino probanda Msctorum fides: *Tempore dato adiit ad regem.* Et hæc est Corneliana χρῆσις. Supra, Themistocle: 'Ut Lacedæmonem venit, adire ad magistratus noluit.' Et statim: 'Ad senatum Lacedæmoniorum adiit:' ἀρχαϊκῶς. *Keuchen.* Sed ante ipsum iisdem verbis Savaro: qui locum addit ex Dione.

Puerulo me, utpote non amplius novem annos nato] Ἔφη γάρ, καθ' ὃν καιρὸν ὁ πατὴρ αὐτοῦ τὴν εἰς Ἰβηρίαν ἔξοδον μέλλοι στρατεύεσθαι μετὰ τῶν δυνάμεων, ἔτη μὲν ἔχειν ἐννέα. Polyb. Livius Decad. IV. lib. 5. puerum admodum tunc fuisse Hannibalem dicit. Quomodo apud Florum, puer Hannibal ad aram patri juraverat. Plinius, sive Auctor de Vir. Illustribus, non novem annos tunc natum Hannibalem testatur, sed undecim. Nisi locus suspectus sit, ac librariorum culpa depravatus. *Magius.* Vide Eutropium lib. III. Orosium IV. De novem annis canit Juvenalis: 'Hoc puer ad Lybicas jurarat Hannibal aras.'

Jovi Optimo Maximo hostias immolavit] Idque ex instituto et more patrio. Καὶ ποιῆσαι τὰ νομιζόμενα, ut loquitur Polybius. Fuit is et aliarum gentium ritus, ut constat passim ex historiis. Hostias immolabant, antequam ad hostes proficiscerentur; victimam post partam victoriam, cum Diis gratias agerent, pro victis hostibus. Sic Marcellus captarum

Syracusarum, et Hannibalis ante Nolana mœnia a se primum fugere coacti, gloria inflammatus, cum summo studio niteretur, ut Pœnorum exercitum aut in Italia prosterneret, aut Italia pelleret, solenni primum sacrificio voluntates Deorum explorabat. Val. Max. lib. I. 6. *Keuch.*

Quæ divina res dum conficiebatur] Nonius cap. 4. 'Facere rem divinam, religionibus exhibere.' Vide Notas in Sidonii Epist. lib. V. 17. *Savar.* 'Rem divinam facere' Latini solent dicere de his, qui sacrificant et victimas mactant. *Salmas.*

Ne dubitaret ducere] Ne cunctaretur: vel, ne vereretur ducere: omnem ducendi moram præcideret. Tale fere est illud in Agesilao: 'quare venire ne dubitaret.' Ubi tamen vulgo legitur, *non dubitaret.* Lambin.

Instituerat] Forte melius, *instituerat*, id est, ceperat. Sic et in Alcibiade: 'Itaque tempus ejus interficiendi quærere instituerunt.' Mallim, *instituerunt.* Vide Manutium in Epist. Cic. ad Familiares.

Eamque, cæteris remotis, tenentem] Sic Polybius. Valer. Maximus lib. IX. 14. in externis exemplis 3. 'Hannibal mature adeo patris vestigia subsecutus est, ut eo exercitum in Hispaniam trajecturo, et ob id sacrificante, novem annorum natus, altaria tenens juraret, se, cum primum per ætatem potuisset, acerrimum hostem pop. R. futurum, ut pertinacissimis precibus instantis belli commilitium exprimeret.' *Savaro.* Ipse Hannibal apud Livium, XXXV. 'Pater Hamilcar, Antioche, parvum admodum me, cum sacrificaret, altaribus admotum, jurejurando adegit, nunquam amicum fore pop. Romani.' Cæterum jurantes aram tenebant. Cicero pro L. Flacco: 'Ergo is, qui si aram tenens juraret, crederet nemo, per epistolam, quod volet, injuratus probabit?' Alia exempla passim suppetunt Plautus, Varro, Virgilius, Apuleius, quorum loca in Adversariis suis illustravit doctissimus Turnebus lib. XVI. 10. et lib. XIX. 19. item lib. XXVI. 2. Talis fuit Latinus apud Virgil. Æn. XII. Ptolemæus apud Justin. XXIV. Psyche apud Apuleium VI. Atque hic Græcorum mos, qui jurandi causa ad aras accedebant. Cicero pro Balbo. Qualis moriturorum ritus. Senec. Herc. Fur. II. 3. Plinius XXXV. Et Pœnorum, qui aram et sacra tangentes, vel agnum læva, dextra silicem tenentes, Deos, hominesque contestantur, ut si illos scientes fallerent, ita se Jupiter feriret, quemadmodum ipsi agnum percuterent. Alex. ab Alex. V. 10. Unde volunt Grammatici, aras, antiquitus quasi ansas dictas. Varro, Macrob. Servius ad Æn. V. De quo vide Incomparabilem Brissonium de Formulis. In Romanorum ritu *aram tenere* vel *tangere* est *ἁπτόντα τοῦ βωμοῦ ἐφάπτεσθαι*, ut loquitur Theo. Meminit Turneb. Adv. lib. XIX. 19. et alibi Jos. Scaliger ad Manilium. *Keuch.*

Jurare jussit] Atque ab illo jurejurando Hannibalis ad illum diem, quo imperium accepit, anni numerantur septemdecim. *Salmas.*

Numquam me in amicitia cum Romanis fore] Livius XXXV. 'Nunquam amicum fore populi Romani.' Histor. Miscell. lib. III. 5. 'Se, ut primum posset, adversus Romanos pugnaturum:' quod non est expressum, longeque minus est. Nam qui pugnat adversus aliquem, odium exsuere, atque ex hoste amicus fieri potest. Polybius, *μήποτε Ῥωμαίοις εὐνοήσειν.* Appianus Annibalic. *Ῥωμαίοις ἐπιβουλεύων οὔποτε ἐλλείψειν.* Ibericis: *Ἄσπειστος ἐχθρὸς ἔσεσθαι Ῥωμαίοις. Gebhard.*

Ad hanc diem] Sex et triginta annos. *Livius.*

Si quid amice de Romanis cogitabis] Si Romanis consules, seu consulere voles. *Lamb.* Ἐὰν δὲ διαλύσεις ἢ φιλίαν συντίθηται πρὸς αὐτούς. Polyb.

Cap. 3. *Hasdrubale imperatore*] Ge-

nero Hamilcaris. Vide in Hamilcar.

Summam imperii ad eum detulit] Polyb. III. 'Cum nuncius ex castris Carthaginem perlatus esset, Hannibalem uno totius exercitus ore, et communi omnium militum consensu imperatorem esse declaratum; continuo populus convocatus, sine ulla sententiarum varietate, exercitus judicium ac voluntatem comprobavit, ac ratam fecit.' Electus est belli imperator anno ætatis XXVI. Nam duce patre Amilcare novem annos in Hispania militavit, octo sub ejus genero Asdrubale. *Schott.*

Hic Hannibal minor quinque et viginti annis] Hoc modo de Regibus loquitur: Dionysius 'major annis sexaginta natus decessit.' Ita Cicero: 'aliquot annis minor natu,' in Quæst. Academ.

Omnes gentes Hispaniæ] Plus quam quadraginta hominum millia in fugam vertit; quibus superatis, nullus jam eum hostis intra Iberum audebat intueri, præter Saguntinos. Polyb. De quibus ita loquitur Livius Ann. XXI. 'Hannibal agmine quadrato amnem ingressus, fugam ex ripa fecit, vastatisque agris intra paucos dies Carpetanos quoque in deditionem accepit. Et jam omnia trans Iberum, præter Saguntinos, Carthaginiensium erant. Cum Saguntinis bellum nondum erat: cæterum jam belli causa certamina cum finitimis serebantur, maxime Turdetanis.' *Lambin.*

Saguntum fœderatam civitatem] De cujus situ Polybius III. 'Η δὲ πόλις αὕτη κεῖται μὲν ἐπὶ τῷ πρὸς θάλατταν καθήκοντι πρόποδι τῆς ὀρεινῆς τῆς συναπτούσης τὰ πέρατα τῆς 'Ιβηρίας καὶ Κελτιβηρίας. ἀπέχει δὲ τῆς θαλάττης ὡς ἑπτὰ στάδια· νέμονται δὲ χώραν οἱ κατοικοῦντες αὐτὴν, πάμφορον, καὶ διαφέρουσαν ἀρετῇ πάσης τῆς 'Ιβηρίας. Livius: 'Civitas ea longe opulentissima ultra Iberum fuit, sita passus mille ferme a mari.' Florus: 'Saguntus, vetus Hispaniæ civitas et opulenta, fideique erga Romanos magnum quidem, sed triste monumentum.' Quippe quæ CC. ante excidium Trojæ annis condita. Plinius XVI. 40. Cæterum ultimo fœdere cautum fuerat, ut Iberus disterminaret ditionem Romanorum et Carthaginiensium. Saguntus ultra Iberum quidem, fœdere tamen cum Romanis juncta, et ideo excepta ne quid in eam liceret Carthaginiensium armis, utque libera maneret inter utriusque populi imperia. Hannibal cui propositum erat bellum movere Romanis, ne fœdifragus palam videretur, non Saguntinis arma aperte nec statim intulit, sed in Olcadum fines, quæ gens ultra Iberum amnem, in ea parte quam Romani non exceperant, exercitum induxit; ut non recta petiisse Saguntinos, sed rerum serie ducente, finitimis perdomitis, continentia jungendo, ad oppidum ejusdem regionis ultra Iberum sitæ oppugnandum quasi tractus videri posset. Ut Hispaniæ ergo urbem Saguntum in belli causam delegit, id est, ejus Hispaniæ, quæ ultra finem esset imperii Romani, hoc est, ultra amnem Iberum. *Salmas.*

Vi expugnavit] Octavo mense obsidionis. Polyb. Τέλος ἐν ὀκτὼ μησὶ κατὰ κράτος εἷλε τὴν πόλιν. Vide Livium XXI. Urbs eversa et Hannibalis et Saguntinorum manibus, qui se suaque omnia in pyram conjecerunt, nec arbitrium victoris exspectarunt. *Idem.* Inde pavor ac trepidatio totam Urbem pervasit, aliis insuper tumultus ex arce auditur; turris diu quassata procidit; perque ruinam ejus cohors Pœnorum impetu facto cum signum imperatori dedisset, nudatam stationibus custodiisque solitis hostium esse Urbem: non cunctandum in tali occasione ratus Hannibal, totis viribus aggressus, Urbem momento cepit: signo dato, ut omnes puberes interficerentur. *Alucus.* Ingens intra urbem per obsessos fames, adeo, ut humanas carnes comederent.

Petron. Satyr. Senec. Controv. August. lib. III. 20. Cæterum expugnata est Urbs, anno post Romam conditam DXXXV. bello Punico secundo. Recepta vero, anno DXXXIX. pulso Punico præsidio, teste Livio XXI. Vide Orosium, Orchestræ lib. IV. 14. et Sigonium in lib. XXI. Livii. *Schott.*

Tres exercitus maximos comparavit] Equites mille ducentos, peditum decem et septem millia, octingentos quinquaginta reliquit in Africa, ut essent Carthagini et Africæ præsidio. Adhæc Hasdrubali in Hispania manere jusso tradebantur quinqueremes quinquaginta, quadriremes duæ, triremes quinque, equitum duo millia et quingenti, elefanti viginti et unus, peditum undecim millia, equitum ad novem millia. Polyb. Vide sis Livium.

Ex his unum in Africam] Tredecim millia, octingentos quinquaginta pedites cetratos, funditores Baleares octingentos septuaginta, equites mistos ex multis gentibus mille ducentos. Liv.

Alterum cum Hasdrubale fratre in Hispania reliquit] Hasdrubali fratri, viro impigro Hispaniam provinciam destinat: firmatque eam Africis maxime præsidiis; peditum Afrorum undecim millibus octingentis quinquaginta; Liguribus trecentis; Balearibus quingentis. Ad hæc peditum auxilia additi equites Libyphœnices, mistum Punicum Afris genus, trecenti: et Numidæ, Maurique, accolæ Oceani, ad mille octingentos, et parva Ilergetum manus ex Hispania ducenti equites; et ne quod terrestris deesset auxilii genus, elefanti quatuordecim: classis præterea data ad tuendam maritimam oram, quia qua parte belli vicerant, ea tum quoque rem gesturos Romanos credi poterat: quinquaginta quinqueremes, quadriremes duæ, triremes quinque; sed aptæ instructæque remigio triginta et duæ quinqueremes erant, et triremes quinque. *Idem.*

Saltum Pyrenæum transiit] Ἦγε διὰ τῶν Πυρηναίων λεγομένων ὀρῶν. Polyb. Postquam per Pyrenæum saltum traduci exercitus cœptus est. Livius. Vide Appian. Ἀννιβαϊκῇ. *Lamb.* Transit autem per saltum Pyrenæum et ipsam Celticam, quæ nunc vocatur Gallia; ut olim speciatim Romania. Saltum Pyrenæum vocat Nepos, quem Ptolemæus Πυρήνην, id est, montem illum, qui Hispaniam a Gallis dividit, et ad Occidentalem late Oceanum se extendit. Legendi passim antiquissimi Geographi. Apud Stephanum est Πυρήνη, unde Silio Pyrene. Cæterum accidit hic Hannibalis transitus per saltum illum post dejectos Celtiberos et Afros, ut videre est in Appiano et aliis. *Keuchen.*

Cum omnibus incolis conflixit] Exstat hujus rei longa narratio apud Polybium lib. III. et Livium XXXI.

Alpes] Quæ Pœninæ ab Hannibale denominatæ sunt. Plin. Nat. Hist. l. III. 17. Et Paulus Warnefridus de gestis Longob. lib. II. 18. ait: Alpes Apenninæ dictæ sunt a Punicis, hoc est, Hannibale et ejus exercitu. *Ernst.* Rejecit tamen hanc opinionem Livius XXI. 38. *Bosius.*

Quæ Italiam ab Gallia sejungunt] Quam in promontorio quodam militibus suis ostentabat. Livius. Apud Herodianum: μέγιστα ἐκεῖνα ὄρη, καὶ οἷα οὐκ ἄλλα ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς γῇ, ἐν τείχους σχήματι περίκειται, καὶ προβέβληται Ἰταλίας.

Præter Herculem Graium] Ammian. lib. XV. 'Primam [per Alpes viam] Thebanus Hercules, ad Geryonem exstinguendum et Tauriscum lenius gradiens, prope maritimas composuit Alpes.' Silius Ital. 'Primus inexpertas adiit Tirynthius arces:' unde apud Livium se æmulum Herculis itinerum jactabat Hannibal. Herculi 'res ea virtutis admirationem et immortalitatis fidem dedit:' ut loquitur Justinus; et 'Annibalis per

Alpes transitum in portento prope a majoribus habitum,' scribit Plinius. Ergo æmulus Herculis itinerum Hannibal, non tamen ut alter ab ipso fuerit in tranandis Alpium montibus. Quod mendacio non carere tradidit Polybius, lib. III. *Keuchen.*

Quo facto is hodie saltus Graius] Ergo ab Hercule Graio saltus Graius, sive Herculeus. Vide Plin. III. 17. et 20. Herculis transitus multa vestigia indicantur; Herculis Monœci portus, et harum Alpium nomen, et Lepontii ita dicti creduntur, quod ab Hercule eo loco relicti fuerint: auctor Simlerus. Ita Herculea via apud Aristotelem de admirandis, quæ ducit ex Italia per Galliam usque ad Celtiberos. Et Alpium Graiæ fauces, quibus ipsum transiisse memorant Pœni. In Tungris adhuc Herculis vetustissimum sacellum, ut supra januam effigies ostendit, et alia monumenta, quæ Herculem Graium repræsentant. *Keuchen.*

Transitum concidit] Incredibili labore et industria. Quippe ad minuendam rupem, per quam via una esse poterat, ducti milites, cum cædendum esset saxum, arboribus circa immanibus dejectis struem ingentem lignorum faciebant; eamque cum et vis venti apta faciendo igni coorta esset succendebant, et ardentia saxa infuso aceto molliebant. Livius. Et hæc est illa via, ἣ καὶ νῦν ἔστιν ἐπὶ τῶν ὁδῶν ἐντριβὴς, καὶ καλεῖται δίοδος Ἀννίβου, ut tradit Appianus. Loquitur de Cremonis jugo, ubi transgressus Hannibal. Alii Penninum vocant, vel Pœninas. Sic Franciscus I. Gallorum Rex, per easdem Alpes inusitatum iter curulibus tormentis aperuit. Jovius in Leone X. Quales Turcæ in Germaniam irrumpentes anno Christi MCLXXXVII. *Sabellicus*, Ennead. X. 7. *Transitu* V. C. atque hoc melius. *Alpinos* malit Lambinus.

Effecitque ut ea elephantus] T. Livius: 'Ita torridam incendio rupem ferro pandunt, molliuntque anfractibus modicis clivos, ut non jumenta solum, sed elephanti etiam deduci possent.' Mos præliandi cum elephantis frequens antiquis Regibus. Hos contra Romanum exercitum primus in Lucania Pyrrhus Rex eduxit. Postea Hannibal in Africa, Rex Antiochus in Oriente, Jugurtha in Numidia, copiosos habuerunt: adversus quos diversa sunt excogitata arma. De elephanto enim ὅσος ἐς ἔργα καὶ ἀνδρῶν χρείας, non χεῖρας, ut sine sensu alii emendaverunt.

Ornatus] Gifanius ita correxerat, secutusque est indice Cl. Puteano Lambinus. Schottus ex suis membranis præfert *oneratus*, accipitque pro onustus. Ast ego pertendo istud *oneratus* esse suppositum ab ignorante scriba pro *ornatus*. Nam elephas ornatus multum ab onerato differt. Jumenta dorsuaria, κτήνη φορτηγὰ, ut cameli et muli, &c. onerantur: elephanti vero ornantur, armantur, ipsi et armatis implentur. Quid plura? præstantissimi quique scriptores hoc modo consueverunt. *Gebhard.*

Hac copias traduxit] Per montem Jovis, quem vulgo Cinisum appellant, Gebennas versus tendens, partem ejus rupiolæ, quam et Durandum vocant, unde ex altero latere flumen Druentia, altero exitus in Taurinos. Id videtur sentire Plutarchus. *Machaneus.*

Pervenit] Quinto mense a Carthagine nova (ut quidam auctores sunt) quinto decimo die Alpibus superatis. Livius XXI. Neque aliter Polybius: Τέλος δὲ τὴν μὲν πᾶσαν πορείαν ἐκ Καινῆς πόλεως ἐν πέντε μησὶ ποιησάμενος, τὴν δὲ Ἄλπεων ὑπερβολὴν ἡμέραις πεντεκαίδεκα. *Lambin.*

CAP. 4. *Apud Rhodanum*] Atqui, neque Polybius, neque Livius, neque ulli alii, quod sciam, tradiderunt, P. Cornelium Consulem cum Hannibale ad Rhodanum conflixisse. Nam tri-

duo antequam ad Rhodanum venisset Scipio, transierat flumen Hannibal, teste Polybio, cujus hæc verba sunt: Οὐ μὴν, ἀλλὰ Πόπλιος μὲν ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς, ἡμέραις ὕστερον τρισὶ τῆς ἀναζυγῆς τῆς Καρχηδονίων παραγενόμενος ἐπὶ τὴν τοῦ ποταμοῦ διάβασιν, καὶ καταλαβὼν ὡρμηκότας τοὺς ὑπεναντίους, ἐξενίσθη μὲν ὡς ἐνδέχεται μάλιστα· πεπεισμένος οὐδέ ποτ' ἂν αὐτοὺς τολμῆσαι τῇδε ποιήσασθαι τὴν εἰς Ἰταλίαν πορείαν, διὰ τὸ πλῆθος. Titus Livius: 'P. Cornelius Cos. triduo fere postquam Hannibal ab ripa Rhodani movit, quadrato agmine ad castra hostium venerat, nullam dimicandi moram facturus. Cæterum ubi deserta munimenta videt, ad mare ad naveis rediit; tutius faciliusque ita descendenti ab Alpibus Hannibali occursurus.' *Lambin.* Auctor is, qui librum de Viris Illustribus conscripsit, tradit apud Ticinum, qui Galliæ Cisalpinæ fluvius, cum P. Scipione conflixisse Hannibalem. Quo tempore de Scipione actum fuisset, ni periclitantem patrem servasset prætextatus admodum filius. Atqui hic quidem primi impetus turbo, qui inter Padum et Ticinum valido fragore detonuit. Florus.

Cum hoc eodem de Clastidio] Quod oppidum est Polybio et Straboni. Apud Livium est, uno in loco Ligurum, altero Gallorum. Ortelius. Sed non videtur huic voci hic locus esse. Nam primum, quid est, 'apud Padum Clastidio decernit?' sic enim habent omnes libri vulgati: nonne satis est dixisse, *apud Padum decernit*; quemadmodum supra dixit, 'apud Rhodanum;' infra, 'apud Trebiam?' Putabam, si hæc vox non est aliunde inculcata (quod mihi fit verisimile, ideoque delendam arbitror) aliquid deesse, et legendum, *non longe a Clastidio.* Nam Livius tradit, Hannibalem statim post illam pugnam, ad Clastidium vicum, quo magnam vim frumenti Romani congesserant, partem sui exercitus misisse, quod inopia frumenti laboraret; brevique post tempore, nummis aureis quadringentis P. Brundisino præsidii præfecto corrupto, Hannibali Clastidium esse traditum. *Lambin.* Quod primum fuit Scipionis cum Hannibale prælium. Livius.

Saucium inde ac fugatum] Livius: 'Auxitque paverem Consulis vulnus, periculumque intercursu tum primum pubescentis filii propulsatum.' Florus Epitoma: 'Tunc Scipione duce fusus exercitus, saucius etiam ipse venisset in manus hostium imperator, nisi protectum patrem prætextatus admodum filius ab ipsa morte rapuisset.' *Lambin.* Cæterum fallitur memoria Plinius, dum apud Trebiam hæc accidisse scribit, quod contra aliorum fidem. Nec patrem filius ab ipsa morte liberavit, ut tradit Florus, sed servus quidam, de quo verum esse filiale illud patrocinium, fama obtinuit. *Keuchen.*

Ti. Longo] Id est, Tiberio Longo. Sic autem legendum; non, ut vulgo, Tito Longo. Ita eum Polybius nominat, itemque in Fastis Tiberius appellatur:

BELLVM PVNICVM SECVNDVM.
P. CORNELIVS. L. F. L. N. SCIPIO.
TI. SEMPRONIVS LONGVS.

Apud Livium tamen Titus dicitur, sed mendose. *Lambin.* Hic Tiberius Sempronius Longus initio belli Punici secundi Cos. cum P. Cornelio Scipione conflixit. *Schott.* Atque idem Consul ex Sicilia accersitus fuit, ut duo exercitus jungerentur. *Machan.*

Apud Trebiam] Alii Contrebiam vocant. Virgilius Æneid. VII. Mutuscam indigitat. Ubi Servius: 'Hæc Trebia postea dicta est, quam modo Tribulam dicunt; apud quam Annibal delevit populum Romanum.'

Utrosque profligavit] Si modo interfuerit prælio illi Scipio; ut qui nondum satis firmus erat ex vulneribus superiore prælio acceptis. Neque

illum Polybius et Livius in hoc appellant. Contra Appianus 'Αννιβαϊκῇ· Σικελίαν δὲ αὐτοῖς ἑπόμενος καὶ παρακαλῶν, ὀλίγου μὲν ἐδέησε τρωθεὶς διαφθαρῆναι, μόλις δ' ἐς Κρεμῶνα διεσώθη φερόμενος. Tantus autem terror ex hac clade Romam perlatus est, ut jam ad Urbem crederent infestis signis hostem venturum; nec quicquam spei aut auxilii esset, quo a portis mœnibusque vim arcerent. Uno Consule (aiebant) ad Ticinum victo, altero ex Sicilia revocato, duobus Coss. duobus Consularibus exercitibus victis, quos alios duces, quas alias legiones esse, quæ arcesserentur? Neque tamen hæc Hannibalis victoria ei admodum læta fuit; propterea quod nix et frigus et turbulenta tempestas multos homines, plurima jumenta, et elephantos prope omnes consumpsisset. Polyb. Livius. Sed duo prælia commissa sunt, antequam ad Ligures Hannibal perveniret, et in utroque Romani, Sempronio duce, superati sunt. Tradit enim Livius, Sempronium priore prælio superatum, Romam venisse, deinde cum Roma in castra rediisset, ad Placentiam rursum cum Hannibale conflixisse. *Lamb.*

Inde per Ligures] T. Livius: 'Secundum eam pugnam Hannibal in Ligures, Sempronius Lucaniam concessit.' Ligures imis Alpium jugis adhærebant inter Varum et Macram flumen. Tutum locis et fuga, durum atque velox genus, ex occasione magis latrocinia, quam bella faciebat. Florus. Cæterum iste Ligurum tractus inter Varum et Macram flumen latius patuit, quam tradidit Florus. Quippe trans Alpes ad Rhodanum usque gens illa occupavit olim omnem Galliam Narbonensem. Vide antiquissimam Geographiam.

Apenninum] Qui mons longissimi tractus, Italiam secundum longitudinem ejus dirimens. Addit Livius, in transitu Hannibalem adeo atrocem tempestatem adortam esse, ut Alpium fœditatem prope superarit. 'Vento mistus imber [Historici verba sunt] cum ferretur in ipsa ora, primum, quia aut arma emittenda erant, aut contra enitentes vertice intorti affligebantur, constitere; deinde, cum jam spiritum intercluderet, nec reciprocare animam sineret, aversi a vento parumper consedere. Tum vero ingenti sono cœlum strepere, et inter horrendos fragores micare ignes; capti auribus et oculis metu omnes torpere.' *Lambin.*

Adeo gravi morbo afficitur oculorum] T. Livius lib. XXII. 'Ipse Hannibal æger oculis, ex verna primum intemperie variante labores frigoraque; elephanto, qui unus superfuerat, quod altius ex aqua exstaret, vectus: vigiliis tamen, et nocturno humore, palustrique cœlo gravante caput, et quia medendi nec locus nec tempus erat, altero oculo capitur.' Polybius lib. III. 'Αννίβας δὲ μόλις ἐπὶ τοῦ περιλειφθέντος θηρίου διεσώθη μετὰ πολλῆς ταλαιπωρίας· ὑπεραλγὴς ὢν διὰ τὴν βαρύτητα τῆς ἐπενεχθείσης ὀφθαλμίας αὐτῷ, δι' ἣν καὶ τέλος ἐστερήθη τῆς μιᾶς ὄψεως, οὐκ ἐπιδεχομένου τοῦ καιροῦ καταμονὴν ἢ θεραπείαν, διὰ τὸ τῆς περιστάσεως ἀδύνατον. *Lambin.*

Ut postea nunquam dextro æque bene usus sit] Quod dehonestamentum oris, quidam simii posteriorum ducum ad gloriam sibi trahebant. Tacit. Histor. lib. IV. 13. 'Sed Civilis, ultra quam barbaris solitum, sollers ingenio, et Sertorium se aut Hannibalem ferens simili oris dehonestamento.' Vide eundem Ann. lib. II. 9. III. 20. de Decrio: Justinum IX. de Philippo. *Gebhard.* Unde Satyricus X. 'O qualis facies, et quali digna tabella, Cum Getula ducem portaret bellua luscum!' De quo somnium ejus refert Val. Maximus lib. I. 7. Vide et in Fabio Plutarchum: plures istiusmodi μονοφθάλμους duces invenias: Philippum Macedonum regem, de quo Gellius II. 27. *Schott.*

Lecticaque ferretur] Mos solitus affectis Ducibus. De Scipione Livius XXIV. De Mermece Agathias II. De Lutatio Consule Val. Maximus II. 8. De Eumene Polyænus et Plutarchus. De Numeriano Vopiscus. De Alexandro Curtius VII. Quod inter laudes humanitatis ac beneficentiæ Tiberianæ commemorat Velleius Paterc. II. *Gebhard.*

C. Flaminium Consulem] Hominem turbulentum et multitudinis assentatorem, ad res bellicas natura ineptum. Appianus: Καὶ αὐτὸς ὢν ἀπειροπόλεμός τε, καὶ εἰς ἀρχὴν ἀπὸ δοξοκοπίας ᾑρημένος. Adi Polybium et alios. Titus Livius: 'Consul ferox ab consulatu priore, et non modo legum, aut patrum majestatis, sed ne Deorum quidem satis metuens erat.' *Lamb.* Ergo C. Flaminius, (non Flamininus) iterum Consul erat, quo tempore ipsum, ad Trasimenum, adoriebatur Hannibal. Iste consulatus incidit in annum Urbis Cond. DXXXVI. quando ipsius Collega fuit Cn. Servilius Geminus, qui in prælio occisus est. *Schott.*

Apud Trasimenum] Λίμνην appellant Polybius et Appianus, qui et πλεστίνην vocat in Annibalicis. Apud Livium est *Trasumenus*, pro quo alii *Trasimenus*. Florus II. 6. 'Trasimenus lacus tertium fulmen Hannibalis, imperatore Flaminio.' Sed et antiqui *Trasumenius* scribebant aut *Trasymenius*. Quomodo apud Quintilianum legendum esse, lib. I. cap. 5. docet Claudius Salmasius; ubi perperam *Thrasomenum* pro *Thrasumeno*. Keuch.

Cum exercitu] In hac pugna Livius, Polybium secutus, quindecim millia Romanorum in acie cæsa esse tradit: decem millia sparsa fuga per omnem Etruriam diversis itineribus Romam petiisse: sex millia primi agminis per adversos hostes eruptione facta, ignaros omnium, quæ post agerentur, ex saltu evasisse: et cum in tumulo quodam constitissent, clamorem modo ac sonum armorum audientes, quæ fortuna pugnæ esset, neque scire, neque perspicere præ caligine potuisse. Inclinata denique re, cum calescente sole depulsa nebula aperuisset diem, tum liquida jam luce montes camposque patentes fœde Romanam aciem ostendisse. Itaque, ne in conspectos procul immitteretur eques, sublatis raptim signis, quam citatissimo poterant agmine, sese abripuisse. Postero die, cum super cætera extrema fames etiam instaret, fidem dante Maharbale, qui cum omnibus equestribus copiis nocte consecutus erat, si arma tradidissent, abire cum singulis vestimentis passurum, sese dedidisse: quam Punica religione servatam fidem ab Hannibale esse, atque in vincula omnes conjectos. Hæc est (inquit ille) nobilis ad Trasimenum pugna, atque inter paucas memorata P. R. clades. *Lambin.*

Insidiis circumventum] Hæc ars nova fuit Punicæ fraudis, qua palustribus virgultis tectus eques terga subito pugnantium invasit. Quæ tamen non adhibita fuit ab Hannibale in hoc prælio ad Thrasimenum lacum, sed in altero ad Trebiam flumen; ut doctissime notavit ad Florum suum Magnus Salmasius. In hac quippe ad Thrasimenum pugna, nihil aliud fraudis commentus est Pœnus, nec aliud curavit, quam ut clausum lacu et montibus, copiisque suis circumfusum haberet hostem. Eumque sic circumclusum militi suo ad satietatem præbuit cædendum. Hæc ille *Salmasius.*

Occidit] Verba Polybii disertim testantur, Flaminium non ab Hannibale, sed a Gallis in eadem pugna interemptum. Ἐν ᾧ καιρῷ καὶ τὸν Φλαμίνιον αὐτὸν, δυσχρηστούμενον καὶ περικακοῦντα τοῖς ὅλοις, προσπεσόντες τινὲς τῶν Κελτῶν ἀπέκτειναν. Prædixerant fato Ducis ac cladi imminentem casum prodigiosa signa; in castris di-

laniana lupus, qui intactus evaserat; in arbore prætoria examen apum; ab humo prodire nolentes aquilæ; Consulis casus supra cespitantis equi caput evoluti, cum in eum insiluisset; adhoc ingens commissam aciem secutus terræ tremor, et multarum urbium ruina. Vide Livium et Florum, quorum historiam qui cognovit, vix huic ignoverit. *Keuchen.*

C. Centenium] Quem alii vocant Centronium. Polyb. Livius. Vel Marcum Centenium, non Caium. Plutarch. Hic a Cn. Servilio altero Consule, audito Hannibalis in Etruriam transitu, præmissus fuerat. Polyb. Livius a Senatu ipsum contra Hannibalem præmissum, refert. Quo modo Auctor vitæ Annibalis apud Plutarchum. *Mag.*

Prætorem] Vel proprætorem. Liv. Quemadmodum Prætorem et Consulem indifferenter dixit. 'Veteres,' inquit Pedianus, 'omnem magistratum, cui pareret exercitus, Prætorem appellarunt.' Vel Imperatorem. Sic Imperator idem quod Prætor, sive ἡγεμὼν, aut στρατηγὸς, ut notat Justinianus in Novellis. Proprætores secunda notione dicebantur, qui ex privatis ad bellum gerendum, non ad gubernandam provinciam mittebantur, id est, qui Prætores erant, sive exercitus sui præfecti, qualis iste Centenius. *Keuchen.*

Cum delecta manu] Cum quatuor equitum millibus. Polyb. Livius. Sex equitum millibus. Appian. Vel octo. *Idem.*

Saltus occupantem] De quibus legendus Appianus. Hannibal per itinerum duces et speculatores inquirit in juga montium prærupta, et viarum anfractus. Sub noctem expeditos emittit milites, ut montem circumirent, et inter illos Maharbalem. Post, ubi circuitus ex tempore conjecit, citato cursu in Centenium facit impetum. Ubi diu Mars varius, exitusque ipso mirabilis. Tandem Maharbal, ubi inclinare socios ad hostem videt, ardentibus animis injicit clamorem, virtutemque inflammat sono. Spes inde Pœnis, metus hostibus. Qui, nescio, utrum victoriis magis fuerint elati, an illi virtutum experimentis speciosiores. 'Ρωμαίων δὲ εὐθὺς ἦν φυγὴ καὶ φόνος κεκυκλωμένων· καὶ τρισχίλιοι μὲν ἔπεσον, ἐκτακόσιοι δ' ἐλήφθησαν· οἱ δὲ λοιποὶ μόλις διέφυγον. *Keuchen.*

Hinc in Apuliam pervenit] Imo Cannas, quæ sunt ignobilis Apuliæ vicus, juxta Aufidum amnem. Cannam etiam ibi amnem fuisse ex carmine Marcii vatis, quod recitat Livius l. xxv. colligitur, idemque ex verbis ipsis Livii discitur. In carmine sic habetur: 'Amnem Trojugena Cannam Romane fuge, ne te alienigenæ cogant in campo Diomedis conserere manum.' Subjicit post totum carmen recitatum Livius: 'Et Diomedis Argivi campos, et Cannam flumen, qui militaverant in iis locis juxta atque ipsam cladem agnoscebant.' Ubi tamen Cannensem pugnam idem auctor describit, Cannæ fluminis nullus meminit. Cannas quasdam prope Carthaginem collocat Stephanus: Εἰσὶ καὶ Κάνναι διὰ δύο ν πλησίον Καρχηδόνος, τὸ ἐθνικὸν Καναῖος καὶ Καναία. Nescio an has Cannas designare voluerit, et per errorem ex Apulia in Africam transtulerit. *Salmas.*

Ibi obviam ei venerunt duo Consules] Præpostere narrantur hæc a Probo. Nam prius Q. Fabius Maximus dictator creatus est, quam C. Terentius Varro et L. Paullus Æmilius Consules: priusque dictator Hannibali se opposuit, quam hi Consules; ut tradunt Polybius, Livius, Appianus, Florus. *Lambin.*

C. Terentius Varro et L. Paullus Æmilius] Editio Parisina: *C. Terentius et L. Æmilius.* De utriusque natura disertim Appianus in Hannibal. Ὑπάτους τε αἱροῦνται ἐκ μὲν δόξης πολεμικῆς Λεύκιον Αἰμίλιον τὸν Ἰλλυριοῖς πο-

λεμήσαντα, ἐκ δὲ δημοκοπίας Τερέντιον Οὐάῤῥωνα, πολλὰ αὐτοῖς ἐκ τῆς συνήθους δοξοκοπίας ὑποσχνούμενον. Marmor Romanum de triumphis hujus Æmilii:

L. ÆMILIVS L. F. PAVLLVS
COS. II. CENS. AVGVR.
TRIVMPHAVIT TER.

Vir fuit in tantum laudandus, in quantum intelligi virtus potest. Vide Velleium, et Auctorem qui vitas conscripsit De Viris Illustribus. *Keuch.* Hic in pugna occubuit iterum Cos. A. U. C. 537.

Utrinque exercitus uno prælio fugavit] Atqui hoc quartum et pœne ultimum vulnus imperii. Florus. Pugnam Cannensem et ejus eventum multis verbis exponunt Polybius et Livius, quæ longum sit referre. Hæc summa est: Cæsa sunt eo prælio Romanorum quadraginta quinque millia, cum Paullo Consule, et Senatoribus LXXX. Consularibus atque prætoriis aut ædilitiis triginta. *Lambin.* Alii quadraginta millia peditum tantum, eorumque Romani nominis, ad Cannas cæsa volunt. Nam equitum præterea duo millia et septingenti. Sociorum vero æquata cædes. Livius: 'Quadraginta millia peditum, duo millia septingenti equites, et tanta prope civium sociorumque pars cæsi dicuntur.' Significat ex sociis et civibus æquam partem cecidisse. Romani tum exercitus ex civibus et sociis constabant. Auxilia ex sociis proprie dicebantur legiones Romanorum civium. Exercitus sociorum plerumque numero æquabat legiones Romanas. Livius: 'Data pro quinque octo millia militum, pars dimidia cives, pars socii.' Utrum igitur verbis illis, quæ supra posuimus, quadraginta millia civium cæsa et totidem sociorum significat Livius, an ex quadraginta millibus quæ feruntur occisa, æquam partem civium et sociorum interemptam innuit? Hoc verius. *Salmas.*

L. Paullum consulem occidit] Anno ab U. C. DXXXVII. *Schott.* Quo tempore agebat secundum Consulatum. Verba morientis ad Cn. Lentulum perstringit Livius Ann. lib. XXII.

Cn. Servilium Geminum] Sic legendum ex Polybio, T. Livio, Appiano, Fastis; non, ut vulgo, *P. Servilium Geminum.* Atqui una cum eo occisus est collega ejus M. Atilius Regulus. Unus Terentius Varro salvus evasit sua fuga. Polybius: Ὀλίγοι δέ τινες εἰς Οὐενουσίαν διέφυγον· ἐν οἷς ἦν καὶ Κάϊος Τερέντιος, ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς ἀνὴρ, αἰσχρὰν μὲν τὴν φυγὴν, ἀλυσιτελῆ δὲ τὴν ἀρχὴν τὴν αὐτοῦ τῇ πατρίδι πεποιημένος. Appianus: Ὁ δὲ φαυλότατός τε, καὶ συμφορῶν αἴτιος, [de Varrone loquitur] ἀρχομένης τῆς τροπῆς ἐπεφεύγει. Idem paulo post, fugam a Varrone ortam esse tradit, his verbis: Καὶ ὁ Τερέντιος αὐτοῖς ἐξῆρχε τῆς φυγῆς. *Lambin.* Hinc apud Florum: 'Ducum effugit alter, alter occisus est: dubium uter majore animo. Paullum puduit, Varro non desperavit.'

Cn. Servilium Geminum] Ita diserte in nostris membranis: depravate enim antea datum Publii prænomen, Fastis Capitolinis reclamantibus. *Schottus.* Ms. Boecleri, *P. Servil. Geminium.*

Qui anno superiore fuerat Consul] Cum M. Attilio Regulo. Incidit Consulatus iste in annum Urbis Conditæ DXXXVII. Nec dubium est, quin anno sequenti interemptus sit Cn. Servilius Geminus. Qui fuit Urbis DXXXVIII. quo contigit famosa illa clades ad Cannas. *Keuchen.*

CAP. 5. *Romam profectus est*] Falsum. Hannibal enim post pugnam Cannensem castra ex Apulia in Samnium movit. Liv. Et magna Græcia potitus est. Polybius. Tradit Appianus, tum demum Hannibalem Romam contendisse, cum se Capuam frumentum et subsidium intromittere obsidionemque solvere posse desperasset. *Lambin.* Vide sis non uno loco Livium, libro XXII. XXIII.

XXVI. XXX. 'Dubium deinde non erit [inquit Florus] quin ultimum illum diem habitura fuerit Roma, quintumque intra diem epulari Annibal in Capitolio potuerit, si (quod Pœnum illum dixisse Adherbalem Bomilcaris ferunt) Annibal quemadmodum sciret vincere, sic uti victoria scisset. Quum victoria posset uti, frui maluit; relictaque Roma, Campaniam Tarentumque peragrare; ubi mox et ipse et exercitus ardor elanguit: adeo, ut verum dictum sit; Capuam Annibali Cannas fuisse.' Cæterum, quod relicta Roma in Campaniam flexit, non eo id fecit animo ac proposito, ut delitiis Campanis frueretur, sed voto ac spe nobilissimæ urbis capiundæ Capuæ, quæ duarum tum toto orbe maximarum, Romæ et Carthaginis, erat æmula. In Annibale autem duo præcipue notata ac reprehensa Ducis magni peccata a peritis artium militarium: quod ex Cannensi acie non recta Romam duxisset; et quod in hiberna Capuam militem misisset. Ac posterius quidem hoc peccatum majus illis visum priore. Nam mora et cunctatione tum peccasse tantum videri potuit, quæ victoriæ dilationem attulerit: hic secundus error inhabilem ad vincendum prorsus reddidit, viresque ademit. *Salmasius.*

In propinquis urbis montibus] Ad Anienem flumen, ubi instructis utrinque exercitibus in ejus pugnæ casum, in qua urbs Roma victori præmium esset, imber ingens grandine mistus ita utramque aciem turbavit, ut vix armis retentis in castra sese receperint; nullius rei minore, quam hostium metu. Et postero die eodem loco acies instructas eadem tempestas diremit. Liv. XXVI.

Reverteretur Capuam] In hyberna. Ibi partem majorem hyemis exercitum in tectis habuit. Ut verissime modo cum Floro dictum sit; 'Capuam Hannibali Cannas fuisse:' quod desumptum ex Oratione Marcelli ad milites. Exstat illa apud Livium XXIII.

Q. Fabius Maximus] Cunctator, Verrucosus, Ovicula. Auctor Viror. Illustr. Plutarch. in Vita. Maximi cognomen principium habuit in hac familia ab eo primum, qui omnem turbam excretam in quatuor tribus conjecit, easque urbanas appellavit, et instituit equites Idibus Quintil. transvehi. *Machaneus.*

Dictator] Factus post pugnam ad Trasimenum lacum commissam, ante Cannensem, et Paullum Æmilium et Terentium Varronem Coss. nempe Cn. Servilio Gemino et M. Attilio Regulo Consulibus. De qua dictatura plura Polybius libro III. *Lambin.* Præerat autem equitibus magister equitum, dictator legionibus et toti exercitui; eratque summus magistratus in Urbe Romana, sine provocatione, et tantum semestris.

In agro Falerno] Auctor de Viris Illustribus in vita Fabii: 'Annibalem in agro Falerno inclusit.' Florus lib. II. 'Itaque per Samnium totum, per Falernos Gauranosque saltus sic maceravit Annibalem, ut qui frangi virtute non poterat, mora comminueretur.' Contigit hoc anno Urbis DXXXVI. qui quartus ab occentu sericis, de quo Val. Max. lib I. 1. *Keuchen.*

Hinc clausus locorum angustiis] Quos τόπους στενοὺς vocat Polybius, id est, *angusta loca.* 'Inclusus inde videri Hannibal,' (Livii verba sunt,) 'et ad Casilinum obsessus; cum Capua et Samnium, et tantum a tergo divitum sociorum Romanis commeatus subveheret: Pœnus contra intra Formiana saxa ac Linterni arenas stagnaque perhorrida situ hibernaturus.' Lege Appianum in Annibalicis.

Sine ullo detrimento exercitus] Τήν τε δύναμιν διεκόμισε διὰ τῶν στενῶν μετ'

ἀσφαλείας, καὶ τὴν λείαν, λελοιπότων τοὺς τόπους τῶν παραφυλαττόντων τὰς δυσχωρίας. *Polyb.*

Callidissimo Imperatori] Quantus ille Imperator fuerit, exponit monumentum, quod produxit Streinius. Libet heic inserere ob nomina et titulos et triumphos: Q. FAB. MAX. DICTATOR BIS. COS. V. CENSOR. INTERREX II. ÆD. CVR. Q. II. TRIB. MILITVM. PONT. AVGVR. PRIMO CONSVLATV LIGVRES SVBEGIT. EX HIS TRIVMPHAVIT. TERTIO ET QVARTO ANNIBALEM COMPLVRIBVS VICTORIIS FEROCEM SVBSEQVENDO COERCVIT. DICTATOR MAGISTRO EQVITVM MINVCIO, CVIVS POP. IMPERIVM CVM DICTATORIS IMPERIO ÆQVAVERAT, EXERCITVI PROFLIGATO SVBVENIT, ET EO NOMINE AB EXERCITV MINVCIANO PATER APPELLATVS EST. CONSVL QVINTVM TARENTVM CEPIT. DVX ÆTATIS SVÆ CAVTISSIMVS, ET REI MILITARIS PERITISSIMVS HABITVS EST. PRINCEPS IN SENATV DVOBVS LVSTRIS FACTVS EST. *Callidissimus*] Sic Mss. et Veteres præter Venetos, qui *clarissimus* legunt. Supra in Timoleone, dicit Hannibalem 'calliditate' omnes in Africa natos præstitisse. *Savaro.* Infr. 'vidit vir omnium callidissimus.'

Obducta nocte] Longol. et Ultraj. editio *adducta*: minus recte. *Schott.*

Sarmenta in cornibus jumentorum deligata incendit] Lege Frontinum Strategem. I. Appianum in Hannibalic. Polybium III. Livium XXII. Post tertiam vigiliam εὐθέως ἐξῆγε τοὺς λειτουργούς, καὶ προσδεῖν ἐκέλευσε πρὸς τὰ κέρατα τοῖς βουσὶ τὰς λαμπάδας. Aderant autem λογχοφόροι, expediti milites, qui boves a tergo agitabant. Ubi concremato pabulo calor ad ima cornuum venit, velut furore stimulatos agebat. Hinc repente discursu, haud secus, quam sylvis montibusque accensis, omnia circum virgulta ardere; capitumque inquietatio flammam excitans, hominum passim discurrentium speciem præbebat. Qui ad transitus saltus insidendos locati erant, ubi in summis montibus, ac super se quosdam ignes conspexerunt, circumventos se esse rati, præsidio incessere, qua ingens emicabat flamma, velut tutissimum iter, petentes summa montium juga. Tum in quosdam boves palanteis a suis gregibus inciderunt: et primo cum procul cernerent velut flammas spirantium, miraculo attoniti constiterunt. Ita Livius. Cæterum opinantur nonnulli, illum terrorem, qui ex prodigioso isto objectu invaserat Romanos, fuisse πανικόν: quo κατασχεθέντες et stupefacti, ex præsidiis suis fugiebant. Quod neutiquam probabile: quippe causa suberat, saltem in speciem vera, quam præsidiarii per tenebras judicare non poterant. *Keuchen.*

Pari ac dictatorem imperio] Post prælium cum Annibale. Καὶ ἡ βουλή, ἐπανεληλυθότος ἐς τὸ στρατόπεδον ἤδη τοῦ Φαβίου, ἴσον ἰσχύειν αὐτῷ τὸν ἵππαρχον ἀπέφηνεν. Appian. in Annibalic. Res primæ originis, quam suffragatore Metello, consilio Varronis acquisivit a Senatu M. Minucius. Nunquam enim ante æquatum jus dictatoris et magistri equitum. Polybius: Καὶ δὴ δύο δικτάτορες ἐγεγόνεισαν ἐπὶ τὰς αὐτὰς πράξεις, ὃ πρότερον οὐδέποτε συνεβεβήκει παρὰ Ῥωμαίοις. Lege Orationem apud Livium, qua longis sermonibus Minucius Fabium apud suos criminatur. Exstat illa lib. XXII.

Perductum] Placet Codicis nostri scriptura, *productum*, pro illectum. *Schottus. Dolo perductum in prælio*] Bene habet hæc lectio: nec attendendus Schottus, qui præfert *productum*. Gebhard.

Iterum Consulem] Ἀνθύπατον vocat Appianus. Iterum Consul fuit anno Urbis Cond. DXXXXI. Olympiad. CLIV. 2. Ita Plutarch. in vita Gracchorum eum bis Consulem fuisse tes-

atur. Quo secundo Consulatu collega ejus fuit M. Juventius Helva, IↃ XC. ut in Fastis videre est. *Keuch.*

In Lucanis] Florus II. 6. 'Ausus et Sempronio Graccho duce per Lucaniam sequi, et premere terga cedentis.' Livius Decad. III. 5. 'Gracchum, jam nudatum præsidio, vivum capere Pœni nituntur. Cæterum ille, conspicatus Lucanum hospitem inter hostes, adeo infestus confertos invasit, ut parci ei sine multorum pernicie non posset. Exanimem eum Mago extemplo ad Annibalem misit, ponique, cum captis simul fascibus, ante tribunal imperatoris jussit. Hæc vera fama est. Gracchus in Lucanis ad campos, qui veteres vocantur, periit.' Vide sequentia, ubi varios de Gracchi morte sermones fuisse testatur. Alii in agro Beneventano prope Calorem fluvium interemptum volunt ab hostibus inter salicta latentibus. Sunt qui, aruspicum monitu quingentos passus e castris progressum, uti loco puro prodigia procuraret, ab insidentibus forte locum duabus turmis Numidarum circumventum, scribant. Adeo, nec locus, nec ratio mortis, in viro tam claro et insigni constat. Funeris quoque Gracchi varia fama est. Alii in castris Romanis sepultum a suis testantur. Alii in vestibulo Punicorum castrorum rogum ab Hannibale exstructum volunt; ob quem armatus exercitus, cum tripudiis Hispanorum et aliarum gentium, omni honore exequias celebrabat. Hæc tradunt, qui in Lucanis rei gestæ auctores sunt. Si illis, qui ad Calorem fluvium interfectum memorant, credere velis, capitis tantum Gracchi hostes potiti sunt. Eo delato ad Hannibalem, missus ab eo confestim Carthalo, qui in castra Romana ad Cn. Cornelium quæstorem deferret. Is funus imperatoris in castris, celebrantibus cum exercitu Beneventanis, fecit. Hæc Livius. Videtur tamen in posteriorem sententiam abire etiam Appianus. Verba ejus in Annibalicis: Αἰσχρῶς δ' αὐτὸν ἐνηδρευμένον, ἀγάμενος ὅμως τῆς τελευταίας ἀρετῆς, ἔθαψε, καὶ τὰ ὀστᾶ Ῥωμαίοις ἔπεμψεν.

Quinquies consulem] *Quinctum Consulem* reponendum puto, Varronis et Ciceronis auctoritate apud Agell. X. 1. Ex compendii, ut fit, nota *V. Cos.* librarius imperitus *quinquies* exscripsit. *Schottus.* Quod non improbo. Ita enim Appianus: Κλαύδιός τε Μάρκελλος ὁ Σικελίαν ἑλὼν, πέμπτον ὑπατεύων τότε, καὶ Τίτος Κρισπῖνος. Consul autem cum Tito Quinctio Crispino Marcellus fuit anno Romæ DXLV. ut constat ex Fastis. *Keuchen. Schottus.*

Apud Venusiam] Quæ Romanorum colonia fuit, inter Apuliam et Lucaniam. Velleius. Inter Hidruntem et Equum Tuticum. Antoninus. Hannibal apud Appianum παρῆλθεν ἀχθόμενος ἐς Θουρίους, κἀκεῖθεν ἐς Οὐενουσίαν.

Pari modo interfecit] Multis verbis narrat duorum Consulum cladem T. Livius Ann. XXVII. Uterque pari mortis genere interemptus. Κρισπῖνος μὲν ἀκοντίσμασι δυσὶ βεβλημένος. Et in eadem pugna Μάρκελλον δέ τις λόγχῃ πλατείᾳ διὰ τῶν πλευρῶν διήλασεν. Vide sis Appianum Ἀννιβαϊκῇ, et Plutarchum in Marcello.

Quare hoc unum satis erit dictum] Postrema vox de mendo suspecta est, et a Glossa irrepsisse apparet. *Schottus.*

Quamdiu in Italia fuit] Scilicet spatio annorum sexdecim. Justinus libro ultimo. *Mag.* Constat autem Hannibalem annos quindecim et eo amplius in Italia fuisse. T. Livius Ann. lib. XXX. dedisse tandem id (vacuam hostibus Italiam) Deos sextodecimo post demum anno: nec esse qui Diis gratias agendas censeat: 'Nec satis certum constare apud animos poterat, utrum gaudio dignius esset, Hannibalem post sextum decimum annum ex Italia decedentem, vacuam ejus possessionem reliquisse Pop. Romano, an magis metuendum,

quod incolumi exercitu in Africam trajecisset. Appianus: Ἀννίβας δὲ ἐπὶ Λιβύης ἀνήγετο ἑκκαίδεκα ἔτεσι πορθήσας τε τὴν Ἰταλίαν, καὶ τοὺς ἄνδρας ἐμπλήσας κακῶν μυρίων, καὶ ἐς κίνδυνον ἔσχατον πολλάκις συναγαγὼν, τοῖς δὲ ὑπηκόοις αὐτῶν καὶ συμμάχοις ἐνυβρίσας ὡς πολεμίοις. Idem ex Fastis intelligere licet. *Lambin.*

Cap. 6. *Hic invictus patriam defensum revocatus*] At Plinius in libro de Viris Illustribus, a Valerio Flacco repulsum, a Graccho et Marcello fugatum, et mox in Africam revocatum ait. *Mag.* Livius Ann. xxx. 'Nihil certe ultra rei in Italia ab Hannibale gestum. Nam ad eum quoque legati ab Carthagine, vocantes in Africam, iis forte diebus, quibus ad Magonem, venerunt. Frendens, gemensque, ac vix lachrymis temperans, dicitur legatorum verba audisse. Posteaquam edita sunt mandata: Jam non perplexe, inquit, sed palam revocant, qui vetando supplementum et pecunias mitti, jampridem retrahebant.' Vide sequentia.

Adversus P. Scipionis filium] Africanum. *Lambinus.* Cui tam grande de Africa nomen fata decreverant. Florus. Illud cognomen ex virtute fuit. Sallust. Sed notandum, commune illud fuisse duobus Scipionibus. Lege Sigonii 'Scipionem Æmilianum,' et Auctorem De Viris Illustribus. De utroque Florus ii. 6. 11.

Exhaustis jam patriæ facultatibus] Diuturno bello.

Bellum componere] Rem multis verbis exponit Livius Ann. xxx.

In colloquium convenit] Comparuit ad colloquium, de quo convenit habendo. *Jan. Gebhard.* Livius: 'Itaque, quanquam et ipse causa belli ejus erat, et adventu suo turbaverat pactas inducias et spem fœderum: tamen si integer, quam si victus, peteret pacem, æquiorem impetrari posse ratus, nuntium ad Scipionem misit, ut colloquendi secum potestatem faceret.' Sequitur mox, 'Cæterum Scipio cum colloquium haud abnuisset, ambo ex composito Duces castra protulerunt, ut coire ex propinquo possent.' In libro Strategematum Polyæni refertur animi magnitudo Scipionis adversus speculatores Carthaginenses. De quibus legendus etiam Appianus Συριακῇ.

Conditiones non convenerunt] Ταῦτα μὲν οὖν διαλεχθέντες αὐτοῖς Ἀννίβας καὶ Πόπλιος, ἐχωρίσθησαν, ἀξύμβατον ποιησάμενοι τὴν κοινολογίαν. Polybius xv. Ita infecta pace ex colloquio ad suos cum se recepissent, frustra verba pacata renuntiant: armis decernendum esse, habendamque eam fortunam, quam Dii dedissent. In castra ut est ventum, pronuntiant ambo, arma expedirent milites, animosque ad supremum certamen, non in unum diem sed in perpetuum, si felicitas adesset, victores. Roma an Carthago jura gentibus daret, ante crastinam noctem scituros. Neque enim Africam, aut Italiam, sed Orbem terrarum victoriæ præmium fore: par periculum præmio quibus adversæ pugnæ fortuna fuisset. Livius xxx. Florus ii. 6.

Apud Zamam] Livius xxx. et Polybius xv. post pugnam ad Adrumetum, apud Zamam conflixisse cum Scipione Hannibalem memorant. Μετὰ δέ τινας ἡμέρας ἀναζεύξας ἐκ τῶν περὶ τὸν Ἀδρύμητα τόπων προῆλθε, καὶ κατεστρατοπέδευσε περὶ Ζάμαν. αὕτη δ' ἐστὶ πόλις ἀπέχουσα Καρχηδόνος ὡς πρὸς τὰς δύσεις ὁδὸν ἡμερῶν πέντε. Zama, Urbs Africæ, quæ Ptolemæo Ἀζάμα. Sed corrupte: ut notarunt Latini interpretes. Dicta a זמר, quod canere significat. Quemadmodum fons in Africa ὁμώνυμος, ut tradit ex Vitruvio Isidorus lib. viii. 4. *Keuch.*

Cum eodem conflixit] Et victus fugit Hannibal. Anno U. C. ıↄ. ʟɪ. hæc gesta, apparet ex Fastorum tabulis. *Schott.*

Biduo et duabus noctibus] Polyb.

Ἀννίβας δὲ μετ' ὀλίγων ἱππέων κατὰ τὸ συνεχὲς ποιούμενος τὴν ἀναχώρησιν ἐς Ἀδρύμητα διεσώθη· πάντα τὰ δυνατὰ ποιήσας κατὰ τὸν κίνδυνον, ὅσα τὸν ἀγαθὸν ἔδει στρατηγὸν, καὶ πολλῶν ἤδη πραγμάτων πεῖραν εἰληφότα. Inde accitus Carthaginem sexto et tricesimo post anno, quam puer inde profectus erat. Livius.

Adrumetum pervenit] Ἀδρύμητα. Male igitur Longolius et quidam scribunt eduntque *Adrumentum*. Schott. Apud Strabonem est Ἀδρύμη. A multis cum spiritu scribitur, *Hadrumes*, *Hadrumetum*, et *Hadrumentum*. Vetus inscriptio: COLONIA CONCORDIA VLPIA TRAIANA AVG. FRVGIFERA HADRVMENTINA. In antiqua Geographia Ptolemæi urbs appellatur Ἀδρούμηττος. Apud Thucydid. est Ἀτραμύττος, pro quo Pausanias Ἀδραμύττιος. *Keuchen.* Origo verbi plane Punica est. חצר מות. Unde Arabice حصر موت apice in secunda litera suprascripto, ut sit *Hadramuth*. Est autem *Adramyt* ἔπαυλις Πλούτωνος. Nam *Mut* Pœnis erat *Pluto*. Joseph. Scaliger.

Reliquos] Malim *reliquias*, quamquam et illud defendi potest.

Novis delectibus, paucis diebus multos contraxit] Legendum, *novis dilectibus:* neque dubium est, quin libri manuscripti, si modo non sunt ipsi quoque mendosi, sic habeant. Contraxerat autem jam sex peditum millia, et equites quingentos in urbe Marthama, ut tradit Appianus Λιβυκῇ. *Lambin.*

CAP. 7. *Carthaginienses bellum cum Romanis composuerunt*] Auctoritate Hannibalis. Appian. Incidit pax illa in annum Romæ conditæ IↃ. LII. Cn. Cornelio Lentulo et P. Ælio Pæto Coss. Livius et alii conditiones pacis cum P. Cornel. Scipione referunt. *Schott.* Cui lege Curiata, et CXX. legatorum sententia, paciscendæ cum Pœnis conditiones permissæ erant. Bellum his legibus compositum: ut Pœni liberi haberent αὐτονομίαν: quas urbes, quosque agros, quibusve finibus ante hoc bellum tenuissent, tenerent: perfugas, fugitivos, captivos omnes, et II. stratas naves præter X. triremes traderent, elephantosque, quos haberent domitos, neque domarent alios: bellum neque in Africa neque extra Africam injussu P. R. gererent: Masinissæ res redderent, fœdusque cum eo ferirent: decem millia talentum argenti descripta pensionibus æquis in an. L. solverent: obsides centum arbitratu Scipionis darent. Ita Livius. Vide Dionis τὰ λείψανα περὶ πρεσβειῶν διαφόρων.

Resque in Africa gessit] Quas narrat Appianus Λιβυκῇ.

Usque ad P. Sulpicium et C. Aurelium Coss.] Qui annus tertius Olympiadis CXLII. Vel DXL. ab urbe condita. Livius Ann. XXXI. 'Anno quingentesimo quadragesimo ab U. Condita, P. Sulpicio Galba, C. Aurelio Cotta Coss. bellum cum Rege Philippo initum est, paucis mensibus post pacem Carthaginiensibus datam.' Cæterum initium magistratus P. Sulpicii fuit annus Romæ DLIII. Qui secundus consulatus ejus cum C. Aurelio Cotta. Vide sis Cassiodorum et Chronologos. *Keuch.* Legati Carthag. Romam venerunt, sed parum bona fide. Livius lib. XXX. 16. *Ernst.*

Ob eamque rem corona aurea eos donarent] De corona aurea ad Alcibiadem dictum est. Vide Passchalii opus, quod De coronis inscripsit. Mos iste Romanis usitatus, apud quos neque coronæ solum ipsæ donabantur, sed et alia donaria ad coronas.

Ut obsides eorum Fregellis essent] T. Livius Ann. XXXII. aliter: 'Petentibus iisdem, qui non reddebantur obsides, ut ab Norba, ubi parum commode essent, alio traducerentur, concessum, ut Signiam et Ferentinum transirent.' *Lambin.*

Cujus opera susceptum bellum esset] Pro culpa ac vitio, ut supra in Alcibiade Nepos, et Catullus in Passere: 'Tua nunc opera Flendo turgiduli rubent ocelli.' Et JC. furis *beneficio* rem abesse dicunt, pro culpa, *εὐφημίας* causa, ut puto; qua etiam ratione *beneficium* e Platonis Timæo vertit Cicero. *Schottus.*

Prætor factus est] Livius XXXIII. 'Horum in tam impotenti regno (neque enim civiliter nimiis opibus utebantur) Prætor factus Hannibal, vocare ad se quæstorem.' Justinus 'consulem' vocat lib. XXXI. Quod idem est. Nam a Pop. Carthaginiensi electus fuit Sufes. Sufes Pœnorum lingua summum magistratum denotat, quem constituebant Romæ Consules, apud Pœnos Sufetes. Meminit Seneca lib. de Tranquil. cap. 3. 'Non vis nisi Consul, aut Prytanes, aut Ceryx, aut Sufes administrare Rempublicam.' Vide Festum, ad quem Scaliger vocem a צפה deducens, idem esse vult, quod Græcis *ἔφορος*, sive *ἐπόπτης*, aut *ἐπίσκοπος*. Quippe non amplam tantum dignitatem, qualis in summo magistratu, *ὃν πάντες ὡς ἥρωα τιμῶσι*, sed et insignem sapientiam, qualis in magistratu esse debet, respicit. Inde Justinus Hannibalem vocat virum ad prospicienda cavendaque pericula peritum; nec minus in secundis adversa, quam in adversis secunda cogitantem: lib. XXXI. *Keuchenius.*

Postquam rex fuerat anno secundo et vigesimo] His improprie dictis Regibus accenseri possunt et filii, quibus regium nomen datum a patribus, regiam vim retinentibus. Talis is Darius fuit, quem pater Artaxerxes judicatum interfici jussit. Plutarchus Artaxerxe. *Grotius.*

Ut enim Romæ Consules, sic Carthagine quotannis annui bini reges creabantur] Quemadmodum Lacedæmoniis bini præfecti, mox bini Reges, nomine magis, quam imperio. Vide quæ ad Agesilaum notata sunt. Illud regimen multis gentibus commune. Apud Iberos bini deliguntur reges, alter qui jura dat, alter qui populis præest. Quod apud Achæos simile accepimus, ut binos prætores annuos sibi præficerent, qui publicas res simul et judicia curarent: aliquando decem, quos *δημιουργοὺς* vocabant. Alexand. ab Alexand. III. 3. Sed aliquando judicum ordo præfuit, qui rerum et personarum jus habebant apud Carthaginienses. Cæterum isti Reges annui Sufetes quoque nominabantur. Ut parum absit, quin iidem fuerint cum Prætoribus. Quemadmodum consulatus et prætura, proprie imperia dicebantur apud Romanos. Sed notandum Pœnorum Duces Regis quoque titulo fuisse insignitos. Quod ex Hannonis periplo liquet, cujus frons 'Hannonis Carthaginiensium regis.' Similiter Imilco 'Rex Carthaginiensium' apud Justinum et Orosium. Quod ex perpetua plerumque auctoritate obtinuerunt. Unde Procopius de bello Gothico lib. I. dicit, barbaros duces suos, reges vocare. *Keuch.* Apud Carthaginienses duo fuere Sufetes, id est, Judices, similes Consulibus Romanis, penes quos summa potestas in populum fuit, et plane regia, hoc uno dempto, quod duo essent; quem numerum binarium non admittit regius status, quia judicari a quoquam recusat, qui illum obtinet. At ubi duo sunt potestate et imperio æquales, unus ab altero postulari capitis et condemnari potest. Improprie itaque Probus Sufetes illos Carthaginienses Reges appellavit annuos; quia ne reges essent, duabus his rebus efficiebatur, et quod annui, et quod bini. *Salmasius.*

Ex novis vectigalibus, non solum ut esset pecunia] Livius XXXIII. 'Adjecit aliud, quod, bono publico, sibi proprias simultates irritavit. Vectigalia publica partim negligentia dilabebantur,

partim prædæ ac divisui principum quibusdam et magistratibus erant; quin et pecunia, quæ in stipendium Romanis suo quoque anno penderetur, deerat; tributumque grave privatis imminere videbatur. Hannibal postquam vectigalia quanta terrestria maritimaque essent, et in quas res erogarentur, animadvertit; et quid eorum ordinarii Reipubl. usus consumerent, quantum peculatus averteret; omnibus residuis pecuniis exactis, tributo privatis remisso, satis locupletem Rempubl. fore ad vectigal præstandum Romanis, pronuntiavit in concione, et præstitit promissum.' *Lambin.* Hinc orta Romæ est ab optimatum factione illa suspicio contra Hannibalem; ut qui in pace res novas, et cum Antiocho secreta belli consilia adversum Romanos moliretur. *Keuchen.*

Anno post præturam] Qui Urbis Cond. DLVIII. Olymp. CXLVI. anno 2. Alii priori anno id accidisse volunt.

M. Claudio, Lucio Furio Coss.] M. Claudio Marcello, L. Furio Purpureone. *Lambin.*

Navem conscendit clam] Inter Adrumetum et Thapsum, ubi erat in sua turri. Quo die Africa excedens in Cercinam insulam trajecit. Postero Tyrum allabitur, et excipitur a conditoribus Carthaginis. Lege de hac fuga ipsius Livium XXXIII. et Ciceronem de Orat. II. Contigit illa M. Porcio Catone, L. Valerio Flacco Coss. *Keuch.*

In Syriam] Antiochiam; quæ pars Syriæ Plinio, Melæ, et antiquis Geographis. Inde profectum Antiochum Ephesi consequitur, et ab eo benigne excipitur. Livius: 'Ephesi regem est consecutus, fluctuantem adhuc animo, incertumque de Romano bello: sed haud parvum momentum animo ad moliendum adventus Hannibalis fecit.' Videndus Justinus XXXI.

Ad Antiochum] Magnum; qui Seleuci Callinici filius. De quo ante dictum.

Exulem judicarunt] *Dicarunt* est in membranis nostris et Ultraj. fortasse verius, pro addixerunt, unum e tribus prætoris verbis, do, dico, addico. *Schott.* *Ipsum exulem judicarunt*] Delituit in Mss. syllaba *ju*, scriptumque erat *dicarunt*, quod Schottus illico arripit, exponitque *addixerunt.* At quis ita e Latio loquitur *addicere* vel *dicare exulem* pro exsilio multare? *Gebhard.*

CAP. 8. *L. Cornelio, Q. Minutio Coss.*] L. Cornelio Merula et Q. Minucio Thermo Coss. Is annus Urbis DLXI. primus Olympiadis CXLVII. *Chronol.*

Cum quinque navibus Africam accessit] Atqui non modo ipse eo non accessit, sed ne literas quidem mittere ausus est; ne quo casu interceptæ ejus consilia patefacerent. Livius XXXIV. 'Sententia ejus una atque eadem semper erat, ut in Italia bellum gereretur. Italiam et commeatus et militem præbituram externo hosti. Si nihil ibi moveatur, liceatque P. R. viribus et copiis Italiæ extra Italiam bellum gerere; neque Regem, neque gentem ullam parem Romanis esse. Sibi centum tectas naveis, XVI. millia peditum, mille equites deposcebat: ea se classe primum Africam petiturum: magnopere confidere et Carthaginienses ad rebellandum ab se compelli posse; sin illi cunctentur, se aliqua parte Italiæ bellum excitaturum Romanis.' Vide sequentia. *Lamb.*

In finibus Cyrenæorum] Qui et Cyrenenses appellantur. Sallustius in Jugurthino: 'Qua tempestate Carthaginienses pleræque Africæ imperitabant: Cyrenenses quoque magni atque opulenti fuere.' Cyrene, Cyrenaica, Africæ provincia Ptolemæo, unde Cyrenenses, Cyrenæi.

Si forte Carthaginienses ad bellum Antiochi spe fiduciaque inducere posset]

Quod multis modis ac vario strategemate apud Appianum induxit. Post crebros ad regem sermones et consilia, missus tandem Carthaginem Aristo quidam ex comitibus ejus, qui clam noctu libellum vestibulo curiæ affigeret, hac sententia: Ὅτι πάντας ὁ Ἀννίβας τοὺς βουλευτὰς παρακαλοίη τῇ πατρίδι συνφράσθαι μετ' Ἀντιόχου. *Keuch.*

Magonem fratrem excivit] Hoc verum esse non potest. Quippe Mago Hannibalis frater in prælio adversus P. Quintilium Varum prætorem, et M. Cornelium proconsulem, in agro Insubrium Gallorum vulnus accepit, ex quo interiit. Livius XXX.

Eadem, qua fratrem, pœna] Bona ejus publicarunt, domum a fundamentis disjecerunt, ipsum exulem judicarunt. *Lambin.*

Vela ventis dedissent] Loquela Poëtica dictum. Virgil. non uno loco: 'Vela damus ventis.'

Antiochus autem si tam in agendo bello] Lege Livium Ann. XXXVI. ubi aperte ostendit, Antiochum prævidisse, fieri posse, ut, quemadmodum quondam Lacedæmonii a Persis circumventi fuerant, sic ipse a Romanis, callibus per invias rupes inventis, circumveniretur.

Propius Tiberi, quam Thermopylis] De bello loquitur, quod adversus Manium Acilium Glabrionem cum Scipione Nasica Consulem instruxit Antiochus. De quo consulendus Plutarchus in Catone, Justinus XXXI. Livius XXXVI. Frontinus II. 4.

Multa stulte conari] Ut exercitum conscripsisse armis inauratis. Quo ostenso Hannibali, 'Hicne,' inquit, 'exercitus Romanis sufficiet?' 'Sufficiet,' respondit Pœnus, 'vel maxime avaris.' Agell. ex veterum memoriis Noct. Attic. V. 5. Huc quoque pertinet scomma alterum Hannibalis de Phormione Philosopho, cujus ludum audiendi gratia ingressus erat, apud Tullium de Orat. II. *Schott.*

Quas ex Syria jussus erat in Asiam ducere] T. Livius lib. XXXVII. 'Itaque et Hannibalem in Syriam miserat [Antiochus] ad Phœnicum arcessendas naveis: et Polyxenidam, quo minus prospere gesta res erat, eo enixius eas, quæ erant, reficere, et alias parare naves jussit. Ipse in Phrygia gubernavit.' *Lambin.*

In Pamphylio mari] Idem Livius eodem libro: 'In confinio Lyciæ et Pamphyliæ Phaselis est: prominet penitus in altum, conspiciturque prima terrarum, Rhodum a Cilicia petentibus, et procul navium præbet prospectum. Eo maxime, ut in obvio classi hostium essent, electus locus est.' *Lambin.* Unde 'Phaselicum mare' vocat Eustathius, ab adjacente urbe.

Fuit superior] Dissentit parum Livius XXXVII. Vide ipsum; ubi fuse utramque classem describit.

CAP. 9. *Antiocho fugato*] In Asiam, a Glabrione victus. Justin. XXXI. Contigit illud M. Acilio Glabrione et P. Corn. Scipione Nasica Coss. Is annus U. DLXIV. *Keuchen.*

Cretam ad Gortynios venit] Justinus XXXII. 'Namque Hannibal, cum ab Antiocho Romani inter cæteras conditiones pacis deditionem ejus deposcerent, admonitus a rege, in fugam versus Cretam defertur.' Gortynii vero sunt Cretæ incolæ. Stephanus de Urbibus: Γόρτυν, πόλις Κρήτης, id est, *Gortyn*, seu, ut Latini appellant, *Gortyna, urbs Cretæ.* Plinius lib. IV. 12. Cretæ oppida maxime insignia enumerat; refert autem Gortynam inter eas, quæ in Mediterraneo sitæ sunt. *Lambin.*

Vir omnium callidissimus] De callido hoc Annibalis astutoque consilio, quo insidias avarorum Cretensium elusit, Jul. Frontinus, Polyænus, et Justinus LII. extremo. Sic Pœnus corvos delusit hiantes, salvusque evasit; ut Mithridates Ponti rex fugiens Romanos persequentes auro sparso

delapsus decepit. Et castor, Ponti animal, venatorum insidias sectis sibi verendis effugere fertur. Auctor Plinius et Ælianus. *Schott.*

Magno se fore periculo] Sic e duobus Mss. legit Schoppius Verisimil. IV. 14. Alii *in periculo*. Bosius. Nimirum vitæ ipsius, opibus enim occiso exule inhiabant. Justinus ibidem: 'Ibi cum diu quietam vitam egisset, invidiosumque se propter nimias opes videret.' *Gebh.*

Has Gortyniis præsentibus] Probo quod in Msc. Leidensi legitur; *has præsentibus principibus:* quomodo et Codex Boecleri legit, nisi quod pro *has* corrupte *his* habet. Principibus, intellige, civitatis Gortynæ. Ei voci adscripserat aliquis in margine, *Gortyniis;* quod postea in textum irrepsit, ejecta genuina voce. *Bosius.*

Deponit in templo Dianæ] Justinus: 'Amphoras plumbo repletas in templo Dianæ, quasi fortunæ suæ præsidia deponit.' Simile Plauti illud in Bacchid. II. 3. 72. 'Nos apud Theotimum omne aurum deposuimus: Qui illic sacerdos est Dianæ Ephesiæ.' Morem autem in fanis thesauros reponendi reperies supra quoque in Aristide. Cæsar de B. C. III. 'Ephesi a fano Dianæ positas antiquitus pecunias Scipio tolli jubebat:' et lib. I. 'Pecuniæ a municipiis exiguntur, et e fanis tolluntur.' Lege de hoc ritu Alexandrum ab Alexandro lib. I. 2. Joan. Brodæum Miscell. IV. 17. et Ferrandum. *Schottus.*

His in errorem ductis] Non male Cod. Boecleri, *inductis*. Bosius. Justinus: 'Atque ideo nihil de illo sollicita civitate, quoniam velut pignus opes ejus tenebat.' *Gebhard.*

Statuas æneas, quas secum portabat, omnes sua pecunia complet] Justin. 'Auro suo in statuis, quas secum portabat, infuso, ne conspectæ opes vitæ nocerent.' *Idem.*

CAP. 10. *Ad Prusiam in Pontum pervenit*] Vide Ciceronem de Divinat. II. Valer. Max. III. 7. Justin. XXXII. Memnon de illo Prusia: Μετὰ τῶν ἄλλων καὶ Κιέρον πόλιν Ἡρακλεωτῶν οὖσαν ὑφ' ἑαυτὸν ἔθετο τῷ πολέμῳ ἀντὶ Κιέρον Προυσιάδα καλέσας. Vocat ille Κιέρον, quam alii Κίον. Sed Κίειον puto scribendum. Sic et Τίειον dixere oppidum Τίον. Cæterum is Prusias fuit, qui Hannibalem hospitio receperit. Inde est fortasse, quod Plinius Prusam sub Olympo ab Hannibale conditam dicit. Sed illa Prusa Olympica prorsus alia est a Prusiade. Et fortasse, an quidam scripserint, Prusiadem ab Hannibale conditam, et Prusiadem nominatam in honorem Prusiæ, a quo receptus fuerat. Prusam autem Plinius cum Prusiade conjungit. Nam Prusa sub Olympo longe antiquior Hannibale vel illo Prusia, utpote, quam a quodam Prusia positam velint, qui adversus Crœsum bellavit. Κτίσμα Προυσίου τοῦ πρὸς Κροῖσον πολεμήσαντος fuisse, dicit Strabo. Quoniam Cios vocabatur etiam Prusias, ideo cives ejus ab aliis Κιανοὶ, ab aliis Προυσιεῖς appellabantur. Plinius: 'A Cio intus in Bithynia, Prusa ab Hannibale sub Olympo condita.' Idem est ac si dixisset, a Prusiade intus in Bithynia Prusa. Chronicon Eusebii conditam refert circa Olympiadem XXXVII. Quod immaniter longe est a temporibus Hannibalis, propius abest ab ævo Crœsi, quo fertur condita Prusa sub Olympo. Sic Prusiadem cum Prusa confundit, ut alii plerique. *Salmasius.*

Regem armavit et excitavit] Male sequitur illud *excitavit*, natura prius. Quare consideranda lectio a Schotto ex Ultrajectina eruta, *exercuit*. Quia viderat regem longa pace desidem et insuetum bello, exercitio firmare constituit. Conjungit quoque armationem et exercitationem militum Diodor. lib. XVI. de Philippo. Τὰς δὲ στρατιωτικὰς τάξεις ἐπὶ τὸ κρεῖττον διορθωσάμενος, καὶ τοὺς ἄνδρας τοῖς πολεμικοῖς

ὅπλοις δεόντως κοσμήσας, συνεχεῖς ἐξοπλισίας μὲν καὶ γυμνασίας ἐναγωνίους ἐποιεῖτο. Vide Florum lib. II. 5. *Gebhard.* Sed legendum fortasse, *animavit et excitavit*, facili literarum commutatione deceptis librariis.

Pergamenus Rex Eumenes] A quo membranas primum repertas, testimonio Varronis refert Plinius. *Salmasius.* Ergo Pergamenus, quasi a Pergamena, sive membrana. Falsum. Verba Strabonis XIII. 'Ex Eumene natus est Eumenes, de patris nomine. Is Pergami successionem habuit, et jam loca circumcirca tenebat, unde apud Sardes Antiochum Seleuci filium superavit, cum eo congressus.' Sic 'Attalus Rex Pergamenorum, regis Eumenis filius,' apud Florum II. 20.

Romanis amicissimus] Unde eum φιλορώμαιον cognominat Plutarch. in Catone. Ita Florus, 'socium et commilitonem Pop. Romani,' II. 20. Valerius Maximus: 'Asiæ rex Eumenes, amantissimus nostræ Urbis.' Vide responsum cujusdam ad Catonem apud eundem Plutarchum. *Keuchen.*

Bellumque inter eos gerebatur et mari et terra] Meminit istius Justinus, XXXII.

Classe paucis diebus erant decertaturi] Gifanii et Schotti Codices ingerunt *decreturi*: quod negligere vim est facere elegantissimo Scriptori. Lucret. lib. V. 'Tantum spirantes æquo certamine bellum Magnis de rebus inter se cernere certant.' Medea Enniana: 'Ter sub armis malim vitam cernere Quam semel modo parere.' Curt. lib. III. 5. 'Darius, nunciata Memnonis morte, haut secus quam par erat, motus, omissa omni alia spe statuit ipse decernere.' *Gebhard.*

Dolo erat pugnandum, quum par non esset armis] Hoc ex Lysandri sententia, qui dicere solebat: ubi leonina pellis non sufficeret, vulpinam esse adhibendam. *Lambin.* De aliis lege Grotium De Jur. Bell. et Pac. lib. III. 1.

Imperavit quamplurimas venenatas serpentes vivas colligi, easque in vasa fictilia conjici] Vide Justin. lib. XXXII. 4. Frontinum Strategem. lib. IV. 7. *Severo.* Galenum de Theriaca ad Pisonem, et alios. Serpentum loco alii alias feras venenatas adhibuerunt, quales nepæ, scorpiones, et id genus. Jam ne incedere in naves possent, etiam murices in eas conjectabant, uti Leo testatur. Sunt autem murices ferramenta cuspidata, et quocunque modo jactes, mucronem sursum erigentia, et morantia cursum. Cæsar apud Actium 'ollulas carbonum picisque' plenas eminus in adversas naves tormentis ejaculavit, teste Dione lib. LI. Leo autem præcipit, ut 'calce viva' repleantur: pulvis enim e confractis vasibus emissus suffocare solet, spiritumque intercludere. Callinicus Syrus, qui vixit tempore Constantini Pogonati, apud Zonaram ignem Græcum invenit, quo Cretensium naves viginti sine labore combussit. Nicetas: Τότε καὶ τὸ ὑγρὸν ἐπινενόητο πῦρ, Καλλινίκου τινὸς ἀρχιτέκτονος ἀπὸ Συρίας ἐλθόντος πρὸς τὸ βασίλειον ἄστυ, καὶ τοῦτο κατασκευάσαντος. Tom. III. Meminit ejus Cedrenus, et alii veterum. Simile quid de Pisistrato Rhodiorum navarcho commemorat Suidas in πυρφόρος κακός. Sed ad Hannibalis consilium proxime accesserunt Atreni in obsidione Severianorum. Lege Herodianum lib. III. *Keuchen.*

Harum cum confecisset magnam multitudinem] Quarum serpentium cum magnam vim redegisset in unum. Cæsar de Bell. Gall. lib. I. 'Hos posse conficere armata millia centum.' Id. Civil. lib. I. 24. 'Servos, pastores armat, atque his equos attribuit: ex iis circiter trecentos equites conficit.' *Gebh.*

Omnes ut in unam Eumenis regis concurrant navem] Nam nave Prætoria depressa aut superata, ac rege ipso occiso, confundi ac turbari posse

totam classem sperabat. Cæteras vero nolebat adoriri, quia superiores erant, et ne illarum mora Eumenes spatium effugiendi nancisci posset. *Idem.*

Cap. 11. *Cum caduceo mittit*] Tabellarium cum caduceo, id est, κήρυκα. Nam *caduceum* appellant Latini, quod κηρυκεῖον Græci; converso ρ in *d*. Nisi etiam Latine dici et scribi debet *caruceum*. Quod doctis quibusdam videtur. *Lamb.* Unde caducei origo disces ex Plinio XXIX. 3. Servio ad Æneid. IV. et VIII. *Grotius.*

Ad irridendum eum] Licebat dicere, *ad se irridendum*. Sic supra non ita longe dixit: 'Gortynii templum magna cura custodiunt, non tam a cæteris, quam ab Hannibale; ne quid ille inscientibus illis tolleret.' Licebat enim ita loqui: *Ne quid ille se inscientibus tolleret*. Lamb.

Puppes averterunt] Hoc est, πρύμναν ἀνεκρούσαντο. Male Lambinus *adverterunt:* quasi proræ potius sint advertendæ fugientibus, quam puppes. *Gronovius.* Meminit Schefferus De Militia Navali, III. 4.

Sic Hannibal consilio] Στρατηγήματι. Est enim vox media. Hinc 'callidum consilium,' ut dolus bonus ac malus, fortuna, pharmacum, valetudo. Sic Græcis φρόνησις et βουλή. *Schott.*

Cap. 12. *L. Quinctium Flamininum*] Alii *Flaminium*. Idem supra notatum. Lege *Titum Quinctium*, non *Lucium*. Ita Livius, Plinius de Vir. Illustr. Plutarchus pro *Quinctio*, *Quintum habet;* prænomen scilicet, pro nomine. Quod librariorum culpa factum arbitror. *Mag.*

Consularem] Vulgati, *Consulem*. Sed editio Parisina, *Consularem*. Cui adsentior. *Keuchen.* Consul fuit bello Philippico, quod fuit bello Antiocheno superius. *Lambin.*

In his Flamininum] *Luciumne* an *Titum?* Titum opinor, idque auctorem Livium secutus. Sic enim ille Ann. XXXIX. 'Ad Prusiam regem legatus T. Quintius Flamininus venit, quem suspectum Romanis, et receptus post fugam Antiochi Hannibal, et bellum adversus Eumenem motum faciebat.' *Idem.*

His Prusias negare ausus non est] Ne ob perfugam defensum in discrimen armorum Romanorum veniret. Varro περὶ ἐξαγωγῆς apud Nonium: 'Quærit ibidem ab Annibale, cur biberit medicamentum. Quia Romanis, inquit, Prusiades me tradere volebat.' *Gebhard. Bernecc.*

Quod adversus jus hospitii esset] Hoc erat ἀφοσιώσεως χάριν, id est, dicis causa, jus hospitii servare. Nam si Prusias revera nihil adversus jus hospitii facere vellet, Hannibalem omnibus modis tueri et defendere debebat. Nisi forte quis dicat, Prusiam eo nihil contra jus hospitii commisisse, quod Hannibalem, quantum in ipso fuerit, defenderit: Romanorum autem eum exposcentium opibus obsistere non potuisse. Sed non congruunt inter se Probus et Livius. Sic enim Livius XXXIX. 51. 'Ibi, seu quia a Flaminino inter cætera objectum Prusiæ erat, hominem omnium, qui viverent, infestissimum P. Romano, apud eum esse qui patriæ suæ primum, deinde, fractis ejus opibus, Antiocho regi, auctor belli adversus P. Romanum fuisset; seu quia ipse Prusias, ut gratificaretur præsenti Flaminino Romanisque, per se necandi aut tradendi ejus in potestatem consilium cepit; a primo colloquio Flaminini, milites extemplo ad domum Hannibalis custodiendam missi sunt. Semper talem exitum vitæ suæ Hannibal prospexerat animo, et Romanorum inexplebile odium in se cernens, et fidei regum nihil sane confisus. Prusiæ vero levitatem etiam expertus erat: Flaminini quoque adventum, velut fatalem sibi, horruerat.' *Lambin.*

Ut in omnibus partibus] Livius: 'Ad omnia undique infesta, ut iter

semper aliquod præparatum fugæ haberet, septem exitus e domo fecerat; et ex iis quosdam occultos, ne custodia sæpirentur. Sed grave imperium regum nihil inexploratum, quod vestigari volunt, efficit. Totius circuitum domus ita custodiis complexi sunt, ut nemo inde elabi posset.' *Idem.* Tradit Plutarchus, seu quisquis auctor vitæ Hannibalis, locum, in quo diversabatur Hannibal, in vico Bithyniæ Lybissam fuisse. *Magius.*

Quam ne alieno arbitrio dimitteret] Admodum congrue P. Syrus: 'Bis emori est alterius arbitrio mori.' Et in contrarium idem: 'Miserrima vita est arbitrio alterius vivere.' *Gebhard.*

Venenum, quod semper secum habere consueverat] Sub annuli gemma. Scriptor de Vir. Illustr. Plutarch. Eutrop. IV. Orosius IV. 20. Valerius lib. IX. 2. Varro in Fragmentis. Quo loco sit lapidibus obrutum fuisse a Carthaginiensibus ob rem male gestam. De morte Veteres non consentiunt. Sunt qui cruci affixum volunt. Livius IX. Sed ille de veneno etiam alibi non dissentit. Ergo is alius Hannibal, quod non distinxit ad Sallustium suum vir doctus. Plerique tamen in venenum conveniunt, verum diverso modo. Tradit Appianus in Syriacis, illud jussu Flaminini per Prusiam Hannibali fuisse oblatum, addito quodam oraculo: Λίβυσσα κρύψει βῶλος Ἀννίβου δέμας. Unde putabat ille se in Africa moriturum. Quod de Libysso Bithyniæ fluvio accipiendum, a quo campus Libyssus. Alias opiniones de morte ejus refert Plutarchus. Nonnulli volunt, a servo interfectum. Sunt qui tauri sanguinem hausisse volunt, idque exemplo Midæ et Themistoclis. Alii alia. Plerique de annulo congruunt, qui inde apud Satyricum, 'Cannarum vindex, ac tanti sanguinis ultor.' Cæterum in arca lapidea, quæ cadaver asservabat, talis erat inscriptio: HANNIBAL HIC SITUS EST. *Keuchen.* Discessit autem teste Livio hoc elogio: 'Solvamus diuturna cura populum Romanum, quando mortem senis exspectare longum censet.' *Schottus.* Vide Bellonium de Operibus antiquiss. lib. I. 33. Hoc in laude positum Veteribus, et index habebatur animi vere heroici, si ita se servituti aut contumeliæ hostium subducerent. Sic Cato imminentem Cæsarem eiusit his verbis: 'Quoniam deploratæ sunt res generis humani, Cato deducatur in tutum.' Scipio Pompeii socer ferro se transverberavit; et interrogantibus ubi Imperator esset, Imperator, inquit, bene se habet. Sic et Cleopatra admotis viperis mortem sibi conscivit.

CAP. 13. *Anno acquievit septuagesimo*] Qui Urbis conditæ 571. Olymp. CXLIX. anno 3. Livius. Quo Consules erant Romæ Q. Fabius Labeo et M. Claudius Marcellus. Alii Hannibalem anno ætatis suæ LXIII. completo interiisse volunt. Bucholcer. XVII. post finem belli cum Scipione. 'Insignis hic annus trium toto orbe maximorum Imperatorum mortibus fuit, Hannibalis, et Philopœmenis, et Scipionis Africani.' Justinus, XXXII.

Acquievit] Κατ' εὐφημισμὸν mortuus est. Ita Græci: Herodian. de Excessu Marci, Ὁ μὲν οὖν, inquit, νύκτα τε καὶ ἡμέρας ἐπιβιώσας μιᾶς, ἀνεπαύσατο. Val. Max. lib. IX. 12. 'Innixusque genibus compresso spiritu, inter ipsas custodum manus, inque conspectu summi imperii, exoptata securitate acquievit.' Ita lego. *Gebhard.*

Quibus Consulibus interierit, non convenit] Omnis annorum supputatio, quam de morte Hannibalis infert Nepos, triennii spatio inter se discordat. Res clara, quemadmodum ex consulatibus subsequis videre est. M. Claudius Marcellus et Q. Fabius Labeo Consules fuerunt anno ab U. C. 570. Sequenti anno Consulatum ingressi L. Æmilius Paulus et Cn. Bæbius Tamphilus. Inde Cn. Cornelius

Cethegus et M. Bæbius Tamphilus, vel, ut alii, Pamphilus.

Atticus] Qui annorum septingentorum memoriam uno libro colligavit, ut scribit Cicero de Orat. Sed videtur heic legendum *Attius*. Scripsit enim Attius annalium libros aliquot. Festus in voce *Metelli*: 'Metelli dicuntur in re militari, quasi mercenarii. Attius Annalium vicesimo septimo. Calones, famulique, calculæque.' Commemorat et Tullius De Legibus lib. I. 'Nam quid Attium commemorem? cujus loquacitas habet aliquid argutiarum, nec id tamen ex illa erudita Græcorum copia.' Vide eundem pro Archia poëta et Solinum cap. 2. *Lambin. Savaro.* Plura Vossius de Hist. Latinis, lib. I. 11.

L. Æmilio Paulo et Cn. Bæbio Tamphilo] Ita legendum, non, ut vulgo, *Pamphilo*. Lamb. Sic etiam in sequenti. Quod genuinum ejus cognomen, ut ad Livium probat ex lapidibus Capitolinis Sigonius. *Schott. Mag.* Sic in Attico, domus *Tamphiliana*, pro *Pamphiliana*.

De Cn. Manlii Vulsonis in Asia rebus gestis] Sic legendum, ut indicant Fasti. Habuit autem hic collegam M. Fulvium Nobiliorem. Commemorat eum Livius Ann. XXXVIII. *Lamb. Mag.* Asia illi sortitione evenerat, ut collegæ M. Fulvio Nobiliori Ætolia cesserat anno Urbis conditæ 564. Hic Cn. Manlius cum Ephesum venisset, Gallis Asiaticis bellum, quod eos Antiochum auxiliis juvisse diceret, movit, atque ad singula eorum oppida, Attalo rege ducente, arma circumtulit. M. Fulvius vero Ambraciam expugnavit, pacem eis dedit, et Cephalleniæ insulæ. Triumphavit uterque, sed S. P. Q. R. ingratiis, triumpharunt tamen, Fulvius quidem de Ætolis, Vulso vero de Gallis qui Asiam incolebant: Asia devicta, luxuriam Asiaticam in triumphum duxit. Plura Livius, Plinius (qui lib. XXXIV. annum Urb. conditæ numerat 558. qui tamen in Fastis est 566.) Florus II. 11. Rufus Festus in Breviario. *Schott.*

Hujus bella gesta] Amplissimus Buchnerus hanc vocem, *bella*, supervacuam existimabat, ac Nepotem scripsisse, *Hujus gesta*; quomodo supra in Dat. loquutus est, et alii passim. *Bosius.*

Sosilus] Legendum fortasse est, *Sosibius*. Commemorat enim Sosibium quendam grammaticum Laconem Suidas, his verbis: Σωσίβιος, Λάκων γραμματικός. Sed malim legi *Sofilus*. Quamvis enim mihi hic Sofilus sit ignotus, hoc nomen tamen Græcis notissimum est, et facilior fit mutatio *Sosili* in *Sofilum*, quam in *Sosibium*. Lamb. Clarissimus et amicissimus Vossius mihi ex Diodoro Siculo indicavit, verum nomen esse *Sosilus*. Et alibi laudat verba Polybii: Πρὸς μὲν οὖν τὰ τοιαῦτα τῶν συγγραμμάτων, οἷα γράφει Χαιρέας Σώσιλος, οὐδὲν ἂν δέοι πλέον λέγειν. Οὐ γὰρ ἱστορίας, ἀλλὰ κουρεακῆς καὶ πανδήμου λαλιᾶς, ἐμοί γε δοκοῦσι τάξιν ἔχειν καὶ δύναμιν. Idem pro *Philænius* emendat *Philinus* auctoritate Polybii lib. I. et III. nec non Diodori Siculi, apud quem lib. XXIII. et in Eclogis vocatur Φιλῖνος. *Gebh.*

Literarum Græcarum usus est doctore] Nam Græce etiam locutum, lepide ait Lucianus τῶν νεκρικῶν Dialog. XII. *Schott.*

Sed nos tempus est] Vulgati: *nunc tempus est*. Extrema hac vita Nobiliss. Barthius legebat, *cui utri*; vel, *qui utris*; aut, *quis utri præferendi sint*. Bosius.

Hujus libri facere finem] Diviserat enim Probus opus suum in duos libros, sive duo volumina: etsi in præfationis calce, libro tam Græcorum Imperatorum quam Romanorum se expositurum dixerit. Siquidem eo in loco librum, non pro operis parte, sed pro toto opere accipit. *Mag.*

XXIV. M. PORCIUS CATO.

Cap. 1. *Cato*] M. Porcius Cato, natus M. Æmilio Lepido, M. Poblicio Malleolo Coss. Sic enim ipse apud Ciceronem in libro de Senectute: 'Anno postquam primum Consul fuerat Q. Fabius Maximus Verrucosus, qui Tarentum recepit, ego natus sum.' Alii DXIX. anno natum putant L. Postumio Albino, Sp. Carvilio Maximo Coss. In iis Carol. Langius: legitque; *Anno post, Consul primum fuerat, quam ego natus sum.* Schott. De Catone, Aur. Victor de viris illustr. cap. 47. et passim Livius, Valerius Max. Frontinus, alii: e junioribus Vossius de hist. Lat. I. 5. Characterem animi habes apud Livium XXXIX. 40. ejusque imaginem hac forma expressam exhibent Imagines Ursini num. 116.



Apud Fulvium Ursinum in Gemma.

Ortus municipio Tusculo] Sic Plutarchus in vita; *Μάρκῳ δὲ Κάτωνί φασιν ἀπὸ Τούσκλου τὸ γένος εἶναι.* M. Tullius in Planciana: 'Num, quando vides Tusculanum aliquem de M. Catone illo in omni virtute principe, num de T. Coruncanio municipe suo, num de tot Fabiis gloriari?' *Lamb.* Auctor de Vir. Illustr. 'M. Porcius Cato, genere Tusculanus.' Val. Maximus III. 4. 'M. Porcius Cato, qui nomen suum Tusculi ignobile, Romæ nobilissimum reddidit.' Vide Tacitum lib. XI. Ergo ortu Tusculanus, civitate Romanus. Altera erat loci patria, altera juris. *Keuchen.*

Versatus est in Sabinis] Plutarch. *Δίαιταν καὶ βίον ἔχειν πρὸ τῶν στρατειῶν καὶ τῆς πολιτείας, ἐν χωρίοις πατρῴοις περὶ Σαβίνους.* *Lamb.*

Quod ibi heredium] Scriptus liber *prædium*. Mag. Festus: 'Heres apud antiquos pro domino ponebatur, inde heredium, prædium parvulum.' Varro de re rustica lib. I. 'Bina jugera, quod a Romulo primum divisa dicebantur viritim, et quod heredem sequebantur, heredium appellarunt.' *Lamb.* Inde 'herediolum' apud Columellam et Ausonium. Vide Beroald. in Plinium lib. XIX. Grapald. 'pro horto olim usurpatum ait, ip-

lumque hortum pro villa.' Apuleius in Flor. *herediolum* usurpat κτημάτιον. *Boecler.*

A patre relictum] Hoc hodie *proprium* est, quod *heredium avitum* vocabatur antiquis. Græci χωρίον πατρικὸν appellant, quod heredem sequebatur, ut docet Budæus. *Keuchen.*

Hortatu L. Valerii Flacci] Mss. Schott. *Inde hortatu.* Bosius. Scriptor de Vir. Illustr. 'A Valerio Flacco Romam sollicitatus.' Hic enim Catonem induxit animavitque, ut rem Romanam attingeret, motus maxime ipsius vita ac morum modestia. *Machaneus.*

In Consulatu] Anno ab Urbe condita 559. belli Philippici 6. *Lamb.* Quo ad Antiochum fugiebat Annibal. Is Olymp. CXLVI. annus 3. *Chronol.*

Censuraque] Anno Urbis 569. belli Antiocheni 8. *Lambin.* Lege etiam Plutarchum, qui consulatum et censuram simul ipsis obtigisse dicit: Ἐκ τούτου δὲ λαμπρὸς ὢν ἤδη, καὶ περιφανὴς, αὐτῷ τῷ Οὐαλερίῳ περὶ τὰς μεγίστας ξυνέδραμεν ἀρχὰς, ὕπατός τε μετ' ἐκείνου, καὶ πάλιν τιμητὴς γενόμενος. Ubi inter alia laudat L. Valer. Flaccum, qui erat εὐπατρίδης μὲν ἐν τοῖς μάλιστα Ῥωμαίων, καὶ δυνατός. *Keuchen.*

M. Perperna Censorinus] Homo Græcus et peregrinus. Qui consul antequam civis fuit. Valer. Maxim. III. 4. Quod contra leges. Peregrini enim magistratibus arcebantur. De quo vide in Fastis. Cæterum nonnulli, inter quos Schottus, *consobrinus* malunt, quam *censorinus.* Quibus non adsentior.

In foro esse cœpit] Κατελθὼν οὖν, εὐθὺς τοὺς μὲν αὐτὸς ἐκτᾶτο θαυμαστὰς καὶ φίλους διὰ τῶν συνηγοριῶν· πολλὴν τε τοῦ Οὐαλερίου τιμὴν καὶ δύναμιν αὐτῷ προστιθέντος, χιλιαρχίας ἔτυχε πρῶτον, εἶτα ἐταμίευσεν. Plut.

Primum stipendium meruit annorum decem septemque] Quæ militaris ætas erat. Adi Lipsium de Milit. Rom. dial. I. 2. *Bosius.* Plutarchus: Πολὺ δὲ μᾶλλον ἐν ταῖς μάχαις ταῖς πρὸς τοὺς πολεμίους καὶ ταῖς στρατείαις βουλόμενος εὐδοκιμεῖν, ἔτι μειράκιον ὢν, τραυμάτων τὸ σῶμα μεστὸν ἐναντίων εἶχε· φησὶ γὰρ αὐτὸς, ἑπτακαίδεκα γεγονὼς ἔτη τὴν πρώτην στρατεύσασθαι στρατείαν, περὶ ὃν Ἀννίβας χρόνον εὐτυχῶν ἐπέφλεγε τὴν Ἰταλίαν. Sed videtur ex Fastis natus tum fuisse Cato annos circiter XIX. Siquidem natus est anno, postquam primum Consul fuerat Q. Fabius Maximus Verrucosus. *Lamb.* Et sic connumerantur anni extremi. Si XVII. velis, primum stipendium meruit anno Romæ DXXXIX. qui duobus distat a Fastis. Vide ætatem ipsius per Consules digestam a consummatissimo Schotto, in notis suis ad Scriptorem De Vir. Illustribus.

Q. Fabio Maximo] Verrucoso Ovicula IV. De quo ad Hannibalem. Is fuerat jam ante bis Dictator Q. Fabio Maximo IV. et M. Claudio Marcello III. Coss. anno ab Urbe condita 539. Sic Cato de se apud M. Tullium in Catone: 'Cum eo [Q. Fabio Maximo] quartum consule adolescentulus miles profectus sum ad Capuam, [quo tempore agebat ætatis annum XIX.] quintoque anno post ad Tarentum.' Quo tempore natus erat annos circiter XXIII. Fabius autem erat V. Consul. *Lamb. Schott.*

Tribunus militum in Sicilia fuit] Anno ætatis XXIV. M. Claudio Marcello V. T. Quintio Coss. *Lambin.* Addit annum unum Schott. Qui Urbis DXLV. Plutarchus χιλιαρχίαν vocat, quem Latini *Tribunum militum.* Ita Nepos in Conone 'Chiliarchum' dixit. Quomodo Hieronymus pro Chiliarcho Tribunum. Exod. XVIII. Hodie Mareschalcum vocamus, aut Præfectum militum. Duplex erat illa dignitas apud Romanos, Laticlavia et Angusticlavia. Illi ex Senatu, isti ex Equite nati. Lege Alexandrum ab Alexandro, Budæum ad Jur. Orig. Lipsium. *Keuchen.*

Inde ut rediit] Anno sequente, C.

Claudio Nerone, M. Livio Salinatore Coss. *Lambin.*

Castra secutus est C. Claudii Neronis] Qui magnis cladibus Hasdrubalem cum recenti exercitu Alpeis transgressum fatigavit, ac tandem ad Umbriæ flumen Metaurum cum quinquaginta sex millibus hominum occidit. Adi Livium XXVII. Alludit Horatius Od. IV. 4. 'Quid debeas, o Roma, Neronibus, Testis Metaurum flumen, et Asdrubal Devictus, et pulcher fugatis Ille dies Latio tenebris.' *Boecl.*

Apud Senam] Quam Senegalliam vocat Strabo, Senogalliam Plinius et Diaconus, Senam Gallicam Ptolemæus et Silius. Polybius et Stephanus quoque Senam vocant, quæ Appiano Σῆναι. Urbs illa non longe a Metauro flumine in Umbria, a Gallis Senonibus condita fertur. Alii a Brenno structam tradunt. Nugæ. Silius Italicus: 'Senonum de nomine Sena.' *Keuchen.* Inde Cicero in Bruto, hoc prælium Senense vocat a Sena. Sic enim ille: 'Ludis juventutis, quos Salinator Senensi prælio voverat. Ostendunt etiam hodie Umbri, quo loco pugna illa fuerit pugnata.' *Lambin.*

Quo cecidit Hasdrubal] Cujus capite, quod cum cura servatum fuerat, ante stationes Hannibalis projecto, ille tanto simul publico familiarique ictus luctu, dixisse fertur, Agnosco te, fortuna Carthaginis. Auctor Livius XXVII. *Lambin.* Vide etiam Florum II. 6. Sic Machabæus suspenso capite Nicanoris. 2. Machab. XV. 35. Hebræi caput Holofernis de superioribus ostentantes. Sulpic. II.

Quæstor obtigit P. Cornelio Scipioni Africano consuli] Anno tertio a Neronis et Salinatoris consulatu. Nam anno proximo consules fuerant Q. Cæcilius Metellus et L. Veturius Philo. Quibus magistratu defunctis, P. Cornelius Scipio Africanus et P. Licinius Crassus Dives Consules creati sunt. Ita XXVII. aut certe XXVIII. annos natus erat Cato, cum quæstor factus est. Testatur et Livius, Catonem Scipioni quæstorem fuisse, his verbis, Ann. XXIX. 'Cum XX. rostratis navibus se ac L. Scipionem ab dextro cornu, ab lævo totidem rostratis C. Lælium præfectum classis cum M. Porcio Catone (quæstor tum is erat) onerariis futurum præsidio.' Atqui Cicero in Bruto scribit, M. Catonem quæstorem fuisse Cethego et Tuditano Coss. At M. Cornelius Cethegus et P. Sempronius Tuditanus anno uno post Africanum et Crassum Consules facti sunt. Responderi posse puto, Catonem factum esse iterum quæstorem Romæ, Cethego et Tuditano Coss. posteaquam quæstor Scipioni Africano obtigisset. *Lambin.*

Pro sortis necessitudine vixit] Nam Quæstor more majorum Prætori aut Consuli est liberum loco. Cicero Divin. in Verr. lib. I. accus. et pro Plancio. 'Sortis necessitudinem' eundem morem vocat I. in Verr. c. 14. *Bosius.*

Namque ab eo perpetua dissensit vita] Propterea, opinor, quod ad amicitiam Q. Fabii Maximi se jam adolescens applicarat. Q. Fabio autem cum Scipione Africano non satis conveniebat. Licet et ex Plutarcho intelligere, P. Scipionem et M. Catonem gessisse inter se inimicitias. Sic enim ille: ἔτι δ' αὐτοῦ διατρίβοντες ἐν Ἰβηρίᾳ, Σκηπίων ὁ μέγας, ἐχθρὸς ὢν καὶ βουλόμενος ἐνστῆναι κατορθοῦντι, καὶ τὰς Ἰβηρικὰς πράξεις ὑπολαβεῖν, διεπράξατο τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης ἀποδειχθῆναι διάδοχος. σπεύσας δ' ὡς ἐνῆν τάχιστα, κατέπαυσε τὴν ἀρχὴν τοῦ Κάτωνος. ὁ δὲ λαβὼν σπείρας ὁπλιτῶν πέντε, καὶ πεντακοσίους ἱππεῖς προπομπούς, κατεστρέψατο μὲν τὸ Λακεντανῶν ἔθνος, ἑξακοσίους δὲ τῶν αὐτομοληκότων κομισάμενος ἀπέκτεινεν. ἐφ' οἷς σχετλιάζοντα τὸν Σκηπίωνα κατειρωνευόμενος, οὕτως ἔφη τὴν Ῥώμην ἔσεσθαι μεγίστην, τῶν μὲν ἐνδόξων καὶ μεγάλων

τὰ τῆς ἀρετῆς πρωτεῖα μὴ μεθιέντων τοῖς ἀσημοτέροις, τῶν δ', ὥσπερ αὐτός ἐστι, δημοτικῶν ἁμιλλωμένων ἀρετῇ πρὸς τοὺς τῷ γένει καὶ τῇ δόξῃ προήκοντας. Quin-etiam mortuum Scipionem insectatus est M. Cato. Livius xxxviii. 'Morte Africani crevere inimicorum animi: quorum princeps fuit M. Porcius Cato, qui, vivo quoque eo, allatrare ejus magnitudinem solitus erat.' *Lambin.*

Ædilis plebis factus est cum C. Helvio] Quadriennio post quæsturam. Is est annus Romæ 551. Quo agebat ætatis xxxi. *Schott.* aut xxxii. *Lamb.* T. Livius xxxii. 'Inde prætorum comitia habita. Creati L. Cornelius Merula, M. Claudius Marcellus, M. Porcius Cato, C. Helvius, qui ædiles plebis fuerant.' Cæterum male in Nepotis fragmento C. Helvius appellatur, qui C. Ælius. Idem Livius eum alibi Ælium vocat. *Schott. Mag.* Ædiles plebis Theophilus ἀστυνόμους vocat, qui numero ab initio fuerunt duo. Lege Pompon. lib. ii. ff. de Orig. jur. et Fenestellam de Magistrat. Roman. xiii. Postmodum illud munus ampliatum fuit, et sex creati sunt ex instituto Julii Cæsaris. Duo patricii, qui Cereales, et quatuor ex plebe. Dion xlii. καὶ ὡς μὲν τὸ πρῶτον ἔτος, πρότερον καὶ ἀγορανόμοι, τότε πρῶτον, δύο μὲν καὶ ἐξ εὐπατριδῶν, τέσσαρες δὲ ἐκ τοῦ πλήθους· ὧν οἱ δύο τὴν ἀπὸ τῆς Δήμητρος ἐπίκλησιν φέρουσιν. *Keuchen.*

Prætor provinciam obtinuit Sardiniam] Anno Urbis 555. *Schott.* Livius eodem lib. 'Prætor L. Cornelius Merula urbanam, M. Claudius Siciliam, M. Porcius Cato Sardiniam, C. Helvius Galliam est sortitus.' Plutarchus: Ἐπαρχίαν δὲ λαβὼν Σαρδόνα, τῶν πρὸ αὐτοῦ στρατηγῶν εἰωθότων χρῆσθαι σκηνώμασι δημοσίοις, καὶ κλίναις, καὶ ἱματίοις, πολλῇ τε καὶ θεραπείᾳ καὶ φίλων πλήθει, καὶ περὶ δεῖπνα καὶ δαπάναις καὶ παρασκευαῖς βαρυνόντων, ἐκεῖνος ἄπιστον ἐποίησε τὴν διαφορὰν τῆς εὐτελείας. *Lambin.* Vide Ciceronem in Catone; Scriptorem de Vir. Illustr. 47. Nomen Sardiniæ a Sardus deductum, quod mere Phœnicium est סרדין, quæ vox etiam in Sardanapalo occurrit. Hic Sardus Herculis Africani filius fuisse perhibetur, teste in Phocicis Pausania; qui coloniam Phœnicum et Afrorum in Sardiniam duxit. Alii *Sardis* scribunt. Isidor. xiv. Orig. 'Sardis Hercule procreatus cum magna multitudine e Lybia profectus Sardiniam occupavit, et ex suo vocabulo insulæ nomen dedit.' A Græcis communiter Σαρδὼ vocatur. *Keuchen.*

Q. Ennium poëtam deduxerat] Scriptor de Viris Illustribus: 'In prætura Sardiniam subegit, ubi ab Ennio Græcis literis institutus.' Atqui M. Cato in quadam Oratione objicit ut probrum M. Nobiliori, quod is in provinciam poëtas duxisset. Duxerat autem Consul ille in Ætoliam, ut scimus, Ennium, inquit M. Tullius lib. i. Tusc. Idem Cicero pro Archia: 'Jam vero ille, qui cum Ætolis Ennio comite bellavit, Fulvius, non dubitavit Martis manubias Musis consecrare.' Idem in Bruto. *Lambin.*

Cap. 2. *Consulatum gessit cum L. Valerio Flacco*] Anno ab U. C. 558. T. Liv. Ann. lib. xxxiii. 'Comitia inde habita a M. Marcello consule. Creati consules L. Valerius Flaccus, M. Porcius Cato.' *Lamb.*

Sorte provinciam nactus Hispaniam citeriorem] Livius: 'Cato Hispaniam, Valerius Italiam est sortitus.' Plutarchus: Ὕπατος δὲ μετὰ Φλάκκου Οὐαλερίου τοῦ φίλου καὶ συνήθους ἀποδειχθεὶς, ἔλαχε τὴν ἐπαρχίαν ἣν ἐντὸς Ἱσπανίαν καλοῦσιν. Idem Livius: 'L. Valerius Flaccus et M. Porcius Cato, quo die magistratum inierunt, de provinciis cum ad Senatum retulissent, Patres censuerunt, cum in Hispania tantum glisceret bellum, ut jam consulari et duce et exercitu opus esset, placere consules Hispaniam ci-

teriorem et Italiam provincias aut comparare inter se aut sortiri.' Unde liquet, creatis Consulibus provincias fuisse nominatas, ut eas vel ipsi inter se compararent, vel sortirentur; quos ire ad bellum, quos præesse exercitibus oporteret: vel si in deligendis provinciis non obveniret, extra sortem Senatus decerneret. Quod lege Curiata cavebatur, ut Senatus contra legem illam sine sorte provincias designaret: aut si Senatus aversaretur, per populum agi poterat, ut extra ordinem Consuli provincia daretur: tametsi utrumque Consulem in eandem provinciam quandoque profectum legamus. Optionem tamen deligendæ provinciæ extra ordinem collegæ dari, aut suam sortem permutare cum collega absque decreto Senatus, antiquo more non licebat. Ergo Cato et Valerius Senatus decreto utramque provinciam sortiebantur. Catoni Hispania obvenit, in quam duas legiones, et quinque millia socium Latini nominis, et quingentos equites secum portabat, additis viginti navibus longis. Legendus Livius XXXIII. Cæterum illa erat provincia generalis, quæ in plureis minores subdividebatur. Harum aliæ erant Consulares, ut Bætica et Lusitania; cæteræ præsidiales. Citerior et ulterior Hispania communi nomine omnem, qua patet, Hispaniam complectebantur. Citerior Italiæ vicinior, inter Iberum fluvium longissimo tractu et Pyrenæos montes patebat. Postea vero, ubi in Bæticam, Lusitaniam, et Tarraconensem Hispania distingui cœpit, Citerioris fines longe ultra Iberum, ad quem Cato incolas domuit, exporrecti sunt. *Keuchen.*

Exque ea triumphum deportavit] De quo vide Appianum in Ibericis, et Plutarchum in vita. Quippe P. Manlii Prætoris auxilio, insigni plane ac memorabili strategemate, quadringentis simul civitatibus, quarum primæ Emporiæ, per missos ad singulas nuncios, ut omnes stato die muros suos demolirentur, injunxit. Unde cum sibi tantum id præcipi singulæ crederent, ne, si in mora essent, non a Romanis tantum, sed etiam a vicinis ac sociis ad id cogerentur, maluerunt parere. Exstat hujus triumphi præclarum aliquod monumentum; in quo hanc fuisse inscriptionem, testatur Augustin. Nerrucius:

PALLADI VICTRICI SACRVM.
HIC HOSTIVM RELIQVIAS PROFLIGAVIT CATO, VBI SACELLVM MIRO ARTIFICIO CONDITVM, ET ÆREAM PALLADIS EFFIGIEM RELIQVIT.
PAREANT ERGO ET NOSCANT OMNES, SENATVS ET POPVLI ROMANI IMPERIVM DEORVM NVMINE ET MILITVM FORTITVDINE ET TVERI ET REGI. *Keuchen.*

Consul iterum] Ann. 560. Urbis.

In priore Consulatu] 549.

Et ipse ei succedere] Et successit. *Διεπράξατο τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης ἀποδειχθῆναι διάδοχος*, Plut. Vide sequentia. Addita est in provinciam Scipioni Hispania ulterior. Livius Ann. XXXIV.

Neque hoc per senatum efficere potuit] Contra Plutarchus, ut supra monuimus. Sed hoc non potuit efficere, ut Senatus, quæ essent acta a Catose, imprcobaret. Sic enim Plutarchus eodem loco: *Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ συγκλήτου ψηφισαμένης μηδὲν ἀλλάττειν μηδὲ κινεῖν τῶν διῳκημένων ὑπὸ τοῦ Κάτωνος, ἡ μὲν ἀρχὴ τῷ Σκιπίωνι, τῆς αὐτοῦ μᾶλλον ἢ τῆς Κάτωνος ἀφελοῦσα δόξης, ἐν ἀπραξίᾳ καὶ σχολῇ μάτην διῆλθεν. Lamb.* Quomodo vero post triumphum in Republica se gesserit Cato, explicat ibidem aliorum Principum exemplis.

Principatum obtineret] Ut qui potentiæ Romanorum provinciam aperuerat. Velleius II.

Quod tum non potentia, sed jure respublica administrabatur] Proinde, quasi dicat, ut hodie. Mores enim suorum temporum notat, obscureque po-

tentiam Cæsaris, aut Pompeii, aut utriusque carpit ac vellicat. Qui locus etiam argumento est, hunc scriptorem multis seculis superiorem Theodosio fuisse. *Lambin. Bosius.*

Senatu peracto] Pighius vult rescribi *consulatu peracto;* quia nullam post secundum consulatum Scipio prorogationem imperii habuit. *Gebhard.*

Cato censor cum eodem Flacco factus] 569. Urbis. Qui ætatis XLIX. *Schott.* Τῆς ὑπατείας κατόπιν ἔτεσι δέκα τιμητείαν ὁ Κάτων παρήγγειλε. Plutarchus. Livius XXXIX. 'Censuram summa contentione petebant L. Valerius Flaccus, P. et L. Scipiones, Cn. Manlius Vulso, L. Furius Purpureo, patricii: plebeii autem, M. Porcius Cato, M. Fulvius Nobilior, T. et M. Sempronii, Longus et Tuditanus. Sed omneis patricios plebeiosque nobilissimarum familiarum M. Porcius longe anteibat.' *Lambin.*

Severe præfuit ei potestati] Unde Censorius est appellatus. Cicero in Caton. et Brut. Plutarch. Liv. Val. Max. Apud Juvenalem, 'Tertius e cœlo cecidit Cato.' Qui Horatio, 'intonsus;' et Lucano, 'rigidi servator honesti.'

Nam in complures nobiles] Ἐξέβαλε δὲ τῆς βουλῆς ἄλλους τε συχνοὺς, καὶ Λεύκιον Κοΐντιον, ὕπατον μὲν ἑπτὰ πρότερον ἐνιαυτοῖς γεγενημένον. Plutarchus. Livius XXXIX. 'Censores M. Porcius et L. Valerius, metu mista exspectatione, Senatum legerunt; septem moverunt senatu, ex quibus unum insignem nobilitate et honoribus, L. Quintium Flamininum, consularem.' Scriptor de Vir. Illustr. XLVII. adjungit causam de animadvertendo Flaminino; 'quod ille in Gallia, ad cujusdam scorti spectaculum, eductum quendam e carcere in convivio jugulari jussisset.' Lege eandem in Plutarcho. Quomodo plurimi narrant. Et ita Cicero Catonem ipsum in Dialogo De Senectute hæc loquentem et narrantem fecit. Sed Livius eum, qui occisus fuit, transfugam Gallum fuisse dicit. Et Lucium non per lictorem, sed ipsum sua manu hominem interfecisse. Καὶ ταῦτ' ἐν τῷ λόγῳ γεγράφθαι Κάτωνος· ut continuo subjungit Plutarchus. Hæc de Flaminino. De Vir. Illustribus: 'Accusator assiduus malorum, Galbam octogenarius accusavit,' qui Prætor Lusitanos deripuit. Vide Liv. Plut.

Animadvertit] Ex quo animadversio censoria. Cicero pro Cluentio: 'Majores nostri nunquam judicium nominaverunt, neque proinde ut rem judicatam observarunt animadversionem auctoritatemque censoriam.' *Lambin.*

Circiter annos octuaginta, usque ad extremam ætatem, ab adolescentia] Lambinus explicat, per annos octoginta. Pighius supplet: *vixit circiter annos octoginta, et usque ad extremam ætatem.* Bos. Vixit enim Cato nonaginta annos, et eo amplius. Quin annum agens nonagesimum Serv. Galbam accusavit, ut testatur Plutarchus. Sic enim ille: Τεσσάρων δ' ἄλλων ἐνιαυτῶν διελθόντων, Σερουιλίου Γάλβα κατηγόρησεν, ἐννενήκοντα γεγονὼς ἔτη. Κινδυνεύει γὰρ, ὡς ὁ Νέστωρ, εἰς τριγονίαν τῷ βίῳ καὶ ταῖς πράξεσι κατελθεῖν. *Lambin.*

Suscipere inimicitias] Cicero Divinatione in Q. Cæcilium, seu C. Verrem: 'Marcum Catonem illum sapientem, clarissimum virum et prudentissimum, cum multis graves inimicitias gessisse accepimus, propter Hispanorum, apud quos consul fuerat, injurias.' Idem lib. v. Accus. Et pro Muræna, pro Sylla. *Lambin.*

A multis tentatus] Plutarchus tradit, eum fere quinquagies accusatum fuisse. Sic ille: Λέγεται γὰρ ὀλίγον ἀπολιπούσας τῶν πεντήκοντα φυγεῖν δίκας, μίαν δὲ τελευταίαν, ἓξ ἔτη καὶ ὀγδοήκοντα γεγονώς· ἐν ᾗ καὶ τὸ μνημονευόμενον εἶπεν, ὡς χαλεπόν ἐστιν ἐν ἄλλοις βεβιωκότα ἀνθρώποις, ἐν ἄλλοις ἀπολογεῖσθαι. *Lambinus.* Auctor de

Viris Illustribus: 'Ipse quadragies quater accusatus, gloriose absolutus.' Causa erat, quod odiosum Censuræ magistratum gesserit. *Poucher*. Aliam probabiliorem intulit ante Nepos. *Magius*.

CAP. 3. *In omnibus rebus singulari fuit prudentia et industria*] In commune bonus. Lucanus II.

Agricola solers] Γεωργὸς δεινός. Declarant ejus libri De re rustica. *Lamb.* Quos ex Græcis fontibus hausit. *Schott.* In quibus, teste Plutarcho, adeo laudis avidus visus est, ut in singulis rebus, proprius, elegans, et copiosus esse voluerit. *Mag.* Livius: 'Urbanas rusticasque res pariter callebat.' Vide Plin. lib. VII. et Ciceron. in Catone.

Reipublicæ peritus] Πολιτικός. Declarant ejus in republ. administranda consilia, dicta, et facta. *Lambin.*

Jurisconsultus] Val. Max. VIII. 7. 'Cumque eloquentia magnam jam gloriam partam haberet, id egit, ut juris civilis quoque esset peritissimus.' Et Cicero fatetur, omnium jurisperitissimum suæ ætatis fuisse. Pomponius quoque Jurisconsultis accenset, cujus et libros exstare scribit. *Keuchen.* Hi sunt Commentarii Juris Civilis. *Lambin.*

Magnus Imperator] Argumento ei rei sunt res ab eo in imperio gestæ, et triumphus ex Hispania deportatus. Citetur tamen testis Cicero; cujus hæc verba sunt sub persona Pomponii Attici in Bruto: 'Ego enim Catonem tuum, ut civem, ut senatorem, ut imperatorem, ut virum denique cum prudentia et diligentia, tum omni virtute excellentem probo.' *Lamb.* Quod etiam declarant libri ejus de disciplina militari. Veget. lib. I. 8. De quibus apud Festum, Nonium, et antiquos Grammaticos. Ex illis fragmentum citat ad Georgic. II. Servius. Idem Orationem conscripsit, de præda militibus dividenda. Nonius in Fite, Agellius II. 18. ubi posterior verba Catonis, quod impense sibi placuissent, exscripsit. Exstat alius mentio apud Priscianum lib. extremo. *Keuchen.*

Probabilis Orator] In Ms. nostro Codice conscriptum lego: *et probatissimus Orator.* Bosius. Itaque comparat eum cum Lysia M. Tullius in Bruto, quanquam dissentiente Attico. Nec Plutarchus iis assentitur, qui Catonis orationes Lysiæ Orationibus similes esse dicunt. Sic enim ille: Ὅθεν οὐκ οἶδα τί πεπόνθασιν οἱ τῷ Λυσίου λόγῳ μάλιστα φάμενοι προσεοικέναι τὸν Κάτωνος. οὐ μὴν ἀλλὰ ταῦτα μὲν, οἷς μᾶλλον ἰδέας λόγων Ῥωμαϊκῶν αἰσθάνεσθαι προσήκει, διακρινοῦσιν. *Lambin.* Cato tres summas in homine res præstitisse existimatus est, optimus Orator, optimus Imperator, optimus Senator. Plinius VII. Cujus locum explicat Claudius Salmasius ad Solinum. Lege etiam Vossium de Historicis Latinis.

Et cupidissimus literarum] M. Tullius De finibus lib. III. 'Quo cum venissem, M. Catonem, quem ibi esse nescieram, vidi in bibliotheca sedentem, multis circumfusum Stoicorum libris. Erat enim, ut scis, in eo inexhausta aviditas legendi, nec satiari poterat: quippe qui ne reprehensionem quidem vulgi inanem reformidans, in ipsa curia soleret legere sæpe, dum Senatus cogeretur, nihil operæ reipublicæ detrahens. Quo magis tum in summo otio, maximaque copia, quasi helluo librorum, si hoc verbo in tam præclara re utendum est, videbatur.' *Lambin.*

Senior arripuerat] Maxime Græcarum. Cicero in Catone: 'Qui si eruditius videbitur disputare, quam consuevit ipse in suis libris, attribuito Græcis literis, quarum constat eum perstudiosum fuisse in senectute.' Val. Maximus VIII. 7. 'Idem Græcis literis erudiri concupivit: quam sero, inde æstimemus, quod etiam Latinas pene jam senex didi-

cit.' Plutarchus in vita: Ἄλλως δὲ παιδείας Ἑλληνικῆς ὀψιμαθὴς γενέσθαι λέγεται, καὶ πόῤῥω παντάπασιν ἡλικίας ἐληλακὼς, Ἑλληνικὰ βιβλία λαβὼν εἰς χεῖρας, βραχέα μὲν ἀπὸ Θουκυδίδου, πλείονα δ' ἀπὸ Δημοσθένους εἰς τὸ ῥητορικὸν ὠφεληθῆναι· τὰ μέντοι συγγράμματα καὶ δόγμασιν Ἑλληνικοῖς καὶ ἱστορίαις ἐπιεικῶς διαπεποίκιλται· καὶ μεθηρμηνευμένα πολλὰ κατὰ λέξιν ἐν τοῖς ἀποφθέγμασι καὶ ταῖς γνωμολογίαις τέτακται.

Ab adolescentia confecit Orationes] Centum quinquaginta. Cicero. Quarum vix ad nos inscriptiones, nominaque pervenerunt. Citantur a Cicerone et Gellio, et veteribus Grammaticis: De ædilibus vitio creatis: De præda militum dividenda: Pro lege Voconio: In M. Cæcilium: Pro L. Cæsetio: De moribus C. Neronis: In Furium: In Pansam: De tribunis militum: In Q. Minucium Thermum de suis virtutibus: In Veturium de sacrilegio commisso: Pro Veturio: De lege Lætoria: De lege Bæbia: De falsis pugnis: De re Floriana: Ne quis Consul bis fiat: Adversus M. Acilium quarta: Ad liteis Censorias: In Annium: In M. Fulvium Nobiliorem: De spoliis, ne figerentur, nisi quæ de hostibus, &c. In Oppium: De decem hominibus: De fœneratione legis Juniæ: Pro Rhodiensibus: Pro lege Orchia: Dissuasio de rege Attalo et vectigalibus Asiæ: Ædileis plebis sacrosanctos esse: De Auguribus: De indigetibus: De Conjuratione: De fundo oleario: De signis et tabulis apud Equites: De re Histriæ militari: De Consulatu: In Cornelium, ad populum, &c. *Lambin.*

Origines videtur appellasse] M. Tullius in Catone: 'Septimus mihi liber Originum est in manibus: omnia antiquitatis monumenta colligo: causarum illustrium, quascunque defendi, nunc cum maxime Orationes conficio: jus augurium, pontificium, civile tracto: multum etiam literis Græcis utor, Pythagoreorumque more, exercendæ memoriæ gratia, quid quoque die dixerim, audiverim, egerim, commemoro vesperi.' Reprehendit hanc inscriptionem Festus in voce *Originum*, his verbis: 'Originum libros, quod inscripsit Cato, non satis plenum titulum propositi sui videtur amplexus: quando prægravant ea, quæ sunt rerum gestarum populi Romani.' *Lambin.* Meminit etiam illorum Robertus Volturius lib. II. de re militari. Atqui hi libri iidem sunt cum Historiarum libris: secus atque Colerus existimat. Cicero ejus Orationes atque Originum libros impense laudat. In Orationibus omnes Oratorias virtutes extollit idem Cicero, florem et lumen eloquentiæ in Originum libris laudat; etsi hæc non probet Brutus. *Vossius.*

Bellum Punicum primum] Quod scripsit Mævius versibus Saturniis. Festus in Saturno. Cicero in Bruto. Idem in Catone: 'Quam gaudebat bello suo Punico Nævius!' *Lambin.* Gifanius e Cod. suo legit *Pœnicum*, ut alibi. *Bosius.*

Secundum] Quod ab Ennio item versibus scriptum est Ann. lib. XII. *Idem.*

Usque ad præturam Servii Galbæ] Sic legendum, non, ut vulgo, *Sergii Galbæ.* Galbæ enim erant Sulpiciæ gentis, non Sergiæ. Itaque hujus Galbæ prænomen erat Servius, nomen Sulpicius. *Lambin.* De Galba vide, quæ ad Suetonium commentati sint Salmas. et Boxhornius in editione Schildiana.

Qui diripuit Lusitanos] Suetonius: 'Ser. Galba consularis, temporum suorum eloquentissimus, quem tradunt Hispaniam ex prætura obtinentem, XXX. Lusitanorum millibus perfidia trucidatis, Viriatini belli causam extitisse.' Eo nomine a L. Scribonio Libone et M. Porcio Catone in judicium vocatus est. Qui cum se certe damnatum iri videret, complexus

duos filios prætextatos, et C. Sulpicii Galli filium, cujus tutor erat; ita miserabiliter pro se locutus est, ut rogatio antiquaretur. *Lambin. Oliver.* Exstat reprehensio Rutilii Rufi adversus Ser. Sulpicium Galbam apud Ciceronem lib. I. de Oratore; quod is, L. Scribonio Libone quæstionem in eum ferente, populi misericordiam concitasset. Ubi inter alia tradit Cicero, quod apud Catonem idem scriptum vidisset. Lege eundem in Bruto. Valerium lib. IX. 6. Epitomen XLVIII.

De vita et moribus] Quo tempore ætatis, et anno, et Consulibus interierit Cato, discordant inter se Historici. Sunt qui A. 605. mortuum volunt Urbis Conditæ: octoginta quinque annos natus, L. Marcio Censorino, Manio Manlio Coss. Paterculus vero male P. Censorino, M. Manlio Coss. Cicero in Bruto: 'Cato,' inquit, 'annos quinque et octoginta natus excessit e vita: cum quidem eo ipso anno contra Ser. Galbam ad populum summa contentione dixisset.' Valerius vero lib. VIII. 1. et 7. octogesimum sextum annum agentem adversus Galbam perorasse dicit. Plinius lib. XIV. 4. sexcentesimo Urbis conditæ mortuum, rotundo numero dixit. Non recte, ut puto, Plutarchus ἐνενήκοντα Catonem, et Livius nonagenario majorem faciunt. *Schottus.*

In eo libro] Cujus fragmentum elegans vide apud Gell. lib. II. 8. *Savar.* Aperte indicat, eo nunc de Catone brevius se agere, quia separatim de eo scripserit. Ergo vita illa Catonis, quam paucis perstrictam habemus, majoris pars est voluminis, in quo Romanorum complurium vitæ continerentur. *Vossius.*

Delegamus] Sic Mss. et vulgati omnes, recte. Seneca de Beneficiis lib. IV. 11. 'Debitores nobis Deos delegat, precaturque illi pro se gratiam referant.' Lambinus *relegamus* legit, pro quo facit Plinius lib. VII. 1. 'potiusque ad auctores relegabo.' *Savaro.*

XXV. T. POMPONIUS ATTICUS.

Pomponius Atticus] Cui vitas excellentium Græciæ Imperatorum inscripsit: ut ex Præfatione patet. Gens Pomponia familias habuit, Bassorum, Secundorum, Atticorum, et Labeonum. *Keuchen.* Manutius opinatur, quod inde, quia 'sic Græce loquebatur, ut Athenis natus videretur,' cognomen Attici adeptus sit. *Ernstius.* Meminit ejusdem in Catone, 'rogatu T. Pomponii Attici.' *Savaro.*

Ab origine ultima stirpis Romanæ generatus] Pro prima. Quod incredibile videretur, nisi ita sæpe veteres usurpassent. Livius I. 'Ibi Tarquinius ab ultima stirpe orsus.' *Schott.* Stirps Romana post Romulum a Numa Pompilio capit originem. Qui inter quatuor filios unum Pomponem appellavit. A quo postmodum Pomponii vocati sunt. Videtur huc respexisse Nepos, quando ab origine ultima stirpis Romanæ generatum Pomponium dicit. Locum restituit et explicat Casparus Barthius lib. XLII. 29. *Keuchen.* *Ab origine ultima stirpis Romanæ generatus*] Certant in eluendo hoc loco Docti: quorum princeps Manutius corrigebat *e stirpe Ro-*

mana generatus. Lambinus vero τὸ *generatus* expungendum, reponendumque censet *generosus.* Bosius divisim legit *genere natus.* Casp. Barthius Advers. lib. XLII. 29. legit *ab origine ultima stirpis R. generatus*, illudque *R.* putat significare *Regiæ.* Verum hos omnes interpunctione deceptos esse affirmat Schottus, eaque omissa vulgatam tuetur lectionem: q. d. Nepos, genitus seu oriundus a prima nobilitate Romana. Hæc Schottus, quibus tamen non persuasit Cl. Rutgersio, ut opinioni ejus accederet, quin mallet, '*ab origine ultima stirpis Romæ generatus*, vel *Romano genere natus*, ut referat ad Numam, lib. II. 8. Variar. Lect. Sallustius lib. I. Hist. 'Cato Romani generis disertissimus multa paucis absolvit.' Nuperi Editores conjecturam Bosii non tam facile in codices a se propagatos admisisse debebant. *Gebh.* Miror viros oculatissimos in re tam clara adeo cæcutiisse, alio præsertim non minus docto facem præferente. Delendum scilicet τὸ *generatus*, inepti librarii commentum, ut in suis ad Ausonium notis Tollius monuit.

Equestrem obtinuit dignitatem] *Equestrem ordinem suum* vocat lib. VII. epist. 1. apud Ciceronem. Hoc honore contentus, senatorium non affectavit. Vide infra. *Schottus.* Prior dignitas adimebatur posteriorem recusantibus. Suetonius.

Et, ut tum erant tempora, diti] Formula antiquis usitata et elegans. Cicero in Bruto: 'Decimus Brutus erat cum literis Latinis, tum etiam Græcis, ut temporibus illis, eruditus.' Exempla passim obvia. *Schott.*

Celeriter acciperet] Cum vocabulo *celeriter* rectius congruit *arriperet:* magis enim Latinum est, ut hoc loco ex Cicerone notat P. Manutius. Significat autem, cupide amplecti. *Schottus. Celeriter acciperet*] Nihil mutandum. Hinc 'capax ingenium.' M. Tullius Catone Majore: 'Pueri res eas non tum primum accipere videntur.' *Gebhard.*

Excellenter pronunciaret] Infra: 'Tanta suavitas erat sermonis Latini, ut appareret, in eo nativum quendam leporem esse, non adscitum. Idem poëmata pronunciabat et Græce et Latine, sic ut supra nihil posset.' Cui virtuti quantum tribuant Rhetores, in vulgus notum, cui et primas et secundas et tertias Demosthenes tribuebat. *Schottus.*

Lucius Torquatus] Hic L. Manlius Torquatus appellabatur, quia Manliæ gentis Consul fuit cum L. Aurelio Cotta, biennio ante Consulatum Ciceronis, anno ab U. C. 687. *Ernst.*

C. Marius, C. filius] Est sane antiquis modus loquendi, qui Ursino etiam probatur. Manutius legit, *C. Marii filius.* Ernstius. Apud Velleium est, Caius Marius Caii Consulis filius. Solus Appianus fratris filium vocat. *Keucken.*

CAP. 2. *P. Sulpicii*] Clari Oratoris. *Ernst.*

Qui Tribunus pl. interfectus est] Anno Urb. Cond. 665. et Cic. XIX. L. Corn. Sylla et Q. Pomp. Rufo Coss. quum auctore Mario perniciosas leges (quas per vim latas Sylla dicebat, ut est Philipp. VIII.) promulgasset, ac Pompeii Consulis filium, Syllæ generum, occidisset; qui cum exercitu in urbem venit, ex eaque Sulpitii et Marii factionem expulit. Ut ex Livio lib. LXXVII. aliisque notat Fabricius. Tum Sylla P. Sulpitium oppressit, eique ferro erepta vita est. Cicero Catilin. III. et De Orat. lib. III. *Ernstius.*

Cinnano tumultu] Anno U. C. 666.

Studiis obsequendi suis] Id est, serviendi. Nam et Cicero 'obsequi' et 'servire valetudini' dixit. *Manutius.*

Athenas se contulit] Ubi nobilissimum orbis terrarum Gymnasium. Cicero. Quo mittebantur ex omnibus orbis partibus reges, regumque filii. Unde illa nomina plena laudis,

plena gloriæ nata sunt. Thucydidi dictæ sunt *παίδευσις* Ἑλλάδος· Diodoro *κοινὸν πάντων ἀνθρώπων παιδευτήριον*· Straboni *σοφῶν οἰκητήριον*· Aristidi *σοφίας πρυτανεῖον*· Euripidi apud Athenæum, Ἑλλάδος Ἑλλάς· Pindaro Ἑλλάδος ἔρεισμα· Demostheni *ψυχὴ καὶ ἥλιος, καὶ ὀφθαλμὸς* Ἑλλάδος. De quibus imprimis splendide Isocrates in Panegyrico. Vide Athenas Atticas Meursii, et Historiam Philosophicam Georgii Hornii lib. VII. *Keuch.*

Neque eo secius] *Eo secius* familiaris auctori locutio, occurrit phrasis in Conone, Eumene, Dione, Annibale, et inferius. *Savaro.* Vide Notas Gebhardi ad Miltiadem.

Cujus fugam] Armis Syllanis urbe ejectus, in Minturnensium paludibus latuit. Plutarch.

Magnam partem] Hoc est, res mobiles trajecit mare scilicet mediterraneum. *Ernstius.*

Versuram facere] Æs alienum alieno ære dispungere; quod faciunt, qui mutato creditore satisfaciunt ea pecunia antiquiori creditori, quam a novo mutuati sunt. Videatur Festus. Donatus exponit *versuram facere*, cum quis minore fœnore acceptam pecuniam majore occupat. Eo sensu quo Nepos, Cicero ad Atticum: 'Non modo magno, sed iniquissimo fœnore versuram facere Aurelius coactus est.' Ad eundem: 'Vereor ne illud, quod tecum permutavi, versura mihi solvendum sit.' *Gebhard.* Vocem et locum egregie explicavit Jac. Cujacius in Observat. et Simeon Bosius in Epist. ad Atticum lib. v. 21. Infra: 'Neque post calamitatem versuram facere potuisset.' Vide P. Diaconum. Hanc legibus Romanis magis, quam usuram vetitam, auctor Tacitus Ann. lib. v. *Schott.*

Longius quam dictum esset, eos debere passus sit] Quia libri quidam *æs* præferunt, ideo conjectabat Rutgersius *eos debere*. quod et Schottus amplexus fuerat. *Gebhardus.*

Sex modii] Joan. Savaro et Beurerus legunt *septem modii.* Sed hunc locum recte Faërnus restituit, cum antea etiam pro *modiis* legeretur *medius.* Ernstius. *Μέδιμνός ἐστι ξηρῶν μοδίων ἕξ.* *Suidas.*

Qui modus mensuræ medimnus Athenis appellatur] Vel *medimnum.* Utrumque a Tullio fuit usurpatum. Cicero in Verrem. v. 'Sed tritici septem millia medimnum ex Nymphonis arationibus edicta pœna.' Ibidem: 'In jugere Leontini agri medimnum fere tritici seritur.' Capiebat autem senos medios. Ita Suidas et alii testantur. *Keuchen.* Gifanii liber tamen mox: 'septem modios tritici' nominat. Sane Alex. ab Alex. lib. II. 20. ita distinguit, ut modios quidem sex medimnum facere, Atheniensem autem medimnum septem modiis constare dicat. *Boecler.*

CAP. 3. *Ut communis infimis*] Blandus et affabilis, comis et obvius. Dositheus Magister lib. III. Ms. ex Bibliotheca Cl. Puteani V. C. *Omnibus communem esse, πᾶσι κοινὸν εἶναι.* Probus, hujus libri exscriptor potius quam auctor, in carmine ad librum de Theodosio imperatore loquens: 'Communis cunctis hominem se regna tenere Sed meminit: vincit hinc magis ille homines.' Sidonius in Concione lib. VII. Vide Notas, et supra in Miltiad. fine. *Savaro.* Cæterum colebant Athenienses summo jure commune jus humanitatis, quo civis civi a civibus esset communis, ut loquitur Cicero. Apuleius in Apologia: 'Athenienses propter commune jus humanitatis,' &c. Pro *communis*, Antonius Augustinus legit *comis.*

Quo beneficio ille uti noluit] Civem tamen Atticum Cicero vocat; respiciens, credo, ad cognomen, non ad jus civitatis; Epist. lib. I. 16. et lib. II. 1. 'In eis orationibus, quæ Philippicæ nominantur, enituerat civis ille tuus Demosthenes.' *Schott.*

Amitti civitatem Romanam alia ad-

ascita] Civitatem Romanam vocat jus civium Romanorum. Inde apud Jurisconsultos, 'Civitate donare.' Illa amittebatur, si Romanus civis urbis alterius jura adscisceret. Quippe duarum civitatum jure civili nemo censebatur civis. *Keuchen.* Neque enim jure Quiritium idem duarum civitatum civis esse poterat. Cicero pro Cæcinna, et pro Corn. Balbo: 'Duarum civitatum civis esse nostro jure civili nemo potest: non esse hujus civitatis civis, qui se alii civitati dicarit, potest.' Vide Anton. Goveanum, J. C. Var. Lect. Jur. Civil. c. 6. *Schott.*

Itaque aliquot ipsi et Philiæ locis sanctissimis posuerunt] Extant variæ doctorum de hoc loco contentiones. Cum Mss. habeant *Phidiæ*, natum est vitiosissimum illud *Piliæ*, quam tamen aliquanto post Athenis regressum Romam demum duxit. Fulvius Ursinus eliciebat *filiæ*. Quidam *Philiæ*, id est, amicitiæ; quod amicitiæ cultor esset constantissimus: quam Divam doctiores in veterum monumentis ignorant. Lipsius *ipsi et Fidei* divinabat Elect. I. 14. Quod Schottus improbat, neque melius quid extundit. Etsi nunquam ego id verum judicarim; tamen ante quinquennium Anno 1625. in familiari colloquio Lugduni Batavorum magnopere mihi commendavit Emendationem Jani Rutgersl, viri longiore vita dignissimi, *Itaque aliquot Pnyce et Pæcile locis sanctissimis*, Clariss. et Doctiss. P. Scriverius. Vulgata lectione deceptus V. Cl. Joannes Meursius putat revera statuam Piliæ positam libro III. 3. Athenarum Attic. *Gebhard.*

Hunc enim, &c.] Hæc ad Phidiam (sive aliud sed viri nomen fuit) referenda puto cum Manutio. Sane non fuit uxor Attici honore supervacuo et immerito oneranda. *Boecler.*

Actorem auctoremque] Ms. Schotti inverso ordine *auctorem actoremque*. Bosius. Recte vocat *actorem;* is enim communi mandato causas et lites universitatis persequebatur. Ab Atheniensibus appellabatur ἔκδικος, qui Gaio JCto fuit Syndicus lib. I. sec. 1. D. Quod cujuscunque univers. nom. agatur. *Ernst.* Non dissimulanda quorundam libb. lectio *in omni procuratione reip. publicum actorem.* Boecl. Tollius in notis ad Ausonium alterum a librariis additum suspicatur. Solebant enim illi varias lectiones margini illinere, quæ deinde in contextum migravere. In primis autem in iis, ubi litera *u* cum vocali alia conjungitur. Non enim ea seriei ceterarum literarum includebatur, sed supra ceteras scribebatur, hoc modo *a^u^ctorem*. Unde post ortæ dubitationes, et allucinationes plurimæ, fugientibus præsertim præ vetustate literis.

Auctoremque] Subaudi *secundum*. Atqui sic optime cum præcedente voce convenit. Auctores autem secundi fidejussores erant ob evictionem dati. Quæ vox deinde translata est ad omne genus procurationis. Adi Ulpian. in lib. IV. D. de Evict. *Ernst.*

In qua domicilium orbis terrarum] Infra: 'Cum se uterque Principem, non solum urbis Romæ, sed orbis terrarum esse crederet.' Martialis: 'Terrarum Dea gentiumque Roma, Cui par est nihil, et nihil secundum.' Ad quod respexit Sex. Jul. Frontinus lib. II. de aquæductibus urbis Romæ: 'Sentit,' inquit, 'hanc curam Imperatoris piissimi Nervæ principis sui Regina et Domina orbis indies; [lego *indiges*.] Quæ terrarum Dea consistit, cui par est nihil, et nihil secundum.' *Schott.* Cicero: 'Roma arx omnium terrarum.' Et in Catilin. 'Lux Orbis terrarum, et arx omnium gentium.' Philipp. VI. 'Quis unquam tantis opibus, tantis rebus gestis fuit, qui se P. R. victoriis, dominæque omnium gentium patronum dicere auderet?' Horat. Od. IV. 4. *Lamb.* De cujus

magnitudine et potentia lege Lipsium in admirandis, Rosinum in antiquitatibus. Plena laudum et gloriæ omnis antiquitas. Marcianus instar omnium unus: Ἐν τοῖς ἔθνεσι τούτοις δὲ Ῥώμη ἐστὶ πόλις Ἔχουσ' ἐφάμιλλον τῇ δυνάμει καὶ τοὔνομα, Ἄστρον τι κοινὸν τῆς ὅλης οἰκουμένης Ἐν τῇ Λατίνῃ, Ῥώμυλον δ' αὐτὴν κτίσαι, Θέμενον ἀφ' αὑτοῦ φασὶ τοῦτο τοὔνομα.

Ut eandem et patriam haberet, et dominam] Subtiliter quidem a Lambino excogitata lectio, in textum tamen recipi non debuit; in lib. enim, *ut eandem et patriam haberet et domum voluit.* Hæc ultima vox etiam in Ms. exstat, teste Schotto: quæ si retinenda est, admonet nos de vitio totius loci mutilati aut corrupti. Planissima igitur lectio fuerit si *domum* restituatur, et aptius forte si tollatur vocula *est* post *natus*, et *ut* post *imperii*. Vid. Schott. obs. lib. III. 8. *Boecler.* Ernst. relative *domum* legit.

Quæ antiquitate] Unde αὐτόχθονες sese appellabant Athenienses; id est, ut explicat Servius, *terrigenas*. Vide Suidam in Αὐτόχθονες. Scholiastes ad Equit. Aristophanis: Πρῶτοί τε καὶ αὐτόχθονες οἱ Ἀθηναῖοι. Euripides Ione: Ἐλθὼν λαὸν εἰς αὐτόχθονα Κλεινῶν Ἀθηνῶν. Idem apud Plutarchum, de Athenis: Ἡ πρῶτα μὲν λεὼς, οὐκ ἐπακτὸς ἄλλοθεν, Αὐτόχθονες δ' ἔφημεν. Lege præ aliis Aristidem in Panathænaica. Inde est, quod Cicero dicit in Oratione pro Flacco: 'Ex sese suos cives genuisse dicuntur.' Et Justinus II. 'Non advenæ, neque passim collecta populi colluvies originem urbi dedit, sed in eodem nati solo quod incedunt; et quæ illis sedes, eadem origo est.' De qua urbe Incomparabilis Meursius, Fort. Attic. cap. 1. et 8. *Keuch.*

Humanitate] De ingenti humanitate Atheniensium erga hospites et peregrinos, deque ara Misericordiæ eorum, vide Theophili Græci Jurisconsulti παράφρασιν in §. Ἀλεξανδρεῦσι δέ. Inst. de Jure Nat. Gent. et Civ. et illos scriptores, quos ibidem citavit Cl. Fabrotus. *Ernst.*

Doctrina] Unde 'catos et omnis scientiæ magistros' vocat Apuleius in Metamorphosi. Et Mamertinus in Panegyrico: 'Ipsæ illæ bonarum artium magistræ atque inventrices Athenæ.' Quas ideo 'doctas' dixerunt Poëtæ. Vide, quæ fuse a nobis paullo ante notata sunt.

CAP. 4. *Huc ex Asia Sulla decedens*] Infra: 'Humanitatis nullum adferre majus testimonium possum, quam quod adolescens idem seni Sullæ fuerit jucundissimus, senex adolescenti M. Bruto.' *Schott.*

Adolescentis humanitate et doctrina] Cicero Catone majore, quem Attico misit: 'Novi moderationem animi tui et æquitatem; teque non cognomen solum Athenis deportasse, sed humanitatem et prudentiam intelligo.' Et Epist. ad Familiar. I. 13. 'Pomponius Atticus omni liberali doctrina politissimus.' *Idem.*

Sic enim Græce loquebatur] Unde *Attici* cognomentum. Cicero v. de Finibus: 'Athenis se collocavit, ut sit pæne unus ex Atticis, ut id etiam cognomine videatur habiturus.' *Schott.*

Ut Athenis natus] Ut Antonius ille apud Plin. Epist. lib. IV. 3. *Ernst.*

Tanta autem erat suavitas sermonis Latini] Cicero Epist. ad Attic. lib. XV. 1. 'Oratio scripta elegantissimis sententiis, ut nihil posset ultra.' Hoc de Catulis prædicat idem Cicero de Offic. I. *Heidman.*

Græce et Latine] Scripserat Græce de consulatu Ciceronis commentarium; qui tamen horridulus et incomptus Ciceroni visus est, Epist. lib. II. 1. et inf. *Schott.*

Nunquam eum ab se dimitteret] Erat enim et ipse Sulla literis Græcis atque Latinis juxta doctissime eruditus, animo ingenti, cupidus voluptatum, sed gloriæ cupidior: facundus, callidus, et amicitia facilis. Sallustius Jugurth.

Et omnia reliqua tempora aut literis] Philosophiæ Epicureæ. Cicero de Legibus.

Ad comitia eorum ventitavit] Cicero Epist. ad Attic. lib. I. 10.

Sicut Ciceroni in omnibus] Ad comitia tamen sua Prætoria Cicero eum non vocavit; immo, ne quid rebus ejus incommodaret, venire prohibuit: Attic. I. 20. Ad Consularia eum vocat. Epist. I. 2. *Heidman.*

Tranquillatis autem rebus Romanis] Παθητικῶς. Utitur et in Topicis Cicero: 'Ut aut perturbentur animi, aut tranquillentur.' Et Horat. Epist. I. 18. *Schott.*

L. Cotta et L. Torquato Coss.] Anno U. C. 688. Quorum Consulum meminit et in Catilin. tertia, et Agraria II. in Rullum. *Idem.*

Quem diem] Fulvius Ursinus *abeuntem* istis binis vocibus præferebat. Rutgers. Variar. Lect. lib. II. 8. 'Discedentem sic universa.' At, si meo staretur arbitrio, mallem jugulare voculam *diem* cum Antonio Augustino V. Cl. *Gebhard.*

Ut lacrymis desiderii futuri] Lege, quæ ad Alcibiadem notata sunt. De hujusmodi lacrymis Philo περὶ ἀποικίας.

Cap. 5. *Q. Cæcilium*] Meminit ejus Cicero Epist. ad Att. lib. I. 1. et II. 19. ubi eum quoque Attici avunculum vocat. *Ernstius.*

Cujus sic asperitatem] Difficillimam naturam, quales δύσκολοι vocantur Græcis. *Boecler.*

Cæcilius enim moriens] Val. Maximus lib. VII. 9. 'Q. Cæcilius L. Luculli promptissimo studio, maximaque liberalitate, et honestum dignitatis gradum, et amplissimum patrimonium consecutus: cum præ se semper tulisset, unum illum sibi esse heredem, moriens etiam annulos ei suos tradidisset; Pomponium Atticum testamento adoptavit, omniumque bonorum reliquit heredem.' *Schott. Lambin. Gebh.* Sic et M. Popilius Oppium Gallum familiarissimum suum traditis annulis delusit. Adeo verum est, quod Poëta dicit: 'Boni est viri etiam in morte nullum fallere.'

Adoptavit eum] Quod ei gratulatur M. Tullius Epist. lib. III. 20. cujus inscriptio: 'Cicero S. D. Q. Cæcilio Q. F. Pomponiano Attico: ex usitata adoptionum formula, ut nomen in *anus* desinat. M. Varro De re rustica lib. II. 2. 'Atticus, qui nunc T. Pomponius, nunc Q. Cæcilius, cognomine eodem.' Vide et de libertorum, et adoptatorum cognominibus Angelum Politianum Miscell. capite 31. et Anton. Augustinum Emendat. Juris lib. III. 8. *Schott. Lambin.* Jubebat ejusmodi testator adoptatos 'NOMEN SUUM FERRE,' l. sed et si, et l. facta, § si sub nominis, ff. ad Trebellian. Apud Ovidium Metamorph. XV. Jupiter ad Venerem de Cæsaris ἀποθεώσει. 'Qui nominis heres Impositum ferret unus onus.' *Brissonius.*

Heredemque fecit ex dodrante] Hereditas plerumque dividitur in duodecim uncias, quæ assis appellatione continentur. Habent autem hæ partes propria nomina ab uncia usque ad assem: sicuti lib. II. Institutionum traditum est. Unde frequenter legimus, alios institutos esse heredes ex quadrante, alios ex semisse, alios ex dodrante, alios ex asse. Dodrans significat novem uncias, quasi dempto quadrante. *Beroald.*

Soror Attici] Pomponia dicta, ex qua Quinctum filium paullo ante M. Ciceronis consulatum suscepit. Nam Q. Cicero F. Marco Cicerone filio major natu fuit, ut in Epistolis ad Q. fratrem legimus, et togæ puræ suis temporibus utrique datæ demonstrant. Cum ea non bene conveniebat Quincto: Epist. lib. I. 15. et lib. V. 1. A qua et divortit, lib. XIV. 15. *Schott.*

Easque nuptias M. Cicero conciliarat] De conjugio eorum parum concordi

Cicero ipse Attic. I. 5. 6. 8. 10. *Heidman.* Sic infr. 'Nuptiarum conciliator fuit Antonius.'

Cum quo a condiscipulatu vivebat conjunctissime] Hinc Fabius Quinctilianus: 'Condiscipulorum amicitiæ ad senectutem usque firmissimæ durant, religiosa quadam necessitudine imbutæ.' Institut. Orat. I. 2. Et Nepos infra: 'Hoc quoque sit Attici bonitatis exemplum, quod cum eo, quem puerum in ludo cognorat, adeo conjuncte vixit, ut ad extremam ætatem amicitia eorum creverit.' *Heidman.*

Quam cum Quincto] De Cicerone vicissim infra: 'Atticum præcipue dilexit Cicero, ut ne frater quidem ei Quinctus carior fuerit.' Et ad Famil. lib. XIII. 'Pomponium Atticum sic amo, ut alterum fratrem: nihil est illo mihi nec carius nec jucundius: homo minime ambitiosus, minime in rogitando molestus.' *Idem.*

Similitudinem morum] Cicero in Lælio: 'Nihil est quod ad se rem tam alliciat, tam attrahat, quam ad amicitiam similitudo.' Et: 'Dispares mores disparia studia sequuntur, quorum dissimilitudo dissociat amicitias.' *Schott.*

Quam affinitatem] Vide supra in Dione et in Timoleone ibidem Notas. Conjunctionem Justin. dixit libr. VI. 'Porro Pisandrus conjunctione Agesilai, etiam virtutum æmulator erat.' Id est, affinitate. Erat enim uxoris ejus frater. Infra: 'Agrippa potissimum ejus diligeret affinitatem, præoptaretque Equitis Romani filiam generosam nuptiis.' *Savaro.*

Principatum eloquentiæ tenebat] Unde 'caussarum Rex' dictus. Dictionem incredibili gestus suavitate commendabat Cicero in Bruto. Vide Vossium de Historicis Latinis, I. 11. *Keuchen.*

Cicero, an Hortensius] Inter quos etiam in amando æmulatio fuit. Hortensium enim levitatis et inconstantiæ sæpe arguit M. Tullius Epist. lib. III. 1. et lib. IV. 3. et lib. I. 3. ad Quinctum fratrem. Rursus Epist. lib. V. 20. et lib. VI. 1. actionem ejus λιγυρὰν, id est, argutam obscure perstringens, 'Momum Ligurinum' recte vocat. Infra: 'Cum æqualibus suis, Q. Hortensio et M. Cicerone, sic vixit, ut judicare difficile sit, cui ætati fuerit aptissimus.' *Schott.*

Inter quos tanta laudis esset æmulatio] Sic infra: 'Hoc quale sit, facilius existimabit is, qui judicare poterit, quantæ sit sapientiæ eorum retinere usum benevolentiamque, inter quos maximarum rerum non solum æmulatio, sed obtrectatio intercedebat.' *Idem.*

Essetque talium virorum copula] Conjunctio. Nazarius Panegyrico in Constantinum cap. 10. 'Sed profecto nulla vi possunt coire, quæ naturali divortio dissident: nec ulla tam fidelis est copula, quæ in diversum tendentia nexu suo teneat.' *Gebhard.*

CAP. 6. *Optimarum partium*] Ursinus opinatur legendum esse, pro *optimarum*, *optimatum*. Ernst. Meminit Just. Lipsius Politic. lib. VI. 7. Nescio tamen an id dicat Nepos, quod Cicero in Epist. cum de civilibus discordiis loquitur, 'se a bonis nunquam dissentire, cum bonis facere, cæteris bonis viris jungi velle.' *Bosci.*

Quam qui maritimis jactarentur] Rempublicam navi, et maris tempestatibus bella intestina ἀλληγορικῶς comparari, auctor Fabius lib. VIII. 6. ex Horat. I. Od. 14. Infra Nepos, 'Si gubernator præcipua laude fertur, qui navem ex hieme marique scopuloso servat; cur non singularis ejus existimetur prudentia, qui ex tot tamque gravibus procellis civilibus ad incolumitatem pervenit?' Cicero quoque in Muræniana, Comitia freto et Euripo comparat, et II. Philipp. Oceano bella civilia. *Schott.*

Neque geri e Republ.] Plenis buccis

excipit laudatque hanc Cujacii emendationem Lambinus, *neque geri sine periculo:* ita tamen ut retinendum existimet *e repub.* Schotti libri membranacei: *neque e Rep. sine periculo,* ut *esse* exaudiendum sit. Mihi haut displicet conjectura Jani Rutgersi, *neque retineri sine periculo,* Var. Lect. lib. II. 8. *Gebhard.*

Ad hastam publicam nunquam accessit] Cum publica auctione vendebatur aliquid, hasta figi solebat, quæ publica dicta. Alex. ab Alex. Quod veniebat, hastæ subjici dicebatur. Lege Beroaldum IV. in Propert. commentar. Id genus venditionis eleganti vocabulo Tertullianus hastarium vocat. De cujus jure pulchre tractat Zasius de Orig. Jur.

Neque præs, neque manceps] Publicanus tamen fuit. Cicero Epist. lib. II. 15. et vectigalia apud Sicyonios exercebat Epist. lib. I. 19. Vide Car. Sigonium de antiquo Jure civium Romanorum, lib. II. 4. *Schott.*

Neque subscribens] 'Subscribere in crimen' J. C. formula est, quum accusator libellis, quos dabat, testabatur se nomine professum esse. lib. III. §. Item 'scribere.' D. De accusat. et sæpe alias. *Idem.*

Honore fuerit contentus] Quem minime reprehendenda ratio ad honestum otium duxit. Cicero Epist. I. 17.

Voluerit ire in Asiam] Vide extremam epistolam lib. I. 16. ad Atticum, cujus initium: 'Quæris ex me, quod ad me scribis, te in Asiam statuisse non ire; Equidem vellem ut ires: ac vereor ne quid in ista re minus commode fiat. Sed tamen non possum reprehendere consilium tuum, præsertim cum egomet in provinciam non sim profectus.' *Schott. Lambin.* Vulgo legebatur *voluit ire.* Prætor autem fuit Q. Tullius, ut Schottus adnotavit, M. Val. Messala et M. Pusio Pisone Coss. A. U. 692. *Bosius.*

Assæclam esse Prætoris] Prætor fuit Q. Tullius, anno 691. M. Valerio Messala, M. Pusio Pisone Coss. Ante Idus Martias Asiam provinciam sortitus: et ante Nonas Decembris profectus, F. Flacco successit. Cicer. ad Attic. et in Oration. Suetonius ergo male in Augusto cap. 3. 'Proconsulatum Asiæ' administrasse ait, quæ Prætoria est, Cicerone et Nepote testibus omni exceptione majoribus. Falso quoque idem 'parum secunda fama administrasse:' cum M. frater in Orat. et epistolis ad eum scriptis tantopere laudet, tantisque honoribus ornatum fuisse testetur. *Schott.* Cæterum dicit Q. fratrem Proconsulatum Asiæ administrasse, quæ Prætoria est, hoc modo: Senatui lege Sempronia liberum erat, quos in quas vellent provincias mittere. Quanquam crediderim, cum Prætorius aliquis in provinciam Consularem mittebatur, eum jure quoque Consulari mitti solere, verbi gratia, cum XII. fascibus, non sex tantum. Atque adeo juxta imperium quod a Senatu quis acceperat, pro Consule, aut pro Prætore eam provinciam administrare dicebatur, tametsi Prætorius Consularem, aut e diverso Consularis Prætoriam adeptus esset. Ergo Asia διχωτόμος, et Consulis et Prætoris administrationi subjacebat.

Ut ejus observantia] Hinc factum est, ut eum libentius omnes observarent, colerent, atque in oculis ferrent: ἐνεργητικῶς. Manut. 'Observantia,' qua ipse aliquem observabat. Nam et παθητικῶς dicitur; ut 'utilitas' apud Terentium in Eunucho: et ad Tironem Cicero: 'invidia mea,' Catilinar. II. et Tuscul. IV. *Schott.* Est qui *observantiam* de cautione et circumspectione circa honorum partiumque studium accipi posse non absurdum judicat. Judicet lector. *Boecl.*

CAP. 7. *Incidit Cæsarianum civile bellum*] Anno Urbis 702. quando M. Marcellus Consul legem ferebat, de abrogando Cæsari imperio, etsi invitis et repugnantibus Servio Sulpic. Cos.

altero, et, ut videbatur, Cn. Pompeio, et Tribun. pl. *Ernst.* Alii initium conjiciunt in annum Romæ 705. L. Corn. Lentulo Crus. C. Claudio Marcello Cos. *Ubbo Emmius.*

Usus est ætatis vacatione] Quod scilicet haberet annos circiter LX. Quintilianus Declam. 306. 'Est præcipuum jus senectutis, quoniam non una subit omnis ætas, non perpetuo Senatorem citat Consul; est sua legationibus requies, cum hos habueris annos, jam non militabis.' Supra in Timotheo: 'Hic cum esset magno natu, et magistratus gerere desiisset.' Vide not. in Sidonii Epist. lib. I. 6. *Savaro.* De ætatis vacatione vide Jurisconsultum lib. L. Tit. VI. Pand. De immunitate: lib. V. §. fin. de Mun. et Honor. et in Tit. de Vacat. et exempt. Mun. Vacationes autem sunt excusationes a muneribus publicis, militaribus et aliis, quæ præfecti obire consueverunt. *Schott.*

Ipsum Pompeium conjunctum] Scilicet, sibi amicitia. *Schott.* Vel cognatum ex Justino VIII. Jan. Rutgersius lib. II. c. 8. Bosius *non junctum.* Ursinus *conviventem.* Lambinus, *Ipsum Pompeium non secutus non offendit.* Schottus obs. lib. II. 3. *seipsum Pompeio junctum non ostendit.*

Ornamentum] Rittershusius apud Schoppium Veris. lib. III. 8. locum hunc habet suspectum, et pro *ornamentum* rectius legi putat *autoramentum.* Quam conjecturam mirifice juvat meus liber Ms. *Ernst.*

Partim summa cum ejus offensione] Pompeius enim pro hostibus se habere dicebat, qui extra sua castra essent: Cæsar vero eos, qui in hostium castris non essent, pro amicis habiturum. Cicero pro Ligar. et Seneca Philosoph. *Schott.*

Attici autem quies] Elegantissime 'quies' dicitur, qua quis neutri se parti applicat. Et sic utitur τὸ *quietus,* pro eo, qui est neutrarum partium, in Pelopida. Sallustius Epist. I. de Ordinanda Republica: 'Et aperte quietis mortem, rapinas, postremo omnia, quæ corruptus animus jubebat, minitari.' Hinc 'quiescere,' neutras sequi partes, apud Curtium libro X. Eodem pene modo Græci ἡσυχίαν ἄγειν, ἔχειν, et ἐλέσθαι. Vide Diodorum. *Gebh.*

Sed etiam sororis et Q. Ciceronis filium] Mss. Manutii, Gifanii, Leidensis: *sororis filium et Q. Ciceronem.* Bosius.

CAP. 8. *Secutum est illud, occiso Cæsare*] Schoppii vetus liber et Ms. meus dictione auctiores legunt: *Secutum est illud tempus occiso Cæsare.* Idem. Sed prior γραφὴ non bonitatem modo, sed et χρῶσιν Cornelianam sapit. *Keuchen.*

Occiso Cæsare] A conjuratis, quorum princeps Cassius, XXIII. vulneribus ac plagis confossus est, uno modo ad primum ictum gemitu sine voce edito. Sueton. Inde sive fortuito, sive a percussoribus compulsus, ad basin statuæ Pompeianæ se demisit, quam cædes ista cruore implevit: ut videri possit ipse Pompeius supplicio inimici adstitisse sub pedes ejus collapsi. Plutarchus. Additum a nonnullis, irruenti Bruto dixisse morientem, καὶ σὺ εἶ ἐκείνων, καὶ σὺ, τέκνον; Contigit illud anno Romæ 710. Idib. Mart. Caio Julio Cæsare V. et M. Antonio Coss. Unde irrisio Cæsaris in Spurinnam, quod sine noxa Eidus Martiæ adessent. Cui ille, Venisse quidem eas, respondit, sed non præteriisse. Idem dies Parricidium nominatus. Plutarch. Sueton.

Cum respublica penes Brutum videretur esse, et Cassium] Quos Cæsar apud Plutarchum τοὺς ἰσχνοὺς καὶ ὠχροὺς vocabat: δείξας Βροῦτον καὶ Κάσσιον. Illa dominatio duorum parricidarum minus fuit diuturna. Quippe uterque intra triennium diverso mortis genere interemptus. Alius alio casu periit: pars naufragio, pars prælio, nonnulli semet eodem illo pugione, quo Cæsarem violaverant, in-

teremerunt. Cæterum scriptus Codex, quem Schottus producit, non multitudinis, sed singulorum numero, heic *Brutum* legit. Vulgata lectio haud improbanda. Nam duo Bruti, M. et Decius, ejusdem facinoris rei fuere. *Keuchen.*

Ac tota civitas se ad eum convertisse videretur] Cicero in Somnio Scipionis: 'In te unum, atque in tuum nomen tota convertet civitas.' *Schott.* Mss. Gifan. et Leiden. *ad eos convertisse.* Non male. *Bosius.*

Sic M. Bruto usus est] Infra: 'Humanitatis nullum adferre majus testimonium possum, quam quod adolescens idem seni Sullæ fuerit jucundissimus, senex adolescenti M. Bruto.'

Adolescens] Atqui quadragenarius erat, quippe qui præturam gerebat. Verum adolescentia ad tricesimum usque annum pertinet, auctore Varrone: vel ex divisione ætatum Servii Tullii, a XVII. usque ad XLVI. provehitur; ut est sæpe ab antiquariis observatum. *Schott.*

Ut privatum ærarium Cæsaris interfectoribus ab Equitibus Romanis constitueretur] Nullibi alibi reperitur, quod hic a Nepote traditum. Simile quippiam a Floro refertur, de Senatu, qui, deficiente pecunia publica, opes suas velut ex ærario ad reipublicæ subsidium contulit. Lib. II. 6. *Keuchen.*

Caio Flavio, Bruti familiari] Videtur hic esse Flavius, quem Drusus Ciceroni commendat Ep. ad Brut. *Heidmannus.* Meminit ejus Plutarchus in Bruto; ut familiaris. et Cicero in fragment. Epist. ad Brutum apud Quinctilianum. lib. IX. 2. et in Bruti nummis LEG. PROPR. designatur; hoc est, Legatus Proprætoris. *Schott.*

Collocuturum, neque coiturum] Colloqui privatim; coire vero, hic concilium habere; unde comitia. *Schott.*

Consensionis globus] Sic 'conjurationis globus,' apud Velleium: 'globus latronum,' apud Apuleium. Et sic 'hostium globos,' 'pugnantium globos,' dixit Valerius Maximus.

Neque multo post superior esse cœpit Antonius] Quem 'facem et turbinem sequentis sæculi,' vocat Flor. lib. IV. 3. Τῷ μὲν ἔργῳ πάντων αὐτὸς ἦν κύριος præter nomen et honorem Imperatoris. *Keuchen.*

Provinciarum] Syriæ et Macedoniæ. Flor. IV. 7. Vide Velleium II. Cassio Syria, Bruto Macedonia datæ. Antonius Augustinus legit, *in provincias.* Quod non displicet. *Gebhard.*

Dicis causa] Hæc est plurimorum emendatio, quam olim Ranconetus, Turnebus, Cujacius, Lambinus, et Schottus approbarunt. Nam per speciem et nomen provinciarum amandati et Republica remoti fuerant. *Turnebus.* Sed hanc antiquam formulam plurimi explicarunt ex Varrone et P. Sosipatro. Sic ad Atticum Cicero, Epist. I. 18. 'Metellus est consul egregius, et nos amat; sed imminuit auctoritatem suam, quod habet, dicis caussa promulgatum illud idem de Clodia.' Utitur et pro Muræna, et Accusat. in Verrem VI. De qua formula Lælius Taurellus, Anton. Augustinus, P. Victorius, Ad. Turnebus, Jac. Cujacius, P. Pithœus, Did. Covarruvias Var. resolut. lib. IV. reposuerunt exsulantem vocem, et in pristinam sedem restituerunt ex Varrone, ut dixi, et Sosipatro, in Arnobio, Plinio, Apuleio, lib. de dogmat. Plat. Cicerone, Nepote. Cæteris Græcis ὁσίας ἕνεκα, et ἀφοσιώσεως χάριν, προφάσεως ἕνεκα, apud Dionys. Halicarnassæum, Isæum, et Euripidem in Iphig. Tauris, et Harpocrat. et alios. *Schott.* Savaro legit *necis caussa;* quia provinciæ illæ datæ erant a Consulibus propter cædem illatam Julio Cæsari.

A Coss.] Mss. Medicæi: *a Consule.* Ernstius. Quomodo et liber Schotti habuit. *Bosius.* 'A Cæsare,' Florus. 'Et per Senatum confirmata,' Suetonius Octav. Velleius II.

In exilium proficiscerentur] 'Liben-

ter se in perpetuo exilio victuros, dum reipublicæ constaret concordia.' Velleius. Et addit tandem: 'Quæ omnia Senatus decretis comprehensa, comprobata sunt,' II.

Abjecto Bruto] Fortuna adversa prostrato. Petron. 'In loco peregrino destituit abjectum.' Propius Val. Maximus lib. V. 1. 8. 'Nam si egregium est, hostem abjicere, non minus tamen laudabile, infelicis scire misereri.' *Gebhard.* Sic 'abjectus homo' in lib. IV. Cod. de cust. reor. et apud Ciceronem, in Oratione contra Rullum.

Italiaque cedenti] Sextili mense, ut ex Cicerone manifestum. Velleius: 'Profecti urbe atque Italia, intento ac pari animo sine auctoritate publica provincias exercitusque occupaverant.' *Keuch.*

Trecenta jussit dari] Cicero Epist. ad Atticum, lib. XV. 17. a Servilia numeratam ab Attico, Bruto Italia cedenti, significat, de qua infra. *Schott.*

Potenti Antonio] Qui tamen titulo imperii cedebat Lepido, cum summa virium penes eum foret. Vell. Plut.

Neque desperatos reliquit] Sic fere paullo post: 'Id ex ipsis rebus ac temporibus judicari potest, quod non florentibus se venditavit, sed afflictis semper succurrit.' *Schottus.*

CAP. 9. *Secutum est bellum gestum apud Mutinam*] Mutinense, Sueton. Flor. Inter Octavium et Antonium. Vell. Caussa hujus testamentum Cæsaris fuit. Florus. Vide Dionem XLVI. Incidit initium ejus in annum Urb. conditæ 712. P. Servilio Vatia II. et L. Antonio Coss. Quo consulatum accepit Augustus, *εἰκοστὸν ἄγων ἔτος, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς Ὑπομνήμασιν εἴρηκεν.* Lege Casaubonum II. nota ad monumentum Ancyranum, et Vossium ad Paterculum. Atque hoc primum ac novissimum bellum est, quod inter civilia gessit Octavius, tertio mense, duobus prœliis. *Keuchen.*

Apud Mutinam] Corrupte in Mss. libris Medicæis legitur *Numidiam.* Ernstius.

Si divinatio appellanda est perpetua naturalis bonitas] Credidi aliquando hic divinitatem describi, *ἀποθέωσιν* potius, quam divinationem. *Schottus.* Infra: 'Prudentiam quodammodo esse divinationem.' Proverbium citante ad Hecyram Terentianam Donato: 'Aiunt divinare sapientem, quia qui verum dicit, divinus est.' Et meminit locutionis similis lib. V. Miles. Apuleius.

Quæ nullis casibus augetur, neque minuitur] Gifanii et Joannis Savaronis libri habent *agitur.* Ernst. Melius tamen *augetur*, respectu relationis ad *τὸ minuitur.*

Hostis Antonius judicatus, Italia cesserat] Velleius II. 'Antonius turpi ac nuda fuga coactus deserere Italiam.' Florus IV. 4. 'Obsidio Mutinæ liberat Brutum, Antonium exuit castris.' Idem Velleius: 'Lepidus deinde a Senatu hostis judicatus est, ut ante fuerat Antonius.' Caussa judicii erat, quod Senatusconsulto intercesserat, neque intercessionem remittere volebat. Cicero Philipp. II. Adhæc fere et curia prohibitus fuit. Appian. Mox a Lentulo impulsus, ut ante latam a Senatu sententiam, perfugeret. Dio. Vide Plutarchum. *Keuchen.*

Ejus inimici] Juventius Laterensis, M. Tullius, Canutius, alii. Et tunc omnia plena erant *σκήψεων, καὶ προφάσεων, καὶ παλιλλογιῶν.* De quibus apud Ciceronem Plancus in Epistolis ad S. P. Q. R. *Keuchen.*

Se dabant] Ita Cicero quoque loquitur, pro *cedebant.* Vide Schott. Observat. III. 2.

Insequebantur] Ita legunt Faërnus, Bosius et Ursinus. Pro quo in editis nonnullis libris male legitur, *sequebantur.* Ernst.

Uxorem Fulviam] Fœminam imperiosam, qualis illa Tarquinii Tanaquil, Pompeii Julia. *Keuchen.* Vel-

leius: 'Uxor Antonii Fulvia, nihil muliebre præter corpus gerens.' Lege Dion. lib. XLVII. Zonar. Ann. t. II. in vit. C. Octavii.

P. vero Volumnio] Est ille P. Volumnius Eutrapelus præfectus Fabrum, ad quem scripta est epistola ultima et penultima lib. VII. ad Fam. Meminit præterea ejus Cicero Epist. lib. IX. 26. 'Audi,' inquit, 'reliqua; infra Eutrapelum Cyteris accubuit.' *Ernst.*

Ut nullum illa stiterit vadimonium] 'Sistere vadimonium' est, quod datis vadibus promiserat, se in judicio sistere. Et sic 'liberare vades.' Cicero pro Quinctio: 'Venit Romam Quinctius, vadimonium sistit.' Et Cato apud Agellium lib. II. 14. 'Quod si vadimonium capite obvoluto stitisses.' *Lambin. Schott. Savar. Gebhard.*

Emisset in diem] Ut solveret certo tempore. Frequens est in omnibus contractibus, diei vel conditionis adjectio. *Ernstius.*

Simulque aperire] Supra in Conone: 'Neque vero non fuit apertum:' perspicuum ac clarum. *Gebhard.* Sighicellus mavult, *apparere.*

Ille autem sui judicii] Qui esset homo sui judicii, hoc est, qui non tam aliorum, quam suo judicio niteretur. Homo sui judicii fortasse est is, quem Græci ἰδιογνώμονα, seu potius αὐτογνώμονα, appellant. *Lambin.*

CAP. 10. *Ut Antonius rediit in Italiam*] De cujus reditu Velleius Hist. II. 76. 'Adventus deinde in Italiam Antonii, præparatusque contra eum Cæsaris habuit belli metum: sed pax circa Brundusium composita.'

Ad adventum Imperatorum] M. Lepidi, M. Antonii, et Octavii Cæsaris, inter quos inita tum temporis potentiæ societas. Vide Dionem, Appianum, Florum, Velleium. Florus IV. 6. de triumviratu: 'In hoc velut fœdus pax inter tres duces componitur. Apud Confluentes inter Prusiam et Bononiam jungunt manus.'

Timens proscriptionem] Quam primo aversabatur Octavius, sed inceptam utroque acerbius exercuit. Sueton. Καὶ εἶχεν οὕτως ἡ προγραφή· Μάρκος Λέπιδος, Μάρκος Ἀντώνιος, Ὀκταούϊος Καῖσαρ, οἱ χειροτονηθέντες ἁρμόσαι καὶ διορθῶσαι τὰ κοινὰ, ΟΥΤΩ ΛΕΓΟΥΣΙΝ. Appian. Hæc est illa nefaria proscriptio, qua Cicero cum filio, fratre, fratrisque filio, omnibus denique clientibus et amicis proscriptus fuit. Florus Sullanam vocat, ob immanem ejus crudelitatem; cujus exemplo instauratum malum. *Keuchen.*

Opem tulerat] Supra: 'P. Volumnio ea tribuit, ut plura a parente proficisci non potuerint.' Post vero, 'Præfectus fabrum Antonii' dicitur. *Schott.*

Modo hi, modo illi] Tanquam calculi, ut eleganter Polyb. lib. V. *Bos.*

Q. Gellium Canium] In Ms. est *Canum* duabus syllabis: etiam in Manutianis schedis; sic enim legit: *habebatque secum Q. Gellium Canum æqualem.* De hoc Martialis, lib. I. 'Gaudent jocosæ Canio suo Gades; Emerita Deciano meo.' Et post non longe Canium nominat. Et Epigr. lib. III. 20. et 22. Canium Rufum laudat. Et Epigr. lib. VII. 68. et 78. Et epistola Valerii ad Rufinum, inter eas quæ D. Hieronymi. Meminit et Cicero sæpe, ut Epist. lib. XIII. 31. Ubi Canum in optimis libris scriptum affirmant: et Epist. lib. XIII. 41. Canam filiam ejus Q. Ciceroni filio nuptum dare voluisse, colligere licet; quod an e re foret, Atticus dubitat, Epist. lib. XV. 21. *Schott.*

Etsi tanto odio ferebatur in Ciceronem] Lege, si lubet, Velleianam illam egressionem, qua lib. II. in M. Antonium invehitur, et Ciceronem defendit in numero proscriptorum. Tertio demum die, repugnantibus per biduum collegis, concessa proscriptio est, quam scelesta voce proclamabat Antonius. Vide Plut. in Cicerone. *Keuchenius.*

De proscriptorum numero] Quem tradit Appianus IV. ἐμφυλ. Florus in Triumviratu de Senatoribus, ubi ab Appiano CLX. discordat.

CAP. 11. *Post prælium Philippense*] Quod secundum civile ab Augusto Cæsare gestum. 'Bella civilia quinque gessit: Mutinense, Philippense, Perusinum, Siculum, Actiacum.' Suetonius.

Interitumque C. Cassii, et M. Bruti] Appian. Dio. Velleius. Florus. 'Dec. Brutum Antonii interemit crudelitas. Sex. Pompeium, ab eodem devictum, idem Antonius, cum dignitatis quoque servandæ dedisset fidem, etiam spiritu privavit. Brutus et Cassius, ante quam victorum experirentur animum, voluntaria morte obierunt:' Paterc. II. Vide Senecam Epist. LXXXII.

Et non necessaria] Freinshemius existimat, fortasse legendum: *etiam necessaria.* Boecler.

Neque temporariam] Manutius exponit, exigui temporis. Falso. Et in alteram interpretando partem Schottus quoque errat. Quis enim unquam 'temporarium' esse lentum audivit? 'Temporarius' est, qui spectat tempus, affectusque suos successui fortunæ alterius attemperat. Explicavit sese paullo superius: 'Quæ cum faciebat, nemo eum temporis caussa facere poterat existumare.' Sic Curtius 'temporaria ingenia' dixit. 'Temporaria liberalitas,' quæ captat felices, et temporis caussa largitur, quamdiu sperat fore eundem rerum secundarum cursum. Haud dispare mente Curtius V. 3. 'Mandates erat hujus regionis Præfectus, haud sane temporum multorum homo; quippe ultima pro fide experiri decreverat.' A scholiorum Auctore in Aristophanis Ranas temporarium ingenium optime exponitur παλίμβολος, ἀγχίστροφος, καθομιλῶν τοὺς καιροὺς, πρὸς τὸ κρεῖττον μέρος ἀεὶ διδοὺς ἑαυτόν. *Gebhardus.* Et 'temporarii amici,' qui amicitiarum jura non fide, sed successu ponderant; ut loquitur Justin. lib. XXII. 7.

Neque callidam] Insidiatricem, captatricem. Schottus *calidam* legit, redditque, temerariam. Certe non callide. Cotta apud Sallustium: 'Neque ego callidam facundiam, neque ingenium ad male faciendum exercui.' *Gebhard.*

Judicari potest] Igitur ex præcepto Ciceronis Offic. II. in beneficiis collocandis mores hominum, non fortunam sequebatur. Hoc enim maxime officii est, ut quisque maxime opis indigeat, ita ei potissimum opitulari. Infra: 'Non fortunæ, sed hominibus solere esse amicum.' *Schott.*

Quod non florentibus se venditavit] Corrupte, qui *vendicavit* hactenus legerunt, ut intelligatur Atticum non captasse gratiam eorum, qui plurimum poterant in republica, sed victis partibus sæpe tulisse opem. Constat enim non ambivisse favorem Sullæ, aut Pompeii, aut Cæsaris, vel Antonii, aut Augusti: quin potius pecunia subvenisse Pompeianis et Brutianis, eorum afflictis rebus. Sic Lud. Vives, epist. quæ penes me est, ad Franc. Craneveldum, J. C. *Schott.* Ita Cicero pro Sulla: 'Fallacissime se alicui venditare.'

Serviliam Bruti matrem] Catonis Uticensis sororem, quam Julius Cæsar adhuc adolescens amavit. Unde quodammodo creditum, Brutum a Cæsare genitum. Plutarch. Sueton.

Non minus post mortem ejus] Plutarchus enim Bruto superstitem fuisse matrem, auctor est. *Schott.*

Non malebat oblivisci, quam ulcisci] P. Syrus: 'Injuriarum remedium est oblivio.' *Gebhard.*

Præcepta retinebat beneficia] Id est ante accepta. *Lambin. Ernst.* Græcis προληφθέντα· ut alibi sæpe M. Tullius, et Virgilius Æneid. XI. 'Exultatque animis, ac jam spes præcipit ante.' *Schott.* Ita illi. Sed minus recte:

retineo vulgatam, perscripta. Frequens in his error ac lapsus olim librariorum. P. Syrus: 'Optime positum est beneficium, ubi ejus meminit qui accepit.' Idem: 'Sat magna usura est, pro beneficio memoria.' Præcepto vero Demosthenis obtemperavit, qui loco quodam: 'Ἐγὼ νομίζω, inquit, μὲν τὸν εὖ παθόντα δεῖν μεμνῆσθαι, τὸν δ' εὖ ποιήσαντα εὐθὺς ἐπιλελῆσθαι. *Gebhard.*

Tamdiu meminerat, quoad ille gratus] Pro quamdiu. Ciceronis hoc præceptum in Lælio: 'Meminisse debet is, in quem collatum est beneficium, non qui contulit.' Supra Nepos: 'Maximum existimans quæstum, memorem gratumque cognosci.' *Schott.*

Sui cuique mores fingunt fortunam] Elegans γνώμη. Infra: 'Quantum poterimus, rerum exemplis lectores docebimus, sicut supra significavimus, suos cuique mores conciliare fortunam.' Ut M. Tullio Nepotem familiariter, sic et scriptis ejus usum apparet. Sic enim Paradox. v. 'Fortuna, sicut sapiens Poëta dixit: Suis ea cuique fingitur moribus.' Quod fortasse ex Plauto sumptum in Trinummo: 'Sapiens ipse fingit fortunam sibi.' Livius lib. XXXIX. de M. Catone: 'In hoc vero tanta vis animi, ingeniique fuit, ut quocunque loco natus esset, fortunam sibi ipse facturus videretur.' Et Macrobius lib. I. 11. de servorum fortuna: 'Sibi quisque dat mores, conditionem casus assignat.' Huc pertinet et tota D. Chrysostomi Homilia in illud: 'Nemo læditur nisi a seipso.' *Schott.*

Qui cavit ne qua in re plecteretur] Uno consensu Mss. addunt *jure plecteretur.* Non abludit idem Publius: 'Id agas, tuo te merito ne quis oderit.' *Gebhard.* Malo: *ne qua jure plecteretur:* cum alterum ex inscitia describentium subrepserit.

CAP. 12. *M. Vipsanius Agrippa*] Quem 'generum Attici' vocat Seneca Epist. XXI. quippe qui Pomponiam ejus filiam duxerat in uxorem.

Nullius conditionis] Pro, conjugii. Hinc usitatum illud, 'conditiones quærere.' *Schott.* Sic vox illa plerumque sumitur apud Juris Consultos. Quomodo et Suetonius utitur in Augusto. *Keuch.*

Præoptaretque Equitis Romani filiam generosam nuptiis] M. Agrippæ tres uxores fuerunt. Prima, Pomponia Attici filia, conciliante eas nuptias M. Antonio Triumviro: ex ea genuit Vipsaniam, Drusi matrem. Altera, Marcella Octaviæ filia, ex qua quoque liberi, si Suetonio fides. Tertia uxor Julia: ex ea nati Caius et Lucius Cæsares, Postumus Agrippa, Agrippina, et Julia. In his plerisque verum, quod Tacitus notat Ann. III. 'Una omnium Agrippæ liberorum Vipsania miti obitu.' *Lips.*

Filiam generosam nuptiis] Atticam, quam ὑποκοριστικῶς Atticulam Cicero vocat Epist. lib. VI. 6. De affectu in eam Attici lib. VII. 2. et lib. V. 19. *Filiam generosam nuptiis*] Hoc sensu 'uxor generosa' dicitur ab Apul. Miles. lib. IX. Explicat vetus Glossar. *Generosus, εὐγενής, ὁ ἀπὸ γένους:* mancum (ut videtur) locum sarcito, τίμιος vel ἔντιμος addendo. *Keuchen.* *Generosarum nuptiis* habent quidam libri, quod et Freinshemio venerat in mentem. *Boecler.* Sine dubio legendum *generosarum*, id est, nobilium, Senatorii ordinis, quarumve patres ac majores honores in rep. gesserant. 'Generosæ' quippe sunt, quibus est generosa stirps, ut ait in Eumene, in initio.

Triumvir reipublicæ constituendæ] Natum mendum est ex antiqua scriptura, quæ talis erat: 'M. Antonius III. vir, R. P. C.' Sic Suetonius de Augusto: 'Triumviratum reipublicæ constituendæ per decem annos administravit.' Fasti: M. ÆMILIVS M. F. Q. N. LEPIDVS, M. ANTONIVS M. F. M. N. C. IVLIVS C. F. C. N. CÆSAR. OCTAVIAN. III. VIRI R. P. C.

Antiquus nummus Clement. Teveni-ni: M. ANTON. IMP. III. VIR. R. P. C. Et alius: ANTONIVS III. VIR. R. P. C. Vide quæ fuse ex inscriptionibus ad hunc locum notat Lambinus. Triumviris istis ut et dictatoribus, similes apud Græcos fuere, qui turbato intestinis malis Reipubl. statu, ad eam constituendam soliti creari. Hos Thessali ἀρχοὺς, Lacedæmonii ἁρμοστὰς appellarunt, φοβούμενοι βασιλεῖς ἢ τυράννους καλεῖν, ait Dionysius Halicarnassæus, etsi revera tyrannica aut regia potestate erant præditi. *Casaub.*

Studio ductus Philosophiæ] Saufeius Epicureæ sectæ Philosophus, in qua hæresi fuit et Atticus, Epist. lib. IV. 6. et lib. V. 19. et lib. VII. 1. et ad Famil. Epist. lib. XIII. 1. *Schottus.* Plurimi autem Romanorum ejus sectæ assensores fuerunt et sectatores: quod ejus placita nescio quas delicias et εὐζωΐαν vulgo prima fronte pollicerentur. Causam suggerit Lactant. lib. III. 17. Vide nuperrimam historiam Philosophicam Georgii Hornii, lib. III. 17.

Ea, quæ tum res gerebantur] Horat. Epist. lib. I. 17. 'Res gerere, et captos ostendere civibus hostes, Attingit solium Jovis, et cœlestia tentat.' Hinc 'Dictator rei gerundæ' Romæ creari dicebatur. *Schott.*

L. Julium Calidium] Ita Mss. Gifan. et Schotti, atque editi. Alii *Calidum*, ut opinor, rectius: nam *Calidius* nomen gentis, non cognomen fuit. *Bosius.* Notat alium ad eminentium ingeniorum tempora Vell. Patercul. lib. II. De quo Cicero in Brut. et Cæsar de B. C. lib. I. Ille erat præstantissimus Orator, hic multo elegantissimus Poëta.

A P. Volumnio, præfecto fabrum] Ἔπαρχος τῶν τεχνιτῶν. Fabris enim in bello opus, qui machinas facerent, &c. Eorum caput, operisque curator et exactor, præfectus fabrum. Vide Lipsium Poliorcet. III. 6. *Becl.*

CAP. 13. *Nemo ille minus*] Hactenus de publica vita; nunc de privata: quarum illa ad πολιτικὴν, hæc ad οἰκονομικὴν Philosophiam pertinet. Catonis est præceptum, magis vendacem quam emacem oportere esse agricolam et patremfamilias. Plinius lib. XVIII. 5. Et Cicero paradoxo VI. 'Non esse emacem, vectigal est.' *Schott.*

Minus ædificator] Epigramma Græcum lib. Ἀνθολογίας: Σώματα πολλὰ τρέφειν, καὶ δώματα πολλ' ἀνεγείρειν, Ἀτραπὸς ἐς πενίην ἐστὶν ἑτοιμοτάτη. *Idem.* Non solum boni Patresfamilias; sed etiam quidam Principes de ædificandi luxu abhorruerunt. Tacitus de Tiberio Ann. VI. 'Tanto acceptius in vulgum, quanto modicus privatis ædificationibus.' Plinius Panegyrico cap. 51. 'Idem tam parcus in ædificando,' de Trajano. Lacones si cui mala imprecari cogitarent, quatuor ipsi accidere optabant. Primum, ædificandi desiderium: secundum, dilationem: tertium, equos alendi studium: quartum, ut uxorem haberet adulteram. Locus exstat apud Suidam: Οἰκοδομά σε λάβοι καὶ ἀμβολά, ὅτε ἵπποι, Ἅ τε γυνά τοι μοιχὸν ἔχοι. Nam ista quatuor omnia δοκεῖ δαπανηρὰ εἶναι. Et addit Suidas: ὡς τούτων πάντων δαπανηρῶν ὄντων καὶ ἐπιζημίων. *Gebhard.*

Domum habuit in Colle Quirinali] Antiquissimum hujus collis nomen loquitur fœdus inter reges Romulum et Tatium initum, passim apud historicos. Nam facta inter utrumque populum concordia non domos modo privatas, sed et ædes sacras Diis erexerunt. Vide Onuphrium, Livium, Eutropium, Ovidium, alios. *Keuch.* P. Victor in sexta regione statim post templum Quirini, collocat ædes Attici. Et Cicero de Leg. I. idemque juxta Salutis ædes Epist. lib. IV. 1. et lib. XII. 45. vicinum Cæsarem vocat; cujus statua in Quirini templo posita. Dion lib. XLIII. Quo

in loco ædes Salutis, Salutis augurium dicta. *Schott.*

Tamphilanam] Sic edendum curavi. 'Tamphilanam domum' autem accipio a Tamphilo quodam Romano sic appellatam. Tamphili enim Romæ fuerunt, Pamphili non item. *Lambin.* Sed ego existimo *Cæcilianam* esse legendum, et domum a possessore suo Cæcilio Attici avunculo nomen fuisse sortitam. *Ernstius.*

Tectum plus salis, quam sumptus] Hoc est, tecti architectura plus artis, venustatis, et elegantiæ, quam sumptus habebat. Sal enim condimentum omnium. Vives ibidem interpretatur de gratia ac venustate ædium, quæ per salem plerumque significatur. *Schottus.* Locus hic corruptus videtur Cl. Boeclero. *Bosius.*

Anagnostæ optimi] Romani Principes lectores apud se habebant, quos ἀναγνώστας dixere, cum ipsi occupati lectioni vacare non valerent. Alexander ab Alexand. Vide Meursium Auctar. Philolog. cap. 3.

Plurimi librarii] Tres nominat Cicero Epist. lib. XIII. 44. 'Pharnacem, Antæum, et Salvium.' Amanuenses et Anagnostas hos colligere licuit. A studiis et ab epistolis Alexium nominat Epist. lib. V. 20. et lib. VII. 2. et lib. XVI. 15. Athamam et Alexium amanuenses, Epist. XII. 11. et alterum VII. 2. Antiochum et Thallumetum literatos nominat, Epist. lib. XIII. 33. et lib. V. 12. De Eutychide, quem manumisit, Epist. lib. IV. 15. De Nicanore Epist. lib. V. 3. et lib. VI. 2. *Schott.*

Quos cultus domesticus desiderat] Ad voluptatem et lucrum locata eorum opera. Sunt autem ejusmodi servorum nomina; gladiatores, agitatores, funambuli, palæstritæ, pictores, cælatores, &c. Vide Laurent. Pignorium de servis. *Boecler.*

Elegans, non magnificus] Elegans homo, ad ætatem Catonis, non in laude, sed vitio ponebatur. Sic enim ille de sæculi sui moribus: 'Avaritiam omnia vitia habere putabant: sumptuosus, cupidus, elegans, vitiosus.' Post in laudem vertit, ut hoc ipso loco. Lege Agellium Noct. Attic. lib. X. 2. et Joan. Bapt. Pium, Annot. post. cap. 8. *Schott.*

Supellex modica, non multa, ut in neutram partem conspici posset] Ita scripsisse eum, ex præcedentibus apparet: nam omnes antitheses ita sunt conceptæ, ut quid fuerit adfirmet, quid non fuerit neget. Elegans, non magnificus; splendidus, non sumptuosus; adfectans munditiem, non adfluentiam. Sic etiam 'supellex ei modica, non multa:' hoc est, modo, non copia æstimanda; instrumentum modice, non abundanter, sufficiens; ut in neutram partem notari posset, neque sordium, quia aderat modus, neque luxus, quia aberat superfluum. Huic sensui verba mihi satis esse videntur exprimendo: neque aut τὸ multo ad defectum referendum, aut alia negatio adjicienda. *Gronov.*

Quam terna millia æris] Non sunt mille ducenti sestertii: hi enim illo ævo quatuor millia octingentos asses colligebant: sed septingenti quinquaginta, denarii CLXXXVIII. cum dimidio, nostri coronati octodecim cum didrachmo et hemidrachmo: nam mille æris tum sestertios faciebat CCL. denarios LXII. et victoriatum. Gronovius lib. III. de Pecunia Vetere.

Ex ephemeride eum expensum sumptui ferre solitum] Ephemeridem, diurnum Latini vocant. Significat hic libellum quotidianarum expensarum et erogationum. Aliud significant diurni commentarii apud Sueton. August. 64. in quos etiam dicta et sermones annotabant. Vide Casaubonum ad illum locum. *Boecler.*

CAP. 14. *Aliud acroama audivit*] Vide Plutarchum Sympos. Macrobium, et Athenæum. Solebant enim sub cœnæ finem admitti, qui partim

seriis recitationibus, partim dictis factisque ridiculis saturos convivas exhilararent. Audiebantur etiam cantores, tibicines, citharœdi, et quicunque alii musica instrumenta tractare, pulsare, aut inflare nossent. Acromata uno verbo Græci Latinique omnes hos vocant. *Casaubon.* Acroma dicitur pro acroama, ut *ἀκρωτήριον* pro *ἀκροατήριον*. Sed et apud Plutarchum Sympos. lib. I. *κροάματα* dici invenies *ἀντὶ τῶν αὐλημάτων*. Lege Senecam De Vita beata, cap. XI. et Philonem De Vita contemplativa.

Quam anagnosten] Manutius recte, quod sequatur 'anagnostes,' pro eo qui recitat, non pro re quæ recitatur, exponi. Ut Cicero pro Sextio: 'Non solum spectator, sed actor, et acroama.' *Schott.*

Ut non minus animo, quam ventre convivæ delectarentur] Sic de Platonis cœna Timotheus, homo clarus Athenis, et princeps civitatis, cum vidisset eum postridie, 'Vestræ,' inquit, 'cœnæ non solum in præsenti, sed etiam postero die jucundæ sunt.' Cicero Tusculan. v. et Demosthen. orat. *περὶ συντάξεως*. Idem in Catone Majore: 'Neque ipsorum conviviorum delectationem voluptatibus corporis magis, quam cœtu amicorum et sermonibus metiebar. Bene enim majores accubationem epularum amicorum, quia vitæ conjunctionem haberet, convivium nominarunt; melius quam Græci, qui hoc idem compotationem, tum concœnationem vocant.' Sic et ad Famil. lib. IX. et Macrob. Saturn. lib. I. *Schott.* Vide Agellium lib. III. 11. ubi multa ex M. Varrone infert de ejusmodi conviviis, 'in quibus legi non omnia debent, sed ea potissimum, quæ sunt *βιωφελῆ*, et delectent.' Erasmus 'cœnam Platonicam' vocat in Convivio Prophano. *Keuch.*

Ut neque in sestertio vicies] Volebam; *Vixerit in sestertium vicies*, vel *centies*, scilicet, patrimonio. Et sic alibi. Gronovius de Sestertiis.

Parique fastigio steterit in utraque fortuna] Hinc animi ejus moderationem et æquitatem notam sibi prædicat M. Tullius in Catone, quem illi dedicat, initio: ingenuitatem animique magnitudinem Epist. lib. I. 17. *Schott.*

Nullam suburbanam aut maritimam sumptuosam villam] Quod parum credibile. Miror allatam a Nepote fidem, quippe qui propter Attici familiaritatem, sæpe domesticis rebus interfuit. Habuit Villam Pomponius, et in illa Gymnasium Amaltheum; ut passim a Cicerone traditum. Lib. I. ad Atticum: 'Ego te arbitror cæsis apud Amaltheam tuam victimis, statim esse ad Sicyonem oppugnandum profectum.' Eodem lib. 'Epigrammatis tuis, quæ in Amaltheo posuisti, contenti erimus.' Et paulo post: 'Velim ad me scribas, cujusmodi sit 'Αμαλθεῖον tuum: quasque historias de Amaltheia habes, ad me mittas.' Unde evidentissime constat, sumptuosam etiam fuisse illam villam, in qua plenum omnis eruditionis Gymnasium. In agro etiam Buthrotio prædia habuit. Sed legendus Turneb. Adv. lib. XI. 16. *Keuchen.*

Præter Ardeatinum] Ardæa civitas, in octavo decimo milliario ab urbe posita. Eutropius. Rutulorum urbem facit Orosius, et Livius, qui eam inter colonias Romanas numerat. Meminit hujus quoque Plutarchus in Camillo. 'Αρδεα legit Strabo, Ptolemæus, et Stephanus; qui eam quoque Trojam dictam scribit. Dauni urbem appellat Virgilius Æneid. X. Ardeæ nomen retinere scribit quidam. 'Ardeatinum prædium' Pomponii Attici, est Æmilio Probo in hujus vita. *Ortelius.*

Et Nomentanum] Νώμεντον Latinorum mediterranea urbs, apud Livium et Ptolemæum. Νώμεντος Stephano est. Duodecimo ab urbe lapide, ut tradit Rhegino. Lamentana Leandro

est. Nomentanum rus, decimo lapidis diverticulo ab urbe. Plinius XIV. 4. et Æmilius Probus in Pomponio Attico. *Idem.*

In Epiroticis] Cicero Epist. lib. I. 5. 'Epiroticam emptionem gaudeo tibi placere.' Habuit et in Thesprotia possessiones, ut colligo ex Epist. lib. VI. 3. ad Attic. *Schott.*

Eum usum pecuniæ non magnitudine] Supra: 'Tantum afuit a cupiditate pecuniæ, ut nulla in re usus sit ea, nisi in deprecandis amicorum aut periculis aut incommodis.'

CAP. 15. *Ejus comitas non sine severitate erat, neque gravitas sine facilitate*] Sic Cicero hæc inter se comparat multis in locis. In Muræniana, Lælio, in Oratore, Bruto, ad Q. Fratrem et ad Cornificium Epist. lib. XII. de Sexto Aufidio.

Idem in nitendo, quod] Manutio durum videtur *niti aliquam rem*, nisi hic ad Ellipsim confugiamus, quæ in compositis ab hoc verbo non insolens. Rutgersius *tuendo*. Boeclerus.

Existimationem in ea re agi putabat] Ita Cicero dixit pro Cæcinna: 'Agitur jus civitatis, bona, fortunæ omnium civium.' Et Terentius in Heautont. 'Non nunc pecunia agitur.' *Schottus.*

Non inertia, sed judicio] Epist. lib. I. 17. 'Neque ego inter me, atque te, quicquam interesse unquam duxi præter voluntatem institutæ vitæ: quod me ambitio quædam ad honorum studium; te autem alia minime reprehendenda ratio ad honestum otium duxit. Vera quidem laude probitatis, diligentiæ, religionis, neque me tibi, neque quemquam antepono.' Habet Ms. *judicio fugisse divino.* Sed quomodo in talibus divinitas, non eventuum potius variorum assidua et multiplex ruminatio judicium stabiliat? Itaque fecero, *judicio fugisse diutino.* Pontanus Analect. lib. III. 18.

CAP. 16. *Idem seni Sullæ*] Vide supra.

Sexdecim volumina epistolarum] Quorum series nullam partem amissa, pristinum adhuc nobis ordinem exhibet. Volumina vocat, quod olim circumvolvi solent, quæ in charta aut scripto codice haberentur. Volumina etiam Plinius avunculus libros suos de Naturali Historia appellat. *Schottus.* *Undecim* etiam in Msc. et quibusdam Editis fuit: quod miratur Schottus, cum sedecim hodie circumferantur. Facile vero fieri potuit, ut *VIdecim* mutaretur in *Undecim.* Bos.

Futura prædixit] Pauca de multis exempla collegi Augurii et Vaticinii Ciceronis.' Epist. lib. VIII. 11. 'Προθεσπίζω, noster Attice, non ariolans, ut illa, cui nemo credidit [Cassandra scilicet], sed conjectura prospiciens; Jamque mari magno, &c. non multo, inquam, secus possum vaticinari: tanta malorum impendet Ἰλιάς.' Et libro VIII. 3. 'Et a me est (tute scis) propter suspicionem hujus impendentis tempestatis multo ante provisum.' Epist. 12. 'Scripseram eas literas, quarum vaticinationem falsam esse cupio.' Libro X. 8. 'Et tamen, mi Attice, anguria quoque me incitant, quadam spe non dubia, non hæc collegii nostri ab Attio, sed illa Platonis de Tyrannis.' Et statim, 'Nos tamen hoc confirmamus illo augurio, quo diximus; nec nos fallit, nec aliter accidet. Corruat iste necesse est.' Idem epistola ad Licinium Calvum apud Nonium: 'Præsentit animus, atque augurat quodammodo, quæ futura sit suavitas.' *Schottus.*

CAP. 17. *Se nunquam cum matre in gratiam*] Quod antiqua inscriptione ita exprimitur: DIS MANIBVS. M. IVLIO. M. F. QVIRINA. PVDENTI. VIXIT. ANNIS. LXXXX. CORNELIA. CALLITYCHE. CONIVGI. SVO. KARISSIMO. FECIT. BENEMERENTI. CVM. QVO. VIXIT. ANNIS. LV. SINE. CONTROVERSIA. VLLA. *Ernstius.* Exstat apud Gruterum pag. 795. 6.

Quam prope æqualem habebat] Alii

legere malunt: *ætate æqualem*. Ernst. Sed vox *ætate* Mss. Schott. Gifan. et Savar. afuit. *Bos.* *Æqualis*, σύγχρονος, ὁμῆλιξ. Vide ad Aristidem notata.

Quanquam omnes ei paremus] En Scriptorem accuratum, etiam in iis, quæ ὡς ἐν παρόδῳ inculcat. Non semel Cicero dixit: 'Naturam optimam esse vivendi ducem. Cui repugnare, nihil aliud est, quam Gigantum more cum Diis bellare.' Chrysippus olim clamabat, τὸ τέλος εἶναι, ἀκολούθως τῇ φύσει ζῆν. Vide Senecam De Vita beata cap. 8. *Keuchen.*

Ut iis ad vitam agendam, non ad ostentationem] Non ergo iis studiis vir prudens deditus est, quæ argutiis disputationum sese venditant. Quorum cultores Clem. Alexandrinus apposita voce appellat ὀνοματομάχους. Vide Ernstium.

Non ad ostentationem] Quemadmodum alii Philosophi. De quibus Cicero dixit De Finibus lib. I. 'Ita vivunt, ut illorum vita refellatur.' Et apud illum Stoicus lib. LV. 'Vitam nostram, consilia, voluntates, non verba corrigi.' Juvenalis Sat. II. 'Indocti primum: quanquam plena omnia gypso Chrysippi invenies. Nam perfectissimus horum est, Si quis Aristotelem similem, vel Pittacon emit, Vel jubet archetypos pluteum servare Cleanthas.' Vide quæ ad Epictetum notat metaphrastes ejus Arrianus, et Cicero apud Lactantium l. III. 16. D. Hieronymus Epist. XXXIV. 'Philosophus gloriæ animal, et popularis auræ vile mancipium.' *Keuchen.*

CAP. 18. *Moris etiam majorum*] Ennius apud Ciceronem V. de Rep. 'Moribus antiquis stat res Romana, virisque.' Lege Augustinum lib. II. 21. De Civit. Dei. Hinc de antiquitate ab eo Cæsar quotidie requirebat: infra. *Schott.*

Quo magistratus ornavit] Malim *ordinavit*, quomodo Vossium legisse video de Hist. Lat. I. 2. Sic apud JCtos 'ordinare libellos et testamenta.' At 'magistratus ornare' est in provincias aut bellum euntes rebus necessariis instruere. Livius XLII. 1. 'Magistratus mulis tabernaculisque, et omni alio instrumento ornabantur.' Non novum est, hæc duo verba confundi a librariis; ut apud Sueton. Julio, cap. 18. 1. ubi vide doctiss. interpretes, Casaub. Torrent. et Bernegger. *Bos.*

Illustris est populi Romani] Cicero in Oratore: 'Cognoscat Orator rerum gestarum et memoriæ veteris ordinem, maxime scilicet nostræ civitatis: sed et imperiosorum populorum et regum illustrium: quem laborem nobis Attici nostri levavit labor, qui conservatis notatisque temporibus, nihil cum illustre prætermitteret, annorum septingentorum memoriam uno libro colligavit.' Nec DCC. tantum annorum, sed et Virorum totidem historiam colligasse, ex Plinii lib. XXXV. patebit. Et in Bruto multa, quibus subjungit: 'Eam utilitatem habuit Attici liber, quam requirebam, ut explicatis ordinibus temporum, uno in conspectu omnia viderem.' Et ibidem paullo post ex Attici persona: 'Eisque nosmetipsi ad veterum Annalium memoriam comprehendendam impulsi atque accensi sumus.' Ac Ciceroni cum misisse, ex proœmio de claris Oratoribus patet. Ibidem: 'Omnium rerum memoriam Atticus breviter et perdiligenter complexus est.' Meminit et epistola 23. lib. XII. ad Atticum, et Asconius Pedianus in Pisonianam: 'Tradunt et Antiochi regis filio obsidi domum publice ædificatam: inter quos Atticus in Annalibus.' *Schottus.*

Familiarum originem] Γενεαλογίαν. Meminit Joan. Glandorpius libro de Famil. Romanis.

M. Bruti rogatu] Supra: 'Rogatu T. Pomponii Attici.'

Juniam familiam a stirpe] Ex ea fuit M. Brutus. Manut. Quæ nobilissima est earum gentium et familiarum, quæ

a Trojanis et Ænea hauserunt originem. Lege Dionysium lib. IV. Hæc quum in urbem una cum Romulo migrasset, laude et gloria bellica sub regibus floruit, usque ad L. Brutum, qui regio dominatu P. R. liberavit, postremus Juniæ gentis. Nam, ut idem lib. V. tradit, Brutus nullos reliquit liberos superstites, et qui sequuntur Bruti, plebeii sunt, non patricii. Aliter tamen sensisse videtur Cicero, qui M. Brutum Cæsaris interfectorem L. Bruti gentilem appellat. Tuscul. IV. 'Qui fuit in Italia iisdem temporibus, quibus L. Brutus patriam liberavit, præclarus auctor nobilitatis tuæ.' Quomodo in Bruto, et Philippica I. Quod idem ex sententia Posidonii philosophi Plutarchus scribit, qui tertium Junii Bruti filium expertem conjurationis fuisse, ab eoque gentem Juniam propagatam tradidit. Gravissima Ciceronis hac in re debet esse authoritas, magna etiam Posidonii et Plutarchi. Dionysii tamen, qui multis sententiam suam argumentis exquisitisque rationibus confirmat, meo quidem judicio vel gravissima. Neque enim quisquam ex hac gente per annos CC. post exactos reges, magistratum curulem gessit: quod quidem certe in tam clara et nobili familia accidere potuisse, nulla ratione, ut credam, adduci possum. Et tribuit hæc Cicero Bruto, homini amicissimo, non tam vere, quam ut pulcherrimum illud factum, quod pro libertate Reipubl. gessit, laudando extolleret: ac primo L. Brutum, deinde progeniem ejus, P. R. a regibus liberasse significaret. Hæc illustrissimus Streinius, in Gentium et familiarum Romanorum Stemmatis.

Marcelli Claudii de Marcellorum] Altera hæc Claudiorum gens est, et quidem plebeia. Regillenses enim Claudii, idem Pulchri et Nerones patricii sunt, plebeii Marcelli. Licet autem conditio harum gentium diversa sit, originem certe utriusque gentis eandem esse opinor. Plutarchus Posidonium secutus, Marcellum a Marte deducit, quod facile concedo, vel antiquitatis causa. Illud sane permirum mihi videtur, quod idem M. Claudium, qui quintum Cos. fuit, Marcellum, propter egregiam rei militaris scientiam, primum nominatum scribit. Veterum enim Annalium monumenta, quæ et Livius et reliqui secuti sunt, patrem et avum Marcellum appellant. Atque unicum hujus gentis cognomen, hoc est; quod in aliis fortasse gentibus non item: rectius certe familiam, quam gentem appellaveris, quum gens ex multis familiis constet. *Idem.*

De Marcellorum] Quid subjiciemus huic præpositionis, *stirpe* an *familia?* puto eam delendam esse et hic et mox, uti paullo ante τὸ *enumeravit*, Schottus præpositionem a quibusdam scriptis abesse testatur.

Scipionis Cornelii et Fabii Maximi de Corneliorum] Amplissima omniumque gentium nobilissima Cornelia ab antiquis est habita, et quidem jure ac merito. Sive enim dignitatem spectes familiarum, sive etiam præclara in Rempublicam merita, rerumque gestarum magnitudinem consideres, omnes certe omnium gentium virtutes hujus splendore obscurantur. Ac de origine nihil mihi occurrit. Familias præcipuas quatuor reperio: quarum una Maluginensium est, altera Scipionum, Rufinorum tertia, postrema Lentulorum. Dolabellas enim, Cinnas, Merulas, et si qui sunt alii, plebeios potius, quam patricios crediderim. Vide eundem Streinium de gente Cornelia. P. Nannium de claris Corneliis. et C. Sigonii Scipionem Æmilianum.

Fabiorum] Qui originem ad Aborigines, stirpem ad Fabium Herculis filium referunt. Primo Fodii dicebantur ab agrorum fossione; inde Fabii. Vel a *fabis;* ut Pisones, a

pisis; Lentuli a *lente;* Cicerones a *cicere.* Quod cum multis aliis amplectitur Plinius. Nec improbabilis illa nominis ratio, quam a Fabio, Herculis filio, deducit Plutarchus in Maximo. Hercules enim Jove natus, a Græcis ad Romanos, et usque ad Oceanum pervagatus, multis gentibus initia sui generis dedit. Vide eundem Streinium in gente Fabia.

Æmiliorum] Gens illa ab Aimilio Ascanii filio orta. Festus. A Mamerco Numæ regis filio. Plutarchus in Paullo. Quod probabilius, quia Æmilii Mamerci et Mamercini, a gentis principe dicti sunt. Vel, propter αἱμυλίαν, quam Græci 'orationis leporem' vocant. *Idem.*

Qui aliquam cupiditatem habent notitiæ clarorum virorum] Plinius l. xxxv. 2. 'Majus, ut arbitror, nullum est felicitatis specimen, quam semper omnes scire cupere, qualis fuerit aliquis.' *Schott.*

Attigit quoque Poëticen] Supra: 'Idem poëmata pronunciabat, et Græce et Latine; sic, ut supra nihil posset.'

Rerumque gestarum amplitudine] Plinius lib. xxxv. 2. 'Imaginum amorem flagrasse quondam, testes sunt et Atticus ille Ciceronis, edito de his volumine, et M. Varro, benignissimo invento, insertis voluminum suorum fœcunditati, non nominibus tantum septingentorum illustrium, sed et aliquo modo imaginibus.' Quales in Bibliotheca sua habuisse, colligo ex M. Tullii ad Atticum Epist. lib. iv. 10. 'Malo,' inquit, 'in illa sedecula, quam habes sub imagine Aristotelis, sedere; quam in istorum sella Curuli.' Et in Orator. Demosthenis imaginem ex ære in Tusculana Bruti villa se vidisse ait: ut nos marmoream, Tarracone, cum hac inscriptione vidimus: ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ, prætermissam ab iis, qui veterum imagines, Hermas, et Terminos ediderunt. *Schottus* in notis ad Elogia Corneliana.

Liber Græce confectus de Consulatu Ciceronis] De quo Cicero Epist. l. ii. 1. 'Puer tuus mihi literas abs te, et Commentarium consulatus mei Græce scriptum reddidit: in qua lætatus sum, aliquanto ante de iisdem rebus, Græce item scriptum librum L. Cossinio ad te perferendum dedisse. Nam si ego tuum ante legissem, furatum me abs te diceres: quanquam tua incompta visa sunt.' Vide sequentia. Scripserat et Herodes eadem de re, sed quæ Ciceronis in consulatu præclare facta obscurarent potius quam illustrarent: Epist. lib. ii. 2. Atticus etiam quæ minus probabat in Ciceronis libris, ea notare miniata cera solitus erat. Epist. l. xv. 14. et lib. xvi. 11. Nec Bruto omnia probare potuit, quæ De Oratore conscripserat. De qua cera Ang. Politianus Miscell. cap. 58. *Schott.*

Cap. 19. *Rerum exemplis lectores docebimus*] Notatur applicatio παραδειγμάτων καὶ νοημάτων ad χρήσεις γνωμικὰς καὶ πραγματικάς, in quo præcipua historiæ philosophia consistit: ut ostendantur, inquam, officiorum fontes commemoratione actuum ex officiis profectorum, id est, exemplorum moralium. *Boecler.*

Quo erat ortus] Supra: 'Perpetuo a majoribus acceptam equestrem obtinuit dignitatem.'

Divi Julii filii] In nummis antiquis, in Triumviratu cusis: IMP. CÆSAR DIVI F. III. VIR. ITER. R. P. C. Apud Antonium Augustinum aureus nummus: IMP. CÆS. DIVI F. AVGVSTVS. Et in aversa parte: C. L. CÆSARES. AVGVSTI. F. COS. DESIG. PRINC. IVVENT. Item æreus apud eundem duobus capitibus signatus; in uno latere DIVOS IVLIVS præferebat; in altero DIVI F. AVG. *Divos* autem pro *Divus* Veteres dicebant, ut et *Deivos* pro *Deivus.* Servius in illud Virgilii viii. Æneid. 'Divum genus,' *Divi* legisse quosdam refert; recte mea quidem sententia, idque cum apotheosi in

Deos relati essent. Et sic fere Græcorum natio, etiam in posterioribus imperatoribus, ut Dion, et ex Dione Xiphilinus et Ælianus de acie instruenda ad Adrianum Aug. Nervæ filium: Αὐτόκρατορ Καῖσαρ, υἱὲ θεοῦ, Ἀδριανὲ σεβαστέ. *Schott.*

Cæsarem est consecuta] Schottus laudat Veter. lectionem *Cæsarum cum consecuta*: ait Gif. Ms. confirmare lectionem. Mihi valde absurdum videtur dicere, *tanta prosperitas Cæsarum consecuta est illum*, pro, tanto Cæsarum favore floruit: sed inde tamen crederem locum ita legendum, *Tanta enim prosperitas cum consecuta*. De Attico loquitur, quod clarum ex eo quod sequitur, 'quod civis Romanus quivit consequi.' *Boecler.*

Nata est autem Attico neptis ex Agrippa] Sueton. in Tiberio cap. 7. 'Agrippinam M. Agrippa genitam, neptem Cæcilii Attici, ad quem sunt Ciceronis epistolæ, duxit uxorem, sublatoque ex ea filio Druso, quanquam bene convenientem, rursumque gravidam, dimittere, ac Juliam Augusti filiam confestim coactus est ducere.' Ubi post avunculi testamentum Cæcilius vocatur, qui alias Pomponius. Notandum etiam, quod Agrippinam vocat Suetonius, quam Tacitus Vipsaniam, ut eadem patris non nomen tantum, sed et cognomen tulerit. Vide eundem in Augusto LXV. *Keuchenius.*

Tiberio Claudio Neroni, Drusilla nato] Livia Drusilla duorum Neronum mater erat, qui prænomine Drusi, cognomine Tiberii a se invicem discernebantur. Antiquus Nummus: NERONI. CLAVDIO. DRVSO. GERMAN. COS. DES. Et, NERO. CLAVDIVS. DRVSVS. GERMAN. IMP. Vide Stemma Domus Augustæ, quod Tacito suo affixit quondam Justus Lipsius.

Necessitudinem eorum sanxit] Id est, confirmavit, stabilivit. Lambinus legendum putat, *auxit*. Ernst.

CAP. 20. *Non solum cum ab urbe abesset*] Mstus Schotti: *ab urbe esset*: Mox idem Ms. sic interpungit: *mitteret, quid ageret imprimis, quid legeret*: ubi *mitteret*, idem est ac scriberet, nunciaret, elliptica locutione. Ut apud Livium XXXVI. 'ad M. Bæbium misit, Antiochum in Italiam impetum fecisse,' &c. Cicero ad Fam. II. 1. 'Polla misit, ut ad te, si quid vellem, darem literarum.' Vide Gronovii not. ad Livium VIII. 22. *Bosius.*

Quo non aliquid de antiquitate ab eo requireret] Id est, vel ex antiquitate, ut sæpe hæc præpositio ponitur, vel de antiquitate rei cujusdam vel moris Romani. *Bucknerus.*

Aliquam quæstionem poëticam] Vide Wowerium de Polymathia cap. 10. pag. 73. et seq.

Verbosiores eliceret epistolas] Ut Cicero quoque ad Attic. Ep. lib. XVI. 11. *Schott.*

Ædes Jovis Feretrii in Capitolio ab Romulo constituta] De qua insigniter præ aliis Livius lib. I. Romulus, 'duce hostium occiso, urbem primo impetu capit: inde exercitu victore reducto, ipse, cum factis vir magnificus, tum factorum ostentator haud minor, spolia ducis hostium cæsi suspensa fabricato ad id apte feretro gerens, in Capitolium ascendit; ibique ea cum ad quercum pastoribus sacram deposuisset, simul cum dono designavit templo Jovis fines, cognomenque addidit Deo. Jupiter Feretri, inquit, hæc tibi victor Romulus rex regia arma fero, templumque iis regionibus, quas modo animo metatus sum, dedico, sedem opimis spoliis, quæ, regibus ducibusque hostium cæsis, me auctorem sequentes, posteri ferent.' Vide etiam Dionysium. Situm illud templum fuit in IIX. Urbis regione, ubi a P. Victore collocatur. Spatium ejus non ita magni ambitus. Quippe adhuc servatur vetus ejus vestigium,

quod intra xv. pedum longitudinem comprehenditur, ut inquit Dionys. Ex hoc sumebant Romani sceptrum, per quod jurarent, et lapidem silicem, quo fœdus ferirent. Lege Alex. ab Alex. lib. I. 14. et ex antiquis Plutarchum, Valerium Maximum III. 2. *Keuchen.*

Exul tum his terris] Supra: 'Hostis Antonius judicatus Italia cesserat.' Schottus Obs. III. 2. *ex ultimis terris.* Et explicat de Ægypto. *Boeclerus.*

CAP. 21. *Cum* VII. *et* LXX. *annos complesset*] Qui est annus Climactericus hebdomaticus magnus, ducto septenario in undecim: nam Climactericis viros præstantissimos extinctos, veteres memoriæ monumentaque declarant. Supra 'anno sexto et sexagesimo' matrem nonagenariam extulit: et bellum Cæsarianum exortum, Nepos ait, ætatis Attici sexagesimo, qui est U. C. 704. Decessisse vero Cn. Domitio L. F. CN. N. Ænobarbo, C. Sosio C. F. T. N. Coss. Qui est annus 721. post Romam conditam. Natus itaque Atticus anno 644. triennio ante M. Tullium, cui XI. annis superstes fuit. *Schott.*

Putarunt esse tenesmon] Crebram et inanem voluntatem egerendi. Plin. Hist. Nat. lib. XXVIII. 14. Eadem explicatio legitur apud Hippocratem Epidem. lib. II. sect. 2. Dysenteriæ adfine esse vitium, eamque sæpe præcedere, et in eo pauca cruenta et mucosa, cum magna tensione egeri, scribit Galenus Com. ad aphorism. 27. lib. VII. Apud Nicandrum Schol. hunc morbum suo tempore βιασμὸν dictum scribit in Alexiph. vs. 182. Apud utrumque legitur τηνεσμός. Manutius scribit τεινασμός. Jo. Valder. τεινεσμός. Bosius τενεσμός. Gifan. Lamb. et Jo. Savaro *tenesmus.* Bouverus vero *tenasmon* Latinis literis. Manutius ex subsequentibus verbis *sine ullis doloribus* probat τεινεσμὸν non fuisse, idque authoritate Corn. Celsi. *Ernst.*

Sextumque Peducæum] Qui Prætor erat anno Urb. 676. Attici familiarissimus. *Ernst.*

In cubitum innixus] Qui habitus loqui incipientis apud antiquos. Homerus: Ὀρθωθεὶς δ' ἄρ' ἐπ' ἀγκῶνος, κεφαλὴν ἐπαείρας, Ἀτρεΐδην προσέειπε, &c. De Christo Nonnus: Καὶ παλάμῃ ἀγκῶνα παλινδίνητον ἐρείσας, Ἀμφότερον περὶ κύκλον ὁμοστόργοιο τραπέζης, Εἶπε δυοῖς ἑτάροις. Herodianus de Marco Imperatore: Ἡσυχῇ τοῦ σκίμποδος κουφίσας ἑαυτὸν, τοιούτων λόγων ἤρξατο. Petronius: 'Erectus in cubitum, hac fere oratione contumacem vexari.' *Keuchen.*

Quod ad sanandum me pertineret] Hæc in quibusdam libris omittuntur. Sed in aliis habentur, nec, ut quidam suspicatur, a Lambino inserta. *Boeclerus.*

Mihi stat alere morbum desinere] Cicero lib. IX. ad Varronem: 'Modo stet nobis illud, una vivere in studiis nostris, a quibus antea delectationem modo petebamus, nunc vero etiam salutem.' *Schott.*

CAP. 22. *Ex domo in domum videretur migrare*] Cato ille Ciceronianus multo rectius: 'Ex hac vita discedo, tanquam ex hospitio; non tanquam ex domo: commorandi enim Natura diversorium, non habitandi dedit.' *Idem.*

Agrippa cum flens atque osculans] Apage hinc oscula, ait Schoppius Verisimil. lib. III. 8. non enim ægro, cuique mori certum est, competunt. Sanior vetus Codex, *flens atque obsecrans.* Sed rigido censori Schoppio non venit in mentem, quod etiam M. Popilius Oppium Gallum, familiarem suum, moriens ultimo complexu et osculo dignum judicarit. Valer. Maxim. lib. VII. 18. 9. Sed in his non sunt positæ opes Romanæ. *Ernst.* De osculis moribundorum plura Kirch-

mannus de fun. Rom. I. 5. Heliod. II. προσαφῆπται με καὶ τὰ τελευταῖα περιβαλεῖν, ἐσχάτων φιλημάτων, καὶ ἀψύχος ἀπεστερήθην. Cicero vidend. Orat. in Verr. v. *Keuchenius.*

Ne ad id, quod natura cogeret, ipse quoque sibi acceleraret] Seneca: 'Nunquam id sero venit, unde nunquam, cum semel venit, potuit reverti.' Curtius: 'Ultimum omnium mors est, ad quam non pigre ire satis est.' Bίας, ἀπικαλουμένου τινὸς τὸν θάνατον ἐπὶ τέκνων ἀπωλείᾳ, ἔφη, τί αὐτὸν καλεῖς, ἄνθρωπε; οὐκ, ἂν μὴ καλέσῃς, ἥξει; Cæterum moris erat sumendæ mortis spectatores advocare necessarios, aliosque claros viros, quorum præsentia mortem clariorem et testatiorem fieri putabant, qui tamen plerumque, ut heic apud T. Pomponium Atticum, hortatores vitæ fuerant. Sic fœminam quandam Sextus Pompeius in insula Coo mori destinatam, facundissimo sermone revocare conatus est. Val. Max. II. 6. 1. *Gebhard.* Vulgati libri omittunt præposit. *ad.*

Compressit] In aliis libris est *depressit:* id est, serio contempsit. *Ernstius.* *Compressit* a Lambino videtur esse. *Bosius.*

Cn. Domitio, C. Sosio Coss.] Anno Urbis 721.

Elatus est in lecticula] Lecticam apud Romanos comperio fuisse in duplici usu; ad mortuos ferendos, et ad vivos. Ad mortuos, antiquus Romæ mos, et jam inde a regibus mortui in lectis efferebantur, sive in lecticis. Dionysius lib. IV. cadaver Lucretiæ efferri facit ἐπὶ κλίνης μέλασιν ἀμφίοις ἐστρωμένης. Et inter leges XII. fuit, 'ne plures lecti struerentur uni.' Mansit is mos, quamdiu mansit res Romana. Asconius: 'Cadaver Clodii in via relictum Sex. Tedius Senator, qui forte rure in urbem revertebatur, sustulit, et lectica sua Romam ferri jussit.' Tacitus Hist. III. 'Simul ferebatur lecticula parvulus filius, velut in funebrem pompam.' Mortui honestiores lectica hexaphoro efferebantur: at tenuiores sandapila, cui subjuncti saltem homines quatuor. Vide Martialem. In monumento M. Antonii Antii Lupi, quod exstat etiam nunc via Hostiensi, sculpta lectica cum pulvino et corona cernitur; funebre scilicet signum. *Lips.* Græci τὴν κλίνην et τὸ λέχος vocant. Hesychius: Λέχη, ἐφ' οἷς τοὺς νεκροὺς κοσμοῦσιν. Plura doctiss. Kirchmannus de Funer. Romanorum lib. I. 4. et lib. II. 9.

Sine ulla pompa funeris] Quam Servius, ad Virgilium, 'pompam exequialem' vocat. Quintilianus Declam. CCCXXIX. 'Ducatur ingens funeris pompa.' Tacitus Ann. II. 'Fuerunt qui funeris publici pompam requirerent.' Apuleius: 'Utpote unus de optimatibus, pompa funeris publica ductabatur per forum.' Sic pompa plerumque de funere dicitur. Vide Festum in Vespillonibus. *Keuchen.*

Sepultus est juxta viam Appiam] In qua erant conditoria et sepulchra Romanorum. Rhenan. ad Senec. Vide Ciceronem in Milon. Fuit ibi et sepulcrum Severi Imp. teste Ælio Spartiano in Antonino Geta: 'Illatus est in majorum sepulcra, hoc est, Severi, quod est in Appia via euntibus ad portam dextram.' Gallienum quoque Imp. in hac via nono lapide sepultum, tradit Sextus Aurelius. De Thessalo Medico, Plinius lib. XXIX. 1. idem lib. X. 48. *Kirchmannus.*

Ad quintum lapidem] Nam in Urbe Roma sepeliri nefas; et jam inde a X. viris lege XII. vetitum: quæ his verbis concepta est apud Ciceron. II. de Leg. HOMINEM. MORTVVM. IN. VRBE. NE. SEPELITO. NEVE. VRITO. Credo inquit Cicero vel propter ignis periculum. *Schott.*

In monumento Q. Cæcilii, avunculi sui] Cujus et hereditatem crevit ex dodrante, domumque habitavit, et

sepulchrum moriens tenuit. Quam et ÆTERNAM DOMUM vocari in vett. inscriptionibus, literatisque lapidibus, animadvertere licet. *Idem.*

FRAGMENTA.

CHRONICORUM LIB. I.

I. *Vixit Homerus*] Non sunt hæc ipsa Gellii, nedum Nepotis verba, sed a Schotto paullum immutata. Quomodo et in sequentibus subinde veterum scriptorum *ῥῆσεις* aliter inflexit, aut ex iis, quæ præcesserant, supplevit; alicubi et de suo addidit, quæ nusquam apud illos reperire est. Verba Gellii de Homeri ætate sic habent: 'De Homero et Hesiodo inter omnes fere constitit, utrumque ante Romam conditam vixisse, Silviis Albæ regnantibus, annis post bellum Trojanum plus C. et LX. ante Romam autem conditam, ut Cornelius Nepos in primo Chronicorum de Homero dixit, annis circiter C. et LX.' *Bosius.*

Homerus] De quo olim Plato clamabat: *ἄριστος καὶ θειότατος τῶν ποιητῶν*. Aristoteles: *Θεσπέσιος Ὅμηρος παρὰ τοὺς ἄλλους*. Et addit alibi: *λέξει καὶ διανοίᾳ πάντας ὑπερβέβηκε*. Vitam ejus conscripsit Herodotus. Lege etiam Plutarchum de arte ejus Poëtica, Dionem Chrysostomum, Suidam, Strabonem, Quintilianum, alios. Constantinus Lascaris *εἰς τὸν Ὅμηρον· Διὸς ἔκγονος, ἔδρακεν ὅσσα Γαῖα, θάλασσα, ἀὴρ, οὐρανὸς ἐντὸς ἔχει.*

Ante Romam conditam annis circiter C. *et* LX.] Hæc Cornelii Nepotis sententia fuit, quem sequitur Sosimus. Non tamen dicit, rebus humanis excessisse tot annis ante Urbem conditam, sed vixisse. Nec enim puto, de anno constitisse, quo obiit. Cassius in Annalibus de Homero et Hesiodo scriptum reliquerat, vixisse eos annis plus centum atque sexaginta post bellum Trojanum. Atqui ducentis et septuaginta plus annis eos vixisse oportet post bellum Trojanum: siquidem annis circiter C. et L. ante Urbem conditam fuere. Idcirco Lipsius corrigendum in Agellio indicabat, *plus ducentis atque sexaginta*. Sed nihil necesse. Opinio Cassii nihil commune habuit cum Nepotis sententia. Ille paullo plus quam C. et LX. annis post Trojam captam fuisse Homerum voluit, hic circiter annis C. et LX. ante Romam conditam. Huic supputationi calculum addunt et consensum omnes fere Latini Scriptores. Plinius lib. VII. 16. 'Jam vero ante annos prope mille vates ille Homerus non cessavit minora corpora mortalium quam prisca conqueri.' Scribebat ille anno Urbis octingentesimo trigesimo. Quibus si addas centum et sexaginta annos, ante Urbem conditam, quo tempore floruisse Homerus proditur, fient anni nonaginta et nongenti. Sic anni sunt prope mille ab ætate Homeri ad Plinium. Juvenalis: 'atque uni cedit Homero Propter mille annos.' Vetus Scholiastes: 'dinumerato tempore fortasse usque ad ætatem suam, Poëta dixit, mille annos fluxisse ex tempore Homeri. Fuit autem Homerus annis ante Urbem conditam centum sexaginta: post Ilium captum ducentis sexaginta.' Scripta illa Satyra a Juvenale, sub initium Nervæ, viginti circiter annis post Plinii opus.

Sic mille ac decem præter propter anni ab Homero ad Juvenalem, quo tempore scripsit illam Satyram. Velleius Paterculus in eadem sententia, qui annos ferme nongentos et quinquaginta Homerum ante ipsius ætatem floruisse tradit. Annis circiter quadraginta ante Plinium scribebat Velleius. Longe major inter Græcos Scriptores discordia. Quidam eum tempore belli Trojani exstitisse volunt. In his Dionysium Epici Cycli Scriptorem numerat Tzetzes et Diodorum: Ὁ κατὰ Διονύσιον ἄνδρα τὸν Κυκλογράφον Ἐπὶ τῶν δύο στρατειῶν λεγόμενος ὑπάρχειν, Θηβαϊκῆς Ἑλλήνων τε τῆς διὰ τὴν Ἑλένην. Crates Grammaticus apud Clementem et Eusebium circa Heraclidarum descensum viguisse vult, octoginta annis post Troica; quam opinionem perperam Apollodoro tribuit Tzetzes in Chiliadibus. Eratosthenes centum annis eum abfuisse scripsit a Troicis temporibus. Aristarchus centum quadraginta. Herodotus centum sexaginta octo, quod Cassius in Annalibus secutus est, qui plus centum atque sexaginta annis Homerum post bellum Trojanum vixisse notaverat. Nec enim hic numerus mutandus, ut putavit magnus Criticus. Philochorus eum a Troja submovebat annis centum octoginta. Euthymenes in Chronicis ducentis, et æquævum Hesiodo faciebat. Apollodorus Atheniensis centesimo anno migrationis Ionicæ floruisse tradidit, hoc est, a Trojæ excidio, ducentesimo quadragesimo. Apud Hieronymum legitur CCLX. Huic calculo quidam XII. annos adjiciunt, ut Latini fere omnes, qui centum et sexaginta circiter annis ante Urbem conditam vixisse eum tradunt. Latini itaque Apollodori sententiam secuti sunt. Alii longius multo a Troicis removent temporibus, ut Euphorion, qui Gygis ætati comparem statuebat. Gyges autem regnare occœpit ab Olympiade decima octava. Archilochus, Eusebio teste, in Olympiadem XXIII. Homeri florem ætatis ac famæ conjecit, idem cum Euphorione sentiens. Nonnulli nonaginta tantum annis ante primam Olympiadem aiunt fuisse, hoc est, centum quadraginta sex annos ante Urbem conditam. Hujus opinionis auctorem prodit Clemens Sosibium Laconem, quæ a supputatione Latinorum, quatuordecim tantum annis distat. Hanc dividiam auctorum super ætate Homeri heic libuit brevibus æris subducere. *Salmasius.*

Roma condita Olympiadis septimæ anno secundo] Onuphrius in Urbe Roma, Solinum inter eos auctores recenset, qui Olympiadis sextæ anno quarto Romam conditam scripsere, cum aperte profiteatur Solinus, sese existimare, collatis Romanis et Græcorum temporibus, eam anno primo Olympiadis septimæ conditam fuisse. Et perperam etiam ibidem notat, Lutatio et Eratostheni placere Olympiadis septimæ anno primo conditam, cum anno tantum secundo illi voluerint. *Salmasius.* Roma condita est, quo tempore πρῶτος δ' ἐστεφανώθη Δαϊκλῆς ὁ Μεσσήνιος, ὃς τῇ ἑβδόμῃ Ὀλυμπιάδι στάδιον ἐνίκα. Illo ipso anno urbs condita memoratur. Anonymus in illo tempore: Ῥώμη ἐκτίσθη ὑπὸ Ῥήμου καὶ Ῥωμύλου. Videndus Dionysius lib. I. Alii in secundum annum referebant, inter quos Polybius. Dionysius Halicarnassæus libro I. Οὐ γὰρ ἠξίουν, ὡς Πολύβιος ὁ Μεγαλοπολίτης, τοσοῦτον μόνον εἰπεῖν, ὅτι κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος τὴν Ῥώμην ἐκτίσθαι πείθομαι. Auctor Chronici Alexandrini annum quartum statuit: Καὶ τετάρτῳ ἔτει τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος, εἰκοστὸν τέταρτον τῆς οἰκείας ἡλικίας ἄγοντες ἐνιαυτὸν, Ῥῶμος καὶ Ῥῆμος κτίζουσι τὴν Ῥώμην. Atque huc pertinent ista Eusebii, Chron. I. Ῥωμύλον φασὶ κατὰ τὸ τέλος τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος βασιλεῦσαι τῶν Λατίνων ἀπὸ Αἰνείου, Ῥώμην τε κτίσαι,

καὶ μετανεμάσαι τὴν πόλιν. Jornandes simpliciter septimam dicit, non expresso ejus anno: 'Septima Olympiade Romulus, ejusque germanus, quos inter pastores enutritos diximus, collecta pastorum multitudine, Romanæ Urbis ædificia inchoaverunt.' Alii aliter statuebant; disseritque eleganter Dionysius libro citato, et Solinus cap. 2. *Meurs.* Condita Urbs ipsis Palilibus, id est, undecimo Calendas Maias, hora post secundam, ante tertiam, sicuti L. Taruntius prodidit Mathematicorum nobilissimus, Sole in Tauro, Luna in Libra constitutis. Et hoc est, quod dixit Cicero; 'cum in jugo Luna esset.' Et sub Libra conditam ideo Romam dixit Manilius. *Thysius*, in Miscell.

Archilochus Tullo Hostilio Romæ regnante jam tunc Poëmatis clarus ac nobilis] Non minor varietas circa ætatem Archilochi quam Homeri. Herodotus refert ipsum ad imperium Gygis, quod incidit in tempus Olympiadis vigesimæ. Cicero regnante Romulo vixisse dicit; Olympiade nimirum septima vel octava. A Romuli excessu ad ætatem, qua Tullus Hostilius cepit imperium, sunt anni quadraginta quatuor. Potuit sane trium Regum ætati superesse; at tot annis clarum et nobilem fuisse Poëmatis, non facile crediderim. Vide Eusebium in Chronicis. *Schottus.* Hic 'maximus Poëta, aut certe summo proximus' appellari meruit apud Valer. Maximum. In Suida est γενναῖος ποιητής. Hippodromus Rhetor Homerum φωνὴν, Archilochum πνεῦμα vocavit. Paterculus: 'Neque quemquam alium, cujus operis primum auctor fuerit, in eo perfectissimum, præter Homerum et Archilochum reperiemus.' *Colerus.* Adi Vossium de Poët. Græc. cap. 3.

M. Manlius Romæ qui Gallos in obsidione Capitolii obrepentes per ardua depulerat, convictus est consilium de regno occupando iniisse: damnatusque capitis, a Saxo Tarpeio, ut M. Varro ait, præceps datus est; ut Cornelius autem Nepos scriptum reliquit, verberando necatus est] Manlius ob defensum Capitolium Capitolinus dictus, sexdecim annorum voluntarium militem se obtulit. Triginta septem militaribus donis a suis ducibus ornatus, viginti tres cicatrices in pectore habuit. Capta Urbe, auctor in Capitolium fugiendi. Quadam nocte clangore anseris excitatus, Gallos ascendentes dejecit. Patronus a civitatibus appellatus, et farre donatus est. Domum etiam in Capitolio publice accepit. Qua superbia elatus, quum a Senatu suppressisse Gallicos thesauros argueretur, et addictos propria manu liberaret, regni affectati suspicione in carcerem conjectus, populi consensu liberatus est. Rursus quum in eadem culpa et gravius perseveraret, et reus factus, et ob conspectum Capitolii ampliatus: alio deinde loco damnatus et de saxo Tarpeio præcipitatus. Domus diruta, bona publicata. Gentilitas ejus Manlii cognomen ejuravit, ne quis postea Capitolinus vocaretur. Auctor de Viris Illustribus. In prænomine hujus triplex dissensio apud Historicos. Dionysius T. Manlium Capitolinum vocat. Diodorus A. Manlium. Plerique M. Manlium Capitolinum. Liv. Agellius. Alii. Florus quoque Livii abbreviator lib. IV. 'Cum obstrictos,' inquit, 'ære alieno liberaret, nexos exsolveret, crimine affectati regni damnatus de saxo Tarpeio dejectus est: in cujus notam SC. factum, ne cui de Manlia gente Marco cognomen esset.' Syllaba *co* repetita locum corrupit. Recte igitur Sigonius prænomen ex Quintiliani lib. III. reponendum docuit. Quod Livius et Plutarchus in libro τῶν κεφαλαίων confirmant: et illud Festi seu Paulli Diaconi lib. XI. de verb. signif. 'Manliæ gentis Patriciæ decreto nemo ex ea Marcus appellatur, quod

M. Manlius, qui Capitolium a Gallis defenderat, cum regnum affectasset, damnatus, necatusque est.' Vide T. Livium lib. vi. ab Urbe Condita. *Schott*. Defensio illa Manlii adversum Gallos Senones incidit in annum ἀπὸ τῆς κτίσεως CCCLXIII. Stad. Roma a Gallis capta, cum pugnatum paullo ante esset ad Alliam flumen, die xv. Kalend. Sextil. περὶ τροπὰς θερινὰς, περὶ τὴν πανσέληνον, ut ait Plutarchus in Camillo. Manlius a Saxo Tarpeio præceps datus est anno vii. post Urbem a Gallis receptam. Agellius Nepotem laudat auctorem, qui Manlium verberando necatum scripserit. Adjectas mortuo notas, Livius, Sex. Pompeius, Herodes Atticus apud Agellium, auctores sunt: 'alteram publicam; quod cum domus ejus ex populi jussu ob defensum Capitolium in arce fuisset: ubi postea ædes atque officina Monetæ; latum ad populum est, ne quis Patricius in arce aut Capitolio habitaret: Gentilitiam alteram, ne quis ex ea gente Marci prænomine vocaretur.' Quod ille, qui de Viris illustribus, Plinii Secundi titulo circumfertur, scripsit, 'gentilitatem Manlii ejurasse, ne quis postea cognomine Capitolini uteretur,' ἀνιστορησία est. Constat enim ex Consulum Annalibus, Capitolinorum cognomina in Manliana deinceps frequentissima fuisse. Stad. Vide Epitomam Livii, vi. Quintilianum iii. 7. Val. Maximum vi. 3. Plinium vii. 28. et Plutarchum ἐν αἰτίοις.

Alexander Magnus Pellæ ortus, M. Fabio Ambusto, Tito Quinctio Capitolino Coss. post Romam conditam anno trecentesimo, octuagesimo quinto] Atqui multis modis hoc falsum deprehenditur. Quippe convenit inter omnes Alexandrum natum Olympiadis sextæ supra centesimam anno primo. Alii secundo volunt. In hoc solum discordia est. Quod tempus convenit anno Urb. conditæ trecentesimo nonagesimo septimo, vel octavo, si Varronis calculum sequaris. Nepos, si quid Solino credimus, natum Alexandrum scripserat, *Consulibus M. Fabio Ambusto et T. Quinctio Capitolino.* Consules illi fuerunt juxta Livium anno Urbis quadringentesimo primo, hoc est, Olympiadis centesimæ sextæ anno quarto. Sed omnes anno primo aut secundo hujus Olympiadis natum prodidere. Nepoti placuit, ut ex Solino scimus, Romam conditam esse Olympiadis septimæ anno secundo. Si ex æra Varroniana, Urbis annus trecentesimus nonagesimus nonus convenit cum Olympiadis sextæ et centesimæ anno secundo; certe secundum æram Nepotianam Urbis trecentesimus nonagesimus septimus in eundem annum Olympiadis congruerit. Ergo annus Urbis quadringentesimus primus, juxta Nepotem, cum Olympiadis septimæ primo aut secundo anno pariaverit. Olympiadis vero sextæ et centesimæ annus ultimus, quo natum Alexandrum putavit Nepos, Urbis annus fuerit trecentesimus nonagesimus nonus. An igitur hic numerus hoc loco expungendus? Id nimis longe abit a vestigiis scripturæ veteris omnium librorum. Error potius Solini fuerit, ut in omnibus solennes ejus sunt tales hallucinationes. Natalem Alexandri in consulatum Fabii Ambusti et Quinctii Capitolini contulerat Nepos. Annum Urbis de suo addidit Solinus, quo anno nulli Consules Romæ, sed Tribuni militum Consulari potestate regebant. Quod tempus incidit in Olympiadem secundam et centesimam exeuntem. In quod tempus nemo est, qui Alexandri natalem conjecerit. Existimavi aliquando legendum: *post Romam conditam anno* CCCLXXXXV. hoc est, nonagesimo quinto, uno decusse detrito factum CCCLXXXV. Hæc est æra Pictoris, quam fortasse hic secutus est Nepos. Octava Olympiade Romam conditam voluit. Secundum hunc calculum, qui

aliis trecentesimus nonagesimus nonus ab Urbe condita, hic Pictori fuit trecentesimus nonagesimus quintus. Sed quis credat Nepotem sententiæ Pictoris heic adhæsisse, quum disertim Solinus tradat, Nepoti et Lutatio, opinionem Apollodori et Eratosthenis comprobantibus, placere Romam conditam Olympiadis septimæ anno secundo? Hoc tantum itaque heic tenendum ex opinione Nepotis, natum Alexandrum, Consulibus M. Fabio Ambusto et T. Quinctio Capitolino. *Salmas.* *M. Fabio Ambusto et T. Quinctio Capitolino Coss.*] Horum consulatus incidit in annum tertium aut ultimum Olympiadis sextæ supra centesimam. Josephus narrat apud omnes in confesso haberi, Alexandrum vivis excessisse Olympiade centesima et decima quarta. Libro I. contra Appionem: Ἀλέξανδρον δὲ τεθνάναι πάντες ὁμολογοῦσι ἐπὶ τῆς ἑκατοστῆς τεσσερεσκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος. Hegesias tunc Archon erat. Æque inter omnes constat, anno vitæ trigesimo tertio eum obiisse. Scribit Arrianus occisum esse Philippum sub Pythodemi magistratu, Olympiade undecima et centesima, quo tempore Alexander annorum circiter viginti fuit. Si ab ea Olympiade retro numeres annos viginti, ad sextam centesimam devenies, cujus anno primo natus est Alexander, Elpinice Archonte. Ab eo Prætore ad Hegesiam, sub quo mortem obiit, anni sunt duo et triginta solidi: mortuus itaque anno ætatis trigesimo tertio. Atque hæc sunt apud omnes ὁμολογούμενα: juxta calculum vero Nepotis minus etiam, quam triginta annos vixerit. A Nepote videtur sumpsisse Agellius lib. XVII. capite, quo exponit, quibus temporibus post Romam conditam Græci Romanique illustres viri floruerint. In eo capite tradit, Alexandrum natum circa annum Urbis conditæ quadringentesimum. Cornelium Nepotem ibi in Chronicis citat loco non uno. M. Fabius Ambustus consul fuit iterum cum M. Popilio, anno secundo Olympiadis sexagesimæ sextæ, circa annum Urbis trecentesimum nonagesimum nonum. Idem Fabius consul tertio fuit cum T. Quinctio Capitolino, anno Urbis, juxta Livium, quadringentesimo primo. Eo ipso anno quidam Annales non Titum Quinctium, sed Popilium consulem cum Ambusto referebant. Livius: 'Creati Consules ambo Patricii. M. Fabius Ambustus, III. T. Quinctius. In quibusdam Annalibus, pro T. Quinctio, M. Popilium consulem invenio.' Hoc errorem quibusdam potuerit objicere, in assignando Alexandri natalis anno, qui tertium Fabii Ambusti consulatum pro secundo acciperent, præcipue quum in utroque consulatu collegam illi dent M. Popilium quidam Annales. His adde, quod, juxta Livii et aliorum calculum, Fabius ille secundo factus est consul anno Urbis trecentesimo nonagesimo nono. Ex æra quoque Nepotis, qui duobus annis posterius conditam Urbem statuit, tertius ejusdem Fabii consulatus in annum Urbis trecentesimum nonagesimum nonum cadit. Et fortean Nepos, quum natum Alexandrum in Chronicis dixit, consulatu M. Fabii Ambusti, de secundo ejus consulatu intellexit, quem plerique assignant ad annum secundum Olympiadis centesimæ sextæ. *Salmas.*

Publius Terentius Scipionis Africani et Caii Lælii æqualis] Quod contra Fenestellam. Vide eundem locum Donati, vel, ut alii volunt, Suetonii. *Keuchenius.* Quin potius utroque major natu. Natus enim Terentius, si eidem Donato fides habenda, Cn. Cornelio Lentulo, P. Ælio Pæto, Coss. anno, ni fallor, 553. post U. C. Mortuus vero Cn. Cornelio Dolabella, M. Fulvio Nobiliore Coss. anno U. C. 595. Scipio vero Africanus minor, natus Appio Claudio Pulcro, M. Sem-

pronio Tuditano Coss. anno 549. post R. C. Quo tempore Terentius sextum decimum annum agebat. Anno vero tricesimo quinto Andriam docuit; qui est U. C. 588. cum Scipio ageret undevicesimum. Lælius vero Scipionem paullum ætate anteibat, ut ipse in sui nominis Dialogo Ciceroniano: 'Ut prius,' inquit, 'introieram in vitam, sic prius exirem de vita.' Ubi tamen Terentium familiarem suum vocat Lælius; non, ut quidam falso crediderunt, Cicero, ne majori quidem Africano æqualis, quo moriente Terentius sedecim fere annos natus erat. *Schott.*

EXEMPLORUM LIB. II.

II. *A Virgine Vestale*] Pro *Vestali*: quia non personam, sed rem significat. Sic Sosipater Carisius lib. I. Gram. *Schott.* Vide Vossium de analog. lib. II. 11.

LIB. V.

Multis in Senatu placuit] Gemina sunt, quæ in Cicerone I. Offic. leguntur: ubi fidem hosti datam, servandam esse docet: 'Secundo,' inquit, 'Punico bello post Cannensem pugnam, quos decem Hannibal Romam misit, adstrictos jurejurando, se redituros esse, nisi de redimendis iis, qui capti erant, impetrassent; eos omnes Censores, quoad quisque eorum vixit, cum pejerassent in ærariis reliquerunt: nec minus illum, qui jurejurando fraude culpam inierat. Cum enim permissu Annibalis exisset e castris, rediit paullo post, quod se oblitum nescio quid diceret: deinde egressus e castris, jurejurando se solutum putabat: et erat verbis, re non erat. Semper autem in fide quid senseris, non quid dixeris, cogitandum est.' Hæc ille. *Schott.* Vide super hanc quæstionem Hug. Grotium lib. III. 23. De Jur. Bell. ac Pacis.

Captivorum Romanorum ab Annibale] Hæc Schottus de suo addidit. Nam in Gellio sic legimus: 'Cornelius Nepos in libro exemplorum quinto, id quoque literis mandavit, multis in senatu placuisse, ut ii, qui redire nollent, datis custodibus,' &c. Egerat autem in præcedentibus de captivis ab Annibale Romam missis, hac conditione, ut redirent ad se, nisi permutatio placeret Senatui. *Bosius.*

Detestabiles] In editionibus invenio *intestabiles*. Quod perinde est. Horatius Sat. II. 2. 181. 'intestabilis et sacer esto.' *Idem.*

ILLUSTRIUM VIRORUM LIB. II.

III. *Subinde*] Quo et Brutus et Cælius frequenter usi sunt. Sosip. Caris. lib. II. Gramm. *Idem.*

LIB. XV.

Harum partum] Sic Cæsar in Analogicis, et Ennius. Idem Sosipater: 'Jamque fere quatuor partum:' pro partium. Quod hodie obtinet. Sic et XII. Philipp. Cicero. Ut Muretus in Ms. Vaticano. Ita *mensum*, pro mensium dicebant. Et sexcenta alia. Legendus Vossius de analog. II. 14. Sed Charisii locus aliter interpungendus est, quam vulgo legitur. Putschius edidit: PARTVM. *Cæsar de analogicis*, HARVM PARTVM. *Cornelius Nepos in illustrium decimo quinto.* Et Ennius, IAMQVE FERE QVATVOR PARTVM. Distingue: PARTVM, *Cæsar de analogicis*, HARVM PARTVM, *Corn. Nepos, &c.* Bosius.

LIB. XVI.

A fratre patruele] Rem necessitudinis, sed personam, ostendat. Quæ Garisii (ut pleraque illius) mutila sunt et corrupta. *Schott. Bos. Vossius.*

INCERTA QUO LIBRO VIRORUM ILLUST. POSITA.

Carthago] Urbs dicta per excellentiam, ut ante monuimus. Nam

קרתא Phœnicibus Urbs est, Carthagena civitas Hortorum, quam Græci οἰνοῦσσαν verterunt. *Horn.* *Carthada* et *Carthago* idem. Sed illud merum Phœnicium, hoc Punicum, id est, jam depravatum Phœnicibus aliquantum temporis in Africa commoratis. Nam Pœni αὐτόχρημα Φοίνικες. Nec dubium, quin Græcum Καρχηδὼν ab eadem origine sit deductum et inflexum. Quod Siculorum proprium, qui θ mutant in χ. Sic quæ *Carthada* vel *Carthago* Pœnis, ipsi dixerunt Καρχηδό. Ipsi Africæ vicini hoc nomen Græcis transmiserunt. Falluntur igitur auctores plerique Græciæ, qui Καρχηδόνα conditam scripsere, ἀπὸ Καρχηδόνος τινὸς ἀνδρὸς Φοίνικος. Nam idem nomen Καρχηδὼν et *Carthago*, deflexum a Punico vel Phœnicio *Carthado*. Vide Magnum Salmasium in stupendo exercitationum Plinianarum opere.

Antea speciem habuit duplicis oppidi] Unde Virgilius Carthaginem et Byrsam conjunxit, ut urbes vicinas.

Cujus interior pars Byrsa dicebatur] Strabo lib. XVII. Geograph. Καὶ Καρχηδὼν δὲ ἐπὶ Χεῤῥονήσου τινὸς ἵδρυται. κατὰ μέσην δὲ πόλιν ἡ ἀκρόπολις, ἣν ἐκάλουν Βύρσαν, ὀφρὺς ἱκανῶς ὀρθία, κύκλῳ περιοικουμένη. Appellatio illa a corio ducta. Vide Appianum, et Eustathium in Dionysium. Βύρσα enim Græcis corium. Byrsa et Carthago, ex taurino tergo derivata vocabula. Postea tamen diversa significata accepere. Ut probabile sit, nugari heic Græcos et Latinos auctores, ut propemodum in omnibus. Byrsa enim בוצרה hoc est, munitus locus Pœnis et Orientalibus. Quo nomine etiam Idumæorum metropolis insignita. Unde hodie munita et augusta loca Bursæ vocantur. Quale est Romæ Capitolium, Athenis ἀκρόπολις. *Keuchen.* Cæterum illud colligere possumus, Byrsam, quæ ἀκρόπολις fuit, a Didone Tyria tantum fuisse conditam; Iarbam postea novo conditu eam urbem instaurasse, et vocasse Καινὴν πόλιν, Punica vel Libyca voce, quæ id significaret. Id erat Carthada vel Carthado. Unde κατὰ παραφθορὰν Latinis *Carthago*, Græcis Καρχηδὼν dicta est. Falsa igitur et nugatoria Græcorum opinio, qui a Carchedone Tyrio conditam, et inde nominatam scripsere. *Salmasius.*

Exterior Magalia] Servius in IV. Æn. *Magalia*, Afrorum casas, et *Mapalia* idem significare annotat. Vide Sallustium et Festum. Carisius Sosipater: *Magalia*, καλύβαι Ἀφρῶν. *Mapalia*, καλύβαι ἀγρῶν. Sed utrobique Ἀφρῶν legendum censeo. *Schottus.* מפלא palea vel pales Syris est agricola, hinc mapale deductum, proprium agricolæ tugurium. Ergo apud Carisium καλύβαι ἀγρῶν legendum, non, ut Schottus censet, utrobique Ἀφρῶν. Hæc ante me vidit doctissimus Bouchartus. *Keuchenius.* Festus 'mapalia,' Punicas casas interpretatur, Plinius, domus. Cato cohortibus rotundis assimulat, IV. Originum. Quem citat Servius. Sic *Mapalia* et *Magalia* eadem. Idem Servius *Magar*, lingua Pœnica villam significasse notat. *Salmas.* Unde Isidorus *Magalia*, quasi *Magaria* dicta, dicit. Quippe מגור, id est, *Magur*, hodie Orientalibus habitationem denotat. Atque hinc Plautus in Pœnulo, 'Megaria' dixit. *Bouchartus.*

Vita illustrium] Nisi *Vitæ* legendum est. Hic locus mire confirmat scripturam vett. librorum in proœmio operis de excellentibus viris. *Bosius.*

Propius Grammatico accessi] Si vulgatam lectionem Diomedis sequimur, hæc Ciceronis, non Nepotis verba fuerint. Sic enim ex editione Putschii verba Grammatici habent: PROPE, *prope me est, ut dicit Cicero in Pisonem*, PROXIMVS POMPEIVM SEDEBAM. *Sed et Dativo casu idem Cicero dixit ad Atticum*, PROPIVS GRAMMATICO ACCESSI. *Nepos in Illustr. Sallust.* PROXIMA CARTHAGINI LOCA.

Sed locus haud dubie corruptus est, nam illa *Propius Grammatico accessi*, nusquam hodie in epistolis ad Atticum, quod sciam, apparent. Ista vero lib. I. epist. 14. cujus initium: *Vereor, ne putidum sit*; legimus: *Proximus Pompeio sedebam. intellexi hominem moveri*: quanquam ibi Lambinus, Simeo Bosius et Jan. Gruterus emendent *proxime Pompeium*: sed perperam, ut e Diomede colligitur. Sic igitur hunc locum distinguendum censeo: *Sed et dativo casu idem Cicero dixit ad Atticum*, (subintellige *Proximus Pompeio sedebam*.) PROPIUS GRAMMATICO ACCESSI, *Nepos in Illust. Sallust.* PROXIMA, &c. Itaque et Schottus videtur interpunxisse. *Bosius.*

A. Albinus] Forte ex M. Catonis vita, quæ et Virorum Illustrium erat, depromptum: nam, quod vulgo circumfertur, pars duntaxat esse videtur. Refert et Plutarchus in Catone, et Apophthegmatis; Cicero in Lucullo, et I. de Finibus. *Schott.*

Principio] Macrobius *primo*. Et statim: *si quid in illis libris*. Sed Macrobius non verba, sed sensum verborum Albini retulit. Unde mox pro illis, *Græca oratio nobis alienissima est*, posuit, *et eloquium Græcum a nobis alienissimum est*, forte, ut melius Græca exprimeret. *Bosius.*

Sum homo Romanus] Nescio cur Schottus omiserit vocem *inquit*, quam in Gellio et Macrobio lego hoc modo, *sum, inquit, homo Romanus*. Idem.

Cum compulsi peccavimus] Macrobius: 'cum noxam imperio compellentis admisimus, Te, inquit, oro, quis perpulit, &c. peteres, uti ignosceretur.' Cetera quæ Gellius subjicit, eodem Macrobio absunt: quia non commemorat, unde hæc hauserit. Schottus et Savaro e libro De Catone desumpta putant, cujus supra Nepos meminit. *Bosius.*

DE VITA CICERONIS. LIB. I.

IV. *Erravisse videtur*] Vide Franc. Fabric. historiam Ciceronis ad annum XXVI. et XXVII.

Tres et viginti annos natum] Ætatis septimum et vicesimum agebat Cicero cum Roscium defendit, ut Asconius Pedianus, diligens ejus interpres apud Agellium, et Fabius libro XII. 6. auctor est. *Schott.* Natus Cicero anno U. C. 648. C. Atilio Serrano, Q. Servilio Cæpione Coss. Adolescens contra L. Sullæ dominantis opes pro Sex. Amerino dixit, quæ exstat Oratio Off. II. Et primam caussam in Bruto egit, publicam scilicet (nam pro Quinctio privatam apud Aquilium Gallum judicem egit) ætatis XXVII. anno U. C. 672. In Oratore, adolescentulum dicit se eam caussam egisse. Vide Fabium Quinctilianum lib. XII. 6. Dixit et pro Roscio Comœdo, anno 777. post Urbem conditam. *Idem.*

Tullius] Neque verba hæc Nepotis sunt, neque certum e vita Ciceronis ea petita esse. Quod posterius Schottus ipse non diffitetur. Sic enim Hieron. cap. 4. epist. ad Pammachium adversus errores Ioan. Hierosolymitani: 'Frustra suspicimus Tullium: refert enim Cornelius Nepos, se præsente iisdem pæne verbis, quibus edita est, eam pro Cornelio seditioso defensionem peroratam.' *Bosius.*

Me præsente] 'Refert enim Cornel. Nepos se præsente.' Ita Hieron. *Schott.*

Pro Cornelio seditioso Tribuno] De hac ipse in Hortensio: qui liber scriptus erat de laudibus Philosophiæ apud Lactantium lib. VI. 2. 'Malo vel unum parvum de Officio libellum, quam longam orationem pro seditioso homine Cornelio.' Longam vocat, quia viginti amplius folia implere potuit. Vide Asconium. Plinius Epist. lib. I. 20. in hunc grandem li-

brum, omnia quæ per dies quatuor latius dixerat, coartasse dicit Ciceronem, Nepos vero iisdem, quibus edita est verbis, peroratam. Quæ pugnare videntur. Meminit ejus Orationis, præter Fortunatianum et Marcianus Capella in Rhetor. uterque ille, Pro Cornelio Majestatis vocat. Hic, in oratione, inquit, Pro Cornelio, primo refutata sunt crimina, quæ secuta sunt Tribunatum: post ad ipsum Tribunatum recursus est factus, quæ dispositio artificialis, ut diximus, nominatur. Secundam etiam pro C. Cornelio, a Pediano, ubi de illius seditioso Tribunatu, aliisque laudari video. *Schott.*

EPIST. AD CICERON. LIB. I.

v. *Magistram esse putem vitæ Philosophiam*] Alludere videtur ad locum Ciceronis Nepos, qui exstat in Tusculanis Quæstionibus: 'O vitæ Philosophia dux: o virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum: quid non modo nos, sed omnino vita hominum sine te esse potuisset?' Et mox: 'Tu inventrix legum, tu magistra morum et disciplinæ fuisti.' Lib. II. 'In eo magistra vitæ tot secula permaneret Philosophia.' *Schott.*

Beatæque vitæ perfectricem] Vide Arnobium lib. II. adversus gentes. Qui 'fermentum quoddam vitæ' vocat ejus cognitionem. Hierocles in Pythagoram: Φιλοσοφία ἐστὶ ζωῆς ἀνθρωπίνης κάθαρσις, καὶ τελειότης. κάθαρσις μὲν, ἀπὸ τῆς ὑλικῆς ἀλογίας καὶ τοῦ θνητοειδοῦς σώματος. τελειότης δὲ τῆς οἰκείας εὐζωίας ἀνάληψις, πρὸς τὴν θείαν ὁμοίωσιν ἐπανάγουσα. *Keuchen.*

Eosdem in omnium libidinum cupiditatibus vivere] In eandem sententiam Cicero ipse, seu quisquis alius inducitur in Hortensio; in quo de universa Philosophia, quantopere et expetenda et colenda esset: 'præcipiunt hoc isti, et facit nemo.' *Schott.* Lege quæ ad Pomponium notabamus.

CICERON. EPIST. AD CORNEL. NEP. EPIST. LIB. II.

Itaque nostri] Adeo carum Nepotem Cicero habuit, ut jocoseria cum illo præ cæteris lib nter communicarit. Vide Epist. ad Attic. lib. XVI. 5. Ciceronem vero natura dicacem fuisse, et jocularibus, quæ et dentibus non carerent, mirifice delectatum, ex jocis lib. II. de Oratore discas. Macrobius etiam Consularem scurram ab inimicis, ut a Vatinio, audiisse, et a L. Papirio Pæto, scurram velitem appellatum, adfirmat Saturnal. lib. II. 1. *Schott.*

Dicteria] Nescio in quibus libris Schottus hanc vocem invenerit. Nam in optimis edd. heic et toto isthoc capite *dicta* excusum video. Idque recte. Uno tamen loco Pontanus e Ms. Cod. *dicteria* reponi voluit. *Bosius.*

AD EUNDEM EX LIB. INCERT.

Aggrederer donis] Passive dixit, ἐνεδρευθῶ, inquit Priscianus de signif. vel gener. Verbor. *Idem.*

Aspernatur] Passive dixit, ἐξουθενοῦται. Idem Cicero ex Œconomico Xenophontis: 'Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur,' passive ἀξιοῦνται. Vide id genus innumera apud Priscian. lib. XIII. *Schott.*

Quis sententiis aut acutior, aut crebrior] Idem Cicero ad Brutum, Oratores enumerans, negat se videre, cui Cæsar debeat cedere. Et Atticus ibidem judicabat, illum omnium fere oratorum Latine loqui elegantissime; scripsisse et de analogia ad M. Tullium; verborumque delectum, originem esse eloquentiæ, dicere solitum. Sed de his multi multa. *Idem.* Vide Tacitum in Dialogo de Oratore.

Nulla potuit esse felicitas] De hac ipsa Cæsaris felicitate Cicero Philippica II. 'Cæsar Alexandriam se recepit, felix, ut siquidem videbatur:

mea autem sententia, qui reipublicæ sit infelix, felix esse nemo potest.' Ut Nero Cæsar, et Sylla, quamvis huic Felicis cognomen datum. Vide ad Attic. lib. VII. *Schott.*

Camillus exulans] Valer. Maximus lib. v. 3. 'Virium Romanarum et incrementum lætissimum, et tutela certissima Furius Camillus, in Urbe incolumitatem suam tueri non valuit; cujus ipse salutem stabilierat, felicitatem auxerat.' Quippe qui Capenates et Phaliscos, et quod omnium maxumum, Urbem Veios x. annis obsessam adjecerat imperio. Vide Livium, Plutarchum, Agellium. A L. Apuleio Trib. plebis in exilium ejectus est. Cujus post alios Seneca meminit v. de Beneficiis. *Keuch.*

Id quod cupierat] Regnum affectasse Manlium, servato Capitolio, supra dictum. Testes Agellius et Cicero Phil. II.

Quidam veterum] De periculis agit, in quæ vocari plerumque Historici solent. Ejus rei fuerunt Cremutius Cordus apud Dionem et Tacitum, Junius Rusticus apud Suetonium, Hermogenes et Metius Pomposianus apud eundem. *Schottus.*

Formidantes ea, quæ scriptoribus] Ingens audacia Schotti! Quippe non solum pro Ciceronianis venditat, quæ Ciceronis non esse facile omnes perspiciunt, qui purissimi scriptoris aurum ab Ammiani luto norunt discernere; sed etiam pluscula de suo inseruit. Ammianus enim postquam dixisset sibi usque ad confinia propioris memoriæ progresso fuisse propositum referre a notioribus pedem, ut pericula veritati sæpe contigua et intempestivos censores declinaret; solum ista subjicit: 'Hæc quidam veterum formidantes, cognitiones actuum variorum stylis uberibus explicatas non edidere superstites, ut in quadam ad Corn. Nepotem epistola Tullius quoque testis reverendus adfirmat.' *Bosius.*

Infelices esse] Hæc Ciceronis quidem esse ex Ammiano patet, qui 'sententiam Tullianam' vocat; sed ex Epistolis ad Nepotem desumpta non ait. *Bos.* Suspicor, vel ab ipso Marcellino conformatum hoc ex superioribus; vel sane ex eadem Ciceronis epistola desumptum; loci affinitate persuasus, quod in eodem ipso XXVI. Marcellini repererim utrumque, hoc extremo libro, illud non procul ab initio. In qua quidem re integrum est cuique a me dissentire. Non dissimile illud, quod D. Augustin. lib. v. Civit. Dei, cap. 27. laudat: 'O miserum, cui peccare licebat!' Quod de C. Cinna ait Cicero Tuscul. v. Et in Hortensio apud eundem Augustin. lib. XIII. cap. 5. de Trinit. 'Velle, quod non deceat, miserrimum: nec tam miserum est, non adipisci, quod velis, quam adipisci velle, quod non oporteat. Plus enim mali pravitas voluntatis adfert, quam fortuna cuiquam boni.' *Schott.*

IDEM AD ATTICUM DE NEPOTE.

Nepotis epistolam] Homeri locum respexit, ut fere in his epistolis, cum ad amicissimum familiarissime scriberet. Versus Homeri est: Τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα. Explicat vero acute, ut omnia, doctissimus Turnebus Advers. lib. IX. 22. *Schott.* Vide etiam Schoppium in Paradoxis literariis Epist. 5.

Male narras de Nepotis filio, valde me hercule moveor, et moleste fero. Nescieram omnino esse istum puerum] Epist. 14. De Cornelii filio nihildum reperi. Quare valde ambigo, sitne hic cognationis nomen Nepos, vel Cæcilii alicujus Metelli cognomen. *Schott.* Nepotis mentio fit etiam lib. II. Non dubito, hæc ad eundem Nepotem pertinere, ad quem præcedens locus: non autem ad Cæcilium aliquem, ut Schotto in mentem venit. *Bosius.*

CORNEL. NEP. FRAGMENTA,
Incerta partim quo libro posita, partim quibus verbis concepta.

VI. *C. Lælium*] Qui inter Oratores a Velleio numeratur. De illo passim Seneca, et Cicero pro Archia.

Puteolano] Vide, quæ Fr. Schottus in Urbis Romæ admirandis disseruit ad Card. Bellarminum.

Cal. Martiis] Quæ Matronalia dicebantur. Horatii Scholiastes in Od. III. 8. Hinc Martialis easdem 'Saturnalia muliebria' vocat, et Juvenalis, Kalendas Martias 'fœmineas.' Adi Festum et Tibullum lib. III. et IV.

Temporius ut discumberet] Sic editi omnes. Schottus tamen maluit *temperius*, ut apud Plautum *temperi*; nulla necessitate. Est enim a *tempore* comparativus, ac ita apud Columellam, Ovidium, et in Glossis quoque veteribus scriptum reperitur. *Bosius.*

L. Otacilius Pilitus] Qui primum ostiarius veteri more in catena fuit: ut ibidem Suetonius testatur, apud quem longe aliter hæc omnia leguntur.

Primus omnium libertinorum] Sic Terentius, 'Servum hominem caussas orare leges non sinunt.' *Schott.*

Literatos vulgo appellari ait eos, qui aliquid diligenter et acute scienterque possint aut dicere aut scribere] Iterum aliqua desunt. Sic enim Suetonius: 'Corn. Nepos in libello, quo distinguit literatum ab erudito, literatos vulgo quidem appellari ait eos, qui aliquid diligenter,' &c. Ubi Schottus putabat legendum, *libello quodam distinguit*; ac mendum e compendio literarum natum. Nec enim titulum libri, inquit, tueri ea ἐπιγραφὴ potest: 'Liber quo distinguitur literatus ab erudito.' Sed non recordatus est Vir doctissimus, plane eodem modo Plutarchum inscripsisse suorum unum; πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα τοῦ φίλου. Ut taceam similes aliorum inscriptiones. Addit Suetonius: 'eosdem literatos vocitatos.' Quæ, si recepta lectio vera est, pariter a Nepote, eoque superioribus addenda sunt. Sed recte observatum Schotto, hæc ad sequentia pertinere. Vide eum Obs. human. III. 14. *Bosius.* Ad intelligendam vero, quam inter Literatos et Grammaticos exequitur discrepantiam, dignabor adscribere verba Vossii. Γράμματα, inquit, et literæ, nunc prima notant elementa, ut cum literarum alias dicimus esse vocales, alias consonantes: nunc vero sumuntur pro literarum studiis, ut in veteri Senario: Διπλοῦν ὁρῶσιν οἱ μαθόντες γράμματα. Quomodo item Tullius literas dividit in vulgares, et interiores sive reconditas: ita et γραμματικὴ, quæ ἀπὸ τῶν γραμμάτων dicta, nunc legendi, scribendique, vel bene loquendi artem designat; nunc vero præter eam, historiarum ac fabularum notitiam comprehendit: quandoque etiam plurium artium et multarum rerum scientiam et efflorescentem inde facultatem enarrandi scriptores, et judicandi de eorum scriptis, locisque corruptis. Atque hoc pacto cum sententia nostra conciliari posse arbitror opinionem veterum, qui late adeo Grammaticen extendunt, ut non una sit scientia, sed scientiarum cinnus. Hoc sine dubio argumentum fuit Telephi Grammatici libro eo, quo ostendit, πόσα χρὴ εἰδέναι γραμματικὸν, teste Suida. A varia qui scientia commendarentur, appellabantur πολυΐστορες. Ut Alexander Cornelius: item Apion Alexandrinus, contra quem Flavius Josephus scripsit. Dicti quoque φιλολόγοι, ut Eratosthenes et Atteius: de quibus c. 10. Etiam dicebantur πολυμαθεῖς. Studiumque ipsum nominatum πολυμάθεια. Hæc Incomparabilis *Vossius.*

Proprie sic appellandos Poëtarum interpretes] Unde Seneca Epist. LXXXVIII. 'Grammaticus,' inquit, 'circa curam sermonis versatur; et si latius evagari vult, circa Historias. Jam ut longissime fines suos profe-

rat, circa carmina.' Et Quintilianus, lib. II. 1. 'Grammatice, quam in Latinum transferentes, literaturam vocaverunt, tenuis a fonte, assumptis Poëtarum historicorumque viribus, pleno jam satis alveo fluit.' *Keuchen.*

Qui a Græcis Grammatici nominentur] Tria genera Grammaticorum: alii *τεχνικοὶ*, alii *ἱστορικοὶ*, tertium genus *κριτικοὶ* vocantur. *Τεχνικοὶ* elementa et primores literas docent. Item partes orationis, structuram verborum, et similia. Eos Græci *γραμματιστὰς* potius, quam *γραμματικοὺς*; et Latini *literatores*, non *literatos* vocant. Historici fluminum, montium, regionum nominibus occupati sunt: abstrusas historias, aut *μυθολογούμενα*, aut *ποιητικῶς θεολογούμενα* explicant, genealogias Deorum ac priscorum heroum diligenter rimantur. Nobiliores his Critici, qui tanquam censores quidam, et veterum librorum Senatum legere possunt, et non probos tribu movere: quique *παρεγγεγραμμένα*, *ἀμβλωμαῖα*, *νοθεύοντα*, et similia deculpare, ut eorum verbo utar, solent. *Joseph. Scaliger.*

VII. *Præter Physicos*] Qui, postquam dubitatum fuerat, terrane ulteriora an Oceanus occuparet; terram tandem claudi Oceano deprehenderunt. Vide Aristotel. de Generat. et Corrupt. II. Sed probabile est, Melam de Physicis loqui, qui naturales historias conscripserunt. Qualis Plinius, cujus verba lib. II. 68. 'Est igitur,' inquit, 'in toto suo globo tellus medio ambitu procincta, circumfluo mari. Nec argumentis hoc investigandum, sed jam experimentis cognitum.' Idem sequenti capite ostendit, regum cura septentrionis oram magna parte navigatam: nec verisimile esse illic maria deficere, ubi tanta humoris vis superet. *Keuchen.*

Homerumque] Cujus in hac fide non exigua authoritas. Quippe qui Philosophiæ magnus author, ut ex Quintiliano scimus. Ob ambitum autem undarum parentem vocavit, quemadmodum ex illo Virgilius. Unde et illud: Ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα, Καὶ πᾶσαι κρῆναι, καὶ φρείατα μακρὰ νάουσιν. Addo Dionysium *περιηγητὴν*, qui in principio sui operis: Μνήσομαι Ὠκεανοῖο βαθυῤῥόου· ἐν γὰρ ἐκείνῳ Πᾶσα χθὼν, ἅτε νῆσος ἀπείριτος, ἐστεφάνωται. Vide in Commentariis Eustathium. Cæterum difficultas circumnavigandi ex caussis et natura locorum orta est, ut adstruit Albertus cap. 8. Nec fidem adhibet Herodotus quarta Musa: τὸν δὲ Ὠκεανὸν λόγῳ μὲν λέγουσι ἀπὸ ἡλίου ἀνατολέων ἀρξάμενον γῆν περὶ πᾶσαν ῥέειν. Quod etiam contra Ciceronis et Macrobii sententiam, qui Antœcorum et Antipodum terras interfluente Oceano circumcirca separari putarunt. *Keuchen.*

Testem autem rei Q. Metellum Celerem adjicit] Verba Plinii lib. II. sub finem cap. 67. 'Nepos de Septentrionali circuitu tradit, Q. Metello Celeri, C. Afranii in Consulatu collegæ, sed tum Galliæ proconsuli, Indos a Rege Suevorum dono datos, qui ex India commercii caussa navigantes, tempestatibus essent in Germaniam abrepti.' Strabo lib. XI. Herodoto in Melpomene, Heraclidi Pontico, Posidonio, eadem Cornelio Nepoti narrantibus, non credit quosdam ab India ad Gades usque et Germaniæ littora navigasse. *Schott.* De Oceani navigatione lege Senecam I. Suasor. Ambros. III. Hexaëm. Olim etiam instaurata per Portugalliæ reges navigatione totus circuitus ejus innotuit. De Hannone vide Melam III. 10. *Keuchen.*

Ex Indicis æquoribus abreptos] Brevius hæc Plinius, e quo, sicut alia quædam indidem memorata, hausit Martianus Capella lib. VI. Satyr. cap. De rotunditate terræ; sed locus corruptus est, ut etiam Schotto observatum. Grotius: 'Idem Cornelius post captos Indos per Germaniam naviga-

vit.' Schottus emendabat: *Idem Cornelius post: Captos Indos per Germaniam navigasse.* Sed hoc paullo durius. Malim: *Idem Cornelius posuit, captos Indos per Germaniam navigantes.* Bosius. Sed hoc durissimum.

Largitudo] Verba Charisii: 'Largitudo nusquam invenitur, nisi apud Nepotem.' *Bosius.*

Eudoxus quidam] Verba ipsa sunt Pomponii Melæ, lib. III. cap. 10. Eudoxum autem ætate Nepotis fuisse non dicit Mela, nec verum est. Obiit Nepos Augusti principatu; ut ipse Plinius alicubi asserit. Etsi enim haud plus quam quadraginta circiter anni ab excessu Lathuri ad initium Augusti intersint, haud dici tamen potest, Cornelium vixisse ætate Eudoxi. Nam quum hic fugit ex Ægypto, aut puer, aut nondum natus erat Nepos. *Salmas.*

Lathyrum regem] *Lathyrus* pro *Lathurus* perperam in libris Plinii ac Melæ scribitur. Ut *Thyrii* pro *Thurii*, qui sunt Θούριοι, et *Thyle* pro *Thule*, quum sit Θούλη. Græcis enim Λάθουρος vocatur, non Λάθυρος. Et frustra est Vir doctus, qui hunc regem Λάθυρον a leguminis genere ita dictum putavit, ut *Ciceronem* a cicere. Strabo, Clemens Alexandrinus, Eusebius, et omnes Græci Λάθουρον nominant. Θοῦρος significat cum impetu violentum: Λα particula auget significationem. Inde Λάθουρος, maxime violentus. Forte etiam ita appellatus, quod in Venerem concitatus esset. Nam θούρης est ἀφροδισιαστὴς, et θουρὰ, καταφερὴς, ὀρεκτικῶς ἔχουσα. Θουρῆεις, λαγνός. Hesychius. Hoc verius. Idem Plinius libro VI. 30. 'Ptolemæum Lathyrum' appellat, qui *Lathurus* scribendus est. *Salmasius.*

Ab Arabico sinu egressus, Gades usque provectus est] Transito promontorio Bonæ spei, sine quo sinu Arabico (qui alias rubrum mare dicitur) excedens, Gades pervenire non potuit. Pontanus II. Discussion. Histor. Vide Hornium de Orig. Gentium Americanar. lib. II. 5. Schefferum de Milit. navali Veterum, lib. I. 1. Certum quidem est, a Gadibus in Arabiam olim navigatum fuisse, et contra; non tamen ea navigatio vulgata fuit et trita. Et sane hodie navigabile est, et ante Jubam etiam creditum, traditumque. Sed explorata ejus navigatio eo tempore fuit, tantum abest, ut verum sit Jubam et spatiorum modos meminisse, et stationum loca addidisse, qui in eo cursu adiri solerent. Auctor Peripli maris Erythræi qui recentior Juba, fatetur quidem Oceanum Indicum ad Occidentem regyrare, et unum fieri cum Hesperio mari, sed nondum exquisita illa maria navigantibus, et comperta esse. De Emporiis Azanii maris loquitur, quod in terras irrumpit per freta Arabici sinus, et Persici: ὁ μετὰ τοὺς τόπους Ὠκεανὸς ἀνερεύνητος ὢν εἰς τὴν δύσιν ἀνακάμπτει καὶ τοῖς ἀπεστραμμένοις μέρεσι τῆς Αἰθιοπίας, καὶ Λιβύης, καὶ Ἀφρικῆς κατὰ τὸν νότον παρεκτείνων εἰς τὴν ἑσπέριον συμμίσγει θάλασσαν. *Salmas.*

Gades] Hæc insula est, vel Urbs potius circumflua et interamna Tartessos, duobus Bætis amnis ostiis et mari concepta, quam *Gadir* Tyrii nominarunt. Syriacum esse, notum est גדר. Hesych. Γάδειρα τὰ περιφράγματα Φοίνικες. Avienus: 'Pœnus namque locum Gadir vocat undique septum.' Diversa utique ab illa insula, quæ in capite est Bæticæ, quam Latini *Gadium*, Græci Γαδείρων indigitarunt. Quod idem Salmasius ad Solinum suum notavit. Vide etiam Casaubonum ad Strabonem.

Ab Heneto Paphlagones] Nam Ἐνετοὶ *Veneti*, ut οἶνος *vinum*, et similia. Idem itaque nomen, ea re creditum putabat Nepos, hos ab illis ortos. Nihil verius. De populis igitur Ἐνετοῖς intelligebat Nepos, non de vico *Heneto*. Eos in Paphlagonia vel prope Paphlagoniam incoluisse volebant veteres. Horum meminit Homerus:

Παφλαγόνων δ' ἡγεῖτο Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ, Ἐξ Ἐνετῶν, ὅθεν ἡμιόνων γένος ἀγροτεράων. Quia nullum Enetorum vestigium in Paphlagonia sequentibus ævis exstitit, ideo quæsivere Grammatici ac Geographi, quinam illi essent Ἐνετοὶ Homerici. Οὐ γὰρ δείκνυσθαί φασι νῦν, inquit Strabo, Ἐνετοὺς ἐν Παφλαγονίᾳ. Zenodotus scribebat apud Poëtam ἐξ Ἐνετῆς, ut de Amiso intelligeretur, quæ olim Ἐνετὴ vocabatur. Alii vicum hoc nomine in Paphlagonia ostendi aiebant, decem schœnis ab Amastri dissitum. Atqui non nimis celebris ille vicus in Paphlagonia, ut eo insignis hæc dici possit. Præterea non ex illo vico transvectos Venetos Italiæ certum est, sed ex populis Enetis, qui post Trojam captam, quum diu deerrassent, tandem in Italiam devenerunt, et Venetiam regioni ac populis nomen dederunt. In confesso apud omnes esse tradit Strabo, Ἐνετοὺς nobilissimam ac præcipuam Paphlagoniæ fuisse gentem. Eum vide l. XII. *Salmas.*

Ubi minimum] Ms. Cod. Chifleti: *ubi minus*. Bos.

Melpum] Sunt qui putent esse *Meleium* municipium nobile et ditissimum: estque in Orbiis, de quibus multa Zanchius ad P. Betulium, et G. Merula Antiquit. Galliæ Cisalpinæ, lib. I. 9. *Schott.*

Quo Camillus Veios] De die nondum in Fastis aut diariis comperi: annus est in iis Tabulis marmoreis, quo de Veientibus Dictator primum triumphavit, A. U. C. 357. Livius lib. V. et rursum Plinius lib. XXXIII. 7. Plutarchus Camillo. Valerius IV. 1. Diodor. Flor. Eutrop. Auctor de Viris Illustr. *Idem.*

Aquileiam] Quam a fontibus aquarum perennibus dictam volunt. Condita est a Romanis contra Barbaros. Urbs tam angusta quondam, ut altera Roma diceretur. Hodie ad solitudinem propemodum perducta, Venetis paret.

Eidemque Istro ex adverso Padi fauces] Strabo lib. I. scribit Eratosthenem, et ante eum multos in illa fuisse ignorantia, ut fluvium ab Danubio derivatum in Adriaticum juxta Istros egredi tradiderint; unde et Iasonis e Ponto in Adriaticum transitus locum habuerit historiæ. Hos Plinius ac Mela secuti pari ignorantiæ nævo notantur. *Keuch.*

Plerique dixere falso] Aristoteles, De Hist. Anim. VIII. et περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων. Strabo lib. VII. Apollonius Rhodius et Mela lib. II. quos miror omnes cum Nepote falsitatis argui. *Schott.*

Padi accola] Unde Catullo epigram. I. Italus; Ausonio autem, epist. XXIV. Gallus vocatur. Nempe quia Italia Transpadana diceretur Gallia Togata. De urbe patria quicquam se habere comperti, negat Elias Vinetus in Ausonium Idyll. VII. At Veronensem fuisse, in Leandri Alberti Italia lego, ut et Cosmographia P. Merulæ. Natus fuit in Hostilia: qui Veronens. vicus. *Vossius.*

VIII. *Alpes in longitudine*] Mela lib. II. 'Alpes ipsæ, ab iis littoribus longe lateque diffusæ, primo ad Septentrionem magno gradu excurrunt, deinde ubi Germaniam attigerunt, verso impetu in Orientem abeunt, direptisque populis immanibus, usque in Thraciam penetrant.'

Vicies semel centena quinquaginta M.] Cod. Toletanus: *vicies semel M. ut auctor est Varro, et fere veteres semel quinquaginta. Nepos Cornelius* CCC. M. L. *adjicit.* Schott.

Portentosa Græciæ mendacia] 'Et quicquid Græcia mendax Audet in historia.' Juvenalis Sat. X. *Idem.*

De hortis Hesperidum] Hesperides Nymphæ sunt, quibus horti illi tribuuntur. In Cyrenaica Ἑσπερίδες urbis nomen, quæ et Ἑσπερὶς et Εὐεσπερίς.

Nihil vanius et mendacius illis fabulis, quæ Hesperidas nymphas et earum hortos prodidere. Fabularum porro auctores, Hesperidas illas, quæ mala aurea habuerunt, sed custode dracone, circa oceanum collocant. Apollodorus: ταῦτα δὲ ἦν οὐχ, ὥς τινες, ἐν Λιβύῃ, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ Ἄτλαντος ἐν Ὑπερβορέοις. Hesiodus ultra Oceanum ponit. Non dubito tamen fuisse et ex Græcis auctores, qui nominis errore inducti, quod urbs Ἑσπερίδες in Pentapolitana Libya vocaretur, eo transtulerint et Hesperidum hortos. Ptolemæus in Cyrenaica et Pentapolitana memorat Ἑσπερίδων κήπους, quos tamen diversos statuit ab urbe Berenice; quam Ἑσπερίδας dictam autumat. Scylax Caryandæus in Pentapolitana urbis et portus Ἑσπερίδων meminit. Haud longe ab Hesperidibus urbe κήπους Ἑσπερίδων ponit idem Scylax, omni genere arborum refertas. Hortos Hesperidum major pars in Mauritania statuit ad Oceanum, circa Lixon. Alii etiam circa Atlantem Mauritaniæ montem. Nam Hesperidas quidam Hesperi filias faciunt; quidam Atlantis ex Hesperide uxore. Servius: 'Quidam tamen hos hortos circa Syrtes positos tradunt.' Nec diversæ sunt opiniones, ut velle videtur Servius. Errorem, ut dixi, fecit vox Ἑσπερίδες, quo nomine appellata est Pentapolitanæ Libyæ civitas. Inde horti urbi vicini dicti Ἑσπερίδων, et confusi cum hortis fabulosarum Hesperidum, qui ad Oceanum. *Salmas.*

Prævalidam hanc urbem] Lixon: Nam de Cerne mox lib. VI. 30. Carthagini quoque objacere sup. Plinius: 'A Claudio Cæsare colonia facta Lixos: vel fabulosissime ab antiquis narrata. Ibi regia Antæi, certatumque cum Hercule, et Hesperidum horti. Affunditur autem huic æstuarium e mari, flexuoso meatu, in quo Draconis custodiæ instar fuisse nunc interpretantur.' *Schottus.*

Ex adverso ejus sitam] Statim: 'exadverso maxime Carthaginis,' id est, e regione, vel, ex opposito maxime Carthaginis: ubi τὸ *maxime* nominaliter sumptum malim, quam adverbialiter. Poëta dixit, Carthago Italiam contra κατ' ἀναστροφήν, eadem notione, qua Latini *exadversus* usurpant, vel *exadversum.* Keuchen.

Ab Tingi] Nimirum Mauritaniæ. Alia est Τίγγι Καισάρεια apud Ptolemæum, quæ *Tingi altera;* ut 'altera Pergama,' 'altera Salamis' de Cypri Salamine. Lege Pomponium Melam lib. I. *Keuch.*

Cornel. Nepos CLM.] Duo Plinii Mss. CCLM. numerant. *Schott. Bos.*

Abesse prodidit Cernen] Quod idem est spatium, et pæne idem situs. De situ Cernes insulæ dubitatum ostendit Eustathius ad Dionysium: Καὶ ἡ θέσις δὲ αὐτῆς διαφωνεῖται. οἱ μὲν γὰρ ἀνατολικὴν αὐτὴν ὑποτίθενται, ὡς καὶ Λυκόφρων ἐμφαίνει, οἱ δὲ δυτικήν. Sane Lycophron ex insula Cerne oriri facit Auroram: Τιθωνὸν ἐν κοίτῃσι τῆς Κέρνης πέλας Λιποῦσαν. His versibus Κέρνην ibi collocat, ubi omnes alii veteres, χρυσῆν, ὑπ' αὐτὸν τὸν ἥλιον ἀνίσχοντα. Hæc Cerne Lycophronis licet ad Orientem sit, non potest eadem esse cum Menethusiade. Sed non minus nugatur Lycophron cubile Solis in Cerne insula locando, quam Mimnermus, qui in Colchis constituit: Αἰήταο πόλιν, τόθι τ' ὠκέος ἠελίοιο Ἀκτῖνες χρυσέῳ κείαται ἐν θαλάμῳ. Omnes alii Scriptores Cernen in occidentali Oceano metantur. Quod etiam Strabo ostendit, licet Cernen inter loca numeret, quæ tunc non cognoscerentur, et Eratosthenem eo nomine reprehendat, quod fabulosis habeat fidem: πεπίστευκε δὲ καὶ περὶ τῶν ἔξω στηλῶν Ἡρακλείων πολλοῖς μυθώδεσι, Κέρνην τε νῆσον καὶ ἄλλους τόπους ὀνομάζων τοὺς μηδαμοῦ νυνὶ δεικνυμένους. Ergo Cerne extra Columnas Herculis in Oceano Atlantico, quam Polybius gravis auctor etiam agnoscit. Plinius

inter insulas Æthiopiæ et huic locum dat: 'Cerne nominatur insula adversa Æthiopiæ, cujus neque magnitudo, neque intervallum a continente constat.' Ita hæc legenda, non ut est vulgo: *Contra sinum Persicum Cerne insula nominatur.* Nam verba illa, *Contra sinum Persicum*, ad præcedentem clausulam pertinent; ut jam aliis animadversum. Occidentalis Cerne Æthiopiæ adversa non est; sed Hesperiæ. Terminus ejus statuitur navigationis Phœnicum, qui non navigabant in eam a rubro mari: qui enim id pote, nondum comperta Meridiani maris navigatione? sed per Gades Oceanum illum ingrediebantur, qui etiam in ora illa multa oppida condiderunt. *Salmas.*

Qui divi Augusti principatu obiit] Vide D. Hieronymum in Chronico Eusebiano, qui refert illum ad annum Augusti quartum.

Violacea purpura] De variis purpuræ generibus post Cælium, Bayfium, alios, accurate Salmasius in notis ad Tertullianum de Pallio, et Octav. Ferrarius de Re Vestiaria, præcipue lib. II. 7. qui videri poterunt. *Bosius.*

Improbatur] Sic Ms. Vulgati, *improbabatur*. Quod video summos viros non improbasse. Mox edit. Dalechamp. *qua purpura quis non jam, inquit, tricliniaria facit?* nec aliter laudant viri docti, qui de purpura tractarunt. Triclinaria Salmasius ait esse accubitalia, quibus accubita vel lecti tricliniares sternuntur. Not. ad Tertullianum p. 175. *Idem.*

Quis non, inquit, triclinaria facit] Addit de suo Plinius: 'Spinther ædilis fuit U. C. anno septingentesimo, Cicerone Cos. Dibapha tunc dicebatur, quæ bis tincta esset, veluti magnifico impendio; qualiter nunc omnes pæne commodiores purpuræ tinguntur.' Hæc postrema Plinio ab aliquo adjecta asserere auderem, nisi in Ms. Toletano antiquiss. reperissem. In Consulatu vero M. Tullii nimis rotundus numerus est, qui est in Fastis Capitolinis extra controversiam annus 690. post U. C. Collega C. Antonio: P. vero Cornelius Lentulus Spinther, Ciceronis imprimis studiosus, Cos. post fuit, anno 696. cum Q. Cæcilio Metello Nepote. *Schottus.* Triclinaria sunt accubitalia, quibus accubita vel lecti tricliniares sternuntur. Nec de purpura tantum illa, sed etiam auro clavata, ut et mantelia, quibus mensa sternebatur, et mappæ. Aureorum et auratorum manteliorum mentio multis locis apud Historiæ Augustæ Scriptores. Stragula quoque vestis, qua cubiculares lecti insternebantur, auro et purpura depingi solebat. Apuleius lib. X. 'Sed et stragula veste auro et murice Tyrio depicta probe consternunt.' Nec minus tricliniaris et accubitalis. Babylonicorum περιστρωμάτων præcipue usus in sternendis accubitis, quæ auro et purpura picta fuisse, nemo nescit. Inde 'Babylonicum aureum plumatum' Publio Syro dicitur. Glossa, *Babylonicum*, ψιλὴ πολύμιτος. Salmasius ad Tertull. Pallium. *Kuchen.*

IX. *Νέωνα δὲ Κορνήλιος*] Vide Plut. in libello, *Εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον.* Crudelissimum autem Hannibalem vocat Livius lib. XXVII. Valerius lib. V. 1. in fine. Silius Ital. lib. XII. Orosius lib. IV. 18. Aurelius Victor de Viris Illustribus: 'Marcellus quinquies Consul, insidiis Hannibalis deceptus, et magnifice sepultus. Ossa Romam remissa, a prædonibus intercepta perierunt.' Quis scit an hæc ad librum Exemplorum V. ubi et Hannibalis mentio fit, pertineant? *Schott.*

Διαφθαρέντα] Sequitur apud Plutarchum in Lucullo: Τὰ δὲ *φάρμακα δοθῆναι μὲν ὡς ἀγαπῷτο μᾶλλον ὁ Καλλισθένης ὑπ' αὐτοῦ, τοιαύτην ἔχειν δοκοῦντα τὴν δύναμιν. ἐκστῆσαι δὲ καὶ καταλῦσαι τὸν λογισμὸν, ὥστ', ἔτι ζῶντος αὐτοῦ, τὴν οὐσίαν διοικεῖν τὸν ἀδελφόν.* Quæ prioribus addi debuere: nam pariter

a Nepote desumpta sunt. *Bosius.*

Τὸ παράλογον τῆς τελευτῆς] In editione Parisiensi Jo. Rualdi, qua utor, excusum invenio, τὸ παράλ. τῆς τελευτῆς, nec variant Mss. *Idem.*

Οὐαλέριον Μάξιμον] Cod. Vulcobianus, Οὐατόριον. Alius, Οὐετούριον. Quod an reponi debeat, dispiciant Criticorum filii. Viri docti censent, Plutarchum ad ea respexisse, quæ Val. Maximus v. 1. ext. 6. de Marcelli funere retulit. Sed ea pauciora sunt, quam ut a Plutarcho heic laudata videri possint: nisi dicas solum epitomen librorum Valerii, non ipsum opus, ut ab eo est editum, hodie superesse; in quam sententiam Vossium propendisse video de Hist. Lat. lib. I. 24. Cæterum, ut hoc obiter addam, non est, cur apud Valerium pro *corona laurea* reponamus *auream*, ut Schottus voluit. Nam ille de corona cadaveri imposita, cum eoque combusta; Plutarchus de ea, quæ reliquiis superimposita est, loquitur. *Idem.*

Τῶν σὺν 'Αννίβᾳ] Nota, non ipsum Hannibalem, sed qui cum eo fuerunt, hoc est, duces ejus, dici victos. Non igitur his adversantur, quæ Nepos in vita Hannibalis cap. 5. et 6. retulit. *Idem.*

X. *Turdos paullo ante captos saginari*] In Turdario Martialis lib. XIII. 'Inter aves turdus, mecum si judice certes, Inter quadrupedes mattya prima lepus.' Unde in M. Druso Vir. Illust. locum recte, ni fallor, emendavimus: *Philippo Consuli, legibus agrariis resistenti, ita collum in comitio obtorsit, ut multus sanguis efflueret e naribus: quæ ille luxuria comprobans, morti jam detrudi se dicebat.* Nos de vet. libro αὐτόχως· 'quem ille luxuriam opprobrans, muriam de turdis esse dicebat.' Qua de re plura Observ. lib. I. per Saturam. *Schott.*

Ciconias magis placere quam grues] Elegans carmen exstat in Petronii Arbitri Satyrico, de Ciconia: 'Ciconia etiam grata, peregrina, hospita, Pietaticultrix, gracilipes, crotalistria, Avis exul hiemis, titulus tepidi temporis, Nequitiæ nidum in cacabo fecit meo.' Quem tamen aliter legit explicatque Had. Junius Animad. lib. VI. 15. *Schott.*

Præcipuam olim] Apud Plinium est, 'Post præcipuam auctoritatem,' &c. Dixerat autem paullo ante, 'apud antiquos piscium nobilissimum habitum acipenserem.' *Bosius.*

Laberius Poëta mimorum] De quo Macrobius lib. II. 7. et Seneca noster Rhetor. Controvers. XVIII. de parricidii accusato. *Schott.*

Loto arbori] 'Απὸ κοινοῦ repetitum est. Mox in Msc. Chiflet. *brevem tradit.* Pro *huic* edit. Dalech. *illi*; alii *ille*, non male. Statim nonnulli *ultra duos dies.* Bosius. Unde lotophagi, de quibus Homerus Odyss. IX. et Scholiastes, et de herba Theophrastus de Plantis lib. IV. 9. Dioscorides lib I. et Plinius lib. XIII. *Schott.*

Idem Nepos] Addenda erant, quæ Plinius subjicit: 'baccasque contusas (Ms. Chiflet. *concisas*) cum alica ad cibos dolio condi.' *Bosius.*

Scandula contectam fuisse Romam] Ms. *Scindulam non conspectam fuisse Romæ.* Idem. Scandula, quasi scindula, assulæ, non serra sed bipennibus productæ: nisi potius a *scandendo.* Hinc 'scandulare tectum' Apuleio Fab. Miles. lib. III. et ICtis 'scandularii' l. quibusdam D. de jure immunit. Vegetius De re militari lib. II. 23. 'Tempore hiemis de tegulis, vel scandulis: quæ si deessent, certe de cannis, ulva, vel culmo porticus tegeretur.' Scandulæ autem e robore aptissimæ. Vitruvius lib. II. 1. 'Montium accolæ crustis marmoreis tecta contegunt; alii plumbi laminis. Septentrionales nostri harundine domus suas operiunt, durantque ævis tecta alta.' Idem Plinius lib. XVI. 36. Penes Germanos tegularum

usum non fuisse; sed materie informi domum tegere solitos, auctor est Tacitus. Culmis etiam tecta concinnarunt, unde *culmina*. Seneca ad Lucilium: 'Culmis liberos texit, sub marmore atque auro servitus habitat.' *Schott.* Vide etiam Stewechium in commentar. ad Vegetium.

Lineas] Plinius: *eas*. Loquitur autem de lineis. Continentia verba paullo aliter apud eundem leguntur: *Hunc aut eodem nomine alium fuisse, quem tradit Corn. Nepos secutum in Italiam Demaratum, &c. fug. a Cor. injur. Cypseli tyranni, mox docebimus.* E quibus apparet, Nepotem solum dixisse, Cleophantum quendam Corinthium secutum in Italiam Demaratum, &c. cetera Plinii sunt. Quare vel totus locus recensendus erat, vel illa *aut eodem nomine alium fuisse*, omittenda. *Bosius.*

Adjecit] Plenius Edit. Dalech. *adjecit idem Nepos.* Sed postrema duo vocabula Scaliger castigat. in Catull. pag. 32. glossema putat. Quam conjecturam firmat Ms. Cod. qui legebat: *addiditque, cum primum, &c.* Cæterum apud Plinium quædam interjacent, quæ Schottus omisit. Etiam illud, *aut Lunensi*, Ms. aberat, et pro *e Carystio* legebatur *a Carysto*. Bos. Schott.

XI. *Ædes Martis*] Edit. Putsch. *ædis*, ἀρχαϊκῶς. *Bosius.*

Architectata] Sic et 'machinata,' παθητικῶς. Sallustius Hist. lib. II. 'At Lucullum regis cura machinata fames brevi fatigabat.' Sed de his supra ad Epist. dicere memini. Architecti vero Hermodori sic meminit Vitruvius Architect. III. 1. 'Quemadmodum est in porticu Metelli Jovis Statoris Hermodori.' ut emendat Turnebus Advers. lib. XI. 2. Meminit et M. Tullius de Orat. lib. I. *Schott.*

Non amplius] Verba Suetonii: 'Non amplius eum ter bibere solitum super cœnam in castris apud Mut. Cornelius Nepos tradit.' *Bosius.* Similis Vopisci de Tacito Imp. locus: 'Fuit vita parcissimus, ita ut sextarium vini tota die nunquam potaverit.' Eustathius de Ismeniæ ac Ismenes amoribus, libro IV. Καὶ μετὰ τρίτην πόσιν καὶ τετάρτην καὶ πολυτελεῖς τὰς τρυφὰς λύετο τὸ συμπόσιον. *Keuchenius.*

In extrema Britanniæ parte] Sæpe multumque dubitavi, utri Cornelio, Nepoti ne, an Tacito, cujus hodieque Annales, licet mutili, in manibus doctorum hominum versantur, hæc darem: sed dum insulam, oras Britanniæ legendo, sæpe etiam in altum evectus, diligenter investigo, *Monam* quidem Annal. XIV. et in Agricolæ vita reperi: *Memmæ* vero, vel ut alii libri, *Miniæ*, nec vola nec vestigium. Xiphilinus vero ex Dione, Britannorum, inquit, duo sunt genera, Caledonii et Mæatæ. Quæ vox Μαιάται a *Mona* longius recedit. Quare in eam veni sententiam, ut nostro adscribendum censerem; dum alteruter e tenebris integer appareat: et *Chronica* Nepos, ut dixi, conscripsit; quos libros fortasse Gothus ille Jornandes, sive is Jordanus est, *Annales* vocavit; secutus, ut suspicor, aliquot Gothicarum rerum Scriptores, quorum præter nomen inane, nihil ad nos pervenit: quemadmodum libro priore Epitomam illam L. Annæi Senecæ, quæ vulgo L. Floro attribuitur, exscripsisse observavi. *Schott.*

Cornel. etiam Annalium scriptor] Assentior Schotto et Lindebrogio, Corn. Tacitum significari. Nam ex eo magnam partem hanc narrationem haustam esse, vel illa fidem faciunt, quæ Jornandes subjicit: 'Silurum colorati vultus, torto plerique crine et nigro nascuntur. Caledoniam vero incolentibus rutilæ comæ, corpora magna,' &c. Quæ, et alia Jornandi dicta, pæne totidem verbis in Agricola Taciti leguntur. Vide eum cap. 10. et sequentibus. Perperam igitur inter Fragmenta Nepotis relata sunt. *Bos.*

EPIST. CORNELIÆ, MATRIS GRACCHORUM.

XII. *Epistola Corneliæ*] Unde hoc fragmentum sit, ostendit Schottus in epist. ad Lectorem, notis suis in Fragmenta Nepotis subnexa. 'Nunc,' inquit, 'Corneliæ matris Gracchorum (cui eloquentiam, teste Cicerone et Fabio, acceptam referebant) epistolæ fragmentum adjiciam: quod legitimum ne sit, aut a declamatore aliquo, ut solet, conformatum, nunc non disputo. Parva sane papyri jactura, repertum in vet. libro Abbatiæ Fæsulanæ, mihique ab Anton. Augustino Archiepiscopo Tarracon. V. C. perhumaniter oblatum, post idem a Cl. Viro Jacobo Bongarsio descriptum e Britannico exemplari e Germania deno missum, Cornelianis addendum putavi.' Hæc Schottus: qui, ut vides, addubitare videtur, an legitimum sit. Ego vix dubitem esse: tam eleganter ἀρχαΐζει. Qua in re consentientes habeo eruditissimos Viros, Ian. Rutgersium v. Var. lect. 10. (ubi hanc epistolam aliquot locis emendat) et Aug. Buchnerum. *Bosius.*

Dicis] Sic Msc. meus, Gifanii *dices.* Pet. *lices*, immendate. *Savaro.*

Esse videtur] Steph. Pighius *esse* omittit. *Gebhard.*

Ea persequi] Pro *ea* idem mavult *eos.* Gebh. Inimicos, scilicet. *Bos.*

Uti nunc sunt, erunt] Sic Msc. meus et Gifanii. Msc. Pet. *non.* Savaro.

Verbis conceptis dejerare ausim] *Dejerare* correpte; id est, Deos jurare ausim. Explicat Donatus ad Terentii Hecyr. v. 2. Apuleius Milesiar. lib. I. 'Quam sanctissime dejerantes.' Quid porro sit, *verbis conceptis jurare*, vel *dejerare*, doctissime notat Turnebus Advers. lib. III. 10. Eratque hoc religiosum jurisjurandi genus. *Keuchen.*

Præterquam qui] Sic Mss. Gifanii et Pet. In meo *qui* desideratur. *Idem.*

Tiberium Gracchum necarunt] Cicero in Catilinam: 'Tiberius Gracchus, quod iterum Tribunus pl. fieri vellet, occisus.' Vide Livii Epitom. LVIII. Plutarch. in vita, Appian. I. Cicer. de Leg. III. Pro Sextio, Pro Milone, De Arusp. resp. et in Bruto. Velleium II. Flor. Eutrop. Val. Maxim. et Script. de Viris Illustribus.

Quantum te] Pighius mavult, *tu.* Gebhard.

Quos antehac habui liberos] Sic Msc. meus et Gifanii. *Quos ante habuerim*, legit Msc. Pet. *Savaro.* Rutgersius secundum priorem edidit, sed et omittit *liberos*, hoc quidem nulla necessitate. *Bosius.*

Partes eorum] In aliis *partis*, quod idem Rutgersius pro *partes* accipit, ἀρχαϊκῶς. Sic antea *ædis* pro *ædes.* Lege Priscianum lib. VII. *Keuchenius.* Sic Mss. omnes *partis*: *eorum* deest in meo. *Savaro.*

Adversum meam sententiam] Sic Mss. Gifan. et Pet. Meus *adversus.* Savaro. Forsan *adversus.* Sed *facere* statim pro *faceres* in Parisina. *Keuchen.*

Cui parva pars vitæ superest] Aliter Schottus interpungit: *cui parva pars vitæ superest. Ne id quidem, &c.* Rutgersius mallet interrogative legi; *quin et mihi adverseris et rempubl. profliges.* Bos. *Parva pars vitæ*, eadem ὠμόριον, qua *pars diei melior* dicitur. Et explicat sese statim, per 'breve spatium.'

Quæ causa erit] Pighius putabat verbum *resistere*, aut simile quid, deesse. non opus. Alii *quæ causa erit?* corrupte ut opinor. *Bos. Gebhard.*

Et quando] Forte *ecquando.* Gebh. Gifan. Boecler. Quod idem est, ac *num quando*: vel, *an aliquando.* Græci ἦ πότε, dicunt.

Et habentes et prasentes] Sic Msc. meus et Gifan. Msc. Pet. *et absentes et præsentes.* Savaro. Rutgersius legit: *et habentes et præbentes molestiis, desipere?* Quod fateor me non capere. *Bosius.*

Perpudescet miscenda] Rutgersius scribendum ait, *perturbanda resp.* Sed nihil mutandum. *Perpudescet miscenda rep.* dictum, ut *pudet dicto* apud Tacit. Agric. 32. 33. et similia alia. *Bos.*

Facito quod lubebit] Sic Msc. meus. Gifan. Msc. *per me facito quod lubebit*. Savaro. Sed illud *post me* omisit Rutgersius, incertum an studio. *Bosius.*

Ubi mortua ero] Sic hactenus retentum, tametsi in vulgato quodam immiserint: *ubi enim mortua ero*. Græco more: *ὅπου γάρ*. Cæcina epist. ad Ciceronem: 'Ubi hoc omnium patronus facis.' *Keuchen.* *Ubi mortua ero*] Pighius, *ubi non ero.*

Et invocabis Deum parentem] Rutgersius edidit: *et invoc. Deum parentem in eo tempore: ne pudeto, &c.* Sed ait hæc parum sana sibi videri. Igitur conjicit legendum: *invocabis Deum parentem numen. Eo tempore, &c.* Bos. Scriptum fuit: *et invocabis D. M. parentis*, id est, Deos Manes parentis. Scribe igitur ac distingue: *et invocabis Deos Manes parentis. Eo tempore ne pudeat eorum Deum preces expetere.* Eorum Deum, id est, Deorum Manium. Ovidius: 'Perque tuos Manes, qui mihi numen erunt.' *Salmas.*

Non pudet] Pigh. *pudebit.* Ms. Savaronis *ne pudet.* Unde Rutgers. *ne pudeto.* Bosius. Salmas. modo *ne pudeat.*

Eorum Deum pacem expetere] Ita enim scribendum est. Vulgo inepte, *preces.* Non bene conjicit Rutgersius, *pudeto.* Interrogatio est apertior, si scriptum esset, *in eone tempore.* Sed illud elegantius, et sapit antiquitatem. Plautus Trinum. 'Utrum is itaque esse mavelit.' Cicero de Leg. lib. II. 'Deorum Manium jura sancta sunto, hos leto datos Divos habento.' *Gronovius.*

Ne ille sinat Jupiter] Amplificative magis quam δεικτικῶς *ille*, videlicet per scriptam epistolam. Plautus Curcul. 'Nec me ille sinit Jupiter.' Veteres enim cum Jovis nomine pronomen *ille* sæpe jungebant, aut ad demonstrationem aut amplificationem. *Keuchen.*

Sinat] Pighius, *siverit*, vel *sirit.* Gebhard. Bosius.

Te ea perseverare] Rutgers. *eo.*

Culpa tua recipias] Vulgati, *tu.*

Tute tibi placere possis] Rutgersius, *placare.* Horatius Epist. I. 18. 'quid te tibi reddat amicum.' *Bosius.*

FINIS NOTARUM VARIORUM.

RECENSUS EDITIONUM

CORNELII NEPOTIS,

AUCTIOR FABRICIANO, ET IN V. ÆTATES DIGESTUS.

EX ED. BIPONT. 1788.

ÆTAS I. NATALIS s. JENSONIANA

1471—1490—1520.

A PRINCIPE editione Veneta I. Nic. Jenson typographi, qui ex codice bono summa fide et superstitione sub nomine Æmilii Probi (veteris transcriptoris ævo Theodosii Imp.) vitas virorum excellentium absque illis Catonis et Attici edidit an. 1471. et bis recudit an. 1473. et 1476. Idem Jensonus Attici vitam in calce Epp. Ciceronis ad Atticum, Brutum, et Q. fratrem an. 1470. ediderat, iterumque cum virorum illustrium vitis ex Plutarcho Græco in Lat. versis 1478. Sed ante Jensonum Mediolanenses, et primus quidem Franc. Philelphus, dein Jac. Bechetus, vitam Attici ediderant. Jensonianas vero secuta est Parmensis 1480. Maittario teste, sed a nullo editore adhuc collata. Romæ dein vita Attici per Corn. Nepotem cum Ciceronis Epp. ad Atticum, cett. 1490. prodiit; quam Brixiensis 1498. a Jac. Britannico curata ceteris vitis addidit. Plenior etiam et optimæ notæ est Mediolanensis Petri Corneri s. a. et l. quæ nescio an ante 1496. vel 1499. lucem viderit. Sed et Veneta IV. recusa est 1499. Cornerianam imitata est Argentoratensis s. Schureriana. Hanc vel Brixiensem et vicinam Venetam excipit Parisina Iod. Badii Ascensii I. 1513. et II. 1520. In his omnibus dominata maxime Jensoniana, sed inde a Cornero emendatior extitit.

1471 Veneta I. princeps fol. 'Æmilii Probi viri clarissimi de vita virorum excellentium liber incipit feliciter.'—In calce legitur:

'Probi Æmilii de virorum excellentium vita per Nicolaum Jenson. Venetiis opus feliciter expressum est anno a Christi incarnatione M. CCCC. LXXI. VIII Idus Martias.'—Laudata quidem est hæc Maittario et Fabricio in Suppl. Vol. ult. an. 1721, [Vol. I. p. 103. Ed. Ernest. 1773.] sed a nemine inspecta ante Vulpios, curatores Patavinæ 1720. et cl. Fischerum, qui denuo contulit, et ex bono codice summa fide h. e. superstitiose expressam ostendit. Fuit in bibliotheca Jo. Dan. Ritteri Jcti, hinc in Kappiana.

Hac principe longe antiquiora duo diversa exempla vitæ Attici, et circiter an. 1462. exscripta censet cl. Jo. Henr. Schlegelius in Obs. hist. et crit. in Corn. Nepotem pag. 28-49. Forsan ista prodierunt primum cura Franc. Philelphi ante annum 1475. alterum Jac. Becheti; cujus utriusque epp. excipiunt vitam Attici in ed. Corneriana s. a. et l. vid. infra sub an. 1499. Schlegelius tertium exemplum profert, quod in calce hunc epilogum habet: 'M. Tullii Ciceronis ad Atticum, Brutum, et Quintum fratrem cum ipsius *Attici vita* feliciter expliciunt MCCCCLXX. Venetiis per Nic. Jensonum. Quartum exemplum a Schlegelio laudatum referemus anno suo 1478. Cf. cl. Harlesii Introd. in notitiam lit. Rom. P. I. p. 384.

1473 Veneta II. fol. ab ipso Jensono recusa. Inspecta Jo. Savaroni, editori Nepotis 1602.

1476 Veneta III. fol. Jensoni, collata Hier. Magio, editori 1563.

1478 Venetiis, fol. Vita Attici cum virorum illustrium vitis ex Plutarcho Græco in Lat. versis—Per Nicol. Jenson Gallicum Venetiis impressæ MCCCCLXXVIII. d. XI. Januar. Harlesius l. c. ex Schlegelio.

1480 Parmensis, fol. Æmilii Probi vitæ, &c. indice Maittario.

1490 Romæ, fol. Vita Attici per Magistrum Eucharium Silber alias Franck. Adjecta ad calcem Epp. Ciceronis ad Brutum, Q. fratrem, Octavium, et Atticum. (Nescio an hæc sit illa Romana sæpe laudata J. A. Bosio, quæ in Bibliotheca Acad. Jenens servata denuo profuit J. M. Heusingero.)

s. l. et a. Exempli hujus Romani repetitio facta per Barthol. Salicetum Bonon. et Corn. Regium, sed correctione adhibita, quæ videtur esse Pomp. Læti. (Nescio an Venetiis prodiit.)

1498 Brixiæ, per Jac. Britannicum an. MCCCCIIC. impressa. Sic

Bœclerus, qui eam contulit, in notis secundis ad cap. 14. Datamis pag. 111. ed. 1648. eam designat.

1499 Veneta IV. quam nonnisi ex Jo. Savaronis Animad. cognitam habemus.

s. a. et l. 8. Mediolanensis s. Corneriana, quæ quidem fluxit e Jensoniana, sed emendatior est, vitasque Catonis et Attici complectitur. In fronte est epistola Petri Corneri ad Theodorum Platum patricium Mediolanensem. Attici vitam excipit Ep. Jac. Becheti ad eundem Platum; et ad eundem Ep. Franc. Philelphi Mediolani IV. Nonas Januarias scripta, in calce libri legitur, hinc cl. Fischero 'Mediolanensis' vocatur. Sed Philelphus jam d. 31. Jul. 1481. Florentiæ obierat. Vixit is ab anno 1440. Mediolani, indeque abiit 1475. Romam, hinc rursus Florentiam. Necesse igitur est priorem aliquam Philelphinam vitæ Att. editionem fuisse. Hanc totius Nep. vero, quam Jac. Frid. Heusingerus, Jo. Mich. ex fratre nepos, in singulari libello de Bibl. Guelferbytanæ aliquot subsidiis de Corn. Nepote bene merendi, ad calcem edit. Fischerianæ recuso, 'Cornerianam' rectius dixit, et octojuges chartas ad magnitudinem quaternionum accedentes habere docuit; unde eam post Maittarium in Annal. typogr. T. I. P. poster. p. 762. et Saxium in hist. liter. typogr. Mediolan. etiam Fischerus quaternionibus prodiisse haud adeo accurate edixerat. Saxius eam ultimo decennio sæc. XV. excusam conjicit Mediolani, Heusingerus certe ante annum 1496. censet; unde colligimus, vitam Attici ex prioribus Franc. Philelphi et Jac. Becheti accessisse editionibus, de quibus supra.—Exstat non modo in Bibl. Guelferbytana, sed et in Bibl. collegii Paullini Lipsiensis, unde eam denuo contulit Fischerus. Bosius jam ante et Jo. Mich. Heusingerus ejus lectionibus usi erant.

1506 Argentorati, 4. Æmilii Probi vitæ excellentium Imperatorum; Titi Pomponii Attici per Corn. Nepotem descripta: Plutarchi liber de illustr. mulierum virtutibus; ejusdem parallela. Argentorati in ædibus Schurerianis. Unde his, 'qui eam contulere, dicitur vel 'Argentoratensis' vel 'Schureriana;' cui quidem cum Lambino Fischerus primas defert bonitatis, unde profecerint ed. sqq. Verum sic potius Cornerianæ deferendas fuisse censemus, quippe quam sequitur maxime hæc Argentoratensis.

1511 Parisiis, fol. Vita Titi Pomponii Attici præmissa operibus epistolicis Ciceronis.

1513 Parisiis, fol. Ascensiana I. Plutarchi parallelis, antea a Pylade Brixiano editis, adjecit vitas Nepotis. In Epist. ad Hier. Alexandrum Motensem laudat Gerhardi sui Vercellani diligentiam, quæ num etiam in Nepote Badium juverit, nescimus. Omisit vero Badius Catonem inter vitas, teste Jo. Mich. Heusingero in Præf. qui eam tractavit, et præter lectiones in annotationibus adjectas præfationi spicilegium omissarum adjecit, ex qua et Fischeriana collatione patet, editioni huic præluxisse Argentoratensem.

1515 Taurini, 4. Cornelius de viris illustribus. Taurini, in ædibus Nicolai de Benedictis.—Librum de viris illustribus, olim sub nomine vel Æmilii Probi, vel Nepotis, vel Plinii jun. vel Suetonii editum, probabilius S. Aurelio Victori vindicavit Andr. Schottus.

1520 (Parisiis) Ascensiana II. fol. Plutarchi et Æmilii Probi vitæ illustrium virorum. Ex chalcographia Ascensiana. Sic est in Cat. Bibl. Schwarzianæ P. 1. p. 81. n. 1341. Contulit eam cl. Fischerus.

ÆTAS II. ALDINA 1522—1569.

Aldinæ scil. curator Franciscus Asulanus, Aldi ipse affinis, quo modo in Sallustio, et Livio, et Justino edendis, etiam in Nepote usus est, hoc est, non scriptos solum et impressos consuluisse videtur, sed et ex ingenio liberalieri s. sanavit s. mutavit lectiones; atque sic sæpe profuit, sed et ab his, qui in superstitione gaudent, sæpius notatur. Aldinum tamen textum, paucis locis exceptis, triennio post Juntina repetiit 1525. Secutæ inde sunt Ultrajectina 1542. curante Ant. Cauchio, et Coloniensis 1543. Gyb. Longolii, qui usus Msto et edd. sed in scholiis morte interceptus, laudem reperit insignem. Neque contemnendæ sunt edd. Gryphii et H. Stephani. Longolium vero annotationibus et historicis et criticis uberioribus scribendis superare studuit, in textu conferendo cum edd. opera Pompeii Nutii usus, Hier. Magius; quæ in Vitis virorum illustrium Basil. 1563. cum vitis excell. Impp. primum locum habent. Sexennio vero post lumen attulit Nepoti Lambinus, novæ ætatis princeps futurus.

1522 Venetiis, 8. Aldina. Æmilii Probi vitæ externorum Imperatorum (una cum Justino) Venetiis, in ædibus Aldi et Andr. Asu-

lani.—Editio hæc emendatior est vel libris adhibitis, vel ingenii beneficio.

1525 Florentina s. Juntina, 8. Aldinam 1522. imitatur, nisi in paucioribus locis.

1542 Ultrajectina, quam Andr. Schottus a Canteris Cauchiisve curatam dicit, sed præter ipsum editorum nemo contulit. Antonium quidem Cauchium novimus, Philologum Ultraject. qui animadversiones in Cic. de officiis scripsit et Gramm. Lat. Lipsio laudatam; sed Canteros haud novimus, nisi fratres literatissimos Wilhelmum et Theodorum Ultrajectinos, natos 1542. et 1545. patre fortean literato. Membranæ tamen huic editioni inserviisse videntur, quod ex Schotti notis patet, etiam passim a Bœclero in ed. III. 1648. excerptis.

1543 Coloniensis, 8. cum scholiis Gyberti Longolii. Colon. apud Gymnicum.—Longolius Msto, ut videtur, usus est, et edd. Jenson. et Argentorat. Ejus scholia optima desinunt in Timoleonte.

1544 Argentorati, 8. Corn. Nepos de viris illustribus, cum Jo. Boccatii gestis Rom. et Æn. Sylvii de ortu imp. Rom.

1547 Lugduni, 8. Corn. Nepos de viris illustribus.—Gryphiana, nec nisi vitam Attici cum ceteris, quas A. Schottus dein reddidit S. Aur. Victori, habere videtur.

1560 Parisiis, 8. edente Henr. Stephano, ad calcem vitarum Plutarchi ex versione Herm. Cruserii, teste Fabricio.

— [Parisiis, 12. Epitome vitarum Plutarchi—per Darium Tibertum, Equitem Cæsenatem, 1492. edita, ab Oporino Basil. 1541. Parisiis ap. Hier. de Marnef 1560. (quæ ed. nobis est ad manus) et Lugduni ap. Jac. Stoër 1573. et 1590. 12. habet quidem vitam Attici, neque vero textum ipsum Nepotis, quod Hauptmannus putavit, sed a Tiberto epitomatum.]

— Lugduni, 8. Gryphiana.

1563 Basileæ, fol. Vitæ virorum illustrium. (Collectore Herm. Widekindo) Continentur Æmilius Probus de vit. excell. Impp. cum annott. Hier. Magii, et ejusd. Magii Epist. de ætate Probi, G. Cassandri viri aliquot illustres, qui ante Procam in Latio fuere, Plinii Sec. de viris illustr. liber, cum appendice Ge. Cassandri, C. Suetonii de claris Grammaticis liber, Fr. Petrarchæ rerum memor. seu de viris illustribus cum supplem. Lobardi Sirichii, Fl. Philostrati Heroicus sive Dial. de viris illustr. et de

vitis Sophistarum, cum vers. Steph. Nigri, et Cæsarum vitæ ex Suida.—Pompeius Nutius juvit Magium in conferendis edd. Jensoniana, Aldina, et Coloniensi s. Longoliana.

ÆTAS III. LAMBINIANA 1569—1648.

Dion. Lambinus, excellens ingenio, acumine, et doctrina liberaliori, hinc a superstitione alienus, Cornelianum textum pluribus edd. priscis post Longolium et Magium collatis, adhibita quoque aliorum, ut Cl. Puteani, solertia, et cum scriptis Codd. collatione, cum dedisset novum 1569. facile ejus fidem secuti sunt editores per LXXIX. annos, primus quidem Henr. Stephanus 1572. in edendis cum Plutarchi vitis etiam Æm. Probi s. Corn. Nepotis vitis. Præter eum recensuit Nepotem Nathan Chytræus, sed ejus editio non egressa est Germaniam. Laudatior est Jo. Savaro, qui tribus scriptis libris adjutus notas breviores edidit Parisiis 1602. repetitis in Francofurtensi. Lambiniana notis Longolii, Magii, et Savaronis, et excerptis Cod. Ms. Dan. aucta ap. Cl. Marnium 1608. Anno post Andr. Schottus suas in Nepotem Annott. novas et in Fragmenta a se primum collecta Operibus Cornelii Nepotis ab eodem Marnio editis junxit, sed et qui vulgo Cornelii nomine ferebatur liber de Viris illustribus, eum potius S. Aurelio Victori jure postliminii redditum jam ante Duaci 1577. et Paris. nunc repetiit. Interim Nepos cum scholiis Longolii 1612. cum notis Magii et Savaronis 1628. et cum Longolianis 1642. reddi meritus est. Textus Lambinianus novos etiam vel scriptores notarum, ut Jo. Rave 1635. (rep. 1648. et 1677.) vel commentatores politicos pro sæculi genio invenit, ut Loccenium Suecum 1638. (rep. 1648. 1654. et 1673.) et Jo. Henr. Bœclerum Prof. Argentoratensem in edd. Nepotis 1638. et 1640. Juveniliter vero Lambinum, atque sic quicquid boni ad tuendam Nepotis lectionem in ed. Lugd. Bat. 1642. Amstel. 1662. repetita, injuriis contaminavit. Vita Attici, credo ex lectione Gryphiana, legitur ad calcem Cic. Epp. ad Atticum ex rec. Simeonis Bosii, certe in ed. Raphelengь. 1592. Sed multo plus profuturus fuit et vitæ Attici et ceteris Ernst s. Ernesti Jctus, qui in itinere Italico duos Mediceos contulit, et in Gallia sibi ipse unum comparando, nisi ipsi curatores, quibus Hafniæ primum 1629. dein Amstel 1637. vitam Attici cum notis

ejus edendi partes dederat, negligentiæ nomine accusandi fuissent. Itaque apparatum suum deiu legavit Jo. Andr. Bosio rectius utendum.

1569 Parisiis, 4. Cornelii Nepotis seu Æmilii Probi liber de vita excellentium Imperatorum, a Dionysio Lambino pluribus locis emendatus et Comment. explicatus. Lutetiæ ap. Benenatum.

1572 Henrici Stephani II. 8. cum vitis Plutarchi Latinis, Lambinum maxime sequitur.

1573 Basileæ, fol. cum Plutarchi vitis virorum illustrium.

1577 Francofurti, 4. ex rec. Nath. Chytræi.

— (Duaci, 4. de viris illustribus urbis Romæ ab Andr. Schotto emendatus et auctus.) Libellus hic, qui antea vel Plinii vel Corn. Nepotis nomine venire solebat, Schottus vett. librorum fide et rationum momentis vindicavit S. Aur. Victori. Sed Victor tamen pleraque ex volumine Nepotis de viris illustribus Rom. desumsisse videtur, de quo Vossius. Repetita vero est ed. Schotti Parisiis.

1579 Parisiis, 4. cum Comm. Lambini repetita.

1580 Francofurti, fol. Vitæ Plut. adjectas habent Æm. Probi s. Corn. Nepotis vitas.

1581 Lemovici, 8. Attici vita ad calcem Epp. Cic. ad Atticum ex rec. Sim. Bosii legitur.

1582 Antverpiæ, 8. eadem in Epp. ad Atticum.

1590 Bardi Pomeran. 8. vitæ excellentium Impp. ex rec. Chytræi.

1592 Lugduni Bat. 16. in Epp. Cic. ad Atticum vita ejus legitur. Ex offic. Rapheleng.

1593 Ingolstadii. Schoppio memoratur in libris verisimilium.

1594 Bardi Pomeran. 8. Chytræi rep.

1600 Tiguri. (de viris illustr.)

1602 Parisiis, 24. cum castigg. et notis Jo. Savaronis, ap. Perrier.

1608 Francofurti ad M. fol. Corn. Nepotis vulgo Æmilii Probi de vita excellentium Imperatorum Græcorum et Romanorum. Cum commentariis Dionys. Lambini, Monstroliensis, auctis nuper atque emendatis. Accesserunt commentarii, annotationes et notæ Gyberti Longolii, Hieron. Magii, et Jo. Savaronis, cum excerptis e vetusto Codice Ms. P. Danielis. Præfixa Chronologia Impp. Græciæ apud Probum, per Olympiadas. Cum indicibus. Francof. ap. Cl. Marnium et hæred. Jo. Aubrii.—Cl. Marnius præfatus est. Contextus est Lambinianus.

1609 Francofurti, fol. Corn. Nepotis opera, quæ quidem extant, historica virorum domi militiæque illustrium Græcorum Romanorumque explicata pridem studio Andr. Schotti. Nunc denuo doctorum hominum accessionibus aucta. Francof. ap. Cl. Marnium et hæred. Jo. Aubrii.—Continet Aur. Victoris duos libellos, de origine gentis Romanæ, et de viris illustribus, fragmenta Nepotis cum Schotti annott. in eadem et in vitas, P. Nannii de claris Corneliis, et L. Sigonii de vita et rebus gestis Scipionis Æmiliani.

1612 Lugduni Bat. 12. cum scholiis Longolii.

1620 Parisiis, 8. ed. Hieron. Magii 1563. repetita.

1628 Lubecæ, 12. ex ed. Savaronis Parisina.

— Lugduni Bat. 8.

1629 Hafniæ. Vita Attici cum notis per Henr. Ernstium. Valde corrupt.

1634 Lugduni Bat. 24. Æmilius Probus, al. Corn. Nepos de vitis Impp. Gr.

1635 Jenæ, 8. c. n. Jo. Rave. Editio haud contemnenda.

1637 Amstelodami ap. Jansson. 16. Vita Tit. Pomp. Attici auctore Corn. Nepote, cum notis, glossario, et nomenclatore Henr. Ernstii, additis notis Christiani Heidmanni.

1638 Argentorati, 8.

— Holmiæ, 12. cum Loccenii notis politicis et indice philologico.

1640 Argentorati, 8. Bœcleriana I. Corn. Nepotis, vulgo Æmilii Probi, de excellentibus viris quæ exstant, cura Jo. Henr. Bœcleri. Impensis Frid. Sporii.—Lambini textum sequitur unum.

— Basileæ, 24. Liber Æmilii Probi s. Corn. Nepotis de vita excellentium Imperatorum, cum indice rerum mem. locupletissimo. Bas. impensis Ludovici Regis.

1642 Lugduni Bat. 12. cum Longolii et Savaronis notis. Ex offic. Jo. Maire.

1644 Amstelodami, 12. ap. Jansson, cum Jani Gebhardi spicilegio notarum. Repetita dein 1662.

— Argentorati, 8. Bœcleriana II. Idem Bœclerus Diss. Acad. suo modo et stylo Agesilaum, Epaminondam, et Themistoclem imaginatus est, quæ recusæ in Opp. ejus Tomo II. n. XIII. XIV. et XXVIII. leguntur. Sed hæc ad textum Nepotis minime pertinent, et sunt pro sæculi ingenio politica.

1645 Hamburgi, 12. Ravii ed. repetita.

1647 Lugduni Bat. 8.
1648 Hamburgi, 12. Editio Jo. Ravii repetita ex Jenensi 1635.
— Amstelodami, 8. illa Loceenii repetita ex Holmiensi.

ÆTAS IV. BŒCLERO-BOSIANA 1648—1733.

Jo. Henr. Bœclerus, qui in prioribus suis edd. nonnisi Lambinum secutus suo dissertandi modo in Nepotem scripserat Commentarium (quasi Symposiacum) et notas post Magium et Lambinum, nactus a Jo. Scheffero (cujus nomen ubique silet inhoneste) Codicem optimæ notæ, sed sine vita Attici, tertiam 1648. edidit haud paulo emendatiorem cum notis aliis ad lectionem et scripturam pertinentibus ex illo Codice præsertim ad quas passim edd. Brixiensem, Regii, Lambini, Schotti, Gebhardi, Rutgersii, cett. vel animadversiones contulerat; neque tamen curiose satis tractasse visus est Scheffero in Specimine Animadverss. in Miltiadem Hamb. 1675. et in Adverss. posthumis T. VIII. et IX. Miscell. Belg. Tertiam hanc bis, Bœclero in Suecia per tres annos absente, a typographo Argentoratensi, dissimulata repetitionis nota, recusam non sine erratis, eaque etiam in Lipsiensi an. 1653. quæ Bœclerianis curis Gebhardi illas et Ernstii in vitam Attici adjunctas habet, retenta et aucta esse queritur Bœclerus in præf. ed. *sextæ* 1656. quæ proprie dicenda foret *quarta* eaque ultima Bœcleri Argentoratum reversi. Vidit tamen mox homo impatiens et superciliosus, se habiturum laudis in curando Nepote participes. Jam enim 1657. Jo. Andr. Bosius notis Bœcleri, cujus exemplum servavit, Gebhardianas et in Atticum Ernestinas et aliorum (ut Buchneri suasque) sapienter junxit; Gebhardi autem vestigia fere secutus est Rob. Keuchenius in edit. Lugdun. 1658. rep. 1667. cum notis Varr. epitomatis suisque; Jo. Vorstius curas suas addidit Bœclero, ac præsertim indicem fecit emendatiorem et auctiorem in ed. Lips. 1659. subirascente Bœclero in præfatione Velleii sui 1663. Sed Bosii recensio obtinuit in Vorstianis, Rutgeri Hermannidæ 1665. rep. 1685. 1692. Kirchmajeri 1665. et Hildebrandina 1666. rep. 1680. Keucheniana, nunc Hackiana c. n. Varr. emendatior 1675. cumque iconibus 1687. et 1697. (adde his egregiam J. G. Grævii recensionem vitæ Attici c. n. Varr. in Græviana ed. Epp. Ciceronis ad Atticum Vol. II.) Bœcleriana 1669. et

1681. Locceniana 1673. repetitæ, et Aug. Buchneri Comm. 1674. primum editus, rep. 1688. 1693. 1705. et 1721. Rediit interea Bosius ad recognoscendum iterum Nepotem, multis editionis I. sublatis, suas notas auxit, textumque etiam emendavit, et indicem Bœclerianum post Loccenii Vorstiique curas locupletavit 1675. ita ut nemo editorum ab ejus exemplo recedere deinceps auderet. Eodem anno tamen etiam prodiere in Anglia Nepos ad Mss. collatus Oxonii, rep. 1687. 1697. et 1708. denique ex rec. Maittarii 1715. et in Gallia Nic. Curtini opera in usum Delphini, rep. Londini 1691. et 1720. quem excepere alii, et novissime St. A. Philippe 1745. In Batavis Hackianæ Keuchenii successit Wetsteniana c. n. Varr. et icon. Impp. 1707. præter eamque novæ extitere minores c. n. Herm. Essenii 1691. et 1705. et Dav. Hoogstratani 1691. et auctior 1706. quæ cum repetitis Rutg. Hermannidæ 1692. et 1706. certarent. In Germania præter Christoph. Cellarii curas, juventuti studiosæ profuturas, 1689. repetitas 1694. 1699. et 1737. auctas a Chr. Schœttgenio 1711. et Andr. Stubelio 1720. pœnitet ceteros nominare post Bosium et Buchnerum. In Italia vicit Vulpiorum industria in recensendis edd. Patavinis 1720. 1721. 1727. et 1733.

1648 Argentorati, 8. Bœcleriana III. eaque ex Cod. Ms. emendatior: ‘Corn. Nepotis, vulgo Æmilii Probi, quæ extant. Editio tertia cura Jo. Henr. Bœcleri. Impensis Friderici Sporii. Argentor. MDCXLVIII.’—In hac quidem ed. post priores notas leguntur pag. 99.-124. aliæ notæ ad lectionem et scripturam pertinentes ex Msto præsertim *nostro.* (Dicere debuit a viro humanissimo Jo. Scheffero nobiscum communicato.) Cetera supra diximus. Bis hæc repetita h. a. absente et inscio Bœclero; unde has repetitiones *quartam* et *quintam* ed. ridicule dixit.

1652 Lipsiæ, 4. Corn. Nepotis Themistocles, cum commentario Casp. Lilii.

1653 Lipsiæ, 8. Jac. Mylii ed. quæ adjunctas habet notas Bœcleri et Gebhardi in omnes vitas, et Ernstii in Atticum.

1654 Holmiæ, 8. repetitio Loccenianæ.

1656 Argentorati, 8. Bœcleriana VI. tertia recusa.

1657 Lipsiæ, 8. Corn. Nepos—cum notis Bœcleri, Gebhardi, Ernstii aliorumque, e Museo Jo. Andr. Bosii. Acc. in margine varietas lectionis Cod. Scheffero-Bœcleriani et exempli Gebhardiani.

1658 Lugduni Bat. 8. Keuchenii I. c. n. Varr.
1659 Lipsiæ, 8. repetitio Bœclerianæ tertiæ, adjunctis curis Jo. Vorstii.
1661 Basileæ, 12.
1662 Lipsiæ, 8. ed. Jo. Vorstii, qui indicem Bœclerianum emendatiorem et auctiorem dedit.
—Amstelodami, 12. recusa ex Amstel. 1644.
—Norimbergæ, 12. c. n. Germ. Abr. Schulteti.
1663 Colbergæ, 4. Petri Larson vòn Blumenfeldt annotationes historico-politicæ in Corn. Nepotem, ex variis historicis, politicis, antiquariis, jure publico et privato insigni commodo succinctæ, erutæ, &c. Colb. sumtibus auctoris.
1664 Aug. Munat. (Basil.) 18.
—ibid. 18.
—Argentorati, 16.
1665 Amstelodami, 12. ex recensione Rutgeri Hermannidæ, qui notas et indicem addidit e Bœcleriano contractum.
—Ultrajecti, 12.
—Wittebergæ, 8. cum notis philolog. hist. crit. et polit. additis tabellis analyt. et chronol. cum indd. uberr. Georg. Christ. Kirchmajeri.—Exprimit Bosii edit. Pueris tantum aptata, ut et sequens. Præfatio inscripta Ducibus Saxoniæ.
1666 Lipsiæ, 12. Frid. Hildebrandi.
1667 Lugduni Bat. 8. Keuchenii II. c. n. Varr. Sequitur ed. 1658.
1668 Lutetiæ, 4. Æmilii Probi seu Cornelii Nepotis liber de Vita excellentium Imperatorum.
1669 Lipsiæ, 8.
1673 Hamburgi, 12. Repetitio Loccenianæ 1638.
1674 ibidem, 8. cum comm. Aug. Buchneri.
1675 Jenæ, 8. Corn. Nepotis, vulgo Æm. Probi, quæ extant, emendata et illustrata annotationibus ac lucubrationibus secundis Jo. Andreæ Bosii. Accedunt seorsim notæ Henr. Ernstii, et liber commentarius Jo. Henr. Bœcleri. Jenæ, imp. Christ. Kirchneri, bibliopolæ Lipsiensis, excudebat Jo. Nisius.—Bosius servavit exemplar Bœclerianum, nonnulla tamen fide librorum recte mutavit. Sequentes Nepotis editores sive parum sive plane non recedunt ab ejus lectione.
—Lugduni Bat. 8. Keuchenii III. ap. Hackios, c. n. Varr. Locupletior etiam ed. 1658. Laudat Keuchenius in Præf. nova prid.

Id. Apr. 1675. consultum sibi Cod. Dan. in Marniana 1608. et Ms. Everhardi Sluisken; ceterum melioribus a Lambino ad Bosium usque obsecutum esse.

—Parisiis, 4. Cornelius Nepos de vita excellentium Imperatorum. Interpretatione et notis illustravit Nicolaus Courtin, in usum Delphini. Paris. ap. Fredericum Leonard.—Schotti chronologiam per Olympiadas digestam servavit.

—Oxonii, 12. e theatr. Sheldon. e Mss. recensita, addita e Pausaniæ Messeniacis vita Aristomenis Messenii Græce et Latine.

1677 Hamburgi, 12. c. n. Jo. Rave, repetita ex ed. 1648.

1680 Lipsiæ, 12. ed. Fr. Hildebrandi.

—Lipsiæ et Wittebergæ, 8. cum notis philolog. crit. et polit. additis tabellis analyt. et chronol. cum indd. uberr. a Georg. Casp. Kirchmajero. Inscripta J. B. Colberto. Rep. ed. 1665.

1681 Argentorati, 8. Repetitio Bœclerianæ, quæ ejus VII. audit.

—Francofurti, 8. cum Comm. duplici Buchneri.

1685 Amstelodami, 12. ex rec. Rutg. Hermannidæ. Rep. ed. 1665.

—Basileæ, 18. sine notis.

1687 Lugduni Bat. ap. Hackios. Keuchenii IV. cum notis Varr. ex ed. 1675. Convenit cum seq.

—Amstelodami, 8. Eadem. Cornelii Nepotis vitæ excellentium Imperatorum observationibus ac notis commentatorum, quotquot adhuc innotuere, illustratæ. Accesserunt huic editioni præcipuorum Græciæ Imperatorum icones æri incisæ, ut et index rerum et verborum præcedenti multo auctior et emendatior. Amst. ex typographia P. et J. Blæu. Ceterum est repetita Hackiana Keuchenii 1675.

—Oxonii, 12. Repetitio ed. 1675.

1688 Hamburgi, 8. cum notis Aug. Buchneri, ad tironum maxime captum comparatis.

—Lipsiæ, 8. Repetitio Amstelodamensis 1687. Accedit triplex in Nepotem clavis, chronologica, geographica, et stathmica, quæ monetæ atque mensuræ veteris convenientiam cum nostrate exhibet, auctore M. P. L. S. Additus quoque index duplex, alter Bœcleri Latinus, alter locutionum Germanicarum.

1689 Lipsiæ, 12. cum perspicuis notis tabulisque chronologicis ac geographicis Christoph. Cellarii.

1691 Londini, 8. cum ind. et notis Nic. Curtini. Repetitio ed. in usum Delphini 1675.

—Trajecti, 12. cum Hermanni Essenii animadvers. perquam nitide excusa.
—Amstelodami, 12. cum notis selectis Davidis Hoogstratani.
1692 Amstelodami, 12. ex edit. Rutgeri Hermannidæ. Repetitio ed. 1665.
1693 Lipsiæ, 8. cum notis Aug. Buchneri. recusa ex ed. 1688.
—Francofurti, 12. Lat. Germ. cum notis Abr. Schulteti.
1694 Lipsiæ, 12. ed. Christoph. Cellarii repetita ex ed. 1689.
1697 Oxonii, 8. e Theatro Sheldon. Repetitio ed. 1675.
—Francofurti, 8. cum Christ. Grunbergii notis philolog. histor. et geographicis, phrasiumque elegantiorum annotatione et variatione.
—Hamburgi, 8. e recensione Joach. Henningii, Conr. Hamb. adjuncto indice Hermannidis, hinc inde locupletato.
—Lugduni Bat. 8. Keuchenii v.
1699 Lipsiæ, 12. ed. Christoph. Cellarii, ex illa 1689.
—ibidem, 12. c. n. ad modum Minellii.
1700 Parisiis, 12.
1703 Hamburgi, 8. Lat. Gall. et Germ.
1704 Bernæ, 18. ex ed. Jo. Andr. Bosii, sine notis. Cum præfatione Ad. Rechenberg. et ind. loc.
—Amstelodami, 24.
—Lipsiæ, 12. c. n. ad modum Minellii.
1705 Trajecti, 12. Exprimit ed. Essenii an. 1691.
—Francofurti et Lipsiæ, 8. c. n. Buchneri, per Ad. Rechenbergium amplificata.
1706 Amstelodami, 12. Repetitio ed. Hermannidæ 1685.
—ibidem, 12. Repetitio auctior ed. Hoogstrat. 1691.
1707 Amstelodami, 8. maj. Cornelii Nepotis Vitæ excellentium Imperatorum, observationibus et notis commentatorum omnium, quotquot hactenus innotuere, illustratæ. Accesserunt huic editioni præcipuorum Græciæ Imperatorum icones, æri incisæ, ut et index rerum et verborum auctior et emendatior. Amst. apud Wetsten.
—Lugduni, 16. apud Lud. de Claustre.
1708 Oxonii, 8.
—Lipsiæ, 12. cura Minellii.
1709 Oxonii, 8. Repetitio ed. 1697.
—Francofurti, 8. c. n. Germ. Grunbergii.

1711 Lipsiæ, 12. ed. Christoph. Cellarii repetita, additis in tironum usus scholiis Christ. Schœttgenii.

1715 Londini, 12. Cornelii Nepotis excellentium Imperatorum vitæ, curante Mich. Maittaire. Londini, ex officina Jac. Tonson et Joh. Watts.

1717 Halæ, 12. Germ. cum phrasibus Lat.

1718 Rothomagi, 12. Cornelius Nepos notis selectissimis variorum illustratus. Rothomagi, ap. Richard. et Nic. Alemannum.

1720 Londini, 8. editio in usum Delphini repetita.

—Lipsiæ, 12. cum Cellarii notis suppletis ab Andr. Stubelio.

—Patavii, 8. Cornelii Nepotis quæ extant omnia. Patavii, excudebat Josephus Cominus.—Editio hæc accurata et nitida debetur curæ Vulpiorum (Jo. Antonii præcipue) habetque indicem elegantiorum locutionum, et varr. lect. edd. Venetarum 1471. et 1522.

1721 Dresdæ, 8. cum notis Buchneri.

—Patavii, 8. ex rec. Vulpiorum, repetita ex ed. 1720.

—Gothæ, 8. cum notis Chr. M. Fischbeck.

1722 Francofurti, 8. Germ. explicat. opera J. C. Malschii.

1723 Lipsiæ, 12. cum notis ad modum Minellii.

1724 Basileæ, 12. sine notis, cura Mich. Maittaire.

1726 Lipsiæ, 12. cum notis ad modum Minellii.

—Londini, 8. Lat. et Angl. c. Jo. Clarke.

1727 Patavii, 8. ex rec. Vulpiorum, exc. Jos. Cominus.

—Wratislaviæ, 8. Succus et sanguis Cornelianus, i. e. Cornelius Nepos de vita excellentium Imperatorum, vulgo Æmilius Probus, at perperam dictus, nova arte, nativa tamen, multoque commodiore enucleatus a Jo. Joach. Ungnad, Seehusa-Palæo-March. Wratisl. ap. Mich. Hubert.

1728 cum Abr. Kriegelii explicationibus Germ. 8.

—cum notis Germ. Em. Sinceri. 8.

1729 Brandeburgi, 8. cum Casp. Gottschlingii. notis phil. mor. et hist.

1733 Patavii, 8. ap. Jos. Cominum, ex rec. Vulpiorum.

—Berolini, 8. cum notis Germ. Em. Sinceri.

—Lipsiæ, 12. cum notis ad modum Minellii.

ÆTAS V. STAVERIO-HEUSINGERIANA 1734—1747—1755—1789.

Conjungimus adversarios, quorum certamina profuere lectioni Bosianæ, quamvis in paucis emendandæ. Scilicet Augustin. van Staveren, qui non modo aliquibus Codd. Mss. præter jam collatas a superioribus editt. quamvis haud satis diligenter usus, sed et pro excerptis a Keuchenio integras variorum notas colligere voluit, iisque suas addidit an. 1734. In qua locupletiori editione quid sibi displiceret, cum Jo. Mich. Heusingerus, Rector Isenacensis, in Spicilegio Emendd. an. 1744. ostendisset, rixari cœpit Staverius in Obss. Miscell. Dorvillianis. Heusingerus vero etiam instructior a collationibus Ms. Axeniani et edd. priscis, haud tamen Ascensianam I. et Aldinam superantibus, nisi in vita Attici ed. Rom. 1490. accessit ad Bosianam II. denuo recensendam, ab ea rarius dissentiens, ceterum sic illustravit notis et auctiori Bosiano Indice, ut quoad criticam rationem palmam præripuisse Staverio fere videretur 1747. et 1755. Neque tamen ille post Heusingeri fatum, nævos edit. I. suæ in altera 1755. abstersit, sed et quasi Heusingerianam non viderit, convicia priora repetiit, notarum farraginem novis auxit. Haud inutilem post hos duumviros operam consumsit clar. Jo. Frid. Fischer, Prof. Lips. in libello variarum lectionum repetitæ Bosii editioni an. 1759. cum illustr. præf. de Codd. et editt. Nepotis, fragmentis duobus ex Cod. Guelferbyt. a Jac. Frid. Heusingero, ex fratre Jo. Mich. nepote, addito; quæ iterum prodiit 1768. auctior. Interim Staverianam II. clar. Jo. Kappii notis suisque locupletatam reddidit philologus celebris Theoph. Chr. Harles Erlangæ 1774. quam ad ed. uberiores notas criticas scripsit idem Kappius. Alii interea Bosii recensionem secuti vel Cellarii notas, ut adolescentibus utiliores, repetierunt, ut Chr. Aug. Krigel Lips. 1774. vel Keuchenianum exemplar c. n. Keuchenii abscissis et suis, ut B. C. Sandwig Hafniæ 1776. vel cum notis a delectu laudatis, ut J. S. Ith, Bernensis, vel cum suis notis in usum scholarum, pro suo cujusque sensu dederunt. Ceteræ repetitæ vel leviores, ut ex Gallis Philippei, ex indice noscuntur.

1734 Lugduni Bat. 8. maj. Cornelii Nepotis vitæ excellentium Imperatorum cum integris notis Jani Gebhardi, Henr. Ernstii,

et Jo. Andr. Bosii, et selectis Andr. Schotti, Dion. Lambini, Gilb. Longolii, Hieron. Magii, Jo. Savaronis, aliorumque doctorum, necnon excerptis P. Danielis. Accessit locupletissimus omnium vocabulorum index, studio et opera Jo. Andr. Bosii, curante Augustino van Staveren, qui et suas notas addidit. Lugd. Bat. ap. Sam. Luchtmans.—Locupletissima huc usque editio. Basis est exemplar Bosianum. Ceterum Staverius usus est Mstis et edd. melioribus. De ejus correctionibus inter eum et Heusingerum controversia nata est.

1736 Berolini, 12. cum indice.

1737 Regiomonti, 12. cum notis Cellarii.

— Lipsiæ, 12. cum notis, etc. Cellarii.

— Berolini, 12. cura Muzelii.

— Onoldi, 12. cum notis Germ. Œderi.

1742 Venetiis, 12.

1744 Isenaci, 4. Spicilegium emendatt. et observationum ad Corn. Nepotis vitas XVIII. priores.— Huic Spicilegio opposuit Staverius Animadverss. in Obss. miscell. Dorvill. posterioribus T. VI. pag. 513. sqq.

— Londini, 12. Cornelii Nepotis excellentium Imperatorum vitæ. Lond. typis Jo. Brindley.

1745 Halæ, 12. sine notis.

— Amstelodami, 16. Corn. Nepotis vitæ excellentium Imperatorum. Editio nova emendatior—ap. J. Wetstenium.

— Parisiis, 12. ex recognitione Steph. Andr. Philippe. Lutet. Paris. sumtibus Mich. Steph. David.

— Amstelodami, cum interpretatione Gallica et obss. hist. geogr. et crit.

— Gœttingæ, 8. Enchiridion sive prudentia privata et civilis T. Pomp. Attici a Corn. Nepote descripta, recensuit Jo. Matth. Gesner.

1746 Berolini, 8. Corn. Nepotis vitæ excellentium Imperatorum. Accedit versio Gall. curante Jo. Petr. Millero.

1747 Isenaci et Lipsiæ, 8. Cornelii Nepotis de vita excellentium Imperatorum liber cum amissorum operum Fragmentis, sola vetustiss. exemplarium fide recensitus, perpetuisque emendationibus criticis emendatus a Jo. Mich. Heusingero. Accedunt chronologia omnium Imperatorum, omniumque vocabulorum ac rerum index Bosianus, multo quam antea plenior et auctior.

Isenaci et Lips. sumtu et typis Jo. Christoph. Krugii.—Heusingerus et ipse consuluit exempla quædam vetera, et a Frid. Noodt discrepantem scripturam ex optimæ notæ membranis Axenianis in exemplaris Noodtiani marginibus annotatam accepit. In constituenda contextus lectione rarius dissentit a Bosio: in animadversionibus potissimum de lectionis varietate et veritate, interdum quoque de potestate et vi verborum ac sententiarum, breviter quidem, at acute intelligenterque, disputat. Index est egregius ac plenus, et vicem commentarii frequenter præstat.

— Augustæ Vindel. 8. cum notis Em. Sinceri Germ. repetita ex ed. 1728.

1748 Wratislaviæ, 8. ap. Mich. Hubert. Succus et sanguis Cornelianus, etc. Rep. ed. 1727.

1749 Francofurti, 8. cum notis Germ. Em. Sinceri.

— Glasguæ, 24. ex ed. Oxoniensi.

— Berolini, 8.

1750 Augustæ Vindel. 8.

1754 Parisiis, 12. ex recognitione Steph. Andr. Philippe, ap. Barbou.

1755 Isenaci et Lipsiæ, 8. sumtibus Gottl. Griesbachii. Editio Heusingeri 1747. mutata tantum tituli pagina.

— Lugduni Bat. 8. Cornelii Nepotis vitæ excellentium Imperatorum iconibus ornatæ, et nonnullis animadversionibus, partim criticis, partim historicis, illustratæ. Lugd. Bat. apud S. Luchtmanns et fil.—Notam negligentiæ ab Heusingero inustam, in hac ed. delere studuit Staverius.

1756 Berolini, cur. Petr. Miller, cum versione Gall. emendatior quam illa 1746.

— Isenaci et Lipsiæ, 8. Heusingeri ed. repetita.

1757 Parisiis, 12. chez Brocas et Barbou. Corn. Nep. Latin et François avec des notes geogr. histor. et critiques par le Gras.

1759 idem, 8.

— Lipsiæ, 8. ex recensione atque cum animadversionibus Jo. Andr. Bosii. Libellum variarum lectionum et præfationem addidit Jo. Frid. Fischerus.

1761 Glasguæ, 8.

— Norimbergæ, 12. cum phrasibus Latinis et præfatione Gottschlingii.

— Brandeburgi. Eadem editio.

1762 Francofurti, 8. cum notis Em. Sinceri.

1764 Lemgoviæ, 8. Corn. Nepotis vitæ excellentium Imperatorum ad exemplum optimarum editionum expressæ, notisque maxime geographicis et historicis illustratæ a Just. Conr. Mensching.

1765 Parisiis, 8.

1768 Parisiis, 12.

— Francofurti, 8. cum notis Germ. Em. Sinceri.

— Lipsiæ, 8. Corn. Nepotis vitæ excellentium Imperatorum ex recensione atque cum animadversionibus Jo. Andr. Bosii. Libellum variarum lectionum et præfationem addidit Jo. Frid. Fischerus. Lips. in libraria Weidmania.—Rep. ed. 1759.

— Londini, 8. ed. in usum Delphini repetita.

1773 Halæ Sax. 8. Uberiores in Cornelium Nepotem Obss. criticæ Jo. Kappii Prof. Baruthini in Harlesii Opusc. varii argumenti exscriptæ sunt.

1774 Erlangæ, 8. Corn. Nepotis vitæ excellentium Imperatorum, cum animadversionibus partim criticis, partim historicis Augustini van Staveren, cura Theoph. Christoph. Harles, qui et suas et Jo. Kappii V. Cl. notas adjecit. Erlang. ex offic. Waltheria.

— Lipsiæ, 8. Corn. Nepotis vitæ exc. Impp. una cum Fragmentis, e recensione Jo. Andr. Bosii, cum animadversionibus integris Christoph. Cellarii, indicibus historico ac Latinitatis.—Editor Christ. Aug. Kriegel notis Cellarianis et suas addidit, in quibus præcipue de lectionis varietate disputat.

— Francofurti, 8. cum notis Germ. Em. Sinceri.

1775 Halæ, 12.

— Berolini, 8. curante Jo. Petr. Miller. Vid. an. 1746. et 1756.

1776 Hafniæ, 8. ad exemplar Keuchenianum, in usum scholarum Daniæ et Norvagiæ. (cura Barthold. Christ. Sandwig.)

— Norimbergæ, 12.

1778 Manhemii, 8. min.

1779 Bernæ et Lausannæ, 8. ap. societatem typographicam. Cornelii Nepotis vitæ excellentium Imperatorum: textui ad optimarum editionum fidem recensito accesserunt illustrationes brevissimæ, vel ex aliis selectæ, vel recens additæ. Curavit J. S. Ith, Bibliothecæ reipublicæ præfectus.

1780 Monachii, 8. Cornelii Nepotis selectæ vitæ excellentium Imperatorum. Subjectis interpretum animadversionibus suasque ad usum scholarum adjecit Henr. Braun.

— Genevæ, 12. ex recognitione Steph. Philippe.
1782 Biponti, 8. studiis Societatis Bipontinæ.
1787 Coloniæ, 8.
1788 Lipsiæ, 8. e. rec. Jo. Andr. Bosii.

VERSIONES.

[Ex Jo. Alb. Fabricii Bibliotheca Latina a Jo. Aug. Ernestio auctius edita, T. I. c. 6.]

VERSIONEM Vitarum Nepotis *Græcam* habuit Jo. Christophorus Wolfius, incerto auctore. Initium est: *ὁ Μιλτιάδης τοῦ Κίμωνος, ἐκ τῆς τῶν Ἀθηνῶν πόλεως τῇ παλαιᾷ γενέσει καὶ τῇ δόξῃ τῶν προγεγενημένων*, &c.

Versiones vernaculas, puerorum causa scriptas *Germanice*, non attinet commemorare, nec libellos phraseologicos, aut imitationum puerilium libros.[1] *Belgice* versus est a Jo. Hilaride, Roterod. 1688. 12. *Gallice* a Bernardo Girardo, Paris. 1568. 4. ab Ant. Pineto, quem sæpe a vero sensu aberrasse notat Colomesius ad Gyrald. p. 202. ab Ant. le Gras, Paris. 1729. 12. quæ parum fidelis esse judicatur ab ipsis Gallis. Vitam Attici vertit Jo. Franc. Sarasinus in Opusculis, Paris. 1656. 1658. 8. Hic est Sarasinus, qui sub Attici secundi nomine scripsit bellum Parasiticum, sive Satiram in Petr. Monmorium. *Anglice* a pluribus versus est Oxon. 1684. 8. Vitam Iphicratis vertit Andr. Allam, teste Wood Athen. Oxon. T. II. p. 595. Atticum Matth. Hale. Totus Nepos a Jo. Clarke, additis notis et indice, Lond. 1726. 1732. *Italice* vertit Remigius Narninus Florent. Venet. 1550. 8. Etiam Veron. 1732. 4. una cum versione Catonis et Attici a Dionys. Ramazzino facta. V. Act. Erud. nov. suppl. p. 248. *Hispanicam* et *Polonicam* versionem memorat D. G. Mollerus in Diss. de Nepote, §. 19. *Hungarice* vertit Georg. Ballog. V. Czwittinger in Hung. liter. p. 29. qui Sempronii editam hanc versionem tradit. *Danice* interprete Jo. Dabergio prodiit Hafn. 1669. 8.

NOTÆ

[1] Non est prætereunda tamen versio novissima, ceteris præstantior, auctore clar. Bergstræssero, cum ejusdem annotatt. quæ prodiit Francof. ad M. 1783. 8.

De Cornelii Nepotis nomine, patria, ætate, et variis operibus jam satis dictum in Vita, supra p. 15. sqq. Editionum Recensui Bipontino supplementum qualecumque nunc, de more, subjicimus.

Editio M. T. Ciceronis Epistolarum ad Atticum, Brutum, et Q. Fratrem, apud Gryphium, Lugduni 1555. 24mo. continet etiam T. Pomponii Attici Vitam, per Cornelium Nepotem.

Fragmenta quæ secutus est Livius, Franc. 1588. et Bas. 1590. 8vo. Franc. ad M. 1628.

C. Nepotis Opera quæ extant, cum Notis et Indice per Bœclerum. Arg. 1630. 8vo. Et Traj. ad Rhenum 1655. 8vo. Biblioth. Bodl.

Notæ in Miltiadem Nepotis, per Joan. Schefferum, Hamb. 1675.

C. Nepos Anglice versus per varios Oxonienses interpretes. Oxon. 1684. 8vo. Biblioth. Bodl. Repet. Lond. 1685. 1712. 1723. 1726. 12.

Vitæ, &c. ex editione Rutgeri Hermannidæ. Londini. S. Smith. 1688. 12mo. Bruggermanni View of English Editions.

Nepotis Vitæ, &c. 8vo. Amstelod. 1707. cum notis Mss. Car. Burneii. Sic Catal. Musei Britann. Sed errat; nam Mss. notæ sunt viri docti J. Taylor, S. T. P. cujus autographum nobis bene notum est.

Vitæ Excellentium Imperatorum, &c. Lond. 1710. 1724. 1741. 1756. 1764. 12mo. ibid. 1768. 18mo.

The Life of T. P. Atticus, with Remarks by Richardson Pack, Esq. Lond. 1719. 8vo. Repetita fuit Lond. 1733. 8vo. Extat etiam in Operibus R. Pack.

Nepotis Vitæ, &c. cum Interpretatione, &c. cura Nicol. Courtin, in usum Delphini. Repetita fuit a. 1729. 1773. 1780. 1786. 8vo. Lond.

Vitæ, &c. ex editione *emaculatissima* Augustini Van Staveren emendatæ. In ædibus Academicis excudebat Rō-

bertus Foulis, Academiæ Typographus. Glasguæ, 1744. 12mo. et 8vo.

C. Nepotis Vitæ, &c. cum Anglica Versione per Arrol. Edinb. 1744. 8vo. Bruggermanni View of English Editions.

C. Nepotis Vitæ, &c. cum Notis Essenii, edente Westerhovio, Amst. 1746. 8vo. Biblioth. Pinelliana.

Cornelii Vitæ, &c. Edidit Christ. Cellarius. 8vo. Lips. et Regiom. 1750.

Notatu dignum est, quod memorant Harwood et Dibdin, n. Nepotem Moscuæ excusum esse a. 1762. qui igitur, quod ad Classicos auctores pertinet, preli Russiaci est quasi primitiæ.

Cornelii Nepotis Vitæ Anglice versæ. Per J. Stirling, S. T. P. cum Versione ad literam facta, et aliis subsidiis tironum usui accommodatis, Lond. 8vo. 1767.

Nepotem Germanice vertit, cum annotationibus, Otto, Magdeb. 1776. 8vo.—De Germanicis Versionibus vid. plura in Harlesii Not. Brev. p. 174. et seqq. et Suppl. I. p. 285. seqq. II. p. 501. seqq. et Introd. p. 359. seqq.

C. Nepotis Vitæ, &c. 8vo. apud Foulis, Glasguæ 1777.

Vies des Grands Capitaines de l'antiquité, trad. avec des notes par l'Abbé Paul, Paris. Barbou. 1781. 12mo. 'Avant cette Traduction,' dit Brunet, (Manuel du Libraire,) la meilleure était celle d'un anonyme, Paris, 1744. ou 1759. ou 1771. 12mo.'

Interpretationi Historicæ, ait Klügling (Addit. ad Theoph. Christ. Harles. Brev. Not.) bene inservit editio a Ph. Lud. Haus curata Mogunt. 1784. 8vo.

Præclara Bipontina editio, Indice luculento instructa, Biponti repetita est 1788. atque iterum 1796.

Editio auctior Van Staveren (Lugd. Bat. 1773.) repetita fuit cum notis eruditis a Tzschuckio, Misniæ, 1791.

Bene audit H. Bremi editio, cum notis Germanicis, 8vo. Tiguri 1796. repet. Turic. 1812. Dimidio fere auctior priori.

Vitæ, &c. Paris. apud Renouard. 1796. 2 Vol. 18mo.

C. Nepotis Vitæ Imperatorum, &c. 12mo. Par. ap. Didot, an. VII. Reip. (1799.) Editio stereotypa. Mus. Britan.

Omnes sequentes merum Nepotis textum, n. sine annotationibus aut commentariis, suppeditant: Didot. Paris. 1799. 12mo.—Hafniæ, 12mo. 1800. curante M. Rathje, qui optimas editiones contulit.—1801. 8vo. Lips. cum Vita Nepotis a G. J. Vossio.—Erford. 1802. 8vo. curante J. J. Bellermann.—Manheim. 1808. 8vo.—Hanover. 1809. 8vo.—Hafniæ, 1810. 8vo.—Marburg. 1810. 8vo.—Darmstad. 1812. 8vo.—Wirteburg. 1815. 8vo. Halæ, 1817. 8vo.

Æstimatur C. Benj. Schmiederi editio, cum notis Germanicis, 8vo. Berol. 1801. qui Halæ Sax. 1798. Lexicon über den C. Nepos, &c. edidit multum laudatum; et etiam Caroli Frid. Heinrick, Vratislav. 1801. 8vo. et J. G. Hutten, Tubing. 1798. 8vo. et anonymi, sine notis, Franc. ad M. 1801. 8vo. et sine notis quoque Marburg. 1799. 8vo.

Nepotis Vitæ, &c. Harlesii, 8vo. 1801. Repet. edit. 1774.

Vir cl. M. Chr. Jul. Guil. Mosche edidit Librum a Germanis commendatum, Programma de eo, quod in Cornelii Nepotis Vitis faciendum restat, &c. Franc. ad M. 1802. 4to.

Vitæ, &c. Curavit, notis et indice illustravit C. H. Paufler. Lips. 1804. 8vo.

Multum laudatur, quasi ad usum criticum prorsus necessaria, nova editio Jo. Fr. Fischeri, a docto Harlesio curata. Lips. 1806. 8vo.

Vitæ Imperatorum, cum animadversionibus J. A. Bosii. Notas adjecit Fischerus. Lips. 1806. 8vo.

Nepotis omnia quæ extant, Mediolani. Per Aloysium Musium. Fol. 1807.

Cornelii Nepotis, &c. Oxon. 1811. 12mo.

Critice se agunt, et bene audiunt, edit. M. Birgeri Thorlacii, Hafniæ 1811. 8vo. et (in Bibliotheca Classica, tomis octo comprehendenti Auctores Classicos Romanos, inter

quos extat Tom. II. Cornelius Nepos,) editio Franc. Nic. Titze, primum vulgata Pragæ, 1813. 8vo.

C. Nepotis Excellentium Imperatorum Vitæ. Cum Fragmentis, et variis Lectionibus. Oxon. 1815. 12mo.

Corn. Nepot. Vitæ, &c. adjecto Lexico. Editionem curavit M. Christ. Frid. Luttmann. Lips. 1816. 8vo. Lexicon über den Corn. Nepos, est etiam separatim venale. 'Textus,' ait Klügling, 'in hac editione est vulgaris; Lexicon autem cedit in utilitate ac præstantia Schmiederiano.' Lexicon Benj. Frid. Schmiederi prodiit auctius et emendatius Halæ 1816. 8vo.

Vitæ, &c. Editionem in usum scholarum paravit Jac. Brand. Franc. ad M. 1817. 8vo. Prior editio prodiit 1809. 8vo.

Cornelii Nepotis Vitæ, &c. ex editione Augustini Van Staveren, et Pomponii Melæ Geographia, ex editione Abrahami Gronovii. Recensuit et accuravit Johannes Carey, LL. D. 18mo. Lond. 1819.

C. Nepotis Vitæ, &c. cum Fragmentis et variis Lectionibus. Oxon. 1819. 8vo.

C. Nepotis Vitæ, &c. quibus accedunt notulæ Anglicæ et Quæstiones. Studio C. Bradley. Londini, in Ædibus Valpianis, 1820. 12mo.

De Dissertationibus in Nepotem, de Compendiis, et si quid aliud, quod ab exteris prolatum fuerit, disserere non conabimur. Si cui harum rerum sit desiderium, Fabricium, Ernestium, Harlesium, Kluglingium consulat: immo præcedentis Notitiæ lector quædam huc pertinentia jam satis intellexerit. Unam tantum Dissertationem in Cornelium notabimus, a sagacissimo et doctissimo viro J. Jortin, S. T. P. Anglice scriptam, quæ extat in ejus Tractatibus philosophicis, criticis, et miscellaneis.

Nec nostrum est editiones Daretis Phrygii et Pseudo-Dictyos describendo lectorem morari. Versiones Latinæ horum historiographorum nostro Nepoti perperam tributi sunt; et de his quidem Fabricius et Ernestius facem præstiterunt. At nihilominus, ut harum historiarum varios

codd. Mss. in Bibliothecis Britannicis sub nostri nomine Cornelii inspeximus, et eosdem lectori indicavimus, rebus nostris non omnino alienum videtur duas vel tres Versiones Anglicas saltem memorare, praesertim quod Chronici nostrates antiqui, more suo fabulantes, in Britannorum suorum origine a Trojanis deducenda sunt multi.

Ex hoc numero sunt: Anglica Versio a Joan. Lydgate, 1500. et 1513. fol.—A Thoma Marshe, Lond. 1755. fol.—Daretis Phrygii Angl. versio a Thoma Paynell, Lond. 1555. 8vo.

His adjici possint, Daretis Phrygii sex Libri Latino carmine a Josepho Exoniensi elegantissime redditi; recogniti et emendati cura et studio Joannis Mori, qui eosdem argumentis illustravit, totumque opus vero auctori restituit, Lond. 1675. 8vo.

RECENSUS CODICUM MSS.

CORNELII NEPOTIS

QUI IN BIBLIOTHECIS BRITANNICIS ASSERVANTUR.

Codices in Museo Britannico.

Biblioth. Reg. 6 C VIII. cum Pauli Orosii Hispanici Hist. continet (art. 2.) Daretis Phrygii de Excidio Trojano Historiam, Cornelio Nepote interprete. sæc. XIII. Hic codex forsan pretiosus est, eo quod valde antiquus: sed nil moramur lectorem de libro qui Cornelii nostri nomen tantum præ se fert.

Idem dicendum est de codd. 10 A X. 6. 13 A V. 4. et 15 A XXII. 2.

In *Biblioth. Harl.* No. 2580. cod. est, continens inter multa alia, (art. 1.) Cornelii Nepotis Vitam Pomponii Attici, fol. 2. Præcedit titulus pro Æmilio Probo, et pauca de Eumene. Continet etiam (art. 2.) Catonis Vitam ex Æmilio Probo, et (art. 4.) Æmilium Probum de excellentibus Ducibus exterarum gentium. Mutilus, desinit in Vita Epaminondæ. Cod. chartac. folia continens 169.

No. 260. Cod. chartac. sæc. XV. continens C. Nepotem de excellentibus Græciæ et aliarum gentium Ducibus.

In Catalogo Mss. indescriptorum in Museo Britannico per Ayscough, vol. I. p. 346. est cod. chart. Cornelii Nepotis, circa sæc. XV.

Codices Cantabrigienses.

In *Bibliotheca Publica* Univers. Cornelii Nepotis Vita Pomponii Attici, 1684. 8.

C. Nepotis Historia Virorum Illustrium, 2528.

Inter codd. Cantab. in Biblioth. Publica collocatur C. Nepotis editio Oxon. 1697. cum paucis annotationibus, vel potius variis lectionibus cl. J. Taylor. Hæc collatio, ut apparet ex hac notula manu J. Taylor scripta, codici C. Nepotis in Biblioth. Publica Cantab. referenda est: 'Cod. Ms. Acad. Cantab. recens scriptus. Isti Academiæ donabat Hacket Episcopus.'

In *Biblioth. Trin. Coll.* est cod. C. Nepotis membran. nitide scriptus, sine notis, circiter XIV. sæc. Incipit feliciter Vita Miltiadis: præfigitur Æmilii Probi lib. de excellentibus exterarum nationum Viris.

Hæc Biblioth. alium etiam codicem Nepotis continet, sæc. XIV. vel XV. membran. 8vo., cui etiam præfigitur Æmilii Probi lib. de excellentibus exterarum nationum Viris.

Quod ad Æmilium Probum pertinet, quem quasi conditorem harum Vitarum codices memorati, et alii, tradunt, bene notum est, et vix hic repetendum, eum sub Theodosio Imperatore vixisse; cui librum Nepotis multum exornatum dono misit Æmilius Probus, ut liquet e versibus antiquo codici præfixis. Vide supra, p. 19.

Codices Oxonienses.

Bibliotheca Bodleiana continet inter Laudi et Seldeni Mss. duos codices qui inter alia complectuntur Daretis Phrygii Hist. Excidii Trojæ, cum Epistola Cornelii ad Sallustium, falso nostro Cornelio Nepoti ascripta.

Canonici Lat. 159. continet C. Nepotis Vitas, &c. cod. chartac. XV. vel XVI. sæc. cum variis lectionibus et marginalibus indicatoriis; membran. nitide scriptus: et, ni fallimur, alius est inter Canon. chartac. sine variis lectionibus et glossis, sæc. ejusdem.

Inter *D'Orvillianos* codd. Mss. et impress. invenienda est, No. X. 1. 6. 10. collatio Corn. Nepotis, i. e. Præf. Timoleont. Regg. Hamilc. Hannib. Ep. Corneliæ.

In x. 2. infra 2. 4. extant variæ lectiones et notæ in diversos auctores, inter quas sunt notæ J. P. D'Orville, collatæ ad editionem Amstelod. 1706. pp. 15.

Et hactenus de Oxoniensibus: de codd. enim C. Nepotis in Bibliothecis Collegg. Oxoniensium nihil audivimus.

Codices Dublinienses.

In Biblioth. Collegii sanctæ Trinitatis apud Dublinium codicem extare memorat Catal. Mss. Angl. et Hibern. No. 407. qui inter alia continet (art. 4.) Daretis Phrygii Historiam de Vastatione Trojæ a Cornelio Nepote (ut fertur) de Græco in Latinum sermonem translatam.

Tribuit quoque idem Catal. isti Biblioth. (No. 489.) alium codicem qui continet etiam, inter alia, eandem Historiam, cui præfigitur Epistola Cornelii ad Sallustium de eadem.

Codices Eboracenses.

In Biblioth. S. Petri apud Eboracum, No. 407. (sic saltem legimus in Catal. Mss. Angl. et Hib.) codex est, amplectens, inter alia, Daretis Phrygii Hist. de Vastatione Trojæ, a Cornelio Nepote (ut fertur) de Græco in Latinum sermonem versam. No. 489. continet, inter alia, ejusdem Hist. exemplar, cui præfigitur Epist. Cornelii ad Sallustium de eadem. Ita saltem olim, n. 1694. secundum Catal. Mss. Angl. et Hib. sed non nunc, nisi commentarioli nostri, in ea bibliotheca quondam relati, deficiant.

Hactenus de codicibus Cornelii Nepotis Britannicis: de exteris v. J. F. Fischeri Præf. supra p. 7. sqq.

INDEX

IN

CORN. NEPOTEM,

A JO. ANDREA BOSIO CONFECTUS.

Primus numerus Vitam, secundus Caput cujusque vitæ, notat. Literæ *Præf.* Præfationem, *Fr.* Fragmenta designant; *Lamb. Schott. Sav.*, ea quæ ex commentariis notisque Lambini, Schotti, atque Savaronis; *Boecl. Loccen. Vorst.*, quæ ex indicibus Boecleri, Loccenii, Vorstii sunt desumta.

A condiscipulatu conjunctissime vivere cum aliquo xxv, 5 a fundamentis disjicere arcem (*ἐκ θεμελίων*, funditus) xx, 3 domum xxiii, 7 a lassitudine acquiescere xiv, 11 a puero in exercitibus versatus (inde a pueritia) v, 2 a stirpe ad hanc ætatem (ab initio familiæ et originis) xxv, 18 ab adolescentia usque ad extr. ætatem xxiv, 2 ab consulatu usque ad extr. tempus xxv, 16 (In his omnibus tempus significatur). ab Lacedæmoniis summa imperii maris transfertur ad Athenienses (illis ademta, confertur Atheniensibus) iii, 2 ab tam tenui initio tantæ opes profligatæ (tam parva occasione) xvi, 2 (E quibus locis simul apparet, τὸ Ab etiam ante consonas poni solere: cujus rei exempla præterea habes i, 3. x, 1. xi, 2. xvii, 7. xviii, 10. xxiii, 3). ab aliquo magnas prædas facere xii, 2 (nisi tamen τὸ A glossema est). ab anno vices. (inde ab anno ætatis vic.) xviii, 13 ab janua prospicere xxiii, 12 (nisi malis ad præced. puer referre: v. infr. v. Janua). ab interitu retraxit Thebas Epamin. xv, 8 ab invidia tantum se putabant futuros (abfuturos, remotos, liberos futuros) xii, 3

Abalienare aliquem rebus suis (ad defectionem impellere) xvii, 2 Sic: abalienata oppida xxii, 2 (adde Alienare)

Abdere se penitus in Thraciam vii, 9 (veluti in sinum securitatis. de eo, qui suam fortunam occulere studet. Boecl. Sic Cæsar B. Gall. vi, 5 'ne desperata salute se in Menapios abderet.' Et Cicero ad Famil. xiii, 29 'abdidit se in intimam Macedoniam.' Et vii, 18 'Abdo me in Bibliothecam.' Adde inf. Penitus)

Abesse tantum a cupiditate pecuniæ, ut xxv, 12 a societate sceleris, ut xx, 1 ab insolentia, ut xvii, 5 (adeo vacare his rebus: elegans formula: pro qua alii malunt, Tantum abest ut cupidus esset pecuniæ, ut potius &c.). tantum abesse ab invidia, quantum xii, 3 (in edd. vulg. Sed ibi leg. est, ab invid. futuros). tantum abest ut putem (adeo non puto) Fr. 5 abest hoc a persona principis (non decet p. p.) xv, 1 abesse ab urbe (peregre esse) xxv, 20 (ubi tamen cod. Schotti, ab urbe esset). abest hæc urbs ab illa tot millia pass-

(distat) xxiii, 6 longe aberat ab his regionib. xiv, 4
Abhorrere a consilio alicujus i, 3 opp. accedere ad consilium, ibid. non abhorrent ejus mores a meis (de similitudine morum) xxv, 14
Abjicere aliquid in propatulo (sinere jacere, tanquam rem vilem) xxiii, 9 abjectus (opponitur florenti) xxv, 8
Abit res a consilio ad vim pugnantium (in prælio scil.) viii, 1
Abrogare alicui imperium xv, 7 magistratum vii, 7
Abripere, quæ regi portantur (intercipere) xiv, 4 cives alicujus gentis (captivos abducere) i, 4 abripi vi tempestatum (de navigantibus) Fr. 7
Abscedere oppido (quod oppugnabatur) xi, 2 non abscedere prius (non desistere a pugna) xv, 9
Absens: absenti imperium abrogatum vii, 7 absens damnatus proditionis (Themist.) ii, 8 sustulit T. Sempronium Hannibal (scil. per Magonem fratrem) xxiii, 5 absenti abrogant magistratum (Alcibiadi Athenienses) vii, 7 absentem accusant Themistoclem legati Athen. ii, 8 reum faciunt Alcib. Athenienses vii, 4 absentes damnantur, qui exerc. deseruerant xviii, 5 absente bono duce res pejus administratur ix, 1 absentia levandæ invidiæ quæsita xii, 3
Absolvi capitis (sub. a pœna vel crimine, vel in judicio: vide Voss. de construct. cap. 26) i, 7 judicio aliquo xi, 3
Abstinere se cibo xxv, 22 (pro quo vulgo obtinet, 'abstinere cibo.' Sic Cæsar B. G. viii, 44 'paucis diebus sese cibo abstinuit.' Cic. Epist. vii, 26 'me ostreis et murænis abstinebam:' v. Voss. de construct. cap. 22. et Jo. Rhodii Ind. Scribonii)
Abstinentia Epamin. tentata (animi scil. adversus pecuniam invicti) xv, 4 Aristidis iii, 1. 3 (Cic. ad Att. Ep. 17. 'Sic in provincia nos gerimus, quod ad abstinentiam, ut nullus teruncius insumatur,' &c. Idem offic. 2. 'Nulla alia re conciliare facilius benevolentiam multitudinis possunt, quam abstinentia et continentia.' Lamb.) Sic: abstinentiæ signa (continentiæ; opponitur enim libidini aut luxuriæ) xvii, 7
Abstrahi a re majore xiv, 4 (Plus est quam abduci; nam vim et coactionem involvit: v. Donat. ad Terent. Adelph. v, 3, 57. Lucretius iii, 261 'abstrahit invitum patrii sermonis egestas')
Abundare copiarum omni genere xviii, 5 abundans omnium rerum via xviii, 8
Ac (pro, quam): aliud facturus, ac pronuntiasset xvii, 3 aliter ac sperabat xxii, 2 non secus ac x, 2 (Pro, sicut): pari diligentia ac in bello xxiii, 7 pari ac dictator imperio (de magistro equitum) xxiii, 5
Acarnanas (populum Epiri) adjunxit Atheniensibus Timotheus xiii, 2 (Ita quidem vulgo editur: sed leg. Athamanas)
Accedere Africam xxiii, 8 astu ii, 4 Lemnum i, 1 ad Atticam i, 4 ad amicitiam alicujus xviii, 1 ad consilium aliquod (consensum et approbationem notat) i, 3 (et alibi: sequi consilium alicujus; cui oppon. mox, abhorrere a consilio). ad hastam xxv, 6 (Sic, 'ad hastam suam accedere' dixit Livius 43: alii, 'ad vectigalia:' vid. Gronov. ad Senec. Epist. 101. et infra v. Hasta). ad manum (collatis signis dimicare) xviii, 5 ad rempubl. (capessere rempubl.) ix, 1 propius muros i, 7 accedit mihi animus i, 4 accesserant ad corporis firmitatem plura animi bona (juncta erant firmitati corp.) xv, 3 accessisse febrem sensit (supervenisse priori morbo, cui et rursus decessit xxv, 22) xxv, 21 (Alia ratione febris accedere dicitur, cum paroxysmus advenit)
Accessio facta est pecuniæ xxv, 14
Accelerare sibi aliquid xxv, 22
Accersi ad se aliquem jubere xxv, 21 (Sic enim leg. videtur pro, arcessi, vel arcessiri, quæ aliis placent)
Accidit casu, ut xxiii, 12 hoc secunda victoria xvi, 5 accidit, ut vii, 3. xxv, 20 existimans id quod accidit (evenit, subsecutum est) xiv, 4 sicut tam accidit vii, 7 accidit hoc ei (de novo symptomate morbi) xxv, 21 huic, quod ceteris mortalibus ix, 5 calamitas Lacedæmoniis xvii, 6 accidunt opera alicujus res adversæ, secundæ vii, 6
Accipere calamitatem ix, 1 conditionem (acceptare, ratum habere id quod offertur) xiv, 8 fidem (relat. dare) xiv, 10 imperium ab exercitu xxii, 3 injuriam (affici injuria) xxv, 11 vulnus x, 6. xiv, 6. i, 7 celeriter quæ traduntur (de docilitate discipuli) xxv, 1 (ubi tamen alii malunt arripere). acc. libenter (audire) xxiii, 2 accipiebat lacrymans talem benevolentiam civium,

(excipiebat, vel, audiebat) vii, 6 accipitur hoc auribus (de iis, quæ fama innotescunt: oppon. oculis cernere) xx, 2 (Sic, Cicero Phil. viii, 10 ' Hæc auribus accipere potuistis.' M. Seneca suas. 1 ' propitiis auribus accipitur.' Quintilian. declam. 337. ' Intelligo aversis aurib. accipi hanc partem orationis.') acceptus male (qui prælio fusus) xviii, 8 (Metaph. desumta a conviviis: vid. Thesaur. Buchneri)

Accredere (pro credere) xiv, 3 (quo usi et Cic. ad Att. vi, 2. Plaut. Asin. v, 2, 4. Lucret. iii, 870. Horat. Epist. i, 15, 25. Columella i, 1, 3. Ead. ratione Lucretius iv, 814. dixit ' adopinari')

Accrescunt dolores xxv, 21

Accubare in acta (accubitu humili) xvii, 8 in convivio xvi, 3

Accurate scribere vi, 4 accuratius agere cum aliquo (majori industria rem agere) vii, 10 accuratissime accusare vi, 4

Accusare avaritiam alicujus (pro accusare aliquem avaritiæ) vi, 4 (Similiter Cicero ad Fam. vii, 17 ' Superbiam tuam accusant.' Idem ad Q. Fr. dixit ' accusare inertiam adolescentum:' Justin. ii, 15 ' tarditatem collegarum.' Vorst.) accusari hoc crimine vi, 3. xv, 8 crimine Pario i, 8 (Utrobique subaudiendam præposit. de, docent Schopp. Gramm. Philos. p. 87. Voss. de Construct. c. 26). accusari capitis iv, 2 (subint. in judicio, vel in causa, actione, vel de pœna). proditionis i, 7 (sub. de crimine: vide Sanctii Minervam lib. 5. pag. 293. Schopp. Gramm. Philos. p. 63. Voss. l. c. Nec officit, quod etiam dicimus ' damnare aut plectere capite,' nam illic genus pœnæ; hic criminis indicatur)

Ace, urbs Phœniciæ, (sic enim legendum, monuit Bongars. ad Justini Prol. 10. aliique) xiv, 5

Acer (ὀξύθυμος, ὀξὺς, asper, iracundus, irritabilis) xiii, 3 acrius instare xviii, 4 premere adversarios xxiii, 11 acerrimus vir (promtissimus, expeditiss.) vii, 5 (Servius ad Æn. 1. ' quidam acrem in unamquamque rem vegetum, ac nimium tradunt.' Sic: ' acerrima mens Divi Augusti' ap. Tacit. Hist. ii, 76). acerrimus leo xviii, 11 concursus (conflictus) xviii, 4 acerrime occupatus in apparando (summo studio) xxiii, 7

Acerba mors (luctuosa tanquam præmatura) v, 4 (Curt. ix, 6, 19. metaph. ducta a fructib. arborum, qui ante maturitatem acerbi sunt. Servius ad illud Æn. vi, 429 ' funere mersit acerbo:' Immaturo: a pomis translatione facta). acerbius imperium (mox expon. quo quis ' crudelissime se') gerit xviii, 6 Sic: acerbitas (rigor, opp. obsequio) x, 6 (Cic. ad Q. Fr. i, 1 ' si implacabiles iracundiæ sunt, summa acerbitas est.' Similiter usi Cæsar B. C. i, 32. et Liv. xliv, 10). acerbitas temporis pristini (indigna prist. t. illata) vii, 6 (Ita Tacitus usurpat A. ii, 71, 3. et Suet. Calig. 2. ' acerbitates rerum et verborum.' Boecl. Adde Thes. Buchneri)

Acharnana civis (Acharnis oriunda vel illic habitans) ii, 1

Acheron: ab Acheronte redimere (ab inferis et sepulcro) x, 10 (Cic. or. post redit. in Senatu dixit ' excitare ex Acheronte.' Lambinus)

Acies (pro prælio) xxiii, 5 Sic: acie decernere, vel contendere i, 4 acies instructa (opp. prælio fortuito et in itinere commisso) xviii, 8 acies instructa e regione (sc. hostium) i, 5 navium (vel classium) constituitur xxiii, 11 in aciem producere aliquot peditum et equitum millia i, 5

Acquiescere (significanter, de morte, vitam laboriosam secuta) xxiii, 13 acquiescere a lassitudine xiv, 11

Acroama xxv, 14 (alluditur autem ad acroamata conviviorum i. e. symphoniacos: vid. Laurent. Pignor. de Servis, et Muret. l. 6. Var. Lect. c. 15. Boecl. Adde laudatos Ernstio in not. ad h. l. et Andr. Dounæum in not. ad Chrysostomum pag. 700. Buchner. in access. ad Fabrum)

Acta xvii, 8 (pro littore, e Græco ἀκτή, quæ proprie vox Attica, juxta Strab. lib. 1. et Photium cod. 279. Latini præter Nep. usi Virg. Æn. 5. et Cic. pro Cœlio et in Verrem v, 31. ac 36. Val. Flac. i, 742. et v, 96. Auson. in periocha Odysseæ 6. Paullin. Epist. 4 ad Ausonium: Prudent. in Symmach. i, 136. vid. Muret. Var. Lect. i, 3. Accurs. ad Auson. l. c. Brodæi miscell. ii, 8. Turneb. Advers. iii, 1. Cujac. observ. viii, 1. Casaub. ad Suet. Aug. 72. Barth. advers. xliv, 11. Salmas. exerc. Plin. p. 809. Alard. et Weitz. ad Flacci v, 95. Is. Voss. ad-

dend. ad peripl. Scylacis: et Glossæ Isonis ad Prudentii l. c.)
Actæi (Attici, Athenienses) viii, 2 (ab Acte, sive Actæa; sic enim Attica olim dicta. v. Bochart. Hierozoic. part. 2. l. ii, 6)
Actor: vide infr. post, Agere
Acumini ingenii inservire (excolere acumen ingenti) vii, 11 (Acuminis voce usus et Cic. Tusc. 1. et de Orat. 1. Lamb.)
Acutus ad fraudem (callidus) x, 8 sententiis (argutus, de oratore) Fr. 5 acutum imperatoris cogitatum (subtile, callidum inventum, consilium) xiv, 6 Sic: acute loqui (de jocis sive dicteriis) Fr. 5 scribere aut dicere, Fr. 6
Ad adventum imperatorum (ubi advenerant) xxv, 10 (Sic, 'ad famam,' ubi fama exivit). ad nostram consuetudinem (sub. comparata, relata, vel, si referantur) xv, 2 (Vulgo sic efferunt: 'respectu nostræ consuetud.' vid. Gifan. append. observat. p. 278. Sic Terent. Eun. ii, 3, 69 'Nihil ad nostram hanc.' Add. Buch. de commut. rat. dic. i, 22). ad nostram memoriam (usque ad) ii, 10 Sic: ad senectutem xi, 3. xxv, 5. 21 ad extremam ætatem xxv, 10 ad eum finem quoad (tamdiu, donec) xv, 2 (Alibi: usque eo). ad internecionem gesta bella xviii, 3 usque ad Sulpicium et Aurel. conss. xxiii, 7 (In his omnib. terminus ad quem significatur). ad Rhodios (de inscripto ipsis libro) xxiii, 13 Sic: ad exteros testimonium dare alicui vi, 4 ad hanc sententiam (in hanc sent. hoc sensu) Fr. 3 ad quintum lapidem sepultus (quinto ab urbe lapide) xxv, 22
Adamare x, 2
Addere in edictum res novas xxiv, 2 totidem naves ad superiores ii, 2 addi ut supra nihil posset xxv, 4 (ubi tamen τὸ addi quid. omittunt)
Addubito illud, utrum sciente an imprud. sit factum ix, 5 (Eleg. formula de re incerta judicium suspendentis. Sic alibi accredere dixit)
Adducere exercitus subsidio alicui xviii, 6 exercitum in eam consuetudinem, ut xi, 2 aliquem alicui in suspicionem (suspectum reddere) xxiii, 2 adduci precibus alicujus (permoveri) x, 2 ab aliquo ad desperationem xviii, 12 adduci in opinionem xiv, 6 adducitur sermo ad finem xv, 3
Adeo ut exaudiri posset x, 9 adeoque (et adeo) i, 5
Adesse (præsentem esse): Si affuisset ix, 1 quamdiu affuit (opp. mox absens) xxv, 3 in magnis rebus (consilio sc. opera) x, 1 qui aderant (sc. in militia, sive comitatu) iv, 3 omnibus periculis (in bello scil.) xvi, 4 alicui in consilio xviii, 1 (sic Cic. pro Quintio: 'qui tibi in consilio adsunt.' In Verrem: 'ut sibi in consilio adessem.' Lamb.)
Adhibere celeritatem xviii, 9 curam diligentiamque in tuenda valetud. xxv, 21 memoriam nullam contumeliæ (ea ad ultionem non uti) xv, 7 modum (sc. narrationi) xv, 4 vim iv, 4 adhibetur materfamil. in convivium (adducitur), Præf.
Adhuc (hucusque, usque ad hoc tempus) i, 5 (et in quibusd. codd. xxv, 19. Sic et alii: vid. Vorst. de Lat. merito susp. cap. 18. et Buch. Thes. Fabri. Vulgo, hactenus)
Adjacere mare (jacere, situm esse ad mare) xiii, 2 (Ita plane Frontinus iii, 9 'ab ea parte murorum, quæ mare adjacebat.' Sic recte membranæ vett. vid. Keuchen. ad eum locum. Simili constructione Lucret. v, 545 'Usque adeo magni refert, quid quæ adjaceat res:' vid. Ind. Gifanii. Subint. vero, ad. Integre Mela i, 7. Hadrumetum &c. 'hinc ad Syrtim adjacent.' Adde infr. Jacere)
Adimantus collega Alcibiadi datus vii, 7
Adipisci victoriam xii, 1 gloriam facto aliquo xi, 2 ex re aliqua xii, 2
Adire ad aliquem ii, 7. x, 8. xxiii, 2 adire maximos labores xx, 5 periculum (venire in peric.) xiii, 4 (sic sæpe Curtius: vid. Ind. Freinsh.) aditus ad aliquem patet i, 8 aditum conveniendi dare petentibus (potestatem se adeundi et colloquendi) iv, 3
Adjungere aliquid (addere iis quæ dicta sunt) xv, 10 (et in Ms. Schotti xxi, 1) Sic: hoc adjunxit (sc. multis quæ commemorat) xxiii, 3 adjungere sibi aliquem (conciliare, in familiaritatem et amicitiam asciscere) xviii, 2 adjungere consilio urbes multas ad amicitiam (aliquorum adducere ad societatem et fœdus) vii, 5 (Sic, adjungere municipia dixit Tacit. H. i, 70, 3). adjungere bellicosas (vel, reges et bellicosas) nationes, aut reges belli-

cossæ nationis (sc. ad amic.) xxiii, 10 aliquos socios (facere) xiii, 2 amicum sibi cupiebat adjungi eum vii, 9 insula adjuncta oppido (conjuncta adjacens) x, 5
Adjuvare barbaros (scil. copiis et milite in bello) i, 7 adjutum aliquem venire (ad adjuvandum) xx, 2 adjuvari ab aliquo in re quapiam xviii, 10 opibus alicujus xx, 2 adjuvari in aliqua re non minus prudentia, quam felicitate (atque prudentia sua, quam fortuna, obtinere, ut res bene succedat) i, 2
Adjutor datus (collega gerenda belli) ix, 4 alicui xii, 2
Admetus rex Molossorum ii, 8
Administrare bellum (de duce qui gerit bell.) xii, 2. xviii, 5 legationes per aliquem (adhibere aliq. ad obeundas legationes) x, 1 provinciam bene (componere ac tueri) vii, 4 administratur respubl. jure, potentia xxiv, 2 administrata eo pejus res est (de damno belli) ix, 1
Admirari aliquem (venerationem not.) x, 2 in re aliqua i, 11 Sic: admirationem sui injicere alicui (reverentiam) xi, 3 admirabile inprimis hoc fuit in eo (insigne ad gloriam) xvii, 7 quæ videbantur admiranda in Italia Hispaniisque (notatu, observatu digna) xxiv, 3
Admittere aliquem ad se domum (aditum ei permittere in domum suam) xx, 1 admittere aliquid (agendum suscipere) xxv, 15 (in edd. vulg.; sed leg. est, annuisset). admittere scelus (perpetrare) xv, 6 (sub. in se, quomodo Cic. Phil. 2. 'Ea in te admisisti.' Et auctor ad Herennium: 'Adversarii hoc,' in se facinus, 'admiserunt.' Vorst.) admitti, (propria vox de aditu ad principem) xiv, 3 Sic: nemo sine hoc admittitur (de magistro admissionum apud Persas) ix, 3 admitti ad officium aliquod (adhiberi) xviii, 1 in numerum præfectorum (assumi, asciscì inter præfectos) vi, 1
Admodum adolescentulus (omnino valde) xxii, 1 non admodum multi xxi, 1
Admonitu alicujus xxv, 20
Adolescens (de viro) xxv, 8. xvi, 1 (Ita solebant Romani, ap. Sueton. Aug. 20. de ann. 30. habente. Boecl. vid. Manut. Comm. in Epist. Cic. ad Fam. ii, 1. pag. 78. Pari modo Græci viros νεανίσκους et κομιδῆ νέους, immo παιδάρια et μειράκια, Ebræi ילדים i. e. pueros vocant: vide quæ diximus Exercit. philolog. ad 2 Tim. ii, 22. c. iii, §. 9. et 10.) illustris xxii, 3 seni jucundissimus, ut senex adolescenti xxv, 16 senem severum æqualibus in familiaritate anteponens xv, 2 adolescentulus xxiv, 1 de XXII. annorum juvene xxv, 2 (tot enim annos tum Atticus habuit: vid. Chronologic. Ernstii). adolescentulus quidam Argilius (de viro) iv, 4 (nam Thucyd. Argilium hunc ἄνδρα vocat). admodum adolescentulus (v. Admodum) xxii, 1 adolescentiæ ineuntis vitia (incipientis) ii, 1 Sic: ineunte adolescentia vii, 2 adolescentiæ initium durum v, 1
Adoptavit Atticum testamento Q. Cæcilius xxv, 5 (v. not. Ernstii, Cujac. obs. vii, 4. Petit. ad LL. Attic. ii, 7)
Adorior oppugnare viii, 2 demergere x, 6 (ut alias: 'aggredior hoc facere,' conatum cum effectu notat. Boecl. Tueri forsan hæc loca possunt vulg. lectionem apud Tacitum Agr. xxv, 4 'oppugnasse ultra castella adorti:' vid. tamen, quæ ad eum loc. Gronovius annotavit). adoriri Dodonam (de conatu corrumpendi sacerdotes Dodonæos) vi, 3 imprudentes xviii, 9
Adventare xviii, 3 adventat classis i, 7
Adventus xxii, 1
Adversi casus xiv, 5 si quid adversi accidisset, ibid. adversum tenere proficiscentibus (de vento qui proficiscentibus suo flatu est contrarius, qui contra spirat) i, 1 adversum Athenas, (e regione) ii, 3 (sic edd. vulg. Sed leg. exadversum)
Adversus arma ferre xvii, 4 (Sic Cic. offic. i, 12 'qui contra ferret arma.' Auctor ad Heren. iv, 39 'qui contra tulerint arma.' Vellei. ii, 28. 'nec tamen in eos, qui contra arma tulerant, sævitum.' Boecl. Est a. locutio elliptica. Integre Livius xxxvii, 53 'qui adversus vos arma tulerint'). adversus resistere xvi, 1 (Et hunc locum similitudo et consensus libror. tuetur. Boecl.) adversus aliquem esse xxii, 2 facere xviii, 8 stare xvii, 5 hunc adversus imperator habitus ix, 2 (In his omnibus hostilitas indicatur). hoc adversus jus hospitii est (repugnat juri hosp.) xxiii, 12 adversus aliquem venire xxiii, 4 obviam venire, ibid. (Plauto ac Terentio est 'adversum ire:' v. Buchn. Thesaur. v. Versus). ex adverso Padi fauces (vel faucibus), Fr.

7 (nisi tamen legendum est, exadversus)
Adversari alicui (de dissensione civili) xx, 2
Adversarius (de æmulo, sive eo qui factionem comparat) x, 7 in republ. administranda (ἀντίτεχνος) xv, 5 (ἀντιτασσόμενος Plutarch. in Aristide, ἀντιπολιτεία est apud Plutarch. ἀντιπολιτευόμενος in amat. narrat. Boecl.) adversarius populus (hac voce notatur τὸ φιλαίτιον, sive adversandi premendique superiores libido) xiii, 3 (Ita Boecl. Sed Clar. Schefferus referebat ad voc. potentiæ). adversarii (obtrectatores, æmuli, qui accusant in judicio) xv, 7. viii, 2 hostes ii, 4. xiv, 6, et sæpe. adversaria factio xvi, 1 quæ mox xvi, 2 (dicitur: adversariorum factio)
Adulterii suspicionem habere xv, 5 (vide Habere)
Advocare concionem vii, 6
Ædes Jovis Feretrii (templum, fanum) xxv, 20 Sic: ædes Minervæ iv, 5 Proserpinæ x, 8 Martis, Fr. 11
Ædium locus primus (πρόθυρον, atrium) Præfat. (vid. Primus). pars interior, Præf.
Ædificare classem ii, 2 mox: efficere Sic: ad ædificandas classes iii, 3 (Ita et Cic. pro L. Manil. et Cæsar locuti: tueturque Buchn. de commut. rat. dic. i, 11, 1). ædificantes Athenienses (muros instaurantes) ii, 6 ædificator (qui studio ædificandi ducitur) xxv, 13 (sic Flor. i, 8, 4. et Columella i, 4)
Ædificium: non ædificio, sed sylva, constabat amœnitas domus (non structura sumtuosa) xxv, 13 (v. Domus)
Ædilis plebis (ad differ. ædil. curulium et cereal.) xxiv, 1
Ægæ (Macedoniæ oppidum) xxi, 2 (De etymo v. Bocharti Canaan i, 13. Ptolemæo est Αἰγαία)
Ægates insulæ xxii, 1 (sitæ in mari Mediter. juxta Siciliam, vulgo perperam Ægades. De iis prolixe Cluver. Sicil. antiq. ii, 15)
Æger vulneribus i, 7 (sub. præposit. a vel ex.)
Ægos Flumen (urbs Hellesponti) vi, 1. vii, 8. ix, 1 (Græcis, ut Xenophonti, Aristot. Plutarcho, Diod. Sic. Stephano, Αἰγὸς ποταμοί. Singulari numero, ut Noster, etiam Plinius ii, 58. et iv, 10. ac Mela ii, 2. extulere. Lamb. Adde Scalig. ad Euseb. num. 1551)
Ægyptus (nota Africæ provincia) xviii, 3 Ægyptius rex xi, 2 Ægyptia classis xii, 2 Ægyptiorum munera Agesilao missa xvii, 8
Æmilius (L. Paullus) occisus xxiii, 4
Æmulari aliquem (contendere de gloria cum eo) xv, 5
Æmulatio tantæ laudis est inter hos xxv, 5 (ubi et mox, sicut et xv, 5 disting. ab obtrectatione). rerum maximarum inter hos intercedit xxv, 20 (mox: incidit, nisi tamen id a glossa est). æmulatio ducum vii, 8 potentiæ inter civitates ii, 6. iii, 2. vii, 6
Æneæ coronæ Alcibiadi donatæ vii, 6 statuæ pecunia completæ xxiii, 9 Pelopidæ interfecto donatæ xvi, 5 (nisi potius æreæ coronæ fuerunt)
Æolia (Asiæ regio ad mare Ægeum, inter Troadem et Ioniam. Eam restituere Atheniensib. conatur Conon) ix, 5
Æolis (ejusd. reg. nomen): ex Æolide principes secum deducit Darius i, 3
Æqualis alicui vel alicujus (ejusd. ætatis, σύγχρονος) iii, 1 Sic: æquales xv, 2. xxv, 1 prope æqualis (q. edd. addunt ætate) soror xxv, 17
Æque bene uti oculo dextro (sub. ac altero, vel sinistro) xxiii, 4 æque bonus paterfam. quam civis (sic leg. videtur) xxv, 13 (vulgo ed. neque. Æque quam pro, ac, dixere etiam alii. v. Buchn. Thes. v. Æque)
Æquiparare aliquem labore, corporisque viribus vii, 11 æquiparabat dignitatem ipsam urbis portus Piræei ii, 6 (Sic Virgil. ' Nec calamis solum æquiparas, sed voce, magistrum.' Lamb. Usi eodem sensu Liv. xxxvii, 53. Sueton. Aug. 94, Ner. 53, et alii)
Æquus: non æquus alicui locus (incommodus ad pugnam) i, 5 Cæsari vi, 34 (iniquus: v. not.) æquam conditionem versuræ non habere (non invenire, qui æquo ac modico fœnore mutuam det pecuniam, quo debita sua solvat) xxv, 2 (vid. Salmas. de modo usur. cap. 7. p. 300. et seqq.)
Æquitas Aristidis iii, 2 (conjungitur cum justitia et innocentia, idemque est ac lenitas sive clementia, ut apud Sallust. Catil. cap. 9. Buchn. Thes. Boecl. exp. μετριότητα, cui opponitur παρανομία et intemperantia Pausan. v. 3. Sic: æquitate summa res Chersonesi constituit Milt. i, 2. Quod de ead. lenitate exp. Buch. in comment. Sed Cl. Ravius putabat simplicissime

et ex proprietate vocis intelligendam æquitatem juris, jus æquabile, ἰσονομίαν, ubi aliquid 'aut omnibus licet facere, aut non licet,' ut loquitur Marius Victorinus in Comm. ad Cicer. Rhetor. 1. vel, ut est apud Livium iii, 34 'omnibus summis infimisque jura æquantur.' quomodo et Boeclerus de civili formato statu accepit hæc verba, 'æquitas animi.' mediocribus et præsentib. contenti viii, 2, 4. quomodo et Cic. in Rullum et de Senect. hac voce usus: v. Thes. Buchneri)

Æquora Indica (mare Indicum), Fr. 7

Æris terna millia xxv, 13 (Gronovio nostri coronati 18. cum didrachmo et hemidrachmo; sed locus corruptus videtur, legendumque tricena, vel τὸ æris delendum)

Ærarium commune (sc. civitatis) iii, 3 (sc. militare) ibid. privatum xxv, 8 ærarii augendi ratio xxiii, 7

Æs alienum inveterascit indulgendo xxv, 2 (vid. Inveterasco). crescit multiplicandis usuris, ibid.

Æstimare litem: æstimata est lis ejus tot talentis i, 7. xiii, 3 (damnatus est tot talentis; intelligitur enim ipsa pecunia mulctaticia, æstimatione delicti decreta: hinc addit Noster i, 7, 5 tot talentis æstimatam Miltiadis litem, quantus in classem sumtus factus erat. Ex antecedenti consequens notatur, i. e. ex æstimatione delicti, mulcta: ut lis sumatur pro disceptatione litis tota et culpæ, quæ in judicium vocatur. Sic in crimine repetundarum, æstimatio litis et exilium, ordinaria pœna: æstimatis, inquam, furtis, auctione quæritur ex bonis damnati ea pecunia, interdum cum auctario dupli aut quadrupli. Apud JCtos litis æstimationem offerre, est, rei litigiosæ pretium persolvere. Boecl. Adde Sigon. de judiciis ii, 28. et Pollet. hist. Fori Rom. iv, 10). æstimatam litem solvere populo (pecuniam mulctaticiam æstimatione delicti decretam) v, 1 magni æstimata hujus opera xxiv, 1 (in edd. vulg. Sed leg. est, existimata)

Ætas puerilis xxv, 1 extrema (senectus) xxiv, 2. xxv, 10 ætas extrema imperatorum (ultima tempora impp. sive tempus ultimorum impp.) xiii, 4 ætas ejus cecidit in ea tempora (tempus vitæ, vixit iis tempor.) xviii, 1 Sic: ætas nostra tulit hunc xxv, 12 ætatis ejusdem est (æqualis, viv. eodem tempore) vii, 11 ætatis suæ primi ii, 1 omnium formosissimus vii, 1 ætatis vacatio (senectutis immunitas a bello) xxv, 7 ætati omni aptissimus (hominibus cujuscumque ætatis) xxv, 16 ætate provectus (senex) xx, 4 proximus alicui (qui vixit prope ad tempus) ii, 9

Affectare munditiem (sectari) xxv, 13 (pro quo frustra Ernst. mallet e suo cod. adlectare)

Afferre manus alicui (de interfectione, cæde) xx, 1 (Petron. 'attulisse damnatas manus'). afferre alicui vim (ead. signif.) xviii, 12. Sic: affertur huic vis x, 10 (Phrasi eadem usi Cic. Phil. 12. et Ovid. Ep. 17. ac de Arte Am. 1. vid. nobiliss. Heins. not. ad loc. priorem: et sensu paulo diverso Justin. xviii, 7, 8 'non tamen vim afferre religioni ausus est'). afferre multa nova in re militari (invenire, excogitare) xi, 1 affert hæc res deformitatem (deformem efficit) xvii, 8 detrimentum rei familiari xxv, 2 afferunt hoc nuntii (nuntiatur hoc) i, 3 affertur epistola ab xvi, 3

Afficere aliquem magnis muneribus (donare) xvii, 3 pœna xxiii, 8 pœnis gravibus xvii, 4 affici exilio viii, 3 morbo xxiii, 4

Affinis (vir sororis: hæc enim propria vocis acceptio: v. Savar. ad h. l. et not. in Sidon. v, 20) xx, 1 Ita: affinitas x, 1 affinitate conjungi cum aliquo (tanquam generum cum socero) iv, 2 (nam et hi affines sunt invicem). Sic: affinitatem alicujus deligere xxv, 12 in affinitatem alicujus pervenire (tanquam avum uxoris privigni illius) xxv, 19 ob affinitatem non expers periculi (tanq. consobrinus uxori fratris) xxv, 2

Affirmabat id fore (denuntiabat, alibi) ii, 4

Afflictæ res ix, 2 (i. e. inclinatæ, accisæ. Justin. iv, 5, 2 'dum res, quamvis afflictæ, nondum tamen perditæ forent')

Affluens mundities (abundans, luxuriosa) xxv, 13 (ubi tamen alii legunt, affluentiam. Usus ea voce non semel Cicero, ut pro Archia, pro Cluentio &c. Vorst.) affluentius vivere (splendidius) xxv, 14

Afros facilius se corrupturum existimabat Lysander (sacerdotes Jovis Hammonis in Libya) vi, 3 Africanorum fortissimi Hamilcar et Hannibal xxi, 3 Africanæ possessiones (sitæ in Africa) xxv, 12

Agamemnonis belli gloriam consequi

(magnam gloriam bellicam) xv, 5
Agere aliquem ante se, ut feram bestiam xiv, 3 (Sic de adultera Tacitus Germ. xix, 2 'nudatam maritus per omnem vicum verbere agit'). agere cum aliquo (colloqui, consilia agitare) x, 2 ut aliquam sibi uxorem det, agimus (tractare, transigere) v, 1 Sic: agere per literas quæ quis cogitat (opp. colloqui cum aliquo) ix, 3 bellum (administrare) xxiii, 8 (quod perperam mutari vult Lambin.) causam populi (studere democratiæ, factionem popularem fovere) xix, 3 gratias Diis xx, 4 lege cum aliquo xx, 5 (vide Lex.) rem mandatam ut suam xxv, 15 egit nihil aliud, quam ut plurimis esset auxilio (περίφρασις magnæ contentionis ac studii; alibi, 'nihil aliud molitus est') xxv, 11 non aliud quicquam egit quam armavit regem xxiii, 10 oratores, qui nihil aliud egerunt (qui unice oratorio studio incubuerunt), Fr. 5 aguntur diligenter vigiliæ in castris viii, 4 ad agendam vitam uti præceptis philosophorum (ad usum vitæ transferre præcepta: opp. ad ostentationem) xxv, 17 si quid de se agi vellent (scil. in judicio) vii, 4 agitur id (consilia illuc tendunt) ii, 5 resciit quid ageretur (strueretur, pararetur) xiv, 2 (quid ageretur ignorabant: additur ἐπεξηγητικῶς, aut quare fieret: nam quid rei ageretur, videbant: non item cur et quo consilio. Quare in his omnibus locis subaud. est negotium aut consilium; ut in similib. locutionib. volunt Sanctius lib. 4. Minervæ p. 292. et 324. Schop. Gr. Philos. p. 68) agitur in ea re existimatio alicujus (vertitur) xxv, 15 si qua res major acta est xxv, 4 nullis agi casibus (agitari, demoveri a proposito animi) xxv, 9 (opp. minui: quare quidam legi malunt, augetur). actorem auctoremque in omni procuratione reip. habere aliquem xxv, 8 (Buch. in Thes. ait auctorem esse, qui suadet præcipitve rem, et rationem gerendi monstrat: actorem, qui administrat ac curat. Aliter Ernstius. Cæsar B. Civil. 1. 'illo auctore atque agente')
Ager (regio) xxiii, 5 ager Troas iv, 3 agro donati liberi Pelopidæ xvi, 5 agellus (de tenui possess.) xix, 1 ager Falernus (regio Campaniæ fertilissima ad Vulturnum fl. de qua Cluver. Ital. antiq. iv, 5. Merula Cosmogr. special.) ager Troas (Phrygia minor, regio Asiæ circa Trojam urbem) iv, 3
Agesilaus Lacedæm. rex factus in Asiam bellatum proficiscitur xvii, 2 inducias dat Tissapherni et servat quamvis perfido, ibid. Phrygiam populatur xvii, 3 Ephesi militem exercet, ibid. domum revocatur xvii, 4 Athen. et Bœotios apud Coroneam vincit, ibid. victoriam clementer exercet, ibid. Corinthii belli victor, urbe abstinet xvii, 5 consilium ejus subitum xvii, 6 munificentia et modestia in cultu xvii, 7 corporis bonis infelix xvii, 8 contemtus ab Ægyptiis, ibid. moritur, ibid. summus dux xii, 1 nomine potius quam potestate rex xxi, 1 (ei comparatus Chabrias) xii, 2
Aggredi aliquem (impugnare) xiv, 9 (bello persequi, bellum inferre) xiv, 4 adversarios (adorjri, irruere in adv.) ii, 4 aliquem ferro vii, 10 aggredi aliquem absentem (accusatione scil. in judicio) vii, 4 ab aliquo donis fictis (passive, pro invadi, tentari), Fr. 5 (v. Voss. de analog. iii, 6)
Agis rex Laced. filium relinquit Leotychiden xvii, 1
Agitare aliquid mente xxii, 1 (i. e. cogitare. Sic apud Justinum, 'agitare animo:' vid. Ind. Freinshemii). agitandi equos spatium non erat (exercendi cursu, circumagendi in campo) xviii, 5 agitatur navis in portu (provehitur, movetur) x, 9
Agnonides (Atheniensis) Phocionem proditionis accusat xix, 3
Agnoscere aliquem (scil. quisnam sit) xiv, 3 natum (statim atque natus fuit, sc. pro filio; mox) suum esse dicere xvii, 1 (Sic apud Curt. viii, 8, 12 Alexander: 'Jovis oraculo agnoscor.' Et August. ap. Suet. c. 65 'ex nepte Julia editum infantem agnosci alique vetuit')
Agreste amiculum xiv, 3 (v. Amiculum)
Agricola solers (qui tenet art. agriculturæ) xxiv, 3
Agrippa, M. Vipsanius, filiam Attici ducit xxv, 12
Ala equitum, Hetærice dicta (sc. in exercitu Alex. M.) xviii, 1 ei præfuit Eumenes xviii, 1. 13 (De alis veterum, præsertim Romanis, plura Lips. de Mil. R. iii, 7. Savil. p. 381. Herm. Hugo de milit. eq. iii, 5. quædam et Salmas. de re milit. c. 9. et Schelius not. ad Higin. pag. 66. et deinceps. Cincius apud Gell. xvi, 4. Alæ dictæ exercitus equitum ordines, quod circum

legiones dextra sinistraque, tanquam alæ in avium corporibus, locabantur)
Alacrior ad rem gerendam factus Pausan. Xerxis voluntate cognita (amplius excitatus) iv, 2
A. Albinus cum L. Lucullo consul fuit, Fr. 3 scriptitavit res Rom. oratione Græca, ibid.
Alcibiades: Eo in virtutibus et vitiis nihil excellentius vii, 1 quomodo educatus vii, 2 dux bello Peloponnes. delectus vii, 3 ab inimicis accusatus, et a magistratu Athen. revocatus ad dicendam causam vii, 4 Lacedæmonem demigrat, ibid. hinc ad Tissaphernem vii, 5 restituitur inde ab Atheniens., quorum res præclare gerit, ibid. magno applausu excipitur, abolita devotione vii, 6 rursus in invidiam recidit vii, 7 Philoclem ad occasionem rei conficiendæ frustra excitat vii, 8 ad Pharnabazum se confert vii, 9 cujus opera perit vii, 10 ejus elogium vii, 11
Alcmæon (Amphiarai vatis Græci, et Eriphiles F.) matricida xv, 6
Alere morbum desinere (non ultra fovere, assumto cibo) xxv, 21 idem agellus eos alet (sustentabit, necessaria vitæ suggeret) xix, 1 nolo meis impensis ali luxuriam (i. e. instrumenta illis suppeditari lux.) ibid. ali publice (sustentari sumtu publico) iii, 3
Alexander M. Babylone moritur xviii, 2 morbo consumitur xxi, 2 ejus filius (e Roxane scil. patri cognomine) xviii, 6 liberi xviii, 6. 2 (vid. infra Liberi). amici post mortem ejus præfecti appellati xviii, 13 postea reges, ibid. xxi, 3 quando et ubi natus, Fr. 1
Alexander Pheræus tyrannus Pelopidam in vincula conjicit xvi, 5 eum Epam. bello persequitur, ibid. equum in eum P. concitat, ibid.
Alexandrea (urbs celebris Ægypti) xxi, 3
Alienum non videtur hoc (intempestivum aut ἄσκοπον) i, 6 (Sic Cic. Verrin. v, 67 'non est alienum meis rationibus'). alienum æs (vid. Æs). alienissimus alicui locus (ad pugnandum plane inidoneus: oppon. opportunus) ii, 4 (Sic Cæsar B. Gall. i, 15 'alieno loco prælium committunt,' sup. i, 5 'non æquum' dixit). alienissima a me est oratio Græca (non satis assuetus sum Græco sermoni, non satis in eo sum exercitus), Fr. 3 alienæ est civitatis (sub. civis; vel, homo. alibi natus, extraneus) viii, 1 alienæ opes (alterius) xxi, 3. xxiii, 1 alienari timore ab aliquo (favorem timore in odium mutare) vii, 5 alienatæ insulæ (quæ defecerant) v, 2 Sic: oppida alienata (in quibusd. edd. libri enim meliores habent abalienata) xxii, 2
Alienigena (peregrinus, quippe extra Macedoniam natus; de Eumene) xviii, 7
Aliquanto (ἐπιτατικῶς, multo, longe, haud paulo) x, 3
Aliubi (pro alibi), Fr. 8 (Sic et alii: vid. Theod. Canter. not. ad lib. 1. Arnobii pag. 8. Restituenda hæc vox Senecæ Epist. 92. in illis sub finem: 'Scit alibi positas esse divitias, quam quo congeruntur.' Exerte membranæ bibliothecæ Academiæ Argentoratensis, olim nobis inspectæ: scit 'aliubi' positas)
Aliud nihil egit, quam ut xxv, 11 molitus est, quam ut vi, 1 neque aliud quicquam egit quam armavit xxiii, 10 nihil aliud quam bellum comparavit (ἐλλειπτικῶς: sub. enim egit, vel molitus est) xvii, 2 (Ubique singulare studium innuitur). aliud oppidum complectitur alterum (pro, alterum opp.), Fr. 3 alias munitiones incendit, alias disjecit (quasdam) xviii, 5
Alpes Italiam ab Gallia sejungunt xxiii, 3 transiit eas Hercules Graius, et post eum Hannibal, ibid.
Alpici (alpium habitatores. alii malunt Alpini) xxiii, 3
Alter collegarum (sub. e numero, unus ex duobus) xv, 7 Sic: alterum cornu xvi, 4 alteræ alæ (pro alteri) xviii, 1 altera factio (scil. ἀντίτεχνος) xix, 1 (Plura de hoc vocis signif. Gronov. de pecun. vet. iv, 5) altera persona (unus ex duobus, quibus respubl. plurimum debet. additur 'secunda tamen,' ut referatur ad superiorem et primum) xvi, 4 Boecl. (Nempe alter, unus e paribus; secundus, inferior est. Eumenius panegyr. c. 14, 'Rom. eloquentiæ non secundum, sed alterum decus'). 'altero tanto longior xviii, 8 (Sic Cicer. de perf. oration. 'altero tanto, aut sesquimajorem')
Amare literas xxv, 1 amator antiquitatis xxv, 18 amatores adolescentulorum, Præf. (et adde Rittersh. not. ad Phædr. fab. 59. pag. 128)
Ambitione magna deducere aliquem (vehementi studio et contentione, et cum ostentatione quadam, seu, ut alii

exp. φιλοτίμως, honorifico apparatu ac comitatu) x, 2 (Lambinus exp. 'gratiam ejus aucupans,' illustratque phras. Ciceronis, qui ad Attic. i, 15 'ambitiose corrigere,' et Epist. 13 'sine ambitione commendare' dixit. Non satis apte, ut arbitror. Fortasse magis congruat illud Justini i, 3 'cum admitti magna ambitione ægre obtinuissent'). ambitus largitiones (captatoriæ donationes in ambiendis per malas artes honoribus: id enim ambitus voce notatur. Boecl.) xxv, 6

Amicus non fortunæ sed hominibus Atticus xxv, 9 non amicus populi potentiæ (Pisander, non favens, nec δημοκρατικὸς, sed, ut mox additur,) optimatum fautor vii, 5 amicus non magis tyranno quam tyrannis (seu, ut alii, tyrannidi) Philistus x, 3 (De variis hisce circa formas imperiorum hominum studiis v. Clapmar. de arcan. ii, 17. Boecl.) amicus, etsi infirmus, non deserendus xviii, 3 amicus nullam sibi vult sejunctam ab amico fortunam xxv, 10

Amicior omnium libertati, quam suæ dominationi (qui potius respicit libertatem communem, quam quid suæ dominationi conducat) i, 3 amiciores conciliantur homines ea re (magis amici redduntur) xvii, 2 (quam lectionem frustra Lamb. solicitat). amicissimus Romanis xxiii, 10 amice cogitare aliquid de Romanis (φίλα φρονεῖν Ῥωμαίοις. Lambin.) xxiii, 2

Amici Alexandri M. xviii, 13. xxi, 3 Regis (Persarum sc.) i, 3 (ita vocantur principum consiliarii, præfecti, proceres. Boecl. Plura de amicis regum eorumque variis generib. Lipsius ad Tac. Ann. 6. nota 29. et Comm. in Senec. de benef. vi, 33. num. 229. Salmas. ad histor. Aug. pag. 47 et 306. Bernegg. ad Sueton. Cæs. c. 72. et in Justin. ix, 8, 17. ac xxxiv, 3, 3. Rave Comm. in Miltiad. Nepotis pag. 23, &c.) amicis uti aliquibus xviii, 12 amicorum concilium habere xv, 3 facultatibus in se tuendo caruit; fide ad alios sublevandos usus Epamin. ibid. amicorum filias pauperes quomodo dotarit Epamin. ibid. amicis officia præstanda sine factione xxv, 8 officia urbana præstare xxv, 4 amicis servire (vid. Servire). cum amicis omnia communia fuere Epamin. xv, 3

Amicitia Attici et Gellii Cani (in ludo contracta) ad extr. ætatem crevit xxv, 10 simulata x, 3 amicitiæ fidem præstare xix, 2 locum hunc tenuit apud eum xviii, 1 amicitiam alicujus sequi (partes, societatem) xv, 6 gerere absentem xiv, 10 magnam sibi parere cum aliquo vii, 7 ad amicitiam alicujus accedere xviii, 1 in amicitiam intimam alicujus pervenire vii, 5 (alibi: in intimam familiaritatem: v. Familiaritas). amicitia simulata capi xiv, 11 ab amicitia regis deficere (de rebelli) ix, 2 in amicitia nunquam cum aliquo esse (semper inimicum ei) xxiii, 2 nemo hunc antecedit vii, 9 plus valet similitudo morum, quam affinitas xxv, 5

Amiculum suum minus bene vestitis dedit Cimon v, 4 amiculum agreste duplex (indumentum humilium) xiv, 3 (Virgilio Æn. 5. 'duplex amictus;' Horat. Epist. i, 17 'duplex pannus.' Lambin. Octav. Ferrar. de re vestiar. part. ii, lib. i, 9. et 10. putat 'duplex vestimentum' dictum, quod densum crassumque ac duplici filo contextum et villosum esset, vel quod duplici panno confertum. Græcis est χλαῖνα διπλῆ. De amiculo idem parte i, lib. 3, 19)

Amita (Thyi) xiv, 2

Amittere animam (in vulg. edd. sed aliter Mss. vid. Emittere) xv, 9 fidem (de perfid.) xviii, 10 optimates (eorum favorem) x, 7 amissus (amissio, jactura) vii, 6 amissa recuperare xiii, 3 (v. Recup.)

Ἀμνηστία (Athenis sancita a Thrasybulo) viii, 3

Ammon (sive Hammon, cognom. Jovis) vi, 3 (de quo prolixe Voss. de idololatr. i, 27. et 32. lib. 2, 11 Freinshem. Ind. Curt. Bochart. in Phal. i, 1. Kircher. Obelisc. Pamphil. l. 4. pag. 270. seqq. et in Œdip. Ægypt. tom. 1. syntagm. 3, &c.)

Amœnitas domus (id quod domui amœnitatis causa conjunctum est) xxv, 13

Amor in patriam viii, 1 civium quod exprimit, nullam habet invidiam (opp. vis) viii, 4 tantum amorem omnium habere, ut xx, 3 non magis amore quam more ductus v, 1 (elegans ἀντανάκλασις. Sic Symmach. Epist. iii, 59 'quæ dudum aliis ex more delata sunt, nobis amore servata.' Sidon. Epist. ix, 4 'ne forte videatur ipse plus literas ex more deposcere, quam nos ex amore dictare'). amore populi

superari ab aliquo (favore ac studiis) x, 4 Venereo diligere puerum iv, 4 (nisi tamen glossema est)
Amovetur victus quotidianus (subtrahitur) xviii, 12
Amphipolis (oppid. Thraciæ, sic dictum quod utrimque Strymone fl. allueretur. Lamb.) v, 2
Amphoras plumbo complet, summas auro et argento operit Hannibal xxiii, 9 ex onyche ostendit Lentulus, Fr. 8
Amplectitur aliud oppidum alterum (in se complectitur, continet), Fr. 8
Amplum funus xviii, 4 (alii: munus). amplissima civitas vii, 1 amplissimus triumphus xxiv, 1 amplitudine rerum gestarum præstare ceteros xxv, 18
Amplius (plus, vel plures): non amplius quam triduum xviii, 12 quam terna millia æris xxv, 18 nolo amplius, quam 100 jugera viii, 4 amplius c millia (sub. quam) xxii, 2 Sic: non amplius centum adolescentuli xvi, 2 non amplius mille hominum xiv, 8 non amplius quaternis quinisve versibus describere aliquid xxv, 18 (Sic Livius 42. ' amplius septingenti,' et alibi ' plus septingenti, ducenti,' &c. At in seqq. idem est ac præterea, ulterius). neque amplius requisivit (sub. aliquid præter coronam) viii, 4 ea de eo prædicarunt, atque hoc amplius vii, 11 neque huc amplius quam pellis est injecta (aliquid præter pellem) xvii, 8
Amyntas Macedo xi, 2 ejus filius Philippus rex xxi, 2
An (pro annon): dubito, an hunc primum ponam viii, 1 (v. Dubito)
Anagnosten jucundissimum in convivio audire xxv, 14 anagnostæ optimi xxv, 13 (servorum nomen qui super mensam legebant librum: v. Pignor. de servis. Boecler. Adde Meurs. auctar. philol. c. 4. et Thes. Buchneri)
Anastrophe: hunc adversus (pro, adv. hunc) xiii, 4 nihil erat super vii, 8, et al.
Anchora: in anchoris tenere navem ii, 8 (Sic apud Cæsar. ' in anchoris stare, consistere:' v. Buchn. Thes.)
Ancipite periculo premi (utrimque instante hoste) ii, 2 (et ap. Flor. iv, 11, 6. ' certamen,' Justin. xi, 9, 9) ancipitibus locis premi xiv, 7
Andocides (unus e decem Græciæ oratorib., de quo vid. Plutarch. in vitis Rhetor. et Photius in Biblioth. Schott.) vii, 2 (Male Mss. quid. Androclides vel Androcides exhibent)
Anfractus longior viæ xviii, 8. 9 (Sic ap. Cicer. Partit. orat. ' anfractus (orationis) non longus:' Lucret. 5. ' anfractus impares Solis:' Accium, laudante Varrone 5. de L. Latin. ' anfracta terrarum.' Lambinus)
Angusto mari confligere ii, 4 angustias quærere (scil. maris, ne quis multitudine navium hostilium circumveniatur) ii, 2 angustiis locorum claudere adversarios xiv, 8 claudi xxii, 2 ab hostib. xv, 7
Anicia (Attici consobrina, uxor Ser. Sulpicii) xxv, 2
Anima eum relinquit (moritur) xviii, 4 animam deponere xxiii, 1 efflare iv, 5 emittere xv, 9
Animadvertere aliquid (considerare) xv, 6 (conspicari) xvi, 5 in aliquos (de censore propria vox: hinc ' animadversio censoria,' distincta a judicio, ut tradit Cicero pro Cluentio xxiv, 2) animadversa varietas fortunæ (observata) xiii, 4
Animatæ bene insulæ (in obsequio manentes, oppon. alienatæ) v, 2 (apud Suet. Vit. 7. ' male animatus exercitus erga Pr.' Boecl. Et ap. Cic. in Ep. ' socii infirme animati')
Animus (pro fiducia constantiaque): animus accedit civibus i, 4 (quod Cæsar B. Civ. 3. sic extulit: ' tantum fiduciæ ac spiritus Pompeianis accessit'). animi magnitudinem res exiles etsi non frangunt, tamen imminuunt (magnanimitatem) xviii, 5 animo bellare cum aliquo (consiliis, alios adv. eum concitando, et ad bellum ei infer. instigando, cum opere atque manu, quippe opib. destitutus, non possis) xxiii, 1 Sic: animo pugnare magis quam corpore xviii, 4 animo meditatur proficisci et regem adoriri xvii, 4 (Utrobique videtur subaud. præpos. in: quomodo Terent. dixit ' in animo cogitare,' et Barnabas ἐν καρδίᾳ μελετᾷν. Alibi Terentio est ' secum meditari.' vid. Buchn. Thes. v. meditor, et de commut. rat. dic. i, 21, 7). animo isto esse (id consilii habere) xviii, 11 (v. Esse). eodem esse erga (scil. hostili) xxiii, 10 magno esse xi, 3 maximo esse (μεγαλόψυχον) xv, 3 oppugnare imperium aliquod (fiducia et constantia max.) x, 5 fidenti et infesto efficere ut xxii, 3 animo bono

facere aliquid (proposito non scelesto) xvii, 6 æquo ferre aliquid (sine indignatione) x, 6 (sine obtrectatione) xxv, 1 (Subaud. a. in his omnibus præpos. cum. Integre Ennius: 'optima cum pulchris animis Romana juventus.' (vid. inf. Esse). animo meditari (concise dictum pro in animo med.) xvii, 4 (nisi fors leg. in animo)
Annibal (vide Hannibal)
Anno vertente conficere iter (toto, cujus sc. cursus natura vertitur eodem, ubi incipit) xvii, 4 (Censorino de D. N. c. 19. est 'natura, dum sol percurrens XII signa, eodem, unde profectus est, redit.' Phrasi hac aliquoties usus Cic. ut 2. de Nat. Deor. or. pro Quinctio, Philipp. 13. Lamb.) annorum octoginta ivit in Ægyptum (sub. vir, vel homo cum esset) xvii, 8 Sic: annorum VII et LX cum esset xxv, 17 annorum nonaginta extulit matrem, (annos xc natam) ibid. annorum L imperium x, 5 multorum tyrannis, ibid. annos xxx medicina non indigere (sub. per, vel intra) xxv, 21 (Aliæ tamen edd., annis; sic sub. esset, in.)
In Annali suo (sub. libro) xxiii, 13 (vid. Voss. de analog. i, 41)
Annicula: vix anniculam Cæsar despondit neptem Attici (sub. puellam existentem) xxv, 19 (sic 'anniculus' l. 6. D. de his qui sunt sui vel alieni jur. l. 26. de pact. dot. Loccen.)
Annuere: quod semel annuisset (sic enim leg.) xxv, 15 (Transitive dici volunt. Malim subaudiri ob, vel ad.)
Ante: ut ostendimus paulo ante (sub. hæc; in superiore libri parte, in præcedentibus) xxv, 10 alibi: ante alios unus carissimus (præ aliis) xxv, 2 ante hoc tempus (usque in h. t.) xiii, 2 Sic: ante id tempus iii, 2 ante hæc sponsalia xxv, 20 ante hujus adventum xxii, 1 ante hunc natum xv, 10 ante illum imperatorem (antequam ille esset imperator) xi, 1. xv, 8 ante oculos civium esse (sub oculis, in conspectu) xii, 2 ante se agere aliquem xiv, 3 paucis ante gradibus, quam iv, 5
Antecedere aliquem (præferri, sc. in amicitia) xviii, 2 in re aliqua (superare, antecellere) vii, 11 in amicitia alicujus xviii, 2. vii, 9 condiscipulos doctrina tanto, ut: (mox) superare in artibus xv, 2 aliquem honore viii, 4 fortitudine xxiii, 1 rerum gestarum gloria xxi, 2
Anteferre bello pacem (bellum deponere, pace mutare) xv, 5 libertatem civium fratris saluti (malle fratrem interfici, quam libertatem supprimi: conf. v. seq.) xx, 1 anteponuntur res gestæ hujus omnium virtutibus xv, 1 religionem iræ (illius respectu huic frænos imponere) xvii, 4 antefertur consilium alicujus xx, 3
Anteire aliquem auctoritate xii, 4 virtute viii, 1
Anteponere aliquem alicui xviii, 1 in familiaritate xv, 2 quem oratorum huic antepones, (præferes?) Fr. 5
Antigonus persequitur Eumenem xviii, 5 obsidet, ibid. imperium capit xxi, 3 in prælio cadit, ibid.
Antiochus (Magnus, rex Syriæ) rex potentissimus xxiii, 2 non paret consiliis Hannibalis (magno suo malo) xxiii, 8 ei legati Rom. Hannibalem in suspicionem adducunt xxiii, 2
Antipater, inter præcipuos amicos Alex. M., xviii, 2 ei summa rerum decernitur xviii, 5
Antiquitatis amator Atticus xxv, 18 antiquitatem diligenter habuit cognitam, et totam uno volum. exposuit, ibid. ea quæ complectatur, ibid. de antiquitate aliquid requirere ab aliquo (de reb. et ritib. priscis) xxv, 20 antiquitate generis florere i, 1 antiquitus constitutum tectum xxv, 13
Antistat eloquentia innocentiæ iii, 1 (Verbum elegans, inquit Barthius, sed non adeo usu tritum quin ap. paucos reperiatur. v. eum Adv. xxxiv, 6. et Lud. Carrion. antiq. lect. ii, 19. Savar. ad Sidon. 7. ep. 14)
Antistites Jovis (sacerdotes) vi, 3
Antonius M. hostis judicatus cedit Italia xxv, 9 redit in eam xxv, 10 triumvir reip. constituendæ xxv, 12 absens literis colit Atticum xxv, 10
Antonomasiæ exempla (vid. in Laco, Barbarus, Nomen)
Anulum suum moriens Alex. M. dat Perdiccæ (tanquam insign. traditi imperii) xviii, 2
Apenninum transit Hannibal xxiii, 4 (Mons est Italiam dividens, ab Alpibus ortus: Livio aliisque Penninus: de origine nominis post alios Bochart. in Canaan i, 11)
Aperire (ostendere, declarare) x, 6. xxv, 9 Sic: aperuit in bello, qualis

esset (Sic enim leg. est; Non, ut vulgo editur, apparuit) xiv, 1 aperuerunt quid sentirent xviii, 13 aperit domino navis quis sit (significat, manifestat se) ii, 8 Sic: aperit huic, quid comperisset iv, 4 id si ei aperuisset vii, 9 aperire alicui suos sensus x, 8 aperit se res ipsa (facto ipso veritas dictorum confirmatur) iv, 3 aperit hoc dementiam ejus (indicat) xvi, 3 apertum est mihi (scio) ix, 3 apertum fuit, eum fuisse ereptorum regi Asiam (apparuit reipsa) ix, 2 apertum crimen harum rerum nullum erat (non satis constabat de ullo crim., non poterat ullius crim. convinci) iv, 3 Sic: apertum id est alicui (constat ei de eo) ix, 3

Apollinis consilium, Atheniensib. per oraculum Delphicum datum ii, 2 Apollini donum dat Pausan. iv, 1 Apollinem consulunt delecti colonorum Athen. (oraculum Apollinis Delphicum) i, 1

Apollocrates Syracusas obtinet x, 5

Apophthegmata Epaminondæ xv, 5. 3. 4. 6. 9. 10 Phocionis xix, 4

Apparare bellum magna industria (moliri, comparare) xvii, 3 (Pro quo alibi ἀλλεκτικῶς) in apparando acerrime esse occupatum xxiii, 7 (adde comparare) Sic: apparatur bellum vii, 3 apparabat has res (moliebatur) xviii, 2 apparatus (conjung. cum munitionibus; de operibus πολιορκητικοῖς) xviii, 5 regius (de cultu) iv, 3

Apparere alicui (ministrare, de honoratiore ministerio) xviii, 13 (cap 5. dixit 'ad manum esse.' Virg. Æn. xii. 'in limine regis apparent.' ubi Servius: Apparent, id est, præsto sunt ad obsequium. Loccen.) apparere res non possunt, nisi (clare cognosci) xiv, 1 Sic: hoc minus lucide apparet ei xvi, 1 apparent armati (conspiciuntur) xxiii, 12 apparet hoc jam omnibus (ita esse intelligitur) xviii, 10 apparuit qualis esset xiv, 1 (in edd. vulg.; sed in melior. lib. est aperuit)

Appellarunt Athen. illam legem (de ἀμνηστίᾳ) oblivionis (Græca voce ἀμνηστίας vocarunt, quæ Latinæ oblivionis respondet) viii, 3 (Sic Augustin. 1. de peccat. merit. c. 24. ait: 'Christianos Punicos baptisma salutem, sacramentum corporis Christi vitam vocare, vocabulis scil. Punicis, quibus Latina ista significatione responderent.' Vorst. vide ejusd. miscellan. Academ. c. 12). appellasse omnes libros historiarum Origines videtur Cato (inscripsisse, titulum Originum eis imposuisse) xxiv, 3 appellari cognomine Justi (vocari) iii, 1 appellari regem (regis titulo honorari) xviii, 13 appellari cognomine iii, 1 appellatus est, ut vellet (compellatus, rogatus) xxv, 8 (Sic Plaut. et Terent. ut Phorm. xv, 8, 22 'Demipho te appello')

Appellere classem ad Ciliciam viii, 4 appulsa ad Eubœam classe i, 4 (Ita et Cicero ac Livius loquuntur: male vero, quibus navis dicitur 'appellere.' vid. Cl. Vorst. de Latin. merito susp. c. 16)

Appetere majores res (de incivili elatione) iv, 2 appeti ultro (haberi in pretio, amari), Fr. 5

Appia via xxv, 22

Applicare se ad societatem alicujus (accedere) iii, 2

Apponuntur (alicui) custodes x, 4

Apportare: quæ apportavit (secum attulit) vii, 9

Apprime bonus (valde) xxv, 13 (quomodo alii: apprime doctus, nobilis, obsequens)

Appropinquat adventus hujus xi, 2

Aptus ad omnes res vii, 1

Apud Massagetas cecidit (in regione Massagetarum) xxi, 1 apud Cadmeam (juxta, prope) xv, 10 Sic: apud Ægos Flumen vi, 1 Artemisium ii, 3 apud Mycalen v, 2 (nisi glossema est). apud Rhodanum, Padum, Trebiam, Trasimenum xxiii, 4. 6. &c. apud Venusiam xxiii, 5 Zamam xxiii, 6 apud maximum magistratum dicere (coram magistratu) vi, 4 apud aliquem multum valere ix, 2 legati locum obtinere (in comitatu alicujus) xxv, 6 cum apud eum esset summum imperium populi (penes eum, cum prætor esset) xix, 2

Apulia (Italiæ regio) xxiii, 4

Aquilo ventus i, 1 (mox) ventus Boreas i, 2 (v. Ventus) a septentrionibus oritur i, 1

Arabicus sinus (recessus maris Erythræi ad littora Arabiæ), Fr. 7

Aram tenens jurat ad eam deductus Hannibal (more sc. recepto) xxiii, 2 in aram confugit Argilius iv, 4 (v. Confug.) in ara considet, ibid. (pro quo mox, sedet). aræ PACI publice factæ xiii, 2 aras conservat omnes apud barbaros Agesilaus xvii, 4

Arbitrari aliquid non sine causa (sic existimare, opinari) vii, 6

Arbitrium (electio) ix, 4 arbitrio alicujus rem permittere (tractationem rei penitus committ.) xxii, 1 arbitrio hujus unius geritur resp. vii, 7 omnia gerantur (de summo imperio) ix, 2 arbitrio ejus hoc fit iii, 3 alieno vitam dimittere xxiii, 12
Arcades (populus Græciæ in Peloponneso) xv, 6 Arcadum conventus (v. Conv.) ex Arcadia hospes (e regione Arcadum adveniens) vii, 10
Arcanum dominationis, in translatione gentium subactarum i, 4 imperii, in demandanda urbium custodia i, 3
Arcessere aliquem (advocare) x, 2
Arcessiri eum jussit ad se xxv, 21 (ubi tamen videtur leg. 'accersi.' vid. et de utroque verbo Buchner. Thes. v. cieo)
Archias (unus e magistratibus Theb.) xvi, 3 (nisi nomen corr. est)
Archias hierophanta (Theb.) xvi, 3 (sed videtur leg. Archino vel Archinoo)
Archilochus poëta (quando claruerit), Fr. 1
Ardeatinum prædium xxv, 14 (sed leg. est Arretinum)
Arete x, 1
Argentea triclinia (v. Triclin.)
Argilius quidam adolescentulus iv, 4 (Thucyd. ἀνήρ τις Ἀργίλιος, scil. ex Argilo Thessaliæ urbe: neque enim puto nomen viri esse)
Argi, oppidum in Peloponneso xxi, 2 Argivi Alcmæon et Orestes (Argis orti) xv, 6 in Argivos invehitur Epam. (cives Argivorum), ibid.
Arguere (crimini dare): arguebant, noluisse Cymen capere vii, 7 argui crimine aliquo (convinci) iv, 3
Argutissime in scholis præcipere (de subtilitatibus philosophorum), Fr. 5
Aridæus xiv, 6 (in q. edd. sed v. Arsidæus)
Ariobarzanes præf. Lydiæ et Ioniæ xiv, 2 ejus filius Mithridates xiv, 10
Aristides cognomine Justus appellatus iii, 1 obtrectatione Themistoclis exul factus, ibid. belli Persici necessitate restitutus, ibid. prætor in prælio apud Platæas iii, 2 justus, æquus, innocens, ibid. abstinens ii, 3 pauper moritur, ibid.
Aristomache soror Dionis (uxor Dionysii sen.) x, 1
Arma pedestria (quibus utuntur pedites) xi, 1 armorum officinæ ab Agesil. institutæ xvii, 3 arma abjicere noluit Chabrias (metu flagitii militaris) xii, 4 arma sumere (q. edd. 'capere': armari in hostem) xiv, 4 conferre cum aliquo (dimicare) xviii, 3 ferre cum aliquo contra aliquem (esse in diversis partibus) xxv, 4 adversus ferre xvii, 4 (Sic alii: contra ferre: v. sup. advers.) inferre alicui (bellum inf.) xxiii, 2 alicujus superare consilio (vim armatam eludere strategemate) xxiii, 11 a patria accepta tradere adversariis non est virtutis (a bello desistere et hosti cedere) xxii, 1 ad arma vocare vulgus (sc. capienda) xvi, 3 armis dimicare cum i, 1 parem non esse (alicui, vi, copiis bellicis; opp. dolus) xxiii, 10 Sic: armis alicujus vinci (potentia, robore bellico; opp. consilio) ii, 4 relictis, regione decedere (ab armis discedere, regionemque liberam relinquere) xxii, 1
Armare aliquem adversus aliquem (ad arma instigare) xxiii, 10 armare se imprudentia alterius (suis consiliis ab imprudentia alterius robur mutuari) x, 6
Armari studiose (disting. ab ornari. utrumque de militib.) xvii, 3
Armata navis (armamentis sive instrumentis nauticis instructa: quibus si privatur, exarmari, vel exarmata dicitur. Vid. Senec. patrem præf. contr. vii filium epist. 33. et ibi Lipsium x, 9. in Ms. Boecl.) armatorum x millia (militum) i, 5 armatis ornare navem x, 9 (sic Suet. Claudio: 'armatos jurare in nomen suum passus est')
Armaturæ levis maximus numerus (sub. militum) xiv, 8 armatura vetus Atheniensium xi, 1
Armenii (ex Armenia, Asiæ regione, orti) xiv, 8
Armillæ aureæ xiv, 3 (De hoc ornatus genere post alios Ruben. Elect. i, 38. et Tho. Bartholin. opusculo pecul.)
Arretinum prædium (Attici. sic leg.) xxv, 14
Arripere studium literarum (magna aviditate incumbere studio lit.) xxiv, 3 (Cic. in re eadem: 'Sic avide arripui eas' (Græcas literas), 'quasi diuturnam sitim explere cupiens.)' arripere celeriter quæ traduntur (de solertia ingen.) xxv, 1 (ex emend. Manutii et plerorumque aliorum: sed rectum est 'accipere')
Ars: arte nova prælium committere (nova ratione: singulari invento) i, 5 (nisi loc. corr. est. Quanquam sic et Florus iv, 2, 32 'nova Pompeianorum arte, actis sub mare funibus.' Noster

etiam xviii, 8. novum consilium eod. sensu dixit. Nec discrepant Mss. Boecl. Leid. et Bavarici h. l.)
Arsidæus filius Datamis xiv, 6 (sic meliores libri. Vid. VV. LL. Aliis est Aridæus)
Artabanus Xerxem interficit xxi, 1
Artabazus (Pharnaci F. Thucyd. 1. Herodot. 9.) a Xerxe ad Pausan. mittitur iv, 2
Artaphernes classi præficitur a Dario i, 4
Artaxerxes Macrochir (rex Pers.) xxi, 1 pulcherrimæ corporis formæ laudem habet, ibid. fortissimus Persarum, ibid. morbo moritur, ibid. veniam dat Themistocli ad se venienti ii, 9. 10 magnis eund. munerib. donat ii, 10
Artaxerxes Mnemon (alius rex Pers.) xxi, 2 justitiæ fama floruit, ibid. Ægyptiis bellum illaturus Iphicratem exercitui præfecit xi, 2 obit xxi, 2 apud eum numero militis fuit Datames xiv, 1
Artaxerxes duo xxi, 1
Artemisium (promontorium Eubœæ descript. a Plutarch. in Themistocle) ii, 3
Artibus optimis eruditum xxv, 12
Artifices xii, 1 quos cultus domesticus desiderat xxv, 13 (ad voluptatem et lucrum locata eorum opera. Sunt autem ejusmodi servorum nomina: Gladiatores, agitatores, funambuli, palæstritæ, pictores, cælatores, &c. vid. Laur. Pignor. de servis. Boecler. Cic. pro Sex. Roscio. c. 41. 'omnium artium puerulos' dixit)
Arx Athenarum v, 2 Simpliciter arx dicitur ii, 2 (De ea plur. Meursius integro libro, quem Cecropiam inscripsit)
Arx munita ad urbem obsidendam xx, 3 (mox: propugnaculum tyrannidis, imposita cervicibus urbis, ut loquitur Curtius vii, 7, 1. et cap. 6. 'claustrum perdomitorum' vocatur urbs simili de causa condita. Tac. Agr. xvi, 1 'sedem servitutis memorat.' Boecl.)
Arx oppidi xvi, 1
Ascendere gradum eum (ad eum honorem) xix, 2 (sic et Cic. pro Mur. et offic. 2. sub fin. Lamb.) navem (in Ms. Leid. ubi reliqui habent, 'conscend.') xxiii, 7 in navem ii, 8 (in edd. vulg. Sed ibi vid. leg. 'descendere') in triremem vii, 4
Asciscere civitatem (jus civitatis, civem fieri) xxv, 3
Ascitus lepor (opponitur nativo) xxv, 4
Asellis (piscib.) olim præcipua auctoritas (in cibis), Fr. 10
Asia (una e trib. Orb. vet. partibus) i, 3 succubuit Europæ (i. e. Asiatica vis, Persarum, Europæis, Græcorum viribus, succubuit. Boecl.) ii, 5 Asiæ pars xviii, 3 qui Asiam incolebant Græca ling. loquentes i, 3 in Asiam transit Alcib. vii, 9
Aspendii xiv, 8
Aspergi infamia vii, 3 (Sic et Cic. pro Cœl. cap. 10. 'aspergi rumore.' Curt. x, 10 'contumelia,' Apulei. 8.)
Asperitas (difficillima natura, quales δύσκολοι vocantur Græcis) xxv, 5 (disting. a severitate, cujus excessus est: v. Boecler. Ind. Vellei.)
Aspernari conditionem (recusare pactionem) v, 1 aspernatur pauper (despicitur, passive), Fr. 5
Aspicere hunc in acie nemo ausus fuit (ἀντιβλέπειν, ἀντοφθαλμεῖν, erectis et irretortis oculis intueri. Lamb.) xv, 8 aspiciunt hunc milites (reverentur) xii, 4 aspectu ipso civis injicere admirationem sui (ob formam imperatoriam scil.) xi, 3
Aspis (Cataoniæ dynastes) xiv, 4
Asportare sua aliquo (illuc conferre) ii, 2 (Vetus Onomasticon Pricæo in not. ad Apul. p. 209. laudatum: Asportare, ἀμφέρειν. Cl. Vorstius malebat, ἐκφέρειν. Glossarium: asportavit, ἐξεφορτίσατο. 'asportare aliquid secum' in Ms. Schott. et q. edd. xxiii, 9. sed leg. est 'ducere.' v. not. Sic a. et alii passim. de quo adiisis Vorst. de Latin. mer. susp. c. 14.)
Assecla prætoris (de legato ejus) xxv, 6 (Sic 'asseclæ legatorum,' Cic. in Verr.)
Assimulare consuetudinem castrorum (factis sc. castrorum ritu ignibus) xviii, 9
Astu (Græcum est ἄστυ, urbs, oppidum, de Athenis peculiariter et ἐξοχῆς ritu dictum) ii, 4. vii, 6 (v. Interpp. ad Terent. Eun. v, 5, 17. Savar. ad Sidon. 1. ep. 6. Voss. Instit. Orat. iv, 10, 5, &c. Non contineri tamen hoc nomine Pyræeum, censet Buchn. Thes.)
Asyli (periphrasis) iv, 4
Athamanes (gens Epirotica Acarnaniæ et Ætoliæ vicina. Sic enim leg. est, non Acarnanes) xiii, 2
Athenæ civitas clarissima viii, 2 splendidissima vii, 11 antiquitate, humani-

tate, doctrina præstat omnes xxv, 3 propugnaculum est barbaris oppositum (ἔρεισμα καὶ φυλακτήριον τῆς Ἑλλάδος. Pindaro et Aristidi ob id dictum, Boecl.) ii, 7 ceteris gentibus imperare consueverat ix, 3 victæ Lacedæmoniis serviunt vii, 9. viii, 1 liberantur per Cononem ix, 4 devictæ (a Laced. scil.) ix, 2

Athenas incendio delet Xerxes ii, 4 Athenarum arx ex manubiis ornata v, 2 Athenis duæ factiones xix, 3 (De hac urbe, ejusque varia fortuna, egregie Meursius in Athenis Atticis et Fortuna Attica egit)

Athenienses colonos Chersonesum mittunt i, 1 auxilium a Laced. petunt i, 4 bellum contra Darium comparant i, 4 prælium committunt et profligant Persas i, 5 quale præmium Miltiadi tribuerint i, 6 quale Thrasybulo viii, 4 insulas, quæ barbaros adjuverant, bello persequuntur i, 7 Miltiadem mulctant i, 7. 8 classem ædificant ii, 2 petuntur a Xerxe (bello sc.) ii, 2 Apollinis consilio oppidum relinquunt, ibid. confligant cum classiariis Xerxis ii, 3 triplicem Piræei portum constituunt ii, 6 victoria Marathonia et Salaminia magnam gloriam consecuti, ibid. legatos Spartam mittunt ii, 6. 7 cur urbem muris sepserint ii, 7 Themistoclem expellunt, damnant, et prosequuntur ii, 8 Amphipolim decem millia in coloniam mittunt v, 2 exilio mulctant Aristidem iii, 1 Cimonem v, 3 revocant eund., ibid. bellum indicunt Syracusanis vii, 3 capitis damnant Alcibiadem vii, 4 recipiunt vii, 6 magistratum ei abrogant vii, 7 exhausti (pecunia) vii, 8 Chabriæ statuam ponunt xii, 1 Evagoram adjuvant xii, 2 oppugnant Chium xii, 4 Samum, et capiunt xiii, 1 undique bello premuntur xiii, 3 expellunt et damnant Phocionem xix, 3 Athenienses clari viri quem exitum habuerint xix, 4 Atheniensium dominationem refringere (conantur Laced.) vi, 1 opes senescunt vii, 5 indicunt Lacedæmoniis bellum ix, 2. xvii, 4 cum Bœotiis aliisque sociis vincuntur apud Coroneam xvii, 4 Atheniensium classis (contra Xerxem) ii, 3 muros restituit Themist. ii, 6 quales illi, ibid. sub Athen. potestatem redigit Milt. Lemnum i, 1. ii, 4 Cyclades i, 2 Atheniens. fit hostis bellumque infert Darius i, 4 Athenienses belli navalis peritissimos facit Themist. ii, 2 ad eos summam imperii maritimi transfert Aristides iii, 2

Athletæ xii, 1 ad Athletarum usum pertinet magnitudo virium xv, 2

Atque: cum totidem navibus atque erat profectus (quot nav.) i, 7 pari atque ille imperio esse (quo) xiv, 3 alio atque videri volebat (quam) ii, 6 Sic: alia atque antea sentire xxiii, 2 atque etiam (et præterea) xviii, 8

Attendere animum ad cavendum vii, 5

Attica (regio Græciæ, ubi Athenæ sitæ) i, 4. vii, 5 Attici (Athenienses) viii, 2 (in edd. vulg. Sed ibi leg. Actæorum)

Atticus (T. Pomponius) equestri loco bene educatus eruditusque xxv, 1 &c. Cinnano tumultu Athenas studiorum causa migrat xxv, 2 liberalitate Athenienses devincit, ibid. &c. a quibus ample honoratur xxv, 3 Syllæ gratus xxv, 4 amicos Romæ non destituit, ibid. redit Romam, ibid. Cæcilii avunculi obsequio conciliati hæres fit, xxv, 5 Ciceroni et Hortensio æmulis perfamiliaris xxv, 4 bellis civilibus, honoribus, litibus, præfecturis abstinuit xxv, 6 Cæsari gratus, nec Pompeio invisus xxv, 7 ærarii privati factionem disjecit xxv, 8 Brutum abjectum levat, nec Antonium potentem adulatur, ibid. rursum ejusdem Italia pulsi uxorem et liberos ac familiares tuetur xxv, 9 a quo reduce et potente conservatur xxv, 10 prudentia ejus in civilibus turbis, ibid. fides et liberalitas erga amicos xxv, 11 quorum pericula et incommoda levavit xxv, 12 industria ejus et moderatio in re familiari xxv, 13 in conviviis et voluptatis instrumento cautio xxv, 14 virtutes ὁμιλητικαὶ xxv, 15. 16. 17 scripta et libri xxv, 18 cum Augusto affinitas et familiaritas xxv, 19 et 20 morbus et consilium finiendæ vitæ xxv, 21 obitus ac exequiæ xxv, 22 Atticus scripsit historias xxiii, 13

Attingere aliquem (exponendo scil. de eo) xxi, 1 poëticen (aliquid operæ in illo studio ponere) xxv, 18 Siciliam (eo pervenire) x, 5 summas (sub. rerum, ἀκροθιγῶς διέρχεσθαι, opp. res explicare) xvi, 1

Avare multa facere vi, 4

Auctor (sic enim scribendum, non autor, vel author: vid. Buchn. Thes. in Autor. et Vorst. de Lat. mer. susp. c. 25. quosque hic laudat) xvi, 3 hunc suc-

torem probamus (hunc potissimum credimus) ii, 10 auctor actorque in omni procurat. reip. (v. sup. post Agere) xxv, 3 auctores Cadmeæ oppugnandæ (quorum impulsu, ut xvi, 1 loquitur, Cadmea occupata) xvi, 3
Auctoramentum (Sic nonnulli legunt pro ornamentum) xxv, 7
Auctoritas magna apud omnes in hoc est i, 8 Sic: auctoritas tanta est in illo ut xiii, 3 ejus est in hac re magna (ipsius auctoritati hic magnopere creditur) vi, 4 auctoritati majorum natu cedere xiii, 3 auctoritatem magnam pugna aliqua sibi constituere ix, 5 auctoritate tantum posse apud aliquem, ut x, 3 auctoritate atque consilio alicujus bellum indicere vii, 3 alicujus impelli i, 5 moveri tantum, ut (ad fidem scil. hab.) ix, 4 auctoritate plurimum valere apud exercitum v, 2
Audax et factiosus (δραστήριος, στασιαστικὸς) vi, 1 audacius instare hostes (sive hostibus) xv, 9
Auderi: si animadverterent, auderi (vel, ut alii, audere, sc. eos) dimicare i, 4
Audire: quod quidem nos audierimus iii, 1 (Formula eleg. corrigendi, quæ generalius dicta sunt; cui æquipollent ista: quod quidem sciam, meminerim, &c.)
Audiendo facillime discitur xv, 3 audiendi studiosus (φιλήκοος) xv, 3 male insuetus. (Sic passim veteres: v. Thes. Buchneri)
Audientes dicto duci copiæ (obedientes, obsequentes) xi, 1 imperatoribus vi, 1 jussis magistratuum xvii, 4 regi xiv, 2 (Dicto, ex consuetudine formulæ, semper ad, audiens, refertur. Boecler. v. Gronov. ad Liv. xxix, 20. et Th. Buchneri. itemque Cl. Vorstius de Lat. falso susp. p. 134. et deinc.)
Augere divitias a patre relictas munerib. tyranni x, 1 gloriam a patre acc. virtutibus xiii, 1 officium aliquod alia liberalitate xxv, 2 gratia alicujus possessiones suas xxv, 12 augeri adjuvarique ab aliquo (promoveri ad majora ope consilioque alicujus) xix, 2 augentur cives agro, urbibus (locupletantur) xiii, 1 augetur aliturque luxuria horum meis impensis (fovetur, crescit) xix, 1 multis rebus simultas horum x, 3 augentur opes alicujus (de potentia) viii, 2
Aulicorum invidia xiv, 5
Avertere puppes (navium, de recedentibus) xxiii, 11 avertere aliquem a societate alicujus vii, 4 aversum ferro transfigere aliquem (a tergo) xiv, 11
Aviditatem notitiæ clar. virorum habere xxv, 18 (Ms. Med. 2. pro cupiditatem)
Avocare cives a bello xv, 5 (Proba lectio. nam avocandi verbum de otio et voluptatibus frequenter usurpatur: v. Gronov. ad Liv. Ep. 69)
Aurelius (C. consul) xxiii, 7
Auri magnum pondus (magna vis auri) xv, 4
Auribus accipere xx, 2 (v. sub accip.) ad aures regis perveniunt consilia i, 3 (Similiter Græci: εἰς θεῶν ὦτα ἦλθον: v. Zenob. iii, 9)
Auspicii regii simulacrum xviii, 7
Autem: sæpe inservit connexioni. sic, De pietate autem Attici &c. xxv, 17
Αὐτοματίας sacellum Deæ xx, 4 (vid. Plutarch. περὶ εἱμαρμένης: et Gyrald. in hist. Deor. syntag. 16. Non assequuntur rem, qui per casum, ut fecit Cruserius, sive, ut Lamb. per casum fortuitum vertunt. Melius Xylander, Fortem Fortunam. Coluit haud dubio cum Siculis hoc numen Timoleon, eo respectu, quo fortuna omnium actionum laborumque humanorum domina et moderatrix credita est, ut sit illa ipsa ἀγαθὴ τύχη, cui multa Græci Romanique monumenta consecrarunt, cujus cultum ex veteri autumat Selden. de Diis Syr. syntagm. 1. c. 3 Retulit ad hujus Deæ auspicia ac numen quicquid habuit Timoleon successuum, unde patet scil. ex ipsa historia, qualis Dea, et quo fine culta. Boecl.)
Autophradates (Lydiæ satrapes) persequitur eos, qui ab Artax. defecerant xiv, 2 (De orthographia nominis hujus v. Keuchen. ad Frontin. i, 4, 5)
Avunculum habere aliquem xxv, 5
Auxilium salutis suæ petere xxv, 10 auxilio esse alicui, quibus rebus quis potest (promptitudo adjuvandi significatur) xxv, 11 alicui venire viii, 3 proficisci xiii, 1 auxilio celeri opus est i, 4 auxilio ejus expugnata urbs i, 4 auxilia petere, impetrare (militaria sc. sive copias auxiliares) xxii, 2 (Hæc enim proprie dicuntur auxilia: vid. Thes. Buchn. et Lips. de mil. R. i, 7)

B.

Babylon: Babylone moritur Alex. M. (urbe Chaldææ) xviii, 2. xxi, 2

Bæbius Cn. Tamphilus cons. xxiii, 12 M. Tamphil. cons. ibid.

Bagæus ad Alcib. interfic. mittitur (sic Mss.) vii, 10 (Lamb. ed. Bagoas, quod nomen Persicum fuisse, quo spadones designarentur, observant Freinshem. Ind. Curt. Hornius ad Sulpic. pag. 322. alii. v. not. Restituendum forsan et Arriano Indicis pag. 546. ubi vulgo est μαγώας)

Balbus (L. Cornelius) xxv, 21 (v. Cornel.)

Barba promissa (seu, ut alii, prolixa) xiv, 3

Barbarus (per antonomasiam de Xerxe) ii, 4 de Pharnabazo duce Persico ix, 4 de Tissapherne satrapa Pers. xvii, 3 barbari de Persis i, 7. iii, 2 de Thracibus i, 2 de Aspendiis viii, 4 barbari quidam (indefinite) xviii, 3 (Plinius l. 6. cap. 2. p. 302. dicit ' proditur, tres tantum gentes Græcas jure dici, Doricam, Ionicam, Æolicam, ceteras Barbarorum esse')

Barcas cognomine Hamilcar xxii, 1

Beatus: (ὄλβιος) homo non beatissimus (non ditissimus, qui non quidem in magna re, neque tamen pauperrimus est) xvii, 8 (vid. Thes. Buchn. v. Non). beatæ vitæ perfectrix non est philosophia, Fr. 5

Bellum Ægyptium (in Æg. gestum) xiv, 3 civile Cæsarianum xxv, 7 Corcyræum ii, 2 Corinthium xvii, 5 Peloponnesiacum vii, 3. viii, 1. ix, 1. xvi, 1 Persicum ii, 2 Pœnicum primum xxii, 1 secundum xxii, 4 primum et secundum xxiv, 3 sociale xi, 3 Troicum (ad Trojam gestum) xiv, 2

Bellum intestinum exardescit diuturnitate mali externi xxii, 2 navale ii, 2 omne confertur circa Corinthum (illa sedes belli legitur) xvii, 5 conflatur inter Ægypt. et Pers. xii, 2 sedatur xiv, 8 belli calamitates (quas bellum parere solet, bellicæ) xxii, 1 gloria Agamemnonis (bellica, reb. bello gestis parta) xv, 5 magna Pausaniæ iv, 5 Sic: belli gesta Hannibalis (in Ms. Boecl.) xxiii, 13 belli imperitus dux xv, 7 peritus xv, 3 belli inscientia xv, 7 propter belli diuturnitatem, desertæ regiones et urbes xx, 3 belli prætextus, auxilium hostibus latum i, 4. 7 ἐπίπληξις impotentiæ aliorum vi, 1 ad belli utilitatem pertinet velocitas xv, 2 bello anteferre pacem xv, 5 bellum agere (opp. suscipere) xxiii, 8 apparare magna industria xvii, 3 comparare omni ratione x, 5 comp. adversus aliq. xviii, 7 componere (pacem facere) xxii, 1 conficere cum magno labore et longinquo temp. ii, 4 totum delere (eleganter de subito et insperato fine imposito, hostibus impetu oppressis. Boecl.) vii, 8 (Barthio mira locutio videbatur.) ducere (trahere, per moram gerere, opp. conficere, bello decernere, debellare. Boecl.) vii, 8. xiv, 8 (v. inf. ducere) facere alicui (inferre) x, 4. xvii, 2 (Sic Cic. 6 Verr. et Catil. 2. Tacit. Ann. iii, 18, 1 &c.) gerere adversus aliquem cum aliquo xii, 3 (v. cum) in aliquem vi, 1 inferre alicui terra et mari xxi, 1 in Italiam xxii, 4. ii, 2 bellum clam parare alicui (comparare adversus) vii, 9 renovare iii, 2. xxii, 1 suscipere adversus aliquem xiv, 8 bello exercitatus xv, 5 strenuus xii, 1 superiores vii, 4 devincere totam insulam xii, 2 persequi aliquos ix, 4. xvi, 5 premi undique xiii, 3 opprimi xiv, 9 subigere (urbem aliquam) xiii, 1 in bello nihil contemnendum viii, 2 bello pariter pax xv, 5 a bello avocare aliquem, ibid.

Bella gesta Hannibalis xxiii, 13 (nisi e Ms. Boecl. leg. belli) ad internecionem xviii, 3 bellorum duces xxiv, 3 bella multa administrare xii, 2

Bellare ii, 5 adversus aliquem ii, 9 cum aliquo xx, 2. xxi, 2 animo cum aliquo (v. animus) xxiii, 1 bellatum mittere aliquem ix, 2

Bellicosus (πολεμιστής) xx, 2 bellicosæ nationes xxiii, 10 (si tamen integer est locus) bellicosissimæ gentes xxii, 4

Bene (cum nota approbationis: ita Græc. suum καλῶς. Boecl.) viii, 4

Beneficio aliquo uti xxv, 8 beneficia accipere xxv, 11 meminisse, præcepta retinere memoria, ibid. tribuere, ibid.

Bene meriti (qui nobis benefic. contulere) xviii, 6

Benevolentia civium (pro pignoribus et document. benevol.) vii, 6 benevolentiam magnam alicujus consequi xiv, 5 benevolentia tenere, quod alii imperio xx, 3

Benignitas (beneficentia, de præstito auxilio) xx, 2

Bestiæ feræ (comparatus captus hostis) xiv, 3 (ut alibi) leoni xviii, 11

Bithyni (incolæ Bithyniæ) xxiii, 11

Bithynia (provincia Asiæ minoris) xxiii, 12

Blandus (disting. ab affabili) vii, 1

Blito Sulpicius (historicus Rom. in q. edd. et Ms. Boecl.) xxiii, 13

Bœotii (sive Bœoti) xv, 8 bellum indicunt Lacedæmoniis ix, 2. xvii, 4 apud Mantineam fortiter pugnant xv, 9 magis firmitati corporis, quam ingenii acumini inserviunt vii, 11 (quod alibi sic effertur) plus ei genti virium inest, quam ingenii xv, 5 (v. not. ad utrumque loc. et adde Jo. Ruald. in vita Plutarchi c. 3)

Bonus civis (significanter de eo, qui habitus statusque civilis amans, officiis civilibus servit, Boecl.) xi, 3 paterfamilias xxv, 18 vir xxv, 12 Bonus (cognomen in virtutis honorem Phocioni datum) xix, 1 (Græce χρηστὸς, quod Loecen. pro leni et benigno capiendum existimat, quomodo Nepos i, 8 bonitatis voce usus est &c.) bono animo facere (consilio non scelesto) xvii, 6 boni omnes comitantur funus Attici xxv, 22 bonarum rerum ignorantia (ἀβελτερία vel ἀβελτηρία, nam et Græcis ἀβέλτερος explicatur, τὸ βέλτιον μὴ γινώσκων) xvii, 8 (constat autem hoc vitium rusticitate et sinisteritate sensuum; ἀγροικίᾳ ἀκρισίᾳ, ἀναισθησίᾳ. Boecl. v. not. Lucret. i, 728 regio rebus opima bonis. Et iii, 1018. explere bonis rebus)

Bono quodam naturali lucrifacere quædam (scil. obtinendæ apud omnes gratiæ) viii, 1 bona multa ab natura habere (dotes animi corporisque) x, 1 animi virtutes xv, 3 bona alicujus (i. e. possessiones) publicare vii, 4. xxiii, 7 alicujus vendere xxv, 12 (sc. tanquam proscripti). bona neque plura reminisci, neque majora consequi posset hic, quam vel fortuna vel natura (ei) tribuit (de eximiis naturæ ac fort. dotib. quib. Alcib. excellebat) vii, 2

Bonitas excellens hominis (virtus et moderatio animi) xx, 5 bonitatis Attici exemplum (morum facilitatis. Indicatur τὸ ἠθικὸν καὶ εὐόμιλον, quod Porphyrogeniti characteres Ulyssi tribuunt. Boecl.) xxv, 10 Sic: bonitate consequi aliquid xxv, 21 bonitas naturalis perpetua (τὸ εὐσταθὲς τῆς φρονήσεως notat, et moderati cautique judicii constantiam) xxv, 9 conf. xxv, 7 (θαυμαστὴ παρὰ τὰς ἐν τῇ πολιτείᾳ μεταβολὰς ἡ εὐστάθεια. Plutarch. in Aristid. Boecl.) bonitate retinere potestatem (æquitate civilis imperii, lenitate) i, 3

Boreas ventus (qui antea Latine aquilo) i, 2

Borni (castelli nomen in Chersoneso Thraciæ ad Propontidem. Ortelius inter Pactyen et Bysanthen collocat) vii, 7

Brevi (ἐλλειπτικῶς) ii, 4 (Integre) brevi tempore i, 2. ii, 1 (sub. in, vel a.)

Brutus M. (interfector Cæsaris) adolescens familiariter utitur Attico xxv, 8 proficiscitur in exilium, ibid. ejus familiaris C. Flavius, ibid. interitus xxv, 11 abjecto Italiaque cedenti pecun. mittit Att. xxv, 8 penes Brutos est respubl. Rom. ibid.

Byrsa (interior pars Carthaginis), Fr. 3

Bysanthen (sic nonnulli leg. ubi alii Byziam, Bizam, vel Biram exhibent) munit Alcibiades (oppidum s. castellum Thraciæ) vii, 7

Byzantium (urbs Thraciæ, hodie Constantinopolis) iv, 2

Byzantii bello subacti xiii, 1

Byzia (castelli nomen) vii, 7 (in edd. vulg. Sed ibi Ortelius et Vossius legunt Bysanthen)

C.

Cadere prælio (de morte bellica proprie) iv, 1 in bello xiv, 1 in prælio xiv, 6 cadit horum imperii majestas (evertitur imperium) xvi, 2 (in edd. vulg. sed leg. est, concidit) res cadit præter opinionem (id est, evenit) i, 2 (Metaph. a lusu aleæ: v. Thes. Buchn.) cadere in suspicionem alicujus (suspectum fieri) iv, 3 (Sic Cic. pro Mil. et Philipp. 11. Lamb.) ætas ejus cecidit in ea tempora xviii, 1 (ubi tamen alii, incidisset)

Cadorum magnitudine amphoræ ex onyche, Fr. 8

Cadmea vel Cadmia, (arx Thebana, dicta a Cadmo conditore Thebarum) occupatur a Phœbida Laced. xvi, 1 recuperatur a Pelopida xvi, 3. xv, 10 apud eam pugnatur cum Laced. xv, 10

Caduceum: (κηρυκεῖον) tabellarius cum caduceo (caduceator, κῆρυξ) xxiii, 14 (De forma caducei, post alios Phil. Caroli ad Curtium iii, 1. Ego in nummis et sigillis vett. varias observavi: de quib. forsan alias)

Cadusii (inter mare Caspium et Pontum sita gens) xiv, 1 (v. Strab. xi. Steph. et Plin. N. H. vi, 17)

Cæcilius Q. eques R. difficili natura xxv, 5 testamento adoptat Atticum, ibid.

Cædes magna fit (multi occiduntur, ut mox additur) xv, 9 cæde confecta x, 10
Cærimonia summa colitur hoc sacrarium (sanctitas religionis inviolabilis notatur) ii, 8 (Sic Tac. xiv, 22, 7 cærimoniam loci appellat. Boecler.)
Cæsar (sc. Julius) occisus xxv, 8 ejus interfectores, ibid. summus orator, Fr. 5
Cæsaris (sc. Octavii) potentia xxv, 12 prosperitas xxv, 19 ei conjunctus familiaritate int. M. Agrippa xxv, 12 Atticus, ibid.
Cæsarianum civile bellum (inter Cæsarem et Pompei.) xxv, 7 (v. not. Ernstii)
Calamitas illa accidit (clades) xvii, 6 Sic: calamitatem accipere ix, 1 calamitatem eam moderate ferre (de cæcitate) xx, 4 calamitates belli (τὰ δεινὰ πολέμου) xxii, 1
Calces remittere (rejicere, calce ferire, de equis) xviii, 5
Calefieri (scil. exercendo agitandoque, de equis) xviii, 5
Calidus L. Julius (poëta) xxv, 12 (nisi corruptum est)
Callias (Atheniens. divitiis clarus) v, 1 (De eo et duob. aliis hoc nomine plura Gronov. obs. iv, 5)
Callicrates civis Athen. (Dionem interfici curat) x, 8
Callidus homo (versutus. vir, qui consilio pollet) xiv, 10 callida liberalitas (insidiosa, captatoria, quæ non honesti studio sed tempori datur et utilitati) xxv, 11 ratio (consilium prudens) opp. demens iv, 3 callidum inventum (strategema) xviii, 5 callidissimus omnium vir (νουνεχὴς καὶ πολύβουλος) xxiii, 9 (Sic Tacit. H. ii, 31 'callidus rei militaris') imperator xxiii, 5 callide cogitare (perite, solerter, sapienter, ut nihil te lateat, fugiatque) xiv, 8 (Ita 'callide intelligere' dixit Terent. Andr. i, 2. 27 Buchner. Adde comment. Boecleri pag. 31. et deinc.) callidissime conjicere de futuris (perspicacissime et providentissime) ii, 1 (vid. denuo Boecl. comment. p. 21. et seqq.) calliditate omnes vincere (solertia) xviii, 1
Calliphron (saltator) xv, 2
Callistratus (Atheniensium legatus) xv, 6
Camillus felicior Manlio, Fr. 5
Camissares pater Datamis xiv, 1
Campus: in campo castra ponere xxiii, 5 campestria loca xviii, 5
Canere, (vox propria de oraculis, vatibus, poëtis) cecinit, ut vates xxv, 16
Canes venatici xvi, 2
Canus (Gellius) xxv, 10
Cannensis pugna (apud Cannas pugnata) xxiii, 5
Cantare ad sonum chordarum xv, 2 tibiis carmina, ibid.
Capere aliquid consilii novi xviii, 8 consilia inimica patriæ, sibi iv, 3 de summis rebus xviii, 7 dolores ex curatione (morbi) xxv, 21 fructum oculis ex casu alicujus (oculos oblectare, pascere) xviii, 11 (v. inf. ocul.) de rep. nihil præter gloriam (ex administrat. reip.) xv, 3 honores, divitias per aliquem xxv, 7 imperium (invadere) xxi, 3 locum editum (occupare) xvii, 6 magistratus summos xix, 1 naves ix, 4 quinquagena talenta vectigalis ex castro aliquo vii, 9 urbem xv, 5 aliquem consilio, perfidia xiv, 11 humanitate adeo, ut vii, 9 elegantia vitæ xxv, 19 (Utroque loco idem est ac conciliare sibi; metaph. a captivis ducta) capere prædas xiv, 10 tædium vitæ, Fr. 2
Capi bello xxi, 3 consilio opp. circumveniri multitudine xviii, 5 dicto, secunda fortuna alicujus (subigi) i, 2 dolo xiv, 10 (decipi: non enim Dat. captus, sed interfectus est) Sic: capi simulata amicitia xiv, 11 humanitate alicujus (affici, delectari) xxv, 4 capiuntur honores xxv, 6 captos cives quomodo redemerit Epamin. xv, 3
Capessere remp. (Cicer. accedere ad remp. de gerendis magistratib. Boecl.) ii, 2 (Similiter Vellei. ii, 94, 3. Tacit. xi, 24, 2. xii, 41, 1)
Capillo longo esse xiv, 3
Caput interfecti relatum ad mandantem vii, 10 caput Græciæ (urbs domina, princeps, imperans ceteris) xv, 10 capitis accusari iv 2 absolvi (de reo capitis, cui vita conceditur) i, 7 damnare iv, 3 damnari vii, 4. xviii, 5 (Sunt autem hæ omnes locutiones ellipticæ, ac subaudiendum, in causa, (quæ vox in verbo accusare continetur) in judicio, in, vel de, crimine, de damno, vel simile quid. vid. supr. accusare. Nec officit, quod etiam dicitur, damnare capite. nam et heic præpos. de subint. debet. Altero autem ablativo, crimine, in his talibus opus non est: cum alter ille sufficiat. Cum autem dicimus, arguere criminis, damnare sceleris, pariter ablativus alius cum præposit. suband. est, quicumque demum fuerit. nam ut a verbo Genitivum regi credamus, analogia Latini sermonis non patitur) capitis

causam dicere (v. dicere) xi, 2. xix, 2 capitis judicium xv, 8 periculum adire (vitæ) xiii, 4

Capitulatim (κεφαλαιωδῶς, summatim) xxiv, 3 (Usus et Plin. N. H. ii, 12)

Capitolium (arx Rom.) xxv, 20 (De eo post alios prolixe pec. tract. Just. Rycquius)

Cappadoces xiv, 8 Cappadocia Eumeni data (Asiæ regio) xviii, 2

Captiani (gens Asiatica) xiv, 8 (Ubi tamen Schott. legend. conjicit Caspiani. Loccen. Capsiani a Capsa urbe Africæ, de quib. Sallust. Jug. 89, 5)

Capua (urbs Campaniæ) xxiii, 5

Cardaces (genus militum apud Persas, male vulgo Gardates) xiv, 8

Cardianus (ex urbe Cardia in Chersoneso Thraciæ, de qua Stephanus, Plin. iv, 11. Ptolemæ. iii, 12. et Scholiast. Aristoph. ad Aves) ortus xviii, 1

Cares Lemni incolæ (e Caria Asiæ regione oriundi) xiv, 1 Caria xvii, 3

Carere facile aliqua re (non admodum desiderare rem.) xix, 1 Sic: caruit amicorum facultatibus in se tuendo xv, 3 (non est usus. nam opp. mox fide usus est. Neque igitur recte vir doctus refellit Lambinum, qui carere exp. uti nolle. Et carere non semper necessitatis esse, τὸ facile in exemplo præced. ostendit) patria, (de exule) xvi, 1 suspicione (de quo nulla est suspicio) iv, 3

Carior fit aliqua re omnibus observantia alicujus xxv, 6 carius nihil habere existimatione sua xxv, 15 carissimum habere aliquem (maxime diligere, tq. amicum) xxv, 10

Caritas patriæ vii, 5. 8. xv, 4 (v. Patria. Caritatem ita distinguit Cic. in partit. orat. 16. ut Caritas sit deorum, patriæ, parentum, et Amor fratrum, conjugum, liberorum, familiarium. Boecl.)

Carthago xxii, 2 (Fuit maxima totius orbis terrarum et potentissima urbs, secundum Suidam. Et habuisse initio tertii belli Punici intra se quidem civium septingenta millia, in Libya vero trecentas urbes sub ditione sua dicitur. Bochart. Geogr. Sacr. part. 1. lib. 4. cap. 20. pag. 286. et part. poster. lib. 1. cap. 24. adde ejusd. part. poster. cap. 35). Carthago speciem duplicis oppidi habuit, Fr. 3

Carthaginienses apud Crimessum fluvium Timoleon fugat xx, 2 C. Lutatius superat xxii, 1 Carthaginienses pacem faciunt cum Romanis, ibid. (confer. xxiii, 7) auxilia petunt a Romanis xxii, 2 legatos cum donis Romam mittunt xxiii, 7 Hannibalem domum vocant, ibid. Carthaginienses duo, Hamilcar et Hannibal, omnium barbar. fortissimi xiv, 1 (Ceterum Carthaginensis legendum an Carthaginiensis? v. notas ad xxii, 1)

Casa (domus exigua, tugurium) vii, 10 (ex emend. Schoppii)

Cassander (unus e successor. Alex. M.) nomen regium sumit xviii, 13 Macedonia pellitur xix, 3 cum eo sentiunt optimates Athen. xix, 3

Cassius C. (interfector Cæsaris floret) xxv, 8 exulat, ibid. interit xxv, 11

Castrum vii, 9. xviii, 5 (munitus muro locus. nisi poster. loco leg. est castra. de quo v. not.) castellum (exig. castrum: vide tamen Thes. Buchn.) ædificare (adornare) xxiii, 12 in castellum confugere xviii, 5 in castello se tenere xxiii, 12 munitissimum viii, 2 castella communire (extruere, ut sint claustra servitutis) vii, 7 castellis idonea loca i, 2 castellis munita regio xiv, 4

Castra: (in pl. notæ signif. militari) castra fiunt i, 4 castra nautica (de statione navium) xxiii, 11 (Liv. xxx, 9 castra navalia dixit. Gebhard. vid. Cl. Scheffer. de Mil. nav. vet. iii, 4) castrorum consuetudo (scil. ignium faciend. de quibus Lips. in milit. Rom. v. not.) xviii, 9 castra habere alicubi xxiii, 5 juxta hostes vii, 8 ponere xiv, 11 in campo xxiii, 5 his locis xiv, 6 loco idoneo facere i, 5 movere xiv, 8 Sic: castra moventur (ἀναζυγῆς γενομένης) xviii, 12 castra alicujus sequi (militare apud aliq.) xxiv, 1. xxv, 7 in castra proficisci cum aliquo (in militiam ire) xxiii, 2 castris uti (bello operam dare, bello exerceri, opp. palæstræ) xv, 5 in castris esse cum aliquo (ut modo, castra sequi) xxiii, 13

Casum alicujus lacrymare (acerbam fortunam) vii, 6 (nisi leg. casu) casu accidit, ut xxiii, 12 (ubi τὸ casu Lamb. perperam superfluum putat) casu alicujus retardari (cæde in prælio lethaliter vulnerati) xv, 9 ex casu alicujus fructum oculis capere (infortunio; de captivo) xviii, 11 casu locus incensus (forte fortuna) i, 7 casus mirabiles (eventus memorabilis observationis) xx, 5 casus adversos hominibus, secundos fortunæ suæ tribuunt reges xiv,

5 casibus nullis agi, minui (varietate sc. temporum eventuumque) xxv, 9
Cataonia (regio Asiæ, Cappadociæ vicina, cujus et Plinius vi, 3 meminit) xiv, 4
Cato XVII annorum stipendium primum meruit xxiv, 1 Quæstor, Ædilis plebis, ibid. Prætor, ibid. Consul triumphavit xxiv, 2 Censor luxuriam coërcuit, ibid. inimicitias suscepit reipubl. causa, ibid. ejus elogium xxiv, 3 studia, ibid. scripta, ibid. dictum elegans, Fr. 3
Catullus (poëta elegantiss.) xxv, 12
Catulus (Q. Lutatius) pacem facit cum Carthag. xxii, 1
Causa damnationis (movens aliq. ut damnet alium, opp. crimini seu prætextui) i, 6 causam interponere (prætextum, colorem, πρόφασιν) ii, 7 interserere i, 4 (v. not. et Th. Buchn. ac Boecl. Chrestomath. Terent.) Sic: causam bellandi reperire xxii, 3 idoneam nancisci ii, 6 hanc causam dictitabant esse belli vi, 1 causam omnem transferre in aliquem (culpam rejicere, et, ut mox additur) illius opera factum contendere ut xv, 8 causam dicere (sc. in judicio) vii, 4 capitis (in judicio capitali pro se verba facere) xi, 3. xix, 2 judicii publici agere (de causidico), Fr. 4 causa cognita (in judicio examinata) i, 7 causa tua, mea istud facio (quoniam mea interest) xv, 4 super causa tali mitti (negotio) iv, 4
Cedere (præbere se necessitati, non luctari adversus impotent. popul.) iii, 1 Tale est: cedere invidiæ v, 3 cedere alicui in re nulla xii, 2 alicujus auctoritati (i. e. alicui, propter auctoritatem) xiii, 3 pertinaciæ xxii, 2 Italia xxv, 9 (Sic Justin. xxxi, 5. qui et 'cedere alieno regno' dixit xxix, 2) cedere hosti (de duce belli) xxii, 1 Sic: cedere loco (in prælio sc.) xii, 1 cesserunt hæc ei prospere (de rebus gestis, secundoque eventu) xiv, 1
Celare aliquem (quod paratur) xxiii, 2 celare commissa xv, 3 celari hoc non potuit ei vii, 5 celatum est hoc minus diligenter ix, 5
Celebrare (sc. funus. de officio exequiarum) xx, 5 hoc celebratum est fama xii, 1 maxime xi, 2 (Sic Cic. 'omnium sermone celebratum,' pro dom. et pro Cluent. Lamb.)
Celebritas: in celebritate versari (in loco ædium, quo plures commeant, quem multi assidue celebrant et frequentant) præf. (Cic. ad Att. iii, 7. 'Odi celebritatem, fugio homines.' Et xii, 13. 'Me hæc solitudo minus stimulat, quam ista celebritas.' Sic apud Tacit. H. ii, 64, 1 'celebritas viarum;' et ap. Quintilian. decla. 265. 'celeberrimæ viæ.' Et ap. Cic. in Part. Orat. celebres loci opp. desertis: v. Schopp. Veris. ii, 10. Gronov. obs. iii, 16. et Thes. Buchneri)
Celeria remedia xxv, 21 (Vir clarim. exp. laxantia, digerentia, resolventia, quæ pellunt obstantia, ut Horat. loquitur Sat. ii, 4 Nescio, an hunc sensum admittat, quod additur, faciliaque) celerius factum (præsentiore consilio) xiv, 6 celeritate consequi aliquid (conficiendarum rerum) xiv, 5 tanta uti (sc. expeditionis, itineris) xvii, 3 et xvii, 4 Sic: celeritas consilii universis saluti fuit xvii, 6 celeritate ingenii omnes vincere (ἀγχινοίᾳ) xviii, 1 celeriter accipere quæ traduntur: (signif. docilitas ingenii) xxv, 1 effecta classis (intra breve tempus) ii, 2 pervenire ad principatum v, 2 pecunia deesse cœpit x, 7 pœnitet hunc ejus facti v, 3 reperire quæ opus ii, 1 restituitur hæc urbs xvi, 3
Censoria munia xxiv, 2
Censorius (qui aliquando censuram gessit) xxiv, 1 (Alii Censorinus vel consobrinus male)
Centenius C. prætor cadit xxiii, 4
Cera circumfundunt Amici Agesilaum (sc. ut servaretur a corrupt.) xvii, 8
Ceraunus cognom. Ptolemæi xxi, 3 (quod ideo nactus est, quod in bello quasi fulminaret. Lamb.)
Cernitur hoc oculis, (plus est quam quod opp. accipi auribus) xx, 2
Certamen est mihi cum hoc de principatu (æmulatio) ii, 6
Certum hominem ad aliquem mittere (Thucyd. ἄνδρα πιστὸν) iv, 2 certos homines mittere ad aliquem vii, 10 ad montes xviii, 9 certos præficere forib. qui non discedant x, 9 (de destinatione peculiari ad res obeundas. Sic eleganter dicimus: per certos homines omnia rescire poterat. Boecl.) certam diem præstituere alicui xii, 3 certiorem facere aliquem id agi ii, 5 certe, vel certo, vincere xxii, 1 (Sic integer est locus)
Ceryces (Sic nonnulli legunt) vii, 4. 6

Ceterum (sed) xviii, 8 ceterus regius cultus (reliquus) xiv, 3 cetera Græcia (reliqua pars Græc.) iv, 2
Cethegus P. Corn. cos. xxiii, 13
Chabrias Athen. (clarus invento quodam in prælio) xii, 1 item bellis in Europa et Ægypto, Cypro xii, 2 Ægyptios sponte juvat et ideo domum revocatur xii, 3 plurimum aberat patria, ibid. telis hostium perit xii, 4
Chalciœcus iv, 5 (ædes Minervæ Lacedæmone, ita dicta quod æreum esset templum, ut Livius ait, sive quod ædificatum a Chalcidiensib. Nisi malis ipsius Deæ nomen esse; sane *ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς τῆς χαλκιοίκου* vocant Thucyd. lib. 1. Diod. Sic 11. Themistocl. epist. 2. Polyæn. 8. Pausan. Phocicis, et Laconicis &c. *τὸν ναὸν τῆς χαλκιοίκου* Chrysermus apud Stobæum 157. et ex eo Plut. in parall. Gr. et Rom. et lib. de fluminibus: sicuti *τὸ τῆς χαλκιοίκου τέμενος* Polyb. 4. Polyæn. 2. et Plut. in apophth. Lacon. i, 3. Describit Pausanias Laconicis)
Chalcis (urbs Eubœæ) xiii, 3
Chaones (gens Epirotica) xiii, 2
Chares Athenis honoratus et potens xii, 3 plurimum in Sigeo vixit, ibid. adversus eum subornat Phocionem Demosthenes xix, 2 non satis in eo præsidii creditur xiii, 3
Charonis (Thebæ domus) xvi, 2
Chersonesus (sc. Thraciæ peninsula *κατ' ἐξοχὴν* sic dicta Straboni) magna: in eam coloniam deducit Miltiades, totaque regione potitur i, 1 perpetuam ibi dominationem obtinet i, 8 inde Athenas demigrat i, 3
Chiliarchus Tithraustes secundum gradum imperii tenet (apud Persas) ix, 3 (v. Freinsh. Ind. Curtii)
Chium oppugnant Athen. (insulam maris mediterr. quæ hodie Scio dicitur) xii, 4
Chorda: ad chordarum sonum saltare (citharæ scil.) xv, 2
Cibaria cocta dierum decem xviii, 8 (usi et Cicero ac Cæsar hac voce: v. Thes. Buchn. Frontinus etiam dixit 4. c. ult. cibaria parare. Sallustio et Plauto ap. Varron. 6. de L. Lat. est cibus coctus)
Cicero (M. Tull. æqualis Attici et amicus) xxv, 1. 9 ejus epistolarum ad Atticum elogium xxv, 16 Hortensii in eloq. æmulus xxv, 5 invisus Antonio et infensus xxv, 10. 9 futura prædixit, ut vates xxv, 16 quando primam causam judicii publici egerit, Fr. 4 defensionem pro Cornelio iisd. pæne verbis, quib. edita est, peroravit, ibid.
Ciconiæ in deliciis ciborum, Fr. 10
Cilices (e Cilicia, reg. Asiæ min. oriundi) xiv, 8 Ciliciæ portæ xiv, 7 (vid. Portæ)
Cimon Atheniens. ob parentis mulctam in vincula compactus v, 1 a sorore liberatur, ibid. ad principatum pervenit v, 2 ejus res gestæ, ibid. ostracismo ejicitur v, 3 revocatur v, 3 ejus liberalitas v, 4 mors v, 3
Cinnanus tumultus (a L. Corn. Cinna Cons. excitatus: v. not. Ernstii) xxv, 2 Cinnanæ partes (qui Cinnæ causam tuebantur), ibid.
Circa: qui circa sunt (antea, sui) xviii, 10 (*οἱ περί τινα*. Sic Livius i, 40 de comitatu Tarquinii regis: 'qui circa erant:' v. Casaub. ad Sueton. Cæs. c. 27. et Thes. Buchn. Terent. Eun. iii, 5, 35 'quæ circum illam essent:' Senec. controv. 11. 'illi circa erant sodales')
Circiter annos octoginta xxiv, 2 circiter millia trecenta xxiii, 6
Circulus xv, 3 (Gr. *κύκλος*. cœtus vulgo coëuntium ac fabulantium, qui collatis capitibus videntur veluti orbem facere; ait Lipsius. Notandus hic mos in circulis philosophandi disserendique, Sophistis usitatus. hi enim ubi scirent convenire frequenter homines, in foro, in circulis, disputationes et *ἐπιδείξεις* suas recitabant. hoc Senecæ ep. 40 et 54. est circulari, scil. circulis se venditare, aut, ut Lips. recte explicat, circulos quærere, aut facere: accipitur enim circulandi vox de erronibus, vagantibusque sophistis, qui eloquentiam suam per urbes circumferebant. de quibus v. Cresoll. theatr. Rhet. l. 3. c. 3. quem loca Senecæ distinxisse accuratius mallem. Non enim statim sunt *περιοδευταὶ* qui circulantur: et genus dictionis et consuetudo disserendi magis, quam genus vitæ, exprimitur interdum notione circulantium. Boecler.)
Circumdare domum multitudine (cingere) xxiii, 12 circumdari amiculo (vestiri) xiv, 3 circumdatur portus mœnibus ii, 6
Circumfundere aliquem cera (de cadavere) xvii, 8 circumfundi concursu host. xii, 4

Circumiri multitudine ii, 3. xiv, 6 (pro a multitudine. Sic Cic. Philipp. 13. 'circumiri totius belli fluctibus'). circumiri ab hostibus (integre) xiv, 7 (quomodo et Frontinus loquitur ii, 3, 17)
Circumsideri in castello (obsideri) xviii, 5
Circumvehens Peloponnesum (sc. classe) xiii, 2 (circumvehens dixit auctor pro circumvectus: ut equo vehens pro equo vectus. Boecl. Videtur autem subaud. se circum. nisi posterius ex ipso verbo ad accusat. loci trahere mavis)
Circumveniri multitudine, (alibi, claudi) xviii, 5 (et in Ms. Bavar. pr. ii, 3, 2 ubi vide in not. locum similem Sallustii) circumventus insidiis xxiii, 4
Circus Flaminius, Fr. 11
Citari victorem (voce præconis declarari, proclamari), Præf. (Pertinet huc proprie locus Cic. Ep. lib. v, 12 'præcones ludorum gymnicorum, cum ceteris coronas imposuerunt victoribus, eorumque nomina magna voce pronuntiarunt, cum ipsi ante ludorum missionem corona donantur, alium præconem adhibent, ne sua voce ipsi se victores esse prædicent.' Boecl.)
Citerior Hispania xxiv, 2 (Tarraconensis provincia. vid. Hispania)
Citharizare (κιθαρίζειν, canere cithara) xv, 2
Citium (oppid. Cypri, patria Zenonis Stoici) v, 3 (Hoc etiam statuit contra Cujacium Harduinus ad Plinium lib. 5. c. 31. p. 284. n. 18)
Civis bonus habetur Atticus (ob virtutes et officia societatis civilis) xxv, 13 civis Acharnana (oriunda Acharnis) ii, 1 cives gentis alicujus i, 4 cives sui (ejusdem civitatis membra) i, 1 Sic: civium aliquis xv, 3 civium cædes fit xv, 10 in aliquem animi placati xi, 3 civibus suis donat L. talenta Conon (civitati suæ) ix, 4 pœnas dare i, 3 cives civib. parcere æquum viii, 2 captos quomodo redemerit Epam. xv, 3
Civilis victoria omnis funesta (a civib. in bello civ. reportata) xv, 10 (civiles clades hostibus produnt rempubl.) xvii, 5 civiles fluctus (de bellis civ.) xxv, 6 Sic: civiles procellæ xxv, 10 (v. inf. fluctus) civilibus bellis alterutra pars offenditur xxv, 2
Civile jus v, 2 (v. Jus)
Civilitas Agesilai in cultu victuque xvii, 7
Civitas Romana amittitur alia ascita (jus civit.) xxv, 3 amplissima vii, 1 clarissima viii, 2 splendidissima vii, 11 civitas quæ libertate usa est (ἡ δημοκρατουμένη πόλις) i, 8 universa descendit obviam Alcibiadi (cuncti cives s. incolæ) vii, 6 (Sic Græci: πᾶσα ἡ πόλις) civitatis alienæ esse (sub. hominem, civem, vel simile quid; i. e. alienigenam) xviii, 1 Sic: civitatis ejusdem esse ii, 9 civitates potentissimæ v, 3 civitatum magnarum et liberarum commune vitium xii, 3 omnium eadem natura i, 6
Clandestina consilia (occulta molitio) xxiii, 2
Clarus vir iv, 3 clarissimus vir ii, 8 claritate præstantes viri (celebres) xviii, 3
Classis LXX. navium i, 7 c. nav. ii, 2 ccc. nav. ii, 3 D. nav. i, 4 MCC. nav. longarum ii, 2 classis communis Græciæ ii, 3. iii, 2 classis confligit cum (classiarii) ii, 4 (Sic alibi: naves superant Eubœam. Vorst. v. navis) classi præficere aliq. (Archithalassum constituere) i, 4 classem ædificare ii, 2. iii, 3 comparare i, 4 contrahere ix, 4 efficere celeriter ii, 2 dare alicui i, 7 classe proficisci (sub. cum, vel in), ibid. navibus i, 1 classe appulsa ad Eubœam i, 4 cum classe mittere aliq. iv, 2 in classe esse cum aliquo, (de collega Præfecti s. Archithalassi) iii, 2
Classiarii (milites class.) i, 7 et alibi (v. Cl. Scheffer. de Milit. Nav. ii, 3)
Clastidium (opp. Galliæ Cispadanæ hodie Chiasteggio) xxiii, 4
Clavam gerere manu xiv, 3
Claudere hostem angustiis locorum xiv, 8 urbem obsidione xv, 8 operibus i, 7 (Cæs. circumvenire) claudi angustiis loci xv, 7. xxii, 2 multitudine (circumveniri) i, 5 (Proprie venatorium verbum est, et militare: v. Thes. Buchneri) ad claudendum filium iv, 5
Claudius M. Cos. xxiii, 7
Claudus altero pede xvii, 8
Clementia in captos uti vii, 5 est in victoria (opp. crudelitas) xx, 2 clementiam violare (facere quod clementiæ officio indignum) vii, 10
Cleon Halicarnasseus vi, 3
Cleophantus Corinthius, Fr. 10
Clypeis maximis uti xi, 1
Cnidus, ix, 4
Coarguere tyrannidem alicujus (cum ex-

probratione tyrannidis convincere) xv, 6
Cœlum vesperascit xvi, 2 in cœlum efferri laudib. (valde extolli) x, 7 (Sic in cœlo esse, cœlum tenere, tangere et in cœlum abire dicuntur, qui beatissimi sibi videntur. de quo vid. Buchn. Thes. adde Senec. de benef. i, 13 Petronius: 'Nunc in cœlum abiit, et Trimalcioni tapanta est')
Cœnare apud aliquem xxiii, 12
Cœpit hic operam dare (dedit op.) ix, 5 Sic: cœpit orare iv, 4 petere xxiii, 2 cœpit pugnari cum xv, 10 cœpta est desiderari diligentia xv, 7 cœpta sunt conjici vasa xxiii, 11
Coërcere manibus procacitatem (punire pariter ac inhibere) xx, 5
Cogere: quod cogit natura (ad quod) xxv, 22 (nisi leg. est, ad quod). cogit hic equos, verberib. exultare xviii, 5 eos satis habere, si xx, 2 medicos dare soporem x, 2 cogunt illi eum jurare x, 8 coactus est muros reficere xiii, 4 vetustate (sc. tecti labescentis) xxv, 18 coactus odio civitatis xiii, 3
Cogitare: quæ cogitas (v. seq.) quæ volebas ix, 2 cum cogitasset, facere audebat xiv, 7 (disting. a facere, conari, ita ut consilium primo et deliberatio adhiberi, deinde maturari factum intelligatur. Cicero etiam hac voce significanter utitur, de actu animi commentantis, rem secum expendentis, peragentis. 'sic cogitare de rep.' orat. de prov. cons. xiii. Verrem autem ait 'ingenio et cogitatione nulla fuisse.' Boecler.) quæ cogitarant, latere arbitrabantur (de scelesto transfugii consilio) xvii, 6 Paulo post dixit: quod fuerat ad perniciem cogitatum (i. e. insidiose structum) xiv, 6 cogitata patefacere (molitiones) iv, 3 (alii leg. conata. Conjurationi et insidiis propriam vocem notarunt pridem docti. v. Cl. Bernegg. ad Justin. xxi, 4, 4. c. Cicero in Miloniana, Clodii 'cogitatos furores' cap. 12. 'cogitatum facinus' c. 17. eadem notione nominat. c. 25. ἀνεξηγητικῶς loquitur: 'si hunc de tua vita nefarie aut nunc cogitare aut molitum aliquando aliquid putas.' Boecl. Voce 'cogitata' similiter usi Ter. Phor. i, 5, 53. Vellei. ii, 13, 4. et alicubi Cicero). cogitare amice aliquid de aliquo (φίλα τινὶ φρονεῖν) xxiii, 2 cogitabat corripere omnium partes (moliebatur) xviii, 2 cogitatum imperatoris acutum (pro celeriter reperto consilio, vel strategemate) xiv, 6 cogitatione omni ferri ad liberand. patr. (omnia illuc consilia vertere) vii, 9 cogitare callide xiv, 8 (de agitatione et exercitatione animi, facienda et eventura præmeditantis, quæ qualis sit, peto ex loco Liviano de Philopœm. in comment. [p. 38] Boecl.)
Cognomine appellatur Bonus Phocion. ab integrit. vitæ xix, 1 Justus Aristides, ab abstinentia singul. iii, 1 (Mos passim obvius ap. Græcos Latinosque: rarus primo honor et gloriosus: mox ridicula sæpe ambitione vulgatus obsolevit. Boecl.)
Cognoscere librum (legere, ἀναγινώσκειν) vi, 4 Sic: literas xiv, 5 sententiam alicujus xx, 3 facile omnium animos (penetrare sensa animi) x, 8 sibi esse pereundum iv, 4 (sc. e literis). hunc cognovit puerum in ludo (de initio familiar.) xxv, 10 cognosci memorem gratumque (reperiri) xxv, 9 cognitum talem judicare aliquem (factis spectatum) i, 1 cognitam diligenter habere antiquitatem (perspectam) xxv, 18 non auditum, sed cognitum prædicare aliquid (compertum propria experientia, non aliorum relatu) xxv, 13 cognito hoc responso (audito intellectoque) xxiii, 7 cognita causa (in judicio disceptata et examinata) i, 7 (sub. a, i. e. post cognitam caus.) Sic: cognita voluntate hujus iv, 2 quibus cognitis ix, 4 nemo nisi industria cognita xviii, 1 (spectatæ industriæ. Subaud. autem nomen cum præpos. ut integre sit: homo vel vir cum ind. cogn. Vorst.)
Cohortatio militum fit (ad milites) xxiii, 11
Coire (conspirare) xvi, 2 cum aliquo (ad societatem factiosi consilii accedere) xxv, 8 coire societatem cum aliquo ix, 2.—Sic sæpe Cic. et alii: v. Sanctium Minerv. l. 3. p. 151. lib. 4. p. 340. Voss. de analog. iii, 4. Qui hanc integram putant locutionem, in priori v. subaud. esse τὸ societatem vel coitionem. Ego utramque ellipticam censeo, sed magis priorem. Integrum fuerit coire itum (s. viam, vel coitum) ad societatem.
Colere agros (ut servos) iv, 3 sacellum sanctissime (de cultu religioso in sacello fieri solito) xx, 4 Sic: sacrarium summa colere cærimonia ii, 8 coli literis ab aliquo (de commercio epistolarum familiarium) xxv, 20
Collabefieri ab aliquo testula iii, 1 (ele-

ganti metaphor. significante, dignitate statuque veluti suo pelli. Tacit. Ann. iv, 60 ‘ si jam labefactum demovisset.’ Ann. vi, 29 ‘ Mamercum labefacit Macronis odium’)

Collaudare aliquem iv, 2 officium alicujus xxv, 4

Collegam habere aliquem in consulatu, censura xxiv, 1 collegæ dantur huic (sc. gerend. bell. in imperio militari, aut gerenda repub.) vii, 3. 7 collegas expectare (scil. legationis) ii, 7 habere hos xv, 7

Colligere manum (copias) vii, 7 colligere ex fuga reliquos xxiii, 6

Collis Quirinalis xxv, 13 (Mss. quid. ‘ in valle’)

Collocare multitudinem in agris (sc. deductos colonos) i, 2 (h. e. agros assignare, quos colant, ibique domicilium figant. Buchn.) alicui filiam xxv, 19 Sic : collocari (sc. in matrimonium, qua integra phrasi Cic. usus est : elocari) iii, 3 Sic : si virgo nubilis propter paupertatem collocari non posset xv, 3 collocata in littore præsidia (posita, constituta) xxiii, 11

Colloqui per internuntios vii, 5 colloquendi dies (colloquio destinatus) xiv, 11 colloquendi tempus sumere, ibid. colloquium alicujus petere xiv, 10 in colloquium venire de re xiv, 11 in colloquio aliquamdiu esse (de ipso actu colloquendi) xiv, 11

Colonos mittere aliquo i, 1 arcessere Corintho xx, 3 deducendi, collocandi, muniendi, ordinandi ratio i, 2 tot.—colonia a Cimone constituta Amphipoli v, 2 in coloniam mittere aliquos (deducere eo colonos), ibid. (Sunt autem coloniæ civitates ex alia civitate veluti propagatæ. Gell. xvi, 13. quarum deducendarum causas ceteraque exposuit Sigon. de antiq. jur. Ital. lib. 2. c. 2. De jure earum ap. varias gentes memorabilia sunt quæ collegit Henric. Valesius in annot. ad collectan. Const. Porphyrog. Boecl. Atheniensium colonias collegit et digessit Meurs. Fortun. Attic. cap. 6. Lacedæmoniorum idem in miscellan. Lacon.)

Columnæ iii, 2 pedum ex onyche, Fr. 8

Comites de suis adjungere alicui xvii, 6

Comitari (sc. funus) xviii, 13. xxv, 22 (Est enim inter voces huic officio proprias, quas Kirchm. de funer. lib. 2. c. 10. refert : sequi, prosequi, exequi, comitari funus ; ire, venire exequias. Boecler. Adde Heinsium ad Ovidium Ep. 2. Heroid. vs. 119)

Come ingenium (facile ad audiendum præceptorem et artes capiendas. Leccen.) x, 1

Cominus pugnare xii, 4

Comitas mira (pro civilitate cultus et affabilitatis) i, 8 (quomodo et alibi principib. viris sæpe comitas tribuitur ; ut Patribus ap. Liv. v, 3 et 7, &c. Augusto ap. Suet. c. 53. Tito ap. eund. c. 8. et Tacit. Hist. v, 1, 2. Druso Ann. i, 33, 4. adde Thes. Buchneri. Sed in Ms. Dan. et Schotti est ‘ communitas ;’ idque rectius videtur) comitas ejus non sine severitate est xxv, 15 (v. Tacit. Ann. ii, 72, 3. vi, 50, 1)

Comitium (scil. Spartæ, Xenophonti τὸ ἐφορεῖον) xvii, 4 (Usus est, ut alibi sæpe, Romana voce, quæ Græcæ responderet, ob similitudinem ; nam ut Spartæ in ἐφορείῳ, sic Romæ in comitio populus conveniebat. Comitii a. vocem habes et apud Ciceronem Or. pro Sextio, Livium xl, 29. Plin. N. H. xviii, 15. Tacit. Ann. xiii, 58. et Agr. 2)

Comitia amicorum (scil. in quibus agitur de amicorum dignitatibus) xxv, 4 (Ad hæc ventitare, ibique petitionem amici auctoritate et suffragio juvare, officii erat. Boecl.)

Commeare : commeant omnes hac via xviii, 8 (quandam consuetudinem ; frequentiam, studium hac voce notari, observat Boecl. Chrestomath. Ter.)

Commeatu omni privare urbem (annonæ subvectione) i, 7 Sic : commeatibus privatur civitas (intercipitur ei portus et subvehendi facultas) xix, 2

Commemoravi de eo supra (dixi, narravi) x, 6 commemoratur hoc in virtutibus alicujus, Præf.

Commendare alicui regnum (tradere, successorem facere) xviii, 2 (dicitur ea vi, qua morituri necessitudines suas aliaque amicis commendare dicebantur : vid. Brisson. Formul. 7. Boecler. Terent. Ad. iii, 5, 11 ‘ ille tibi moriens nos commendavit.’ Adde Thes. Buchneri). commendatio tanta oris atque orationis ut vii, 1 (de oratione commendata viribus actionis, ut loquitur Quintil. xi, 3. naturalique vultus gratia et pronuntiandi excellentia valente : v. Cresoll. lib. 2. Vacat. autumnal. p. 213. Boecl. Tacito Hist. iii, 1. est ‘ decor oris’). commendatio-

nem aliq. consequi in lædendo aliquo xxv, 9 (ubi vulgo 'commoditatem' edunt). commendatur non minimum dignitas corporis (laudatur) x, 1 (Lamb. tamen mallet 'commendat')
Commiserari fortunam alicujus (scil. sermone) xvii, 5 (sic apud Sallust. Jug. 'miserando casum suum.' Verst. Et ap. Tac. A. iii, 17, 1 'casum alicujus miserari')
Committere aliquid (de crimine) iii, 1 prælium (initium facere conflictus) i, 6 (sic et ap. Justin. ii, 12, 7. xv, 4, 22. et xxii, 6, 6. Apud Flor. similiter 'acies commissa,' 'bellum commissum,' pro incepto: v. Ind. Freinshem.) committere prælium statim (simpliciter de conflictu) xxiii, 11 vi summa i, 5 alicui imperium, potestatem vi, 1 (sic ap. Liv. et Frontin. 'committere alicui remp.' v. Gronov. ad Liv. xxvii, 7) committere se fluctibus civilibus (mox, dare) xxv, 6
Commissa celare (tacere fidei suæ concredita) xv, 3 (Horat. Sat. i, 3 'commissa tacere.' Et Ep. i, 18 'commissumque teges.' Lamb.)
Commoda populi: (ita τὸ κοινῇ συμφέρον in democrat. vocatur: ut) adversus commoda populi stetisse (sit pro crimine majestatis) xix, 4 (Bœcl. sic ap. Vellei. ii, 13, 2 'commoda plebis')
Commode saltare, Præf. (εὐαρμόστως, εὐσχημόνως, perite, concinne, eleganter, et ad modos ac numeros apte; sic ap. Suet. Aug. 79 'commoditas membrorum,' pro concinnitate). verba facere (de eo, qui nativum linguæ leporem exprimit) ii, 10
Commoditatem aliquam consequi in lædendo alio (emolumentum, lucrum, quæstum) xxv, 9 (in edd. vulg. sed leg. est, commendationem)
Commovere se non sunt ausi (eleganter de molitione nefaria, cohibita atque veluti constricta) xvii, 6 commoveri nuncio aliquo (erigi, excitari ad rem accuratius agend.) xiv, 7 nova re (perturbari) xiv, 6 his rebus vii, 10. xx, 1 hoc sermone (irritari) x, 2 commotus hoc nuncio rediit (pro quo alibi ἐλλειπτικῶς dixit, hoc nuncio rediit) iv, 3
Communire castella vii, 7 loca castellis idonea i, 2
Communis infimis (κοινὸς, de popularitate et ἰσομοιρίᾳ) xxv, 3 (itaque τὸ δημοκρατικὸν notatur voce 'communitatis' apud auctores: qui de facilitate explicant, non satis discernunt vim locorum. Bœcl. v. Thes. Buchneri). communis affinis (sc. et meus et fratris) xx, 1 communis classis Græciæ (a tota Græcia comparata, v. Classis). communi utilitati parere vii, 4 commune ærarium iii, 2 vitium in magnis civitatib. xii, 3 jus gentium (v. Jus) ii, 7 odium (quod uterque gerebat erga alium) xiv, 10 communia multa imperatorib. cum militib. et fortuna viii, 1 communitas mira in hoc est (sic q. Mss.) i, 8 (ubi alii, comitas). communiter. cum his diem deligere (communi consilio) xvi, 2
Commutare aliq. in tecto (ædium sc. immutare, innovare) xxv, 13 commutatus vitæ status (genus vivendi diversum) x, 4
Commutatio rerum tanta fit (ut, fortunæ statusque imperii ac belli) vii, 5 commutatio subita consequitur res prosperas x, 6
Comparare bellum (ut parare, instruere, moliri) x, 5. xvii, 2 adversus aliquem xviii, 7 classem i, 4 classes xvii, 2 copias, ibid. exercitus xiv, 4. xxiii, 3 pedestres xvii, 2 (Sic Livius xlii, 30 'quod arma, milites, classem comparasset.' Ead. ratione Cæsar B. G. vii, 12. præsidium, i. e. militem præsidiarium, comparare dixit). factionem excitare x, 6 iter ad regem (de itineris destinatione et præparatione) vii, 10 manum (sc. militum) x, 4 milites ad resistendum (instruere, ordinare) xiv, 4 comparatur hic cum primis ætatis suæ (par primis habetur: elogium magni ducis) xi, 1 comparatum erat incendium ad interimendum virum vi, 10 (Sic Cic. Orat. 'ad delectationem comparatum genus.' Verst.) ad comparandum dato tempore (ἐλλειπτικῶς. subaud. bellum) viii, 2 (Ciceroni pro Plancio est 'dari spatium comparandi')
Comparativus pro absolut. elegantiæ serviens: leviora, pro levib. xv, 1 acerbius imperium pro acerbo xviii, 6 obscuriora gesta pro obscuris xiv, 1 res major pro magna ii, 1 majores natu pro magno ii, 2 Sic: contumacius se gerere v, 2 audacius instare xv, 9 licentius dispertiri x, 7 (pro contumaciter, audacter, licenter. In quib. omnib. tamen intensio quædam significatur: ut cum dicimus paulo, aliquanto leviora, &c.)
Comparere: comparet in his libris multa diligentia (conspicitur, &c.) xxiv, 3

(Sic Cicer. in orat. perf. 'In Thucydide ornamenta comparent.' Lamb.)

Compellare aliquem fratricidam (increpare, convicio objurgare) xx, 1 (Buchn. in Thes. Fabr. ait idem fere esse ac accusare, ut apud Suet. Cæs. 17 'compellare majorem potestatem,' explicante Casaubono). compellari hoc crimine (de eo qui in judicio convenitur super crim.) vii, 4 (nisi tamen locus corr. est. nam scripti codd. aliter legunt)

Compellere hostem intra mœnia (al. rejicere &c.) xvii, 5 (de iis, qui eruptionem infeliciter tentarunt). compellere eo aliquem, ut xxii, 2

Comperire aliquid ex literis iv, 4 ab aliquo rem gestam iv, 3 de scelere filii iv, 5

Complecti (de luctantibus) xv, 2 (vid. Hieron. Mercurial. de art. gymn. lib. 2. c. 8.) complexi inter se (de serio pugnantibus) xviii, 4 (Diod. Sic. συνεπλάκησαν ἀλλήλοις, et: συμπλεκόμενοι τοῖς σώμασι: Hinc vocis translatio et usus artis luctatoriæ patet, qui innuitur loco Nepotis priore. Boecl.)

Complevit tot annos (scil. vivendo) xxv, 21 (Cic. de senect. cap. 5 'Gorgias centum et septem complevit annos')

Completa sunt horum adventu decem millia (i. e. effecta) i, 5

Complura castella xiv, 10 testimonia xiii, 4 (in edd. vulg. Sed in nostra est 'pleraque'). compluribus locis v, 4. xiv, 11

Componere bellum (pacem facere) xxii, 1. vii, 8 (sic Pollio ap. Cic. 10. ep. ad fam. et Vellei. ii, 25, 1. Eod. sensu Horat. 4. Carm. 14. extr. 'arma composita' dixit)

Composito (de industria, ἐκ παρασκευῆς, Plauto de compacto) xiv, 6 (Donat. ad illud Ter. Phorm. v, 1, 29 'Composito factum est:' Sic, inquit, veteres: nos 'ex composito,' ut: 'Composito rumpit vocem, et me destinat aræ.' qui Virgilii versus est Æn. ii, 129.) parum composite, mox: minus eleganter (utrumque de puritate sermonis), Fr. 2

Comprehendere aliquem iv, 4

Comprimere preces alicujus taciturna obstinatione (inhibere) xxv, 22 (in edd. quibusd. nam in aliis est 'depressit')

Comprobatum hoc est publice xxiii, 3

Conari: prius cogitare, quam conari (προσφέρεσθαι πράγματι, ipsum actum notat. effectui rem dare) xiv, 7 ea re fallere ii, 7 frustra dehortando (niti, laborare) xxv, 21 multa stulte (suscipere, factitare) xxiii, 8 a conatu resistendi deterreri xiv, 4

Conata perficere (destinata, significanter) x, 8 (vid. Taubm. ad Plaut. Merc. prol. 39. sic Cæsar B. G. i, 3. et Suet. Galb. c. 17. Lucretius iii, 386. dixit 'conata patrare,' Accius apud Nonium et Velleius ii, 29, 1. 'exequi,' Juvenalis Sat. 13. 'peragere.' Reponunt nonnulli hanc vocem et iv, 3)

Concedere aliquo habitatum ii, 8 concedere alicui aliquem (captum bello reddere) xxv, 7 principatum imperii xiii, 2 non concedere alicui principatum (se opponere dominationi ejus) x, 6 non conceditur hoc legibus (leges vetant) ii, 10

Conceptis verbis dejerare ausim (formula asseverandi), Fr. 12

Concidere multa millia adversar. (secunda producta; delere, interficere) xiv, 8 Alpicos xxiii, 3 Sic: conciduntur nonnulli ab insciis x, 10 celeriter perfugæ xiv, 6 (de magna et subita clade. estque ubique hæc vox inter eas, quæ cum pondere et gravitate et fundamento αὐξήσεως dicuntur. Boecl. vid. Cort. ad C. Cæsar. de Rep. Ord. Ep. i, 5. n. 1) concidere (secunda correpta scil. ex vulnere) xv, 9 conjectu telorum xvi, 5 concidere hoc crimine (everti, subverti) xix, 2 vitio adversariorum xvii, 5 Sic: concidit majestas imperii Laced. xvi, 2 (Pertinet huc cognata translatio, collabefieri: v. supra. Boecl.)

Conciliare servitutem (civib. suis scil.) xv, 5 (Lambin. exponit, quærere, comparare. Nisi fors capiendum commendandi notione et insinuandi, ut sæpe. Ut sensus sit: blandiente otii titulo, paulatim civibus tuis servitutem, quæ sub isto otio certa latet, veluti acceptam reddis. facis, ut quod omnium noxiosissimum est, veluti profuturæ tranquillitatis elogio placeat ametarque. Boecl.) conciliare tantum otium toti insulæ (ut acquirere, comparare) xx, 3 conciliare alicui reges (adjungere partib. alicujus, pertrahere in societ. consiliorum) xxiii, 10 (nisi τὸ conciliabat a glossa est). pacem (facere. mox: componere bellum) xxii, 1 conciliare pacem inter duas civitates v, 3 (de eo, qui medius et veluti arbiter pacis intervenit, offensasque conciliat. sic Cic. 10. fam. 27.

et Ter. Heaut. v, 5, 2.) conciliant fortunam sui cuique mores (efficiunt, et, ut alibi loquitur, fingunt) xxv, 19 conciliantur huic homines amiciores (benevoli redduntur) xvii, 2 (quam lectionem frustra solicitat Lambinus: Cic. pro Deiot. 'quocum mihi respub. amicitiam conciliavit.' Idem: 'Virtus et conciliat amicitias et conservat'). conciliari mihi talem virum cupio (amicum fieri) ii, 10 conciliare nuptias xxv, 5 conciliator nuptiarum xxv, 12 (pararius, προξενητής. bono et honesto significatu. Sic alii: v. Mercer. not. ad Nonium pag. 96)

Concilium amicorum habere (conventum) xv, 3 concilium populi habetur in theatro (concio) xx, 4 (similiter Liv. xxiv, 37: vid. Gronov. ad Liv. xliv, 2. ubi prolixe ostendit, quomodo differant consilium et concilium, quæ sæpe in libb. confunduntur)

Communitas: vide Comitas

Concinnus in brevitate respondendi xv, 5 (cujus breve responsum aptissime congruit; appositæ responsiones cum suavitate dicti notantur. ἀποφθεγματικὸς Græcis esset talis homo. Boecler.—Cic. Bruto: 'sententiæ venustæ et concinnæ.' Horat. Sat. i, 3 'concinnus amicis Postulat ut videatur.' Lamb.)

Concio convocatur (cœtus populi) vii, 6 concio populi xx, 5 in concionem populi prodire (εἰς τὴν ἐκκλησίαν, vel εἰς τὸ βῆμα. Lamb. de judicio publico, quod in concione sc. habebatur) ii, 1

Concitare equum in aliquem xvi, 5 concitato equo vehi ad hostem xiv, 4 concitant vasa jacta risum pugnantibus (movent) xxiii, 11 (ubi vulgo est 'excitarunt.' Sic et Cic. de Orat. et in eund. modum alii, 'concitare iram,' &c.) concitat odium Hamilcaris bellum Punic. II. (conflat, commovet, et, ut Livius loquitur, conciet, causa est odii) xxii, 4 concitata multitudo a Themistocle in Aristidem iii, 1

Conclave x, 9 (Donat. ad Ter. Eun. iii, 5, 35 'Conclave est separatior locus in interiorib. tectis,' &c. Gloss. Græcolat. οἶκος ὑπὸ μίαν κλεῖδα, conclavis)

Concludere uno volumine (complecti) xv, 4 conclusio (pro obsidione) xviii, 5 (Sic Cæs. B. Civil. 2 'conclusio Massil.' Male Lambinus exp. 'in hoc concluso loco')

Concupiscere majora iv, 1 majores res appetere iv, 2 (de molitionibus elatorum et incivilium hominum, qui suo statu non contenti, ambitiose res novas quærunt. Boecl.) plura, quam quis efficere possit (moliri) ix, 5 intemperanter concupiscere aliquid (vehementer) xxv, 13 (ubi alii male, imperanter, vel imperative) concupiscere tyrannidem (aspirare ad tyr.) vii, 7

Concurrere ad opprimendum aliquem (certatim operam conferre) xviii, 3 concurrere cum aliquo (de μονομαχίᾳ) xviii, 4 in navem regis (una incurrere, veluti agmine facto adoriri navem) xxiii, 10 concurrentes insidiatores xiv, 9

Concursus magnus est (populi scil. studio spectandi) xiv, 3 Sic: concursus magni fiunt xix, 4 (Lætitia connotatur: sic ap. Vellei. ii, 103, 4 'concursus civitatis'). uno concursu (unica pugna) v, 2 concursu acerrimo pugnare (de conflictu prælii) xviii, 4 Sic: in concursu (de prælio navali) xxiii, 11 in concursu prælii viii, 1 motus concursusque (militum pugnantium) xi, 1

Concutere opes alicujus (labefactare potentiam) xv, 6

Condiscipuli xv, 2. xxv, 1 condiscipulatus (συμμαθητεία) xxv, 5 (ubi tamen alii, discipulatu, vel condisciplina: v. not. Ernstii. Usus et Justin. xii, 6, 17)

Conditio (pro pactione): conditionem accipere (sc. oblatæ pacis) xiv, 8 (Donat. ad Ter. Andr. i, 1, 52 'conditio est pactio certam legem in se continens.') Sic: conditiones non conveniunt (sc. belli componendi) xxiii, 6 (v. inf. Convenire). his conditionib. pacem fecit viii, 3 alibi: his legibus xiii, 2 de conditionibus tractare (sc. deditionis faciendæ) xviii, 5 conditionem æquam versuræ non habere (copiam, facultatem) xxv, 2

Conditio (de matrimonio): nullius non conditionis potestatem habere (nusquam repulsam metuere) xxv, 12 conditionem talem aspernari (sc. matrimonium sororis, pecunia emtum, cum homine non tam generoso, quam pecunioso) v, 1 (Sic enim hunc locum cum Gebh. accipio. Passim autem ita loquuntur veteres, Sueton. Galba c. 5. alii: ita dicimus: filiæ conditionem quærere, &c.)

Conditor urbium visus Timoleon (quia

cus instauraverit, ac refecerat) xx, 3 (Sic aliis condere urbem, gentem, imperium, est perpolire, corrigere, et quasi ex integro restituere: v. Freinshem. ad Flor. i, 3, 1. et Barth. ad Statii 4 silv. 3, 72. Ita Noster alibi 'constituere urbem' eod. sensu dixit, xv, 8)
Conduci mercede, Præf. conductitius (al. conductus) exercitus xi, 2 conducti ex Græcia xiv, 8 conductitiæ catervæ xii, 1 (de mercenariis militibus, qui ferme delectui domestico opponuntur)
Conferre se Athenas (proficisci) xxv, 2 ad aliquem (confugere: ut cum eo simus ac moremur) vii, 5. ix, 2 conferre se suaque in naves (transferre) ii, 2 nihil in domum suam (in suos usus convertere) xvii, 7 legem in perniciem civitatis (adhibere, usurpare, legi obsequendo perniciem patriæ afferre) xv, 7 arma cum fortiore (congredi) xviii, 11 conferre pecuniam (sc. ad sublevandos amicos) xv, 3 Sic: collata sunt 460. talenta Delum (contributa in commune ærarium) iii, 3 conferre facta clarorum virorum (comparare) xxiii, 13 ligna circa casam (ut eam incendamus) vii, 10 conferuntur ei munera a rege (donantur) xvii, 7 collatum est omne bellum circa Corinthum (tota moles belli Corinthum translata, versa in Cor.) xvii, 5 (Sic 'arma undique collata,' Lucan. 5. 'orbitatem geminatam in unum tempus collatam,' Quintilian. decl. 537. 'castra aliquo conferre,' Tacitus i, 8, 6 dixit)
Conficere per aliquem quod studes (agere, peragere) ix, 3 orationes (conscribere) xxiv, 3 (legitima, seu, ut alii, legitimos: v. inf. Legitima). conficere iter (peragere) xvii, 4 tertiam partem itineris xviii, 8 dimidium spatium (sc. itineris) xviii, 9 bellum ii, 4 conficere gerentes bellum (debellare) vi, 1 (Est autem proprie gladiatorum et bestiariorum: v. Donat. ad Ter. Eun. v, 4, 1. Thes. Buchneri). conficere aliquem incendio (interimere) vii, 10 dum res conficeretur (ageretur) xx, 1 ne res conficeretur (ne fieret, quod suaserat Milt.) i, 3 quibus rebus confectis xvi, 3 conficitur cædes x, 10 alibi: fit xv, 9 res divina xxiii, 2 confecti Græco sermone libri xxiii, 13 conficere magnam multitudinem serpentum (colligere, conquirere) xxiii, 10 (Alii: grande peculium, pecuniam innumerabilem, tot talenta: v. Gronov. ad Liv. xxix, 35. et ad Plin. N. H. xxxv, 7. In Boecl. tamen erat, fecisset)
Confidere talem futurum aliquem i, 1 (Plus est quam sperare, cui opponitur. Sic Seneca Ep. 16 'Jam de te spem habeo, nondum fiduciam')
Configere: confixi ciciderunt (sc. telis) xiv, 9
Confinis Cappadociæ gens xiv, 4
Confirmare quid satis (fidem rei sufficientem facere) xiv, 11 Sic: confirmare fide se fore proprium alicujus (data fide se alicui addicere, promittere operam suam) vi, 1 confirmare conjurationem x, 8 decreta populi (approbare, rata habere) xix, 3 exercitum (fiducia scil. et bona spe complere, θαῤῥύνειν τὸν στρατόν. Lamb.) xvii, 2 insulas bene animatas (in officio, obsequio et fide retinere nutantes) v, 2 confirmare odium hæreditate relictum (augere, vehementius exercendo) xxiii, 1 confirmatur regnum Persarum (stabilitur) i, 3
Conflatur bellum xii, 2. xviii, 3 (Sic locuti et Hirtius de B. G. viii, 6. et de B. Alex. c. 1. Vellei. ii, 55, 2. et Cic. Philipp. 2. qui et pro Cluent. dixit 'conflare seditionem;' sicut alii 'invidiam, odium,' &c.)
Conflictari non simplici fortuna xx, 1 morbo x, 2 (Sic Cic. 'conflictari molestiis;' Cæsar: 'gravi annona;' Tacitus: 'tempestatibus;' Celsus: 'doloribus.' Lamb.) cum adversa fortuna xvi, 5 (quasi dicas: cum fortuna, repugnante cœptis, veluti decertare, colluctari, conteri, collidi. Conflictatio enim, ut docet Donatus ad Terent. Andr., est corporum tactus invicem et collisio. Lamb. Superior formula affligendi; hæc pugnandi notionem habet. Boecl.)
Confligere (prœliari) i, 5 classe vii, 8 paucis navibus adversus classem xxiii, 8 confligere cum aliquo xviii, 8
Confluere ad (de copia et studio concurrentium ad aliquem) vii, 6 (Sic et Cic. pro Planc. Vellei. ii, 55, 2. et ii, 80, 4. Curt. x, 4, 15. Justin. i, 7, 9 &c.)
Confodi conjectu telorum xvi, 5
Confugere ad aliquem (tanquam ad præsidium infaustæ sortis) xi, 3 in aram iv, 4 (antea: in ara considere. saluti tuendæ sc. tanquam in asylo. Mos passim obvius)
Congerere undique quod idoneum ad muniendum ii, 6 (Sic Curt. viii, 2, 24

'cædi arbores, et saxa congeri jubet.' Gebh.)
Congredi (sc. ad colloq.) xiv, 11 dimicare armis xiv, 8 Ita: congredi cum aliquo xxiii, 1 congredi (bellum gerere) xxiii, 6
Congruit hoc sententiæ Deorum, (ad illam accommodatur, refertur, consentit cum ea) vi, 3
Conjicere tela in host. xiv, 9 Hinc: conjectus telorum xvi, 5 conjicere callidissime de futuris (divinare) ii, 1 Sic: conjiciunt hoc omnes ex eo xviii, 2 conjicere se in sacrarium (propere illuc confugere, securitatis scil. causa) ii, 8 in templum ex fuga xvii, 4 (Sic Terent. Heaut. ii, 3, 36 'continuo se conjecit intro'). conjici in vincula i, 7. iv, 2. ix, 5 in custodiam xvi, 5. xix, 3 (Sic et Ulp. loquitur l. 2. de cust. et exh. reorum; ac Scævol. l. 4. §. Item. ad Jul. majest. Savaro l. xix, 3, 4. xvi, 5, 1)
Conjugii ejus cupidus (scil. contrahendi cum ea muliere) v, 1
Conjuncta Cappadociæ Paphlagonia (vicina cohærens) xiv, 5 conjungi affinitate cum iv, 2 conjunctus cognatione propinqua, Præf. (Velleio ii, 41, 2 'conjunctissimus sanguine.' quomodo et ap. Cic. Verr. v, 67 'conjunctus sanguis' civium Rom. Adde or. pro Planc. c. 11). conjunctus alicui intima familiaritate xxv, 12 Pro his alibi conjunctus absolute, pro necessario amico, vel propinquo xxv, 7 (ut ap. Curt. vi, 11, 20 'conjuncti sontium:' v. not.) conjuncte vivere cum xxv, 10 Item: conjunctissime xxv, 5 (de familiaritate). conjunctio (sc. affinitatis) xxv, 19 conjunctim petere auxilium salutis (sc. et suæ et ejus, quem carissimum habebat, non suæ solum, ut ibid. additur) xxv, 10
Conjuratio (conspiratio, aut juxta Lamb. συνωμοσία) x, 8
Conon egregius terra marique bellator ix, 1 ad Pharnabazum se confert ix, 2 usui est adversus Lacedæmonios ix, 3 accusat Tissaphernem ap. Artaxerxem, ibid. donatur muneribus et bello præficitur ix, 4 &c. Lacedæmonios apud Cnidum fundit, ibid. dum patriæ studet, a Tribazo in vincula conjicitur ix, 5 &c. plurimum Cypri vixit xii, 3 ejus memoriam renovat statua filii juxta paternam posita xiii, 2
Conquirere quos possimus (sc. colonos) xx, 3 socios (quos asciscamus sc.) x, 8 proscriptos (de inquisitione proscriptorum et inquisitoribus) xxv, 11
Conscendere navem xiv, 4
Conscii (conjurationis scil. seu, ut q. Mss. addunt) facinoris. Sic: tam multis consciis i, 3 res multis consciis quæ geritur, effertur x, 8
Consciscere sibi necem, Fr. 2
Conscribere in periculo (sic vulgo editur) xv, 8 (sed rectum est, inscribere). librum gravem multis verbis (scil. testimonii) vi, 4 conscriptus liber de historicis (factus, compositus) x, 3
Conscripti patres xxiii, 12 (De senatu Romano usurpatur, qui tanquam solemni titulo ita compellari, vocarique consuevit. conscripti alias ii proprie dicebantur, qui a Bruto primum lecti in senatum, expulso regno. οἱ καταγραφέντες εἰς τὸ βουλευτικὸν συνέδριον. vide Liv. ii, 1. Nec ignorari interim debet, etiam primos illos ab Romulo institutos centum senatores, πατέρας ἐγγράφους dici Halicarnasseo l. 2. antiq. Boecl. add. Thes. Buchn.)
Consectari prædones ii, 2 singulos adversarios ii, 4 (cum studio et labore conquirere, persequendo sc.)
Consentire in laudando uno aliquo (convenire, pariter laudare) vii, 11 (ubi tamen forsan leg. est, conscierunt). ad aliquem opprimendum (conspirare) xiv, 5 Sic: consentire cum aliquo de urbe tradenda xix, 2 consensio magna multorum (magna conspiratio) vii, 8 Ita: globus consensionis (conspirantium) xxv, 8 (Usus et Cicero, sed in bonam partem, orat. post red. ad Quir. c. 8)
Consequi benevolentiam magnam regis (adipisci) xiv, 5 commendationem (vel commoditatem) aliq. in aliquo lædendo xxv, 9 gloriam belli xv, 5 tantam apud omnes gentes, ut ii, 6 familiaritatem alicujus re aliqua xxv, 19 hæreditates multas non alia re, quam bonitate xxv, 21 dominationem non vi, sed suorum voluntate i, 8 consequi multum in eo xvii, 2 consequi aliquid facile aliqua re (perficere) xxiii, 10 Sic: id qua ratione consecutus sit vi, 1 consequi (absolute): consequuntur legati ii, 7 consequitur desiderium rei v, 3 (Curt. viii, 8, 22 'crudelitatem sera pœnitentia consecuta est'). consequitur id dictum invidia (magnam id dicenti invidiam conflat) x, 6 consecuta est commutatio x, 6 consecuta est eum magna prosperitas

(magnam adeptus est prosp.) xxv, 19 (Sic Ter. Phorm. v, 1, 24 'matrem mors consecuta est.' vide Jo. Rhodii indicem Scribonianum). consequi fugientem (assequi) xxiii, 7
Conserere manum xiv, 8. xvii, 3 cum aliquo xxiii, 4 (Est, justo prælio contendere. Aliis 'conserere prælium,' de quo C. Vorstius ad Sulpicii i, 36)
Conservare aliquem (sc. vivum) xviii, 10 (in plerisque edd. vulg. Sed rectius est, servare). inducias xvii, 2 fidem xvii, 2 religionem, ibid. (in Ms. Dan. ubi vulg. est, servare). jusjurandum xxiii, 2 conservare simulacra, aras (honorem earum, et jus tuendi supplices non imminuere) xvii, 4 exercitum (sc. incolumem) xiv, 2 conservatis legibus (i. e. observatis) xxv, 6
Considere in ara (de supplice) iv, 4 (Sic de Helena Virgilius: 'Aris invisa sedebat')
Consilium (στρατήγημα, ars, prudentiæ callidum et subitum inventum, quale est illud Themistoclis ii, 6. et Datamis xiv, 6. Boecl.) Sic: consilium prudentissimum xviii, 7 consilii celeritas xvii, 6 consilium tale capere xxiii, 9 hoc consilio i, 5 consilio alicujus vinci magis quam armis ii, 4 ('consilio, quam vi' dicerent Livius ac Tacitus) Sic: consilio superare arma alicujus xxiii, 11 tali percellere, profligare aliq. xiv, 6 consilium novum xviii, 8 (alibi, [i, 5.] 'nova ars,' de singulari invento, aut ex re et tempore capto consilio, Boecl.) consilium Apollinis (de responso) ii, 2 repentinum (subito captum, propositum inopinatum) iv, 4 consilii maximi vir (de ipsa facultate ingenii prudentis) xiv, 1 Sic: consilii plenus iv, 1. vii, 1 consilii magnitudine superare omnes xiv, 1 consilio semper vincere xi, 1 consilii mei hoc non est (i. e. judicii et arbitrii in eligendo) ix, 4 (Sic Cic. ad famil. iii, 2 'Quid efficere possis, tui consilii est.' Lamb.) ad consilium aliquod accedere (probare consil.) i, 3 in consilium dari alicui (de adjutoribus datis) xiii, 3 consilium id inire (destinare) xxv, 22 mutare xviii, 9 alicujus sequi (imitari factum institutum) xiv, 6 consilio alicujus moveri (parere alicui) x, 1 consilio privato, publico facere aliquid (per se, aut publica auctoritate) xvi, 1 (Cæsar B. Civ. 3 'una ex his navib. privato consilio administrabatur.' Loccen.) a consilio alicujus abhorrere i, 3 a consilio abit res ad vires (vel vices) pugnantium viii, 1 consilia Lysander init, reges tollere (pro 'tollendi' per Græcismum, de factios. molition.) vi, 3 consiliis clandestinis operam dare, ut xxiii, 2 consiliorum omn. esse participem (mox, omnium rerum: inter requisita scribæ est ap. Græcos) xviii, 1 a consiliis interiorib. removeri (secretis) xxiii, 2—Consilium, pro ipsis hominibus in consilium adhibitis: ex consilii sententia xix, 3 (Ciceroni Verr. iii, 44. et ad Att. x, 7. est 'de consilii sententia'). consilii voluntate cognita xviii, 12 Sic: ad consilium referre (de re aliqua, dicuntur principes aut duces belli, cum amicis et legatis ac tribunis deliberantes) xviii, 12 (v. Gronov. ad Liv. xliv, 1. et observ. iii, 22). in consilio semper adesse alicui (est omnium consiliorum esse participem, ut, ibid. additur) xviii, 5 (v. Adesse: Sic Seneca de clement. i, 9 'amici quos in consilium rogaverat.' Ubi male Piscator mutabat, In concilium)
Consistere (de acie instructa) xi, 2 consistit huic spes in se locique natura xiv, 8
Consobrina Pomponii Anicia xxv, 2
Conspicere locum quendam (digito monstratum oculis consectari, intueri) xiv, 11 in neutram partem conspici posse (i. e. ut nec defectum ad sordes, nec excessum ad luxum interpretari sive notare possis, ut Buchn. in Thes. exponit) xxv, 13 (Nempe conspici dicuntur, quæ velut eminent ac præ aliis notantur. Livius xxi, 4. de Hannibale: 'Vestitus nihil inter æquales excellens: arma atque equi conspiciebantur.' Idem, xxxv, 42 'Regem conspici debere.' Seneca 3. de beneficiis: 'Beneficia conspici volunt')
Conspectus: in conspectum alicujus venire ix, 3. xiv, 10 a conspectu suorum recedere (absentia a patria notatur) xii, 3 ex conspectu ingratorum hominum morte decedere xx, 1 locus, qui est in conspectu (in propinquo, ut conspici queat) xiv, 11
Constantes inimici (perpetui) vi, 2 constantia præferre aliquem alicui (constantiorem habere) viii, 1 constantia vocis atque vultus Attici (morientis) xxv, 22
Constat hoc inter omnes (de notitia) vii, 1 constat reditus pecuniæ in his possessionibus (consistit) xxv, 14 Sic:

constabat amœnitas domus non ædificio, sed sylva xxv, 13

Constituere aliquid: (vid. de hoc verbo Gronov. obs. i, 1). res quas Lysander Athenis constituit vii, 10 (quæ ipso auctore agenteque sunt constitutæ in procuratione reip. sc. ἐκείνου τὴν πολιτείαν ἄγοντος. Boecler.) constituere aciem navium (instruere ad præl. naves) xxiii, 11 oppidum (condere) v, 2 pacem xiii, 2 res summa æquitate (quasi fundare et firmiter sistere, ut facile dejici nequeant: de ordinato regionis statu) i, 2 (vid. Buchner. Thes. v. Statuo). Chersonesum i, 4 constituendæ reip. triumvir (ordinandæ, instaurandæ) xxv, 12 (v. Triumvir). constituere potestatem decemviralem (instituere) vi, 3 portum triplicem (ædificando emunire) ii, 6 alicui statuam (ponere) xii, 1 vineas, testudines (mox, statuere) i, 7 constituere urbem (desertam eversamque de integro condere, incolis et rep. formare) xv, 8 (ubi tamen opt. libri habent 'restituta': quomodo et in loco παραλλήλῳ habetur 'restituere' xvi, 4. v. supra Condere). constituere, quantum quisque daret (definire, de arbitrio, judicio, consilio) iii, 3 constituere de aliquo (sententiam ferre) xviii, 12 constituere sibi magnam auctoritatem pugna aliqua (comparare, struere, vel et firmare) ix, 5 classem apud fluv. (collocare) vii, 8 regnum alicui (stabilire) xii, 2 domicilium sibi alicubi ii, 10 (sedem domicil. legere). constituit desciscere (decernit, statuit) xiv, 5 (Sic sæpe Cicero. Vorst.) constitutum antiquitus tectum (ædificatum) xxv, 13

Consuevit hoc sanctum esse apud omnes gentes (consuetudine quadam religio rei apud omnes servata est) xvi, 5 civitas Athen. imperare cet. gentib. (diuturnitas prærogativæ et potentiæ significatur) ix, 3 consuevere magistratus simul epulari (solent) xvi, 2 consuevit hæc vivere cum illo (de consuetudine stupri) vii, 10 (ubi tamen quid. expungunt τὸ vivere)

Consuetudo vitæ (institutum) xxv, 14 (Sic Terent. Heaut. ii, 3, 42 'quotidianæ vitæ consuetudinem.' Eand. phrasin Adel. v, 3, 34. reponit Guyetus: v. not. ejus). consuetudinis atque vitæ alicujus imago xv, 1 in consuetudinem eam inducere milites, ut (sic assuefacere) xi, 2 consuetudine, qua tum res gerebantur xxv, 12 (εὐφημιστικῶς hic mitigatur ea voce, quod ad vim dominationis clarius referendum erat. Boecler.) Sic: consuetudo regum (ingenium) xiv, 5 consuetudine sua devincire sibi aliquem (ὁμιλίᾳ, convictione, familiaritate) xxv, 1

Consulere Apollinem (consilium ab Apoll. petere) i, 1 consulere sibi (prospicere, providere, nisi tamen glossema est) ii, 8. xxv, 21 Sic: consulere rebus suis vi, 2 (Bene notanda est ἔμφασις horum locorum, et phraseos indoles: cum enim de ultimo veluti remedio cogitatur, Latine 'consulere sibi' quis dicitur. Apud Cæsarem lib. 2. de bell. civ. Gaditani denuntiant Gallonio, ut sua sponte excederet Gadibus, si id non fecisset, 'sibi consilium capturos.' Alibi: 'perterritis omnibus quisque sibi consulebat.' Effertur etiam ita: 'salutis suæ rationem habere.' 'salutem sibi,' fuga e. g., 'petere.' 'sibi, qua pote, salutem quærere.' Boecler. vid. Curt. v, 11, 2. et Gronov. ad Liv. xxi, 16. Cicero dixit 'consulere rationib. suis,' in Epistolis). consulere male patriæ (utilitates ejus negligere) xv, 10 (noxam afferre) xix, 2 consultum mittere (sc. ad oraculum) ii, 2

Consul (præcipuus inter ordinarios Romæ magistratus) P. Corn. Scipio xxiii, 4 C. Flaminius xxiii, 4 Romanorum C. Lutatius xxii, 1 iterum, P. Scipio Afric. xxiv, 2 Ti. Sempron. Gracchus xxiii, 5 consul quinquies (sive quintum) xxiii, 5 consules C. Terentius et L. Paullus xxiii, 4 Romæ annui bini creabantur xxiii, 7 consulum præfecturæ delatæ. Attico (a consulibus, ut cum iis proficisceretur in provincias) xxv, 6 quibus consulibus (quo anno) xxiii, 13 Sic: consulibus M. Cl. Marcello, Q. Fabio Labeone: L. Æmil. Paullo, et Cn. Bæb. Tamphilo: P. Corn. Cethego, M. Bæb. Tamphilo, ibid. M. Claudio, L. Furio xxiii, 7 L. Cornelio, Q. Minutio xxiii, 8 Consulibus Q. Fabio Maximo, M. Claud. Marcello xxiv, 1 L. Cotta et L. Torquato xxv, 4 Cn. Domitio, C. Sosio xxv, 22 (i. e. eo anno sub cujus initium hi consules magistratum inierunt, solenni consuetudine designandi temporis, Romanis scriptoribus). Consularis L. Flaminius (qui gesserat honorem consulatus) xxiii, 12 Sic: Consulares aliquot xxiii, 4 consulatum

gerere cum aliquo xxiv, 2 Alibi: in consulatu collegam habere aliquem xxiv, 1 in consulatu priore (cum primum consulatum gereret) xxiv, 2 de consulatu Ciceronis liber xxv, 18

Consumere plurimum studii in armis (sc. tractandis, de exercitio, quo discuntur αἱ μεταχειρίσεις τῶν ὅπλων, Boecl.) xv, 2 tot talenta in oppugnanda urbe xiii, 1 tot menses in morbo (tam diu ægrotare) xxv, 21 consumi morbo (interire) xxi, 2

Contegere aliquem veste (induere) xiv, 3

Contemnere morbum (non admodum curare, tanq. levem) xxv, 21 Sic: contemnentibus res illa perniciei fuit (negligentib. ut rem periculo carentem) viii, 2 contemni in bello nihil debet, ibid. contemtus est a tyrannis viii, 2 (mox: despectus, ibid. v. infra Despicere)

Contendere, sua opera hoc factum (affirmare) xv, 8 suam ætatem tulisse &c. xxv, 12 ap. aliquem, falsa ei esse delata (asseveranter dicere) ii, 7 quo contenderat (i. e. quo cursum direxerat) xiii, 3. xiv, 6 contendit Lacedæmonem v, 3 (Sic enim legendum e Mss. et vett. edd. Et 'contendere Abydon' Justin. ii, 13, 6. ad Prusiam xxxii, 4, 5. 'Thebas,' Frontin. i, 4. Savaro. Idem Justinus dixit 'contendere Megaram' ii, 8, 3. 'in Asiam' v, 2, 5. 'in Græciam' xi, 2, 5. 'rus urbanum' xxxi, 2, 3). contendere per loca sola, (proficisci) xviii, 8 contendere posse xv, 2 (de cursu accipit Lambinus, vultque hanc esse sententiam: eousque cucurrisse, donec etiamnum currendo posset contendere; neque tantopere se currendo defatigasse, ut pedibus currere amplius non posset. Malim de lucta accipere, nam et luctantis est contendere, et ad τὸ stans referre. quomodo et Gronovius id videtur accepisse). contendere cum barbaro (bellum gerere) ix, 4 contendere acie (Sic q. mss. et edd.) i, 4 (ubi tamen alii habent, decernere). cum aliq. de principatu (æmulationis certamen not.) iii, 1 contendere inimica mente (de acri concursu in præl.) xviii, 4

Contentio est inter hos, utrum (acris et ambigua deliberatio) i, 4

Contentus domo ea xvii, 7 Sic: fortuna illa vii, 9 honore (sc. delatarum præfecturarum) xxv, 6 ordine equestri xxv, 19 contenti erimus uno testimonio (satis erit retulisse unicum testim.) xiii, 4

Contexta historia (opp. rebus sparsim in Epist. memoratis) xxv, 16

Contigit ei, ut liberaret patr. (de rebus raris et præclaris) viii, 1 Sic: contigit huic uni, quod nescio an ulli, ut xx, 1 (Similiter Cicero ad Att. 14. post. Epist. 77. 'contigit tibi, quod haud scio an nemini, ut summa severitas popularis esset.' Qui locus favet lectioni Lambinianæ, 'an nulli.' Velleius ii, 124, 2 'Soli huic contigit pæne diutius recusare,' &c. Et c. 61, 3 'Qui honor non alii contigerat')

Contineri beneficiis, odio alterius (scil. in amicitia. συνέχεσθαι, arctissime cohærere) xiv, 10 contineri hospitio alicujus (esse inter eos, qui fœdere hospitii cum aliquo sunt conjuncti) vi, 1 (v. Hospit.)

Continens: in continenti (sub. terra, i. e. perpetua s. continua, non cincta mari, non intercisa: opp. insulis) i, 7 (Sic, addita voce, quæ modo subaudiebatur) continens terra ii, 3

Continens (ἐγκρατὴς) xv, 3 continentiæ hoc signum est; et mox: continentis debet duci xxv, 13 (quid proprie notetur, exemplo locus ipse explicat. Boecl.)

Contra ea (pro quo alii simpl. contra), Præf. ix, 5. vii, 8. xv, 10 ac fortassis et xv, 5 (adde Schopp. Instit. Gramm. p. 176. ed. noviss. Sic et Cæs. B. G. v, 29. B. Civ. iii, 74. Sallust. Orat. ad Cæsar. princ. et alii loquuntur)

e Contrario xxii, 1. xi, 1 (et in vulg. libris xviii, 1: ubi tamen rectius alii, 'contrario,' sine præpos. quomodo et Cicero locutus: vide Cl. Vorst. de Latinit. merito susp. cap. 2. p. 27)

Contrahere classem (comparare) ix, 4 (ut ap. Vellei. ii, 29.) exercitum xiv, 3 contractæ erant paulo ante copiæ (nuper conscriptæ, et, ut adjicitur, inexercitatæ) xviii, 3 Aliter: contrahere copias (est dispersas in unum conducere, colligere) xiv, 7. xviii, 9 (quomodo sæpe Curtius)

Contumacius se gerere (de rebellione seu defectione) v, 2

Contumelia (exhæredationis sc.) sine industria non extinguitur ii, 1

Convenire: convenit hoc moribus illorum (moribus gentis receptum est), Præf. non convenit hoc prudentiæ

ejus (non decet virum tam prud.) xviii, 11 Sic: negavit id convenire suæ virtuti xvii, 5 non convenit (absolute, i. e. non constat inter historicos. Lamb.) xxiii, 13 ut conveniret Lacedæmoniis cum rege (ut tollerentur controversiæ, pax conciliaretur, inter Lac. et r.) xvii, 2 convenire hoc in illum videtur (ipsi hoc factum tribuendum videtur, suspicio hujus rei in illum competit) vii, 3 quæ convenerant inter regem Pausaniamque (de quib. pacti fuerant) iv, 4 (Sic Petronius: 'pariter secundum lectum conciderunt; ut putares hoc convenisse') Ita: non convenere conditiones (pro, non convenit de conditionibus) xxiii, 6 (Sic solent veteres. Livius xxx, 40 'si conditiones convenirent pacis.' Et c. 43 'si pax convenisset.' Sallust. Jug. 45 'pax convenit.' Justin. xxx, 3, 13 'pax non convenit.' Adde Gifan. Observ. Lat. L. p. 51. Gronov. not. ad Statii Theb. vi, 680. et de pecun. vet. iii, 13. princ. ac Thes. Buchneri)

Convenire aliquem (accedere) x, 8. xv, 4 conveniendi alicujus potestatem habere vii, 9 conveniendi alicujus gratia venire x, 9 aditum petentib. dare iv, 3 convenire in colloquium xxiii, 6 ad defendendum (coire, congregari) xiii, 4

Conventus Arcadum (magnus senatus Arcadum, οἱ μύριοι) xv, 6 legationum, ibid. (v. inf. Legationes)

Convertere ad salutem quod ad perniciem fuerat cogitatum xiv, 6 (Terent. Andr. iv, 1, 48 'non posse jam ad salutem converti hoc malum'). convertere ad se oculos omnium (aspici ab omnibus, æstimatione et admiratione virtutis, potentiæ, Boecl.) vii, 3 (Sic Curt. de matre ac conjuge Darii, iii, 11, 24. et de Roxane viii, 4, 24. Simili phrasi, 'convertere in se omnium mentes,' dixit Flor. ii, 17, 4. 'totum terrarum orbem,' Vellei. ii, 31, 1. 'animum adolescentis regis' Livius xxiv, 5). convertit se ad eum civitas (opinione omnium destinabatur, qui libertatem et statum reip. redderet) xxv, 8 (Cicero Ep. ad Attic. xiv, 20. ita effert: 'resp. pendet a Bruto, ab isto servabitur.' Boecl. Hac ipsa vero phrasi usus idem in Somn. Scip. c. 2. qui locus instar παραφράσεως erit. 'In te unum,' inquit, 'atque in tuum nomen, se tota convertet civitas: te senatus, te omnes boni, te socii, te Latini intuebuntur: tu eris unus, in quo nitatur civitatis salus,' &c. Senec. de Clem. i, 4 'Sequitur, ut is quoque carior sit, in quem se respubl. convertit'). conversa subito fortuna est (commutata) xxv, 10

Convictus (προσομιλία) xxv, 8

Convivæ Attici animo et ventre delectati xxv, 14 quales ab eod. vocati, ibid. convivio uxores Romani adhibebant, Græci non item, Præf. in convivio Attici anagnostæ auditi xxv, 14

Cooritur risus xv, 8

Copiæ (sc. militum): copiarum omne genus xviii, 5 copias suas deducere in camp. i, 4 barbarorum disjicere i, 2 educere ex urbe i, 5 traducere (ponte: alibi, trajicere; et mox, transportare) i, 3 copiis exiguis dimicare i, 4 cum tantis copiis Europam invadere, ut ii, 2 copiis pedestribus plus valere quam navibus vii, 8 pellere adversarios xxiii, 11

Copiosa via (mox, omnium rerum abundans: opp. loca deserta) xviii, 8 (Sic ap. Cic. pro Archia: 'urbs copiosa,' in qua omnium rerum est copia. Vorst.)

Copulam manu gerere xiv, 3 (ἱμάντα, vinculum, lorum, quo ligantur canes venatici. Ovidius Trist. v, 19 'Luctantem frustra copula dura tenet.' De cane venatico loquitur. Adde Barth. advers. xviii, 14). copula talium virorum (de Attico, qui inter æmulos, Cic. et Hortensium, intercessit veluti medius, effecitque ut nulla inter eos intercederet obtrectatio) xxv, 5 (Sic Julia Pompeii et Cæsaris copula fuit: qui enim illa necessitudine continebantur adhuc, soluto per mortem Juliæ fœdere, ad arma prorupere. 'Male cohærentis pignus concordiæ,' Velleio ob id dicitur. Boecl.)

Coquitur ei cœna (apparatur) v, 4 cocta cibaria xviii, 8

Corcyram sub imperium Athen. redigit Timoth. xiii, 2 demigrat Themistocles ii, 8 Corcyræum bellum (cum Corcyræis gestum) ii, 2 Corcyræos frangit classis Athen. ii, 2

Corinthus a tyranno liberatur xx, 1 eam oppugnare non vult Agesilaus xvii, 5 circa eam confertur omne bellum xvii, 5 Corinthium bellum unde appellatum, ibid. (Diodoro, Pausaniæ, aliis, πόλεμος Κορινθιακός.) Corinthii sæpe adjuti Dionysiorum opibus xx, 2

Cornelius L. Cos. xxiii, 8 Cornelius Cethegus : v. Cethegus
Cornelius Scipio : v. Scipio
Cornu alterum tenere (de parte aciei) xvi, 4 quo cornu rem gessit xxiii, 8 (de duob. aciei cornibus vid. Lips. de Mil. Rom. ii, 7). in cornibus juvencorum deligata sarmenta xxiii, 5
Corona aurea Romanis a Carthag. legatis donatur xxiii, 7 (Inter dona victoribus aut præpotentib. cultus causa et gratulationis mitti solita per legatos, sæpe coronæ aureæ memorantur. Ap. Curt. iv, 2, 3. Tyrii Alexandro coronam auream donum ferebant : v. Cl. Berneg. ad Just. xi, 10, 10. Boecl.)
Coronis aureis donati Olympii victores et Alcibiades vii, 6 (vid. Olymp.) coronis aureis donatus interfectus Pelopidas xvi, 5 (στεφάνους ἐπινικίους intelligit Paschalius de Coron. l. 7. c. 5. Alias etiam in coronis mortuorum aureæ memorantur. Sic honoris ergo auream coronam Castricio mortuo imponendam Pergamenos decrevisse, auctor est Cicero in Orat. pro Flacco c. 31. v. Kirchm. de fun. l. i, 11. Verum, ut dixi, hæc nihil ad h. l. Tropæa, coronæ, arma, ap. Plutarch. juncta satis ostend. sensum. Boecl. Add. Pet. Fabri Agonistic. pag. 325. Dalechamp. ad Plin. xxi, 3. Freinshem. ad Curt. iv, 5, 11) Sic : corona aurea cadaveri Marcelli imposita, Fr. 9 coronæ (inter munera Ægyptiorum missa ad Agesil.) xvii, 8 (convivales, sed pretiosas, intell. Paschal. de Cor. ii, 3. Boecl. Magius papyraceas fuisse putat). corona honoris facta duabus virgulis oleaginis a populo Ath. data Thrasybulo viii, 4 (v. Oleag.)
Coronea (urbs Bœotiæ) xvii, 4
Corpus mortui (cadaver) iv, 5 corporis dignitas non minimum commendatur (sive, ut Lamb., commendat) x, 1 firmitas xv, 3 corporis maximi homo xiv, 3 corpore et statura (al. corporis stat.) similis xiv, 9 corpore exiguo esse xvii, 8 in corpore fingendo naturam maleficam nancisci, ibid.
Corripere et complecti partes omnium (omnium potentiam ad se trahere) xviii, 2 (Diod. Sic. lib. 18. est τῶν ἄλλων ἡγεμόνων περιαιρεῖσθαι τὰς ἐξουσίας. Tacit. A. xi, 8, 4 'neque cunctatur quin proximas præfecturas corripiat.' Gebh.)
Corrumpere Delphos (sacerdotes orac. Delphici) vi, 3 aliquem pecunia xv, 4 corruptus a rege (sc. pecuniæ aliave, qua perfidia emitur, ratione) i, 7 corruptis civitatis moribus (depravatis, perversis) xxv, 6
Cotta L. Cos. xxv, 4
Cotys (rex Thraciæ) xiii, 1 ejus filia xi, 3
Crastinus : in crastinum differre rem (sc. diem) xvi, 3
Craterus (unus e ducibus Alex. M.) xviii, 2 cadit xviii, 4
Creantur prætores i, 4 reges xxiii, 7
Creber sententiis (de bono oratore), Fr. 5
Credere fortunas suas fidei alicujus xxiii, 9 pecuniam alicui sine fœnore (mutuo dare) xxv, 9 credere alicui plurimum de re aliqua (fide dignissim. judicare in eo argumento) ix, 5 credimus (pro, ut credimus) xxv, 18 vix credendum sit, ibid. creditur huic custodia pontis (pons tuendus committitur) i, 3 (Sic Terent. Heaut. i, 5, 2 'eis commisi et credidi.' Petron. 'crede ratem ventis, animum ne crede puellis.' Buchn.)
Cremare mortuum vii, 10
Crescere æs alienum multiplic. usuris non patiebatur Atticus xxv, 2 dignitate, fortuna, gratia xxv, 21 fama, opibus vii, 7 crevit amicitia ad extr. ætatem (aucta est in senectutem usque) xxv, 10 crevit virtutum laude, quoad vixit, Cato xxiv, 2 crescunt opes Lacedæmoniorum vii, 5
Cretensium avaritia delusa xxiii, 9
Crimen harum rerum apertum (delictum) iv, 3 crimine Pario accusari (notanter sic ponitur crimen, quo accusatur quis, ut opponatur causæ, qua damnatur. Boecler.) i, 8 crimina adversariorum (criminationes, obtrectationes) xv, 7 (Burm. ad Ovid. Met. i, 766). in crimen vocari (accusari) xiii, 3 (Ovid. de Ponto iv, 14 'Inque novum crimen carmina nostra vocat'). crimine aliquo compellari ab inim. (accusari) vii, 4 (ubi tamen alii leg., compelli in contentionem). invidiæ accusari, ibid. (nisi malis cum ed. Ultraj. legi, invidia criminis)
Crimessus (Siciliæ flumen) xx, 2 (aliis Crimisus, Græcis Κριμισὸς aut Κριμισσὸς et Κριμησὸς; de quo ejusque nomine, ac vero situ Cluver. prolixe Sicil. Ant. ii, 2. Originem nominis investigat Bochart. de col. Phœn. i, 29)
Crithothen (urbem Hellesponti) accipiunt Athen. xiii, 1 (Sic enim vid.

legendum. Vulgo est, Erithonem. In Mss. q. Crithonem. v. not.)
Critias Atheniens. tyrannus mittit ad Lysandrum vii, 10 dux tyrannorum Athen. cadit in prælio viii, 2
Crudelitas Lysandri vi, 2 est in victoria xx, 2 crudelitas civium erga nobiles vii, 4
Cruentare manus sanguine suorum (de iis, qui se miscent bellis civilibus) xv, 10
Cubitus: in cubitum innixus xxv, 21
Cullei a milit. comparati (sacci, una cum utribus, inter vasa militaria trajiciendo amni, &c.) xviii, 8
Culpæ suæ tribuere aliquid vii, 6 alicujus omnia tribuere vii, 7 culpa (vel, ut alii, culpa sua) rem male gerere xi, 1
Cultus domesticus (usus familiæ) xxv, 13 quotidianus xxv, 14 cultum vestitumque mutare iv, 3 cultus parsimonia vii, 11 (hac voce notantur ea, quibus in externo paratu, famulitio, vestitu, et similibus indigent homines aut utuntur. Boecl.) cultus re-ius (mox: ornatus) xiv, 3
Cum (adverb. temporis): cum bellum inferre voluit (quo tempore) xi, 2 cum primum potuit (ubi primum, ut primum) xx, 3 (Notanda est elegans hujus vocis et veluti transposita usurpatio, ad hunc modum:) dimidium spatium confecerat, cum allata est suspicio (pro, cum dimid. spat. confecisset, allata est s.) xviii, 9 (Ita sæpe Curtius et Poëtæ. Virg. Æn. 'Vix e conspectu Siculæ telluris in altum Vela dabant, cum Juno,' &c. Vorst. v. Bang. obs. philol. lib. 2. pag. 1182). cum eo pervenisset (de futuro) i, 2—Cum (conjunctio): cum humanitas, tum communitas i, 8 (eleganti copulandi significatu, de quo idem Bang. pag. 1276. Tursellin. de partic. Lat. L. cap. 39. Buchn. Thes.) cum gloria, tum etiam licentia xviii, 8 (Sic et Cicero. vid. Tursell. l. c.) cum non petivit (cum interim non peteret) xiv, 10 Sic: cum superior prælio discessisset, cum exercitus ter ei jurasset, cum ei esset infensissimus (cum tamen, etsi, &c.) xviii, 10 cum tantis rebus præfuisset iii, 3 (Sic Seneca contr. 10. 'Latronis admirator erat, cum diversum sequeretur dicendi genus;' quem locum perperam solicitat Schultingius. Quomodo et Cicero ac Horatius hac particula usi: v. Gifan. append. observ. pag. 291). cum quidem: v. Quidem
Cumcum adeo excellebat iii, 1 (Sic Mss. Dan. pro, quanquam. Sic et alios locutos, docet nobil. Heins. ab Ovid. Vid. VV. LL.)
Cum (præpositio): cum eo (ope et tempore ejus) xv, 10 (in q. edd. Sed leg. est 'contra ea'). cum aliquibus esse (præsentia aut societas indicatur) xviii, 10 Sic: cum Ægyptiis bellum gerere adv. regem (in societate Ægyptiorum) xii, 3 cum quibus ne arma contra te ferrem xxv, 4 (vid. Bellum). cum offensione magna civium redire i, 7 cum summa offensione alicujus remanere xxv, 7 (comitante, subsequente offens. Ad hunc modum Justinus vii, 2, 5 'cum amore popularium administrato regno.' Vorst.) cum tanto flagitio domum redire (admisso tali scelere; vel, macula sceleris inquinatum) xxii, 1 cum epistola mittere aliquem ad iv, 4 cum imperio habere aliquem apud exerc. (præfecisse exercitui) xxiii, 7 (Sic Cic. pro Flacco: 'qui nuper summo cum imperio fuerit.' Vorst.)
Cuncta Græcia (universa) ii, 9
Cupere: cupit se tecum affinitate conjungi iv, 2 uterque se principem esse xxv, 20 (in quibus vulgo τὸ se omittitur: v. inf. Se.)
Cupidus: nullius rei cupidus, nisi singularis imperii xxi, 2 non cupidior salutis, quam fidei (scil. amico opprimendo servandæ) xviii, 2 cupidissimus literarum xxiv, 3 cupide elaboro (vehementer studeo) iii, 1 cupiditas hujus major intercedit ea in re (impetus animi cupientis) x, 1 cupiditatem habere notitiæ clar. virorum (studium) xxv, 18 ad cupiditatem imperii trahi consuetudine i, 8 cupiditate bellandi flagrare xxii, 1 incendere aliq. xxiii, 2 mirabili pugnandi flagrare i, 5 cupiditate aliqua rapi in Macedoniam (vehementiore desiderio) xviii, 6 cupiditate dissentire (sc. imperii; non odio tyrannidis, ut additur) xx, 2 a cupiditate pecuniæ tantum abesse ut xxv, 12 cupiditatibus turpissimis imbui (volupt.) x, 4
Cura (studium, diligentia): curam diligentiamque adhibere xxv, 21 curæ sibi habere aliquid xxv, 20 cura omnes vincere xviii, 1 magna custodire xxiii, 9 non sine cura rem administrare ix, 4
Curo per hunc ut id fiat xv, 4 curare pro-

ceptum diligenter (efficere) xviii, 9 curare aliquem interficiendum (de auctore et mandante) xx, 1. x, 6 curare rem deportandam ad xviii, 13 reficiendos muros ix, 4 legem ferendam (de legislatore) viii, 3
Curatio (sc. morbi) xxv, 21
Currendo exerceri xv, 2 (vid. Hier. Mercurial. l. 1. c. 10) cursor i, 4 cursum dirigere aliquo (τὸν πόρον, de navigatione) i, 1 (Sic etiam Cæs. B. Civ. iii, 25. Vellei. i, 4, 1. et ii, 19, 4. Curt. x, 1, 17. Cic. de nat. deor. ii, 131. Justin. xxii, 5, 1. locuti. Hinc passim 'cursus,' pro maritima profectione, seu potius ordine ejus. Ut apud Cic. ad fam. 13. Ep. 68 'ex quibus cognovi cursus navigationum tuarum.' Adde Clar. Vorst. de Lat. fals. susp. c. 3. pag. 22. Et 'currere,' pro navigare. vide Lamb. ad Horat. l. 1. oda 28. Et apud nostrum, transcurrere Hellespontum, in q. edd., xviii, 3)
Custos gazæ regiæ xiv, 5 custodem in hortis imponere (vel, ut alii, ponere: qui fructus custodiat) v, 4 custodes pontis i, 3 corporis (σωματοφύλακες) xiv, 9 ap. Alexand. xviii, 7 (qui quales fuerint, explicat Curt. v, 1, 42. ubi v. com. Freinsh.) custodes appositi puero (luxuriæ correctores) x, 4 (Sic Horat. 3. od. 4. 'nequitiæ appositus custos.' ubi v. not. Lamb. et sup. Apponere. 'Custodibus datis' præsidio militari, a quo captivi deducerentur, Freinshem. ii, 2). custodum præfectus (sc. qui captivos custodiebant) xviii, 11 custodib. sepire domum x, 9 a custodibus se subducere vii, 4
Custodia (vincula, captivitas. hinc): in custodiam dare aliquem xviii, 11 conjici xix, 3 custodia eadem teneri (eodem carcere) v, 1 penes quem summa est imperii custodiæ xviii, 11 custodia illa creditur huic (pontis tuendi cura) i, 3
Custodire templum ab aliquo xxiii, 9
Cyclades insulæ (maris Ægei, circulari figura sitæ, vulgo Insulæ Archipelagi) a Miltiade subactæ i, 2
Cyme (urbs maritima Æolidis in ora sinus Smyrnæi, hodie Foeja Nova, clara clade Turcarum ann. 1650. vide Ferrar. Lex. Geogr. cum addit. Bautrandi. Memorant Mela i, 18. Plin. N. H. v, 30. et Epitome Stephani) vii, 7
Cyprus (insula Asiæ in mari Syriaco): In eam mittitur cum classe Pausanias iv, 2 Cypri bellum gerit Chabrias xii, 2 (sub. in insula, vel regno. Sic et alii locuti, ut docet Voss. de construct. cap. 25) Cypriorum classem capit Cimon v, 2
Cyrenæ (urbs Libyæ, præcipua provinciæ Cyrenaicæ, ubi hodie regnum Barcæ, versus Syrtim magnam: vulgo Cairoan. Meminit Strabo, Plinius, alii) xvii, 8 Cyrenæi xxiii, 8
Cyrus (major) rex Persarum, in prælio cadit xxi, 1 Cyrus (minor) frater Artaxerxis Mnem. bellum fratri parat vii, 9 superatus a fratre opera Tissaphernis ix, 3 (De nomine Cyri, post alios Rupert. ad Besold. Usser. annal. V. T. tom. 1. pag. 146)
Cyzicum obsidione liberat Timotheus xiii, 1

D.

Damnare aliquem capitis iv, 3, et alibi. damnari capitis xviii, 5 proditionis ii, 8 sacrilegii vii, 6 (Ubique 'de crimine' subaudiri volunt Sanctius, Schoppius in Gramm. Philos. et Voss. de constr. c. 26. repugnante Cl. Vorstio de Latin. merito susp. c. 19. qui mallet Græcismum esse, ac subaud. ἕνεκα; vel suppleri vocem 'nomine.' quod posterius etiam Schoppio in accessionibus ad Minervam Sanctianam pag. 293. in mentem venisse video. Non nego id subandiri posse: sed tamen nec alterum plane improbare ausim; cum diserte veteres dixerint 'damnare crimine diri fati, impudicitiæ, adulterii, mortis, sceleris;' sicut, 'accusare crimine incesti, arguere crimine pigritiæ, furibundæ mentis, absolvere crimine commotæ mentis.' Vide Sanctium p. 293. unde simul patet, etiam ad τὸ sceleris vocem 'crimine' subaudiri posse, et 'mortis' quoque vocem heic usurpari: quod utrumque negabat vir doctus. In aliis a. exemplis, ubi illud 'crimine' locum non habet, Ablativus alius subaudiri potest; alicubi et ipsum nomen 'damno,' ut heic in duobus prioribus exemplis) damnari timore (populi scil. de causa impellente) ii, 8 damnatus voti xx, 5 (Damnari voti, est, necessitate persolvendi voti obligari. Sic Virgil. 'reus voti.' Lambin. Macrobius 3. Saturn. 2. Hæc vox, ait, 'voti reus,' propria est sacrorum, ut Reus vocetur, qui suscepto voto se numinibus obligat: Damnatus autem,

qui promissa solv. adeoque compos voti factus. Vid. omnino Briss. Form. 1. Boecl. Adde Gruter. not. ad Livii l. 8. et Interpp. ad illud Virg. Eclog. v, 80 'damnabis tu quoque votis.' Atque sic et Livius semel iterumque locutus; ut docet Voss. l. c. qui supplendum existimat 'obligatione' aut 'persolutione,' aut simili voce. Possis et subaudire 'de damno,' ut 'voti,' vocabulo res vota designetur, sicuti cum dicimus 'potiri votis,' sub. 'rebus'). damnatio (de mulcta imposita) i, 9

Damon (musicus) xv, 2

Dare parentib. aditum conveniendi iv, 3 alicui annum temporis de his rebus ii, 9 Paulo aliter: dato tempore ad comparandum (relicto spatio temporis conjuratis, quo compararent bellum) xxiii, 2 donum Apollini victoriæ ergo (offerre, consecrare) iv, 1 (vide infra Donum) alicui fidem (jurare) xxiii, 2 fidem de re (super re) xiv, 10 filiam in matrimonium xxii, 3 filiam nuptum iv, 2. x, 1 imperium urbis (præficere urbi) i, 3 (sic sæpe Curt. ut iii, 3, 1. et iii, 13, 14). dare manum (sive potius manus: victum se confiteri) xxii, 1 occasionem sui opprimendi x, 4 operam ut ii, 7 operam honoribus (capessere honor.) xxiv, 1 operam palæstræ (studere) xv, 2 operam rei familiari (scil. tuendæ augendæque) xxv, 4 potestatem (sc. belli gerendi) xvii, 2 præsidii quod satis est ii, 8 signum (sc. rei patrandæ) i, 7 signum pugnæ xxiii, 11 signum prælii xi, 2 tantum pecuniæ ad classes ædificandas (conferre) iii, 3 Sic: quantum quisque daret (ad sublevandos amicos scil.) i, 3 tempus, diem (ex composito, præfinire) xvi, 2 tempus literis (impendere, tribuere) ii, 10 testimonium ad vi, 4 vela ventis (de navibus in altum provectis) xxiii, 8 veniam (concedere, annuere postulatis) ii, 10 eam veniam (in eo annuere) iv, 4. x, 2. xviii, 6 (v. Venia) dare alicui jusjurandum (jurare) xxiii, 2 (Sic Plaut. Mostell. v, 1, 36. et Ter. Hec. iv, 4, 75). alicui classem i, 7 crimini (arguere) xv, 8 decem millia peditum i, 4 id negotii ix, 4 populo talenta aliquot muneri xvii, 8 negotium alicui, qui simulet se inimicum x, 8 ut interficiat vii, 10 pœnas civibus (puniri) i, 3 potestates summas amicis xvi, 1 alicui soporem (porrigere medicamentum soporiferum) x, 2 (Sic 'dare medicamentum' Curt. vi, 10, 34. 'venenum,' Id. x, 10, 14, &c.) statuam (ponere) xiii, 2 supplicium multitudine aliqua (sc. cæsorum hominum: vid. Supplicium. puniri propter aliquem) xvii, 5 verba (re et facto per dolum eludere) xxiii, 5 vestitum suum (permutatione facta) xiv, 9 sororem suam uxorem (collocare, concedere, de marito illius alteri conjuge sua cedente) v, 1 librum testimonii loco vi, 4 aliquem in custodiam (in vincula conjicere) xviii, 11 se duritiæ (operam dare. de instituto vitæ) vii, 11 (Sic Cic. Verr. 5 'dare se labori atque itineribus;' et alibi: 'rei familiari vitæque rusticæ'). se fluctibus civilibus (committere) xxv, 6 se totum reip. ii, 1 (Ita q. edd. sed rectius alii, dedere). se adversariis alicujus (applicare se illis, in eorum partes concedere) xxv, 9 (Sic 'dare se legionibus' ap. Tacit. Ann. i, 31, 1. et ap. Terent. 'dare' et 'dedere se alicui.' v. Chrestomath. Boecleri). senatum legatis (diem dare, ut senatum adire, mandataque sua et postulata exponere possint) xxiii, 7 (propria vox: vide Brisson. form. l. 2. Boecl. Sic apud Liv. xxxv, 33 et 40 'concilium datum legatis'). datur hosti locus nocendi (occasio) xxii, 1 huic facultas perorandi, dicendi causam xix, 4 alicui aliquis adjutor ix, 4. xii, 2 (sc. in bello) summa belli (committitur) xvi, 5 huic facultas vivendi pro dignit. (relinquitur) xxv, 2 accubanti epistola (offertur) xvi, 3 datur occasio a fortuna i, 3 dantur dotes filiabus Arist. de ærario iii, 3 alicui in consilium duo sapientes (tanquam adjutores et consiliarii) xiii, 3 collegæ (duci belli) vii, 3 data occasione xxii, 1 data dextra recipere in fidem ii, 8 dati ad supplicium (publico supplicio affecti) iv, 5 datum muneri castellum xxiii, 12

Darius, Hystaspis filius, Persarum rex xxi, 1 adversus Scythas infeliciter bellat i, 3 Græciæ dominatum agitat i, 4, &c. pugna Marathonia vincitur i, 5 Darii regis præfectus (Ochi sc.) vii, 5

Datames bello Artaxerxis in Cadusios illustratus, patri successit xiv, 1 adversus defectores quoque magni fuit ejus opera xiv, 2 Thyum vincit capitque, ibid. quem insolito ornatu regi adducit xiv, 3, &c. Aspim imprudentem opprimit xiv, 4 hinc benevolentia regis, aulicorum invidia xiv, 5

quorum insidias Pandates Datami aperit, ibid. igitur deficit a rege, ibid. adversus Pisidas proficiscitur xiv, 6 defectionem soceri egregie dissimulat, ibid. hostem vincit, ibid. a filio proditur regi xiv, 7 cujus exercitum ingentem adversus se missum concidit xiv, 8 ad pacem invitatur, ibid. mox insidiis appetitur, quarum primas discutit xiv, 9 denique Mithridates imagine amicitiæ virum illicit xiv, 10 et in colloquio per fraudem interficit xiv, 11

Datis classi Pers. præficitur i, 4

Dea pax xiii, 2 (nam ethnici πάντα θεοποιοῦσι, præsertim τὰ νοητὰ, virtutes, vitia, &c. Boecl.)

De exercitu non amplius hominum mille cecidit xiv, 8 non potest reperiri, neque de Græcis rebus, neque de Ital. quod xxiv, 2 de servis suis fidelissimum misit ii, 4 Sic: de suis triginta habuit secum viii, 2 de his qui ii, 9 (Ita Livius xxxviii, 54 'Quem eam rem velit Senatus quærere de iis, qui prætores nunc sunt'). quid facerent de reb. suis (alias, rebus suis: vid. inf. Facere) ii, 2 de vehiculo loqui (ex, de eo qui insidet veh.) xx, 4 de rep. nil capere præter xv, 3 de quotidiano cultu nihil mutare (ex) xxv, 14 de aliquo supplicium sumere xviii, 12 (ab aliquo, ut loquitur Valer. Max. iv, 1. Quomodo Terent. 'De Davo audivi.' Vorst.) de sua re in jus ire (propter negotium proprium) xxv, 6 de templo efferri (ex) iv, 5

Debere (de honestate, sive eo, quod fieri decet): hic debet suos nosse ix, 4 debent hi habere partem regni x, 2 quantum deberet paterfam. tantum operæ dedit rei fam. xxv, 4

de necessitate: debent bello exercitati esse, qui xv, 5

de ære alieno: debere eos longius non est passus (de æris alieni solvendi tempore observato) xxv, 2

Debilitantur animi militum (terrentur) xiv, 6 debilitari invidia civium (premi, collabefieri) xxxiii, 1 debilitari dicuntur etiam opes adversariorum (potentia inclinata et decrescente h. e. frangi, imminui) xvii, 5

Debitum naturæ reddere (περίφρασις mortis) xxi, 1 (Nam, ut ait Flaccus, 'debemus morti nos nostraque.' Sic fere Cicero pro Cluentio: 'et naturæ et legibus satisfecit: quem leges exilio, natura morte mulctavit.' Lamb. Idem Phil. 14. extr. 'O fortunata mors, quæ naturæ debita,' &c. Lucret. iii, 985 'vitaque mancupio nulli datur, omnib. usu.' Plura Gebhard. ad h. l.)

Decedere (mori) iii, 3. xxi, 2 (sub., de vita) decedere morte ex conspectu hominum (significanter de morte voluntaria tædio ingratitudinis sumta) xx, 1 decedere in vinculis v, 1 in magna paupertate iii, 3 decedere de foro (publice abstinere et luce fori) xxv, 10 decedere Sicilia xxii, 1 ex provincia xxiv, 1 decedit febris (desinit &c.) xxv, 22 (ut ap. Cicer. 7. ep. 2. et ad Att. 'decessit quartana:' et ap. Terent. 'decedit ira,' Hec. iii, 5, 55). post decessum Dionysii (discessum, postquam Syracusis excessisset) xx, 2

Decemplex (sic Mss.: male v. Lamb. 'decuplex') numerus hostium (δεκαπλάσιος, decem partibus superior) i, 5 (v. Paschal. de Coron. v, 33. Boecl.)

Decemviri in civitatibus vi, 1 decemviralis potestas (de eorundem imperio) vi, 2

Decelia (penult. producta, Δεκέλεια, Frontino) i, 3 Decelea (ubi v. not. Keuchenii) oppidum Atticæ vii, 4

Decernere cum aliquo (dimicare, confligere) xxiii, 4 exercitu integro xviii, 9 classe xxiii, 10 (Similiter Curt. iii, 1, 1 'Darius statuit ipse decernere.' et passim Cic. aliique. Integrum est 'decernere acie' i, 4. nisi tamen ibi leg. est, 'contenderent' vel 'cernerent.' de quo v. not. sive 'prælio decernere,' ut ap. Justin. xiii, 8, 4. Simplici 'cernere,' sic usi Lucret. v, 394. Ennius Ann. 6. et in Medea, Virgil. Æn. xii, 709. Plaut. Bach. iii, 2, 15, &c. utrumque factum imitatione Græcorum, quibus κρίνειν τὸν πόλεμον et διακρίνειν, est prælio dimicare, et signis collatis concurrere). decrevit bellum inferre (constituit) i, 3 decreverunt illud tempus expectandum vii, 4 decernere alicui honores vii, 7 statuas i, 6 (decreto publico conferre: proprium in hac re id verbum fuit. vid. Emund. Figrel. de statuis illustr. Rom. vi, 15) decreta populi (Athen.) xix, 2

Decertare classe (sic q. edd.) xxiii, 10 (sicut acie. Ms. Schotti i, 4, 4. Sed aliter utroque loco libri meliores. v. not.)

Decidere ex equo in terram xviii, 4 decidere (dejici de fortuna, de statu suo) xviii, 11 (nam 'cadere' et 'deci-

dere dicuntur, qui adversam fortunam incurrunt. Vide Laberii mimos. Buchn. h. l. qui et Laberianos versus exhibet emendatque in Thes. v. cado. Iis simile est illud Senecæ controv. lib. 3. præf. ‘Sæpe illi bene cessit, sæpe decidit’)

Declarare quid in re aliqua (ostendere, documentum ejus dare) xi, 3 imaginem consuetudinis atque vitæ alicujus (exprimere scribendo) xv, 1 res tantas tam breviter (sufficienter explicare verbis paucis) xxv, 18 declaratur navis ducis (ostenditur quæ sit) xxiii, 11

Decorum moribus nostris, Præf. (τὰ πρέποντα intellig. honesta aut honesto non adversa. Boecl.)

Decurrere in spatio (de equis exerceri cursu solitis) xviii, 5 (Eleganter Virgil. Æn. 5. ‘Pelago decurrit aperto :’ Cic. Tusc. 5. ‘Video calcem, ad quem cum sit decursum.’ Lucret. 4. translate dixit ‘spatium decurrere amoris.’ Lamb. Alii vitæ, vel ætatis)

Dedere se (de victo) xiv, 4 se totum reipub. (de rudimentis civilium officiorum) ii, 1 ne dederetur timet Hannibal (sc. Romanis) xxiii, 9 qui eum dedi volunt (tradi in suam potestatem) xxiii, 12 deditum esse alicui (ut præceptori discipulus, diligentia, studio, amore) xv, 2 deditus rebus Venereis vii, 11 vino, epulis xvi, 3

Deducere aliquem secum (sibi asciscere comitem) xxv, 4 ex provincia (Romam sc.) xxiv, 1 copias in camp. i, 4 regem (ex Thracia ut huc veniat efficere, accire) vii, 8 (ubi tamen alii leg. inducere, sed sine necessitate. Deducere aliquando idem est ac perducere, conciliare : v. Suet. Cæs. c. 50. et ibi not. Torrentii ac Berneggeri) qui initio deduxerant (coloniam sc.) xx, 3 deducere aliquem a victu pristino (demovere, abstrahere) x, 4 deduci aliquo velle xv, 4 (ubi tamen alii legunt, duci) deduci ad regem (admissionis causa sc.) xxiii, 11 deducitur classis in prælium xxiii, 11 sermo ad finem xv, 3 (ubi male alii, adductus, vel, perductus) deducta eo est multitudo (vel, ut alii, res militum, ad id periculi ventum) xv, 7 (Sic Quintilian. decl. 337. ‘Si eo me deduxit error’)

Deesse alicui de fama dimicanti (in judicio non defendere) xiii, 4 deesse tanto viro non poterant maledici (necesse erat eum habere maledicos) xxii, 3 nullus honor huic defuit (ita circumloquitur honoratissimum) xx, 3 nulli defuit fides ejus, opera, res familiaris (omnibus fide officioque præsto fuit) v, 4 nemini res ulla defuit (omnia necessaria suppeditante Attico) xxv, 11

Defendere aliquem (desertioni opponitur) xviii, 10 astu (adversus hostes) ii, 4 alibi : tueri oppidum i, 3 Deos ac penates suos ab hoste ii, 7 se a navib. hostium xxiii, 10 se mœnibus i, 4. ii, 4 defendi opib. alicujus xi, 3 defendi ab aliquo in judicio xix, 2 Sic : ad defendendum aliquem convenire xiii, 4 defensio (excusatio in judicio facta) xv, 8 et Fr. 4.

Deferre aliquid senatui (exponere, referre) xxiii, 12 deferre de re q. xiv, 7 deferre summam imperii ad aliquem (committere alicui) xxiii, 3 Sic : defertur ad hunc summa rerum xviii, 5 defert huic fortuna aliquid (mox, conciliat ; et paulo ante, tribuit) xxv, 19 deferri ei jussit munera (afferri) xxv, 4 deferri in Ciliciam (sc. itinere) xiv, 4 delatum Carthaginem (nunciatum) xxiii, 3 delati honores, potestates (collati) xix, 1 delatas sibi præfecturas accipere (oblatas) xxv, 6 (Utroque loco alii variant). delatum accipere nolle (oblatum, de pecunia opp. ereptum) xv, 4 (Sic de vestib. Tacitus xiii, 13, 6)

Deficere (sc. ab obsequio) v, 2 ab amicitia alicujus ix, 2

Degredi a suis (longius provehi) xvi, 5

Dejerare (valde et sancte jurare) Fr. 12 (Sic Plaut. Men. v, 2, 63. Terent. Eun. ii, 3, 39. et Hec. v, 2, 5. Utroque loco Donat. exp. ‘valde jurare’)

Dejicere se e super. æd. parte x, 4 in mare xii, 4 hoc dejecto (de eo qui cecidit in pugna, significanter) viii, 3 (v. de hoc signif. vocis Taubman. ad Virg. Boecl. Sic ‘dejicere hostem,’ dixit Claudian. de bello Get. vs. 104. ‘numerosos ducis artus,’ idem alibi : ‘dejectum ab hoste’ Curt. iii, 5, 5. ‘dejectum fratrem’ Seneca Thebaid. v. 637. Respondet Græcorum καταβάλλειν, quo primum in ea significatione usus Homerus rhaps. 2. Diodorus 14. κατεπλήξαντο τοὺς Λακεδαιμονίους, καὶ σχεδὸν τριάκοντα κατέβαλον. Lib. 16. οὐκ ὀλίγους κατέβαλον. Hinc ἀκατάβλητος, invictus. Dejicere proprie sacrificiorum verbum est. Flaccus Argonaut. i, 191. ‘Et Zephyris

Glaucoque bovem, Thetidique juvencam Dejicit Antæus.' Mactantur igitur tyranni ut victimæ. Seneca Herc. Oct. vs. 921 'Victima haud ulla amplior Potest magisque opima mactari Jovi, Quam rex iniquus.' Justinus v, 10 'Tyranni ut pacis victimæ trucidantur.' Plutarch. Dione: ἐγχειριδίῳ καθάπερ ἱερεῖον τὸν Δίωνα ἀπέσφαξαν. Hæc fere Gebhardus. Sic: 'dejectæ cohortes' ap. Cæs. B. Civ. i, 46. 'dejecti hostes' ap. Lucan. ii, 694. v. Buchn. Thes.) dejiciuntur Hermæ (deturbantur) vii, 3

Deinde post (pleonastice) xviii, 5

Delectari aliquo (alicujus convictu et familiaritate) x, 2 facto xiv, 3 animo, ventre (de conviviis) xxv, 14

Delecta manus (militum sc.) i, 1. xvi, 4 (non semper præstantiam notat hæc vox, sicut vulgo existimant, sed certos homines ad negotium destinatos nominatosque &c. Boecl.) Sic: delecti mittuntur ii, 3 delecti ex his i, 1 delectus est, qui constitueret (delatum est ad eum rei arbitrium &c.) iii, 3

Delectus novi (de milit. recens lectus) xxiii, 6

Delegare quem ad volumen aliud (ablegare, remittere) xxiv, 3 (ubi tamen alii mallent 'relegare')

Delere impetu aliquo totum bellum (v. bell.) vii, 8 ('Delere urbem,' idem Curt. dixit v, 7, 10. et ix, 4, 7) deleti sunt barbari (penitus fugati) iv, 1 (Sic 'deletæ cohortes' Tac. hist. iv, 18, 2. 'copiæ' h. ii, 14, 7. 'exercitus' h. ii, 26, 3. et ap. Curt. iv, 9, 22 'deleta fana' est in q. edd. sed in Mss. est, deserta) xx, 3. xxii, 2

Deliberare: tu delibera, utrum colloqui malis ix, 3 (At in illo, 'deliberantibus Pythia respondit' ii, 2 idem est ac, consulere oraculum. Sic: deliberatum mittuntur delecti i, 1. Schoppius 2. verisim. 10. cum his comparat illud Cic. Offic. 1. 'deliberanti consilium dare:' et alterum 5. Tuscul. 'nec amicis deliberantib. deerat:' itemque Senecæ verba extr. Epist. 3. 'cum rerum natura delibera: illa dicet tibi.' adde Gifan. observ. Lat. L. pag. 63. et qui loca ab eo adducta, ut solet, descripsit, Pareum in Lex. Crit. Consultandi verbo sic usus Tac. An. ii, 54, 4. cum consultantes vocat, qui Apollinis Clarii oraculum consulerent. Sicuti vicissim consulere interdum est, deliberare, consultare. ut apud eund. Tacit. xv, 25, 2 'consuluit inter primores civitatis Nero, bellum anceps, an pax inhonesta placeret;' adde Pareum in Lexico Crit.)

Delicate facere multa odiosa (molliter, voluptarie) vii, 2

Deligere ducem xv, 7 ad bellum gerend. vi, 3 delectus dux xx, 1 deligere diem, ad xvi, 2 delectus (v. sup. Delecta)

Deligata in cornibus juvencorum sarmenta xxiii, 5

Delphi (urbs Bœotiæ) i, 1. ii, 2 Delphos corrumpere conatur Lys. (oraculum Delphicum) vi, 3 Delphici Dei responsum (Apollinis in oraculo Delph.) iv, 5 (ubi tamen τὸ Dei in q. Mss. deest. De urbe et oraculo hoc plura, post alios, nobiliss. Clasenius de oraculis gentil. ii, 2)

Delus (una Cycladum insularum in mari Ægeo. vid. Buchn. Thes.) ærarium commune Græciæ iii, 3

Demades (orator Athen.) Athenas tradi cupit Antipatro xix, 2

Demænetus (Athen. petulans homo) xx, 5

Demens: dementi ratione, cogitata patefacere iv, 3 (Sic ap. Virgil. Ecl. 3. 'mala falx,' qua quis male utitur, ut Servius ait. Vorst. Ita Cic. Philipp. ii, 7 'Quid est dementius, quam objicere alteri salutaria?')

Demergere hunc fortuna adoritur (deprimere) x, 6

Demetrius (rex Asiæ, Antigoni filius) in custodia generi perit xxi, 3

Demetrius Phalereus Athen. in factione optimatum erat xix, 3 ei ccc statuas decrevit pop. Athen. i, 6

Demigrare Lacedæmonem (confugii causa) vii, 4 Corcyram ii, 8 concedere, ibid. demigrare ex insula (quam sc. incoluerant) i, 2 (Usus et Cæs. B. Gall. 4. ac Cic. pro Rabir. et alibi. Loccen.) demigrationis societatem petere (sc. in coloniam) i, 1

Democratia Athenis restituitur viii, 3

Demoliri arcem xx, 3 propugnacula tyrannidis, ibid. tectum iv, 5 (Ita Curt. viii, 10, 30. Similiter Cic. 'demoliri parietem, partem muri' &c.)

Demosthenes (celeberrimus Athenis orator, immo Græcorum oratorum princeps) in exilium pulsus xix, 2 proditus a Phocione, ibid.

Demum: nunc demum xx, 5

Denique (præced. unico membro, et sequente voce 'postremo') xviii, 12 (q. d. breviter, uno verbo &c. Sic sæpe

alii : v. Freinsh. Indd. Flor. et Curt. Eodem, ut videtur, sensu, etsi pluribus membris præcedd. usurpatur xvi, 4. xxi, 2)

Denuntiare : denuntiant se damnaturos (cum imperio et severitate edicunt) xii, 3 (Sic Curt. vii, 7, 25 &c.)

Depellere de provincia aliquem (de successore in regenda provincia) xxiv, 2 hostem terra (profligare) vii, 8 Sicilia xx, 2 periculum (evadere) iv, 3 (ut ap. Tac. H. iv, 42, 2). depellere præsidia barbarorum ex his regionib. iv, 2 servitutem a civitate xx, 1 depelli a gradu ii, 5 (v. Gradus). a re ea (eleganter, cum consilio demovemur) xiv, 7

Deponere prius animam, quam odium (de inexpiabili odio) xxiii, 1 ('Deponere odium,' usitatum, sed 'animam,' rarius ; dixit tamen Propertius. Lamb. Sic alibi, ponere vitam iv, 5). deponere pecuniam in templo (sc. custodiæ et securitatis causa) xxiii, 9 (mos passim obvius). deponere imperium xx, 3

Depopulari regionem xvii, 3

Deportare : ad deportandum eum missa navis (ad vehendum : de eo, qui severa denunciatione magistrat. vocatus erat dom.) vii, 4 deportare ossa alicujus ad (v. Ossa) xviii, 13 triumphum ex provincia xxiv, 2

Deprecari pericula, incommoda amicorum (ne illos affligant) xxv, 12 (Sic 'deprecari bellum,' et 'mortem,' Justin. viii, 2. et xi, 9. Vorst.)

Deprimere naves (demergere) ix, 4 deprimere preces alicujus obstinatione diuturna (contemnere. Sic Mss. et edd. vet.) xxv, 22 (Male Lamb., compressit)

Depugnare : ad depugnandum cogi (ad præl. committendum) ii, 4

Dercyllus (Antipatri præfectus Atticæ) xix, 2

Descendere in Græciam (de adventu Xerxis per mare) iii, 1 (Græci ἀνάβασιν vocant. Schott.) descendit civitas univ. his obviam in Piræeum vii, 6

Desciscere xxii, 2 ab aliquo vii, 5. xiv, 5

Deseri ab aliquo in bello xiv, 2 deseruit eum nulla in re (de fideli constantique opera) xxiii, 8

Desiderat hæc obsonii genera tempus præsens (poscit) xvii, 8 artifices quos desiderat cultus domesticus (quibus opus est ad cultum dom.) xxv, 13 non multum desideret historiam, qui (expetat) xxv, 16 desideratur illius imperatoris opera (opus est eam solicitare) xv, 5 Sic : desiderari cœpta est diligentia Epaminondæ (hunc potius præesse, cujus virtus spectata erat, omnes cupiebant) xv, 7 (παραφρόσεως instar esse potest ad hunc l. ille Taciti de Agric. xli, 3 'cum damna damnis continuarentur, poscebatur ore vulgi dux Agricola, comparantibus cunctis vigorem, constantiam, et expertum bellis animum, cum inertia et formidine eorum,' qui tum res gerebant sc. Eodem sensu dicitur de absente et exule). confestim notæ virtutis desiderium consecutum est v, 3 Cimonem Athen. in bello, in pace, diu desideraverunt (de mortui desiderio) v, 4 (hoc sensu clare loquitur Plin. Paneg. de Nerva cap. 10. 'eo ipso carus omnibus ac desiderandus, quod prospexerat, ne desideraretur,' Boecl.)

Desistere : (molestiis, Freinsh. xii, 6) de contentione (controversiam omittere) xiii, 2 non destitit inimicitias suscipere (semper suscepit) xxiv, 2 juvare patriam xvii, 7 nunquam destitit animo bellare xxiii, 1

Desperare de rebus summis xviii, 9 desperavit præstare se posse, quæ pollicitus erat ii, 10 non desperatur de virtute eorum (crederetur, adhuc esse aliquod in virtute eorum præsidium) i, 4 desperati (abjecti afflictique) xxv, 8 desperatis rebus generi (id est, cum desperasset, generi conata successura aut eventum habitura) xiv, 6 desperatis rebus provinciarum xxv, 8 (cum diffisi essent provinciis : quæ illis datæ fuerant : Cretæ et Libyæ P. Manut.) ad desperationem pervenire xxii, 2

Despicere aliquid (negligere, non curare, tanq. rem cura et solicitudine indignam) xvi, 3 rei familiaris fructus (non cupere reditus ; honore contentum) xxv, 6 despectus (qui non metuitur : paulo ante, contemtus) viii, 2

Despondet vix anniculam virginem Cæsar Neroni xxv, 19 (Magna ea, vulgo etiam, licentia sponsaliorum, nullo ætatis respectu. hinc immaturitas sponsarum ab Augusto lege coërcita. Suet. 34. Vid. Lips. ad Tacit. A. 3. Boecl. Add. not. Loccenii. Ceterum etiam ex h. l. apparet non esse perpetuum discrimen inter spondere et despondere, Donato traditum ad Ter. Andr. i, 1, 75)

Destinavit præoccupare (constituerat, in animo habebat) xviii, 2 (antea : 'co-

gitabat' v. ibid. Sic aliquotiens Curtius et Tacitus: ap. quem 'destinata' hoc sensu legas iv, 40, 9. Videtur autem subaud. 'in animo.' Est v. proprie verbum sagittariorum. v. Ind. Freinshemii)
Destitui ab aliquo (de rejectis precibus negatoque auxilio) vii, 5
Detecta ædes vetustate (tecto vetustate corrupto prolapsoque) xxv, 20 (Aliter Ms. Schotti. v. not. 'Verum detectam ædem' etiam Livius dixit, de ablato, sed data opera, tecto, lib. xlii, 2 et 7. et Metaphorice apud Plautum hominem cum ædificio comparantem. Mostell. i, 2, 60. et sc. iii, 6. Philolaches ait, ignaviam esse grandinem, imbrem et tempestatem illam, quæ modestiam omnem, verecundiam et virtutis modum, qua tectus fuerit, sibi detexerit)
Deterreri a conatu resistendi (de pertimescente hostem, eique se dedente) xiv, 4 Sic: non deterreri religione ab incepto (quæ duæ postremæ voces abfuere ab opt. libris) x, 5 (At paulo latius accipitur in seqq.) deterrebantur a deditione (deducebantur a consilio dedendi se fiducia adventantis classis regiæ) i, 7 deterritus ab ea voluntate (deponendæ tyrannidis sc.) consilio x, 3
Deterior peditatu (ἀδελέστερος, inferior; infirmior) xviii, 8 (Sic: melior peditatu, instructior, validior)
Detestans compellabat impium (i. e. detestabatur et vocabat imp.) xx, 1 detestabilis et invisus (Ita Schottus edidit), Fr. 2 (sed leg. 'intestab.')
Detrahere de aliquo (de invidiosa et obtrectatoria depressione) xii, 3 (Ita Cic. pro Rabir. c. 7 'quo facilius de hoc senatu detrahere possitis.' Paulo ante dixerat: 'in invidiam vocatis.' Et Philipp. ii, 1 'An in senatu facillime de me detrahi posse credidit?' Ap. eund. Q. Fratr. 'qui de se detrahere volunt.' Ammian. Marcell. xxx, 29 'de fortib. detrahebat, ut solus videretur bonis artib. eminere') Sic: detrahere de rebus gestis alicujus (obtrectando ea imminuere) xx, 5 detrahere pondus (sc. loricarum, leviores loricas invenire) ii, 1 detrahere mulctæ partes novem (minuere mulctam demendo partes novem) xiii, 4 signum (sc. epistolæ) iv, 4 detraxit ei multum, quod alienæ erat civitatis (decerpsit, detrivit, sub. de auctoritate et Macedonum favore) xviii, 1 (v. Periz. ad Sanctii M. l. 4. c. 4, 11, 49)
Detrimentum existimationis nullum facere xxiv, 2 rei familiari affert peregrinatio xxv, 2 sine detrimento exercitus se expedire (salvo atque integro exercitu) xxiii, 5
Detrudere aliquem ad fortunam humiliorem ex regno (significanti et ordinaria metaphora, qua fastigium, ascensio, dejectio, de magnatum fortuna usurpantur) xx, 2 (Boecl. Vet. Scholiastes Horatii: 'de ima detrusus.' v. Pricæum ad Miles. Apulei. pag. 303)
Devehi nave Corinthum x, 4
Devenire domum alicujus (sic libb. vet.) xvi, 2 in urbem xvi, 3
Devertere Thasum (sc. ex itinere in urb.) vi, 2 (Sic enim leg. eo loco, non 'divertisset.' Ita namque locutos veteres, docet Dausquius in Orthographia. quomodo et Cic. ad Attic. iii, 7. dixit 'itineris causa devertere;' et in Philipp. 'devertere Massiliam.' Reponit hanc vocem Lambinus etiam xvi, 2, 5. sed sine causa)
Devia itinera (occulta et insueta) xviii, 8
Devincere bello totam insulam xii, 2 dev. exercitum hostium (penitus vincere, ad internecionem cædere, ut ad resurgendum nullæ vires restent) i, 2 Sic: devictæ Athen. copiæ ix, 1 devicti Atheniens. ix, 2 (ut apud Curt. ix, 2, 23. Persæ.) devincere virtutem alicujus (significanter, deprimere, inutilem reddere. de obtrectantibus) xxiii, 1
Devincire sibi aliquem consuetudine sua (benevolum reddere) xxv, 1 devinc. aliqu. liberalitate (mox: suum reddere, valentiore significatu) vii, 3
Devocare (est vocare de foro ad cœnam) v, 4 (Usus eo verbo, præter Cic. et Horat. a Lamb. laudatos, etiam Plin. xxxiv, 8. et ex emend. Gronovii, sed alio sensu xxxv, 7. Male a. mutat h. l. Lamb. Et pejus etiam alii: denotaret)
Devovere aliquem (de publico devotionis ritu) vii, 4. 6 (De verbo et more v. Brisson. Form. 1. et Plutarch. in Alcib. It. Lamb. qui exponit denique, pro, aqua et igni interdicere: firmat mentio pilarum, quæ adhibitæ inter infamiæ notas et proscriptionis. Nec displicet interpretatio: ita tamen ut omnino execrationis quiddam ac dirarum habuisse ista exclusio relegatioque videatur. Boecl.)

Devotio in pilis scripta (de elogio sive indice devotionis) vii, 6

Deus Delphicus (pro Apolline) iv, 5 (ubi tamen in opt. libris vox 'Dei' abcrat) Dii publici, patrii, penates ii, 7 (Conjunguntur, ut 'publici' notent religionem et sacra universa, et quoniam unaquæque civitas certos ac veluti proprios Deos habebat, adduntur 'patrii:' 'penates' autem sua cujusque domestica sacra notant. Majoris expressionis causa, id innuitur quod alias voce 'divinorum' notatur, in formula veteri: 'divina humanaque omnia.' Item per 'aras;' ut in illa: 'aras focosque.' Mens loci: religionem, sacra, templa, communi gentium jure, tum ceteris præsidiis tum mœnibus defendi pósse ac debere. Nominatur quod est potissimum, nec excluduntur, quæ ad 'humana et focos' pertinent. Boecl.) Deorum numen facit cum iis qui fidem servant xvii, 2 (nisi tamen locus corruptus est; ut doctiss. Scheffero visum). sine Deorum numine nihil rerum humanarum agitur xx, 4 Deos sibi iratos reddunt perjuri xvii, 2

Deuti victo (pro abuti, ut videtur) xviii, 11 (Male antea vulgati, se uteretur)

Dextra fidem dare xiv, 10 data recipere aliq. in fidem ii, 8 (De hoc more v. not. ad utrumque loc. et Freinsh. ad Curt. vi, 4, 14)

Diadema (regium capitis insigne) cum sceptro in sella positum xviii, 7 (Ita solebat in aula fieri et tabernaculo regis: quem morem hic observare jubet Pasch. de coron. x, 10. ut imitatum intelligamus Eumenem usitatum regni schema, reposcendique et asservandi diadematis consuetudinem. Boecler. Add. not. et laudatos Freinshemio ad Curt. x, 6, 15)

Dianæ templum (ap. Gortynios) xxiii, 9

Dibapha Tyria (purpuræ genus), Fr. 8 (de quo videndi, quos in not. laudavimus. Tert. de Pall. c. 3)

Dicere: qui diceret ne ab exercitu discederet (ediceret, vetaret discedere, de nuncio a rege ad ducem misso) xiv, 5 dicere causam vii, 4 capitis ii, 3. xix, 2 (in judicio capitali pro se respondere). Sic: dicere pro se (in judicio scil.) i, 7 mox: verba facere. dicere diserte xv, 3 in dicendo exercitatus xv, 5 dicendo valere vii, 1 (Hæc vox proprie eloquentiam notat et artem. 'dicitur matrem Paus. vixisse eo temp.' refertur, traditur, sub. dictum vel simile quid. Vulgo Græcismum esse censent: sed Latinam constructionem esse, ac alteram potius vulgatam 'dicitur mater vixisse' Græcam, docet Schopp. in Gramm. philos. et paradoxis litterar. Adde Heins. ad Ovid. Fast. iv, 507). dicta est ei provincia (destinata, opp. datæ) xviii, 2 (Sic, 'dos dicta' ap. Cic. pro Flacc. et Nonium in Dicere. et Dicere diem. v. Salmas. de modo usur. c. 16. et Nic. Heins. ad Ovid. Fast. vi, 594. et ad Metam. xi, 213)

Dictitare: vulgus dictitabat tyrannum non ferendum (crebro jactabat) x, 7 dictitant hanc sibi esse belli causam (prætendunt, προφασίζουσι, hoc utuntur prætextu) vi, 1

Dictator Fabius xxiii, 5 ('Dicebatur' hic magistratus; i. e. dicendo creabatur: hinc 'dictator,' a propria voce, αὐτοκράτωρ στρατηγὸς Polyb. dicitur Hist. 3. 'ultimum rebus trepidis consilium,' Liv. iv, 56. quo Romani ad vindicandam maximis periculis remp. usi. Vellei. ii, 28, 2. quem loc. feliciter restituit Gerard. Vossius. Boecl. Adde not. Boecleri ad eum loc.)

Dictum (de oratione captiosa) i, 2 (de sententia s. versu Homeri) x, 6 dicta (vel dicteria) proprio nomine appellata, quæ facete et breviter et acute locuti essemus, Fr. 5 (v. Boecler. Chrestomath. Ter. et Thes. Buchn.)

Dicto audiens alicui (obediendi signif.) vi, 1. xi, 2. xiv, 2 jussis alicujus xvii, 4 (v. Audiens)

Dicis causa xxv, 8 (προφάσεως ἕνεκα, λόγου χάριν, verbo, non re: in speciem, simulacri causa, perfunctorie, non ex animo. v. Petr. Pithœum subseciv. part. 2. c. 8. Manut. ad loc. Nep. nostri, ubi exempla congessit. Taurello et Cujac. tribuitur formulæ ubique ferme depravatæ restitutio. Explicant et per illud Græc. ἀφοσιώσεως χάριν: quod tamen sua cautione non caret. Boecl. Ita scil. hunc locum, præeunte Cujacio observ. x, 37. legunt Manutius, Lambinus, Schottus, Boeclerus, Ernstius, et cum iis alii. Formulam autem 'dicis causa' præter jam dictos et laudatos Schotto ac Ernstio in not. ad h. l. illustrant etiam Brodæus miscell. x, 18. Duaren. disp. annivers. i, 47. et comm. in L. 7. D. de Pactis, Ant. Augustin. Emendat. ii, 1. Lœl. Bisciola subseciv. viii, 12. Brisson. de verb. signif. lib. 4. Elmen-

horst. ad Apul. l. 1. de philosoph. not. et in Ind. Schott. observ. hum. v, 33. Rittershus. lect. sacr. iii, 12. Salmas. defens. miscell. c. 17. &c. Verum in omnib. Mss. et edd. vett. Nepotis legitur 'necis causa.' v. not.)

Dies: quem diem sic univ. civit. prosecuta est (i. e. quem discessum, sive quod discessus ejus tempus) xxv, 4 (Dies, pro eo quod per diem accidit. Ita Joann. xii, 27. et Marci xiv, 35. ὥρα pro eo quod in ea sustinendum erat:) dies induciarum præteriit (sc. ultimus, terminus, meta) xvii, 3 (de qua vid. H. Grot. de J. bell. et pac. iii, 21, 4. Possis etiam capere pro tempore induciarum toto, Boecl. Sic Cic. Ep. 14. ad Tironem: 'dies promissorum adest.' Locc.) diem obire (mori: subint. supremum; quæ integra phrasis reperitur i, 7. vii, 10. x, 2. xx, 5. xxi, 1. v. inf. Suprem.) diem certam præstituere alicui (sc. ante quam redire debeat domum) xii, 3 diem noctemque navem in salo tenere ii, 8 Sic: dies noctesque iter facere xiv, 4 in diem emere (ut solvas post aliquod tempus sive ad certum diem) xxv, 9 (Sic in Jure R. 'in diem addictio.' item 'ad diem pecunia promissa.' L. 77. de verb. oblig. 'in diem legatum.' L. un. § 3. quand. dies ususfr. leg. ced. Loccen.) usque ad hanc diem (hoc tempus) xxiii, 2 die ipso colloquendi (paulo ante, tempus dixerat) xiv, 11 die natali maxima fecit prælia Tim. xx, 5 in dies xxv, 21 dieb. paucis (sub. in; intra paucos dies) xxiii, 10 (v. Vorst. de Lat. falso susp. pag. 222)

Differre in nulla re a privato xvii, 7 differre rem in crastinum (rejicere) xvi, 3 differendo negare v, 4 (φράσις γνωμική, cujus fundamentum explicare illa Senecæ possunt 1. benef. 1. 'distulit, i. e. timide negavit.' et mox: 'qui tarde fecit, diu noluit.' it. lib. 2. c. 5 'tarde velle, nolentis est.' Boecl.) dilato rumore (emanato, disperso) x, 10 (Ita plane loquitur et Sueton. Aug. 14. Idem in Jul. 13 'fama distulit.' Tacito absolute est 'differtur' An. iii, 12, 6. et iv, 25, 5. Simili phrasi Terent. Heaut. prol. 15. 'differre rumores;' Tacit. A. i, 4, 2. ac Petron. 'differre aliquem rumoribus.' Sicuti Livius xxxiv, 4 'sermonibus.' Virgilius Æn. 7. 'Diditur hic subito Trojana per agmina rumor')

Difficillima natura (sub. homo, vel vir) xxv, 5 (quam et asperitatem vocavit, qua præditi vocantur Philosopho δύσκολοι, δυσέριδες, qualem ἠθοποιεῖ Terent. in suo Demea; in quo tamen et alia concurrunt). difficile fuit judicare xxv, 12 Sic: ut difficile sit judicari xxv, 16 ut difficile sit intellectu xxv, 15

Dignus memoria (ἀξιομνημόνευτος, celebrari dignus ad posteros) xiii, 4 si qua digna memoria erunt (digna cognitu) xv, 1 non satis dignum summorum virorum personis genus scripturæ (conveniens, congruens, ex illorum dignitate), Præf. (Sic ap. Val. Max. ix, 2 'tormenti genus haud dignum passo, auctorib. dignissimum')

Dignitas: ad hanc dignitatem perduxit hunc agellus (de honorib. summisque potestatib. a populo delatis) xix, 1 Sic: dignitate regia esse (non auctoritatem modo, sed potestatem regiam notat) i, 2 dignitas equestris (de ordine et nobilit. equitum R.) xxv, 1 dignitati servire (consulere existimationi et honori suo) xxv, 6 dignitas magna corporis (augusta corporis forma, consistens in magnitudine, proportione, et pulchritudine Loccen.) x, 1 dignitas honesta (mascula et viro digna pulchritudo, si tolerari debet hæc lectio) xviii, 11 (grandius dicitur, quam venustas, aut pulchritudo: ita 'dignitas formæ' sæpe, τὸ εἶδος ἄξιον τυραννίδος. v. Thes. Buchneri. Etiam de feminis usurpatur. 'Zenobiam dignitate formæ haud degenerem reputatam,' auctor est Tac. xii, 51, 4. i. e. ex forma supra vulgarem augusta, pro generosa agnitam. Boecl. adde not. ad h. l.) dignitate portus urbem æquiparat (pro splendore et visendæ rei specie) ii, 6 dignitate vitæ omnes superare vii, 11 (cum splendore jungitur, intelligiturque τὸ σεμνοπρεπὲς μετ' εὐτραπελίας καὶ χάριτος. Boecler.) pro dignitate vivere xxv, 2 (Intelligitur hic dignitas vitæ exactæ ad τὰ καθήκοντα, quæ bonum sc. virum decet. Boecl.) pro dignitate hominis amplo funere efferre eum (prout meretur illius conditio ac fortuna) xviii, 4

Digrediens (paulo ante discedens) xiv, 11

Dilabi (fuga et discessione, qua quisque potest, salutem petere) vi, 2 (Exempla et amplior. exposit. v. ap. Muret. var. lect. xi, 5. Boecler.) dilabuntur

copiæ simul cum nuntio (de nuda discessione) xviii, 3
Dilegere affinitatem alicujus (eligere: sic Ms. Schotti) xxv, 2
Diligere puerum amore Venereo iv, 4 (nisi tamen posteriora verba a glossa sunt, quod Piccarto visum). diligi turpius quam par est xxii, 3 diligi quam metui maluit (Timoleon) xx, 3 diligens veritatis (φιλαλήθης) xv, 3 diligente patre uti xxv, 1 (i. e. amante: nisi malis pro parco accipere, quomodo Ciceronem ea voce uti observant Gifan. obs. L. L. pag. 70. Schopp. ep. de disc. Lat. L. pag. mihi 94. et Pareus in Lex. Critico)
Diligens imperator (al. imperii: de ducis industria et strenua administrat.) ix, 1 (Tali loquendi formula Tac. 'strenuus militiæ.' H. iii, 42, 6 &c. Boecl.) diligentia multa comparet in his libris (auctoris scil.) xxiv, 3 diligentia omni affectare munditiem (omni studio) xxv, 13 minus diligenter hoc celatur (proditur, detegitur ex negligentia) ix, 5 diligentia Epaminondæ desideratur (φιλοπονία) xv, 7
Dimicare (pugnare, prælium committere) vii, 8 (mox: confligere. Sic: dimicare armis. armis cum). dimicare adversus quem (resistere, in aciem exire ad.) i, 4 dimicare de summa imperii xxiii, 8 de summis rebus xviii, 10 dimicare equitatu xviii, 3 in terra ii, 3 (Paulo latiore significatu) dimicare cum aliquo (est bellare) ix, 4 Sic: dimicatur in Asia (bellum geritur) xvii, 2 dimicare de fama (in judicio, sub.) conservanda xiii, 4 (Sic Cic. pro Arch. 'dimicare de vita.' Vorst.)
Dimittere imperium (deponere) xx, 2 vitam xxiii, 12 (amittere, ut loquitur Horat. i, 1. seu negligere). Sic: occasionem i, 3 &c. (quod περιφραστικῶς est) tempus rei gerendæ vii, 8 (Priore formula usus et P. Syrus: 'Cavendi nulla dimittenda occasio.' itemque Cæs. B. G. v, 57. posteriore idem Cæs. ii, 21. Curtius dixit 'opportunitatem dimittere' iv, 4, 1). non dimittere a se præceptorem (non desinere ejus disciplina et institutione uti) xv, 2 dimisit eum nusquam ab se (retinuit in convictu assiduo) xxv, 4 dimittere aliq. saucium ac fugatum xxiii, 4 neminem nisi victum dimisit xxiii, 3 (Elegans formula, qua Græcorum δραστηριότης καὶ ἐνέργεια περὶ τὰς μάχας μετ' εὐτυχίας notatur. Boecl.)
Dinon (historicus) ix, 5
Diomedon Cyzicenus Epaminondam frustra tentat corrumpere pecunia xv, 4
Dion Syracusanus describitur a bonis fortunæ, animi corporis x, 1 Dionysio intimus, ibid. legationibus adhibitus, ibid. Platoni Syracusas accito deditus x, 2 simultatem tacitam cum Dionysio exercet x, 3 mox suspectus Corinthum dimittitur x, 4 uxore et filio spoliatur, ibid. bellum parat tyranno x, 5 Syracusis potitur et ad pactiones tyrannum redigit, ibid. adversis conflictatur x, 6 multa impotenter agit x, 7 a Callicrate quodam simulata amicitia decipitur x, 8 et interficitur x, 9 post mortem converso affectu desideratur x, 10 ejus cædis mentio etiam xx, 2
Dionysius prior diligit Dionem x, 1, 2 ejus causa Platonem accersit, ibid. somno sopitus obit, ibid. idem fortis, continens, ambitiosus, felix xx, 2
Dionysius filius Platonem et Philistum accersit x, 3 Dionem ingenii præstantia suspectum Corinthum dimittit x, 4 a quo bello petitus ad pactiones redigitur x, 5 Dione interfecto rursum Syracusis potitus est xx, 2
Dionysiorum tyrannis x, 1
Dionysius (Theb. musicus) xv, 2
Dirigere cursum, quo intend. (navigando provehi, ad term. itineris contendere) i, 1 (v. sup. Curr.) eo dirigere navem (sc. ad portum) xii, 4
Discedere ab aliquo (abire) vii, 8 domos suas ii, 4 discedere inter se longe (a se invicem) xviii, 8 hospes qui nunquam discedere voluerat (qui semper eum comitatus fuerat) vii, 10 discedere a judicio capitis xv, 8 Sic: discesserat aliquoties liberatus (sc. a judicio) xix, 2 discedere pari prælio (ut neuter vicerit, æquis manibus abscedere) ii, 3 discessit superior (victoriam reportavit) xiv, 8. xxii, 1. xxiii, 1 superior prælio xviii, 10 (respondet formulæ antea laudatæ, 'victum a se dimittere.' Boecl.) discedere infectis rebus a pugna (omittere oppugnationem) i, 7 (ubi tamen illa 'a pugna' melior. libris absunt)
Discere (cognoscere, intelligere), Præf. (sicut 'docere' aliquando est 'exponere.' v. Docere). discitur facillime ex hoc, quod quis studiosus est audiendi xv, 3
Disciplina militari erudire exercitum xi, 2 nobilitari xi, 1

Discrimen: in magno discrimine esse (periculo) xiv, 5

Discumbere temporius (maturius cœnare), Fr. 6

Disertus xiii, 1 diserte dicere xv, 3 disertissimus omnium Græcæ linguæ eloquentia vii, 2 (in libris vulg. et Mss. Boecl. ac utroque Bavarico. Verum in aliis est 'ditissimus')

Disjicere copias alicujus (dissipare) i, 2 (Ita Cæs. B. G. i, 25 'disjecta phalange.' Tac. A. ii, 45, 3 'disjectas per catervas'). disjicere munitiones xviii, 5 arcem a fundamentis (destruere, demoliri) xx, 3 Sic: domum xxiii, 7 disjecta mœnia xx, 3 (Sic et Livius xxiv, 2). disjectus est ille globus consensionis (dissipata societas, privato ærario constituendo destinata) xxv, 8

Dispalati in agris vi, 1 dispalata multitudo xxiii, 5 (palabundi et dispersi passim vagantesque. Cic. et Cæs. 'palantes.' Sesenna hist. 3 'dispalati ab signis, dispersi omnes ac dissipati.' v. Nonium c. 1, 250. Gellius i, 11 'ne sparsi dispalatique proruerent.' Paulo diverso significatu Sallustius, sive quis alius auctor est, epist. 2. de rep. ord. cap. 13 'Hæc multitudo in artes vitasque varias dispalata, nullo modo inter se congruens;' nam hic animorum distractio et separatio, ibi corporum, innuitur)

Dispensare pecuniam ix, 4 (de eo, quem ταμίαν Græci vocant, pecuniis cogendis administrandisque præfecto. 'dispensator' aliquando dicitur: servile alias id nomen: v. Marcell. Donat. in Suet. August. 67. Adde Thes. Buchneri et ibi laudatos)

Dispertire bona militibus x, 7 servis unguenta, coronas, mensam secundam xvii, 8 dispartiuntur regna familiaribus (passivo) xviii, 2

Displicet hujus consilium plerisque (non probatur) ii, 3 huic crudelitas illius (improbatur) x, 1 pluribus cum nonnulli dicunt (nolunt assentiri) iv, 5

Dispositi ab imperatore milites (in acie stantes: paulo ante, ordinati) xi, 2

Disputare de rep. (disserere) xv, 3 (mox: sermonem habere). in disputanda philosophia (seu, ut Schottus edidit, disputando versari), Fr. 5

Dissentire ab aliquo xxiv, 1 dissensio oritur inter hunc et illum (dissidium: unde mox, factio) x, 6 dissensione unius disjicitur globus consensionis (quod ille consentire nollet) xxv, 8

Dissidere ab aliq. (de rege bellum cum alio gerente) xxiii, 10

Dissimilis hujus, factis, moribus xii, 3

Dissociati civium animi (de civ. discord.) xxv, 2

Dissolvere regiam potestatem (abrogare: ita Græci καταλύειν) vi, 3 dissolvitur societas (sc. inter amicos Alex.) xxi, 3

Dissolutus (neglectum legis, boni moris, existimationis sign.) vii, 1 (Hæc 'dissolutio,' ita enim vocat Treb. Poll. in Valer. jun., contemtum parit: sicut flagitia et iniquitas principum, timorem. Ut sententiose locutus sit Pollio, cum dixit: 'Non est quicquam ad audaciam malis, ad spem bonorum bonis promtius, quam cum vel malus timetur, vel dissolutus contemnitur Imperator.' in Gallien. cap. 5. Boecler.)

Distineri litibus (vexari ac distrahi) xxv, 9

Distrahi: non prius distracti sunt quam de pugnantibus et inter se complexis xviii, 4

Districtus tantis bellis (occupatus) xxiii, 13

Diversi discedunt (in diversas partes) xiv, 11 (poëta: 'quo diversus abis?' Æn. v, 166. Boecl.)

Dividere agros civibus (partiri, distribuere, assignare) v, 2 bona (civium; paulo ante: dispartire militib.) x, 7 inter se bona publicata viii, 1 copias hyematum (in hyberna dispartiri) xviii, 8 (ubi tamen alii leg. 'dimisit')

Divinus (de Attico) xxv, 9 (qui ea parte prudentiæ, quæ divinatio sive providentia dicitur, valet, rectitudine, inquam, constantiaque consilii ac propositi. Ita Boecl. Videri possit potius idem esse ac divinandi peritus, quomodo alios hac voce usos, docent Buchner. Thes. Pareus in Lex. Crit. Reines. epist. ad Fred. Helmium, aliique: siquidem 'divinatio' in seqq. retineri deberet. Sed ea merito suspecta est, legendumque forsan 'divina;' ut ita vocetur bonitas naturalis. Vide paulo post Divinare). divina res conficitur (sacrificatur: Jovi hostiæ immolantur) xxiii, 2 (Nonius cap. 4 'facere rem divinam, religionibus exhibere.' v. not. in Sidon. 5. ep. 17. Savaro. Sic Cic. 1. divin. 'cum res divina fieret.' Et 'divinam rem facere,' Plautus ac Livius: 'res divinas perficere,' Virgil. Æn. 8. Loccen.)

Divinare de exitu (ἔδοξε θεῶν τινὰ χρησμὸν εἰρηκέναι, inquit Diodor.) xvii, 6

divinatio est prudentia xxv, 16 divinatio appellanda est perpetua naturalis bonitas xxv, 9 (Ita quidem libri omnes editi scriptique. sed Buchnerus mallet legi 'divinitas,' quod etiam Schotto in mentem venerat. Conjecturæ summi viri favent, quæ toto isthoc capite subjiciuntur, nisi tamen malis 'divina' legere. Vid. VV. LL.)
Dives : ditissimus eloquentia Græcæ linguæ vii, 2 (ubi vulgo est 'disertiss.')
Divitissimus xix, 1 (denuo notas adi)
Divitias orbis terrarum accipere nolle pro carit. patriæ (ὑπερβολικῶς de summo pretio) xv, 4 divitiis ornare (cives) ii, 2 (alibi : locupletare)
Diutina contentio xiii, 2 pax xv, 5
Divum sub divo iv, 5 (et juxta Savar. et alios xviii, 5. i. e. in aperto aëre, non sub tecto. Scripturam hanc e Mss. Codd. Nostro, itemque Lucretio iv, 211. Ciceroni 1. in Verr. cap. 19. Horatio Od. iii, 3. 23. Od. i, 18, 13. ac Od. iii, 2, 5. Suetonio in Jul. 72. et Aug. 82. dudum Gifanius, Torrentius, aliique asseruere. Antea namque ferme ubique 'sub dio' legebatur ; quod Festus ἀπὸ τοῦ Διὸς dictum vult. Rectius Varro de L. Lat. iv, 10. qui ab antiquo 'Diovis' derivat. Unde Horat. i. Od. 1. 'sub Jove frigido,' i. e. sub divo, in aëre frigido)
Divus (ἀποθεωθεὶς, consecratus. Absolute ponitur pro Julio Cæsare) xxv, 19 (nam et hoc inter arcana firmandæ dominationis flagitia inventum. Boecl.)
Docere (exponere, narrare) i, 6. xvi, 4 (ostendere, demonstrare) xiv, 5. xvii, 2 docere lectores exemplis xxv, 19 docere aliquem musicam, Præf.
Docilitas ingenii xxv, 1
Doctor literarum Græcarum xxiii, 12
Doctrina multa comparet in hoc libro (eruditio) xxiv, 3 doctrina, non natura solum, hoc fecit xxv, 17 doctrinæ (doctrinarum cognitio et profectus) xv, 2 doctrinæ puerilis ætatis (quæ tradi solent pueris) xxv, 1
Dodona (urbs Chaoniæ in Epiro : Jovi sacra. Pro oraculo Dodonæo, sive potius sacerdotibus oraculi) vi, 3 (v. Plutarch. in Lysandro)
Dodrans : ex dodrante hæres xxv, 5 (novem partes hæreditatis intelligend. cum dodrans novem partes sive uncias assis ex 12. sc. alias significet. Nam assis vocabulo hæreditatem totam ; 12 partibus assis partes hæreditatis appellari omnes noverunt. v. Budæ. de asse. Donat. ad Suet. Jul. 83 &c. Boecl. add. not. Ernstii et Gronov. de pecun. vet. iii, 10)
Dolopes Scyrum obtinent v, 2 (populi Thessaliæ)
Dolor desiderii (ex desid. concept.) xxv, 4 tantum indulsit dolori, ut eum pietas vinceret xxi, 1 (Sensus : indignatione justa in scelus matris et vindictam ita exarsit, ne oblivisceretur interim, matrem esse, super cujus facinore doleret. Igitur filii officio animoque dolor irritati conjugis est coërcitus. Boecl.) dolore incendi vi, 3
Dolo pugnant, qui pares non sunt armis xxiii, 10
Domesticis rebus (vel, ut alii, opibus) robustus xxiii, 10
Domicilium (sedes) xvii, 3 sibi constituere (habitandi locum) ii, 10 domicilium imperii orbis terrarum erat in ea urbe (de Roma) xxv, 3 (quasi fortuna imperii ibi habitaret. Tac. 'caput rerum' A. i, 47, 1. 'urbs, unde in omnia regimen' A. iii, 47, 2. Cicer. 'domicilium imperii atque gloriæ' 1. de orat. 23. Flor. 'destinata hominum ac deorum domicilio civitas' i, 13, 18. Id. 'Imperii sedem caputque terrarum' vocat i, 7, 8 &c. V. Clapm. de arcan. ii, 20)
Dominatio perpetua i, 8 (pro imperio et potestate : ita enim συνωνυμικῶς vocatur i, 3). dominatio unius (libertati omnium opposit.) i, 3 dominatio (de intemperantia, qua in alios affectatur imperium) ii, 7 impotens Atheniensium dominatio vi, 1 (de imperio ut capto occupatoque, adeoque de tyrannide. Sic : dominatio Persarum i, 3. v. Clapm. de arcan. iii, 2. ejusmodi dominationis cupiditas et cura intelligitur in Lacedæmoniis ii, 7. v. Clapm. iii, 7. ejus parandæ artes et flagitia vi, 1. de quibus Idem 2. cap. 9, 15. et 19. Alia dominationis flagitia viii, 1. v. eundem Clapm. v, 5, 10. Tale est x, 4, 3. et 4. Adde Justin. i, 7, 12. ubi not. Cl. Bernegg. Dominationis firmandæ obvia flagitia suspicio et crudelitas xii, 2. Boecler.)
Dominatus (pro μοναρχίᾳ : oppos. regno, quod nomine tale est, non potestate) xxi, 1
Dominus navis ii, 8 (v. Navis)
Domus (pro ædibus) : Domus (ejus) sic erat instructa, ut nulla in re differret

cuivis inopis atque privati (Græcorum imitatione, pro, a cujusvis inopis atque privati) xvii, 7 domi nati domique facti artifices Attici (in domo ejus geniti, educati, instituti, non aliunde emti conductive) xxv, 13 domus amœnitas non ædificio sed sylva constabat, ibid. in domum (vel, ut alii, domum) suam nihil unquam contulit Agesilaus xvii, 7 domum Hannibalis a fundamentis disjecerunt Pœni (tanquam proditoris et majestatis rei) xxiii, 7 (Sic Romani etiam solebant. Notum est Æquimelium apud Livium iv, 16. Sic M. Flacci et Saturnini penates ab imis fundamentis eruti sunt. v. Val. Maxim. vi, 3. Politicos passim, et in his Piccart, observat. dec. iii, 1). in domo sua facere mysteria (domi suæ, ut vulgo loquimur) vii, 3 domo se tenere xv, 10 (Sic Cicero, pro domo sua: domo me contineo. Virgilius Georg. 3. 'Hunc quoque, ubi aut morbo gravis aut jam segnior annis Deficit, abde domo.') Domus (pro loco domicilii): domum Chersonesi habere (domicilium et fixam sedem) i, 2 domi creati decem prætores (in ipsa urbe Athenarum) i, 4 domo proficisci i, 1. 2 domo nuntius ei venit (Lacedæmone) xvii, 4 domos suas discedere ii, 4 Domus (pro familia seu gente): domus et familiæ Philippi inimicissimi xviii, 6 in domum alicujus plurima mala inferre (familiam alicujus multis damnis afficere) ii, 9

Domesticæ res (vires propriæ, intestinæ) xxiii, 10 domestico summo genere erat xviii, 1 (ita περιφράζεται domi nobilis)

Donari magnis muneribus ii, 10. ix, 4 præmiis xvii, 3 coronis aureis vii, 6 (v. Coron.) monumento sepulcri x, 10 (v. Sepulcr.)

Donicum (pro donec) xxii, 1 (qua voce et Plautus, Cicero, Lucretius, alii usi. v. Sosipat. Charis. Lib. 2. Instit. Gramm. pag. 178. et Gifan. Ind. Lucret.)

Donum Deo dare iv, 1 (inter solennia. Sic enim scrib. D. D. vel D. P. i. e. donum dedit, donum posuit. Vide de more toto Diis dona figendi, dicandi, sacrandi, iisque inscriptiones addendi Brisson. formul. Lib. 1. et Tomasin. de Donariis. Proprie reddidit Poëta μνῆμα ἀνατιθέναι.) dono sibi dati Indi quidam a rege Bætorum, Fr. 7

Dotibus de ærario communi datis collocatæ Aristidis filiæ iii, 3 (Notandus mos, quo Resp. olim virorum bene meritorum filias pauperes ab indotatis nuptiis liberalitate sua vindicavit, ut loquitur Val. Max. iv, 4, 10. ubi Romanis quoque hanc laudem defert. Boecler.)

Drusilla natus Tiberius Claudius Nero (conjuge scil. Tib. Claudii Neronis, quæ post Augusto nupsit, Livia Drusilla) xxv, 19

Dubium nemini est ix, 1 dubium esse nemini debet xxiii, 2 sine dubio xvii, 7 (hæ formulæ affirmant rem)

Dubito, an Thrasybulum primum omnium ponam (eleganter pro, annon ponam, vel, eo inclino, ut ponam) viii, 1 (Cl. Vorstius sic reddidit: fortasse ponendus est). non dubito fore plerosque, qui &c., Præf. non dubitabat se consecuturum vii, 9 se habiturum vi, 3 nemo dubitabat aliquid de pace esse scriptum xxiii, 11 (Cicero et Terentius dixissent: quin futuri sint, quin consecuturus sit, quin habiturus sit, quin scriptum sit. Lambin.) non dubitavit committere prælium xxiii, 11 confligere xvi, 5 (de fiducia et prompto conatu). ne dubitaret ducere xxiii, 2 venire xvii, 4 (ut omnino veniret, vel, ne differret ducere, venire. Ita Flor. i, 7, 6. et Curt. vi, 4, 14. Terentius dixisset: ne vereretur ducere, venire)

Ducere exercitus xviii, 13 exercitum adversus aliquem xv, 7 naves ex Syria in Asiam xxiii, 8 aliquem in errorem (sic vulg. edd. sed nos e Ms. edidimus, inducere) xxiii, 9 aliquem in convivium, Præf. (pro quo Noster ibid. dicit: adhibere aliquem in convivium). ducere feram bestiam captam (vinctam agere) xiv, 3 dixit secum Hamilcar filium Hannibalem in Hispaniam (de contubernio) xxiii, 3 ducere aliquid secum (de auro s. thesauro) xxiii, 9 ducere (existimare, credere) vii, 7 ducere laudi (tribuere), Præf. ducere bellum (protrahere) xiv, 8 (ita sæpe Cic. Cæs. alii: opp. sedare bellum, ibid.) ducere bellum quam diutissime (eod. signif.) vii, 8 (Quanquam Cl. Vorstius, quem vide, priore loco 'duci bellum,' interpretatur 'bellum geri.' Nכת, inquit, dicit Cornelius, Autophradatem, quod videret bellum duci majore Regis calamitate quam adversariorum, fecisse eum belli compendium et celeriter bellum confecisse,

sed hortatum esse ad pacem). ducere tempus quam longissime (cunctando extrahere) ii, 7 (ita Cic. Verrin. 3. Tac. A. ii, 34, 5. Cæsari 1. B. G. est ' diem ex die trahere.' Loccen.) ducere uxorem xv, 5

Duci adversus aliquem (sc. militatum) xviii, 3 duci (sc. cum præsidio. sic vulg. edd. sed nos edidimus: deduci) xv, 4 duci ad mortem xix, 4 duci non magis amore, quam more (impelli, moveri) v, 1 (v. supra Amor). caritate patriæ vii, 5 studio philosophiæ (teneri) xxv, 12 suspicione falsa x, 10 omnium opinione victorem (credi, existimari) xvii, 3 pœna dignum iii, 1 duci continentis debet, non intemperanter concupiscere xxv, 13 (v. Ellipsis)

Ductor legatus (fortassis princeps legationis) xv, 6

Ductus (opera in gerendo administrandoque bello): Sic, Pausaniæ ductu Barbari apud Platæas deleti sunt iv, 1 quorum ductu res male gestæ xiv, 5 (differt ductus ab auspiciis, quippe quæ ad summam fati et fortunæ pertinent; interdum tamen conjunguntur, ubi idem auctor actorque. Boecl. v. Brisson. form. 4. add. Boecl. de auspic. reg. i, 11)

Dulcius nihil potest esse his libris (sc. cognitu) xxv, 18

Dum (donec): expectandum, dum se ipsa res aperiret iv, 3 (ita sæpe Cicero). Dum (de re præsenti): dum res conficeretur, procul in præsidio fuit xx, 1 (Terentius dixisset: ' interea dum res conficeretur,' vel, ' dum res conficeretur, interea procul,' &c.)

Duplicare modum hastæ (duplo fere longiores facere hastas, quam fuere antea) xi, 1

Duplici amiculo circumdatus xiv, 3 (v. Amiculum)

Duritia (sc. in victu cultuque) vii, 11 (Sic Plautus Mostell. i, 2, 75 ' parsimonia et duritia disciplinæ aliis eram.' Loccen.)

Durum adolescentiæ initium (asperum et calamitosum) v, 1

Dux manus (qui parti copiarum præest) xvi, 4 (opp. Imperatori, qui totis). dux Spartæ (a Spartanis constitutus) iv, 2 dux summus ix, 2 dux postulatus a Corinthiis xx, 2 dux fortis et prudens ix, 4 dux belli imperitus xv, 7 ducum vitia xxv, 16 ducum princeps (præcipuus) xiv, 5 dux non est a majoribus rebus ad rem parvam abstrahendus, ibid. Duce mutato mutatur fortuna vii, 5. xxii, 1 ducis respectu bellum timetur ix, 4 ducis præclari absentia quid noceat ix, 1 (' Ducis pernicies certum victoriæ apud hostes momentum,' v. Grut. disc. ad illud Tac. Hist. iv, 34, 9. ' ac forte Civilis lapsu equi prostratus, credita per utrumque exercitum fama, vulneratum aut interfectum, immane quantum suis pavoris, et hostibus alacritatis indidit'). duce Pausania Mardonius fugatur (i. e. Pausaniæ opera) iii, 2. iv, 1 duces bellorum xxiv, 3 duces mari (θαλαττοκράτορες) xiii, 2 duces et terra et mari (de principatu in Græcia) iii, 2

Dynastes Paphlagoniæ (de Paphlagonia v. infr. suo loco) xiv, 2 dynastæ xvii, 7 (Non assequitur usum hujus vocis Marcell. Donat. ad Sueton. Tiber. 26. dum de magistratu plurium et proceribus civitatis capit. Unde nunquam in singulari dynastam apud scriptores observari, ait; quod vel ex Nostro promtum est refellere. Ne arcessamus rem longius, locus, qui præ manibus, uterque lucem affert dubiis scriptorum assertionibus. In priore enim Thyus ' dynastes Paphlagoniæ' vocatur. interpretetur nobis Athenæus; ille ' regem Paphlagoniæ' vocat: sicut ipse Nepos lib. 14. c. 3. ' nobilem regem:' recte. Ita enim vocari possunt et solent reguli, toparchæ &c. ut mox patebit; ita Scriptura cujuslibet civitatis dominum ' regem' vocat. Strabo Persidis, Mediæ, Assyriæ, Parthiæ toparchas, ' dynastas' appellavit. Quos ' reges' etiam dici potuisse probatur exemplo reguli Adiabenæ, quem Strabo in 16. vocat simpl. ἄρχοντα, principem: Josephus vero ' regem;' qui et alibi Abennerigum quendam Σπασίνου χάρακος βασιλέα, regem castri Spasini, nominat; quem Casaub., qui in exerc. 2. ad Baron. annal. hæc disserit, non multo fuisse majorem ' rege Yvetoti Normanico' suspicatur. Adhibeatur jam alter Nepotis locus, ubi diserte Reges, Dynastæ, Civitates distinguuntur: ut Dynastæ non intelligantur magistratus civitatis, sed reguli, et certi loci tractusque domini. Tales ferme hodie Comites, Barones &c. Gradus. Cicero Philip. xi, 12. ita exprimit: ' reges, tetrarchas, dynastas.' Scriptor de bell. Alex. 64. ' reges, tyrannos, dynastas.' Ceterum

'Paphlagonum dynasten' cum Cappadociæ satrape, exarcho Longobardorum, Cretensium Cosmis &c. comparat Alex. genial. dier. iv, 23. quem vide. Boecl.)

E.

E contrario xi, 1. xxii, 1 (et in quibusd. edd. xviii, 1: vid. sup. Contrario). e regione (ex adverso) i, 5 e repub. gerere honores (ad utilit. publ.) xxv, 6 e vultu cujusdam intelligere aliquid iv, 5

Edere: edit in vulgus Mithrobarzanem profectum suo jussu (i. e. vulgo rumorem spargit) xiv, 6 (sub. rumorem, vel simile nomen. Neque enim postrema ista cum verbo edit, construuntur, ut vult vir doctus. Plene Liv. iii, 3, 3 'ad rumores hominum de unoquoque legum capite editos.' Curt. iii, 3, 7 'Vatum responso, quod edebatur in vulgus'). Edere per literas, quæ quis cogitat (sic edd. vulg.) ix, 3 (ubi nos edidimus, agere). editi in vulgus libri xxv, 16 (sic et Tacit. xv, 63, 4). editis mandatis per alium conficere, quod quis studet ix, 3 (Sic Cicer. dixit 'edere postulata' Verr. 5. et JCti 'edere actionem, rationes, instrumenta' &c. Lamb.)

Editus locus (altior) xvii, 6 editum conclave x, 9

Edictum censoris xxiv, 2

Educati in domo alicujus vii, 2

Educere copias ex urbe i, 5 ex classe v, 2 e navibus i, 7 educere exercitum xiv, 6 in aciem xviii, 3

Efferre, quæ attuleris (asportare) xv, 4 fortuna extulit hunc (evexit) x, 6 Sic: efferre laudibus (extollere) vii, 11. vi, 4 efferre in cœlum laudibus x, 7 efferre aliquem amplo funere (exportare, ἐκφέρειν) xviii, 4 suo sumtu v, 4 matrem xxv, 17 (propria vox de sepultura, v. Kirchm. de fun. initio Lib. 2. Hoc sensu) efferri x, 10. iii, 3. xxv, 22 elatus semianimis de templo iv, 5 semivivus ex acie xviii, 4 efferri secunda fortuna, magnis opibus vii, 7 Sic: efferri victoria (insolescere, in superbiam corrumpi) iv, 1 (Elata, Elatius, v. infra)

Efficere nihil non posse (omnia obtinere posse, quæ cupis) vii, 7 per aliquem, ut (curare, ut est in qu. edd.) xv, 4 effecit his rebus, ut xvii, 3. xxv, 12 efficere classem ii, 2 (ante, ædificare)

Efflare animam (mori) iv, 5

Effringere fores x, 9

Effugere invidiam ii, 8 insidiantes sibi xxiii, 6 effugere ex præsidiis xviii, 2 ex vinculis publicis iv, 2

Effusi honores (largi nimium, et qui ad prodigalitatem quandam interpretari possunt. Buchn. tenuibus et raris opp.) i, 6 (Sic effundere fortunas et pecuniam dicuntur prodigi, metaph. ab aquis ducta). effusæ largitiones (immodicæ) xxv, 6

Egredi navi vii, 6 egredi extra vallum nemo est ausus (castrorum vall. intellig.) xxiii, 5

Ejicere urbe et insula sessores veteres v, 2 aliquem ex rep. vii, 4 in exilium xvi, 1 in ignem vestes (projicere: nam bona est lectio) vii, 10 ejici ex civitate ii, 8

Ejusmodi: id ejusmodi erat, ut (eleganter de effectu et ἐνεργείᾳ) x, 7

Elabi xviii, 4

Elaborare cupide, ut (niti, contendere) iii, 1

Elata opibus insula i, 7 elata res (divulgata) x, 8 (Ter. Phor. v, 7, 66 'vides tuum peccatum esse elatum foras')

Elatius se gerere (insolentius) iv, 2 (Floro i, 26, 8 'efferre se altius et incivilius:' Tacito A. i, 12, 6 'plus quam civilia agitare.' v. Gronov. ad Liv. xxxvii, 12)

Elegans, non magnificus xxv, 13 (fit oppositio inter cultum domesticum, vel modo et munditie, vel cum sumtu et splendore dispensatum. Boecl. v. not. add. Boecl. Chrestomath. Terent.) elegantissimus poëta xxv, 12 elegantia vitæ (ad universi moris condecentiam referenda est) xxv, 19 (Sic ab 'elegantia vitæ' M. Servilium Tacitus A. xiv, 19, 2. ob 'eleganter actam vitam' Zenonem quendam Livius xxxv, 31. commendant. Add. Scheffer. ad Phædr. ii, 3)

Elephantus ornatus (sic enim leg., non oneratus, ut Schottus vult) xxiii, 3 elephanto ferocissimo (comparatus Eumenes captivus) xviii, 11

Elicere epistolas alicujus (sc. occasione suppeditata rescribendi) xxv, 20

Elis vii, 4 (Urbs Eleæ, regionis Peloponnesi, primaria, Homeri ætate vici formam adhuc habens, paulatim vero vicinorum huc commigrantium multitudine et opibus aucta. Ubb. Emmius Gr. vet. tom. 1. lib. 2. pag. 24. seqq.)

(Ellipsis nominis Pactum, vel similis): Quæ regi cum Lacedæmoniis essent vii, 10 (Navis, vel similis): ut haberet, qua fugeret ad salutem x, 9 Est civitatis ejus, partium harum, pluris, virtutis tuæ; (ubi semper nominativus aliquis subaudiendus. v. Esse civitat.) (Ellipsis pronom. frequ.): miseranda vita, qui se metui quam amari malunt (pro, eorum, qui s. m. q. a. m.) x, 9 Sic: conveniunt, cujus de periculo timebant (pro ejus causa, cujus d. p. t.) x, 8 (Talia sunt ii, 9. xii, 4. xiv, 9. xvii, 3. xx, 2 &c.) (Ellipsis Verbi substantivi una cum nomine): non liberalis sed levis arbitrabatur xxv, 15 continentis debet duci xxv, 13 (subaudiend. esse rem, negotium, opus &c. v. Esse). (Ellipsis Verbi jam ante positi): nihil commutavit, nisi quid vetustate coactus est (sc. commutare) xxv, 18 non concupiscere, quod a plurimis videas (scil. concupisci), ibid. parati facere, quod ipsum vidissent (sub. facere) xiv, 9 cum tempore ipso pervenissent, quo studuerant (sc. pervenire) xvi, 2 eo venit, quo studuerat (sc. venire) xiv, 4 (Ellipsis participii Existens vel verbi substantivi cum adverbio Cum): seni Syllæ fuit jucundissimus Atticus adolescens (cum esset adolescens, Gr. νεώτερος ὤν) xxv, 16 (nisi quis τὸ adolescens pro participio habere malit). Eumenes post Alexandri mortem, imperator, exercitus duxit (cum esset imperator) xviii, 13 tribunus plebis interfectus est (cum esset tribunus plebis) xxv, 2 quem puerum Pausanias dilexerat (cum esset puer) iv, 4 Epaminondæ eloquentia eluxit Spartæ, legati ante pugnam Leuctricam (cum esset legatus) xv, 6 (ultima tamen verba suspec. vid. VV. LL.) Eumenes annorum XLV. (sc. cum esset) xviii, 13 qui ex intimis regis ab amicitia ejus defecerat (cum esset ex intimis regis) ix, 2 (Ellipsis adverbii Utpote vel Quippe): ille, qui in aliqua re vellet patrem imitari, morem ei gessit (ille, utpote qui in aliqua re &c.) x, 3 (adverbii Sicut, vel similis): attigit poëticen; credimus, ne ejus expers esset suavitatis (pro, sicut credimus) xxv, 28 (adverbii Satius vel Potius): statuit congredi, quam refugere (pro, satius statuit &c.) xiv, 8 (Sic sæpe Tacitus. v. Voss. de construct. cap. 9.) (Ellipsis præpositionis Ex): persuasit populo, ut ea pecunia classis ædificaretur (ex ea pecunia) ii, 2 (præpositionis Per vel Intra): annos xxx. medicina non indiguit (intra annos &c.) xxv, 21 (præpositionis In): bello cognitum est (pro, in bello) ii, 2 et mari et terra bellum inferre (pro, in mari, in terra) ii, 2 esse periculo (v. Esse). senectute obire (v. Senect.) incidit in invidiam, quam pater suus (pro, in quam) v, 3 Huc pertinent 'ea ætate,' 'dignitate regia esse' &c. (Ellipsis conjunctionis Et): equis, armis, viris, pecunia Africam locupletavit xxii, 4 adolescens illustris, formosus xxii, 3 (sic sæpe Cicero, alii). (conjunctionis Ut): suasit, ne se moveret et expectaret xviii, 6 petierunt a rege, ne inimicissimum suum secum haberet, sibique dederet xxiii, 12 scripsit, ne timeret, statimque ad se veniret xxv, 10 (nisi dicas latere in his et similibus τὸ ut in præced. ne). his dat negotium, ad Dionem eant (pro, ut ad Dionem) x, 9 (conjunctionis Quam) non amplius centum adolescentuli xvi, 2 (v. Amplius). (conjunctionis Si, verbo tamen in participium mutato): quibus se oppresso nulla spes salutis relinqueretur (pro, si oppressus esset) i, 3

Eloquentia (inter artes viri civilis et ad magna nitentis) v, 2 eloquentia Epaminondæ armis paria facit, ibid. (v. Paschal. Legatum). eloq. Platonis x, 3 antistat eloquentia innocentiæ (id est, superat eam, valet contra eam) iii, 1 (cum scil. ejus fraude damnantur boni, ut Quinctil. ait ii, 16). eloquentiæ principatum tenere xxv, 5 eloquentiæ satis habebat Cimon v, 2 (modus loquendi passim scriptorib. frequentatus, v. Savar. ad Sidon. 9. Epist. 9). eloquentia linguæ Græcæ disertissimus omnium (vel, ut alii, ditissimus) vii, 2

Elpinice Cimonis soror v, 1

Elucescere virtutibus (inclarescere) iv, 1 elucet ex his illud (illud potissimum et ad gloriam illustre est) xii, 1 eluxit eloquentia ejus &c. xv, 6 (illustri argumento cognita est)

Emax (qui emendi studio ducitur) xxv, 13

Emere in diem (v. supr. Dies)

Emendata (dicuntur) vitia virtutibus (quorum turpitudo per virtutes postea extincta ac obliterata est) ii, 1

Emergere altius (attolli honoribus, potentia, auctoritate) xii, 3 (Sic habent qu. edd.; nos e Mss. melioribus edidimus, eminere altius) emergere se ex

malis xxv, 11 (Sic plane Terent. Andr. iii, 3, 30. et alii vett. v. not. Loccen. Tali formula dicitur 'abstinere se cibo' xxv, 22. 'erumpere se foras,' apud Cæsar. v. not. Ernstii)
Emetiri (peragere): emensi quæ intererant, Fr. 7
Eminere altius (honoribus, potentia, &c.) xii, 3
Emittere exercitum in Asiam (bellatum mittere) xvii, 2 animam (exspirare, exanimari) xv, 9 emitti (sc. ex custodia) v, 1
Emphyletus xix, 4
Enarrare vitam xvi, 1 (oppon. histor. scrib.)
Ennius Q. poëta a Catone Rom. deductus ex Sardinia, magnique æstimatus xxiv, 1
Enumerare (per seriem narrare) vi, 2. xxiii, 5 familiam (de genealog.) xxv, 18
Enuntiare (deferre, revelare rem secretam) iv, 4 (v. not. Ernst. Sic sæpe Cic. It. Cæs. B. G. v, 58. Justin. v, 1, 1. Curt. iii, 6, 7. Add. Gronov. ad Liv. ix, 16)
Eo (in eum statum): eo deducta erat illa militum multitudo errore ducis, ut xv, 7 eo res utrorumque perduxit, ut xv, 8 Eo (ad illud tempus): usque eo ferrum in corpore retinuit, quoad renuntiatum est vicisse Bœotios xv, 9 Eo (ideo): eo nolebant confligere classe, quod pedestribus copiis plus quam navibus valerent vii, 8 eo non accidit, quod nunquam cum fortiore sum congressus xviii, 11 Eo (intendendi vim in seqq. habet): id illi usque eo despexerunt, ut xvi, 3 is usque eo vitæ statum commutatum ferre non potuit, ut x, 4 hoc usque eo tota Græcia fama celebratum est, ut xii, 1 (Usque eo, pro adeo. Sic sæpe Cicero.) Sed tum abfuit, eoque pejus res administrata est ix, 1 neque eo magis ex prælio excessit xviii, 4 Sic: neque eo magis arcem Thebanis reddiderunt xvi, 1 neque eo magis carebat suspicione iv, 3 neque eo magis potenti adulatus est Antonio xxv, 8 neque eo secius Atheniensibus officia præstabat i, 2 neque eo minus privatis publicisque rebus interfuit xx, 4
Eodem (in eundem locum): postquam eodem perfugit x, 5 eodem, unde erat profectus, se recepit xiii, 3
Epaminondas Thebanus, honeste natus xv, 2 diligenter educatus, ibid. bonis animi ac virtutibus egregius xv, 3 abstinentiæ exemplum edit xv, 4 dicta ejus acuta xv, 5. 6 patiens fuit injuriarum xv, 7 retinet imperium diutius quam per leges licebat, ibid. accusatus ut se defenderet xv, 8 fortis in morte xv, 9 uxorem nunquam duxit xv, 10 bello civili abstinuit, ibid. Thebas solus illustravit, ibid. Epaminondæ impetus xi, 2
Ephebus factus est (ad pubertat. venit) xv, 2 (v. Interpp. ad Ter. Andr. i, 1, 24)
Ephesus xvii, 3 (Olim a Caribus et Legibus habitata, post colonia Atheniensium et Ionum, principe Androclo, Codri postremi regis Attici filio, aucta, inter urbes Ioniæ post Miletum multis sæculis maxima, ditissima, potentissima, Asiæ totius intra Taurum montem emporium nobilissimum. Ubb. Emmius tom. i. vet. Græc. pag. 106)
Ephemeris xxv, 13 (diurnum Latini vocant; significat hic libellum quotidianarum expensarum et erogationum. v. Thes. Buchn. et Ernst. ad h. l. add. Loccen. Aliud signific. 'diurni commentarii' ap. Suet. Aug. 64., in quos etiam dicta et sermones annotabant: v. Casaub. ad illum loc.)
Ephori Lacedæmoniorum ii, 7 penes hos summum imperium, ibid. ephor. licet regem vinculis indere iv, 3 (de horum potestate et offic. v. Nicol. Cragium de rep. Lacedæm. lib. 2. cap. 4. add. Ubb. Emmii tom. iii. Græciæ vet. pag. 122. seqq. Arnisæ. de Repub. ii, 6, 2. §. 30. seqq. et Meurs. Miscell. Lacon. ii, 4)
Epigramma (inscriptio, titulus, elogium; qualia donis adduntur, quæ Diis sacrabant) iv, 1 (Briss. formul.)
Epirus (regio Græciæ trans Sinum Ambracium versus Occidentem in ora Maris Ionii. Ubb. Emmius tom. i. vet. Græc. pag. 54): in Epiro Olympias habitat xviii, 6
Epirotes Pyrrhus xxi, 2 Epirotæ xiii, 2
Epiroticæ possessiones (quas habet aliquis in Epiro) xxv, 14
Epistola Themistoclis ad Artaxerxem ii, 9 epistolæ vincula lacerare (vulgo laxare) iv, 4 epistolam solvere xxiii, 11 epistolam accipere ab aliquo ad aliquem iv, 4 epistolæ Ciceronis ad Atticum xxv, 16 epistolæ verbosiores xxv, 20
Epulari luxuriosius iv, 3
Epulum magistratuum Thebanorum solenne xvi, 2
Equestris dignitas xxv, 1 (ordo medius tertiusque Romæ Plebi et Patribus

incertus, ut loqu. Plin. xxxiii, 1. V. iterum Hugon. lib. 5. cap. 1).
Equitatui omni præesse xxiii, 3 equitatus hostium arborum tractu impeditus i, 5 (gaudet enim campo potius: v. Herm. Hugonis comm. de militia equestri lib. 4. cap. 5). equitatu valere xviii, 3
Equum concitare in aliquem xvi, 5 equo concitato vehi xiv, 4 equi militares (in conclusione, arte servati, ne scil. eorum præter consuetudinem otiantium pedes, quod Plutarch. l. 5. Convival. probl. 4. ait, vitium contraherent. Boecl.) xviii, 5
Eretria (Euboicarum civitatum maxima) capitur i, 4 (fuit et alia ejusdem nominis urbs in Thessalia: v. Ubb. Emm. tom. i. vet. Græc. pag. 41. et 66)
Erga Romanos confirmavit velut hæreditate relictum odium paternum xxiii, 1 erga Italiam eodem animo fuit xxiii, 10 erga regem commune odium susceperant xiv, 10 erga nobiles crudelitas vii, 4 erga Romanos odium xxii, 4 (in his omnibus 'erga' in malam partem accipitur)
Ergo: victoriæ ergo donum Apollini dare iv, 1 (i. e. pro concessa victoria, in memoriam victoriæ. Solennis est in ejusmodi donariis hujus vocis usus)
Erichthon (urbs Hellesponti) xiii, 1 (hoc nomine significatur, sed mendose: vera lectio est Crithote)
Erexit eum hæc contumelia (i. e. ad industriam et emendationem excitavit, exacuit) ii, 1 (cum fundamento sententioso; quædam enim ingenia frangit contumelia et ad dissolutionem neglectumque infamiæ abjicit; quædam erigit instigatque, ut dedecus in gloriam vertere contendant. Boecl. v. Freinsh. et Loccen. ad illud Curtii vii, 2, 38 'Incitabat virtutem ignominiæ demendæ cupido')
Eripere: Asiam Agesilaus regi fuisset erepturus (bello ademturus) ix, 2
Error: errore ducis in discrimen ductus exercitus (ducis culpa) xv, 7 his in errorem inductis (calliditate deceptis, ut crederent, merum aurum et argentum esse, quod maximam partem plumbum erat) xxiii, 9
Erudire exercitum disciplina militari xi, 2 (de qua ὁπλοδιδασκαλία Veget. lib. 1. cap. 13. &c. et H. Hug. iii, 1). erudire filium doctrinis xxv, 1 erudiri ab aliquo vii, 2 eruditus sic, ut &c. (scil. variis disciplinis et artibus) xv, 2 eruditus literis, sermone ii, 10 (de eo, qui linguæ alicujus notitiam sibi comparavit). optimis artibus xxv, 12 (capio de rectissimis atque honestissimis studiis rationis et officii, quæ Cicero vocat 1. de invent. 1. Boecl.)
Erumpere: erumpit pus per lumbos (vel, ut alii, fistula puris aut putris) xxv, 21
Eruptio ex oppido hostili viii, 4
Eryx xxii, 1 (mons post unam Ætnam reliquos Siciliæ magnitudine superans, in cujus vertice templum Veneri positum erat, quæ propterea Poëtis Erycina dicitur. Horat. lib. 1. carm. od. 3. ceterum sic quoque appellata urbs fuit inter fastigium et radices montis illius sita, quæ nunc vicus vallis Mazaræ vel Trapano del Monte vocatur)
Escendere: escendit in navem omnibus ignotus nautis ii, 8 (Sic pro ascendit e Ms. P. Dan. edimus, nulli dubitantes, quin genuina sit lectio. Nam et aliis vett. scriptoribus Paulo Diacono, Tacito, Ciceroni, Sallustio, Varroni, Plauto idem verbum restituerunt Muretus, Carrio, Janus Guilielmus, Gruterus, Schoppius, alii. Inprimis vid. Gronov. ad Liv. ii, 28. add. Pare. Lex. Crit.)
Esse alicubi (degere) xxiii, 12 Esse (existere et quidem cum emphasi): sunt aliquot ejus libri (i. e. existunt, habentur, circumferuntur) xxiii, 13 effecit, ut esset pecunia, quæ Romanis ex fœdere penderetur (id est, haberetur) xxiii, 7 Esse (pro fore): post Peloponnesium bellum Athenasque devictas, cum Thebanis sibi rem esse existimabant xvi, 1 (v. Buchn. de commut. rat. dic. pag. 128). cum jam in eo esset, ut oppido potiretur (integrum est: in eo statu vel in eo loco) i, 7 cum jam in eo esset, ut comprehenderetur iv, 5 (v. Gronov. ad Liv. vii, 35). Si ille non fuisset ix, 2 (pro quo Comici: 'absque illo fuisset.' vid. Cl. Vorst. de Lat. merito susp. pag. 80). nisi ille fuisset, Sparta futura non fuisset xvii, 6 (ubi simul elegantiæ servit duplex ejusdem verbi significatus. 'Esse' enim primo opem, auxilium, operam notat: mox pro durare, consistere, superesse usurpatur. desiisset esse Sparta; actum de ea erat, absque hujus viri opera fuisset ac virtute. Boecler. Sic Livius ii, 10. et

xxiv, 14. Florus ii, 3, 5. actum erat de Roma, nisi Marius illi sæculo contigisset, Cicero Cat. Maj. Si senes nulli fuissent, nullæ omnino Civitates essent. et ali.) Quæ tyrannis paucis annis ante fuerat (viguerat) i, 8 sic fuit apud Athenienses (cum de more loquimur) i, 6 (ubi aliquid subaudiendum est ex antecedentibus). cum quid esset, renuntiasset xxiii, 12 (Esse, per ellipsin absorbetur: vid. Ellipsis)

Esse civitatis ejus ii, 9 civitatis alienæ xviii, 1 (In his vulgo genitivum existimant a verbo substantivo regi. Sed recte notarunt Schoppius in Gramm. philosoph. Vossius in lib. de construct. et Boeclerus in Chrestomath. Terent. plerasque ejusmodi locutiones ellipticas esse; ac si suppleantur ellipses, multum Grammaticarum observationum minui posse. Sic igitur in his locis suppl. vox Civis: v. gr. 'esse civitatis ejus, vel civitatis alienæ,' scil. civem. Similiter et in sequentibus subaudiri certa nomina debent). esse ejusdem ætatis (sub. hominem vel virum) vii, 11 optimarum partium (sub. hominem vel sectatorem) xxv, 6 arma adversariis tradere non tuæ virtutis (sub. res, negotium, opus) xxii, 1 id arbitrium non est mei consilii (sc. res) ix, 4 (vid. Consilium). potius diligentia quam pretio parare, non mediocris est industriæ (sub. res &c.) xxv, 13 eorum retinere usum benevolentiamque inter quos &c. magnæ est sapientiæ (sub. res &c.) xxv, 20 (Huc pertinent illa, in quibus præter nomen subaudiendus etiam est infinitivus verbi substantivi: v. g.) non intemperanter concupiscere continentis debet duci (sub. rem esse) xxv, 18 Atticus polliceri, quod præstare non posset, non liberalis, sed levis arbitrabatur (sub. rem esse) xxv, 15 (In his vero, in quibus verbum substantivum æstimandi significationem habet, duobus nominibus genitivus supplendus est, hoc modo: ejus opera fuit magni; scil. pretii opera. pro quo, Noster ita: ejus opera æstimata est magni, xxiv, 1). unus homo quam civitas fuit pluris (sc. pretii res) xv, 10 videbant Eumene recepto omnes præ illo futuros parvi (sc. pretii homines) xviii, 10

Esse auxilio alicui xxv, 11 esse calamitati (sc. recipientibus et nimium confidentibus) xiv, 6. xvi, 8 (nam sub. est Dat. personæ, ubi expressus non est). curæ alicui xxv, 12 gloriæ magnæ (ut in quibusd. est codd.) viii, 4 indicio alicui vi, 2. xx, 2. xxv, 16 invidiæ alicui x, 4 lætitiæ alicui xiii, 2 malo alicui vii, 7 opprobrio alicui ix, 8 perniciei, saluti alicui viii, 2. xii, 4. ii, 2 ornamento alicui x, 2 præmio alicui iv, 4. xxiii, 10 præsidio alicui ix, 2. xvii, 7 spectaculo populo, Præf. turpitudini alicui, ibid. usui omnibus ix, 2 (In his omnibus, si credimus Sanctio et Schoppio, neuter Dativus ab orationis aliqua parte pendet. Verum tametsi de Dativo personæ, qui jam compositæ orationi accedit, eoque haud male Dativus acquisitionis dicitur, eis valde assentimur; alterum tamen Dativum, qui commodum aut incommodum significat, atque adeo ad ipsam orationem componendam pertinet, omnino putamus aliunde regi. Interim notari hoc debet, posse sensui convenienter verbum substantivum explicari per τὸ afferre, Dativo rei in accusativum mutato, ut ita: esse auxilio alicui, sit afferre auxilium alicui; esse calamitati, afferre calamitatem; esse curæ, afferre curam: et sic deinceps. Videri et Vossius potest, de construction. c. 24. Porro quod Noster xxv, 16. habet: ei rei sunt indicio sexdecim volumina epistolarum; in eo vocabulum 'rei' putamus explere vicem Dativi personæ, ut proinde tertius aliquis Dativus isque personæ subaudiendus non sit, neque præterea dicendum 'ei rei' poni pro 'ejus rei,' uti vult vir doctissimus h. l.)

Esse abstinentia magna iii, 3 ætate ea, ut i, 1 animo isto xviii, 11 animo eodem erga aliquem xxiii, 10 mente eadem xxiii, 2 tanta ferocia, ut xxii, 1 præcipua fide erga aliquem vi, 2 invidia minore xviii, 7 tantis opibus, ut xx, 3 cura tanta, ut xxv, 15 dignitate regia i, 2 dignitate honesta, et viribus ad laborem ferendum firmis, neque tam magno corpore, quam figura venusta xviii, 11 animo magno et corpore, imperatoriaque forma xi, 3 ea fama, qua xviii, 3 gloria magna in musicis xv, 2 (heic gloria personæ tribuitur; alibi rei. ut:) corona honoris, Thrasybulo data, magna fuit gloria (sensus: magnam Thrasybulo attulit gloriam) viii, 4 genere summo domestico xviii, 1 liberalitate magna v, 4 natu magno xiii, 3 pari imperio atque alius est (de belli ducibus) xiv, 8 potestate

perpetua i, 8 propitia voluntate x, 9 prudentia singulari et industria in rebus omnibus xxiv, 3 sagacitate magna vii, 5 eodem sensu quo (i. e. ingenio), ibid. esse pari periculo xxii, 2 magno periculo xxiii, 9. xiv, 5 (et juxta qu. Mss. x, 8. vid. not. add. Schopp. Verisim. iv, 14). majori periculo x, 2 (ad eundem modum et Cicero locutus ad Fam. iv, 15. et viii, 2. itemque Petronius, Livius, alii. Ceterum in hujusmodi locutionibus supplendæ sunt præpositiones, cum, in, &c. nam integre dicitur: esse cum abstinentia, potestate, &c. in ætate ea, in gloria, in periculo, &c.)

Esse ab invidia tantum, quantum quis a conspectu suorum recessit (i. e. abesse, remotum esse) xii, 3 adversus aliquem (belligerare) xxii, 2 ante oculos civium (versari) xii, 3 apud aliquem (de amicis, qui ap. aliq. vivunt) xviii, 12 (Esse apud aliquem, pro existimari, haberi ab aliquo, v. g.:) nullius momenti apud exercitum esse vii, 8 erat summa laus apud Persas fortiter venari vii, 11 est hoc multo apud Graios honorificentius, quam apud Romanos xviii, 1 esse legationis jus apud omnes gentes sanctum consuevit xvi, 5 ne lectores, quæ ipsis leviora sunt, pari modo apud ceteros fuisse arbitrentur xv, 1 (Ubi recte annotat Cl. Vorstius eodem sensu dici 'esse alicui' et 'esse apud aliquem.' Sic enim Noster passim). non eadem omnibus sunt honesta atque turpia (i. e. judicantur, putantur), Præf. Cimoni non fuit turpe sororem germanam in matrimonio habere, ibid. (i. e. a Cimone non fuit nefas habitum, uti paulo post loquitur, &c. Sic quoque Virgilius Eclog. 5. vers. 53 'An quicquam nobis tali sit munere majus,' a nobis habeatur. Eclog. 7. vers. ult. 'Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis.' a nobis habetur, ducitur. et alibi). est apud hunc summum imperium populi (i. e. habet in populum) xix, 2 esse cum aliquo (ὁμιλεῖν, de convictu) xxii, 3. vii, 10 est huic societas cum illo vii, 10 (Sic Ms. Boecleri et qu. edd. nos edidimus: quæ regi cum Lacedæmoniis essent, subintell. pacta vel tale quid. v. not. et Schopp. Verisim. iv, 8). esse in amicitia cum aliquo xxiii, 2 esse hoc in animis debet (observari animis) viii, 2 esse in colloquio (colloqui) xiv, 11 in fastigio summo xxv, 10 (opp. in periculo summo, ibid.) in tuto ii, 9 (opp. in periculo, ibid. Thucyd. ἐν ἀσφαλεῖ, ἐν ἐπικινδύνῳ). in discrimine magno xiv, 5 in exilio cum aliquo viii, 3 in foro (i. e. fori studiis et civilibus artibus operam dare) xxiv, 1 (vid. Forum). in fuga (meditari fugam, adornare) ii, 4 in magistratu xii, 4 in obsidione (obsideri) xviii, 5 in potestate sua xxv, 6 in simultate cum aliq. xxv, 17 in spe magna provinciæ bene administrandæ (de spe aliorum, provinciam bene administratum iri) vii, 4 in summa laude xi, 2 in timore i, 8 in vinculis ix, 5. xviii, 11 pater, quantum in se fuit, Thracem me genuit xi, 3 erat in eo cum summa humanitas, tum mira comitas i, 8 erat in puero summa suavitas oris ac vocis xxv, 1 erant in eadem epistola, quæ ad ea pertinebant &c. (sc. scripta) iv, 4 arripuit, quod in præsentia vestimentorum fuit (sc. ad manum) vii, 10 esse penes hos videtur respub. xxv, 8 est penes hunc summa imperii custodiæ xviii, 11 esse sub adversarii potestate x, 5 sub imperio ejus est phalanx &c. xviii, 7

Etiam tum xxiii, 4

Et mari et terra ii, 2. xxii, 1

Etruria (sive Hetruria, quæ aliis veterum Tuscia, nunc la Toscana dicitur) xxiii, 4 (pars Italiæ notissima, inter mare Tyrrhenum ad occasum et meridiem, montem Apenninum ad septentrionem, et Tiberim fluvium ad ortum)

Evadere: timeo quorsum hæc evadant x, 8

Evagoras xii, 2

Eubœa i, 4. ii, 3 (Insula Græciæ oræ Atticæ post promontorium Sunium, itemque Bœotiæ et Locrensi et Maliensi objecta, et pelago non lato ab iis diremta. Ubb. Emmius tom. 1. vet. Græc. pag. 141)

Eudoxus, Fr. 7

Evitare odium x, 8 periculum xiv, 2 tempestatem (proprie) xiii, 3 (metaphorice, de fuga periculi) vii, 4

Eumenes, Cardianus (scriba primum Philippi) xviii, 1 deinde Alexandri, ibid. post cujus mortem Cappadociæ præfectus destinatur xviii, 2 Leonnati insidias vitat, ibid. Perdiccæ fidus xviii, 3 pugnat cum Cratero et vincit xviii, 4 damnatur capitis xviii, 5 obsessus callidum usurpat inventum, ibid. evadit, ibid. Olympiadi prudenter consulit xviii, 6 et subvenit, ibid. adversus Antigonum bellum sus-

cipit xviii, 7 imperii auctoritatem apud suos commento assecutus, ibid. vincit Antigonum xviii, 8 veteranorum licentia impeditur, ibid. Antigonum adventantem deludit arte xviii, 9 cui perfidia militum deditur xviii, 10 et conservasset ille, ibid. nisi invidia consilii totius obstitisset xviii, 12 igitur in duram custodiam conjectus xviii, 11 insciente denique Antigono interficitur xviii, 12 et ab eo honorifice funeratur xviii, 13

Eumenes rex Pergamenus Romanus amicus (vincitur astu Hannibalis) xxiii, 11

Eumolpidæ vii, 4 (familia sacerdotum Athen. ab Eumolpo dicta, quos et concilio publico aliquando præfuisse, auctor est Alex. ab Alex. iv, 11. adde Lamb. in h. l. Meurs. Eleusin. cap. 13. et Loccen. Ind.)

Evocare aliquem (accire, ad se vocare) ix, 5 (alibi: excire)

Europa (una e tribus Orb. vet. partibus) i, 3. xii, 2. ii, 2 Europæ succubuit Asia (de Græcorum viribus) ii, 5 (v. Asia)

Europæi adversarii (ab Europa hostes) xviii, 3

Eurybiades rex Lacedæmoniorum ii, 4

Eurydice mater Perdiccæ et Philippi ii,3

Eurysthenes, rex Spart. xvii, 1. 7

Ex (originis significationem habet, sive 1. Nativitatem alicujus exprimas, ut): ex fratre et sorore nati xiv, 2 (Sive 2. Causam rei, ut): qua ex re majoribus rebus præesse cœpit, ibid. qua ex re iratus, privatus in urbe mansit xxiv, 2 qua ex re nobilis inter æquales ferebatur xxv, 1 (ubi 'qua ex re' integre ponitur pro 'quare,' i. e. ob quam causam. Sic): ex quo accidit, ut (unde) xxv, 20 ex quo fiebat, ut vii, 7 qua ex re creverat cum fama, tum opibus, ibid. ex eo facile conjici poterit xiii, 4 ex quib. civib. de ceteris possent judicare xv, 6 ex aliqua re adipisci gloriam xii, 2 (Sive 3. Reditus, ut): ex metallis redit pecunia publica ii, 2 ex metallis pecunias magnas facere v, 1 ex novis vectigalibus ut esset pecunia, effecit xxiii, 7 (Sive 4. Sumtus, ut): ex præda tripodem aureum Delphis posuit iv, 1 ex hostium præda muros restituere xiii, 4 ex sua re familiari m. restit. ibid. ex sua re familiari dabat, quæ amicis opus fuerant xxv, 7 ex manubiis ornare arcem v, 2 ex pecunia publica classem ædificare (sic q. edd.: nos sine provocabulo edidimus, ea pecunia) ii, 2 (Sive 5. unum aut aliquot e multis, ut): ex ephoris quidam hac descenderunt iv, 4 Tissaphernes, qui ex intimis regis ab amicitia ejus defecerat ix, 2 ex his rebus memoria dignis elucet maxime inventum ejus, quod &c. xii, 1 (Sive 6. statum priorem, ut): ex hyeme marique scopuloso navem servare xxv, 10 ex procellis civilib. ad incolumitatem pervenit, ibid. ex bello otium insulæ conciliavit xx, 3 (Sic Velleius: 'ex consulatu sortitus est Asiam' ii, 33, 1. 'ex consulatu obtinebat Hispaniam' ii, 78, 3. ubi Vossius 'ex consulatu' male interpretatur 'consul.' vid. Thes. Buchn. sic Suetonius et alii sæpe. vid. Boecl. ind. Vellei. v. Ex) (Sive 7. Patriam aut locum, ut): ex Arcadia hospes quidam erat cum eo vii, 10 (ubi tamen alii omittunt præpositionem. Sic Thucyd. ἐκ Λακεδαίμονος Παυσανίας. Xiphilin. Σέξτος, ὁ ἐκ Βοιωτῶν φιλόσοφος). ille ex ultimis terris certiorem fecit Atticum xxv, 20 (sic enim legend. pro: exul tum his terris). ex insula conspiciebatur lucus i, 7 ex quo loco posset audiri, si quis quid loqueretur iv, 4 ex proximo locum fors obtulit xvi, 2 ex fuga plerique se in templum Minervæ conjecerunt xvii, 4 ex una urbe nostra totam Græciam liberavi (de copiis ex una urbe petitis) xv, 5 (Sive, denique, Modum, ut): ex sententia rebus peractis (ex voto) xxii, 3 minus ex sententia rem gesserat vii, 7 ex consilii sententia in custodiam conjectus xix, 3 ex more Persarum ad Chiliarchum accessit ix, 3 ex pacto postulat, ut (κατὰ συνθήκην) i, 2 ex Senatus consulto his responsum est xxiii, 7 ex fœdere pecunia Romanis pendebatur, ibid. (in quibus tamen quinque ultimis exemplis etiam causa facti simul affertur)

Exacui ira (irritari, exasperari: respondet Græco παροξύνεσθαι) xix, 4

Exadversum Athenas (e regione, Gr. ἀντικρὺ Ἀθηνῶν) ii, 3 (Terentius, nunc cum Dativo construit, nunc absolute usurpat. Cicero dixit exadversus, quomodo et Noster): cum exadversus Thrasybulum fortissime pugnaret (quanquam obsistendi significatu) viii, 2 (Ceterum alibi ita Noster): ex adverso Padi fauces (nisi forte leg. exadversus), Fr. 7.

Exagitatus a Græcia ii, 9 (Buchn. Thesaur.)

Exanimari (de moriente) xv, 9

Exardescit bellum xxii, 2 (Sic Tacit. H.

ii, 27, 2 'gravis alioquin seditio exarserat,' et ibid. xxxviii, 2 'prima inter patres plebemque certamina exarsere.' Et Cicero passim. Metaph. ab incendio desumta)

Exaudiri foris potuit x, 9

Excedere ex acie xxiii, 6 ex prælio xviii, 4 (de sauciis aut pulsis). excedere pugna (desistere) xv, 9

Excellere abstinentia iii, 1 excellens in vitiis et virtutibus vii, 1 excellens bonitas xx, 5 excellentes Imperatores, Præf. viri xv, 4 excellentissimi reges xxi, 1

Excellenter pronuntiare xxv, 1

Excipere hostium impetum (hosti incurrenti se objicere) xii, 1 excipere natantem (suscipere) xii, 4 (vid. Gifan. observ. L. L. pag. 87). excipere has partes (in se suscipere negotium) x, 8 invidiam (subire) xiv, 5 exceptis Hamilcare et Hannibale, vir omnium barbarorum fortissimus xiv, 1

Excire aliquem aliquo (evocare) xxiii, 8

Excitare aliquem adversus aliq. (instigare) xxiii, 10 risum alicui (i. e. movere) xxiii, 11 (Sic in vulg. edd.: sed nos edidimus ex Ms. Boecl., concitare)

Excludi reditu in Asiam ii, 5 (Sic, Cicero Verrin. 3. 'angustiis temporis excludi')

Excogitare (respondet Aristotelico ἐξευρίσκειν, quo facultas expediti in actu civili consilii notatur) ii, 1 excogitatum est a quibusdam (de singulari invento firmandæ molitionis cujusdam) xxv, 8 (Boecler.)

Excursiones (quæ prædæ ab hoste agendæ causa fiunt scil.) i, 2 barbarorum ii, 6

Excutere sudorem xviii, 5

Exemplum devotionis (i. e. formula descripta, descriptio, ἀπόγραφον) vii, 4 exemplum bonitatis Attici xxv, 10 exemplum illius utinam sequi imperatores nostri voluissent xvii, 4 exempli gratia proferre vi, 2 (Cic. solet dicere: exempli causa. ut Or. pro Mur. 2. in Verr. et Philipp. 13). exemplis rerum docere lectores xxv, 19

Exercere: in filium (sic nos edidimus. alii: in filio) fortuna sævitiam (alii: vim) exercuit x, 6 exercere remiges x, 9 exerceri currendo et luctando xv, 2 (Gymnasticis operibus vox idonea, nec minus armorum tractandorum meditationi apta et solennis. Boecl.) exercentur equi stantes xviii, 5 (agitationis sc. novo genere, et loco ambulationis, cursusque equestris usurpato. Boecl.)

Exercitatus bello xv, 5 in dicendo, ibid. (promta facultas utrobique notatur). exercitatiores copiæ nullæ quam Iphicratis xi, 2 exercitationum (ejusmodi militarium) genera, (et armorum officinæ memorantur) xvii, 3 quibus effectum est, ut Agesilaus haberet exercitatissimum exercitum, ibid. (quam rem copiose exemplis ducum locisque scriptorum illustrat H. Hug. milit. equ. iii, 1. Boecl.)

Exercitus victor (victoriis clarus et formidabilis) xvii, 4 exercitatissimus et ornatissimus xvii, 3 (Ita, ibid. 'studiosius armari, insigniusque ornari' conjunxit. Omnino enim splendor armorum cultusque militaris, diligentia laudata veteribus et utilis. v. iterum H. Hug. lib. 3. c. 3 et 4). exercitus contrahitur xiv, 3 exercitus Carthag. facit imperatorem xxii, 3. xxiii, 3

Exhæredatus (pro abdicato ob vivendi licentiam et dissolutionem) ii, 1 (Alias abdicat pater filium dum vivit, exhæredat post mortem: v. Thes. Buchn. v. Dicare. Ceterum pro 'exhæredatus' Imperator et Salvianus forte dixissent 'exhæreditatus,' etsi minus concinne. v. eund. Thes. v. Hæres)

Exhaustus (cui pecunia deest, et instrumenta belli cetera) vii, 8 exhaustis patriæ facultatibus (consumtis) xxiii, 6 (Metaph. a fontibus et puteis desumta)

Exiguus (brevis staturæ) xvii, 8 (sed ibi leg., corpore exiguo) exigua manus i, 5

Exiles res xviii, 5 (tenues, calamitosæ, de difficultatibus a fortuna adversante objectis. Boecl.)

Exilium: in exilium proficisci xxv, 8 in exilium aliquem ejicere xvi, 1 exilio mulctari xvi, 2 exilio decem annorum mulctari iii, 1. v, 3

Eximere de numero proscriptorum xxv, 10

Eximie collaudari ab aliquo xvii, 1

Exire (proficisci domo) ii, 6 in hostem et bellum xvii, 6. vii, 4 ex navi ii, 8 in terram (sc. ex nav.) vii, 8 Sic: in littora, Fr. 7 classis exit (scil. ad bellum) vii, 3 exit fama (emanat &c.) xvii, 2 de pecunia, quam magnam secum portabat xxiii, 9 (Sic quoque Livius iii, 81. Gr. ἐξῆλθεν ἡ φήμη, Matth. ix, 26. Loccen. Suet. Ner. 53. 'exierat opinio'). in turbam exit, se

relictum xiv, 6 (in quo subjectum est 'se relictum esse,' prædicatum 'exit in turbam.' Similiter ut ap. Suet. Galb. 20. 'exierat in vulgus respondisse eum.' aliter Gell. xii, 12 'ea res in vulgus exivit.' Cicero pro Rosc. conjungit 'exire et in vulgus emanare.') nil gloriosum exiit ex ore ejus xx, 4 (Cicero in Vatinium cap. 2. 'Non puto fas esse, verbum ex ore exire cujusquam, quod non jucundum et honorificum ad aures tuas accidat.' Idem in Orat. 'ut verbum ex ore nullum nisi aut elegans aut grave exeat')

Exitus: hunc exitum plerique habuerunt (de fine vitæ) xix, 4 (Plene:) talem vitæ exitum habuit xviii, 13 exitus in omnibus partibus ædificii habere (i. e. januas) xxiii, 12

Existit vis (eleganter, pro, cooritur) vii, 3

Existimare: hoc quale sit, facilius existimabit is, qui &c. (i. e. animadvertet) xxv, 20 ut facile existimari possit, prudentiam esse quodammodo divinationem (i. e. colligi, judicari) xxv, 16 (Cæsar de B. G. 'existimari non poterat, an' &c. Sic sæpe Terent. et alii). hoc non minoris existimamus, quam &c. (i. e. æstimamus) xxiv, 1 Sic: magni ejus opera existimata est in prælio (i. e. æstimata), ibid. existimare de aliquo male (sermones not. sequiores) x, 7 (ut ap. Senec. Epist. 81. et de ira iii, 22. auctorem dialogi de causis corrupt. eloqu. cap. i, 3. et Macrob. 2. Saturn. 4. Ita: bene de aliquo existimare, ap. Cic. ad fam. xvi, 4. Sic Suetonius: opinari de aliquo male, in Aug. cap. 51. Vide ibi Casaub. et Calig. 27)

Existimatio (pro judicio, æstimatione): existimationis malæ veniam gratiamque postulavit, Fr. 3 (Sic, Tacitus Hist. iv, 7, 3. 'existimatio Senatus.' add. Gronov. ad Liv. iv, 41. Eodem sensu Cicero: 'artificii alieni existimator,' de Orat.) Existimatio (pro bona fama): existimationis nullum detrimentum fecit xxiv, 2 suam existimationem in ea re agi putabat; qua nihil habebat carius xxv, 15 bonam existimationem opulentissimo regno præposuit xvii, 4

Exordiri: ut explicem, quæ exorsus sum (quæ suscepi scribenda Græc. ἐπιχειρεῖν), Præf. Ita: de quo exorsi sumus scribere xvi, 1 (confer:) sed satis de hoc; reliquos ordiamur vii, 11

Expectare: huic suasit, expectaret, quoad Alexandri filius regnum adipisceretur xviii, 6 putabant expectandum, dum se ipsa res aperiret (de omittendis suspicionibus) iv, 3 illud tempus expectandum decreverunt, quo exisset vii, 4

Expectatio magna fuit ejus visendi vii, 6

Expedire rem (de ancipiti negotio) xviii, 9 (Cicero de Off. 2. conjungit 'rem expedire' et 'consilium ex tempore capere.' Lamb.) expedire se (de eo, qui multitudine circumventus est) xviii, 5 de clauso locorum angustiis xxiii, 5 e vinculis iv, 3 expedire aliquem (proscriptorum numero eximere) xxv, 12 (Expedire, neutr.:) non idem ipsi et mihi expedit (de diversa, ut hodie loquuntur, ratione status) i, 3

Expeditus: impediri non poterat, quo minus ad dimicandum manum haberet expeditam xiv, 6 (de militibus cape, et intellige facultatem dimicandi non impeditam loco aut præcisam. Sic apud Tacitum H. ii, 8, 3.) expeditiores milites (minus impediti ad dimicand. pondere arm. &c.) xi, 1

Expellere ex arce (de vi bell.) xv, 10 ex civitate (de exilio) vii, 6 Alibi: ejicere e civitate ii, 8 ejicere ex republ. vii, 4 pellere patria (subaud. præposit.) iii, 1. xv, 6 Sic: expelli Athenis iii, 3 (Livius ii, 6 'qui nos extorres expulit patria'). expelli (sine casu et præposit. eodem sensu) iii, 1 expelli in exilium xix, 2 (nisi 'in exilium' glossema est). expelli potestate (imperio privari) i, 3

Expulsor tyranni x, 10 (inter elogia mortui: quales prædicationes est videre apud Tac. A. ii, 73. Sueton. Oth. 12. Herod. in Commod. iii, 11. et passim apud alios)

Expensum sumtui ferre (in rationes eorum referre, quæ erogamus et expendimus) xxv, 13 (v. Buchn. Thes. in Acceptum et Expensa, et Loccen. Ind.)

Experiri inimicum (sentire, pati hostilia ab) ii, 9 omnia primum &c. xiv, 2 (est sententia et phrasis Terent. in Eunuch. act. 4. sc. 7. 'omnia prius experiri verbis, quam armis, sapientem decet'). experiri Romanos (cum iis de imperio certare) xxii, 4 (Lamb. quali locutione Poëta dixit Ecl. 3. vs. 28 'Vis ergo inter nos, quid possit uterque, vicissim Experiamur?' et Æn. 7. vs. 434 'tandem Turnum experiatur in armis'). experiri legibus xx, 5 (est, lege cum aliquo agere, ut Noster ibidem

loquitur; quod Buchnerus Thes. sic exponit: 'actionem alicui intendere secundum legum præscripta.' v. infr. Lex). natura experta videtur in hoc quid efficere possit vii, 1 (magni ingenii periphrasis)
Expers consilii (non conscius) xvii, 6 literarum Græcarum (ignarus hist. et rer. Græc.), Præf. periculi (immunis) xxv, 2 suavitatis poeticæ (carendi not.) xxv, 18
Expetere preces ab aliquo: v. Preces
Explicare alicujus res (sc. gestas, i. e. prolixe narrare et accurate) xvi, 1 (opp. summas tantummodo attingere, ibid.) exponere rationem gestorum alicujus xiv, 1 ut ea explicem, quæ exorsus sum, Præf. quorum vitas separatim complures ante nos explicarunt xv, 4 imperatores Romanorum explicare xxiii, 13 explicari non potuit multitudo (in acie scil. propter loc. angust.) ii, 4
Explorare (in rem præsentem venire) ii, 7 de voluntate alicujus xxiii, 2 exploratores locorum ante colloquium mittere (moris erat) xiv, 11
Exponere: de hoc alibi plura sunt exposita (de scriptione hist.) x, 3 Sic: exponere de virtutibus alicujus xvi, 1 (pro quo in Præfat. dixerat: exponere alicujus virtutes). exponere de vita excellentium Imperatorum, Præf. viros claros versibus xxv, 18 antiquitatem totam in aliquo volumine xxv, 18 aliquem e nave ii, 8 (verbum nauticum: v. Gifan. obs. p. 90. Cæsar de B. C. i, 31 'in terram exponere' plene dixit. add. Buchn. Thes.)
Exposcere aliquem (petere ut tradatur, dedatur) xxiii, 7 Sic: exposcitur publice Themistocles (ad supplicium, πρὸς τιμωρίαν, ut in ea re loqu. Diod.) ii, 8 (Cæsar B. Civ. iii, 110. et Hirtio viii, 38. est 'deposcere')
Exprimere imaginem vitæ (de βιογράφῳ) xv, 1 (Sic fere Cic. pro Rosc. 'ut expressam imaginem vitæ nostræ quotidianæ viderimus.' Lamb. Et pro Arch. 'quam multas nobis imagines non solum ad intuendum, verum etiam ad imitandum, fortissimorum virorum expressas, scriptores, et Græci et Latini, reliquerunt.' Vorst.) coronam amor civium non vis expresserat (i. e. amor civium causa coronæ erat) viii, 4
Exprobrare alicui de uxore &c. xv, 5 (sub. famam)
Expugnare urbem i, 4 expugnare vi i, 7. xxiii, 3
Exsculpere iv, 1 (Non dubitaverim verum esse, quanquam Lambinus et Magius malunt 'exscalpere.' vid. not. ap. Thucyd. 1. ἐκκολάπτειν. Dicitur autem 'versus exsculpere,' qui literas extantes abradit, atque ita superficiem lapidis aut ligni rursus planam reddit. Contra 'sculpere versus' dicendus is erit, qui literas in superficie lapidis aut ligni extantes facit. Ceterum 'sculpere' et 'exsculpere versus' dicitur, quia ipsæ literæ vel sculpuntur vel exsculpuntur, quomodo 'versus scribere' dicitur is, qui ipsas literas scribit. Sed 'sculpere versus' etiam is dici possit, qui in lapide, ligno, vel ære literas depressas et refugientes faciat. Si ergo Lacedæmoniorum quoque tales fuerint, 'exsculpsisse' illi dicendi erunt, quod lapidi aut ligno eam adhuc partem demerent, in qua literæ fuerunt excavatæ, atque ita superficiem rursus planam redderent. Vorst.)
Exsplendescere clarius &c. (vox valida et efficax, ad radios ingenii et præcellentiam se erumpentem) xxv, 1 (Boecl. similiter Suet. Tito c. 3)
Extare volebat memoriam ejus rei (durare, conservari, manere, non interire) xx, 2 (Sic Cicero pro Rosc. 'extant expressa vestigia sceleris.' et de Orat. 1 'extant libri, scripta, monumenta, picturæ')
Externum malum (de bell. ext.) xxii, 2
Extimescere potentiam alicujus i, 8
Extinguere liberos (e medio tollere, &c.) xxv, 9 (Sic Ter. Hec. v, 1, 23. et passim Justinus, Tacitus, &c.) extinguere aliquos (scil. expugnando, perdere) xvii, 5 contumeliam industria (veluti redimere, aut memoriam contumel. delere) ii, 1
Extrahere copias ex hybernaculis (sc. ad faciendum iter) xvii, 3 (Aliter et venustiore signif.) extrahere se ac suos omnes incolumes (scil. e castello, subducere) xviii, 5 (plene Terentius, Phorm. i, 4, 3 'nescio quomodo me ex malis extraham')
Extrema ætas (i. e. extrema pars ætatis, de senectute) xxiv, 2. xxv, 10 extrema ætas imperatorum Atheniensium (de ultimis imperatoribus) xiii, 4 Sic: extremo tempore (sc. morbi) xxv, 21 extremo tempore (scil. vitæ suæ, tandem) xiv, 10. xv, 9 extremis tempo-

ribus (sc. vitæ suæ) xix, 2 sed extrem. temp. (subaud. Punici belli) xxii, 1 extremo bello (de fine belli) ix, 1 sed extremo, cum prope jam ad desperationem pervenissent xxii, 2 (Ubi extremo ut adverbium ponitur, et subaud. in tempore vel periculo. Cicero dixit 'ad extremum' de Orat. 2: 'Quinque faciunt quasi membra eloquentiam: invenire quid dicas, inventa disponere, deinde ornare verbis, post mandare memoriæ, tum ad extremum agere et pronunciare')

Extructa satis altitudo muri (educta, exaggerata) ii, 6

Exul: exul tum his terris xxv, 20 (Sic qu. edd. sed nos edidimus: ex ultimis terris) exules occupant Thebas xv, 10 exilio x. annorum mulctari (pœna ostracismi legibus definita) iii, 1. v, 3 (v. Ostrac.) exilio affici viii, 3

Exultare (de equis, verberibus ad subsultandum coactis) xviii, 5 (oppon. remittere calces, ibid.)

F.

Fabius Q. Maximus dictator Rom. (in agro Falerno Hannibali se objicit) xxiii, 5 callidissimus imperator, ibid. Q. Fab. Max. Cos. xxiv, 1

Fabiani milites (συνεκδοχικῶς de præstantibus militibus) xi, 2 (Loccen. putat vel ad 300. Fabios, vel ad milites Q. Fabii Maximi respici. Alias Fabiani tribus nomen ap. Suet. Aug. 40)

Facere quod alteri inutile est ii, 7 facere audet, quod cogitavit (rem deliberatam efficere &c.) xiv, 7 facere nihil reliqui, quod ad sanandum se pertineat (i. e. experiri omnia) xxv, 21 facere versuram publice xxv, 2 (v. Versura). facere summam (sc. pecuniæ) xv, 3 facere mysteria (celebrare) vii, 3 (v. Mysteria). opus (de munitione) ii, 6 postulata (annuere &c.) vii, 8 imperata (quæ Dux mandat) xviii, 9 naufragium (de clade navali) ii, 7 castra (ponere) i, 5 ignes xviii, 9 potestatem sui (de committenda pugna, manum cum hoste conserere) xvii, 3 (de præsentia, sistere se) xxiii, 9 prælium ii, 9. xii, 1 prælium navale xxiii, 10 pugnam ix, 5 (Tacit. Ann. iii, 21, 5 'prosperam adversus Numidas pugnam facit'). verba (orat. habere) vii, 6 bona (de beneficiis præstitis, facere quod alteri utile est) ii, 9 (quod apud Plautum Casin. ii, 8, 32. de venerea voluptate invenitur). pacem (a bello desistere) x, 5 detrimentum existimationis (pati, subire) xxiv, 2 (Sic Cicero lib. 7. Ep. ult. 'damnum facere' pro 'pati' dixit, et alibi). iter ii, 5 (Sic Curtius iv, 10, 18 'iter facienti spado unus ex captivis nunciat' &c.) Facere cædem alicujus (perpetrare) viii, 3 finem belli xxii, 1 finem libri xxiii, 13 finem vitæ (de accersita morte) xx, 1 magnam multitudinem serpentum (colligere) xxiii, 10 (Sic in Ms. Boecl. et alias Noster: cum amplius centum millia facta essent armatorum xxii, 2. Sic Sallust. 'exercitum facere' ap. Senec. Epist. 114. sed nos edidimus, conficere). Facere bellum alicui (movere adversus) x, 4. xvii, 2 (v. Bellum). insidias alicui (struere) vii, 9 Facere aliquem hæredem (instituere, scribere) xxv, 5 aliquem missum (dimittere captiv.) xviii, 11 aliquem reum (accusare) vii, 4 aliquem certiorem xiv, 11 aliquem civem (asciscere) xxv, 3 aliquem imperatorem (creare) xxii, 2 multa meliora (emendare) xi, 1 (Horum pertinent et illa, in quibus 'facere' æstimandi significationem habet, et alter accusativus eleganter omittitur). Facere aliquem pluris xi, 3 facere aliquem tanti, ut xiii, 4 (sc. pretii hominem. v. Voss. de construct. c. 29). Sic: facere aliquid lucri (sc. rem, de gloria capta, quæ alteri debebatur) viii, 1 (vid. Lucrum). Facere male et injuste ii, 7 crudeliter avareque multa (de solitis magistratuum vitiis, avaritia et superbia) vi, 4 negligenter et malitiose vii, 7 pulchre aliquid posse (de opera promte obeunda) xxv, 13 parum aliquid alicui xxiii, 11 non fecit id frustra (conatus eventum habuit) xxiii, 9 Facere ab aliquo prædas xii, 2 (annotat hic Gebhardus vix inveniri alibi hanc phrasin, nisi ap. Cicer. in Verr. Vorstius tamen recte affert verba Cæsaris lib. 4. B. G. 'quanta prædæ faciendæ facultas daretur'). adversus aliquem (de hostilitate, interdum enim 'facere,' pro 'pugnare' sumitur. v. Buchn. Thes.) xviii, 8 (oppon. stare cum aliquo, adjuvare aliquem, ibid.) apud aliquem verba (oration. habere) ii, 10 cum aliquo amicitiam vii, 4. xiv, 10 cum aliquo societatem ii, 8. ix, 2 (ubi mox: coire societatem cum aliquo,

xv, 6. ubi mox: amicitiam alicujus sequi, xviii, 2) animadvertit Deorum numen facere secum xvii, 2 (i. e. studere sibi, ut ibid. loquitur). de re aliqua mentionem vii, 5 de aliquo mentionem (de tota vita alicujus exposita) xv, 4. xxii, 3 de aliquo librum (componere) xxiv, 3 miserunt Delphos consultum, quidnam facerent de rebus suis (quid inceptarent, consilii caperent) ii, 2 ex urbe eruptionem viii, 4 (Sic Flor. iii, 20, 14. Tacit. Ann. ii, 7, 1. et alii). ex metallis pecunias (reditus fodin. metall. intellig.) v, 1 (Sic quoque Cicero 1. divin. et Verrin. 4. ac Sallustius). in aliquem impetum (adoriri) xiv, 9 in flumine pontem i, 3 in studiis progressum (proficere) xxiv, 3 inter hunc et illos pacem (de reconciliatione) viii, 3 pro aliquo verba (de ἀπολογίᾳ judiciali) i, 7 sub terra locum iv, 4 Faciebat, ut ei ipsi numerarent pecuniam (curabat numerari) xv, 3 faciam, ut scias xxiii, 10 non imprudenter feceris, si quid &c. xxiii, 2 (Sunt inter istos verbi hujus usus, qui suspecti esse possunt; sed vide Cl. Vorstium de Latinit. fals. susp. c. 9. p. 95. seqq. Ceterum 'facere' interdum in macrologia usurpatur, ut:) certum hominem ad eum mittas face (i. e. mitte) iv, 2 ('face' autem est pro 'fac.' ut ap. Plautum). neque hoc solum in Græcia fecit, ut templa Deorum sancta haberet (id est, habuit) xvii, 4 (sic passim Comici, præsertim Plautus; et Cicero, Suetonius, Vitruvius, Ovidius, Plinius junior, alii. v. Buchn. de commut. rat. dic. i, 21, 3. pag. 330)

Fio: fit cædes civium (cæduntur) xv, 10 sumtus in classem (impenditur) i, 7 fiunt sumtus x, 7 fiunt insidiæ ab x, 8 fieri pluris xiv, 5 (æstimari). quid his fieri vellet (de his) xvii, 4 quo fiebat, ut x, 2 (Integre:) ex quo fiebat, ut vii, 7 quo factum est, ut ii, 3 (Integre:) ex quo factum est vii, 7 quibus rebus fiebat, ut i, 2 ut ibi de eo legibus fieret judicium xix, 3 factus ad rem gerendam alacrior iv, 2 factus domi (i. e. educatus, institutus ductu artificum) xxv, 13 factus est ephebus xv, 2 facta ei potestas manendi xxv, 11 facta duabus virgulis oleaginis corona viii, 4 facta cohortatione militum (i. e. ad milites) xxiii, 11 factum est æquitate ejus, ut (effectum, impetratum, res eo deducta) iii, 2 factum est adversariorum immodestia vi, 1 eo facto (per id, hac ratione) xvii, 5 quo facto (qua causa, qua ex re) vi, 1. xiv, 5. xvi, 1. xxiii, 3. xxv, 5 (Sic Vellei. ii, 76, 3). in quo facto quid opus xviii, 9 facta sunt amplius centum millia armatorum (collecta) xxii, 2

Factum illustre iii, 2 magnificentissimum viii, 1 præclarissimum xx, 1

Factio (de studiis et partib. ut vocat Tacitus) x, 6 factio adversaria (pro viris advers. fact. ἀντιτασσόμενοι) xvi, 1. xix, 3 (Polyb. ἀντιπαραγωγὴ 2). factio adversariorum xvi, 2 factionis principes xvi, 2 factionis principes xvi, 1 sine factione amicis officia præstanda existimabat xxv, 8 (i. e. sine pactione et conspiratione occulta: hæc enim factio est. Nam amicitia actiones liberas habet. Erat autem duplex respectus in Bruto, quatenus amicus Attico erat (talem enim fuisse cum ex hoc, tum ex cap. 14. liquet) et quatenus adversarum Antonio partium dux erat. Ceterum hoc sibi dudum gravissimis rationibus proposuerat Atticus, civium bellis partibusque se non miscere. Ut itaque id servaret ac tueretur, nec interim tamen amicis deesset, operam sibi dandam existimavit. Noluit itaque assentiri Flavio in privatum ærarium Bruto constituendum, neque deseruit tamen Brutum, cum afflictus necessitate ope amici indigeret. Pari ratione Antonii sociis uxorique affuit pari laborantibus fortuna, eorum adversos casus levans, non ejus partis firmans arma. Ita ergo et suum propositum tenuit, et utrique officium præstitit, quod amicus amico debebat. Buchn. in comment.) factiones duæ Athenis x, 3

Factiosus vi, 1 factiosus et potens xvii, 1

Facete loqui, Fr. 5

Facies terribilis xiv, 3 facies (contemtibilis) xvii, 8 facies (pro forma et modo totius corporis) xvii, 8 (quomodo veteres proprie hanc voc. usurparint, docet Gell. xiii, 28. adde Philipp. Carol. animadv. in eund. loc.)

Facile intellectu x, 9 Sic: facile carere aliqua re xix, 1 adeo facile perpessus est paupertatem, ut &c. (æquo animo tulit) xv, 3 quo facilius sub divo interiret iv, 5 facilius se Afros corrupturum existimans vi, 3 ibi facillime suam fortunam occuli posse vii, 9

Facilitas gravitati (mista) xxv, 15 (v. Comitas)
Facinus præclarissimum (factum) xx, 1 (Sic: 'pulcherrimum' Ter. Ph. v, 6, 31. et Sall. Cat. 20. 'rarum' Tacit. A. iii, 21, 1. v. eund. xv, 49, 4)
Facultas ita vivendi non datur (copia, potestas, occasio) xxv, 2 facultates ingenii (dotes, δυνάμεις) xv, 1 facultates amicorum (opes) xv, 3 Sic: facultates patriæ xxiii, 6
Falernus ager xxiii, 5 (in mediterraneis Campaniæ: v. Cluver. Ital. antiq. iv, 5)
Fallere: eum ea re conari fallere ii, 7 cives tuos fallis verbo (falsi tituli specie) xv, 5 fefellit eum hæc res (contra opinionem cecidit) x, 5 non fefellit eum (ut prædixit, accidit) vii, 8 fefellit eum opinio xvii, 3 fefellerunt eum multum Jovis antistites (spem ejus destituerunt) vi, 3 falli (opinione sc.) xv, 5
Falso: sperans ibi facillime suam fortunam occuli posse. falso vii, 9 (Inter suaviores elegantias merito reponenda et hæc formula. Boecl. Nam falso tantundem hic valet, quantum valent hæc: at falso ita speravit. Vorst.)
Falsum: neque id falsum (scil. quod dixerat Eumenes) xviii, 11
Fama est ii, 10 exit xvii, 2 exiit de xxiii, 9 facti pervenit ad xiv, 3 perfertur in Græciam ii, 2 perfertur in Siciliam x, 2 fama magna est integritatis ejus vitæ xix, 1 fama rei perterriti ii, 4 (Hæc ad nuntios et rumores pertinent; illa ad significatum laudis et gloriæ:) fama majorum x, 1 fama felicitate magis quam virtute parta vi, 1 famæ servire ii, 1 (v. Servire). famam sui relinquere vi, 1 de fama dimicare (sc. in judic.) xiii, 4
Fames: fame plures quam ferro interiere xxii, 2 fame fatigatus triduum xviii, 12
Familia optima, eademque vix mediocris xxv, 13 familiarum origines Attico memoratæ (Genealogica ejus) xxv, 18
Familiaris (qui cum aliquo est) vii, 10 familiares (Alex. M. amici) xviii, 2 familiarior xxv, 16 familiaris Cic. ut qui maxime (de amico summo), Fr. 4
Familiarissime aliquo uti (de summa amicitia) xvii, 1
Familiaritas hujus (cum hoc) xxv, 10 familiaritatem alicujus consequi xxv, 19 ad familiaritatem intimam alicujus pervenire xviii, 1 Sic: familiaritate alic. intima uti xxv, 9 &c. conjunctum alicui esse xxv, 12
Fanum xvii, 4 Neptuni iv, 4
Fastigium (oppon. periculum) xxv, 10 fastigio pari stare in utraque fortuna (par cultus ac vitæ modus intellig.) xxv, 14
Fatigare lectores (similitudine, narratione et multitudine exempl.) vi, 2 fatigari fame xviii, 12 (Sic Cic. 3. Off. 'vinculis et carcere, et igne fatigare.' Tacit. H. v, 3, 3 'fatigabat inopia aquæ')
Favere partibus Cinnanis (de studio partium) xxv, 2
Fautor optimatum vii, 5 naturam fautricem habere in tribuendis animi virtutibus (de natura propitia) xvii, 8 (oppon. mox: naturam maleficam nancisci. Similiter locuti Ter. et Cic. v. Buchn. Thes.)
Febris (seu, ut alibi, febres) xxv, 21
Felicitas quid sit, Fr. 5
Felicitas Timoleontis xx, 2
Fere (scilicet), Præf.
Feretrius xxv, 20 (cognomen Jovis, de quo inter alios Freinsh. ad Flor. i, 1, 10. b.)
Ferocia: tanta fuit ferocia, ut &c. (de animosa elatione) xxii, 1 (mox, pertinacia)
Ferociorem reddidit civitatem (propensiorem ad bellum, bellicosiorem, fortiorem) ii, 2 (Ita Tacitus H. ii, 24, 3 'ferocissimos auxiliarum' pro fortissimis dixit, et Livius iii, 47 'ferociter facta.' v. Nonium in Ferox). ferocissimus elephantus xviii, 11
Ferocius loqui (elatius, arrogantius) xviii, 11 (Sic Cic. Philipp. 2 'plane respondisti ferociter.' et Plaut. Amphitr. i, 1 'promptly ferociter legatos increpant.')
Ferre arma adversus (absolute: v. Adversus) xvii, 4 ferre arma cum aliquo contra aliquem xxv, 4 ferre calamitatem moderate xx, 4 (tolerare, sustinere) fortunam sapienter xx, 1 laborem xviii, 11 injurias xv, 3 aliquid æquo animo (sine invidia et æmul.) xxv, 1 non tulit hoc æquo animo (impatienter tulit, indoluit) x, 6 Alibi: aliquid indigne ferre xviii, 1 (inter formulas meliores est hæc, cum et animum alicujus re quap. commotum et prævertendi studium notamus) vii, 10 nemo potest hunc ferre (de

homine difficili, aspero, non tolerabili) xxv, 5 tyrannum non ferendum dictitabant (i. e. tollendum e medio) x, 7 ferre fructum pietatis (referre, reportare, adipisci) xxv, 5 (Sic Sulpic. Sev. i, 51 'ibique a filiis interfectus, dignum se exitium tulit.' Et Noster alibi:) si fecerit, nullius rei a se repulsam laturum iv, 2 ferre alicui opem xviii, 6 sumtui expensum (expensos sumtus in commentarium referre) xxv, 13 (v. sup. Expens.) si tulisset ita fortuna (si ita accideret) xviii, 6 tulit hunc ætas nostra elegantissimum poëtam xxv, 12 ferre suffragium (de judic.) xviii, 5 de sententia per calculos xv, 8 ferentem ad se conspicit (ad se ferri) xiv, 4 (nempe activum pro passivo heic ponitur, sicut alibi gestare, movere, vehere, pro gestari, moveri, vehi. v. Voss. de analog. iii, 8. Lectionem autem vulgatam tuetur auctoritas Mss. etsi Lambinus malebat 'ad se ruentem,' vel, 'se afferentem')

Ferri lectica xxiii, 4 ferri omni cogitatione ad liberand. patriam vii, 9 magno odio in aliquem (de studio animi, contentione, affectu) xxv, 10 ferri præcipua laude (celebrari) xxv, 10 fama xviii, 2 Ita: ferebatur nobilis inter æquales xxv, 1 fertur navis tempestate Naxum ii, 8

Ferrum (pro gladio) xiv, 11 Sic: ferro interfici xxi, 1 ferro hostium interire (i. e. armis) i, 3 ferro aliquem aggredi (de vi armatorum) vii, 10 (mox: manu aliquem superare). ferrum (pro spiculo, quo hastile præfixum est) xv, 9

Festum habere alicujus natalem diem (solennis instituta festivitas intellig.) xx, 5

Ferus: nemo tam ferus fuit, quin &c. (i. e. tam durus, immobilis, implacabilis) vii, 6 fera bestia xiv, 8 (pro quo vulgo 'fera' omisso substantivo, ut 'frigida' pro frigida aqua)

Fictilia vasa xxiii, 10 ('fictiles lagenas' vocat Justin. xxxii, 4, 6)

Fidere (pecunia, spem conficiendi aliquid inde sumere) vi, 3 victoria (fiduciam victoriæ habere tanquam certæ) xii, 1 (priore loco præpos. 'in': posteriore, si proba lectio est, nam Mss. aliter legunt, 'de' subintelligitur). fidenti animo xxii, 3 (de eo, qui ex successu animosus est)

Fides vix facta his est, Agesilaum esse unum ex his &c. (vix persuasi sunt, ut crederent) xvii, 8 (Sic Suetonius Vesp. cap. 7 'cum vix fides esset, rem ullo modo successuram.' Vide Duk. ad Flor. iii, 16, 6. Refert huc Vir doctissimus illud Justini xiii, 1, 4 'ut vero mortis ejus fides affuit, omnes barbaræ gentes ut parentem luxerunt; at ego ibi malim τὸ fides pro 'argumento' sumere faciente fidem, quomodo ap. Eundem et ix, 2, 15. sumo: ea primum 'fides' inopiæ Scythicæ fuit). fidei alicujus aliquid credere (committere alicui quid tanquam homini bonæ fidei, aut bona fide servandum) xxiii, 9 fidem maximam habere alicui x, 5. xiv, 11 fidem singularem ei in omnibus ejus periculis præbuit xxv, 4 fidem si mihi, quam postulo, dederis (si promiseris, quod cupio) xxiii, 2 fidem de aliqua re dare dextra xiv, 10 fidem de aliqua re accipere, ibid. fidem amittere maluerunt, quam eum non prodere xviii, 10 fide præcipua fuit ea civitas erga Athenienses (constantissime omnium adhæsit illis) vi, 2 (v. Præcipuus). fide mala facere, ut &c. xiv, 6 se fore alicujus proprium, fide confirmare (sc. data) vi, 1 fide summa in pactione aliqua manere xvii, 2 (pro quo alibi integre:) in fide manere xviii, 4 homo sine fide (τοῦ ἀπατῆσαι οὐδ' ὁτιοῦν φροντίζων) x, 8

Fiducia nimia magnæ calamitati solet esse xvi, 3 (intellig. securitas ex confidentia). fiduciam habere rei potiundæ (spes certa, et plusquam spes) xvii, 4 fiducia Antiochi Carthaginenses ad bellum inducere (i. e. ostensa ex Antiochi armis et societate fiducia) xxiii, 8

Fidus: pacem non fidam futuram putabat (non servatum iri) xiv, 8 (Ita 'fidus' non tantum de homine, sed et de iis, quæ sunt hominis et ad hominem pertinent, dicitur: qualis ephiteti translatio in omnibus linguis est frequens. Vorst. Sic ap. Virgil. 'mala falx.' v. Demens.)

Figura venusta (de congruo totius corporis habitu) xviii, 11 (oppon. hic magno corpori. Faciunt ad mentem loci illa Taciti Agric. 44, 2 'si habitum ejus posteri noscere velint, decentior quam sublimior fuit' &c. Boecl.)

Filius: C. Marius, filius (pro quo Schottus nulla necessitate legit: C. Marius, Caii F.) xxv, 1 (Solebant enim veteres eam vocem absolute ponere: quem

scribendi modum etiam Sulpicius Severus imitatus est ii, 23 ' Antiocho filio interfecto.' neque enim τὸ ' Antiochi' excidit, aut ' Antiocho puero' legendum, ut volebat Drusius. Qui æque male eundem Scriptorem ii, 24. emendavit, et ' pro Demetrii filius' reposuit ' Demetrius, Demetrii filius.' Legendum autem esse ' Demetrius filius' nullus dubito. Sic quoque vox Patris absolute usurpatur. Suetonius Jul. Cæs. cap. 52. ' Curio pater quadam eum oratione omnium mulierum virum et omnium virorum mulierem appellat.' Idem Aug. cap. 71. ' accesserunt convivæ Vincius et Silvius (Casaubonus malebat Silius vel Salvius) pater.' et alibi). filius Cononis acceptam a patre gloriam multis auxit virtutibus xiii, 1 ejus statua veterem patris renovavit memoriam xiii, 2 filio regnum a vivo patre non tradendum xxi, 3 a filio interficitur parens, ibid.

Filiæ Aristidis aluntur publice et dotantur iii, 3 filiam alicui in matrimonium dare xx, 3 alicui collocare xxv, 19 alicui despondere, ibid.

Fingere fortunam sibi xxv, 11 (pro, quod xxv, 19, conciliare sibi fortunam. ' Fingere se,' effingere suos mores in rectitudinem officiorum vitæ. Artis enim vocabulo, venuste ad vivendi habitum fatumque translato, res non parvæ aut rudis elaborationis notatur. Boecl.) Sic: si ipse fingere (se) vellet vii, 2 (i. e. voto et cogitationibus exemplum veluti prosperitatis suæ formare. Boecl.) in fingendo corpore naturam maleficam nactus Agesil. xvii, 8

Ficta dona, Fr. 5

Finire: ubi vitam finierat iv, 5 (Sic vulgo. Nos e melioribus Mss. edidimus: ubi vitam posuerat)

Finis: finem belli facere xxii, 1 libri facere xxiii, 13 vitæ facere (de accersita morte) xx, 1 ad eum finem, quoad &c. (tamdiu, donec) xv, 2 (mox xv, 9 ' usque eo.' Sic Cicero action. 1. in Verr. ' usque ad eum finem, dum judices rejecti essent.' Et 1. de nat. Deor. ' usque ad eum finem, dum possint se ipsa defendere.' Vorst. Adde ejus librum de Latinit. falso susp. cap. 3. pag. 25. Nizolii Indicem et Parei Lex. Crit.)

Fio: v. supra, post Facio

Firmæ copiæ (respect. peritiæ bellandi, indurata bello manus) xviii, 3 (Sic: ' firmus exercitus,' ap. Vellei. ii, 29, 1). firmæ vires ad laborem ferendum (de eo, qui invictus laboris, operis, &c. πόνοις ἀντέχων ῥῶστα) xviii, 11 firmissimi amici (constantissimi) vi, 2 firmitas corporis (exercitatione parta scil.) xv, 3 (ab hac robur et agilitas. v. Mercur. iv, 2)

Fistula putris erupit per lumbos xxv, 21 (Sic Lambinus curavit edi; Savaro autem ' fistula puris:' quod Loccenius in Ind. probat, describens puris fistulam ex Hippocr. de fistulis, et Celso de re med. v, 18. quod sit sinus altus, angustus, callosus et purulentus, ex abscessibus plerumque conflatus. Probat et Barthius, aliique. Nos tamen lectionem Medicæi codicis ' pus erupit,' genuinam putamus esse, et ' fistulæ' vocem textui ex ora intrusam)

Flaccus L. Valerius xxiv, 1. 2

Flagitium: cum flagitio domum redire (cum dedecore ex armis relictis) xxii, 1 (Proprie vox militaris est, ut Donatus ad Ter. Eun. ii, 3, 90. exponit. v. Buchn. Thes.)

Flagrare cupiditate bellandi xxii, 1 (Justinus: ' bello flagrare' xxxi, 3, 10) pugnandi i, 5 audiendi alicujus x, 2

Flaminius C. Cos. occiditur xxiii, 4

Flaminius L. Quintius consularis xxiii, 12

Flaminius circus, Fr. 11

Flavius C. xxv, 8

Flectere iter suum xviii, 9 (de alia via tent.)

Florere (de potentia et excellentia imperii) xviii, 1 fama justitiæ xxi, 1 modestia sua, majorum gloria i, 1 rebus quibusdam (sc. gestis) v, 3 in re militari xv, 5 florens (adhuc vivens, superstes) xxv, 11 florens regnum xxi, 2 pars florens (oppon. abjecta) xxv, 8 Sic: florentes (stantes adhuc suo fastigio, valentes) xxv, 11 (oppon. afflicti)

Fluctus civiles (ita comparantur civiles turbæ: quibus et prosterni multa, sicut procellis ac tempestate; et jactari omnia, sicut fluctibus: et implicari, sicut circulo quodam perniciei, videmus) xxv, 6 (Boecl. add. not.)

Flumen: pontem fecit in Istro flumine i, 3 apud flumen Strymona v, 2 apud Ægos flumen (v. tamen supra Ægos) vi, 1. vii, 8. ix, 1 apud flumen Nilum xviii, 5 (Addit in his Noster per ἐπεξήγησιν Proprio Nomini Appellativum Nomen, quod in sequentib. etiam facit) Oppidum Amphipolim con-

stituit v, 2 in oppido Citio est mortuus v, 3 vento aquilone venit Lemnum i, 1 vento borea domo profectus est i, 2 naves triremes totidem ad superiores addunt ii, 2 navem triremem armatis ornat x, 9 (Similiter locuti Cæsar, Livius, et Curtius: v. Sanctii Minerv. lib. 4. de Ell. pag. 284, 300, et 321. add. Buchner. de comm. rat. dic. i, 13, 5. pag. 227. seq.)

Fœderata civitas xxiii, 3

Fœnus (de usuris) xxv, 9

Forem (pro, essem): quam vere de eo foret judicatum &c. vi, 3 ut sæpe ad desperationem forent adducti xviii, 12

Fores ædificii xxiii, 12

Foris (adverb. in loco): ut foris exaudiri strepitus posset x, 9 (adverb. de loco:) foris flagitantes telum (ab iis qui foris adstabant), ibid. (mox: Lyco per fenestras gladium dedit)

Forma corporis amplissima pulcherrimaque xxi, 1 imperatoria (Imperatore digna; quæ longe lateque ostentat imperatorem, ut de Trajano Plin. Paneg. cap. 4) xi, 3 (Dioni egregia voce σεμνοπρεπὲς τοῦ προσώπου dicitur. Sic Jul. Capitolinus Pertinace c. 12 'statura imperatoria.' v. Savar. heic et ad Sidon. 1. Ep. 2. pag. 8. add. not.) formam alicujus cognoscere (mox explicatur, qualis sit &c.) xviii, 11

Formosissimus ætatis suæ Alcibiades vii, 1 (Unde ejus vultus paradigma proverbiale formæ speciosissimæ. Vide copiosissimæ doctrinæ virum Casp. Barth. advers. 52, 5. Boecler. add. not.)

Fors (pro casu): ut quemque ex proximo locum fors obtulisset xvi, 2 (Sic Livius xxxi, 41. ex emend. Gronovii: 'castra, quo fors tulisset loco, sine ullo discrimine posita.' Tacitus Ann. xiv, 5, 5 'verum Acerronia contis et remis, et quæ fors obtulerat, navalib. telis conficitur')

Fortis ac strenuus (conjunguntur) xv, 7. xiv. 7 fortis manu iv, 1. xiv, 1 forti animo cedere invidiæ alicujus v, 3 fortissimi habentur, qui et potentissimi xviii, 3 fortiter venari vii, 11 (nam veterum venationes ad fortitudinem spectabant præcipue. vid. Xenophon. Boecl. Et Aristoteles Polit. 1. cap. 8. θηρευτικὴν dicit esse μέρος τῆς πολεμικῆς. Athenæus vero lib. 16. ait, 'ad venationem procedere juvenes tanquam ad meditationem bellicorum periculorum.' Vorst.)

Fortuna (1. pro, rerum humanarum domina, uti Cicero eam pro M. Marcello describit): fortuna sua mobilitate, quem paulo ante extulerat, demergit x, 6 sævitiam suam in filium exercuit, ibid. tribuit (ei) multa eaque magna bona vii, 2 nihil ei non tribuit (de singulari felicitate) xxv, 19 obstat consiliis x, 9 nos superstites Attico esse voluit xxv, 19 in prælii concursu plurima (sibi) vindicat viii, 1 fortunæ munus xxv, 3 (oppon. prudentiæ specimen, ibid.) in quo fortunæ varietas est animadversa xiii, 4 fortunæ tanta varietas iis temporibus fuit, ut modo hi, modo illi &c. xxv, 10 quibus in bello parserat fortuna viii, 1 quamdiu fortuna passa est xxiii, 13 ut si in sua manu esset fortuna xiii, 3 (Sic Lambinus et alii legend. putant, et intellig. de obsequio fortunæ semper faventis, nunquam adversantis; quo eodem sensu Curtius x, 5, 35 Alexandrum dixit 'solum omnium mortalium fortunam in potestate habuisse.' Verum nos edidimus: ut in sua navi esset fortuna). si ita tulisset fortuna xviii, 6 (Scilicet tanquam de Dea ita loquuntur gentiles: cum illarum rerum, quæ suas causas et interiores rationes hominibus non produnt, administrationem volunt innuere: sive eventum potius; nam ignoratio et neglectio virtutis administrantis, ut sic dicam, tot illas ἀντιφάσεις ἐν προσκειμένῳ, quod Aristoteles diceret, peperit, quas nec hodie satis vitatas, ostensa vera hujus loci philosophia, pudefecit seria Barclaii dissertatio Argenid. l. 4. Boecl.) (2. pro, successu): fortuna secunda res magnas gessit xxii, 4 fortuna secunda adversariorum capti i, 2 idem cum prospera fortuna prope ad annum LXXX. pervenisset xix, 2 (Sic enim Schoppio leg. videtur, non 'eidem,' quod in libris tum manu exaratis tum impressis invenitur). (3. pro, statu): fortunam sui cuique mores fingunt xxv, 11 (mox:) conciliant xxv, 19 conversa subito fortuna est xxv, 10 fortuna secunda fundum emit xxv, 9 in secunda quam in adversa fortuna inconsideratior fuit ix, 5 secundam quam adversam fortunam multo sapientius tulit xx, 1 cum adversa fortuna conflictatus est xvi, 5 fortuna non simplici conflictatus in his rebus est xx, 1 (i. e. fortuna varia, vel utraque, ut alibi loquitur).

in utraque fortuna pari stetit fastigio (pari modo se gessit, cum sestertium vicies, atque, cum centies haberet) xxv, 14 fortuna non metimur magnos homines, sed virtute (i. e. nec ob secundam magnos, nec ob adversam viliores censemus) xviii, 1 pari fortuna perculsi xxv, 11 fortunam Græciæ commiseratus est xvii, 5 alienam opulentium fortunam pauperes iniquo animo intuentur xii, 3 qua fortuna non erat contentus vii, 9 non fortunæ, sed hominibus amicum esse xxv, 9 hujus si virtuti par data esset fortuna xviii, 1 fortunam nullam sejunctam sibi esse ab eo volebat xxv, 10 fortunam suam occulere (statui suo et celebritati latebras quærere tum famæ tum securitatis) vii, 9 fortuna humiliore princeps civitatis xxv, 19 Reges casus adversos tribuunt hominibus, secundos fortunæ suæ xiv, 5 (non acceperim simpliciter pro felicitate cum Lambino; sed pro auspicio majestatis regiæ; quo sensu Tacitus dixit: 'pleraque auspiciis Principum ac consiliis, quam telis et manibus geri, quo pertinet fortuna Imperii, fortuna pop. Rom. fatum urbis' &c. v. de re ipsa Gruteri discurs. ad Tac. 1. Boecl. add. dissert. ejus de ausp. Reg.)

Fortunæ (plur. pro opibus, facultatibus, bonis): fortunas suas fidei alicujus credere xxiii, 9

Forum: in foro esse cœpit xxiv, 1 (fori studiis et civilis actus rudimentis operam dare. Utebantur enim Romani foro tanquam schola omnium pacis artium, civitatisque disciplinam ibi discere et tractare moris erat. Ergo Tacitus Agr. 39, 3 'studia fori et civilium artium decus' conjungit, 'militarique gloriæ' opponit. Boecl.) de foro decedere xxv, 10 (publico abstinere, civilis actus lucem latendi causa declinare. Boecl. Oppon. apud Terent. et Senec. 'uti foro.' v. Thes. Buchn.)

Forensis opera: v. Opera

Frangere: Corcyræos fregit (bello debilitavit, vicit et victis superbiam ademit) ii, 2 Sic: Thasios opulentia fretos sub adventu fregit v, 2 non fregit eum contumelia (de abjectione animi) ii, 1 (opp. erexit, ibid.) Sic: etsi res exiles animi magnitudinem non frangebant, tamen minuebant xviii, 5 frangi cura rerum quarundam (angi vehementer &c. de ægritudine animi) x, 7 (Sic: 'casu alicujus,' Suet. Aug. cap. 65)

Fratrem tyrannum interficiendum curavit (sc. libertatis publicæ vindicandæ ergo) xx, 1

Fraternus sanguis xx, 1

Fratricidam eum impiumque detestans compellavit xx, 1

Fraus: ad fraudem acutus x, 8

Fregellæ xxiii, 7 (Latii oppidum clarum, a L. Opimio excisum anno 630. ab U. C. ut Livius refert. vid. Claver. Ital. iii, 8)

Frequentes delati honores xix, 1 frequentior familiaritas (de crebriore convictu usuque &c.) xxv, 19 frequentissimus conventus legationum (de magno consessu ac numero) xv, 6

Frequentia vulgi maxima (de comitat. fun. scil.) xxv, 22 (Ita in vet. inscript. 'elatus est &c. frequentia maxima,' apud Kirchm. de funer. ii, 2)

Fretus non tam suis copiis quam odio tyranni (confisus) x, 5 freti opulentia (elati) v, 2 Alibi: opibus elati i, 7 (Sic Tacitus Ann. vi, 31, 2 'superbiam in nos, sævitiam in populares sumsit, fretus bellis, quæ secunda adversum circumjectas nationes exercuerat')

Frui aliquo (conversari cum aliquo) xxv, 20 pace diutina xv, 5

Fructus rei familiaris (lucrum, commodum, quo res familiaris augeri potest) xxv, 6 fructus (hortorum et prædiorum scil.) v, 4 fructum pietatis ferre (præmium &c.) xxv, 5 fructum oculis capere ex casu alicujus (delectationem: v. Ocul.) xviii, 11

Frumento donavit Athenienses Atticus xxv, 2

Frustrari seipsum (nocendi signif.) xxiii, 2 (Sic sæpe Cæsar, ut B. G. iii, 15. iv, 14. B. Civ. ii, 32. et xlii, 3, 97 &c. Gebh.)

Fugam alicujus sublevare (de expulso et hoste judicato) xxv, 2 fuga periculum evitare xiv, 2 salutem petere xxiii, 11 ex fuga plerique in templum Minervæ se conjecerunt xvii, 4

Fugare (vincere et fugare) xv, 5 fugare classem xiii, 2 hostem uno prælio xxiii, 4

Fugere procurationem reip. (abstinere ea &c.) xxv, 15 hæc Dionysium non fugiebant (satis intelligebat hæc) x, 2

Fulget indoles virtutis in eo xviii, 1 (elucet, exsplendescit. Suet. Tit. 3 'in puero statim corporis animique dotes exsplenduerunt')

Fulvia uxor Antonii xxv, 9
Fundamenta: arcem, domum a fundamentis disjicere (i. e. funditus, ἐκ θεμελίων) xx, 3. xxiii, 7 (Sic 'a radicibus' apud Phædrum, 'a stirpibus' apud Sallustium)
Funditores xiv, 8
Funesta victoria (illætabilis, detestanda) xv, 10
Fungi munus militare xiv, 1 (similia exempla cum quarto casu collegit h. l. Lambinus et Kirchmaierus. add. Voss. de constr. c. 22. et Buchn. de commut. dic. rat. i, 20, 1. pag. 309). fungi munere servorum (de Helotis) iv, 3 potius barbarorum quam civitatis more fungar (eleganter, de usurpatione moris patrii aut peregrini) ix, 3 functus summis honoribus ii, 7 (qui magnis rebus præfuit, multum in imperiis magistratibusque versatus est, ut hæc παραφράσεως causa repetantur ex i, 8. iii, 3. Sic plane Suet. Aug. 2. et Calig. 26)
Funus militare honestumque xviii, 13 funus nullius ex suis vidit (de morte &c.) xxi, 2 funeris pompam (ultima voluntate prohibet Atticus) xxv, 22 funeris publici honor x, 10 funere amplo efferre xviii, 4
Furius L. Cos. xxiii, 7
Futurorum conjectatio, inter dotes ingenii prudentiæque ii, 1 (v. Comm. Boecler. pag. 22. seq.)

G.

Galea venatoria (ex hirsutis pellibus consuta) xiv, 3 (Probat enim in conjectaneis suis ad Varronem Scaliger, ex diversis animalium pellibus galeas olim fuisse confectas: adde Veget. lib. 11. cap. 17)
Gardates xiv, 8 (Sic habent plerique libri; sed nos edidimus Cardaces, Brissonium et Schottum secuti)
Gaudere: gavisus magnopere tot hominum salute mittit &c. iv, 2
Gazæ regiæ custos xiv, 5 (γαζοφύλακες, γαζοφυλακοῦντες appellantur illi Persarum præfecti: vid. Briss. de regn. Pers. l. 1. thesaurarii, arearii, ut habet vet. interp. Esther. iii, 9. ubi v. annot. Drusii. add. Freinshem. ad Curt. v, 1, 20. Pricæum ad Act. viii, 27 &c. Curtio l. c. dicitur 'regiæ pecuniæ custos.' Est autem Gaza Persis propria vox de pecunia reg. quod vel ex Curt. iii, 13. constat. plura Drusius in Observat. et Freinshem. Ind. Curt.)
Gellius Q. Canus xxv, 10
Geminus Servilius xxiii, 4
Genealogiæ claror. virorum xxv, 18
Gener regis (pro marito filiæ regis) ix, 2 (pro marito sororis) iv, 1 (si Cujacio obs. vi, 17. aliisque credimus) gener socerum in vinculis habet xxi, 3
Gens (pro regione interd. ponitur). Sic: in Lucanis absens xxiii, 5 in Sabinis versatus est xxiv, 1 ex Medis ad adversariorum hybernacula pervenit xviii, 8 in Persas proficisci xvi, 4. xvii, 4 (Sic: in Hirpinis Vellei. ii, 68, 3). gens Cataonia (pro regione) xiv, 4 gentis Græciæ duces xxi, 1 gentes maximæ, bellicosissimæ xxii, 4 gentium jus commune (v. Jus) ii, 7
Genus antiquum (famil.) xiv, 2 honestum xv, 2 summum vii, 1. xviii, 1 generis antiquitas a majorum gloria distinguitur (quæ scil. facta potius respicit) i, 1 Genus (gens, natio): genus Macedonum xxi, 2 Sic: tres sunt præterea ejusdem generis, ibid. genere Græcus i, 3 (Sic vocatur, qui genus quidem ex Græcis ducit, domo tamen et patria Græcus non est. Buchn.) cujus generis cum magnus numerus esset (eleganter pro simplici relativo ad præced. colonos) i, 1 Sic: cursor ejus generis, qui &c. i, 4 generis ejus multitudinem magnam dispalatam immisit (jumentorum scil. in terribil. speciem adornatorum) xxiii, 5 genus quoddam hominum, quod Helotes vocatur iv, 3 utrumque genus hominum (et qui, et qui) xviii, 11 omni genere copiarum abundare (tam equitatu, quam peditatu) xviii, 5 genus scripturæ (ratio &c.), Præf. genera exercitationum xvii, 3
Generatus ab origine ultima stirpis Romanæ (oriundus) xxv, 1
Generosus (de nobili famil. dicitur) ii, 1. v, 1 generosa fama majorum (fama ex majoribus generosis &c.) x, 1 generosa stirps Eumeni defuit xviii, 1 generosi condiscipuli (γενναῖοι, animo erecto excelsoque præditi) xxv, 1 generosæ (fœminæ nobiles) xxv, 12
Gerere consulatum (administrare) xxiv, 2 Sic: gerere imperium xv, 7 magistratus xiii, 3 præturam xxv, 6 rempub. vii, 7 Sic: non potest bene geri respubl. multorum imperiis x, 6 (ubi

Mss. Schotti 'regi'). gerere honores xxv, 6 res magnas (efficere) xxii, 3 de actu rerum, qui distinguitur a consilio ii, 1 Sic: nulla res major gerebatur sine eo ii, 1 res nulla gesta est publica, de qua prius sit decretum, quam &c. xx, 3 his de rebus si quid geri volueris iv, 2 hæc dum geruntur xiv, 5 quæ dum in Asia geruntur (in transitione ad novam narrationem) xxiii, 12 quæ gererentur, fieri præcepto suo ait x, 8 (Sic in Mss. Boecleri). Sic: post rem gestam xxiii, 5 (et absolute:) gesta ejus pleraque xiv, 1 gerere rem multis consciis x, 8 gerere rem male (uti adversa fortuna) i, 3. ii, 5 rem male culpa xi, 1 res male vii, 5. xxii, 1 gerere bellum (de ducis officio) ii, 2 gerere bellum inter se xxi, 3 Sic: gerebatur bellum inter eos et mari et terra xxiii, 10 bellum in aliquem vi, 1 bellum cum aliquo adversus aliquem xii, 3 gerere amicitiam (exercere) xiv, 10 inimicitias xxv, 11 gerere morem voluntati alicujus (parendi notione) xiv, 4 Sic: gerere morem alicui x, 3 Sic: gestus est ei mos ii, 7 gerere vestem xiv, 3 galeam venatoriam in capite, ibid. gerere se sic, ut xxv, 3 gerere se contumacius v, 2 se crudelissime xviii, 6 se elatius iv, 2 se parum splendide xxv, 14

Germana soror (ὁμοπάτριος, consanguinea, eodem patre nata, sed non eadem matre), Præf. et v, 1 (Adde de vocis usu Gifan. Obs. L. L. pag. 101. et qui verba illius pro more descripsit, Pareum in Lex. Crit. ubi inprimis laudatur l. 1. C. Theod. l. 2. t. 19. de inoffic.)

Germania, (provincia Europæ maxima): in Germania potoria vasa ex onyche facta, Fr. 8 in Germaniæ littora Indi quidam exiere, ibid.

Gladius: gladium per fenestras dedit x, 9 gladii minuti (breviores) xi, 1 gladios obruere xiv, 11 (v. Obruere)

Globus: sic ille consensionis globus hujus unius dissensione disjectus est (de numero conspiratorum, factione, cohorte, turba) xxv, 8 (ubi Buchnerus annotat, 'globum' a Nepote vocari illos, qui Bruto et Cassio privatum ærarium constituere paraverant, et conspiraverant quasi, et factionem fecerant. vid. ejus Thes. Sic apud Vellei. 'globus conjurationis' ii, 58, 1)

Gloria: gloria majorum (sc. ob merita) i, 1 rerum gestarum xxi, 2 gloriæ insolentia xvii, 5 (v. infr. Insolentia. Cognatas voces conjunxit Cæsar l. 1. B. G. c. 14. 'quod sua victoria insolenter gloriaretur.' Vorst.) gloriæ comes invidia xii, 3 gloriam belli magnam turpi morte maculavit iv, 5 Agamemnonis belli gloriam sibi videbatur consecutus xv, 5 præter gloriam nihil de republ. cepit xv, 3 gloriam paternam tueri xix, 1 gloriam a patre acceptam multis virtutibus augere xiii, 1 gloria inveterata xviii, 8 magna fuit gloria honoris corona viii, 4 (v. Esse abstinentia)

Gloriosum (ἀλαζονικὸν) xx, 4 (Sic ap. Plaut. 'gloriosus miles.' Lamb.)

Golonæ s. Colonæ (locus in agro Troade) iv, 3

Gongylus Eretriensis iv, 2

Gortynii xxiii, 9 (Gortyn sive Gortyna, urbs Cretæ, etiam Strabonis ætate clara, Cnosso finitima, nunc exiguus pagus. v. Steph. de urbib. et Ubb. Emm. tom. 1. vet. Græc. pag. 138. adde Plin. iv, 12. Ceterum Nummum ΓΟΡΤΥΝΙΩΝ vide ap. Carol. Patin. Thes. Numism. cap. 2. pag. 21)

Gracchus T. Sempronius insidiis periit xxiii, 5

Graccho C. filia Bruti nuptum data, Fr. 9

Gradus (proprie): paucis ante gradibus, quam qui sequebantur, in ædem Minervæ confugit iv, 5 Gradus (improprie): eodem gradu fuit ap. Alexandrum (sc. honoris et amicitiæ) xviii, 1 Sic: gradum quem tenebat, auctus adjutusque a Demosthene ascenderat xix, 2 (Plene Curtius: 'affirmans eundem illis amicitiæ gradum patere ap. Regem' v, 10, 10. 'quo propiore gradu amicitiæ me contingis, hoc majus est dissimulationis tuæ facinus' vi, 7, 32. Et Livius: 'in eum gradum amicitiæ regis acceptus erat' xxxv, 18. Sic Valer. Max. 'his gradibus officiorum jacentem ad regium fastigium erexit' v, 1, 1. Et Noster:) gradus primus capessendæ reipubl. fuit bello Corcyræo ii, 2 qui secundum gradum imperii tenebat (de proxima a rege dignitate) ix, 3 (Est et gladiatorium vocabulum Gradus. unde Noster:) gradu a Themistocle Xerxes depulsus est (i. e. victus est) ii, 5 (Elegantissime enim hæc metaphora a pugnantibus ad consilii et propositi statum et captam veluti ex arte et ratione opportunitatem transfertur. ut 'depelli gradu' dicatur, cu-

jus status ita conturbatus, ut si quis in pugna de loco dejicitur. Cic. I. off. 23. proverbium 'de gradu dejici' (quo etiam 16. ad Att. ep. 16. usus est) ad perturbationes animi tumultuantis et a statu rationis quasi discedentis venuste accommodat. Eadem locutione in oratione Cæciniana dicitur, 'de statu demovere.' ubi vide, quæ Petrus Faber erudite annotavit. Boecl. Adde eund. Agonist. i, 11. et Lips. Saturnal. ii, 20)

Græca oratio (sermo Græc.), Fr. 3 Græca lingua loquentes i, 3. x, 1 Græci genere i, 2 (vid. Genus). Græci libri Hannibalis xxiii, 13 Græcæ literæ (de lingua Græc.) xxiii, 13 pro rebus et lectione Græcorum, Præf.

Græce loqui xxv, 4 Græce confectus liber xxv, 18

Græcia (pro regione) : omnes Græciæ civitates ix, 5 cetera Græcia iv, 2 Græcia (pro incolis Græciæ) i, 6 Sic: Græciæ arma ii, 4 (v. Barth. advers. xx, 21). Græciæ liberandæ occasio i, 3 totam Græciam liberavit Miltiades (sc. a Persis) i, 6 cunctam Græciam Conon a Lacedæmoniis liberavit ix, 4 universam Græciam in libertatem vindicavit Epaminondas xv, 8 Græciæ principes Thebani xv, 5 &c. Græcia gens (Græca vel Græcorum) xxi, 1 Sic : Græcia civitas vii, 7 (ubi 'civitatis' vocem male ejicit Lambinus. Vellei. i, 4, 2 'magna vis Græciæ juventutis.' ita enim legend. ex editione Rhenani. v. tamen Boecl. not. ad h. l.)

Graius (adject. ἑλληνικός) : quas (scil. Alpes) nemo unquam cum exercitu ante Hannibalem, præter Herculem Graium, transierat xxiii, 3 quo facto is hodie saltus Graius appellatur, ibid. (Lipsius cent. 1. ad Belg. ep. 93. 'uterque,' inquit, Hercules et Hannibal, 'per Alpes ivit, sed non signate easdem earum partes.' quæ mens et in Silii, fortasse et in Æmilii Prob. verbis). Graius (substant. Ἕλλην.) : Graiorum virtutes, Præf. Graiorum præda locupletari vii, 7

Grammatici (quinam Græcis dicantur), Fr. 6 (quem locum illustrabunt, quæ erudite congessere Wower. de polym. cap. 4. et Voss. de art. Gramm. i, 1. et seqq.)

Grandis liber vi, 4 (ita quidam Mss. codd. verum Nos edidimus, gravis)

Gratia (pro grati animi memoria) : gratiam alicui pro meritis referre ii, 8 satius duxit, si ita tulisset fortuna, perire bene meritis referentem gratiam, quam ingratum vivere xviii, 6 in aliqua re maximas alicui gratias agere atque habere xx, 4 (v. Cort. ad Sall. Jug. cap. 110. n. 4). magnam ab aliquo inire gratiam (valde aliquem demereri) vii, 9 (Sic Terentius Eun. iii, 5, 9. ubi vide Donat. item Plautus Cistellar. ii, 3, 84. A plerisque tamen Mss. Nepot. illud 'ab eo' abest). Gratia (pro amicitia et benevolentia) : gratia alicujus augere possessiones suas xxv, 12 in gratiam redire cum suis vii, 5 in gratiam redire cum rege xiv, 8 nunquam cum matre in gratiam rediit (i. e. uti mox loquitur, nunquam cum matre in simultate fuit : ponitur n. consequens pro anteced.) xxv, 17 Gratia (de eo, qui gratus ap. alios est) : gratia multum valere ap. aliquem ix, 2 est in illo adolescentulo magna gratia xxv, 2 propter gratiam honores non petiit, cum ei paterent xxv, 6 propter suam gratiam nullius conditionis non habere potestatem xxv, 12 Gratia (pro venia) : gratiam malæ existimationis, si quid esset erratum, postulavit (i. e. veniam erratorum, ne quis sinistre ea interpretaretur), Fr. 2 Gratia (causa, ergo) : hujus accusandi gratia ix, 3

Gratus (beneficii memor) : quæ ipse tribuerat beneficia, tamdiu meminerat, quoad ille gratus erat, qui acceperat xxv, 11 munus gratum acceptumque xxiii, 7 quæ omnia ap. Græcos et grata et laude digna ducuntur xv, 1

Gratis (absque præmio) xv, 4

Gravis (scil. moribus, σεμνὸς) xv, 3 gravis liber vi, 4 gravis morbus xxiii, 4 hoc si tibi grave est ix, 3 tres gravissimi historici vii, 11

Gravitas (morum scilicet) cum facilitate xxv, 15 gravitas Lacedæmoniorum iv, 4 (in suspendenda, dum res penitissime exploraretur, fide. Boecl.)

Grunium in Phrygia castrum vii, 9

Gubernator (scil. navis) xii, 4. xxv, 10 (propria nauticæ rei vox : v. Scheffer de Milit. nav. iv, 6)

Gymnasium Timoleonteum xx, 5

Gynæconitis (est Græcum γυναικωνίτης sive γυναικωνῖτις, ἰδος. dicitur n. utrumque), Præf. (gynæceo συνώνυμον locum in ædibus, i. e. solis mulieribus ad habitand. datum, facit Grapaldus de part. æd. lib. 2. cap. 5.

Boecl. Add. Vitruv. vi, 10. et ibi not. G. Philandri)

H.

Habere amatores quam plurimos, Præf. bona multa ab natura x, 1 exitum vitæ talem vel talem xviii, 13 Sic: habuerunt hunc exitum plerique clari viri xix, 4 habere maximam fiduciam potiundi regni xvii, 4 summum imperium xvii, 2 tantum amorem omnium, ut &c. (adeo ab omnibus amari, ut &c.) xx, 3 (Sic fere Cicero 2. de offic. 'maxime necessarium est familiaritates habere fidas amantium nos amicorum et nostra mirantium'). habere nullam invidiam (non invidiosum esse) viii, 4 laudem formæ xxi, 1 collegas xv, 7 naturam fautricem, in tribuendis animi virtutibus xvii, 8 obtrectatorem xv, 5 ornamentum ab aliquo (accepisse ab aliquo honores, dignitates, opes) xxv, 7 tempus morandi i, 1 quinquagena talenta vectigalis ex castro vii, 9 (Sic qu. edd.; sed nos edidimus, capere). potestatem cujusvis conditionis (scil. quærendæ, impetrandæ) xxv, 12 potestatem alicujus conveniundi vii, 9 cupiditatem notitiæ clarorum virorum (cupidum esse cognoscendi res claror. viror.) xxv, 18 nihil negotii (de re facili et expedita) xviii, 12 (Sic Cicero passim). præceptorem xv, 2 provinciam (de præfecto provinc.) xiv, 1 societatem cum aliquo iv, 3. xii, 2 maximam spem in aliquo vii, 3 spem victoriæ positam in alicujus pernicie xviii, 11 antiquitatem adeo diligenter cognitam, ut &c. (i. e. cognovisse, scire, tenere) xxv, 18 Philosophorum præcepta ita percepta, ut &c. (percepisse) xxv, 17 Sic: quos relictos atque desertos habuisti (i. e. reliquisti atque deseruisti), Fr. 12 (Ita Suetonius Aug. 94 'cum Augustum incognitum alias haberet.' Quam figuram Græci μακρολογίαν, Latini productionem vocant. vid. Buchner. de commut. rat. dic. i, 21, 1. add. cl. Vorst. de Latinit. falso suspect. cap. 7). tot annos (de ætate tot ann.) xxv, 7 satis eloquentiæ, summam liberalitatem, magnam prudentiam v, 2 festum alicujus diem natalem (celebrare) xx, 5 sancta Deorum templa (non violanda ducere) xvii, 4 (Sic Cicero pro Arch. 'poëtæ semper apud omnes sancti sunt habiti.' Vorst.) habeo vos testes xxv, 21 habere timorem vii, 3 habere aliquem cum imperio ap. exercit. xxiii, 7 habere exercitum ap. (versari cum exercitu) vii, 5 castra nautica juxta hostes vii, 8 castra alicubi xxiii, 5 contentionem cum aliquo (disceptare &c.) xvii, 1 aliquem secum (convictum notat ac ὁμιλίαν) xxv, 4. x, 4 receptare xxiii, 12 non plus habuit secum, quam triginta de suis (de comitatu) viii, 2 habere aliquem ad manum (uti alicujus ministerio) xviii, 1 nihil carius existimatione sua xxv, 15 aliquem carissimum (inter carissim. ponere) xxv, 10. vii, 11 aliqu. collegam in consulatu censuraque xxiv, 1 consilii principem (uti aliquo collega et princip. cons.) xxv, 8 aliq. inimicum (odio haberi ab aliquo) xiv, 5 aliquam in matrimonio, Præf. et x, 1 habere concilium amicorum (convocare amicos) xv, 3 Sic: cum ibi concilium populi haberetur xx, 4 judicium nullum habuit xxv, 6 (de Attico, quem Manutius existimat judicem inter litigantes nunq. fuisse. Boecler.) habere orationem xxv, 22 quæstionem de aliquo (de cognitione judiciali) vii, 4 sermonem de aliqua re (pro quo paulo ante: disputare de aliqua re) xv, 3 habere tempus morandi i, 1 habere alicui fidem ii, 7. x, 5. xiv, 11 alicui honorem præcipuum ix, 1 alicui honorem quemvis ix, 3 alicui honores omnes publice xxv, 3 alicui maximas gratias in aliqua re xx, 4 (quam loquendi rationem male Lambinus negat Latinam esse. vid. Buchn. Thes. v. Gratia). habere iter (faciendum destinasse) xviii, 8 habere sibi aliquid curæ (diligenter curare) xxv, 20 non habuit id satis, sed etiam &c. (non contentus fuit id fecisse) xv, 4 ut Lacedæmonii satis haberent, si salvi &c. xv, 8 (vid. infr. Satis). quemadmodum se haberet (ut valetudo ejus comparata esset) x, 2 ita se habet respubl. xxii, 2 ut haberet, qua fugeret ad salutem (sc. navi) x, 9 habere suspicionem adulterii xv, 5 (heic 'suspicionem habere' idem est ac 'suspectum esse;' Ciceroni vero lib. ad Famil. 8. Epist. 15. est 'suspicari,' quando inquit: 'Suspicionem nullam habebam te reipubl. causa mare transiturum'). non dubitabat se habiturum sententiam Deorum (se

adepturum, sc. corruptis sacerdotibus) vi, 3 qui habet (dives, opulentus), Fr. 5 (mox oppon. qui est pauper. sic : ὁ ἔχων, et, ὃς ἔχει Matth. xiii, 12. xxv, 29. &c.) negabant oportere extra Peloponnesum ullam urbem haberi ii, 6 omnium rerum particeps est habitus (in consilium adhibitus) xviii, 1 haberi in summis ducibus xii, 1 numero sapientum viii, 4 numero sacrilegorum xvii, 4 (signif. reputari, poni &c.) Sic : habetur nefas, Præf. habitus est imperator ix, 2 quando modus ei rei haberi poterit, Fr. 12 haberi male ab aliquo (vexari, detrimentis multis affici) xviii, 12 (Sic Cæs. B. Civ. i, 6, 3)

Habitare bene (commoda habitatione uti) xxv, 13

Hadrumetum (Colonia Phœnicum in Byzacio) xxiii, 6

Hæres ex dodrante xxv, 5 (vid. Dodrans) hæreditate relicta ab avunculo domus xxv, 13 hæreditate relictum odium xxiii, 1 hæreditates bonitate consecutus est Atticus xxv, 21

Hæredium xxiv, 1 (i. e. prædium parvulum teste Festo. Varro lib. 1. de R. R. cap. 10 : Antiquus noster ante bellum Punicum pendebat bina jugera, quod a Romulo primum dicebantur viritim : quæ, quod hæredem sequerentur, 'hæredium' appellarunt. adde Beroald. in Plin. lib. 19. Grapald. pro horto olim usurpatum ait, ipsumque hortum pro villa, Apuleius in Floridis, 'hærediolum' usurpat κτημάτιον. adde not. Ernstii. et Auson. Idyll. 4)

Haliartus vi, 3 (urbs Bœotiæ ampla et locuples, arcto loco inter imminentem montem et lacum Copaidem, nec procul a lacu alio minore et Permesso oppido. Bello Macedonico contra Persea Regem, cujus partes foverat, prorsus deleta a Romanis, ut tempore Strabonis nihil Haliarti superesset. Ubb. Emmius tom. 1. vet. Græc. pag. 43)

Hamilcar Carthagin. primum imperator fortunam Carthag. in melius convertit xxii, 1 ejus in pace facienda consilium et pertinacia, ibid. res trepidas rursum restituit, fines imperii propagat, otium reddit tota Africa xxii, 2 Hasdrubali filiam collocat xxii, 3 in Hispania res magnas gerit xxii, 4 in prælio cadit, ibid. odium ejus in Romanos, ibid. Hamilcar et Hannibal fortissimi et callidissimi Africanorum xxi, 3 imo omnium barbarorum xiv, 1

Hammon : v. Ammon

Hannibal Carthaginensis major ceteris imperatoribus xxiii, 1 adv. hostem invictus, suorum invidia debilitatur, ibid. hæreditario in Romanos odio Philippum, mox Antiochum concitavit xxiii, 2 apud quem in suspicionem adductus purgat se, ibid. novem annos natus in militiam ductus, ibid. juravit inimicitias cum Rom., ibid. imperator fit minor quinque et viginti annis natus xxiii, 3 Hispaniam triennio subigit, Saguntum expugnat, ibid. Pyrenæum saltum transit, ibid. Alpes, ibid. apud Rhodanum, Padum, Trebiam, Romanos vincit xxiii, 4 apud Trasimenum rursus, quamvis æger oculis, ibid. ut et in Apulia, ibid. Fabium strategemate deludit xxiii, 5 Minutium, Sempronium Gracchum, Marcellum vincit, ibid. in Italia semper prælio superior, ibid. revocatus domum, cum Scipione de pace frustra agit xxiii, 6 mox pulsus Hadrumeti contrahit copias, ibid. interim pace cum Romanis facta res in Africa gerit xxiii, 7 ex quo imperio dom. revocatus præturam laudabiliter gerit, ibid. deinde metu deditionis profugus ad Antiochum, domi exul judicatur, ibid. denuo Carthaginenses ad bellun. conatur inducere xxiii, 8 confligit adv. Rhodios, ibid. Antiocho fugato Cretam profectus xxiii, 9 astu quodam opes suas servat, ibid. hinc ad Prusiam venit, eumque advers. Rom. instigat xxiii, 10 Eumenem mirabili dolo superat, ibid. repetitur a Romanis et mox in castello suo circumsessus venenum sumsit xxiii, 12 de tempore mortis ambigitur xxiii, 13 Græcas literas didicit, ibid. quos rerum suarum scriptores nactus sit, ibid. Laudatur xxi, 3. xiv, 1 Marcello interfecto, quomodo se gesserit, Fr. 9 ab eod. victus est, ibid.

Haruspex xx, 1

Hasdrubal male audit ex contubernio Hamilcaris xxii, 3 fit ejus gener, ibid. succedit ei, ibid. mores vetustos pervertit, ibid.

Hastæ brevis modus duplicatus xi, 1 (v. supr. Duplicare). ad hastam publicam nunquam accessit xxv, 6 (Manutius : Bona civium Romanorum publicata, quæ ad hastam in auctione veniebant,

nunquam emit. Nam si quando bona proscriptorum hostiumve manubiæ, aut prædæ venales forent, vectigaliave locarentur, usus obtinuit, ut hasta posita venirent, quæ 'publica' dicta est, ut habet Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 16. Add. Keuchen. ad h. l.)
Hastile xv, 9
Hellespontus (modo fretum inter Sestum et Abydum significat, modo regionem freto adjacentem, inde a Dardano usque ad Cyzicum) : quem pontem in Hellesponto fecerat ii, 5 quæ pars Asiæ inter Taurum montem jacet atque Hellespontum xviii, 3 Hellespontum copias trajecit xvii, 4 Hellespontus desciverat (ab Atheniensib.) xiii, 3 Hellespontum receperat vii, 5 Pausaniam Hellespontum miserunt iv, 2
Helotes (Εἵλωτες Ms. Dan. Illotæ pro Ilotæ; servi Lacedæmoniorum) iv, 3 (de quib. v. Nic. Crag. de rep. Laced. i, 11. add. Ubb. Emm. tom. 3. Græc. vet. p. 139. seq. et Mag. ac Lamb. ad h. l. Meurs. Miscell. Lac. ii, 6)
Helvius C. xxiv, 1 (alii: Ælius)
Hemerodromœ (Græc. ἡμεροδρόμοι) i, 4 (q. d. 'cursores diarii.' vid. Suidas et not. Primæ ejus muneris partes, inquit J. Rave in comm. ad h. l., olim in eo sitæ erant, 'ut sub manum annunciari cognoscique possit, quid geratur,' interprete Suetonio. Nobis hodie, **die Post.** Antiquissimum sane institutum. Persarum initio, quibus Angari et Astandæ dicti; de quib. Herodot. viii, 98. Xenoph. Cyr. Pæd. lib. viii, 3. Deinde Græcorum, ut h. l. Tandem ab Augusto ad Romanos translatum, de quo operæ pretium est videre Sueton. ii, 49. et Symmach. Ep. x, 37. E recentiorib. v. Brisson. de regn. Pers. pag. 147. Casaub. ad Suet. l. d. Lips. centur. Epist. ad Ital. et Hisp. 59. pag. 363)
Hephæstio magni æstimatur ab Alexandro xviii, 2
Heraclides interficitur x, 6
Hercules, ex Herculis progenie principes xvii, 1 Hercules Graius ante Hannibalem Alpes cum exercitu transiit xxiii, 3
Hermes Andocidis vii, 3 hermæ, ibid. (Statuæ erant Mercuriales quadratæ sine manibus et pedibus, de quibus vide Thucydidem lib. 6. et ejus Scholiasten. Boecl. Adde Suidam et Magium, Lambinum et Keuchenium ad h. l. itemque Pigrel. de statuis illustr. Rom. cap. 17. Syntagma de Hermis, Hermathenis, Hermerotis et Hermeraclis affectum habuisse Felicem Osium, disco ex elogiis Jac. Philippi Tomasini; sed nescio an prodierit)
Hermodorus Salaminius, Fr. 11
Hetærice xviii, 1 (ita vocabatur hæc ala equitum ap. Maced. ab amicitia et veluti sodalitate regia. vid. quæ Lambinus heic congessit. Boecl. Dici Arriano lib. 5. videtur τῶν ἑταίρων τὸ ἄγημα, et lib. 6. ἵππος ἡ ἑταιρική)
Hic, hæc, hoc (pronomen demonstrativo-relativum) falsa his esse delata contendit ii, 7 in his bonis ingenium docile x, 1 complures urbes expugnaverant; in his Byzantium vii, 5 ab hoc tamen viro Scismas descivit xiv, 7 huic ille, fallis, inquit xv, 5 imperium his erat abrogatum xv, 7 hanc legem cum reipublic. causa latam videret, ibid. omnium his temporibus potentissimus Rex xxiii, 2 atque hic tantus vir tantisque bellis districtus xxiii, 13 sunt aliquot ejus libri; in his ad Rhodios de Cn. Manlii Vulsonis in Asia rebus gestis, ibid. hujus bella gesta multi memoriæ prodiderunt, ibid.
Hicetas vincitur xx, 2
Hierophantes xvi, 3 (genus sacerdotii Atheniensis. v. Alex. ab Alex. lib. 4, 7. lib. 5, 17. add. Meurs. Eleusin. cap. 13. Elmenhorst. et Herald. ad lib. 5. Arnobii, et Jac. Gothofred. not. ad L. 14. Cod. Theod. de Pagan. sacrif. et templ.: qui pleraque veterum loca collegerunt)
Hilaritas (voluptas animi ex ridiculo &c.) xv, 8
Hipponicus vii, 2
Hipparinus x, 1
Hippo xxii, 2 (Urbs valentissima totius Africæ, quæ Diodoro, Stephano et aliis Hippuacra dicitur. Ceterum latere in Hippone barbarum nomen a Græcis interpolatum suspicatur Sam. Bochartus Geogr. Sacr. part. poster. lib. 1. cap. 24)
Hirta tunica (hirsuta, hispida) xiv, 3 (Sic: 'hirta toga' apud Sil. Ital. i, 6, 10. et in dialogo de caus. corr. eloq. xxvi, 2)
Hispania citerior xxiv, 2 (i. e. Tarraconensis provincia. Cum enim antiquitus in tres partes divisa esset Hispania, a Romanis postea in duas, Citeriorem et Ulteriorem, quæ Bæticam et Lusitaniam veterum complectitur, di-

stingui cœpit. vid. Merul. in Hispan. Joan. Gerundensem Paralip. Hispan. l. 1. et Cluverii introductio. Geograph. lib. 2. cap. 3. qui veteribus annotata collegere). Hispaniæ gentes ab Hannibale subactæ xxiii, 3

Histiæus Milesius i, 3

Historia et vita, opp. xvi, 1 (Illa est, scriptio publico actui rerum aptior ideoque instructior; hæc, privatim morib. servit, ideoque simplicior. Plutarchus Alexandri principio: οὔτε γὰρ ἱστορίας γράφομεν, ἀλλὰ βίους. Boecl. adde ejus Librum Comment.) historia contexta temporum (opp. sparsis per Epist. narrationibus) xxv, 16 historiam temporum quorundam relinquere ii, 9 historiæ Catonis xxiv, 3 historicis magis quam vulgo notus xvi, 1 (sic libri vulgati; sed nos edidimus 'historicis'). historia olim non nisi ab honestissimo quoque scribi solita, Fr. 6

Historicus ix, 5. x, 3 historicus qui vitas scribit, qua utatur methodo, quoque scriptionis instituto xv, 1 (confer, Præf.) ejus cura in instruendo lectore servandoque scriptionis modo xvi, 1 in brevitate xiii, 4 in eruendo obscura et explanando xiv, 1 in observando memorabilia xv, 10 nihil omittendo, quod ad scopum pertinet xv, 1 ejus cautio in delectu circa dissensum scriptorum vi, 1. vii, 2. ix, 5. ii, 9. 10 (ad eam mentem Livius xxii, 7. 'Fabium,' inquit, 'æqualem temporibus hujusce belli, potissimum auctorem habui,' &c.) historici tres gravissimi, Thucydides, Theopompus, Timæus vii, 11 historicorum dissensus xxiii, 13 in judicio de personis vii, 11 de historicis liber Nepotis x, 3

Homerus (Poëta sine exemplo maximus) xiv, 2 Homeri versus x, 6 rhapsodiæ, ibid. (v. Rhaps.) quando vixerit, Fr. 1

Homo maximi corporis xiv, 3 homo Romanus, Fr. 3 homo magnus (vir magnus) iv, 1 homines magni xviii, 1 (Sic quoque Livius xxx, 10. et Cicero ad Attic. 2. Ep. 2 'magnus homo es,' ironice ap. Martial. ix, 50. Ponitur hæc vox aliquando eleganter pronominis vice, ut xviii, 2. 4)

Honesto loco (scil. ortus) xviii, 1 honestum genus xv, 2 honesta dignitas (de pulchritud. virili) xviii, 11 (ut ap. Ter. 'honesta forma, facies.' v. Thes. Buchneri). non eadem omnibus honesta (ap. omnes decora, πρέποντα), Præf.

Honor regni (pro ipso regno) xvii, 1 honores rari, tenues, gloriosi, effusi, obsoleti i, 6 frequentes xix, 1 Miltiadi talis honos tributus est (de victoriæ præmio) i, 6 honos præcipuus habitus ei est (de præcipua dignitate collata, ut ex seqq. apparet) ix, 1 (Sic Terentius, quanquam per sarcasmum, Eunuch. v, 7, 22 'hic pro illo munere tibi honos est habitus.' add. Buchn. Thes. v. Honor). non est grave quemvis honorem habere regi ix, 3 huic omnes honores, quos possunt, publice habent xxv, 3 honores, quomodo petendi, capiendi, gerendi xxv, 6 honoribus operam dare (accedere ad hon. et remp. capessere &c.) xxiv, 1

Honoratus et potens xii, 3

Honorificus: quod multo quam ap. Romanos honorificentius ap. Graios est (quod majorem honorem ap. Graios confert, quam &c.) xviii, 1

Hortari ad pacem amicitiamque xiv, 8 hortari milites (allocutione prælio firmare) i, 6 legati hortabantur accipere (ut acciperet) xix, 1 (Similiter et aliis hortandi Verbis infinitivus subjicitur. Justinus xxix, 4, 5 'multis promissis impellit Ætolos bellum adversus Philippum suscipere.' Vorst.)

Hortatu illius Romam demigravit xxiv, 1

Hortensius Q. princeps eloquentiæ, Ciceronis æmulus xxv, 5

Horti Cimonis v, 4

Hospes ex Arcadia vii, 10 hospites ad eum defendendum convenerunt xiii, 4 hospitem tanti fecit, ut mallet &c. xiii, 3

Hospitium: hospitio alicujus uti v, 3 hospitio alicujus contineri vi, 1 (v. Contineri). hospitium mihi est cum illo (de jure hospitii) ii, 8 quam hospitii, sanctiora jura patriæ duxit esse xiii, 4 illud recusavit, quod adversus jus hospitii esset xxiii, 12 (Antiquitus enim, ut fere inquit Buchnerus Thesaur. v. Hospes, ita solebant hospitia contrahi, ut ab hospitibus dimidiatæ acciperentur tesseræ mutuo: cujusmodi tesseram, si quis afferebat deinceps, (quam ob causam diligentissime asservabantur,) agnosci poterat, et tanquam hospes atque amicus vetus hospitio excipi. Atque hoc jus ad liberos etiam transibat. Deique hospitalis reverentia

religiose colebatur. Hactenus Buchnerus, qui ex Livio præterea observat hujusmodi hospitia non privatos modo, sed Reges, viros Principes et Civitates solitos fuisse conjungere, vel parandæ potentiæ vel stabiliendæ causa. Ceterum totam hanc rem de more ac jure hospitii ap. veteres, tum de necessitudine ac religione hospitalis fœderis copiose illustravit Jo. Guil. Stuckius antiquit. convival. lib. 1. cap. 27. add. Jac. Phil. Tomasini librum de tesseris hospitalitatis anno 1647. Utini editum)

Hostiæ xxiii, 2

Hostis (hostis in sua terra invadendus) xvii, 2. xxiii, 8 imparatus a paucis vincitur, paratus vix magno exercitu xiv, 4 hostem judicare aliq. ix, 4 hostes non temere credunt, quæ palam pronuntiantur xvii, 3 hostem esse alicui i, 4 naves in hostium veniunt potestatem vii, 5 pares esse hostes neque mari neque terra possunt vii, 6 Marium hostem judicatum juvit opibus suis xxv, 2 hostis Antonius judicatus Italia cessit xxv, 9 (Enimvero eos, qui contra patriam arma cepissent, vel a rep. defecissent, resque novas moliti essent, moris erat, hostes a Senatu judicari, inquit Brisson. formul. 2. ubi plura vid. Boecl.)

Hujusmodi: id hujusmodi erat, ut &c. (sequebatur ex eo, fiebat, is erat effectus ejus rei) x, 7

Humanitas summa i, 8 humanitate capiuntur homines vii, 9 humanitate civitates omnes præstant Athenæ xxv, 3

Humare aliquem (cremati alicujus cineres collectos humo operire, sepelire) xviii, 13

Humilis: nemo tam humilis erat, cui non ad Miltiadem aditus pateret i, 8 humilis vestitus (vilior) xvii, 8 humilia (infra dignitatem honesti viri posita), Præf. humiliore fortuna (inferiore) xxv, 19

Hyberna ad usum belli sumere xviii, 8

Hybernacula xvii, 3. xviii, 8 (pro hybernis: ut ap. Sallust. Cat. 123. ubi v. not. Dan. Parei; alias 'hybernacula' pro ipsis tentoriis sumuntur, sive pro pellib. sub quibus antiquitus milites hyemabant. Boecl.)

Hyems (pro tempestate) xxv, 10 (vid. Serv. ad illud Virg. Æn. 1 'Emissamque hyemem sensit Neptunus'). hyemale tempus xiv, 6

Hyemare: hyematum reducere exercitum aliquo xvii, 3 eamque in Mediam hyematum coëgit redire xviii, 8 in finitima regione hyematum copias divisit, ibid. (Cæsar B. C. i, 37. dixit: 'legiones circum aliqua loca hyemandi causa disponere')

Hystaspes Darii pater xxi, 1

I.

Jacere (de situ): hæc gens jacet supra Ciliciam xiv, 4 pars Asiæ, quæ inter Taurum montem jacet atque Hellespontum xviii, 3 portus jacens inter Cyrenas et Ægyptum xvii, 8 (v. cl. Vorst. de Latinit. falso susp. cap. 13. pag. 151). jacens (de eo, qui in pugna cecidit) viii, 2

Jactari fluctibus maritimis xxv, 6

Jam tum xiii, 3 jam tum illis temporibus viii, 2 cum illo venisset Tissaphernes, jam Agesilaus magna præda erat potitus xvii, 3 hic cum jam animo meditaretur proficisci in Persas, nuntius ei domo venit xvii, 4 (sic edidimus ex Ms. Dan.) cum jam haud ita longe abesset, obsistere ei conati sunt, ibid.

Janua: puer ab janua prospiciens xxiii, 12 (Pignor. de servis pag. 214. existimat servulum significari, qui claustris januæ præesset, qualem Lævius apud Gell. xii, 10 'claustritumum' dixit. alii τὸ 'ab janua' ad verb. prospexit referunt)

Jason tyrannus xiii, 4

Ictus lapide xxi, 2

Id quod xiv, 4. xx, 1. xxi, 2 (eleganter, pro Quod, vel Quod etiam). id Carthaginem delatum est (subaud. factum) xxiii, 3

Idem: satrapes idemque gener regis ix, 2 idem continens, &c. xv, 3 (copulæ vicem præstat eleganter: 'iidem illi Eumolpidæ sacerd. t. r. s. c.' vii, 6)

Idoneus: idoneo loco castra fecerunt i, 5 idoneus locus ad castra ponenda xiv, 11 idonea causa (speciosa et opportuna) ii, 6 idoneum tempus (opportunum &c.) xxv, 2

Igitur: Eumenes igitur intelligebat, si copiæ &c. xviii, 3 (Sic qu. edd. Sed nos expunximus τὸ igitur, quod pro 'inquam,' vel, 'ut cœpi dicere,' Lambinus et Boeclerus positam post longiorem ἐπεμβολὴν ac suspensionem cœptæ narrationis putant)

Ignis in castris, qua consuetudine habitus xviii, 8. 9

Ignorare aliquem (non nosse) iii, 1 (Sic Terent. Heaut. i, 1, 52 'erras, si id credis, et me ignoras, Clinia.' et Suet. Vitell. 17 'sciscitantes quisnam esset: nam ignorabatur.' Similiter Tac. Hist. iii, 74, 1. et H. iv, 36, 4. Gif. observ. p. 112). ignorare te nolui ista (docere volui &c.) xxv, 21 ignorantia bonarum rerum (ἀβελτερία) xvii, 8 (v. Bon.)

Ignoti (active, qui non norunt) xvii, 8 (Sic Cic. ad Fam. 5 'ignotis nota faciebant.' Et in Verr. 5 'producere ad ignotos.' Lamb.)

Ille (celebritatis, famæ, laudis respectu additum): Pittacus ille viii, 4 Pylæmenes ille xiv, 2 ille vir xxv, 18 non ille quidem major (abundat eleganter, non sine nervo tamen) xviii, 1 ab illo eodem vita privatus dicitur xxi, 3 (Sic quoque 'illud' usurpatur cum nota celebris aut usitatæ sententiæ, veri verbi, &c.) præceptum illud viii, 2 (Ceterum in his exemplis: moneo, ne vii, 8 illud recusavit, ne xxiii, 12 illud unum intelligi volumus xxv, 11 illud sine dubio; neminem &c. viii, 1 illud addubitat, utrum ix, 5: satis elucet ἔμφασις δεικτική, in rei vel denuncianda magnitudine ac momentis, vel excipienda distinguendave gravitate, vel flectenda ad præcipuum docilitate. Aliter et cum figura dissimulationis ac mitigationis, in re, cui vocabulum detrectatione judicii ponere nolumus, usurpatur ibi. Boecl.) secutum est illud, cum resp. &c. xxv, 8

Illuc: sed illuc redeamus xvii, 4 sed illuc revertor x, 4 (in digressionibus finiendis. Vorst.)

Illudere aliquem (callido invento fallere) xxiii, 10 (v. Voss. de Construct. cap. 48. et Boecl. Chrestom. Ter.)

Illustris adolescens (generis resp.) xxii, 3 illustris res pop. Roman. (ἀξιομνημόνευτόν τι) xxv, 18 illustre factum in re militari iii, 2 illustre est ei maxime (insigne ad famam) xxi, 1 illustriores legationes x, 1 illustrissimum prælium (celeberrimum) iv, 1 quod quidem sub ipsam proscriptionem perillustre fuit (quod præcipue tum intelligi et judicari potuit) xxv, 12

Illustrari (notum clarumque fieri, ad famæ celebritatem pervenire) ii, 1 (nisi malis idem esse, ac dignitatib. publicis et magistratib. ornari: quod suadere videtur id, quod sequitur ii, 2 'Primus gradus capessendæ reip. &c.' (Sic: vet. lapis Ferrariæ in ædibus Fr. Guicciardini: ORNAMENTIS DECURIONATUS ILLUSTRATUS. Similiter accipiendum est illud Salviani lib. 4 'ut pauci illustrentur, mundus evertitur, unius honor orbis excidium est.' v. Buchn. Thes.)

Imaginem consuetudinis atque vitæ alicujus exprimere (mores et vitam alicujus describere) xv, 1 imagines cl. virorum xxv, 18

Imbui cupiditatibus x, 4

Imitari aliquem aliqua in re velle x, 3 consuetudinem gentis (moribus ejus vivere) vii, 11

Imitator: moris majorum summus imitator fuit xxv, 18

Immerentes (innoxii, insontes) x, 10

Imminere (moliri oppressionem) xviii, 10

Imminuere animi magnitudinem (minus quam, frangere) xviii, 5

Immittere jumenta (sc. ad host. castra) xxiii, 5

Immoderata licentia (vulgi scil. libertatem suam intemperanter habentis et in licentiam vertentis. Boecl.) vii, 4

Immodestia (de licentia milit. et dedignatione parendi. Boecl.) vi, 1. vii, 8

Immolare hostias Jovi xxiii, 2 (v. Briss. Form. 1. 'non est hic victimarii aut popæ, sed sacerdotis aut magistratus, qui sacra facit.' Boecler.)

Immortalis: memoria immortali retinere beneficia percepta (ἀϊδήτικῶς de diligenti, perpetua memoria) xxv, 11 immortalis pugna (dicitur, cujus gloria est immort.) xv, 10 immortales Dii xx, 5 (ἐπίθετον solenne)

Immutatus: mirabiliter vulgi immutata est voluntas x, 10 (Sic Lambinus edidit. Nos e libris melioribus: mutata)

Imparatus: existimabat facilius se imprudentem imparatumque parva manu oppressurum, quam paratum quamvis magno exercitu xiv, 4 (sic qu. edd.: sed τὸ 'imparatumque' genuinum non videtur). omnes imparatos imprudentesque offendit xvii, 2

Impedimenta viii, 2 (significatione militari, pro sarcinis, instrumentis, vehiculis, ipsisque jumentis, quæ expeditionum necessitatibus et vecturis serviunt. Boecl.)

Impedire aliquem multum ix, 2 ne quis impediretur, quo minus &c. v, 4

Impelli auctoritate alicujus (moveri) i, 5 ad perniciem alicujus (concitari &c.) xiv, 5 ne hujus quidem indicio impulsi sunt, ut iv, 4

Impendere (imminere, de mox futuris) xviii, 10

Imperare: quæ civitas ceteris gentibus imperare consuevit ix, 3 imperare crudeliter (scil. in magistrat. gerend.) iv, 3 quantum quisque daret, pro cujusque facultatibus imperabat xv, 3 (ubi lenius quam pro consuetudine vocis 'imperare,' significat 'non nolentibus præscribere.' Boecl.) maritimis civitatibus naves longas imperabat ix, 4 victor privatis pecunias per epistolas imperabat, xxv, 7 (de mandatis eas res jure potestatis exigentibus. Boecl. Adde Freinshem. et Loccen. Indd. Curt.) illo imperante (summam belli administrante) xiv, 5

Imperata facere (i. e. quæ dux mandat) xviii, 9 (Tacitus 'imperium ducis' vocat. Sic enim H. i, 84, 3 'parendo potius quam imperia ducum sciscitando res militares continentur')

Imperator (dux, στρατηγὸς) i, 1. v, 2 Sic: imperator magnus xxiv, 3 summus vii, 1 imperator exercitus duxit (cum ἑρμηνεῦσαι sive copia, fuit dux exercitus) xviii, 13 cum proscriptos præmiis imperatorum vulgus conquireret xxv, 11 (ubi per 'imperatores' intellig. Octavius, Lepidus, et Antonius, quia eo tempore in armis erant). cujus exemplum utinam imperatores nostri sequi voluissent xvii, 4 imperatorum Atheniensium extremi xiii, 4 imperatores Romanos explicavit Nepos xxiii, 13 illa omnia communia imperatoribus cum militibus et fortuna viii, 1

Imperatoria forma (v. Forma) xi, 3 (τὸ βασιλικὸν τοῦ προσώπου vocat Plutarchus in Arato. Sic Justinus vi, 5, 5. in Iphicrate ait 'Imperatorias artes' fuisse. Vorst.)

Imperium (ἀρχή): imperium majus est nactus (de prolatis finibus) i, 6 imperii singularis perpetuique cupidus (i. e. monarchiæ) xxi, 2 imperii maritimi summa a Lacedæmoniis translata ad Athenienses iii, 2 hic simul atque imperii potitus est, persuasit &c. xvii, 2 imperium quinquaginta annorum x, 5 nullum imperium tutum est nisi benevolentia munitum, ibid. imperio regis non parebat (detrectabat imperium, ut Livius alicubi loquitur) xiv, 4 in qua urbe domicilium orbis terrarum esset imperii xxv, 3 sub imperio Lacedæmonior. cuncta fuit Græcia ix, 4 (annotat ad h. l. Keuchenius sumi 'imperium' pro θαλαττοκρατίᾳ, verum nescio an bene. Obstat enim 'Lacedæmoniorum imperii majestas,' quam infra appellat Noster xvi, 2. v. Majestas). neque pristinum imperium recuperarunt (sc. in ceteram Græciam) xvii, 7 cum primum potuit, imperium deposuit xx, 3 quod ceteri reges imperio potuerunt, hic benevolentia tenuit, ibid. nonnullæ insulæ propter acerbitatem imperii defecerant v, 2 quibus singulis ipsarum urbium perpetua dederat imperia (de tyrannide principibus a Dario concessa) i, 3 qui summas imperii tenebant (cum perpetuo imperio præerant), ibid. qui tum summæ imperii præerat ii, 4 si specie imperii bellum videretur administrare xviii, 7 neque id magis imperio quam justitia consecutus est (non tam potestate juris dictionis, quam æquitate administrationis) i, 2 (Sic fere i, 8. non vi, sed suorum voluntate. Loccenius autem strictam h. l. potestatem imperandi aut vim intelligit, Ravius imperium militare, Gebhardus imperii violentiam). fiebat, ut perpetuo imperium obtineret i, 2 (Sic: perpetuam Chersonesi obtinuerat dominationem i, 8). qui amici Alexandri M. post obitum ejus imperia ceperunt xxi, 3 multorum imperiis bene geri respubl. non potest x, 6 (Est interpretatio versus Homerici: οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω). Imperium (magistratus): penes quos summum imperium erat (de Ephoris Lacedæmonior.) ii, 7 cum apud eam summum esset imperium populi xix, 2 (Plutarchus στρατηγὸν καὶ ἄρχοντα vocat, i. e. prætorem. Lamb.) decem delegerat, quibus summum imperium potestatemque omnium rerum committeret vi, 1 Imperium (de militari præfectura): quo imperio pleraasque insulas ad officium redire coëgit i, 7 ejus imperii memoria iii, 2 imperio pari cum atque illos esse jussit xiv, 3 illi summa imperii tradita est, ibid. pari absens imperio præficitur vii, 5 horum imperio tanta commutatio rerum facta est, ut, ibid. qui summum imperium tum inter præfectos habebat regios (præcipuus seu summus dux erat) xvii, 2 Sic: summi imperii potiri (de summo belli duce) xviii, 7 cujus sub

imperio phalanx erat Macedonum, ibid. ob eam rem imperium his abrogabatur (de imperio ducum bellicorum) xv, 7 imperii diligens ix, 1 (Sic in quibusd. ed.: nos vero edidimus 'imperator diligens'). quo imperio plerasque insulas ad officium redire coëgit i, 7 multum in imperiis magistratibusque versatus (si genuina est lectio) i, 8 imperium (de præfecto custodiæ) xviii, 11
Imperitus belli xv, 7
Imperite aliquid facere xx, 3
Impersonalis locutio pro personali: reditum est, pro, redierunt xv, 3
Impertiri debet his doctrinis ætas puerilis (impendi) xxv, 1 (περίφρασις est puerilis disciplinæ. Sic Tacit. A. xiv, 16, 3 'sapientiæ doctoribus tempus impertiebat' &c. xxi, 6 'aures studiis honestis impertire')
Impetus: eo impetu totum bellum delevit (de repentina oppressione hostium) vii, 8 impetus hostium (incursus) xii, 1 it. de hostis urgentis vi xi, 2 impetum facere (impressionem) xvii, 3 in aliquem xiv, 9 impetu primo resistentes pellit xiv, 6
Impiger (scil. in negotiis suscipiendis) xiii, 1
Impius (de fratricida) xx, 1
Implacabile odium xiv, 9 (ἀκατάλλακτον. Livio 25. et Cic. de Arusp. resp. 'inexpiabile bellum')
Implicari in morbum v, 3. xvii 8 (Livius, Lucretius, aliique dixerunt: morbo implicari). implicitus magnis rebus (ex difficultate cœptorum in varias emergendi angustias conjectus) iv, 4 implicatus utraque tyrannide Dionysiorum (necessitudinis sc. et familiarit. ratione) x, 1
Imponere custodem in hortis fructus servandi gratia v, 4 imponere alicui vadimonium (i. e. necessitatem vades dandi) xx, 5 impositum telum (infossum, et, ut paulo ante loquitur, 'obrutum,' sc. terra) xiv, 11 imponere alicui (verba dare, fucum facere) xviii, 5 (Sic Cicero ad Q. Fr. 2. 'cui egregie imposuit Milo noster.' Lamb. Est a. locutio elliptica, in qua Buchnerus Thes. v. Pono. accusativum 'fraudem' subaudiend. putat; Sanctius 'clitellas,' cujus Minervam vide pag. 291. Vossius de Construct. cap. 23. arbitrabatur 'onus,' vel 'ridiculi quippiam' κατ' ἔλλειψιν subtractum)
Impotens dominatio (de intemperantis imperii insolentia et abusu potestatis Boeel.) vi, 1
Imprudens (inscius) vi, 4. xiv, 4 Ita: illo sciente an imprudente sit factum, addubitat ix, 5 imprudentem hostem opprimere (nec opinantem) xviii, 8 imprudentem parva manu opprimere xiv, 4 (opp.: paratum magno exercitu, ibid.) imparatum imprudentemque aliquem offendere xvii, 2
Imprudentia prætorum xv, 7 imprudentia alterius se armare (v. Arm.) x, 8
Impugnare prior voluit (de singulis qui alteri ictum inferre priores conantur) viii, 2 impugnare aliquem (advers. aliq. pugnare) xv, 10
Impulsu perpaucorum arcem occupavit xvi, 1
In (cum accusativo): admirandum in modum patiens xv, 3 bellum in aliquem gerere (adversus aliquem) vi, 1 in filium sævitiam suam exercuit x, 6 fundum in diem emere xxv, 9 (v. Dies). dolores accrescunt in dies (sc. singulos) xxv, 21 in singulos menses xxv, 13 In (cum ablativo): in terra dimicare ii, 3 pari fortuna in terra usus est v, 2 in bello et in pace eum desideraverunt v, 4 in Istro flumine pontem fecit i, 3 quem pontem in Hellesponto fecerat ii, 5 in epistola aliquem collaudare iv, 2 cum ei in suspicionem venisset, aliquid in ea epistola de se esse scriptum iv, 4 erant in eadem epistola, quæ ad ea pertinebant, &c. ibid. in ara considere, sedere, ibid. in urbe comprehendi iv, 5 in itinere insidias sibi fieri intellexit, ibid. cum jam in eo esset, ut comprehenderetur, ibid. (v. Esse). In præsentia (eo tempore) ii, 8. vii, 10 (et in Mss. xxiii, 6. v. Præsentia). in præsenti (sc. tempore) vii, 4. xxv, 12 (v. Præsens). in pueritia nobilis ferebatur (puer cum esset) xxv, 1 Sic: quod in senectute adversus populi commoda steterat xix, 4 in tanta paupertate decessit, ut &c. (tam pauper &c.) iii, 3 Sic: in summa paupertate paternam tueri gloriam xix, 1 Sic: neque in sestertio vicies parum se splendide gessit, neque in sestertio centies affluentius vixit xxv, 14 ne qua in re jure plecteretur cavit (ne quam ob rem) xxv, 11 Sic: in quo cum reprehenderetur xv, 10 in eo reprehensus est iv, 1 qua in re dignitati et tranquillitati serviebat xxv, 6 in quo divitiis ornavit Athenienses ii, 2 in eo consequi se multum dicebat xvii,

2 in quo facto (interim dum id fit) iv, 2 in his rebus (dum has res gereret) xx, 1 in aliqua re maximas diis gratias agere atque habere xx, 4 quo in numero fuerunt L. Torquatus &c. xxv, 1 in eis prætoribus Miltiades (inter eos præt.) i, 4 Sic: in ejus virtutibus commemoratur saltasse eum &c., Præf. nemini in eisdem gentibus turpitudini fuit, ibid. in his urbibus Byzantium vii, 5 Sic: in primis omnium Persarum et manu fortis et consilii plenus iv, 1 in primis lapidem attulit iv, 5 in primis (sc. ejus factis æquitatis est) quod ejus æquitate factum est, ut &c. iii, 2 inprimis dicendo valebat vii, 1 in primis literarum studiosus xxv, 1 in primis bene habitavit xxv, 13 cum in primis lautus esset Eques Rom. xxv, 13 (Interdum adverbialiter 'inprimis' pro 'præsertim' usurpat Nepos, ut:) inprimis quod nobilis rex in potestatem inopinanti venerat xiv, 3 inprimisque commissa celans xv, 3 inprimis quid legeret xxv, 20 in Miltiade erat humanitas, communitas i, 8 in eo uno erat tantum, ut &c. (is unus tantum poterat, ut &c.) xviii, 12 in hoc tantum fuit odium multitudinis xix, 4 hoc in tempore i, 5 in eo tempore, Fr. 12 in nullo tempore, ibid. (Sic Terentius Andr. iv, 5, 24 'in tempore hoc.' Suetonius Tib. 60 'in paucis diebus.' et Claud. 18 'in tempore hyberno.' Plautus Captiv. i, 2, 64 'in his diebus.' et alii. In his omnibus et similib. exemplis vulgo putant præpositionem abundare; sed falso. Nam potius est, cur dicamus eam subaudiri in vulgatis illis: 'hoc tempore,' 'his diebus,' &c. Vid. Vossius de struct. cap. 44)

Inanis: cum comperisset, naves pæne inanes relictas (i. e. vacuas, de vulgo Atheniensium, qui prædatum in terram exierat) vii, 8

Incendere aliquem cupiditate bellandi xxiii, 2 quo dolore incensus iniit consilia tollere &c. vi, 3 incensus ira equum in eum concitavit xvi, 5 adeo incensus erat, ut leniri non posset (adeo irritatus, infestus) xviii, 10 (in his omnibus emphasis est)

Incendium: ut incendio conficerent, quem manu superari posse diffidebant vii, 10 arcem incendio delevit ii, 4 captam aliquam urbem incendio delere xi, 2

Incestus Œdipi xv, 6

Incidere in invidiam v, 3 in morbum x, 2 in periculum xxv, 10 incidit æmulatio inter hos (contingit &c.) xxv, 20 incidit bellum istud, cum haberet &c. (exortum est, cum &c.) xxv, 7 incidere (secunda producta): in pila lapidea incidere devotionis exemplum vii, 4 devotionem in pilis scribere vii, 6 (v. Pila)

Inceptum (propositum): ab incepto non modo non deterritus, sed &c. x, 8 id si fecissent, incepta prospera futura i, 1 (Sic Terentius Heaut. i, 1, 67. et iv, 6, 7. alibi 'inceptas,' dixit Noster). Epaminondæ retardavit inceptus xi, 2

Incitare omnes studio suo (scil. ad diligentiam) xxv, 1

Incivilitas sive insolentia (per notas descripta) iv, 3

Inclinatæ jam erant tyrannorum copiæ (fugam spectabant, vel, pugna desierat esse ἰσόῤῥοπος) xvi, 5 (Sic quoque Vellei. ii, 55, 1. Et ap. eund. ii, 52, 3. ac Suet. Cæs. 62 'inclinata acies.' ap. Flor. iv, 7, 12 'inclinatum cornu.' ap. Cicer. 2. Fam. ep. 16 'inclinata fortuna.')

Incognitus (cujus animus virtusque incognita) xv, 4 incognitum illi nihil de his fuit xxiv, 3

Incolumitas: ad incolumitatem pervenire (e periculo servari) xxv, 10

Incolere regionem i, 2 Asiam i, 3

Incommodus: non incommodum videtur xxi, 3 (alibi: non alienum videtur i, 6) incommoda amicorum (pericula adversa) xxv, 12

Inconsideratior in secunda quam in adversa fuit fortuna ix, 5

Incredibilis virtus belli xxi, 1 incredibili felicitate Dionysium tota Sicilia depulit xx, 2 incredibile dictu xxiii, 6 (formula αὐξητική. sicut et priora vim signif. intendunt. Boecl.)

Incuria (de neglig. circa cur. ædif.) xxv, 20

Incurrentes (qui in hostem impetum faciunt) xii, 1 (Sic Curt. ix, 5, 8. Flor. i, 9, 7 &c.)

Index (qui rem defert) iv, 4 (Sic: Justinus xxxii, 2, 9. et xxxii, 3, 2 immittere indices, torquere indices.' Vosst.)

Indicium (narratio, manifestatio, confessio) iv, 4 indicium (argumentum): hic qua fuerit abstinentia, nullum est certius indicium, quam quod decessit &c. iii, 3 quam vere de eo foret judicatum, oratio indicio fuit, quæ &c. vi, 2 illum non odio tyrannidis dissensisse, sed cupiditate, indicio fuit, quod

noluit &c. xx, 2 ei rei sunt indicio sexdecim volumina epistolarum xxv, 16 (v. Esse auxilio)
Indicare se (seipsum prodere &c.) iv, 4
Indi quidam vi tempestatum ex Indicis æquoribus in Germaniæ littora abrepti Q. Metello Celeri a Rege Bætorum dono dantur, Fr. 7
Indicere alicui bellum ii, 8. v, 3. xiv, 2 (denuntiatio hostilis intellig.)
Indidem: habuit obtrectatorem Meneclidem quendam indidem Thebis (i. e. ex iisdem Thebis) xv, 5 (Ita Cicero pro Rosc. Amerino: 'quos homines? indidemne Ameria? an hosce ex urbe sicarios?' Lambin. Utitur et alibi eadem voce Cicero, sed sine addito substantivi casu: v. g. 3. de orat. 'unde simile duci potest, indidem verbum translatum lumen afferet orationi.' Usi etiam Plautus Cist. i, 1, 64. et Mil. Glor. ii, 2, 79. Gell. vi, 10. Apul. de Mundo &c. sed diverso significatu. V. Gloss. Indidem ἐντεῦθεν)
In diem aliquid emere xxv, 9 (v. Dies). in dies (sc. sing.) xxv, 21 (v. Linacr. de emend. struct. Lat. serm. l. 1. de adverb.)
Indigere opis alicujus v, 4 armorum viii, 2 alienarum opum (de exule) xxi, 3 xxiii, 1 (v. Opes). indigere medicina xxv, 21 pecunia xvii, 7
Indignari: id factum multi indignabantur (indigne ferebant: quomodo xviii, 1. Nepos loquitur) x, 4 (Gr. ἀγανακτεῖν. Lamb.)
Indignum fide sua nihil fecit xiv, 5 indigna (δεινὰ, iniqua, miseranda) xix, 4
Indiligens xxv, 4 non indiligens rerum memoriæ (de bono historico), Fr. 4
Indoles, virtutes xviii, 1
Inducere in insidias (pellicere &c.) xxiii, 5 ad bellum (permovere) xxiii, 8 Plato Alcibiadem induxit commemorantem se pernoctasse &c. (i. e. personam ei tribuit ejus sermonis gratia: propria scenæ et spectaculorum vox) vii, 2 induci ad credendum (adduci, quomodo et legitur in quibusd. Mss.) ix, 3
Induciarum specie paratur acrius bellum xvii, 2 inducias ab aliquo petere easque impetrare trimestres, ibid. inducias sine dolo conservare, ibid.
Indulgere alicui (favoris honorisque signif. quem exhibemus viro bene merenti. Boecl.) x, 2 indulgere (de creditoribus solutionem debiti non urgentibus, ad moram conniventibus. Boecl.) xxv, 2 (Est n. 'indulgere' proprie 'non urgere.' vid. Casaub. ad Pers. Sat. v, 57). sic educari eum jussit, ut indulgendo turpissimis imbueretur cupiditatibus (dum ei indulgeretur, de dissoluta educatione) x, 4 nihil indulgere alicui ad violandum alium xxv, 9 (hoc sensu dixit Tac. A. i, 9, 4 'Augustum multa Antonio, multa Lepido concessisse'). indulgere dolori xxi, 1 (ejus impetum sequi, obsequi dolori). indulgere sibi (licentiæ significatu) vi, 1 sibi liberaliter (splendidius vivere) xii, 2
Indulgens pater (in laude pon.) xxv, 1 (ut apud Tac. 'indulgentia matris,' de materna cura circa educat. Agric. 4, 3. Alia est ap. Horatium: 'blanda patrum indulgentia.' de qua v. Quintilian. Inst. Or. i, 2)
Indulgentia in suos xxv, 17 (nam hæc vox significanter de affectu necessitudinum, et facilitate συγγενικῆς ὁμιλίας usurpatur. Boecl.)
Industria (φιλοπονία) xxiv, 3 summa (de studio actus civilis et officiorum vitæ) ii, 1 quorum in ea re egregia industria fuisset (qui curæ id sibi habuissent &c.) xvii, 3 magna industria bellum parare, ibid.
Inest illi genti plus virium quam ingenii xv, 5 inesse in uno homine tantam dissimilitudinem tamque diversam naturam admirabantur vii, 1 (Sic Terentius Eunuch. i, 1, 14 'in amore hæc omnia insunt vitia.' Et Cicero passim. Tacitus hist. iv, 27, 6. cum dativo: 'tanta illi exercitui diversitas inerat licentiæ patientiæque')
Inexercitatæ copiæ xviii, 3
Infamis (per flagitia) xv, 10
Infamia aspergi vii, 2
Infamatus a plerisque (vituperatus) vii, 11 (de historicæ scriptionis testimonio)
Infectis reb. i, 7 (non effectis)
Infelices, qui omnia sibi licere existimarunt, Fr. 5
Inferior copiis (de minore numero copiarum) xiv, 8 peditatu inferior xviii, 2 (Sic Ernstius in suo codice legit pro 'deterior,' quod retinuimus. Sic Sulpic. Sever. i, 50 'multitudine inferior non ausus manum conserere muris se tuebatur')
Inferre alicui arma xxiii, 2 bellum i, 3 terra et mari ii, 2. xxi, 1 inferre bellum in Italiam (bello Italiam petere, vel eam sedem bello legere) xxii, 4

inferre signa (ire in hostem) xiv, 6 inferre plurima mala in domum alicujus (vexare, detrimentis afficere dom.) ii, 9 inferri aliquo (dicitur corpus mortui sepeliendum scil.) iv, 5 (est enim inter verba solennia rei funebris. v. Kirchm. iii, 22)
Infestus Romanis animus (de hostili odio) xxii, 8 cum ei fuisset infestissimus xviii, 10
Inficiari (negare): non est inficiandum Hannibalem præstitisse &c. xxiii, 1
Inficias ire aliquid (negare) xv, 10 (Voss. de anal. i, 47 dictum vult, ut 'ire exequias, suppetias:' ac utrobique subintellig. præpositionem. Ad. Est a. 'inficias' ἀρνησιν, ut Glossæ Philoxeni interpretantur)
Infimus: ad infimos montes certos homines mittit (ad radices montium) xviii, 9
Infinitum bellum (inexpiabile, implacabile) xiv, 10 infinitæ occupationes (maximæ &c.) xxv, 20
Infirmus (scil. viribus armorum) xviii, 8 infirmissimi (sc. potentia &c.) ii, 6
Infodere (de sepultur.) iv, 5
Ingenium docile, come, aptum, ad artes optimas x, 1 ingenii celeritas xviii, 1 docilitas xxv, 1 facultates xv, 1
Ingratus: ingratum vivere xviii, 6 ingrati cives v, 3 homines xx, 1 ingrata civitas xiii, 3
Ingratiis: hoc eo valebat, ut ingratiis ad depugnandum omnes cogerentur (vellent nollent) ii, 4
Injicere admirationem sui (eleganter, pro, excitare, quo Cic. uti solet) xi, 3 alicui suspicionem xviii, 9 terrorem xxiii, 5 timorem x, 7. vii, 3 non amplius quam pellis est injecta (de strati tegumento) xvii, 8
Inimicitias suscipere xvi, 1 cum aliquo suscipere (sic edente Lambino) xiv, 10 reipubl. causa suscipere xxiv, 2 (Sic Tacitus Ann. iii, 54, 10. dixit: 'graves offensiones pro republ. suscipere'). utens liberalitate nullas inimicitias gessit xxv, 11
Inimicus alicui xxv, 10 consilia cum patriæ tum sibi inimica capiebat (de seditiosis et periculosis molitionib.) iv, 3 inimicorum delatio quomodo accipienda xiv, 9 inimicissimus alicujus xviii, 6. xiv, 5 inimicissimum suum (vocant Romani Hannibalem) xxiii, 12 inimicos ulcisci pulchrum, et quatenus, Fr. 12
Inire consilium aliquod xxv, 22 inire gratiam ab aliquo (mereri ap. aliquem) vii, 9 (v. Gratia). iniit consilia, reges Lacedæmoniorum tollere vi, 3 talem iniit rationem ad hunc interficiend. &c. (tale cepit consilium) xxiii, 10
Iniens adolescentia (incipiens, prima &c.) ii, 1. vii, 2 (Sic: 'ineunte Januario, ineunte ætate' apud Cicer. 'ineunte vere' ap. Cæs. 'ineunte vita' ap. Gell. legimus. Buchn. Sic Virgilius Ecl. iv, 11 'Teque adeo decus hoc ævi, te consule, inibit.' h. e. incipiet. Vorst.)
Initium: hoc initium fuit salutis Actæorum viii, 2 Dionis et Dionysii simultatis tale initium fuit x, 3 ab tam tenui initio tantæ opes sunt profligatæ (a tam tenui occasione) xvi, 2 initio (pro, ab init.) viii, 1. xxiii, 11
Injuria: si quam injuriam acceperat, malebat ulcisci quam oblivisci xxv, 11 non solum populi, sed etiam amicorum ferebat injurias xv, 3 fuit patiens, suorumque injurias ferens civium xv, 7 (sc. quas intulere cives. Sic 'injurias adolescentium' Terentius dixit And. ii, 1, 53). patriæ injuriæ (illæ, quas pertulit patria) ix, 5 injuriarum oblivisci xviii, 6
Innixus in cubitum (sic n. legend.) xxv, 21 (Ita Plinius N. H. vii, 53 'C. Servilius Pansa, cum staret in foro ad tabernam hora diei secunda, in P. Pansam fratrem innixus obiit.' Cicero de Arusp. resp. 'etenim vix hæc, si undique fulciamus, jam labefacta, vix inquam innixa in omnium nostrum humeris cohærebunt')
Innocentia (abstinentia, continentia: oppon. avaritiæ) iii, 2
Innoxius plectitur i, 8
Inopia publica xxv, 2 (v. Reipub. indig.)
Inopinanti venit in potest. xiv, 3 inopinatæ res (felicitas spe uberior) x, 6
Inpræsentiarum: v. Præsens
Inprimis: v. In et Primus
Inquit vii, 8. xxiii, 2 (eleganter post primas orationum, quæ referuntur, voces: quomodo et Cicero aliique. v. Cl. Vorstii de Latinit. merito susp. cap. 24. pag. 205. seqq.)
Insciente eo xviii, 12 (inscio) Sic: inscientibus illis xxiii, 9 (Ita Cicero Philipp. ii, 37 'non insciente te.' et Philipp. xii, 4 'inscientibus iis, qui

bellum gerunt, de pace decernere'). inscientia belli (imperitia &c.) xv, 7
Inscriptionis exempl. in dono iv, 1 in damnatione xv, 8
Insequi (vexare, aggredi; extra bell. signif.) xxv, 9
Inservire studiis gentis (imitari mores et consuetud.) vii, 11 magis firmitati corporis, quam ingenii acumini (studere, operam dare), ibid. Sic: non tam magnitudini virium servire quam velocitati xv, 2 inservire temporibus vii, 1 (v. Tempus)
Insidiæ fiunt ab aliquo alicui x, 8. iv, 5 (Justinus xi, 7 'insidiæ parantur ab aliquo alicui'). insidias facere alicui vii, 9 (Sic quoque Cic. procem. in Verr. act. 1. Lamb.) insidiis circumvenire aliqu. xxiii, 4 nunquam sine insidiis esse (peti semper insidiis) xxiii, 12 insidiis eum interficere studuit xiv, 9
Insidiator singularis perpetuique imperii xxi, 2 (oppon. amicus tyrannidi x, 3) insidiatores in eum faciunt impetum, qui suppositus erat xiv, 9
Insidiari alicui xxiii, 6
Insignius ornari xvii, 3
Insolens: nihil unquam insolens ex ore ejus exiit (de elato sermone) xx, 4 insolentia (elatio) xv, 5 tantum abfuit ab insolentia gloriæ, ut &c. xvii, 5 (Fortasse nihil insolens habet hæc locutio, ut mutanda sit, 'insolenti gloria:' erit enim hic 'gloria' ipse sensus gloriæ ex re bene gesta, ex quo facile oritur elatio insolens et insultandi libido. Boecl.)
Instare hostes audacius (urgere) xv, 9 hostes acrius xviii, 4 (sic utrobique Mss. Codd.)
Instat tempus proficiscendi (adest) vii, 4 instans periculum (imminens, impendens) iv, 3 de instantib. judicare (præsentibus: opp. futuris) ii, 1
Instituere officinas armorum xvii, 3 pulvinar Deæ xiii, 2 (v. Pulvinar). instituit tempus quærere vii, 5 instituit historias scribere (secum constituit, de capto consilio) xxiv, 3 Sic: instituit ceteros tueri xxv, 11 instituerunt tempus ejus interficiendi quærere vii, 5 instituerat sacrificare (cœperat) xxiii, 2 Sic: non affluentius vixit, quam instituerat xxv, 14
Institutum vitæ (ratio, consuetudo) xxv, 7 instituta patriæ (respicitur ad formam reip.) xvii, 4 instituta (pro moribus), Præf. uti eodem instituto, ibid.
Instruere aciem i, 5 instructa acie confligere (opp. fortuito prælio, quod in itinere sumitur) xviii, 8 domus sic erat instructa (cultus domesticus notatur) xvii, 7 instruere muros (ædificare, extruere) ii, 6
Insuetus male audiendi (de eo, qui sinistre de se opinantes ægre fert) x, 7 (nec tam assuetudinem, quam patientiam negat &c. Sic, 'insuetus contumeliæ' Cic. ad Att. ii, 21)
Insula: cum incolas ejus insulæ (Lemni) sub potestatem redigere vellet Atheniensium i, 1 Cares ex insula (Lemno) demigrarunt i, 2 insula (Scyro) sessores veteres ejecit v, 2 Insula (pro incolis insulæ): opibus elata insula (Parus) i, 7 insulæ nonnullæ propter acerbitatem imperii defecerant v, 2 insulas bene animatas confirmavit, alienatas ad officium redire coëgit, ibid. pari felicitate ceteras insulas (Cyclades) sub Atheniensium redegit potestatem i, 2
Integrior exercitus (opp. lasso) xviii, 9 integritas vitæ xix, 1
Intelligere: e vultu ephori cujusdam insidias sibi fieri intellexit (cognovit) iv, 5 Sic: ex quo intelligi potest (cognosci) xv, 10 Alibi: judicari xxv, 15 Sic: quem unum Alexander, quod facile intelligi posset, plurimi fecerat xviii, 2 ut facile intelligi posset inimica mente contendisse xviii, 4 intelligi non poterat, quare id fieret (nemo poterat cogitatione assequi) xxiii, 11 ut intelligi non posset, uter eum plus diligeret (ut dijudicari non posset) xxv, 5 illud unum intelligi volumus (de eo, quod præcipue notari cupimus) xxv, 11
Intemperanter concupiscere xxv, 13 intemperantia (immodestia, insolentia et licentia milit.) xviii, 8
Intemperantia (παρανομία, incivilis elatio, insol.) iii, 2
Inter se (pro, invicem): inter se complexi in terram ex equis deciderunt xviii, 4 inter se obtrectarunt iii, 1 cum inter se timerent x, 4 (Sic Cicero passim. Est a. locutio elliptica. Integre dicitur 'sibi inter se' aut 'se inter se:' quomodo Cicero de Amicit. 'colent se inter se.' Vorst.) inter quos maximarum rerum non solum æmulatio, sed obtrectatio intercedit xxv, 20 (conf. xxv, 5)
Intercedit cupiditas major in hac re (intervenit consiliis melioribus) x, 1 in-

tercessit nullus temere dies (ferme singulis diebus) xxv, 20 intercedit æmulatio hujus rei inter illos, ibid. (conf. xxv, 5). obtrectatio inter illos (est inter illos) xxv, 20 querimonia inter eos (accidit, intervenit) xxv, 17
Intercipere moram alicujus (v. Mor.) xi, 2 (Sic Lamb.: sed e Mss. leg. interfecit)
Interdici non potest socero gener (contubernium et convictus generi) xxii, 3 (utrumque Latine 'interdicitur mihi' hæc res et hac re, aliter tamen Mss.)
Interesse pugnæ iii, 2 rebus domesticis alicujus xxv, 13 rebus privatis, publicis xx, 4 (plusquam nudam præsentiam notat). neque res ulla nisi tempus interest (nullius rei nisi temporis discrimen intercedit) xviii, 8 quæ intererant (interjacebant, de regionib. longo terrarum spatio interjectis), Fr. 7
Interficere hostes xiv, 6 maximos duces xviii, 12 interficere insidiis (δολοφονεῖν) xiv, 9 interfici dolo xxi, 3 interfectus exercitus host. (deletus occidione) iii, 2 Sic: moram Laced. interfecit xi, 2
Interfectores Cæsaris (percussores) xxv, 8
Interim: cum interim non destitit patriam juvare xvii, 7
Interimere: interemtus ferro Xerxes xxi, 1
Interire ferro hostium, inopia i, 3 in vinculis v, 1 sub divo iv, 5 interit pecunia (prodigitur) ii, 2
Interitus: post ejus interitum (mortem) xv, 10
Interior pars ædium, Præf. (oppon. primus locus ædium)
Interiora consilia (secretiora) xxiii, 2
Internecio: ad internecionem gesta bella xviii, 3 (ad partis, aut partium interitum. ἄσπονδοι πόλεμοι)
Internuntii vii, 5
Interpellari (impediri), Fr. 6
Interponere causam ii, 7 (alibi: interserere i, 4. Eodem signif. προφασίζεσθαι, prætextu uti. Cæs. de Bell. Gall. i, 42 'nolebat colloquium interposita causa tolli;' ubi Metaphrastes προφάσει παραλείπεσθαι). interponere (de judicio sententiaque scriptioni inserta) xvi, 3 interponere se (ope sua intervenire, facultatem rei conciliare, pecunia mut. juvare. Boecl.) xxv, 2. 9
Interpretari (rationem rei reddere) xxv, 3
Intestabilis: usque adeo intestabiles invisique fuerunt, ut &c. (detestabiles, execrandi), Fr. 2
Intestinus (domesticus, interior): intestinum bellum xxii, 2 (Sic Cic. ad Fam. xi, 24 'intestinum urbis malum.' Lamb.: et ad Brutum 10 'ingravescit indies intestinum malum, nec externis hostibus magis, quam domesticis laboramus'). intestinum (substantive): vis morbi in unum intestinum prorupit xxv, 21
Intimus alicui x, 1 intimi regis ix, 2 intima amicitia vii, 5 familiaritas xviii, 1. xxv, 9 intime uti aliquo xxv, 5
Intrare castra xiv, 2 limen x, 9 portam xii, 4
Introire: primus in Thraciam introiit vii, 7
Introitus ædis iv, 5
Intueri faciem alicujus xvii, 8 intueri non æquo animo fortunam alienam (invidiæ περίφρασις) xii, 3 id novum intuens, progredi non est ausus xii, 1 (Sic qu. edd.: sed nos edidimus 'contuens,' quod idem est ac 'contemplatus'). hæc ille intuens cum nesciret &c. (considerans) x, 8 (conf. xii, 2). intuebatur potius, quid se facere par esset, quam quid alii laudaturi forent (spectabat, agebat) xxv, 10 id potius intuebantur, quod ipsorum dominationi, quam quod universæ Græciæ utile esset ii, 7
Invehi multa in aliquem xv, 6 nonnulla in aliquem xx, 5 (alicujus exagitandi ergo, probra spargere &c. ubi simul, 'multa et nonnulla' in quarto casu Græcorum imitatione usurpata, observabis. Boecl.)
Inventum (εὕρημα consilium, ars, strategema) xii, 1 callidum xviii, 5 (πλάσματα καὶ στρατηγήματα vocat Halicarnass. lib. 3)
Inveterascit æs alienum xxv, 2 (Ernestius exponit: 'extinguitur.' Sed Loccenius in Ind. Philol. negat alio significatu heic accipiendum esse, quam quo Cic. lib. 3. de Rep. ap. Augustin. de C. D. xxii, 6. Cæs. B. G. 1. et B. Civ. 110. Tacit. A. xi, 25, 10. usi sunt: quib. idem est ac 'vetus fieri.' idque suadere illa v. 4 'neque longius quam dictum esset' &c. nam utroque loco idem dici)

Inveterata gloria, licentia xviii, 8 servitus xx, 1
Invictus morior (vox Epam. morientis) xv, 9
Invidere aliquid (pro, ob aliquid) viii, 4 (vid. tamen Voss. de Construct. c. 34)
Invidus potentiæ populus (qui ob pot. invidet) xiii, 3
Invidia: aulicorum invidiam excipere xiv, 5 civium suorum invidiam non effugit ii, 8 invidiam vulgi effugere xii, 3 invidiam verebatur, quam effugere non potuit xviii, 7 incidit in eandem invidiam, quam pater suus v, 3 in invidiam recidit vii, 7 cives propter invidiam eum præficere exercitui noluerant xv, 7 invidia ducum Antigono est deditus (sc. qua invident) xviii, 10 (Cicero Tusc. iii, 9. mallet vitandæ ambiguitatis ergo 'invidentiam' dici). corona a populo data nullam habuit invidiam viii, 4 id factum magnæ fuit invidiæ tyranno x, 4 id dictum magna invidia consecuta est x, 6 invidiam lenire obsequio, ibid. mox oppon.: invidiam acerbitate opprimere, ibid. invidia gloriæ comes xii, 3 invidiæ crimen (ex invidia impositum, sive, ubi invidia pro crimine sufficit) vii, 4 invidia minore esse (minus sentire invidiam, minus peti invidia) xviii, 7 invidia civium debilitari xxiii, 1 invidia laudem virtutis nonnulli obterebant xx, 1 tantum ab invidia se putabant futuros, quantum &c. xii, 3
Invitus: invito aliquo elabi non posse xviii, 4
Invocati (non vocati ad cœnam) v, 4
Inutile ii, 7 (Schopp. Verisim. i, 20. damnosum exp. illud Lucilii allegans: 'Servus nec infidus domino, nec inutilis ulli')
Jocus: ne joco quidem mentiebatur Epam. xv, 3
Iones i, 4
Ionia (Asiæ minoris regio) i, 3. vii, 5. ix, 2. 5. xiv, 2
Iphicrates Athen. disciplina militari nobilis xi, 1 in qua multa meliora et nova attulit, ibid. præsertim in armatura, quam expeditiorem reddidit, ibid. ejus res gestæ xi, 2 dotes xi, 3 dictum, ibid. plurimum in Thracia vixit xii, 3
Iphicratenses milites (pro præstantibus) xi, 2
Ipse (auget vim exprimendi, addita velut ἐμφάσεως nota): ille ipse, qui tum flebat vii, 6 illi ipsi eum in his maxime admirabantur vii, 11 illi ipsi custodes x, 9 ipse se indicavit iv, 4 ipsa res se aperit iv, 3 ipso aspectu cuivis injiciebat admirationem sui xi, 3 ipso die xxiii, 10 ipso tempore xvi, 2 (definit præcise tempus &c. Sic quoque usurpatur xxiii, 6: quos non solum effugit, sed etiam ipsos oppressit: qui sc. se opprimere conabantur)
Irasci iis nefas, quos amare debemus xxv, 17 irasci patriæ nefas duxit Epam. xv, 7
Iratus ex ea re xxiv, 2
Ire (cum exercitu scil.) xvii, 3 Sic: obviam hostibus i, 4 alicui subsidio xvii, 8 ire ad scenam, Præf. spectatum ludos xxi, 2 ire in jus de re aliqua xxv, 6 (notat disceptationem rei, et litigationem ap. judicem. Nota sunt verba solennia, quibus experiundi juris causa, veteres ad prætorem se mutuo evocabant: 'in jus eamus, in jus ambula.' de quib. v. Briss. Form. lib. 5. a pr. Boecl.)
Irrita futura, quæ regi cum Lacedæmoniis essent (non valitura) vii, 10
Is: dixit se eum esse, qui &c. xvii, 5 (Sic: 'non sum is, qui &c. non ejusmodi homo, vel tali animo præditus &c. Sic Cicero 1. Acad. quæst. 'Zeno nullo modo is erat, qui nervos virtutis incideret.' Vorst. add. ejus lib. de Latinit. falso susp. cap. 5). ei rei sunt indicio xxv, 16 (v. Esse auxil.) ea tribuit illi, ut plura a parente proficisci non potuerint (talia ac tanta) xxv, 9 (vid. Th. Linacr. lib. 2. cujus exempl. tamen ex Virg. Æn. 1 'non ea vis animi,' rejectum a Scaligero de caus. Lat. ling. lib. 6. c. ult. Boecler.) ea (per eam viam) ii, 5 (Sic: 'qua.' utrobique subaud. 'via,' vel 'in via,' sicut et in v. 'hac.' neque enim adverbia sunt, ut vulgo credunt, sed pronomina sexti casus)
Ismenias captus xvi, 5
Ister (Europ. fluv.) i, 3
Istria (unde dicta), Fr. 7
Ita (adeo, admodum): non ita magnæ copiæ xvi, 2 haud (vel non) ita magna cum manu iv, 1. xiv, 6 haud ita longe abesse xvii, 4 hanc post rem gestam non ita multis diebus xxiii, 5 post, neque ita multo v, 3 Alibi: neque ita multo post xxi, 3 (vid. Tursellin. de particul. cap. 84)
Itaque (pro, quare, ergo, igitur) passim.

(pro, et ita) vii, 4 (Sic: utique, pro, et uti: quoque, pro, et quo. vid. Utique et Quoque. Interdum tamen connexioni tantum inservit). itaque hic fecit, ut vere dictum videatur &c. xxv, 11 (Vorst.)

Itemque xxiii, 7 (copulat et comparat simul)

Iter facere ii, 5 cum iter per Thebas faceret xvi, 1 iter suum flectere xviii, 9 iter comparare ad aliquem vii, 10 in itinere cum aliquo confligere xviii, 8 oppon.: non instructa acie, ibid. itineribus occulte utendum in bell. xviii, 8

Iterum Consul (secundum) xxiii, 5 primum, iterum, tertio xxiii, 6 (ita Cicero sæpe)

Jucundissimus est mihi (in convictu scil.) xxv, 16

Judicare de instantibus ii, 1 judicare aliquem exulem (judicio exilium decernere) xxiii, 7 aliqu. hostem (v. Host.) ix, 4 Sic: hostis judicatus xxv, 2 si judicandum est utilitate (secundum utilitatem) xxv, 13 id judicari potest ex ipsis rebus &c. (intelligi, cognosci) xxv, 11 Sic: ex quo judicari poterat &c. xxv, 13 ut judicari posset xv, 3. xxv, 5 judicari (intelligi, cognosci), ibid.

Judicium fit de hoc (habetur) xix, 3 judicium habere (v. Hab.) xxv, 6 in judicium venire xv, 8 a judicio capitis maxima discedere gloria, ibid. ille sui judicii potius intuebatur &c. (homo αὐτογνώμων) xxv, 10 (in bonam partem: qui suo potissimum judicio sibi standum ea temporum perturbatione intelligebat. Quanquam de lectione loci disceptatur. Suet. Tib. 18 'arbitrii sui contentusque se uno'). judicio fugit reip. procurationem, non inertia xxv, 15 judicio omnium magnus xx, 1

Judicia privata ii, 1 (in his Themistocles rudimenta civilis peritiæ actusque ponebat. Porro de publicis privatisque Atheniensium judiciis, v. Car. Sigon. de rep. Athen. lib. 3. cap. 1. Boecl. add. Ubb. Emm. tom. 3. vet. Græc. p. 41. et seqq. Sam. Petit. Comm. ad leg. Attic. lib. 4. &c.)

Jugera agri viii, 4

Julii Divi filius (si genuina est lectio. v. not.) xxv, 19

Jumentum (de equis) xviii, 5 in jumentorum cornib. deligata sarmenta incendit Hannibal xxiii, 5 jumentis junctis vehi (κομίζεσθαι ἐπὶ ζεύγους Plutarch.) xx, 4 (Boecler.)

Junia familia xxv, 18

Jupiter Hammon vi, 3 Feretrius xxv, 20 (vid. sup. Hamm. et Feretr.) Opt. Max. xxiii, 2 Jovis antistites vi, 3

Jurare: aram tenentem jurare jussit (ex ritu satis noto. v. not.) xxiii, 2 (add. Lamb. h. l. et Clar. Berneg. Just. xxiv, 2, 8. et not. Schott.) jurare Callicratem cogunt in ædem Proserpinæ deductum (ex eod. ritu) x, 8

Jus: communi jure gentium aliquid facere ii, 7 (additur 'communi,' quia cum naturali coincidit: est enim omnino defensionis jus, de quo sermo est, ab ipsa natura profectum. vide Pet. Fab. semestr. i, 3. Seneca Ep. 48 'commune jus generis humani,' et de Clem. i, 18 'commune animalium jus' vocat. Apul. in apol. et Metam. 3 'commune jus humanitatis,' et Cic. 'jus communis humanitatis'). Cimon magnam prudentiam juris civilis habebat (sc. Atheniensis) v, 2 in jus de sua re nunquam iit (in propria causa) xxv, 6 patriæ sanctiora jura, quam hospitii, esse duxit (de officiis patriæ et hospitib. præstandis) xiii, 4 quod adversus jus hospitii esset xxiii, 12 (v. Hospitium). cum legationis jure satis tectum se arbitraretur xvi, 5 (v. Legatio). jure suo nonnulla (plurima) vindicare (merito) viii, 1 jure administrare rempublic. xxiv, 2 oppon. potentia eam administrare, ibid.

Jusjurandum alicui datum servare xxiii, 2 (Ergo ut dicitur 'fidem dare' et 'fidem servare,' ita etiam 'jusjurandum dare' et 'jusjurandum servare:' quia videlicet jusjurandum, quod alicui datur, fidem, i. e. promissionem in se continet; et qui se aliquid facturum jurat, idem promittit se facturum. Est autem 'dare' in istis phrasibus nihil aliud quam 'facere;' cujus generis plura vide pag. 124. et 125. lib. de Latinit. falso susp. Vorst.)

Jussu magistratuum xvii, 4

Jussu populi (formula δημοκρατική) xiii, 4 jussu ephorum xvii, 4 (Sic vulgo. Genuinum autem putamus esse 'missu Ephorum.' v. infr. Missu)

Justus (cognomen Aristidis) iii, 1 (vide ap. Plutarch. in Arist. prolixam hujus nominis commentationem, quam, more suo, philosophandi causa inserit. Boecl.) justus tyrannus (de Miltiade, qui potestatem neque per vim ce-

perat, neque immoderate gesserat) i, 8 (v. Tyrann.)
Justitia (pro æquitate civilis animi ac ἰσονόμου) iii, 2
Juvare aliquem opibus suis xxv, 2
Juvenis : me juvene, Fr. 8
Juxta theatrum occisus est xxi, 2

K.

Kalendæ : pridie Kalend. Aprilis xxv, 22

L.

Labeo Q. Fab. Cos. xxiii, 13
Labor : animi laborem perferre vii, 1 (oppon. remittere se, ibid.) labor rei militaris (de rebus bello gestis) xix, 1 multis variisque perfungi laboribus (de variis casibus) xxiii, 13
Laboriosus (laborum tolerans) vii, 1. xiii, 1 laboriosius id ei, an gloriosius fuerit, difficile fuit judicare xxv, 12 (v. Savar. ad Sidon. Epist. iii, 9)
Laboro quærere de hac re (annitor, studeo, &c.) xvi, 3
Lacedæmonii : a Lacedæmoniis auxilium Athenienses petunt i, 4 a Lacedæmoniis cuncta Græcia liberatur ix, 4 Lacedæmonii principes Græciæ vi, 1 terra marique duces iii, 2 Lacedæmoniorum potentia vii, 9 tyrannis (i. e. insolens in ceteros Græcos dominatus) xv, 6 Lacedæmonii intelligunt de principatu sibi cum Atheniensib. certamen fore ii, 6 tyrannos imponunt Atheniensibus viii, 1 Atheniensibus bellum indicunt v, 3 auxilio privati sociorum xv, 6 retinent arcem Theb. xvi, 1 in societate, quam cum Artaxerxe fecerant, non manent ix, 2 post Leuctricam pugnam nunquam se refecerunt xvii, 7 eorum potentia percussa xvi, 2 eorum reges duo xvii, 1. vi, 3 Lacedæmonii victus atque cultus parsimoniæ dediti vii, 11 omnia ad oracula referebant vi, 3
Lacerare vincula epistolæ iv, 4 (vulgo laxare)
Laco (per antonomasiam, pro Agesilao) xiii, 1. xvii, 2 §. 3 et 4 (Ad quem ultimum locum annotat Vir doctissimus Agesilaum propterea antonomastice Laconem a Nepote vocari, quod morum Laconicorum observantissimus totoque orbe longe celebratissimus fuerit : eique sententiæ argumento esse, quod similiter Lacones Pausaniam, Lysandrum, aliosque Lacedæmoniorum duces non vocet Nepos. Male. Nam et a Nostro Lysander sic dicitur, et ab aliis alii. v. not. ad vii, 10. et infr. Paphlago. Factum autem illud est Græcorum imitatione, ne paulo ante usurpatum Proprium Nomen, si denuo repeteretur, aures offenderet. Vide Buchner. de commut. rat. dic. i, 10, 1)
Laconica (sc. regio) xiii, 2
Lacessere hostem (oppon. cedere) xxii, 1
Lacrymare casum alicujus (si vera est lectio : illacrymare casui) vii, 6 lacrymans accepit talem benevolent. civ. suor., ibid.
Lædere : nonnulli læsam ab eo pietatem putabant (de Timoleonte, qui interficiendum fratrem tyrannum curaverat) xx, 1 (Sic Cicero pro Sex. Rosc. Amer. ‘ vultu sæpe læditur pietas.’ Sic ‘ lædere fidem, pudorem, existimationem’ apud bonos Auctores passim. Lamb.)
Lamachus (unus e Collegis Alcibiadis) vii, 3
Lamestius xx, 5
Lamprus (musicus) xv, 2
Lampsacum (alii Lampsacus) ii, 10 (Urbs insignis cum portu optimo, circiter initia Hellesponti, per quem Propontis in mare Ægeum enititur, Callipoli in Chersoneso Thracia sitæ opposita. v. Ubb. Emm. vet. Gr. tom. 1. l. 6. pag. 95)
Lælius C. Terentiæ æqualis, Fr. 1 et 6
Lætitia minus diuturna vii, 7
Lapis (de milliario) xxv, 22 (nam ap. Rom. milliaria lapidum intervallis cum signis et numeris suis notabantur. v. Thes. Buchn.)
Largitio magistratuum i, 6 ea interit pecunia ii, 2 ea pervertuntur mores Carthaginiensium xxii, 3 largitiones effusæ xxv, 6 (fere in malam partem usurp. hæc vox, de iis, quæ ambitus causa donantur. vide Muret. in Tac. A. 1. Boecl.)
Largitudo, Fr. 7
Lassitudo : a lassitudine acquiescere xiv, 11 lassitudinem militum sedare xviii, 9
Latere (occultum esse ignorari) xvii, 6 de dissimulatione imperii eleganter xviii, 7
Lathurus (rex Ægypti), Fr. 7
Latini sermonis nativus lepor xxv, 4
Laudare consilium alicujus xvii, 6

Laudatio: simulata laudatione adolescentulos recuperavit xvii, 6

Laus liberandar. Thebar. propria est Pelopidæ (de ejus gloria ex Thebis liberatis) xvi, 4 ceteræ laudes communes sunt cum Epaminonda, ibid. laus rei militaris (de fama rebus bello gestis parta) i, 8 virtutum (ex virtutibus) xxiv, 2 hujus victoriæ vel maxima fuit laus, quod &c. (victoria in eo est laudabilis, quod &c.) xvii, 4 laudi id ducitur, Præf. laudem præcipuam habere amplissimæ corporis formæ (ob ampliss. corp. formam potissimum laudari) xxi, 1 laude præcipua ferri xxv, 10 in summa laude esse (laudari) xi, 2 magnis in laudibus est (variatio ejus, quod modo dictum erat 'laudi ducitur'), Præf. laudibus efferre vii, 11

Lautus Eques Rom. xxv, 13 (pro divite. v. Gif. obs. L. L.)

Laute vivere (splendide, liberalius sibi indulgere) xii, 3

Laxare vincula epistolæ iv, 4 (Quanquam nos edidimus 'lacerare')

Lectica fertur ægrotus Hannibal (scil. militari) xxiii, 4 lecticula elatus Atticus xxv, 22 (sc. funebri, quæ λέχη Græcis; ea nobiliores et ditiores: ceteri sandapila efferebantur. v. Kirchman. de Fun. ii, 9. Boecl.)

Legere milites iv, 1

Lectio: nunquam sine aliqua lectione apud eum cœnatum est xxv, 14

Lectoris satietas et ignorantia xvi, 1 (quarum hæc scil. ex nimia brevitate, illa ex multitudine. Boecl.)

Legatus, qui eloquentia omnes præstat xv, 6 Legatus (ductor, v. Ductor): legatus in Persas est profectus xvi, 4 legatus (de assecla prætoris) xxv, 6 (v. Assecla. adde Sigon. de ant. jur. provinc. ii, 2). legati cautio circa morem suæ civitatis observandum ix, 3 (v. Lamb.) legati Prusiæ Romæ apud L. Qu. Flaminium Cos. cœnant xxiii, 12 legati Carthaginienses Romam venerunt xxiii, 7 legati Romani Carthaginem venerunt, ibid. legati sociorum omnium convenerunt xv, 6 legati tres Athenas missi sunt ii, 7 legatos Athenas miserunt Lacedæmonii (sc. de non instruendis muris) ii, 6 (sc. Themistoclem accusatum) ii, 8 antistites Jovis legatos Lacedæmona miserunt (sc. Lysandrum accusatum) vi, 3 legatos questum mittere, quod &c. xii, 3 legati Roma in Bithyniam missi Hannibalis exposcendi gratia xxiii, 12 domum ejus circumdant, ibid. legatis senatum dare xxiii, 7 (v. Dare). legati quales mittendi ii, 7

Legationis jus sanctum ap. omnes gentes xvi, 5 (v. Grot. de jur. b. et p. lib. 2. cap. 18. et Paschal. itemque, Marselarium, qui hoc omne argumentum præ ceteris illustrarunt eximie). legationem suscipere (obeundam in se recip.) ii, 6 legationes administrare fideliter, obire diligenter x, 1 legationes illustriores, ibid. coram frequentissimo legationum conventu (per Metonymiam, de legatis ipsis) xv, 6 (Sic Justinus xxx, 3, 5 'dum hæc aguntur, interim legationes Attali regis et Rhodiorum, injurias Philippi querentes, Romam venerunt:' aliique. Sic Tacitus 'servitia' pro 'servis' Ann. xv, 69, 1. posuit: 'Vestinus imminentes foro ædes, decoraque servitia et pari ætate habebat.' Et Ann. xii, 17, 1. dicit: 'servitii decem millia offerebant.' Add. Buchner. de Commut. dic. rat. i, 4, 5)

Lemnus non vult se dedere i, 1 dedit se i, 2

Lenire invidiam obsequio x, 6 nomen tyranni humanitate x, 1 (Sic Lambinus edidit; Nos: tegere). leniri (mitigari) xviii, 10

Lentulus Spinther, Fr. 8

Leoni acerrimo se comparat Eumenes captivus xviii, 11

Leonidas rex Laced. ii, 3 (de quo plura Schott. ad Senec. Suasor. 2)

Leonnatus (unus ex Alexandri amicis) xviii, 2

Leotychides xvii, 1

Lepor nativus (de suavitate linguæ nat.) xxiii, 4 (v. Nativus)

Lesbus xii, 3 (insula in Ægeo pelago magnitudine soli Eubœæ concedens, inque meridiem a Septentrione porrecta. V. Ubb. Emm. tom. 1. vet. Gr. pag. 149)

Leto affici ab aliquo (paulo ante: in prælio occidi ab aliquo) xxi, 3

Levare: sæpe suis opibus inopiam Atheniensium publicam levavit xxv, 2 paulo ante: pecunia sublevavit et juvit opibus suis

Leucosyri xiv, 1 (qui nunc Cappadoces. Lamb. sic dicti ad differentiam fusci coloris Syrorum. Loccenius ex Eustath. schol. in Dionys.)

Leuctra (vicus Bœotiæ, de quo vide Meurs. Laconic. iv, 7): accidit Lacedæmoniis calamitas ap. Leuctra xvii, 6

Leuctrica pugna xv, 6. 10. xvi, 4 post

post eam se nunquam Lacedæmonii refecerunt xvii, 7 (pugnæ hujus iconem habes ap. Jo. Arcerium in notis ad Æliani Tactica)

Levis armatura (pro militibus levis armat.) xiv, 8 levis (expeditus) xi, 1 levis xxv, 15 (de eo, qui plura promittit, quam præstat, non tam facilitate officii, quam temeritate linguæ. Boecl.: oppon. liberalis, ibid.) leve judicare aliquod genus scripturæ, Præf. (mox: non satis dignum summorum virorum personis, ibid.) levior esse cœpit morbus (remisit) xxv, 22 hæc leviora sunt mihi, mox: ap. me xv, 1 (vid. Esse ab invid.)

Lex de prohibendis sepultura proditoribus (ap. Athen.) ii, 10 (v. Lambin. Fit ejusdem legis etiam mentio ap. interpretem Homeri. Adde xix, 4). lex oblivionis (ἀμνηστίας) viii, 3 lex de non retinendo ultra præfinit. tempus imperia xv, 7 lege agere cum aliquo, mox: legibus experiri xx, 5 (legitimis actionibus experiri. Sicut enim ejus, qui jus reddebat, est 'jus dicere;' ita is, qui jus suum persequebatur, et aliquid eorum, quæ lege continebantur, apud prætorem, aut jus dicentem, in jure obibat, 'lege agere' dicebatur. v. Brisson. de Form. et Sigon. de judic. l. 1. cap. 7. et 9. Boecl.) leges patriæ (forma libertatis) xx, 1 civitatibus leges libertatemque reddidit (αὐτονομίαν) xx, 3 (leges conjunguntur heic recte cum 'libertate,' quæ ademtis legibus tollitur; relictis remanere videtur. Quo sensu Rhodii ap. Liv. 32 'Carthago libera cum suis legibus est.' Boecl.) legibus eorum licet cuivis ephoro hoc facere regi iv, 3 legibus Atheniens. emitti e custodia non poterat (per leges illorum) v, 1 ut ibi de eo legib. fieret judicium (secundum leges) xix, 3 legib. an cum pernicie civitatis parendum xv, 7 his legibus pacem constituerunt, ut &c. xiii, 2 alibi: his conditionibus pacem fecit viii, 3

Legitima pœna (legibus definita) iii, 1 legitimi quidam confecti (judices delegati veluti et extraord. constituti) xix, 4 (Boecl. Gebhardus neutro genere accipit, et 'legitima confecta' exponit, quæ lege ad accusandum et audiendum reum, nec non reliquum judicii ordinem sunt constituta. quomodo Cicero ad Anton. 'cedo illa legitima, quæ Coss. populum jure rogaverunt.' Hanc expos. sequitur et Buchner. in Thes.)

Libenter aberat Athenis xii, 3 paulo ante: non libenter erat ante oculos suorum civium, ibid. libenter de his detrahunt, quos eminere vident altius, ibid.

Liber de historicis Cornelii Nepotis x, 3 liber Græce confectus de consulatu Cic. xxv, 18 multis verbis librum gravem conscripsit (sc. testimonii) vi, 4 mox: testimonii loco librum tradidit, ibid.

Liberæ civitates (δημοκρατούμεναι) xii, 3 (alibi: quæ libertate utuntur i, 8. vid. Libertas)

Liberare obsidione urbem aliq. xiii, 1 patriam (sc. a servitute) vii, 9 patriam a tyranno viii, 1 liberari pœna iii, 2

Liberator patriæ x, 10

Liberalis: non liberalis, sed levis, arbitrabatur, polliceri &c. xxv, 15 (v. Levis)

Liberalitas Cimonis v, 4 liberalitas Cononis in cives ix, 4 liberalitas temporaria, callida (quæ temporis et spei causa fit) xxv, 11 liberaliter polliceri (prolixe, ample) vi, 4 (Cic. de petit. consul. dixit 'large et honorifice promittere')

Liberalius indulgere sibi quam ut &c. xii, 3

Liberi benemeriti viri, agro donati xvi, 5 liberi Alexandri xviii, 2. 6. 13 (Accipiunt nonnulli de unico e Roxane filio; (cui itidem ut Patri nomen Alexander fuisse ex idoneis Auctorib. docet Freinshemius ad Curtii x, 6, 9.) quomodo 'liberorum' vocem usurpari, præter Lambinum, et Magium annotarunt Philipp. Caroli et Thysius ad Gell. ii, 13. Etsi et singulari numero 'liber,' pro 'filio,' reperitur. v. Voss. de Analog. i, 42. et Bang. obs. Philol. lib. 1. pag. 318)

Liberius vivere (de licentia morum &c.) ii, 1 (Sic Cic. pro Cœl. 'si vidua libere vixerit.' Locc.)

Libertas (δημοκρατία) xx, 3 Sic: civitas quæ libertate usa est (ἡ δημοκρατουμένη πόλις) i, 8 eodem signif.: libertas civium (unius tyrannidi opposita) xx, 1 libertas populi vii, 3 libertatis species (pars, indicium) xx, 5 libertatis spes (qua servi ducuntur) iv, 3 libertas dicendi, quæ quis vult xx, 5 libertati omnium amicior, quam suæ dominationi i, 3 in libertatem vindicare patriam ex servitute viii, 1 libertatem parat reddere Dionysius x,

3 (Sic Sueton. de Aug. 28 'de reddenda rep. bis cogitavit'). pro libertate fortius loquuntur boni, quam pugnant viii, 2
Libet interponere hoc loco xvi, 3 (servit hæc formula, cum tacita veluti προθεραπείᾳ, inserendis in historiam judiciis, observationibus, egressionib. locis memorabilibus. Boecl.)
Libido (de voluptatib. et mollitie; opp. mox: abstinentia) xvii, 7 libidinosus vii, 1 in omnium libidinum cupiditatibus vivere (de philosophis, quorum vita et doctrina plurimum distant), Fr. 5
Librarii xxv, 13. (servi quorum opera in exscribendis et curandis libris veteres utebantur. v. Pign. de serv. pag. 113. Boecl.)
Licentia civium immoderata (notatur intemperantia libertatis, τὸ ὀχλοκρατικὸν ἐν τῇ πόλει) vii, 4 licentia inveterata (de militarem discipl. dedignantib.) xviii, 8 licentius dispertivit militib. bona eorum, quos sciebat adversus se sensisse (de vi dominat.) x, 7 si esset licitum per suos xviii, 10 (si licuisset)
Licet ephoro cuivis hoc facere regi iv, 3
Lignea mœnia (ænigmatice, de navibus in resp. oracul.) ii, 2
Ligures xxiii, 4
Linteæ loricæ xi, 1
Lis: litem æstimatam populo solvere non poterat v, 1 alibi: pecuniam qua lis æstimata est i, 7 lis ea vel ejus L vel C talentis æstimata est i, 7. xiii, 3 (v. Æstim.) litib. distineri xxv, 9 (v. Dist.)
Literas publice mittere aliquo xiii, 3 literis coli ab aliquo (de familiarit. epistolaris commercii) xxv, 20
Literæ (pro studiis): literarum in primis studiosus xxv, 1 literis nonnihil temporis tribuere (de duce bellico) xxiii, 13 literas amare xxv, 1 literæ Græcæ (pro lingua Græca) literarum Græcarum doctor xxiii, 13 (nisi malis, de rebus ac monumentis Græcorum accipere, quo signif.:) literarum Græcarum expers, Præf. (et) rudes literarum Græcarum xvi, 1
Literati (quinam olim dicti), Fr. 6
Literatissimi pueri (in familia Attici) xxv, 13 (eruditi enim etiam mancipia erudita habere studebant. Boecl.)
Locus: locus sacer, profanus, privatus, publicus ii, 6 locus primus ædium (πρόθυρον), Præf. locus non æquus, (iniquus et incommodus) i, 5 eodem sensu: alienissimus alicui ii, 4 (v. Æquus et Alienus). ad castra ponenda idoneus xiv, 11 locus solerter captus xiv, 7 loci auxilium quale sit xiv, 8 loci religiosi, in bello etiam, tuentur supplices xvii, 4 eo loco eum ire, quo ipse consueverat, jussit (sc. in agmine militari) xiv, 9 hoc loco non est prætereundum factum Pharnab. (in transitione) vi, 4 Sic: hoc loco non est prætereunda gravitas Lacedæmoniorum iv, 4 loci quibus pauci multis possunt resistere viii, 5 loca campestria, plana xviii, 5 castellis idonea i, 2 loca deserta (sc. ob aquæ penur.) xviii, 8 loca sola, ibid. loca sanctissima xxv, 3 locorum angustiæ xv, 7 loca multa expugnare xvii, 3 locus (pro occasione, sive tempore: nam ut 'spatium' et locum et tempus significat; sic 'locus' eand. significandi amplitudinem sortitur. v. Boecl. Chrestom. Terent.) ut quemque ex proximo locum fors obtulisset, eo patriam recuperare nitebantur (h. e. prima quaque occasione) xvi, 2 locum nocendi dare xxii, 1 occasionem dare, ibid. Locus (pro familia): loco honesto esse (e familia honesta) xviii, 1 locus (pro officio, dignitate, conditione, gradu): cum tredecim annos eundem locum ap. Alexandrum obtinuisset (sc. apparitoris) xviii, 1 locum legati obtinere xxv, 6 locum secundum imperii tenere xviii, 4 alibi: gradum ix, 3 hunc tenuit locum amicitiæ ap. Philippum xviii, 1 (mox: gradum, ibid.) Huc pertinent: loco scribæ aliquem habere ad manum (nisi illud 'scribæ loco' a glossa est) xviii, 1 loco testimonii librum tradere vi, 4 (ac fortassis in his omnibus metaphora sumta est a spectaculis, in quibus suus cuique locus ab Ædilibus destinabatur. Boecler. Chrestomath. Terent.)
Locupletia munera (larga magna) viii, 4 locupletissima regio xvii, 3
Locupletare exercitum vii, 5 (Gr. ἀναπλῆσαι στρατιώτας, vel πλήρες ποιῆσαι τὸ στράτευμα παντοίας ὠφελείας. Gebh.) multitudinem excursionib. i, 2 regionem aliquam equis, armis, viris, pecunia xxii, 4 milites præda magna xvii, 3 locupletari præda barbarorum vii, 7
Longæ naves (v. Nav.) ii, 2
Longum est enumerare prælia xxiii, 5 (formula præcisionis)
Longius, quam dictum est, debere (diutius) xxv, 2

Longinquius tempus (longius) ii, 4 (Sic 'longinqua oppugnatio' ap. Cæs. 3. Civ. 80. et ap. Eund. 'longinqua consuetudo, longinquitas temporis' &c. v. Gronov. observ. iv, 11)
Longus Tiberius xxiii, 4 (Collega P. Corn. Scipionis Cos.)
Loqui: quem turpiter diligi loquebantur (perhibebant, ferebant) xxii, 3 loqui Græca lingua i, 3. x, 1 liberius x, 7 fortius quam pugnare viii, 2 facete, breviter, acute (de jocis et dicteriis), Fr. 5
Loricæ linteæ xi, 1
Lotus arbor, Fr. 10
Lucani (pro regione Lucan.) xxiii, 5 (v. Gens)
Lucide id apparet (perspicue) xvi, 1 (sic Cicer. 2. de Orat. 'lucide breviterque aliquid definire')
Lucretius xxv, 12 (Poëta ingenio et facundia præcellens. v. Gell. i, 21. add. Barth. Advers. 42, 26. et 43, 2)
Lucrum: ille universa (quæ Alcibiades bello Peloponnesio gesserat) naturali quodam bono (i. e. singulari naturæ felicitate) fecit lucri viii, 1 (h. e. factum est, ut ipsi, sc. Thrasybulo, non Alcibiadi, collegæ ejus, præclare gesta tribuerentur. Omnino enim τὸ ille Thrasybulum refert. Ceterum putat h. l. Vir doctus 'aliquid lucrifacere' dici pro 'facere lucrum alicujus rei.' Verum quid opus est? Malim subaudire 'rem,' vel similem accusativum, qualis et in aliis ejusmodi structuris κατ' ἔλλειψιν subtrahitur. Est enim in illa locutione 'facio' æstimandi verbum, sicut et in his Plaut. Mostell. i, 1, 57 'orationis operam compendii face,' et Pœnul. i, 2, 138 'curam hanc facere compendii potes.' Nam et heic subaud. 'rem,' vel simile quid)
Luctando exerceri xv, 2
L. Lucullus xxv, 5. Fr. 9
Lucus incerto casu accensus i, 7
Lumina oculorum (pro oculis) xx, 4
Lupo (pisci) præcipua auctoritas in cibis, Fr. 10
Lutatius C. fudit Carthag. xxii, 1
Luxuria pullulans reprimenda xxiv, 2 luxuria enervatur Dionis filius (sc. per ingens flagitium dominationis) x, 4 luxuriam liberorum alere atque augere suis impensis xix, 1
Luxuriose vivere vii, 11
Lycus (pater Thrasybuli) viii, 1
Lyco (Syracusanus) x, 9
Lydi xiv, 3
Lydia (regio Asiæ) ix, 2. xiv, 2
Lysander Lacedæmonius Athenienses jam diu in Peloponnesios bellum gerentes casu conficit vi, 1 hinc elatus et dominationi suæ studens Xviros constituit passim, ibid. &c. quæ potestas sublata rursum vi, 3 crudelis manet et perfidus vi, 2 et 4 reges abrogare molitur, ideoque oracula corrumpere instituit vi, 3 &c. sed judicio liberatur, ibid. denique occiditur apud Haliartum, ibid. a Pharnabazo delusus egregia accusatione vi, 4 factiosus et potens xvii, 1 muros diruit Athen. ix, 4
Lysimachus iii, 1 alius xviii, 10 prælio cadit xxi, 3
Lysis Tarentinus (Philosophus Pythagoreus et Epaminondæ præceptor) xv, 2
LIS. xxv, 4 (Sestertium antiqui his modis exprim. IIS. HS. LLS. duarum librarum et semissis charactere. superposita lineola, millenarii index. sestertium in neutro signif. vid. Budæ. et Glarean. de asse. it. Henisch. et præsertim tabulas Scioppianas, quas in indice Suetoniano commendamus. Eas, sed ad veriorem sententiam correctas, suis de pecunia vetere libris subjunxit Gronovius pag. 889. seqq. v. inf. Sestert.)

M.

Macedones veterani xviii, 10 Macedonum militum fama xviii, 3
Macrochir (Longimanus) Artaxerxes dignitate formæ et virtute præstans xxi, 1
Maculare gloriam belli magnam turpi morte iv, 5
Magis: hujus consilium plerisque displicebat et in terra dimicari magis placebat ii, 3 animo magis etiam quam corpore pugnarunt (adhuc magis) xviii, 4 non magis amore quam more ductus v, 1 non magis eos in sua potestate existimabat esse, quam qui &c. xxv, 6 neque id magis imperio quam justitia consecutus est (æque justitia atque imperio) i, 2 neque eo magis ex prælio excessit (nihilominus in prælio perseveravit) xviii, 4 Sic: neque eo magis carebat suspicione iv, 3 arcem Thebanis reddiderunt xvi, 1 adulatus est Antonio xxv, 8 quo

magis præceptum illud omnium in animis esse debet viii, 2 nequeo eo magis xviii, 4 non magis quam v, 1

Magalia (seu, ut alii, ' Magaria,' pars exterior Carthaginis, Byrsam amplectens), Fr. 3

Magister equitum pari ac dictator imperio xxiii, 5 (per turbulentas rogationes ita acciderat. alias enim dictatoris imperio parebat. v. de hoc officio erudite et copiose disserentem H. Hug. milit. equ. v, 2. Boecl.)

Magistra vitæ an sit Philosophia, Fr. 5 magistri vivendi, ibid.

Magistratus (de munere ac potestate superiorum): qui tam maximum magistratum Thebis obtinebat xvi, 3 magistratum absenti abrogabant (præturam bellicam, imperium militare) vii, 7 in eo magistratu (cum ei potestati præesset, cum Carthagine rex esset) xxiii, 7 cum magistratus gerere desisset xiii, 3 in magistratibus multum versatus i, 8 (ubi tn. Mss. aliter). magistratus (de iis, qui magistratum gerunt): ad magistratum senatumque Lacedæmonior. adiit ii, 7 ego te tradam magistratui (sc. ad pœnam) xv, 4 postquam de reb. suis gestis ap. maximum magistratum dixerat (i. e. apud Ephoros Lacedæmonior.) vi, 4 dies, quo maximi magistratus simul consueverant epulari (sc. Thebanorum) xvi, 2 his magistratibus legati Romam venerunt (cum hi Consules essent) xxiii, 7 largitione magistratuum corruptus populus i, 6 cum publica pecunia largitione magistratuum quotannis interiret ii, 2 absentium magistratuum jussis dicto audiens fuit xvii, 4 magistratus (Romanos) ornavit in volumine quodam Atticus xxv, 18 (v. Ornare)

Magnesia (urbs Asiæ ap. Meandrum fl.) ii, 10

Magnus timor vii, 3 magnus concursus xiv, 3 magnus homo iv, 1 Sic: magnos homines virtute metimur non fortuna xviii, 1 (v. Homo). magnus imperator xxiv, 3 vir omnium judicio magnus xx, 1 magnus hoc bello Themistocles fuit nec minor in pace ii, 6 magni fuit ejus opera (sc. pretii res vel opera) ix, 1. xiv, 1 (Sic: Cicero ad Fam. l. 15. Ep. 15 ' magni erunt mihi tuæ literæ.' v. Esse civitat. add. Voss. de construct. cap. 29). magno natu esse (de senect.) iv, 5 (v. Nata). magno et animo et corpore esse xi, 3 magna multorum consensio vii, 8 magna amicitia, ibid. magna gratia vii, 9 magna benevolentia xiv, 6 magna festinatio ix, 5 (Sic vulgo. Sed Nos pro ' magna festinatione' edidimus ' magna de re,' secuti Mss. Gif. Dan. et Savar.) magna corporis dignitas x, 1 magna spes xiii, 3 magna expectatio vii, 6 magna pecunia vii, 9. xxiii, 9 magna laus xv, 2 magnæ divitiæ x, 1 magnæ res x, 1. xvi, 2 magnum periculum xxiii, 9 major annis sexaginta natus decessit ii, 2 major res nulla gerebatur sine eo (majoris momenti) ii, 1 sic: si qua res major acta est, non defuit xxv, 4 majorum rerum nihil adversum alicujus sententiam facere, Fr. 12 At, majores res appetere (de ambitiosis novisque consiliis) iv, 2 Sic: majora concupiscere (scil. quam quæ privatum et subditum deceat) iv, 1 majores natu (seniores, qui superiori ætate vixere) xi, 1 (v. Gifan. observ. L. L. Sic: ' majores auctores,' ap. Columell. ix, 13). majores natu (seniores, sed coævi) ii, 2 Sic: majorum natu auctoritas xiii, 3 (Alibi simpliciter ' majores,' pro priscis). majorum instituta, Præf. majorum more honores petere (ut fieri solebat priscis reipubl. temporib.) xxv, 6 majores (de parentibus, avis, &c.): majorum gloria i, 1 a majoribus accepta equestris dignitas xxv, 1 maximi exercitus xxi, 1 maximi ignes xviii, 9 maximum studium xiv, 4 maximi corporis homo xiv, 3 maximus magistratus (supremus) vi, 4. xvi, 3 Sic: maximi magistratus xvi, 2 maxima classis ii, 5 maxima fides x, 5

Magnificus (opp. elegans) xxv, 13 (v. Explicat. h. l. apud Baptist. Pium annot. post. cap. 8). magnificentissimum factum viii, 1 (illustriss.)

Magnitudo voluminis (modus, quantitas), Præf. animi ii, 10. viii, 1. xxi, 3 (primo loco notatur generositas animi nihil abjectum sentientis agitantisque; reliqui ad militiæ laudem pertinent. Boecl.) magnitudo rerum gestarum xi, 1

Magnopere delectari xiv, 3 gaudere iv, 2 laudari i, 3 (pro, magno opere: quomodo Plautus Cas. ii, 7, 7 ' expetivisse opere tam magno senem, ne ea mihi daretur')

Mago (frater Hannibalis) xxiii, 7 de-

mum revocatur, ibid. fraternis calamitatibus involvitur xxiii, 8 ejus interitus, ibid.
Majestas: quorum imperii majestas ab hoc initio perculsa cecidit xvi, 2 (de summo imperio, quod penes Lacedæmonios et terra et mari erat. conf. iii, 2. alibi: Lacedæmoniorum tyrannis xv, 6)
Male rem gerere (infeliciter pugnare) i, 3. xxii, 1. xi, 1 Sic: male gestis rebus vii, 5 (Livius lib. 1. opponit, 'bene rem gerere,' feliciter pugnare. Vorst.) male accipi (fugari) xviii, 8 male audire x, 7
Maledici non desunt magnis viris xxii, 3 maledicentissimus historicus vii, 11
Maleficam naturam in corpore nancisci (de errore ac deformitate naturæ in corpore) vii, 8 (oppon. habere naturam fautricem, ibid. Ovid. in Epist. dixit, naturam difficilem. 'Si mihi difficilis formam natura negavit')
Malle: potius augeri patriæ opes, quam regis maluit ix, 5 qui malunt se metui, quam amari x, 9 maluit se diligi, quam metui xx, 3 se capitis periculum adire quam deesse &c. xiii, 4 (v. infr. Se)
Malum externum (de bello cum ext. gesto) xxii, 2 malo esse alicui (nocere) vii, 7
Malitiose facere (cum quis culpa sua et de industria rem male gerit) vii, 7
Mamercus, dux Italicus, capitur xx, 2
Mamurra eques Rom., Fr. 10
Manceps xxv, 6 (qui a populo aliquid emit, conducitve; ejus rei quoniam sublata manu indicium facit, seque auctorem profitetur, 'manceps' dicitur. v. Sigon. de antiq. jur. civ. Rom. ii, 4. vide inf. Præs. Boecl.)
Mandata res (de negotio, quod quis in se procurandum suscepit) xxv, 15 (oppon. sua, ibid.) mandatis editis per me conficies, quod studes ix, 3
Mandrocles xiv, 5
Manere (expectare hostem) ii, 4 manere in fide xviii, 4 in pactione xvii, 2 in societate ix, 2 in officio (sc. fidei et obsequii) ix, 3. xviii, 6 (oppon. deficere ab aliq. ix, 3. vid. de his et similib. formulis Pricæ. ad Apulei. Miles. 2. pag. 110. et Gronov. ad Statii Theb. vi, 630. Græci dicunt ἐμμένειν ταῖς διαθήκαις, quos Latini imitati videntur. Nam eodem modo Cicero pro domo sua: 'in fide manere,' ad Attic. vii, 15 'in conditione manere.' Cæsar B. G. 1. 'in eo, quod convenit, manere.' Livius xxxv, 12 'in societate Romana manere.' Poëtæ omittunt præpositionem. Sic Virgil. Æneid. 2 'tu modo promissis maneas.' Vorst.) manet amicitia inter eos (durat, constat) xxi, 3 Sic: memoria laudis manet xiii, 2 manere (ratum esse) vii, 10
M. Manlius, Fr. 1
Mantinea (urbs Arcad.) xv, 9
Manubiæ v, 2 (prædam, sive pecuniam ex præda redactam intelligi ostendit Gell. xiii, 23. Boecl.)
Manus: sua manu scripsit, ne timeret xxv, 10 aliquem ad manum habere (ministerio alicujus uti) xviii, 1 (Locc. indic. philolog. exponit 'amanuensem,' seu 'librarium,' cujus ministerio in scribendo utimur. qui Suetonio in Aug. 67 'a manu' dicitur). ut si fortuna in sua manu esset (in sua potestate) xiii, 3 (Sic in quibusdam Mss. ac edd. sed nos edidimus 'in sua navi'). manus dare (de succumbentibus) xxii, 1 (Est a. translatio a gladiatorib. ducta). Manus (pro vi et armis): manus afferre alicui xx, 1 manu eum superari posse diffidebant vii, 10 (paulo ante: ferro cum aggredi non audebant, ibid.) manus aliquo porrigere (de extorsionibus, quibus exhaustum immodicis sumtibus ærarium repletur) x, 7 (v. inf. Porrigere). manum conserere (acie contendere) xiv, 8. xxiii, 4 alibi: ad manum accedere xviii, 5 manu fortis xiv, 1. xv, 3. xxi, 1 Manus (de exercitu et copiis): manus delecta i, 1. xvi, 4 exigua manus i, 5 haud ita magna manus iv, 1 manus mirabili flagrat cupiditate pugnandi i, 5 manum colligere vii, 7 comparare x, 4 ad dimicandum expeditam habere xiv, 6 (v. Expeditus)
Marathon (campus clade Persarum et Miltiadis tropæo insignis) i, 4
Marathonia pugna i, 6. ii, 2
Marathonium tropæum (pugna, seu pugnæ gloria) ii, 5
Marcellus M. Claud. Cos. xxiii, 12. xxiv, 1 quinquies Cos. ap. Venusiam cadit xxiii, 5 quomodo morte ejus audita Hannibal se gesserit, et quomodo corpus ejus tractarit, Fr. 9 an Hannibalem vicerit, ibid.
Mardonius, quis iv, 1 a quo victus, ibid. (adde iii, 2)
Mare Pamphylium xxiii, 8 rubrum xxiii,

2 scopulosum xxv, 10 mare tutum reddere ii, 2 maris principatus controversus xiii, 2 mari duces Athen., ibid. mari res magnas gerere ix, 1 mari et terra bellum alicui inferre ii, 2 alibi: terra marique xxi, 1 mari et terra duces erant Lacedæmonii iii, 2
Maritimi imperii summa ab Lacedæmoniis transfertur ad Athenienses iii, 2 principatum Lacedæmonii Atheniensibus concedunt xiii, 2 maritimi prædones (piratæ) ii, 2 fluctus xxv, 6
Marius hostis judicatus juvatur ab Attico xxv, 2
Marmoris crusta primum parietes operuit Mamurra, Fr. 10
Massagetæ populi Scythiæ Asiaticæ xxi, 1
Mater patri prælata a Menestheo xi, 3 filii pœnam promovet iv, 5 mater timidi flere non solet (proverbium) viii, 2 materfamilias, Præf.
Matricida (μητροκτόνος) xv, 6 (v. de hac voce Savar. ad Sidon. carm. 5)
in Matrimonio habere aliquam, Præf. v, 1. x, 1
Maturare alicui mortem (accelerare) xii, 4 (Sic Cicero pro A. Cluent. 'huic mortem maturabat inimicus'). concitatus est ad maturandum (scil. inceptum) x, 8
Mature decedere (cito, ante tempus) xxv, 2
Maxime (præcipue): cum unus omnium maxime floreret i, 1 Sic: cum unus in civitate maxime floreret v, 3 uni huic maxime indulgebat x, 2 Ciceronis, ut qui maxime amicus fuit, Fr. 4 (formula αὐξητική)
Media xviii, 8 (Asiæ regio ab Occasu transversa oblique Parthiæ occurrens. v. Plin. N. H. vi, 26)
Medi: ex Medis (pro e Media) xviii, 8 (v. Gens)
Medica vestis (fluida et perlucida) iv, 3 (adde Freinshem. ad Curt. vi, 6, 4. et Brisson. de regn. Pers. 2)
Mederi satietati lectoris (ne satietate obtundatur, cavere) xvi, 1
Medicina annos xxx. non indiguit Atticus xxv, 21
Medicus: quo ille commotus, patri (Dionysio) soporem medicos dare coëgit x, 2
Medimnus (et Medimnum: Græcorum mensura, Romanos sex modios capiens) xxv, 2 (vel septem. vid. Modius. adde Petit. comm. ad LL. Attic. lib. 1. pag. 5)
Mediocris: non mediocris est industriæ (eximiæ, singularis) xxv, 13
Meditari animo aliquid (constituere ap. se) xvii, 4 meditor hoc facere xxiii, 4
Melle (cera) cadaver alicujus circumfundere xvii, 8
Melpum (opp. Italiæ Transpad.), Fr. 7
Memor gratusque (quodam sententiæ genere juncta) xxv, 9 memor virtutum pristinarum xxiii, 12 (non tam memoria, quam memoriæ efficacia et instinctio ad aliquid notatur. Boecl.)
Memoria laudis xiii, 2 laboris militaris (fama) xix, 1 imperii (gloria ex gesto imp.) iii, 2 memoria contumeliæ xv, 7 memoria duplex de interitu ejus (fama) xxiii, 8 memoria testatior vii, 4 memoriæ prodere aliquid, vel, de aliqua re ii, 10. vii, 1. xi, 3 memoriam veterem patris renovavit juxta posita recens filii statua xiii, 2 ad nostram memoriam manserunt monumenta ejus (neque ad nostra tempora) ii, 10 (Sic passim Cicero, Livius, alii). maxima post hominum memoriam classis ii, 5 Sic: maximi post hominum memoriam exercitus xxi, 1 unus post hominum memoriam cognomine Justus appellatus est iii, 1 (Sic sæpissime et alii locuti. Quin Cicero interdum conjunctim 'memoria temporaque.' v. g. Orat. in P. Servil. Rullum: 'me perlongo intervallo prope memoriæ temporumque nostrorum, primum hominem novum consulem fecistis.' Vorst.) memoria dignus dux (memorabilis) xiii, 4. xxi, 1 memoria digna (res memorabiles) xv, 1 memoria immortali retinere beneficia percepta xxv, 11
Mendacium neque dicebat, neque pati poterat (de Attico, qui neque mentiebatur ipse, neque mentientem alium sustinere et auscultare poterat) xxv, 15 (Ex quo loco claret, non esse perpetuum discrimen inter τὸ 'mendacium dicere' et 'mentiri,' de quo Gellius N. A. lib. 11. cap. 11. Similiter 'mendacium dicere' pro 'mentiri' usurpat Plautus Bacchid. iii, 4, 39. Vorst.)
Meneclides (obtrectator Epaminondæ) xv, 5
Menelai portus xvii, 8 (vid. Strab. lib. 1. et ult. Lamb.)
Menestheus (filius Iphicrat.) xi, 3 matrem pluris facit, quam patrem, ibid. fit prætor xiii, 3 (Ed. Ultraj. Longol.

et Mag. leg. Mnestheus. quomodo Virg. Æn. iv, 288 'Mnesthea Sergestumque vocat.' Sed Græcis quoque est Μενεσθεύς)
Mens (propositum, consilium) xvi, 1 hac mente ix, 4. x, 9. xx, 1. xvii, 4 (alibi dixit: hoc consilio xxii, 1) mente eadem esse xxiii, 2 si sana mens esset xvii, 5
Mensam secundam servis dispertiit xvii, 8 (Sic Cicero ad Attic. xiv, 23 'hæc scripsi, seu dictavi, apposita secunda mensa, apud Vestorium.' Horat. Serm. ii, 2, 121 'tum pensilis uva secundas et nux ornabat mensas cum duplice ficu.' Et alii. Scilicet bellaria per 'mensam secundam' intelliguntur, (Gr. πέμματα, τραγήματα,) quæ post alios cibos convivis jam cibo potuque satiatis apponebantur, ad eorum appetitum quasi denuo excitandum. de quorum instructu vid. Stuck. antiq. conviv. iii, 2. et Buleng. de conviviis ii, 39)
Mentio: de quo mentionem Plato in Symposio facit (cujus rei meminit, quam rem narrat) vii, 2 Sic: de quo supra mentionem fecimus (cujus vitam supra explicavimus) xv, 4
Mentiri: ne joco quidem mentiebatur Epam. xv, 3
Mercenarii scribæ (non sine nota vilis animi et operæ hæc vox, honestis ac industriis viris, qui fidem potius quam lucrum spectant, majorumque rerum actores sunt &c. opponitur) xviii, 1 (Ita passim ap. auctores: 'mercenaria opera, mercenarii homines' &c. cum quodam contemtu dicuntur. Boecler.) mercenarii milites xx, 1 desciscunt xxii, 2
Merere stipendium (militare &c. v. Stipend.) xxiv, 1
Mereri bene de rep. xix, 2 (mox opp. male consulere patriæ). meritus optime de illo iv, 4
Meritis multis magnisque ap. aliquem valere ix, 3
Messena (restituta) xv, 8. xvi, 4
Metalla: ex metallis facere pecuniam v, 1 Sic: ex metallis redire pecunia dicitur ii, 2 (intellig. fodinæ metallicæ. Sic quoque Tacitus, Plinius, Solinus, alii. vid. Buchn. Thesaur. v. Metallum)
Metellus Q. Celer, Fr. 7
Methodus vitarum scribendarum xv, 1
Metiri aliquem fortuna, virtute (æstimare e fortuna, e virtute) xviii, 1 usum pecuniæ non magnitudine, sed ratione xxv, 14
Metui malle, quam amari, periculosum x, 9 diligi quam metui se maluit Timoleon xx, 3 (Sic de Alexandro M. Justin. ix, 8, 18 'amari pater malle; hic metui')
Micythus xv, 4
Migrare: non ex vita, sed ex domo in domum videbatur migrare (de Attico in morte constantiam vocis atque vultus servante) xxv, 22
Miles jure suo nonnulla ab imperatore vindicat viii, 1 milites regiam tuentes ap. Persas xiv, 1 milites Fabiani, Iphicratenses (pro præstantibus) xi, 2 milites veterani imperare postulant xviii, 8
Militiæ Romanæ initium annus XVII. ætatis xxiv, 1 (v. Lips. de milit. Rom. lib. i. Dial. 2)
Militaris rei labor (res bello gestæ) xix, 1 in re militari multa partim nova attulit, partim meliora fecit xi, 1 militari disciplina nobilitatus, ibid. vestitu ornatus xiv, 9 militares equi xviii, 5
Mille militum i, 5 mille hominum xiv, 8 (Sic enim recte dici Gellius i, 6 ostendit). decem millia passuum i, 4 decem millia armatorum i, 5 multa millia adversariorum xiv, 8 (Scil. τὸ mille semper adjectivum plurale ἄκλιτον est, et generum omnium. Et subaudiri in primis istis duobus locis 'manus' vel 'numerus' aut simile quid debet. Sic enim integre Virgil. Æn. x, 167. 'Sub quo mille manus juvenum' &c. Val. Max. viii, 15 'Senatus, qui mille hominum numero constat,' et alii. Millia, vero plurale quidem adjectivum est, sed neutrum et declinabile. Et materiæ congruenter suppleri aliquo substantivo debet, quod genere et numero eidem respondeat: quomodo v. g. i, 4 spatia, i, 5 et xiv, 8 corpora, subaudiend. vid. Pascas. Grosipp. paradox. liter. Epist. 14. et Gronov. de pecun. vet. iii, 10)
Miltiades colonos Chersonesum ducit i, 1 Lemnum et Cycladas capit i, 2 consilium dat excutiendæ dominationis Persicæ i, 3 Marathonia pugna vincit i, 5 quale præmium victoriæ ceperit i, 6 a Pari oppugnatione casu abstrahitur i, 7 ob id damnatus in vinculis moritur, ibid. vera damnationis ejus causa i, 8 laus ejus i, 1. 2. 8
Minervæ ædes iv, 5 templum xvii, 4

Minuere religionem (violare) xvii, 4 minuuntur opes vii, 10
Minus diligenter ix, 5 minus bene vestitus v, 4 minus diuturnus vii, 7 minus ex sententia, ibid. minus lucide xvi, 1 minus movere aliquo ii, 4 minus probatus ii, 1 minus prospere xiv, 6 minus prospere gesta vii, 7 minus robustus xxiii, 10 impediri quo minus v, 4 recusare quo minus xv, 8 (In his negationis vicem eleganter explet hæc particula; in sequentib. tantum minuit). cum minus, quam vellet, moveret eum ii, 4 minus sæpe, quam vellet xxv, 20 ornatus non minus concinnus in brevitate respondendi, quam &c. xv, 5 non minus bonus paterfamilias, quam civis est habitus xxv, 13 non minus multos amavit (sc. quam amatus est a multis) vii, 2 neque minus multas urbes consilio ad amicitiam adjunxerant (sc. quam expugnaverant multas) vii, 5 minus diebus triginta (subaud. quam) ii, 5 nemo minus fuit emax, minus ædificator illo (i. e. quam ille) xxv, 13
Minime: dedit operam, ut quam minime multa vestigia servitutis manerent xx, 3
Minutius Ruf. M. F. xxiii, 5 Q. Minutius Cos. xxiii, 8
Mirabilis cupiditas (vehemens, ingens) i, 5 quod omnibus mirabile visum est xviii, 5
Mirabiliter vulgi mutata est voluntas x, 10
Mirus: mira comitas (magna) i, 8 mirum omnibus id videbatur xi, 3
Mirari: sic se gerendo minime est mirandum, si vita ejus secura fuit v, 4 Sic: neque id mirandum, si non facile ad credendum inducebatur ix, 3 ait se mirari, quare jam tertium diem sic teneretur xviii, 11
Miscere plurima cœpit (de seditiosis et turbulentis molitionibus) iv, 1 (Sic Cicero pro Mil. 'quanto ille plura miscebat.' Phædrus Fab. 2 'Procax libertas civitatem miscuit.' Loccen. Tac. H. i, 53, 2 'Cæcina ægre passus miscere cuncta statuit')
Miseranda vita (deploranda) x, 9
Misereri ætatis (i. e. senect.) xix, 4 (subint. vox 'causa,' ut docet Voss. de construct. c. 27)
Misericordia alicujus capi ii, 8 misericordia odio succedit x, 10
Missum fieri (dimitti) xviii, 11
Missu ephorum (mittentibus ephoris) xvii, 4 Similiter Solinus c. 2 'ad quem legatus venerat missu Maniæ regis,' (uti quidem Salmas. eum locum correxit,) et alii passim.
Mithridates, Ariobarzanis fil. xiv, 4. 10
Mithrobarzanes xiv, 6
Mittere aliquos in coloniam v, 2 legatos ii, 6 legatos de aliqua re ad aliquem xix, 3 nuntium alicui vii, 4 literas et nuntios aliquo consultum, utrum &c. xviii, 6 Sic: literas Athenas publice misit, sibi proclive fuisse &c. xiii, 3 mittere literas ad aliquem xxv, 20 mittere aliquid muneri alicui iv, 2 Attico misit, quid ageret (nuntiavit, scripsit) xxv, 20 (Sic Cicero ad Famil. xi, 8 'Polla misit, ut ad te, si quid vellem, darem literarum.' et Livius 36 'ad M. Bæbium misit, Antiochum in Italiam impetum fecisse,' &c. Adde Gronov. not. ad Liv. viii, 22. Sic quoque Græcor. ἐπιστέλλειν sæpe idem est ac literas dare, per literas certiorem facere. Plene alibi:) eodem ut sequerentur, ad Timotheum et Iphicratem nuntium misit xiii, 3 de servis suis quem habuit fidelissimum, ad regem misit, ut ei nuntiaret &c. ii, 4 ex his delecti Delphos deliberatum missi sunt i, 1 missi sunt delecti, qui Thermopylas occuparent ii, 3
Mitylenæi multa millia jugerum agri Pittaco muneri dantes viii, 4
Mixtura virtutum et vitiorum in Pausania iv, 1 in Alcibiade vii, 1 (Alia ejusdem mixturæ exempla videsis ap. Mich. Piccart. obs. historico-polit. dec. 1. c. 8)
Mnemon Artaxerxes justitiæ fama florens xxi, 1 pepercit matri, uxoris interfectrici, ibid.
Mobilis populus (inconstans) xiii, 3 mobilitas fortunæ (inconstantia, varietas) x, 6
Moderata vita (civilitatis nomine et bonitatis, quam alibi vocat) xiii, 4
Moderate ferre (æquo animo, non impatienter) xx, 4
Moderatio (in omni cultu scil.) xxv, 14
Modestus (κόσμιος Lambin.) xv, 3
Modestia (civilis communique sensui et legibus congruens animus intellig.) i, 1 (de civilitate obsequii in patriam. xvii, 4. Boecler.)
Modii septem faciunt medimnum Atheniensem xxv, 2 (Sic enim legend. Sane Alex. ab Alex. ii, 20. ita distinguit: ut 'modios' quidem 'sex medimnum' facere; Atheniensem autem

medimn. 'septem modiis' constare dicat)
Mocilla, L. Julius, prætor xxv, 11
Modica supellex xxv, 18 (opp. multa)
Modus: admirandum in modum xv, 8 pari modo xiv, 10 non pari modo xx, 1 tali modo xxv, 21 modum adhibere (scil. in proferendo) xv, 4 modus hastæ (quantitas) xi, 1 Sic: modus mensuræ xxv, 2 (Sic quoque ap. Gell. i, 1 'modus plantæ Herculis,' et ap. alios 'modus jugeri,' 'agri,' 'tumuli,' 'olivæ,' &c. v. Rhodii Lexic. Scribonianum)
Mœnia lignea (ænigmatice de navib.) ii, 2 mœnibus circumdare ii, 6 se defendere (opp. obviam ire hosti) ii, 4. i, 4
Molestum non esse alicui (i. e. nullas alicui pecunias imperare) xxv, 7
Moliri (de conatu rei magnæ) vii, 10 (de factiosis consiliis) vi, 1 moliri multa (de Philippo Maced. dominationem moliente) xiii, 8 molitiones viribus majores ix, 5
Molossi (gens Epirotica) ii, 8
Momenti nullius esse (auctoritate sc. amissa) vii, 8
Monere (significanter, cum denuntiatione monere) vii, 8
Mons: ad infimos montes xviii, 9 (v. Infimus)
Monumentum (sepulcrum) xxv, 22 monumentum sepulcri x, 10 monumenta (indicia rei memoriam conservantia) ii, 10 (a monendo enim deducit Varro. Boecl.)
Moram Lacedæmoniorum interfecit (manum, cohortem) xi, 2 (Erat autem μόρα, sive μοῖρα, multitudo 500. aut 900. Lamb. Add. Crag. de rep. Lac. iv, 4. et Meurs. lect. Attic. i, 16)
Mora nulla est ix, 3 (sc. in me, vel, per me, quemadmodum alii plene locuti. Virgilius Ecl. v, 52 'in me mora non erit ulla.' Terent. Andr. iii, 4, 14 'per hunc nulla mora est')
Morari alicubi xxiv, 2. xii, 3 in montibus xxiii, 5
Morbus oculorum xxiii, 4 morbo consumi xxi, 2 morbo mori ii, 10 morbo perire xxi, 3 morbus levior esse cœpit xxv, 22 in morbum incidere x, 2 morbo graviter conflictari, ibid. in morbum implicitus v, 3. xvii, 8 (v. Implic.)
Mors: honestam mortem præstare turpi vitæ existimat Chabrias xii, 4 mors heroica Epaminondæ xv, 9 mors turpis iv, 5 ex ingratorum hominum conspectu morte decedere (sc. voluntaria) xx, 1 quæ lex morte mulctabat, si quis &c. xv, 7 morte ab aliquo mulctari xv, 8
Mortales ix, 5 (per Synecdochen pro hominibus, quomodo et alii. Cicero: 'unus omnium mortalium sine ulla dubitatione deterrimus.' Plinius xii, 17 'tanta mortalibus suarum rerum satietas est.' Sallustius B. Jug. 'multos mortales cum pecore atque alia præda capit')
Mortiferum vulnus (mortale, letale, θανάσιμον) xv, 9
Mos a majoribus traditus xvii, 1 moris majorum summus imitator xxv, 18 Sic: more majorum honores petere xxv, 6 (sc. sine fuco et fallaciis, ut Cicero explicat. provocabatur autem in plerisque rebus cum pondere et proverbiali veluti formula, ad 'morem majorum,' i. e. instituta inde a majoribus propagata. Boecl.) non magis amore, quam more ductus (consuetudine, instituto legibus permisso) v, 1 (v. Amor). mores civitatis xxv, 6 more Atheniensium nefas hoc est vii, 3 more Persarum xiv, 10 moribus ipsorum hoc convenit, Præf. moribus Lacedæmonior. summa virtus in patientia ponebatur (secundum mores Lacedæm.) vii, 11 Sic: nostris moribus musice abest a principis persona xv, 1 moribus nostris nefas habetur, Præf. moribus nostris hoc decorum est, Præf. morib. eorum id non fit xxii, 3 mores patrios mutare (consuetudines patrias, instituta patria) iv, 3 Sic: mores Græcorum sequi in narrando, Præf. more civitatis suæ fungi ix, 3 (v. Fungi). morum similitudo plus valet in amicitia, quam affinitas xxv, 5 vocabat eos, quorum mores a suis non abhorrebant xxv, 14 morum præfectus xxii, 3 fortunam sui cuique mores fingunt xxv, 11. 19 (v. Erasm. Chil. 2. cent. 4. proverb. 30). morem gerere alicujus voluntati (obedire) xiv, 4 Sic: mos ei gestus est ii, 7 mos crudelitatis (de crudelitate ipsa) viii, 3
Movere se (sc. ex pristina habitat.) xviii, 6 neque se quoquam movit ex urbe xxv, 7 Phrygiam prius depopulatus est, quam Tissaphernes usquam se movere. xvii, 3 movere castra xiv, 8. xviii, 12 movere (persuadere) ii, 4 hoc nuntio motus domum rediit iv, 3 tantum auctoritate ejus motus est, ut

&c. ix, 4 ejus consilio multum movebatur x, 1 suaque omnia, quæ moveri poterant, asportant (bona mobilia, quæ vulgo dicunt) ii, 2 (conf. x, 4). (Livius 'res moventes' dixit. Invenias et 'moventia,' ut in illo: 'fixa et moventia')

Motus concursusque (prœliantium sc. bellantiumque) xi, 1 motus corporis (agitatio, de equis) xviii, 5

Mulcta: mulctæ aliquid detrahere xiii, 4

Mulctari pecunia i, 7. v, 1. xvi, 1 (Justinus dixit, 'pecunia damnari' viii, 1, 7. Vorst.) exilio iii, 1. v, 3. xvi, 2 morte xv, 8 lex mulctat morte, si quis &c. (mortis pœnam constituit) xv, 7

Multorum imperiis non potest bene geri respubl. x, 6 multæ magnæque pollicitationes xviii, 2 cum in oratione sua multa in Thebanos invectus esset xv, 6 (heic τὸ multa adverbialiter ponitur Græcorum more, quemadmodum et alibi. A. Cæcina ad Cicer. l. 6. Ep. 7 'ignovit omnibus, qui multa Deos venerati sunt contra ejus salutem.' Sic quoque Virgilius, aliique. Vorst. adde Vechn. Hellenolex. pag. 99. et seqq.) multum in imperiis magistratibusque versatus i, 8 multum in judiciis privatis versatus ii, 1 multum in bello versatus xi, 1 Sic: aliquem multum fallere vi, 3

Multo formosissimus omnium ætatis suæ vii, 1 multo locupletissima regio xvii, 3 multo elegantissimus poëta xxv, 12 neque ita multo post xvi, 2 post non multo iv, 3 post, neque ita multo v, 3

Multimodis ii, 10 (Sic enim in plerisque Mss.)

Multitudo (sc. militum) i, 2 (paulo ante: manus i, 1) Sic: multitudine circumventus est xviii, 5 multitudo navium ii, 4 multitudo magna Helotum iv, 3 multitudo Macedonum xviii, 7 multitudo (populus, οἱ πολλοί) vii, 8. i, 3 (oppon. principibus, magistratib. &c.) concitata reprimi non potest iii, 1 multitudinis odium xix, 4

Multiplicare usuras xxv, 2

Mundities (in re fam.) xxv, 13

Municipium xxiv, 1 (v. Gell. xvi, 13. et Sigon. de ant. jur. Ital. l. 2. c. 6. &c.)

Munire (absolute pro muros struere, περιτειχίζειν) ii, 6 munire urbem vii, 4 arcem xx, 3 se mœnibus ligneis ii, 2 disceptatio de jure muniendi ii, 7 (adde Chapmer. trem. iii, 7). itinera munire (de viis, quæ faciendo itineri aptantur ac muniuntur) xxiii, 3 munire imperium singulare et perpetuum (translate de stabilienda dominatione) xxi, 2 Sic: quingentis longis navibus munitum imperium x, 5 benevolentia munitum imperium, ibid. munitæ urbes xiv, 5 ne essent loca munita, quæ hostes possiderent ii, 6 munitiora loca x, 9 munitissimum castellum viii, 2

Munitio (de ipso opere muniendi) ii, 7 munitiones (de operibus obsidentium) xviii, 5

Munus (de functione et opera): munus militare fungi xiv, 1 munere servorum fungi (de Helotis) iv, 3 (v. Fungi). munus (de donis): munera magnæ pecuniæ a Rege aliquo (sc. missa) xix, 1 obviam missa honoris ergo xvii, 3 parva munera diuturna: locupletia non propria esse consueverunt viii, 4 (illorum mansura est et intemerata gloria; hæc ob invidiam nihil habent solidi, quo possint gaudere. v. Propr.) munus fortunæ xxv, 3

Munychia (portus Atticæ, ut Stephanus ait, seu, ut Strabo lib. 2, 'collis Chersonesi speciem præbens, introitum habens oris angusti') viii, 2

Murus ligneus (ænigmatice de nav.) ii, 2 muri Athenienses (quo commento extructi) ii, 6 ex sepulcris et sacellis constant, ibid. muri ex multa refecti xiii, 4 muri victas diruti ix, 4 muros struere ii, 6 muros reficit Conon ix, 4 muros sepire &c. ii, 7 muris caruit Sparta vii, 6

Musica, Præf. musice a principis persona abest xv, 1 in musicis magna gloria esse xv, 2

Mutare arma (alia invenire) xi, 1 consilium xviii, 9 mores, vestitum &c. iv, 3 mutare aliquid de cultu quotidiano et de vitæ consuetudine xxv, 14 aliquid de victu et vestitu xvii, 7 mutata est voluntas vulgi mirabiliter x, 10 (alii: immutata)

Mutationes reip. xxv, 16

Mutina xxv, 9

Mutua beneficia xiv, 10

Mycale (urbs Cariæ) v, 2 (nisi glossema est)

Mysteria facere vii, 3 (Cereris sacra arcana: alio nomine, Initia: De iis Just. v, 1, 1. Brisson. 1. formul. Alex. ab Alex. vi, 19. et prolixe Casaubon. adv. Baron. Exercit. xvi, 43.

adde Petit. comm. ad LL. Attic. lib. 1. Jac. Gothofr. Exerc. 2. de Eccles. et incarnat. Chr. et inprimis Meurs. libr. singul. quem Eleusinia inscripsit)
Myus (urbs Asiæ) ii, 10

N.

Nancisci majus imperium i, 6 morbum xxv, 21 sorte provinciam xxiv, 2 nancisci causam idoneam (opportune, commode oblatam, captamve) ii, 6 (ejus elegantiæ est locutio Floriana ii, 6, 12 'hostes frigidum et nivalem nacti diem' &c. scil. tempestatem ejus diei in consilium verterunt, suo usui accommodarunt &c.)
Nasci ex aliqua ii, 1 natus ab aliquo xiv, 2 natus ex aliquo x, 2, 15, 10 natus nobili genere x, 1 nata Attico neptis ex Agrippa xxv, 19 nata eodem patre v, 1 nati ex fratre et sorore xiv, 2 omnes in Africa nati (i. e. Africani) xxi, 3 natus annos circiter quadraginta (de eo, qui jam implevit tot annos) vii, 10 (ellipt. 'annos' pro 'ante annos,' vid. Voss. de Construct. cap. 18. et 44). Sic: circiter annos LV natus x, 10 annos III et XX natus, Fr. 4 major annos sexaginta natus xxi, 2 minor quinque et viginti annis natus xxiii, 3 (Lambinus utrobique reposuit, 'natu')
Natu magno (ætatis notione) iv, 5. xiii, 3 (Sic Liv. ii, 3. lib. x, 36. v. Gifan. obs. L. L. pag. 144). majores natu (de senioribus, sed convis) ii, 2. xiii, 3 de senioribus, sed qui desierunt vivere xi, 1 natu maximo filius xiv, 7 alibi: qui maximus natu esset ex liberis ejus xvii, 1
Natalis dies Timoleontis festus Siciliæ xx, 5 (sc. quod felix et victoriis nobilitatus. v. Alex. ab Alex. iv, 20)
Natione Car. xiv, 1 Medus iv, 1 nationes et gent. xxiii, 1
Nativus lepor (de pura et inaffectata sermonis gratia) xxv, 4 oppon. ascitus, ibid. (Petronio 'naturalis pulcritudo,' Gellio x, 3 'nativa suavitas dicta.' Locc.)
Natura videtur experta in hoc quid efficere posset (de Alcibiade, quo nihil fuisse excellentius memoriæ proditum) vii, 1 (ponitur heic 'natura' tanquam effectrix rerum &c.) Sic: natura fautrix (propitia) xvii, 8 opp. malefica (invida), ibid. inesse in uno homine tantam dissimilitudinem, tamque diversam naturam admirabantur vii, 1 (vid. Inest). id, quod natura cogit (de morte) xxv, 22 natura difficillima (ingenium diffic.) xxv, 5 naturæ omnes paremus (ingenio quod natura dedit, obsequimur &c.) xxv, 17 (Sic quoque Cicero). naturæ debitum reddere (mori) xxi, 1 (v. Debit.) neque id natura solum fecit (de naturali ingenii propensione) xxv, 17 ab natura multa habuit bona x, 1 natura loci xiv, 8 natura civitatum eadem (translate de consuetud. civit.) i, 6 naturalis bonitas xxv, 9 (v. Bonitas). naturale bonum viii, 1 (naturalis quædam gratiæ apud omnes obtinendæ felicitas. adde Cic. pro Cæl. 5. Boecl.)
Naufragium: apud quam urbem jam bis classis regia fecerat naufragium ii, 7
Navis percussa rostro xii, 4 navis triremis x, 4 ut fortuna in sua navi esset xiii, 3 navem in anchoris tenere ii, 8 naves capere, deprimere ix, 4 naves serpentibus completæ xxiii, 11 naves onerariæ ii, 2 longæ ii, 2. ix, 4 naves triremes ii, 2 ('Onerariæ naves' ὁλκάδες serviebant commeatui transvehendo &c. Bellicarum navium, maxime eminent 'naves longæ' respectu sc. 'onerariar.' quæ latiore ventre et rotundiores, et ex longis, 'triremes' dictæ juxta numerum transtrorum et remorum supra se invicem locatorum, serie tamen fortassis non directa &c. vid. Sævilii milit. Rom. pag. 66. 70. et Gyrald. de navigiis. Boecl. Plura de variis navium generib. habes apud Andr. Senftlebium in libello cui tit. Argo, sive de navibus veterum, et Jo. Schefferum in dissert. de varietate navium, et lib. 2. de milit. nav. vet. cap. 2. ac lib. 4. cap. 1). naves (metonym. pro militibus in navib.) ii, 3. xxiii, 7 navis dominus ii, 8 (Thucyd. et Polyæn. ναύκληρον vocant: sed Themistocles Ep. 19. pariter ut Nepos, τὸν δεσπότην τῆς νεώς. idque rectius puto. fuit enim navis, qua Themistocl. vehebatur, ut ex iisd. scriptorib. cognoscimus, ex eo genere, quod Græci ὁλκάδας, Latini 'onerarias' vocant; ac, ut videtur, alicujus mercatoris. quanquam non ignoro, in Epist. 20. Themistoclis eam dici ὁλκάδα 'Αλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος)

Navalis belli peritissimus ii, 2
Nautica castra vii, 8. xxiii, 11 (v. Castra)
Naxus (insula in Ægeo) ii, 8 (Varia ejus nomina, quibus olim nota fuit, Plinius iv, 12. recitat. Hodie Nicosia dicitur)
Ne joco quidem mentiebatur xv, 3 nullius unquam consilium non modo antelatum, sed ne comparatum quidem est xx, 3 ne (enclitica, in seqq. dubitationi et interrogationi servit): experiri voluit, verum falsumne esset relatum (verum an falsum) xiv, 9 is cum interrogaretur, utrum pluris patrem matremne faceret (patrem an matrem) xi, 3
Necessarius homo (signif. propinquitatis, de socero) xiv, 6 homines tam necessarii iv, 2
Necesse: nihil necesse est pluribus verbis commemorare (si locus sanus est) xxv, 21 (Sic Terent. Eun. v, 6, 28 'nisi quia necesse fuit hoc facere.' et v, 9, 45 'necesse est multum accipere Thaidem.' Sic quoque Plautus, Cicero, alii)
Necessitas: hac necessitate coactus (de urgente calamit.) ii, 8
Necessitudo (affinit.) x, 1 necessitudo sortis xxiv, 1 (collegarum sorte lectorum consensio et vinculum conjunctioque notatur. Boecl.)
Necis causa datæ provinciæ (Sic Mss. et edd. vett. ad unum omnes) xxv, 8 necem sibi consciscere, Fr. 2
Nectanabes (rex Ægypti) xii, 2. xvii, 8
Nefas: se patriæ irasci nefas esse ducebat xv, 7 nefas id habetur moribus nostris, Præf. quod nefas erat more Atheniensium vii, 3
Negare: ne differendo videretur negare v, 4 (v. Differre). negat sui consilii esse ix, 4 negabat se ei vim allaturum xviii, 12 negabat id suæ virtuti convenire xvii, 5 (Sic Val. Max. i, 6, 6 'signiferis negantibus signa moveri sua sede posse.' Suet. Aug. 94. 'ex eo negantur ibi ranæ coaxare'). negare ei non potuit, quin &c. x, 2
Negatio duplex more Græcorum usurpata: nullæ unquam neque exercitatiores copiæ, neque magis dicto audientes fuerunt xi, 2 (vid. Vechneri Hellenolex.) Sic: nihil unquam, neque insolens neque gloriosum ex ore ejus exiit xx, 4 non facile reperiri potest, neque de Græcis neque de Italicis rebus, quod &c. xxiv, 8
Negligere rem familiarem (de luxurioso et dissoluto) ii, 1
Negligenter, malitiose facere vii, 7
Negotium dare alicui vii, 10. x, 8. 9 negotium suscipere (de re mandata efficienda) xxv, 15 negotium alicujus procurare, ibid. negotium mihi est cum viro strenuo (eleganter dicitur) xiv, 7 eo interfecto nihil habituros negotii (omnia parata et facilia fore) xviii, 12 (Sic, Cicero sæpe, sæpiusque proverbium ea locutio) Ita: sine negotio xvii, 5
Nemo non putarat xxv, 10 nemini non ibi manendi potestas facta est xxv, 11
Neocles (sive ut in quibusd. Mss. Neoclus) ii, 1
Neontichos (sic legit Vossius) vii, 7 (Est a. nomen castelli in Thracia, cujus et Scylax ac Plin. meminere)
Neoptolemus cadit xviii, 4
Nepos Corn. M. Ciceronis, ut qui maxime amicus familiarisque fuit, Fr. 4 laudat librum suum de historic. x, 3 et alium de vita Catonis xxiv, 3
Nepotes nati ei sunt multi xxi, 2
Neptis nata est Attico ex Agrippa xxv, 19
Neptuni fanum (ἄσυλον) iv, 4
Neque eo magis fida inter eos amicitia mansit xxi, 3 neque eo magis ex prælio excessit xviii, 4 neque eo minus xx, 4 neque eo secius xxv, 2 neque suo nomine neque subscribens xxv, 6 neque colloquium ejus peti, neque in conspectum venire studuit xiv, 10 Neque vero hic non contentus est (negatione duplici affirmandi vim habente) viii, 2 Sic: neque tamen non patiebantur xviii, 1 (adde: ix, 2. 5. xxv, 13). neque minus propter mores, quam affinitatem (tam propter mores, quam affin.) x, 1 Sic: neque minus bonus paterfamil. habitus est, quam civis xxv, 13
Nero, C. Claudius xxiv, 1
Nescio quo casu i, 7 nescio quomodo vii, 11, viii, 1 (formula frequens ἀπροσωπική). huic uni contigit, quod nescio an ulli xx, 1 (Sic Nos edidimus; Lambinus et alii, 'an nulli.' v. supr. Contigit)
In neutram partem (neque hoc, neque illo nomine) xxv, 13
Nicanor Cassandri præfectus Piræeo potitur xix, 2
Nicias unus e collegis Alcibiadis vii, 3
Nihil neque insolens, neque gloriosum

xx, 4 sic, ut supra nihil possit addi xxv, 4 nihil illo fuit excellentius vii, 1 nihil ea pugna est nobilius i, 5 (pro: nullus illo fuit excellentior, nulla pugna ea fuit nobilior. Ita autem sæpissime et alii locuti sunt, quia, ut Bangius Observat. Philolog. lib. 2. pag. 919. existimat, plenius quid et suavius in Neutro est, quam in Masculino et Fœminino. nihil aliud egit, quam ut &c. v. Agere). nihil aliud comparavit, quam bellum xvii, 2 nihil aliud molitus est, quam ut &c. vi, 1 nihilo secius ix, 2. x, 8. xxv, 22 nihilo segnius xiv, 2 nihilo magis xiv, 10 nihil necesse (alii 'opus') est commemorare (nihil attinet, non est operæ pretium) xxv, 21

Nilus, flumen xviii, 5

Nisi ille fuisset, Sparta futura non fuisset xvii, 6 (v. Esse)

Niti (anniti ut hoc vel illud fiat): quo patriam recuperare niterentur (laborarent) xvi, 2 in nitendo, quod semel annuisset xxv, 15 maxime nitebatur, ut (vehementer suadebat, suadendo conabatur efficere ut) i, 4 niti aliqua re (ab ea pendere) i, 3 patrociniis alicujus xix, 3

Nixus in cubitum (Sic alii: nos 'innixus') xxv, 21 (erigentis se habitus denotatur)

Nitida jumenta (pinguia, non squalida, non horrida, non rigosa, ut Lambinus exponit) xviii, 5 (Sic Ovid. Metam. 2 'nitidam cape præmia vaccam.' Horat. Epist. i, 4, 15 'Me pinguem et nitidum bene curata cute vises.' Phædrus Fab. xlvi, 4 'Unde, quæso, sic nites; Aut quo cibo fecisti tantum corporis?')

Nobilis propinquitas x, 1 nobiles populo et civitatibus democraticis invisi vii, 4 (Ista generis sunt: de cetero ad celebritatem et gloriam transfertur vocabulum). nobilis rex xiv, 3 nobilis et clarus poëmatis, Fr. 1 nobilis inter æquales xxv, 1 nobile nomen i, 8 hac pugna nihil est nobilius i, 5 nobilissimæ urbes xvii, 5

Nobilitate aliquem præcurrere (claritate et amplitudine) viii, 1

Nobilitari re aliqua (esse in claritate ob rem aliqu.) xi, 1

Nocere supplicibus (damnum inferre) xvii, 4 nocere se ei non posse intelligebant vii, 4

Nolle: ex istis nolo amplius quam centum jugera viii, 4 pro patriæ caritate accipere orbis terrarum divitias nolo xv, 4 (Elegans locutio, pro qua alii neque minus eleganter dixissent: 'non meream orbis terrarum divitias, ut (quamobrem) fidem erga patriam exuam.' conf. Buchn. Thes. v. Mereo). noluit non parere (paruit) vii, 4

Nomen nobile (pro fama clara) i, 8 nomen Romanum (cum granditate quadam, pro populo) xxiii, 7 nominis Alexandri simulatio xviii, 7 nomen regium sumere (titulum) xviii, 13 neque suo nomine neque subscribens xxv, 6 nomine magis quam imperio reges xvii, 1 nomine otii servitutem conciliare xv, 5

Nominatim: his consulentibus nominatim Pythia præcepit, ut Miltiadem &c. (i. e. expresso nomine) i, 1

Nomentaneum prædium xxv, 14 (De Nomento, oppido Latinorum, vid. Cluver. Ital. antiq.)

Non libenter xii, 3 non magis quam i, 2. xxv, 6 non modo, sed ne quidem xx, 3 quare venire non dubitaret xvii, 4 non (in negatione, quæ nudæ affirmationi æquipollet): non defuit, si qua &c. (adfuit) xxv, 4 non parere noluit (voluit) vii, 4 neque vero non fuit apertum ix, 2 neque tamen non in primis bene habitavit xxv, 13 nemo non putabat xxv, 10 nihil in iis non apparet xxv, 16 nihil ei non tribuit fortuna xxv, 19 nonnihil temporis xxiii, 13 nonnulla invehi in aliquem xx, 5 nullius conditionis non habere potestatem xxv, 12 nihil eum non efficere posse ducebant vii, 7 non (in negatione, quæ simul affirmat, simul auget): quæ magna corporis dignitas non minimum commendat x, 1 non indiligens pater xxv, 5 non (in negatione, quæ simul affirmat, simul minuit): homo non beatissimus (non admodum beatus, mediocriter fortunatus) xvii, 8 non nimis diuturna lætitia vii, 7 (Alia ἰσοδυναμίας similis exempla vid. ap. Buchn. de commut. dic. rat. lib. 1. cap. 6)

Nora castellum Phrygiæ xviii, 5

Nostri Imperatores xvii, 4 nostri mores, Præf. et xv, 1

Notare diligenter loca quædam (signo sc. et observatione) xiv, 11 notare res sine nominibus (exprimere, scribere) xxiv, 3 notari (annotari, perscribi) xxv, 18

Notus historicis xvi, 1 (opp., vulgo notus. Scilicet alii fama vulgi celebres fe-

runtur; ceterorum facta non tam celebratione loquentium, quam scriptis Historicorum pervigent. Boecl.) nota virtus (cum laude insignis pariter ac perspecta) v, 3
Notitia: propter notitiam intromissi (tanquam noti) x, 9 notitia clarorum virorum (cognitio de rebus eorum) xxv, 18
Nova res (insolita) xiv, 6 nova ars i, 5 (eleganter dicitur significatione inventi tam solertis, quam necessarii. Boecl.) Sic: novum consilium xviii, 8 novi delectus (de militib. recens lectis) xxiii, 6
Nova afferre in re militari xi, 1
Novitas ornatus (insolentia) xiv, 3
Novissimo tempore (extremo) xviii, 1
Nox prima (vigilia prima) xviii, 9
Nubere alicui (fœminarum est) v, 1 nupta est huic xxv, 5 nuptum dare filiam alicui iv, 2. x, 1. 4
Nuptiæ (pro matrimonio) xxv, 12
Nubilis virgo xv, 3 (παράφρασις vocis est in illo Virgilii Æn. 7 'Jam matura viro, jam plenis nubilis annis')
Nudare vagina telum (distringere) xiv, 11
Nugator: næ tu nimium nugator es, cum maluisti &c., Fr. 3 (elegans form. objurg.)
Nullus: huic uni contigit, quod nescio an nulli xx, 1 (Sic qu. edd. alii tamen 'ulli')
Numen Deorum xvii, 2. xx, 4 (notat hic auspicium, curam, πρόνοιαν. In priore loco pro ipsis Diis potest capi. Boecl.)
Numerus decemplex i, 5 in hoc numero fuit (alias, in eis, inter eos) i, 3 numero copiarum fretus (multitudine) i, 6 numerus militum (conditio, locus &c.) xiv, 1 Sic: numero militis erat (ἐν μέρει στρατιώτου) xv, 7 in numero amicorum esse xiv, 9 de numero proscriptorum eximere aliquem xxv, 10 Sic: in numerum proscriptor. referre aliquem xxv, 12 numero sacrilegorum haberi xvii, 4 sapientum viii, 4
Numerare alicui pecuniam xv, 3 Ita: numerata pecunia xiii, 1
Numidæ frustra insidiantur Hannibali xxiii, 6
Nuntius venit mihi xvii, 4 nuntium mittere alicui de vii, 4 nuntii crebri hoc afferunt i, 3 hoc ille nuntio rediit Ath. (postquam hoc comperisset) xii, 3
Nuntiare alicui aliquid verbis alterius ii, 4
Nusquam auxilium nisi a Lacedæmoniis petiverunt (a nemine, nullo e loco) i, 4 nusquam eam a se dimittebat (ad locum nullum) xxv, 4
Nutu ejus geruntur omnia (i. e. arbitrio, placito) vi, 2
Nysæus x, 1

O.

Obducta nocte xxiii, 5 (obscuram, nebulosam, non serenam explicat Lamb. quemadmodum Horatio Epod. 13 'frons obducta' dicitur. verum potius 'obduci' hic nox dicitur, ut in Georg. Virg. 'obtendi.' Curt. viii, 13, 25 'obducta nox cœlo')
Obedire legi xv, 8 obedit rex illis (horum consilio potissimum utitur) xiv, 5
Objicere se hosti (de eo, qui se opponit hosti) xxiii, 5
Objectu illo repentino viso (i. e. objecta specie oculis) xxiii, 5 (Tacit. Hist. iii, 9, 3 'cum latera objectu paludis tegerentur')
Obire diem (mori) x, 10 integre: obire diem supremum i, 7. vii, 10 (Habes utriusque nominis ἔλλειψιν in illo Juvenalis sat. vi, 56 'magnus civis obit et formidatus Othoni.' Interdum tamen 'obire diem' est ad diem certum aliqua de causa adesse. Quomodo Cicero de Amicit. 'cum in hortos D. Bruti auguris, commentandi causa, ut assolet, venissemus, tu non affuisti, qui diligentissime semper illum diem et illud munus solitus esses obire'). legationes obire (suscipere, legatum agere) x, 1 (mox: legationes administrare, διοικεῖν, sed de ipsa rerum tractatione)
Oblivisci injuriarum omnium xviii, 6
Oblivionis lex (ἀμνηστίας) viii, 3
Obniti: obnixo genu scuto (i. e. obnixo in scutum, obfirmato genu ad scutum. Lamb.) xii, 1
Obortis tenebris xviii, 9
Obruere gladios (terra operire, infodere) xiv, 11 (Sic: 'thesauros obruere' ap. Cicer. in Cat. maj.) obrui vino, epulis x, 4 vitiis (obtegi, obscurari) iv, 1
Obscurus: obscuriora gesta (de minus notis) xiv, 1
Obsequi studiis suis xxv, 2
Obsequium (civilitas, comitas, indulgentia) x, 6
Observantia (de ea, qua quis alios prosé-

ficiose et peramanter observat) xxv, 6
Obses retentus (legationis missæ causa) ii, 7 obsidem ejus rei se fore pollicitus est (obligavit fidem suam hoc non esse futurum) xix, 2
Obsideri (urbs dicitur, cujus arx scil. jam est occupata) xvi, 1 obsideri ab hostibus xv, 7 obsidere undiquè (cum exitus omnes custoditi sunt) xxiii, 12
Obsidionis ratio, artes et instrumenta i, 7
Obsignare librum vi, 4
Obsistere (cursum impedire, objicere se) xvii, 4
Obsoletus honor (spretus &c.) i, 6 oppos. gloriosus, ibid. (Sic Curt. ix, 1, 2 'jam villa et obsoleta esse spolia de Persis.' add. Suet. Aug. 89). obsoletus vestitus xvii, 8 (detritus, sordidus: ut apud Curt. vi, 9, 25 'obsoletum amiculum,' et ap. Liv. 'vestis obsoleta')
Obsonium: v. Opsonium
Obstare consiliis alicujus (propositum intervertere ix, 2. x, 9 obstitit ne conficeretur (impedivit) i, 3
Obstinatio taciturna (obstinatio propositi taciturnitate ostensa, significata) xxv, 22
Obstruere valvas ædis iv, 5
Obtemperare legibus patriæ xx, 1
Obterere laudem virtutis xx, 1 (includit significatum contemtus ac suppressionis. Boecl. similiter Curt. viii, 1, 23 et 31)
Obtestationes assiduæ (postulationes, preces non sine flagitatione et obstringentibus verbis. Boecl.) xxii, 4
Obtigit ille quæstor Scipioni xxiv, 1 (ita sæpe Romani auctores, de magistratibus sorte datis &c. Boecl.)
Obtinere dignitatem equestrem xxv, 1 locum eundem apud aliquem (idem officium gerere) xviii, 13 locum legati apud aliquem xxv, 6 imperium i, 2 perpetuam dominationem i, 8 maximum magistratum xvi, 3 principatum in civitate xxiv, 2 provinciam xxiv, 1 regionem xviii, 7 regnum xx, 3 (habendi administrandique notione)
Obtrectare inter se (non æmulari tantum, sed adversari sibi mutuo, detrahere) iii, 1 (ζηλοτυπεῖν Lambinus exponit. Sic enim Cicero Tuscul. Quæst. 'Obtrectatio est ea, quam intelligi Zelotypiam volo, ægritudo ex eo, quod alter quoque potiatur eo, quod ille ipse concupiverit')
Obtrectatio: inter eos tantæ laudis erat æmulatio, nulla intercedebat obtrectatio (de Cicerone et Hortensio de principatu eloquentiæ contendentibus) xxv, 5 inter eos maximarum rerum non solum æmulatio, sed obtrectatio intercedebat (de Cæsare et Antonio, summum imperium affectantibus) xxv, 20 (Illic miratur Noster, quod inter tantos æmulos amicitia manserit, heic docet oriri simultates ex æmulatione solere). obtrectatio virtutis xviii, 10 obtrectatio multorum vincit facile unius virtutem xxiii, 1
Obtrectator (ἀντιτασσόμενος, mox): adversarius in administranda republ. xv, 5
Obviam ire hostibus i, 4
Obvius ei fuit xix, 4 obvius itineri ejus mons xviii, 9
Occasio: data occasione xxii, 1 ne militum immodestia occasio ei nostri opprimendi exercitus detur vii, 8 Sic: ne aliquam occasionem sui opprimendi daret x, 4 ne datam a fortuna occasionem liberandæ Græciæ dimitterent i, 3
Occasus: post hujus occasum statim regium ornatum nomenque sumserunt (post hujus mortem) xviii, 13 Sic Cicero Quæst. Acad. 1. 'post L. Ælii nostri occasum.' Lambin.)
Occulere fortunam suam vii, 9
Occultare voluntatem in re aliqua vi, 2
Occupare tyrannidem xx, 1 occupatus in eo erat, ut bellum quam diutissime duceret vii, 8 occupari acerrime in apparando xxiii, 7
Occupationes infinitæ xxv, 20
Occurrere rei (mederi) xvi, 1
Octavius Cæsar Atticum familiariter per epistolas colit xxv, 20
Oculorum lumina amittere (visum) xx, 4 oculorum morbus xxiii, 4 oculos omnium ad se convertere vii, 3 (Curtius viii, 4, 24 'omnium oculos in se convertere.' Et iii, 11, 24 'omnium oculos animosque in se convertere.' Sic Florus ii, 17, 14 'omnium in se mentes convertere'). ante oculos civium suorum libenter non erat xii, 3 oculis fructum capere ex casu alicujus (delectari casu) xviii, 11 (simile est, 'oculos pascere,' contrarium, 'oculis dolere,' vel, 'oculos alicui dolere,' de quo v. Pet. Vict. Var. Lect. ii, 5. Turneb. adv. xii, 17. Taubm. ad Plaut. Asin. v, 1, 4. et Mostell. iv, 2, 10. &c.)

Odiosa multa delicate jocoseque facere vii, 2
Odium civitatis (in civitatem) xiii, 2 odium ejus in hoc viro tantum est (adversus hunc v.) xix, 4 odium erga aliq. xxii, 4. xxiii, 1 hæreditate relictum, ibid. implacabile xiv, 9 militum x, 8 odio misericordia succedit (sc. sublato, quem odium petebat) x, 10 odium sic confirmavit, ut &c. xxiii, 1 in odium alicujus pervenire vi, 1. xix, 2 ut odio communi, quod erga regem susceperant, contineri viderentur xiv, 10
Œdipus parricida et incestuosus xv, 6
Offendere aliquem imparatum (deprehendere) xvii, 2 offendere in aliqua re (peccare, labi) xix, 2
Offensio populi (odium) x, 8 magna cum offensione civium i, 7 sine offensione xxv, 5 cum offensione ejus xxv, 7
Offensus fortuna v, 4 offensa in eum militum voluntate (infensa, infesta) x, 7
Offerre se periculo (audere rem periculosam) xvi, 2 locum fors offert, ibid.
Officinas armorum instituit Ephesi Agesilaus xvii, 3
Officium: (τὰ καθήκοντα respicit, quo sensu Cicero libros de Officiis inscripsit) officio tribuere aliquid (honesti rectique studio facere) xxv, 6 (conf. xxv, 4). officium (de obsequio imperantibus debito): ad officium redire i, 7. xvii, 5. v, 2 (sic et Sueton. Jul. 69). ad officium reducere xiv, 2 in officio manere xviii, 6 non manere iii, 9 (Cæs. dixit, 'ab officio discedere et decedere' B. Gall. lib. 1 et 5). officia præstare alicui (tanquam civis civi et magistratui, cum nota obsequii erga imper.) i, 2 (Significatus benevolentiæ et promtæ humanitatis, ac per hæc præstitæ operæ est in istis). officium suum præstare (sc. in judicio) xxv, 9 officium aliquod alia liberalitate augere (de pecunia mutuo data) xxv, 2 officia præstare amicis xxv, 8 (sicut alibi: necessariis. includiturque hic respectus τοῦ καθήκοντος). officia urbana xxv, 4 (scil. solennibus negotiis in urbe præstari solita. quo sensu ap. Sueton. Aug. 53. dicitur: 'officia cum multis mutuo exercuit, nec prius dies cujusque solennes frequentare desiit' &c.) Atheniensibus officia præstabat i, 2
Oleaginæ virgulæ (et ex iis corona) viii, 4 (victoriæ symbolo oblata: nam a ludis Olymp. ad seria transferri ejusmodi res, usitatum et elegans)
Olympiæ victor, Præf. (Sic Cicero Tusc. 1 'Diagoras cum uno die duos filios victores Olympiæ vidisset.' Vorst.) Olympiæ victores quibus coronis donati vii, 6 (Vide de Olympionicis et eorum honore copiose agentem Paschal. 6. de coron. cap. 7, 8)
Olympias, mater Alexandri, Eumenis consilium, mox et auxilium implorat xviii, 6
Olympiodorus (tibicen) xv, 2
Olynthus (urbs Thrac.) xvi, 1
Olynthii bello subacti xiii, 1
Omittere: ut omittam Philippum (ut prætercam illum, nihil dicam de illo) xxiii, 2
Omnis equitatus (totus) xxiii, 3 ita sæpe: qui plurima mala omnium Graiorum in domum tuam intuli (ex omnibus Graiis, inter omnes Graios) ii, 9
Omnino: cum omnino non essent amplius centum xvi, 2
Onerariæ naves ii, 2. x, 5 (v. Nav.)
Onomarchus custodum præfectus xviii, 11
Onustus præda vii, 5 (copiam dicit et ubert.)
Onyx: ex onyche amphoræ et urcei, itemque columnæ XXXII pedum, Fr. 8
Operire (obtegere) xxiii, 9
Opera imperatoris xv, 5 opera ejus magni fuit xiv, 1 magni ejus opera æstimata est in prælio ap. Senam xxiv, 1 operam honoribus dare, ibid. operam clandestinis consiliis dare xxiii, 2 opera ejus hostes profligati xiv, 2 (Porro cum satis late pateat vocis significatio, non rara cum primis est ap. scriptores, 'operæ fortis,' 'fidelis,' 'egregiæ' &c. in bellicis rebus mentio. Boecl.) opera (sc. officiosa in iis, quæ amicis aliisve præstamus) v, 4 Sic: forensis opera vii, 3 (et ap. Val. Max. iii, 8. Ext. 4. Horatio 'forensis opella' Ep. i, 7, 8). opera ducis xi, 2 opera alicujus facere aliquid vii, 4 opera ejus adversæ et secundæ res acciderunt vii, 6 ejus opera susceptum est bellum xxiii, 7 opera ejus factum, ut xv, 8 in odium veni vi, 1 opera alicujus patria pelli (de eo, qui in causa est, rem struit, molitur, efficit) vii, 6
Opes (pro potentia) xv, 6. xviii, 10 Atheniensium vii, 5 magnæ ab tenui initio profligatæ xvi, 2 patriæ ix, 5 regis vii, 10 opes (pro viribus bellicis) viii, 2 opes debilitantur xvii, 5

opes magnas prosternere (magnam vim hostium ac numerum, adeoque potentiæ hostilis partem non minimam) i, 5 Sic: opibus regiis præesse ix, 4 opibus elata insula i, 7 Sic: secunda fortuna magnisque opibus elatus vii, 7 (similiter Tacit. A. xv, 20, 1). cum tantis esset opibus, ut &c. (tanta potentia, ut) xx, 3 alienarum opum indigere (patrocinii) xxi, 3. xxiii, 1 Sic: opibus alicujus defendi xi, 3 juvari xx, 2 (Cæs. de Bell. Civ. 3 'Pompeius misit ad Ptolemæum, ut illius opibus in calamitate tegeretur' &c.)
Opinio: de quo quanta fuerit opinio eorum, qui &c. (quid judicarint, &c.) xviii, 13 opinio nimia ingenii atque virtutis (nimia existimatio) vii, 7 opinio manebat, eum cum rege habere societatem iv, 3 in opinionem adduci xiv, 6 in opinionem mihi venit xxv, 9
Opis alicujus indigere v, 4 sine ope Deorum vi, 3
Oportet: nihil in bello oportet contemni viii, 2
Oppidani (qui sunt in oppido) i, 7
Oppidum tueri i, 3 oppon. relinquere ii, 2 oppidum Amphipolim constituit v, 2 (conf. v. Flumen). oppida dono data ap. Pers. ii, 10 (v. Briss. de regn. Pers. 1). oppidum (absolute pro Athenis) i, 4. ii, 10 (imitatione Græcorum, quibus ead. urbs κατ' ἐξοχὴν dicta ἄστυ. v. sup. Astu)
Opponere aliquem adversariis xviii, 3 Sic, 'opponi alicui' eleganter dicitur is, qui suas in hostem curas intendere jubetur, si quid ab eo moveatur, xiii, 3. Boecl.
Opprimere aliquem (subvertere) xiv, 5 imprudentem xviii, 8 (v. Gronov. not. ad Liv. xxx, 10). hostes ii, 5 Græciam (subigere) ii, 8 libertatem vii, 3 universos ii, 4 invidiam acerbitate (vim in extinguendo notat) x, 6 (oppon. lenire obsequio, ibid.) opprimi, se oppresso (dignitate aut opibus demoto afflictoque) i, 3 (infr. extincto). oppressa patria a tyranno xx, 1 a tyrannis viii, 1 opprimi bello (opp. mox: insidiis interfici) xiv, 9
Opprobrium (contumeliæ causa objectum) xv, 6 opprobrio esse ix, 3
Oppugnare imperium x, 5 oppidum i, 7 Sic: Ægyptum oppugnatum proficisci xviii, 3 cum oppugnatum esset magnam partem diei xviii, 4 (Sic Mss. Boecl. et Longol.)
Oppugnatores (qui urbem oppugn.) i, 7
Opsonium ii, 10. xvii, 8
Optimates x, 6. xxv, 9 optimatum causam agere (de factione Aristocratica) xix, 3 Ita: optimatum fautor vii, 5
Opulentes xii, 3 (Veteres enim promiscue 'opulens' et 'opulentus' dixerunt. Ausonius de Mediolano: 'Templa, Palatinæque arces, opulensque moneta.' Quomodo violens et violentus, gracilens et gracilentus, &c. v. Buchn. Thes. v. Opis). opulentissimum regnum (de Persico) xvii, 4
Opulentia fretus v, 2
Opus facere (de ædif. et munitione) ii, 6 Ita: opus fit (procedit) ii, 7 operibus urbem claudere (munitionibus, i. e. fossa, vallo, aggere &c.) i, 7 Sic: opera incendere, statuere, ibid. (Cæsar B. G. 'locus egregie natura et opere munitus')
Ora Asiæ (extremitas) vii, 5
Oraculum consulitur i, 1. ii, 2 omnia ad oracula referre vi, 3
Oro te (interpositum sermoni, ut alias, quæso, amabo) xxv, 4 orare atque obsecrare xxv, 22
Oratio Lysandri nomine a Cleone scripta vi, 3 (Usurpatus enim ille mos in Græcia, ut oratores et sophistæ aliis orationes scriptitarent. Unde λογογράφοι; quæ vox cum re postea in contemtum adducta. vid. Cresoll. theatr. Rhet. iii, 2. Boecl.) oratio Græca (sermo Græc. lingua Gr.), Fr. 3 oratio perpetua xv, 5 (oppon. brevitas respondendi, ibid.) oratio perpetua (opp. responsis brevibus) xv, 5 (Græcis est ἀνείρειν τοὺς λόγους). orationis commendatio (vid. Commend.) oratione fracta tyrannis Lacedæm. xv, 6 orationes conficere xxiv, 3
Orator probabilis xxiv, 3 (v. Probab.)
Orbis terrarum xv, 4. xxv, 3. 20 (Sic quoque Cicero, qui et 'orbis terræ' dixit. Poëtæ ἐλλειπτικῶς orbis. Virg. Ecl. 3 'Descripsit radio totum qui gentibus orbem.' Vorst.)
Orchomenii vi, 3
Ordinare magistratus xxv, 18 (Sic Vossius et Barthius legend. censent. ubi vulgo est 'ornare'). ordinatæ copiæ (quæ in acie stant) xi, 2 (mox: dispositæ)

Ordiri ab initio ii, 1 ordiri reliquos (vitam reliquorum exponere) vii, 11
Ordo equestris (dignitas ordinis equ.) xxv, 19 ordinem suum uterque retinebat (de ambobus regibus Spartanis, quorum ille ex Procli, hic ex Eurysthenis familia semper surrogabatur) xvii, 1 ordo (locus in agmine) xiv, 9 ordine enumerare xxv, 18 omnium ordinum homines xxv, 13
Orestes matricida xv, 6
Origo ultima stirpis Romanæ xxv, 1 origo familiarum xxv, 18
Origines Catonis xxiv, 3 (laudatæ Cicerone in Bruto 17)
Oritur tempestas xiii, 3 seditio xviii, 12 ortus ab hoc (de genere) xxv, 18 ortus equestri ordine xxv, 19 ortus municipio xxiv, 1
Ornare arcem (extruere, κατασκευάζειν, ut Plutarchus loquitur) v, 2 amplissimam pulcherrimamque corporis formam incredibili virtute belli xxi, 1 navem armatis x, 9 (nisi fors rectius 'onerat' heic legend. Boecl.) aliquem torque et armillis aureis, ceteroque regio cultu xiv, 3 aliquem divitiis (locupletare, ut alibi) ii, 2 magistratus (volumine edito sc. de magistratibus) xxv, 18 (nisi malis cum Vossio leg. 'ordinare'). ornari insignius xvii, 3 (disting. ab 'armari.' v. supr. Exercitus)
Ornatus elephantus xxiii, 3 (instructus ad pugnam. alii: 'oneratus'). ornatus vestitu militari xiv, 9 (Gell. v, 2 'ornatus armatusque ad prælium equus.' sic: 'exercitus ad prælium intentus ornatusque' ap. Tac. H. iii, 63, 2. Gebhardus huc etiam refert 'asinos ornatos' ap. Caton. de re rust. lib. 10. nescio quam bene. nam Cato loquitur de asinis clitellariis, qui stercus vectant; quales in acie nemo viderit). ornatus (pro cultu quolibet, etiam vili) xvii, 8 ornatus regius xviii, 13 non minus concinnus in brevitate respondendi, quam in perpetua oratione ornatus xv, 5
Ornamentum habere ab aliq. (honores, dignitates, opes intelliguntur) xxv, 7 (alii 'auctoramentum' mallent). ornamento esse principi, tyranno &c. x, 2 (de viro promto claroque, cujus industria pleraque negotiorum præclare administrantur. Boecl.)
Os: oris commendatio vii, 1 suavitas xxv, 1 (vultus significatur)
Ossa mortui uxori remissa xviii, 4 mortuorum uxori liberisque remissa xviii, 13 ossa sepulta ii, 10
Ostendere se inimicum vii, 6 causam adventus alicujus xv, 4 omnes exitus occupatos xxiii, 12 ostendit, se id utriusque facere causa x, 4 ostendit se velle colloqui cum rege ix, 3 sicut ostendimus (narravimus) xvi, 5 alibi: ut ostendimus supra xvii, 1 (Scilicet utimur hoc Verbo, quando rem aliquam exponimus, declaramus, narramus, testamur)
Ostracismus v, 3 (Dicebatur autem Ostracismus, vel, Exostracismus, exilium decennale testularum, quæ Græcis ὄστρακα, suffragiis (i. e. inscripto testis multandi nomine) illis irrogatum, quorum Athenis potentia nimia videbatur, et hoc pacto ad democraticæ æqualitatis statum contemperanda &c. vid. Plutarch. in Aristide, Themist. et cetera Lamb. notata in vit. Themist. Telum id, ut dixi, adversus dominatum: sed, ut est genius popularis libertatis, intemperanter haberi cœptum, atque in virtutis clarissimæ injurias conversum, quod Aristoteles innuit: στασιαστικῶς γὰρ ἐχρῶντο αἱ πόλεις. vid. Sigon. de Rep. Athen. ii, 4. Diximus aliquid hac de re in commentar. pag. 63. et seqq. Boecl.)
Otacilius, L. Pilitus, Fr. 6
Otium tantum tota Africa reddidit, ut nullum &c. (de statu et facie pacis) xxii, 2 Sic: ex maximo bello tantum otium toti insulæ conciliavit, ut xx, 3 otii nomine servitutem conciliare xv, 5

P.

Pactio xvii, 2 (Existimat h. l. Vir doctissimus præcipuam aliquam paciscendæ amicitiæ rationem ut inducias significari. Quasi veræ induciæ non fuerint, quas cum Tissapherne pepigit Agesilaus. Referri autem 'pactionis' vox ad jusjurandum debet, quod uterque dederat, se sine dolo inducias conservaturum, si ad ipsas inducias non potest). pactionibus talib. pacem facere velle, ut (conditionibus, legibus) x, 5
ex Pacto (ex conventione, ex pacto convento, κατὰ συνθήκην) i, 2
Pactye (urbs Thraciæ) vii, 7
Padus fl. xxiii, 4. 6

Palæstra (quomodo utendum) xv, 2 ('palæstræ' vocantur, quæ alias 'gymnasia.' v. Hieron. Merc. de art. gymn. lib. 1. c. 6. ceterum quæ ad hujus loci explicat. faciunt, habentur ii, 8 et v, 5). palæstra, castris oppon. xv, 5
Palam facere aliquid alicui xxiii, 11 palam fit de hujus morte x, 10 palam facta re xxiii, 7
Pamphylium mare xxiii, 8
Pandates xiv, 5
Paphlago (per Antonomasiam pro Thyo) xiv, 2 (conf. Laco.) Paphlagones xiv, 8
Paphlagonia xiv, 2
Pani præbendo urbs destinata ii, 10 (more Persarum, v. supr. Oppid.)
Par: disertus fuit, ut nemo Thebanus ei par esset eloquentia xv, 5 parem non esse alicui (sub. armis) xviii, 8 Sic enim Noster alibi: cum par non esset armis (sub. Eumeni) Hannibal xxiii, 10 (In sequentibus duobus locis casus uterque dissimulatur:) neque terra, neque mari hostes pares esse potuerunt vii, 6 universos esse pares aiebat ii, 4 pari prælio discedere (neutro victo aut victore) ii, 3 (Tacitus dixit 'æquis manibus abscedere' Ann. i, 63, 3). pari felicitate in ea re usus est (de Pausania, qui feliciter æque barbarorum præsidia ex Cypro et Hellesponto depulit, ac fugaverat Mardonium) iv, 2 Sic: pari fortuna in terra usus est v, 2 pari se virtute postea præbuit xiv, 2 pari fastigio stetit in utraque fortuna xxv, 14 pari modo Marcelli Claudii (scil. rogatu Marcellorum quoque sc. familiam ordine enumeravit) xxv, 18 Par est: (pro, æquum est, convenit) Sic: relinqui eum par non est xiv, 6 quid se facere par esset, intuebatur xxv, 10
Parætaca (regio Mediæ) xviii, 8
Parare bellum xxiii, 2 alicui vii, 9 (moliri, adornare in aliquem). parare copias (comparare) xiv, 10 adversus aliquem xiv, 6 parare exercitus xiv, 11. xviii, 6 parat proficisci (constituit &c.) xiv, 4 (Sic Curtius ix, 3, 8 'in alium orbem parat ire'). potius diligentia quam pretio parare (acquirere) xxv, 13
Paratus: ea gratis facere sum paratus xv, 4 ut parati essent facere, quod ipsum vidissent xiv, 9 parati adversarii (ad pugnam scil.) xviii, 8
Parcere alicujus vitæ xxi, 2 nulli rei ad perficiendum aliquid iv, 2 nullo loco ii, 6 quibus fortuna in bello pareerat (quos fecerat superstites) viii, 1
Parere imperio regis xiv, 4 imperio alieno xv, 10 consiliis alicujus in suscipiendo et agendo bello xxiii, 8 institutis patriæ xvii, 4 (viri civilis notæ, et statui patriæ se accommodantis). non parere noluit (sc. mandatis magistratus) vii, 4 parere naturæ (ejus ductum sequi) xxv, 17 (sic quoque Cicero). iræ suæ, utilitati communi vii, 4 (propter illam aut hanc aliquid facere)
Parere sibi amicitiam cum (comparare) vii, 7 tyrannidem xxi, 2 parit hæc res suspicionem (præbet, injicit) xiv, 11 paritur pax bello (comparatur) xv, 5
Parma xi, 1 (scutum breve, pelta tamen majus. v. Manut. quæsit. per Epist. Part. 3. Ep. 6. et Lips. Mil. R. iii, 1 et 2. adde Keuchen. ad Nepot. cit. loc.)
Parricidarum exempla xv, 6
Pars interior ædium, Præf. superior ædium x, 4 nullam in ea re suam partem fore sentiebat (debita se laude fraudatum iri) vii, 8 partes omnium corripere atque complecti cogitabat xviii, 2 (v. Corripere). pars (pro, factione) xxv, 8 Sic: partes Syllanæ, Cinnanæ xxv, 2 optimarum partium et esse et existimari xxv, 6 (Val. Max. dixit, 'sequi alicujus partes' i, 7, 7). partes (de negotio): excipit has partes ipse Callicrates (sc. simulandi se inimicum) x, 8 (v. Excipere). partum (pro partium), Fr. 3
Partim: quorum partim secuti sunt, partim &c. xxv, 7 Sic: partim prædatum suis dispertit, partim ad Datamen mittit xiv, 11 (Sic in quibusdam Mss. v. Bang. observ. philolog. Part. 2. pag. 1164). partim interfecerunt, alios in exilium ejecerunt xvi, 1 (Ex h. l. patet, partic. partim aliquando non geminari, contra quam Budæus in Pandect. 5. putat. v. Alciat. parerg. vii, 20. Locc.)
Partiri: de partiendo regno cum aliquo colloqui x, 2
Particeps regni xx, 1 omnium consiliorum xviii, 1 omnium rerum, ibid.
Parsimonia victus, cultus vii, 11
Parum patiens xi, 3 parum odisse xxv, 9 non parum liberaliter domum suam

aliquem invitare xxv, 18 neque in sestertio vicies parum splendide se gessit, neque &c. xxv, 14
Parus insula (una e Cycladibus, candido marmore celebris) oppugnata i, 7 Parium crimen (super Pari oppugnatione intentatum) i, 8
Passus : is campus abest ab oppido circiter millia passuum decem i, 4 Hadrumetum abest a Zama circiter millia passuum trecenta xxiii, 6 (Passibus enim veteres metiebantur suos lapides et milliaria. facere autem 1000. passus unum lapidem Ital. 4000. passus unum milliare Germanicum vulgo traditur)
Patefacere cogitata iv, 3 loca xxiii, 3
Patet mihi aditus ad eum i, 8 patent mihi honores xxv, 6
Patri jusjurandum dare xxiii, 2 patre uti diligente, indulgente, diti, studioso literarum xxv, 1 paterfamilias non indiligens xxv, 4 non minus bonus paterfam. habitus est, quam civis xxv, 13 patres conscripti xxiii, 12 (v. Conscr.)
Paterna provincia (cujus præfectus pater fuit) xiv, 1 paternam gloriam tueri (patris gloriam) xix, 1 (posito adjectivo pro substantivo). ne aspicere quidem fraternum sanguinem voluit xx, 1 (fratris sanguinem. Vorst.)
Patrii Dii ii, 7 patrios mores mutare iv, 3
Patria, in qua erat natus xx, 1 patriam juvit, quibuscunque rebus possumus xvii, 7 patriæ caritate ductus vii, 5 pro patriæ caritate orbis terrarum divitias accipere non vult Epaminondas xv, 4 a caritate patriæ non potuit recedere Alcib. vii, 8 patriæ jura sanctiora quam hospitii xiii, 4 legibus patriæ obtemperare satius quam imperare xx, 1 opes augere ix, 5 patriæ claritudo munus fortunæ xxv, 8 patriæ irasci nefas xv, 7 patria carere (de exule) xvi, 1 (integre:) exul patria caruit xvi, 5
Patrimonium (possessiones) xxv, 12
Pati (pro, permittere): negabat se passuram v, 1 quantum facultates patiuntur xxv, 8 neque tamen non patiebantur eum sibi anteponi (ferebant) xviii, 1
Patiens (sc. duritiæ et laboris καρτερικὸς) xv, 3 (quo sensu 'Patientia apud Lacedæm.' summa laus dicitur vii, 11 ita: patientia (φιλοπονία) xviii, 1. Eod. sensu videtur hæc vox capiend. xvii, 7. ubi 'libidini' vel 'luxuriæ' opponitur. v. Thes. Buchneri)
Patiens (μακρόθυμος) xv, 7
Patroclus xiv, 2
Patruelis : a fratre patruele, Fr. 3
Patruus xvii, 1
Paucitas (de exiguo militum numero): ejus paucitati multitudo hostium obest xiv, 7 ea paucitate percussa est Lacedæmoniorum potentia xvi, 2 (Sic Justinus xx, 3, 4 'Locrenses paucitatem suam circumspicientes omissa spe victoriæ in destinatam mortem conspirant')
Paullus, L. Æmilius Cos. xxiii, 13
Pauperes opulentis iniqui xii, 3 pauper aspernatur (contemnitur), Fr. 5
Paupertas Aristidis iii, 3 Phocionis xix, 1 paupertatem facile perpessus Epamin. xv, 3
Pausa : quæ pausa erit (quis finis), Fr. 12 (Eadem voce usi et alii. vid. Voss. Etymolog. ling. Lat.)
Pausanias varii moris homo Mardonium fudit iv, 1 hinc incivilis insolentia, ibid. quæ felicitate augetur iv, 2 ambit amicitiam Xerxis, ibid. ideo mulctatur, ibid. vincula rursus meretur et effugit iv, 3 suopte indicio deprehenditur iv, 4 tot. in Chalciœco interit iv, 5 Fit ejus mentio iii, 2 rex Laced. dicitur viii, 3
Pausanias (Philippi percussor) xxi, 2
Pax bello paritur xv, 5 pax et amicitia (conjunct.) xiv, 8 non fida, ibid. pax mala fide petita xviii, 4 quomodo facienda xxii, 1 Paci aræ factæ xiii, 2 pacis vocabulo sæpe servitus tegitur xv, 5 pacem conciliare inter aliquos v, 3 reconciliare viii, 3 ab aliquo petere xviii, 4 impetrare, ibid. constituere his legibus xiii, 2 inter Thrasybulum et eos, qui urbem tenebant, fecit pacem, his conditionibus &c. viii, 3 (de Pausania pacem conciliante. De ipsis belligerantibus x, 5 usurpatur. Vorst.)
Pecunia publica (de reditib.) ii, 2 ut esset pecunia quæ Romanis penderetur xxiii, 7 pecunia mulctari i, 7. v, 1 depellere instans periculum iv, 3 ea pecunia classis ædificatur iii, 3 pecunia sine fœnore et stipulatione credita xxv, 9 pecunia in bello per certum hominem dispensatur ix, 4 pecuniæ collatio sublevandis amicis xv, 3 pecuniæ quinquaginta talenta civibus suis donat ix, 4 pecuniæ usus non magnitudine, sed ratione metiendus xxv, 14 pecuniam numeratam

accipere xiii, 1 pecunias ex metallis facere v, 1 imperare alicui xxv, 7
Pecuniosus (dives) v, 1. xxv, 13 (plenius Cic. pro Quinct. 'vir copiis rei familiaris locuples et pecuniosus.' Apud Tacitum est 'pecuniosa senecta' Ann. iii, 55, 3. et 'pecuniosa orbitas et senecta' Ann. xiii, 52, 3)
Pedibus jam non valet propter ætatem xix, 4
Pedester exercitus (peditatus) x, 6. xviii, 4 pedestres exercitus (opp. classiariis adeoque et equitatum comprehendunt. v. Gronov. not. ad Liv. xxxvii, 53. et Thes. Buchneri) ix, 1 copiæ vii, 8. xii, 2. xxiii, 11 pedestria arma xi, 1
Peditatus xviii, 3
Pedisequi omnes Attici aut anagnostæ aut librarii xxv, 13 cum nummis v, 4 (v. de hoc genere serv. Pignor.)
Peducæus Sextus xxv, 21
Pelli patria (in exilium) iii, 1 (mox oppon. restitui in patriam). pulsus Macedonia xix, 3
Pellere adversarios (fugare) xxiii, 11 hostem xxiii, 4 copias adversariorum xvii, 3 arce præsidium (depell.) xvi, 3
Pellicere aliquem (scil. in suas partes) xviii, 2
Pelopidas Theban. per factiosos patria pellitur xvi, 1 adolescentibus undecim stipatus insolito habitu Thebas redit xvi, 2 magistratus vinolentos occidit xvi, 3 libertatem reddidit, Cadmeam restituit, ibid. altera Thebis persona fuit xvi, 4 adversa perpessus xvi, 5 cadit in prælio, ibid. vir fortis xv, 7
Peloponnesus x, 10 Peloponnesiacum bellum vii, 3
Pelta (scutum parma brevius) xi, 1 (v. Alex. ab Alex. vi, 22. et expressas peltarum figuras apud Pier. hieroglyph. l. 42. it. Lips. analect. mil. Rom. iii, 2. Boecl. add. Henr. Steph. Ind. thes. Gr. L. col. 1626. Manutius in quæsit. per Epist. part. 3. Ep. 6. docet similes fuisse cetris. Hesychio, Suidæ, Ammonio et Thomæ magistro πέλτη est ἀσπὶς ἴτυν οὐκ ἔχουσα. haustum id, ut eorum alia, præsertim Ammonii, e libello nondum, quod sciam, edito Ptolemæi Ascalonitæ περὶ διαφορᾶς λέξεων. Ubi tamen in antiquissimis schedis Fr. Lindenbrogii, quibus olim usus sum, legebatur: πέλτη, ἡ ἀσπὶς ἡ τὴν οὐκ ἔχουσα)
Peltastæ xi, 1 (Sic eos et Statius Theb. i, 145. vocat; Lactantius 'peltatos;' Livius 'peltatos' xxviii, 5. et 'peltastas' xxxi, 36. De iis post alios videri etiam Rigaltius potest Glossar. Tactic. pag. 143)
Penates (Dii domestici) ii, 7 (v. Dii)
Pendere alicui pecuniam ex fœdere (numerare) xxiii, 7 (pendebant veteres monetas, quas nunc numeramus; inde tot vocabula ponderum in re monetaria mansere &c. Boecl.)
Penes hos est resp. xxv, 8 summum imperium ii, 7 (potestatis aut possessionis aut administrationis signif. habet ea particula. Boecler.)
Penetrare (sc. in portum) xii, 4 (intrare, devenire, non sine difficultate scil. et periculo: id enim subintellig. in hac voce. Boecler.)
Penitus se abdere in Thraciam (in interiora Thraciæ se conferre) vii, 9 (Sic Tacitus: 'penitus abdere sensus' i, 11, 5. Cicero in Catil. 'penitus intrare in familiaritatem alicujus')
Per literas agere ix, 3 si per se virtus ponderanda sit (sine ascititio rerum externarum pretio, sola) viii, 1 per suos (venia et concessu suorum) xviii, 10 per eum honores cepit ille (illius ope beneficioque) xxv, 7 Sic: per me nihilo secius conficies, quod studes ix, 3 neque per senatum hoc efficere potuit xxiv, 2 (i. e. propter senatum obstantem). per eum legationes administrabantur (ab eo) x, 1
Peradolescentulus (de Eumene circiter xx annos nato) xviii, 1
Peræque xxv, 13 (vulgo vix nota particula, qua Cicero sæpe utitur, pro, æqualiter vel eodem modo, ut vulgo loquuntur. Gifan. observat. append. Boecl.)
Peragere propositum (pertendere) xxv, 22 peracto senatu (finito) xxiv, 2 (nisi legend. 'consulatu' vel 'magistratu'). peractis ex sententia reb. xxii, 3
Peragrare (de exercit.) xviii, 8
Percellere: tali consilio proditores perculit (pervertit) xiv, 6 perculsus plaga xviii, 5 perculsi pari fortuna xxv, 11
Percipere: philosophorum præcepta percepta habuit xxv, 17 (v. Habere)
Percuti sparo xv, 9 percutitur navis rostro xii, 4 percussa est potentia (convulsa) xvi, 2 percussus (pro, percussione), Fr. 7

Perdere aliquem xviii, 10 (vulgo, prodere). equos militares (corrumpere) xviii, 5 omnia (licentia scil. et ferocia infestum omnibus esse, omniaque pervertere) xviii, 8
Perdiccas (Amyntæ et Eurydices filius) xi, 3
Perdiccas (inter amicos Alex. M.) xviii, 2
Perdita luxuria (extrema) x, 6 (intenditur vituperium probrose). perdita impiaque consilia, Fr. 5 (Transfertur heic epitheton ad ea, quæ sunt in homine, quemadmodum et alibi familia v. g. 'demens,' 'impius,' 'sceleratus,' eodem transferri solent. Proprie enim de ipsis hominibus ita omnia dicuntur. Vorst.)
Perducere aliquem aliquo xviii, 2 (paulo ante: persuadere alicui ut, ibid.) Sic: eo perductus est, ut mallet xxii, 4 perducere rem eo, ut x, 5 Sic: eo res utrorumque perduxit, ut xv, 8 perducere aliquem ad voluntatem suam talentis quinque xv, 4 aliquem ad aliquam dignitatem (provehere) xix, 1 aliquem magna ambitione Syracusas x, 2 perduci ad societatem periculi x, 5 perduci in prælium dolo xxiii, 5 (Sic vulgo; nos edidimus 'produci')
Peregrinatio (alias demigratio) xxv, 2
Perexiguus xviii, 9
Perferre epistolam iv, 4 perfertur fama de ejus adventu ii, 2 perfertur de his ad illos vi, 4 perferre laborem (tolerare) vii, 1 pœnam iii, 1
Perficere conata x, 8 perfecit, ut auxilio sociorum Lacedæmonii privarentur (effecit) xv, 6 ad ea perficienda, quæ pollicetur iv, 2
Perfectrix beatæ vitæ philosophia, Fr. 5
Perfidia Lysandri vi, 2 veteranorum xviii, 10
Perfuga (transfuga) xiv, 6
Perfugit eodem (Corinthum scil.) Heraclides x, 5 (nisi forte 'profugit' legend.)
Perfunctus multis variisque laboribus xxiii, 13
Pergamenus rex Eumenes xxiii, 10
Pergamenæ naves xxiii, 11
Pericles vii, 2 (Vitricus Alcibiadis)
Periculum (singul. signific. de libello seu scripto judicis) xv, 8
Periculum est, ne detur, premerentur, faciant vii, 8. ii, 3. xviii, 8 periculi nihil ab illo est x, 8 periculum capitis adire xiii, 4 in periculum aliquod incidere xxv, 10 periculo ancipiti premi ii, 3 periculo magno esse (ἐλλειπτικῶς. v. Esse) xiv, 5. xxiii, 9 (plene:) magno in periculo esse xxv, 10 summo in periculo esse, ibid. in omnibus alicujus periculis alicui singularem fidem præbere xxv, 4 pericula (de laboribus belli, pugnæ, de præliis) xvi, 4 pericula (de iis, quæ quis in judiciis) subit xix, 1 (Cicero de Archia 'judicia et pericula' conjungit: ejusmodi persona, quæ propter otium ac studium minime tractata est)
Perillustre hoc fuit (clarissime apparuit) xxv, 12
Perinthus (urbs Thraciæ in ora Propontidis, Samiorum colonia) vii, 7 (Sic Longolius, Lambinus, Savaro, aliique. Nos cum Ortelio reposuimus 'Pactye')
Perire morbo xxi, 3
Peritus belli xv, 3. xxi, 2 rei militaris xiii, 1 civitatis regendæ, ibid. regionum xiv, 8 reip. (πολιτικὸς) xxiv, 3 peritissimus navalis belli ii, 2
Perjurium xviii, 13 Deos hominesque alienat xvii, 2
Permittere rem arbitrio alicujus (committere) xxii, 1 (Sic Sulp. Sever. i, 37 'permittere alicui summam rerum')
Permoveri tumultu i, 4
Pernicies: ad perniciem alicujus impelli (de aliquo interficiendo cogitare) xiv, 5 (Sulpicius Severus dixit: 'in perniciem alicujus ferri.' lib. i. cap. 20. et 'exitium alicujus moliri,' ibid. cap. 25). Sic: ad perniciem alicujus aliquid cogitare xiv, 6 in pernicie alicujus salutem patriæ sitam putare xv, 9 in pernicie alicujus positam spem habere victoriæ xviii, 11 et alibi. ad perniciem civitatis conferre (sc. aliquid) xv, 7 oppon. ad conservandam rempubl., ibid.
Perniciosus: perniciosissimum fore videbat, si &c. xvii, 6
Pernoctare cum aliquo vii, 2
Perorare de aliqua re xv, 6. xix, 4 (ubi mox: causam dicere). perorare defensionem pro aliquo, Fr. 4
Perperna, M. Censorinus xxiv, 1 (al. Perpenna)
Perpellere: quis perpulit, ut id committeres, quod &c., Fr. 3
Perpeti aliquid iv, 3 Alibi: æquo animo aliquid ferre xxv, 1 perpeti indigna xix, 4 paupertatem facile xv, 3
Perpetua dominatio (continua) i, 8 perpetua oratio (continua) xv, 5 (oppon. brevitas respondendi, ibid.) perpetua

vita (tota) xxiv, 1 perpetua naturalis bonitas (quæ nullis casibus neque augetur, neque minuitur) xxv, 9 perpetuum imperium i, 3. xxi, 2
Perpetuo imperium obtinere i, 2 perpetuo a majorib. acceptam equestrem obtinere dignitatem xxv, 1
Perpudescit: quando perpudescet miscenda atque perturbanda republ., Fr. 12
Persæ fusi i, 5 venatibus et luxuriæ dediti vii, 11 Persarum dominatio i, 3 Persarum nemo illo fuit manu fortior (de Artaxerxe Longimano) xxi, 1 in Persas proficisci, in Persiam (gente sc. pro regione posita. vid. Gens) xvi, 4. xvii, 4
Persis ii, 10 Persidis regio xviii, 8
Perscripta alicui mittere aliqua xiv, 5
Persequi (in signific. hostilit.): persequi aliquem (conari e medio tollere) vii, 10 aliquem bello i, 7. ix, 4. xiv, 2. xvi, 5 hostem armis xxii, 1 persequi (pro, narrare, commemorare) persequi plura magnitudo voluminis prohibet, Præf. persequi omnia et non necessaria xxv, 11 reliqua bella pari modo (i. e. æque capitulatim, atque &c.) persequi xxiv, 3 de vita et moribus alicujus plura persequi, ibid. (Sic Cic. Offic. 2 'commodissime eas res persecutus est Xenophon.' Ead. ratione simplici 'sequi' usos veteres, docet Buchn. in Thes.)
Perseverare (de constantia conficiendi belli) xiv, 2 persevero bellare ii, 5 ne sinat Jupiter, te ea perseverare, Fr. 12
Persona: abest id a principis persona (non decet principem) xv, 1 personis summorum virorum non satis dignum (conditione et loco eorum), Præf. persona (significanter, pro viro, cui administrationes publicæ innituntur) xvi, 4 (sumta est metaph. a personis scenicis v. Buchn. Thes. Sic Cicero acad. quæst. 2 'qui sermonibus ejusmodi nolunt personas tam graves illigari,' i. e. tam claros viros)
Persuadere (est in opinionem adducere, sive verbis id fiat, sive factis. Illa significatio est in sequentibus): id ei persuasit ii, 5 persuasit consilium esse Apollinis, ut in naves &c. ii, 2 persuasit ei finem facere tyrannidis (quo faceret) x, 3 ut militib. persuaderet, se proficisci (quod proficisceretur) xviii, 3 multis magnis pollicitationibus ei persuadere studuit, ut &c. xviii, 2 (Hæc in istis): persuasum erat populo accidisse &c. vii, 6 hæc diu faciendo persuasit homini suscepisse se &c. xiv, 10
Pertæsum est eum suscepti negotii xxv, 15
Perterreri timore x, 8
Pertimescere, ne &c. vii, 5 de salute xv, 7
Pertinacia (non recedentis sc. a sententia) xxii, 2
Pertinere: pertinet ad rempublicam (respicit, refertur) vii, 3 ad religionem, ad conjurationem (signific. finalis causæ) vii, 3 ad sanandum me xxv, 21 ad usum athletarum, ad belli utilitatem xv, 2 ad rem declarandam xv, 1 ad irridendum eum xxiii, 11 quæ ad victum pertinent viii, 2
Perturbatus eo venit iv, 4 tanto magis perturbatus orare cœpit, ibid. perturbata est civitas tumultu Cinnano xxv, 2 plerique omnes perturbati admirabantur xviii, 12
Pervehi in Italiam vii, 4 pervectus Gades usque, Fr. 7
Pervenire ad principatum v, 2 ad desperationem xxii, 2 ad incolumitatem xxv, 10 in amicitiam alicujus vii, 5 in affinitatem alicujus xxv, 19 in familiaritatem intimam xviii, 1 in odium alicujus vi, 1. xix, 2 in tutum xii, 4 in tutelam suam xviii, 2 (v. Tutela). pervenit ad illum hæc pecunia (illi data est) xv, 4 pervenit ad regem ejus facti fama xiv, 3 de re male gesta fama ad illos pervenit xiv, 6 pervenit ad aures magistratuum, exules in urbem devenisse xvi, 3 Sic: pervenerunt ejus consilia ad regis aures i, 3 (vide de hac postrema locutione Cl. Vorstium. lib. de latinit. falso susp. cap. 13)
Pervertere civitatem (evertere) vi, 2 mores vetustos (corrumpere) xxii, 3
Pervulgata sunt nomina eorum (publice et vulgo nota celebrataque) xv, 2
Petere aditum conveniendi iv, 3 amicitiam alicujus ii, 9 auxilium ab aliquo i, 4 auxilia ab aliquo xxii, 2 colloquium alicujus xiv, 10 aliquem ducem xi, 2 honores xxv, 6 pacem vii, 5 societatem alicujus demigrationis i, 1 petere salutem fuga (quærere sibi) xxiii, 11 petere castra, naves (in castra se conferre &c.) i, 5 regionem xxiii, 4 peti (sc. bello): Athenienses peti dicebantur ii, 2 Sic: peti se sensit (sibi parari hoc exitium &c.) xxiii, 12

Petulans homo (immodestus, procax) xx, 5
Peucestes (corporis custos Alex.) xviii, 7
Phalanx xii, 1 Alex. Magni xviii, 8 Laconum xvi, 4 Macedonum xviii, 7 (vide descriptum hoc militum agmen ap. Curt. iii, 2, 13. et quæ ibidem Freinshemius notavit. adde Freder. Gronov. lib. 3. c. 6. quo loco 'moræ' vocem Ciceroni restituit, et Turneb. lib. 9. c. 7. perfecta phalanx quot militum fuerit, v. Montefalcon Bibl. Coislin pag. 507)
Phalericus portus ii, 6 (Unus e tribus Atheniensium, et antiquissimus et brevissimo ab urbe spatio remotus. vid. Ubb. Emm. vet. Gr. tom. 1. lib. 3)
Pharnabazus vii, 10 satrapes regius vi, 4 satrapes Ioniæ et Lydiæ ix, 2 Pharnabazus dux belli Ægypt. destinatus xiv, 3
Phidias xxv, 3 (nisi ex Ernstiano Cod. Mss. Philiæ legend.)
Pheræ, colonia Lacedæmoniorum ix, 1
Philenius Historicus Græcus xxiii, 13 (sed leg. Silenus)
Philippides, cursor ejus generis, qui hemerodromœ vocantur i, 4 (alii Phidippus vel Phidippides malunt)
Philippense prælium, quo Augustus sc. Brutum et Cassium devicit xxv, 11 (sic dicitur, quod prope Philippos Thessaliæ urbem commissum sit)
Philippus (Alex. pater) xi, 3 idem Amyntæ filius vocatur xviii, 1. xxi, 2 idem Philippus rex xix, 3 Macedo multa moliebatur (sc. dominationis consilio &c.) xiii, 3 a Pausania occiditur xxi, 2
Philistus, historicus, Syracusas reducitur x, 3 tyrannidi amicus, ibid. (Plato Epist. 3 'Philistiden' vocat)
Philocles, prætor Atheniensium vii, 8
Philosophiæ præceptor xv, 2 studium xxv, 12 philosophia non ad ostentationem, sed ad vitam agendam utendum xxv, 17 (Multus in hoc argumento Seneca: vid. Ep. xx, 10, 8 &c.) Philosophi plerumque male vivunt, Fr. 5
Philostratus, Dionis frater x, 9 (Sic edidimus ex optimis Mss. vulgo autem erat Philocrates vel Philocratus)
Phocion, Atheniensis, Bonus cognom. xix, 1 paupertate memorabilis, ibid. ejus dictum super ea, ibid. Demadis consiliis mixtus Demosthenem pellit xix, 2 Piræeum securitate sua prodidit, ibid. capitis damnatus a populo xix, 3 causam dicit ap. Philipp., ibid. Athenas reductus damnatur xix, 4 ejus dictum, ibid. a servis sepultus est, ibid.
Phœbidas Lacedæmonius xvi, 1
Phœnicum ducentarum navium classis devicta v, 2
Phryges xiv, 8
Phrygia vii, 9. xiv, 2
Phyle castellum Atticæ viii, 2
Pietas (de affectu in necessitudines) xxv, 17 ita notat affectum matri debitum xxi, 1 obsequium et reverentiam in avunculum xxv, 5 pietas læsa (sc. quæ debetur fratri) xx, 1 (unde qui violavit, mox 'impius' dicitur. Eadem voce obsequium in patriam notatur xvii, 4)
Pila lapidea (in qua incisa devotio Alcibiadis) vii, 4 (Ex more scil. infamiæ consciscendæ usurpato: unde στηλίτης et στηλιτευθῆναι. Lamb. Plures tn. pilas, non unam fuisse, Noster vii, 6 testatur)
Piræei portus triplex Themistoclis consilio constituitur s. emunitur ii, 6 Piræeo potitur Nicanor xix, 2 in Piræeum universa civitas Athen. obviam descendit Alcibiadi ejusque collegis vii, 6 in Piræeum transit Thrasyb. viii, 2
Pisander vii, 5. ix, 4
Pisidæ (populi juxta montem Taurum habitantes) xiv, 8
Pisistrati tyrannis i, 8
Pittacus, e sept. sap. viii, 4
Placare aliquem (reconciliare) iv, 5 placari animo in quem xvi, 5 placati animi civium (alibi: benevoli) xi, 3 (ita Tac. H. i, 31, 7)
Placet dimicari in terra (de consilio et sententia) ii, 3
Plaga (pro calamitate) xviii, 5 plagæ (vulnera) xviii, 4
Platææ urbs Bœotiæ, apud quam cum universo exercitu suo Mardonius Persa cæsus est iv, 1 (in quibusdam Mss. est Platææ. Græc. Πλαταιὰ et Πλαταιαὶ utroque numero. v. Steph. de Urb.)
Platæenses i, 5 Platæense prælium (apud Plat. commiss.) iii, 2
Plato Tarentum venit x, 2 a Dionysio patre Syracusas perducitur, ibid. rursum a filio precib. Dionis ut antea Athenis arcessitur x, 3 persuadet tyrannidis finem facere, ibid. a patre Dionysio venumdari jussus x, 2
Plebiscitum (quod plebs sciscit, jubet,

ψήφισμα δήμου) iii, 1. vii, 5. xv, 7. xix, 2 (Sic in omnibus his locis vulgo; Nos tamen semper reposuimus 'populiscitum')
Plecti (puniri) i, 8 plecti in re aliqua (signif. paulo latius, pœnas dare erroris admissi, reprehendi ob neglectum officium) xxv, 11
Plenus consilii iv, 1. vii, 1
Plerique omnes (maxima pars, non omnes) xviii, 12 (Est Atticum loquendi genus. v. Gell. Noct. Attic. viii, 12. Priscian. lib. 18. Donat. ad Terent. Andr. i, 1, 28. et Serv. ad Æn. 1). pleraque moderatæ sapientisque vitæ Timothei testimonia xiii, 4 (mox oppon. unum, ibid.)
Plumbo completæ amphoræ xxiii, 9
Plus valere, quam &c. viii, 1 non plus habuit secum, quam triginta (non plures) viii, 2 pluris esse xv, 10 fieri xiv, 5 (locut. ellipt. v. sup. Esse). pluribus verbis aliquid commemorare (multis) xxv, 21 plura persequi magnitudo voluminis prohibet, Præf. (Annotabam antehac ad ista verba, esse in Boecleri Ms. 'sed hæc plura persequi m. v. p.' idque si in textum reciperetur, 'plura' exponi debere 'prolixe,' 'pluribus,' sc. verbis. Neque nunc muto mentem. Est magis, quod mirer, quomodo illud adeo non capere hoc loco Vir Clarissimus potuerit, ut scripserit, non congruere meam expositionem isti Nepotis loco, qui est xxiv, 3 'hujus de vita et moribus plura in eo libro persecuti sumus.' Ubi τὸ 'plura' non potest non a Verbo regi). Plurima mala omnium Graiorum in domum tuam intuli ii, 9 plurima fortuna vindicat viii, 1 plurimum aberat Athenis Chabrias (sæpissime, plerumque, maximam partem) xii, 3 (Terent. Phor. i, 4, 17 'domum ire pergam: ibi plurimum est.' ubi Donat. plurimum, τὸ πλεῖστον. Subint. vero 'tempus')
Pœcile (ποικίλη) i, 6 (Porticus Atheniensis a varietate picturarum sic dicta, quæ ibi positæ; quas recenset Pausan. Atticis. vid. Rutgers. var. lect. v, 1. add. Meurs. Attic. lect. vi, 17. et Athen. Att. i, 5)
Pœna: legis pœnam subire (lege constitutam) xv, 8 pœnam legitimam decem annorum non perferre (in patriam restitui ante legitimum Ostracismi tempus) iii, 1 pœna liberari (exilio decem annorum) iii, 2
Pœnitet populum judicii sui xiii, 4 celerius Athenienses, quam Cimonem pœnituit ejus facti (i. e. ejus exilii, quo mulctatus Cimon erat) v, 3
Pœnus (per Antonomasiam pro Hannibale) xxiii, 10 (vid. supr. Laco). Pœni (pro Carthag.) xxii, 2. xxiii, 7 Pœnicum bellum primum xxii, 1. xxiv, 3. Pœnicum bellum secundum xxii, 4 (Pœnicum enim rescripsimus pro Punicum)
Poëmatis clarus, Fr. 1
Poëta elegantissimus xxv, 12 poëtarum interpretes proprie Grammatici appellandi, Fr. 6
Poëticæ quæstiones Attico propositæ xxv, 20 (Quæ cujusmodi fuerint, docet Jo. Wowerius de Polymath. x, 12)
Poëtices suavitas xxv, 18 poëticen attingere, ibid.
Polliceri liberaliter (promte, prolixe, ample) vi, 4 polliceri quod præstare non possis levitatis est xxv, 15
Pollicitationes multæ magnæ xviii, 2
Polybius (Historicus) xxiii, 13
Polymnus (Epaminondæ pater) xv, 1
Polysperchon Cassandrum Macedonia pellit xix, 3
Pompa funeris xxv, 22
Pompeium qui et cur secuti xxv, 7 Cn. Pompeii M. res gestas scripsit L. Otacilius, Fr. 6
Ponderare (considerare) viii, 1
Pondus (scil. armaturæ) xi, 1 magnum auri xv, 4
Ponere castra xiv, 11 castra in quibusdam locis xiv, 6 castra in campo adversus aliquem xxiii, 5 ponere alicubi præsidium perpetuum vii, 4 aliquid in publico, ibid. pecuniam in ærario xxiii, 7 hortis custodem fructus servandi gratia v, 4 (Sic Schoppius e vet. libro). statuam alicui xxv, 3 tropæum, quo loco pugnatum est xiv, 8 tripodem aureum ex præda alicui (scil. doni causa) iv, 1 (Est hujusmodi dedicatio inter solennia). prima ejus imago ponebatur in decem prætorum numero (de Miltiade) i, 6 ponere (pro constituere, existimare, habere, numerare): ponere aliquem primum omnium viii, 1 aliquem principem in bello xxiii, 2 ponuntur hæc infamia, humilia &c., Præf. non ei par quisquam in civitate ponitur vii, 3 illorum moribus summa virtus in patientia ponitur vii, 11 apud quoscunque est princeps ponitur vii, 11 hoc in vitiis ponitur xv, 1 in eisque

(sc. maledictis) hoc posuit, (inter alia hoc usurpavit) xv, 6 (Adde Vorst. ad Val. Max. iv, 4, 1. At, vitam ponere iv, 5 dicitur ut 'ponere calamum,' i. e. deponere)
Positam spem victoriæ in alicuj. pernicie habere xviii, 11
Pons in Istro factus i, 3 pontis custodes, ibid. pontem facere, dissolvere ii, 5 rescindere i, 3
Pontus xxiii, 10
Populus jubet (de populi decreto et lege, formula δημοκρατική) xv, 7 urbanus populus oppos. exercit. v, 2 populus largitione magistratuum corruptus i, 6 populus (suspiciose libertati suæ timet) vii, 3 populus acer, suspicax, mobilis, adversarius, invidus etiam potentiæ xiii, 3 (locus memorabilis in ingenio multitudinis, quem illustrare potest Lips. polit. iv, 5). populi mobilitas notata vii, 6 populus timet potentiam cl. viror. i, 8 populi causam agere (de factione democratica) xix, 3 populi potentiæ non amicus vii, 5
Populares (qui populo student) xix, 3 (δημοκρατικοί, quos Plutarchus in Arato φιλοπολίτας vocat)
Populiscitum (decretum populi, ψήφισμα) iii, 1. vii, 5. xv, 7. xix, 2
Porrigere: non suppetebat, quo manus porrigeret, nisi amicorum possessiones (non erat, unde raperet &c.) x, 7 (Seneca Epist. 55 'cum tempestas piscatoribus dedit ferias, manus ad parata porrigitur')
Portæ Ciliciæ (claustra, aditus) xiv, 7 (Græc. πύλαι. Curtius iii, 4, 2 'Pylas incolæ dicunt; arctissimas fauces, munimenta quæ manu ponimus, naturali situ imitante')
Portare secum (auferre) xxiii, 9 (ubi tamen Nos 'ducere' reposuimus). quæ regi portarentur (adveherentur) xiv, 4 portari vehiculo xix, 4
Porticus (quæ Pœcile vocatur) i, 6
Portus Athen. describitur ii, 6 Menelai xvii, 8 portum intrare xii, 4
Poscere: cum tempus posceret vii, 1
Posse multum auctoritate apud aliquem (valere &c.) x, 3 Sic: posse plurimum in civitate viii, 3 (quomodo et Cicero passim). non poterat id pati vii, 9 quod facere possent (liceret illis) ii, 7 non potuerunt corrumpi (non sunt passi se corrumpi) vi, 3
Possidere: ne essent loca munita, quæ hostes possiderent (occuparent) ii, 6
Possessio Siciliæ (imperium quod ibi obtinetur) xx, 2 tenere possessionem Siciliæ, ibid. possessiones amicorum (bona) x, 7 possessiones Africanæ xxv, 12 Epiroticæ, urbanæ xxv, 14 pretiosæ xxv, 12 vacuefactæ bello xx, 3 possessiones suas augere xxv, 12
Post bellum Peloponnesium (sc. finitum, confectum) xvi, 1 Sic: post Athenas devictas, ibid. post calamitatem (sc. acceptam) xxv, 9 (i. e. postquam in calamitatem incidit, et fortuna uti cœpit adversa. Sic Justinus viii, 1, 6 'prorsus quasi post arma et bellum locum legibus reliquissent.' Idem i, 6, 12 'ingens post necessitatem pugnandi animus exercitui ejus accessit.' Vorst.) post hominum memoriam ii, 5. iii, 1. xxi, 1 post annum quintum, quo expulsus erat v, 3 post annum quartum quam iii, 3. x, 10 Sic: post diem tertium quam x, 5 post hanc rem gestam non ita multis diebus xxiii, 5 post id factum nunquam xvi, 5 post non multo iv, 3 post neque ita multo v, 3 neque multo post xxv, 8 neque ita multo post xvi, 2. xxi, 3 post aliquanto vii, 11 (Justinus ii, 10, 14 'non magno post tempore per proditionem capiuntur.' 'Deinde post,' ut 'post deinde' ap. Ter. xviii, 5, 5)
Posteaquam i, 6. xxv, 2. x, 4 sexto anno postquam erat expulsus iii, 1 (sic in quibusd. codd.) nono anno postquam xxii, 4 Sic: anno tertio postquam xxiii, 8
Postera nox xviii, 9 postero die i, 5. xiv, 8 (Sic quoque Cicer. sæpius, Columell. vi, 14. et xii, 25. Liv. xxiii, 19. &c. 'postero anno' Varro de R. R. i, 40). postero tempore iii, 3
Posterius (postea) iv, 5
Postulare fidem (jusjur.) xxiii, 2 postulare, ut tradant urbem incolæ i, 2 (confer i, 1). postulo id a te fieri xxiii, 12 postulabat se imperare non parere ducibus xviii, 8 (Plene, pro, postulabat imperare, quemadmodum Noster iv, 2 'se tecum affinitate conjungi cupit.' Idem xiii, 4 'malebat se capitis periculum adire.' Et xv, 4 'se deduci volebat.' Vorst. Ceterum est in isto loco 'postulare' idem ac 'cupere,' ut apud Plaut. Men. ii, 3, 88 'qui me hero postulem moderari.' v. Thes. Buchneri). postulata facere (de consilio dato) vii, 8 postulare veniam gratiamque malæ existimationis (de-

precari malam existimationem, sequiora judicia), Fr. 3
Potens (magnus in civitate; alias, qui multum potest) xvii, 1 Athenis xii, 3 potens (florens) xxv, 8 potentissimus omnium tyrannus xiii, 4 rex xxiii, 2
Potentia civium (Atheniensium formidabilis) i, 8 Lacedæmoniorum percussa paucitate (sc. armatorum) xvi, 2 singularis (μοναρχία, imperium unius) x, 9 potentiæ æmulatio ii, 6. 7 potentiæ invidus populus xiii, 3 potentia administratur respubl. (oppon. jure administr.) xxiv, 2
Potestas (imperium, præfectura) ix, 1 (magistrat. censura) xxiv, 2 potestas regia vi, 3 potestas omnium rerum (summa imperii) vi, 1 potestates summæ xvi, 1. xix, 1 (de magistratibus). in potestatem redigere xvi, 5 alibi: sub potestatem redig. i, 2. iv, 2 venire xiv, 3 omnia in sua potestate esse vult x, 6 (periphrasis subest dominationis). in potestate sua tenere populum (non imperio scil. sed auctoritate apud populum benevolum plurimum posse) v, 2 in sua potestate non sunt, qui se civilibus fluctibus committunt (non sunt sui arbitrii) xxv, 6 (oppon. libertati actionum et consiliorum). potestatem sui facere (offerre se pugnæ &c.) xvii, 3 (sistere se, de præsentia &c. opp. fugæ et demigrationi) xxiii, 9 potestas ei facta manendi (facultas data &c.) xxv, 11 potestatem habere cujusvis conditionis xxv, 12 (de eo, cujus matrimonium et affinitas ubique optata &c.)
Potiri (cum casu generandi): totius ejus partis Siciliæ potitus est x, 5 potiri classis hostium vi, 1 imperii xvii, 2 rerum (v. Res) xxv, 9 summi imperii xviii, 7 urbis xx, 2 (v. Voss. de construct. c. 31). potiri (cum quarto casu): potiri summam imperii (ceteris imperare) xviii, 3 potiri (cum sexto): oppido potiri i, 7 præda v, 2. xvii, 3 regione i, 2
Potius: cur non in prælio cecidisti potius, quam venires &c. (quam ut venires) xviii, 11 postulabat, ut potius de præsente quæstio haberetur, quam absens accusaretur vii, 4 potius patriæ opes augeri quam regis maluit ix, 5 potissimum: quo potissimum duce uterentur i, 1 non videbant quid potissimum vitarent xxiii, 11 egit Diis gratias, quod se potissimum esse duces voluissent xx, 4 quod is ea potissimum urbe natus est xxv, 2 potissimum ejus diligebat affinitatem xxv, 12
Præ illo omnes parvi futuros videbant (notatur contentio) xviii, 10
Præbere alicui fidem (præstare) xxv, 4 alicui suspicionem insidiarum (facere ut suspicetur insidias) xiv, 10 alicui panem ii, 10 præbet hæc res suspicionem talis hominis (facit ut talis suspectetur) xvii, 8 præbere se talem imperatorem, ut (gerere) xvii, 6 præbuit se pari diligentia in eo magistratu ac fuerat in bello xxiii, 7 pari se virtute postea præbuit (sc. ac se præbuerat in bello adversus Cadusios gesto) xiv, 2
Præcipere (de responso oraculi) i, 1 præcipere lectoribus (de admonitione studiosius facta) xv, 1 præcipere in schola de pudore et continentia argutissime (de philosophis), Fr. 5 præcipere (docere, monstrare quid faciendum sit) iv, 4 (proprie magistrorum verbum est. vid. thes. Buchneri. Interdum et de inferioribus usurpatur, estque idem ac suadere, monere, suggerere sine ulla jubendi auctoritate; ut ii, 6. sic Alexander ap. Curt. iv, 13, 8 'furum ista solertia est, quam præcipitis mihi')
Præceptum curare diligenter (rem mandatam, præscriptam) xviii, 9 (Diod. ποιεῖν τὸ προσταχθέν. Virgil. Æn. ix, 45 'præcepta facessere'). illa fieri præcepto suo x, 8 Sic: Hannibalis præcepto (jussu) xxiii, 11 præceptum illud in animis omnium debet esse (de monito, sententia, dicto vulgari) viii, 2 præcepta philosophorum xxv, 17 præcepta beneficia (προληφθέντα, ante accepta) xxv, 1 (sæpe ita hoc verbo usus Curtius. v. Ind. Freinshem.)
Præcipuus ei honos habitus est (ἐξαίρετος, singularis) ix, 1 Sic: præcipua laude fertur gubernator, qui &c. xxv, 10 præcipuam habet laudem amplissimæ pulcherrimæque corporis formæ (i. e. potissimum laudatur ob formam corporis &c.) xxi, 1 præcipuo periculo suo muros restituit (ita ut ipse potissimum periclitaretur) ii, 6 præcipua fide fuit ea civitas erga Athenienses (i. e. majore, quam reliquæ civitates) vi, 2 (Nam recte h. l. observat Cl. Vorstius 'præcipua' casus sexti vocem esse, contra quam Boeclero

videbatur; etsi Latine dici quoque possit ‘fide præcipuus,’ ad eundem modum, quo Florus iii, 1, 2 Jugurtham ‘regem fraude præcipuum’ vocat, et Velleius ii, 29, 3 Cn. Pompeium ‘sanctitate præcipuum.’ Huic rei indicio est, quod Noster alibi ‘præcipuam laudem,’ ‘præcipuam fidem,’ ‘præcipuum periculum’ &c. dicit, et de cetero substantivum verbum sæpissime cum sexto casu, omissa præpositione, usurpat. V. Esse)

Præclara victoria xx, 2 præclarum hoc quoque Thrasybuli, quod &c. viii, 3 præclara facta xiii, 1 præclarissimum facinus xx, 1

Præcurrere aliquem nobilitate viii, 1 (superare, antecellere)

Prædam ab aliquo facere xii, 2 (Sic etiam Cæs. Bell. Gall. 4. et Cic. 3. in Verr. locuti. Lamb. Usitatius est ‘prædas agere,’ quod tamen male reposuit Lamb. xiv, 10. ubi constanter Mss. et edd. vet. ‘magnas prædas capit.’ quomodo et Cic. pro dom. ‘capta e fortunis præda.’ Et Plaut. Trucul. v, 2, 14 ‘de prædonib. prædam capere’). præda hostium (hostibus erepta) xiii, 4 præda ab eo (scil. facta) xiii, 1 præda barbarorum locupletari, quam civium gloriosius vii, 7 præda locupletatus exercitus vii, 5

Prædicare aliquem liberatorem (ut liberatorem) x, 10 laudes alicujus xx, 4 prædicare aliquid de aliquo vii, 11 in quo bello si tantum eum prudentem dicam, minus quam debeam prædicem (non satis laudem) xxv, 9 prædicabat mirari se (aiebat) xvii, 4 prædicare (præ se ferre, προφανίζεσθαι) vii, 4. xviii, 13

Prædicere alicui ut &c. (affirmatius aliquem monere) ii, 7. xiv, 9

Prædium rusticum xxv, 14 prædia compluribus locis habere v, 4

Prædones maritimi (piratæ) ii, 2

Præesse alæ equitum xviii, 1 armatis xix, 2 classi x, 6 exercitui (de prætorib.) i, 4. vii, 6 exercitibus xi, 1 insulis ix, 1 præesse cœpit majoribus rebus xiv, 2 præesse rebus regis xix, 3 opibus regiis (jussu regis summam belli administrare) ix, 4 rebus magnis (in imperiis sc. magistratibusque) iii, 3 rebus iisdem (in imperio militari) vii, 6 summæ imperii (de summo duce) ii, 4 potestati severe (magistratui) xxiv, 2

Præfectus classis vi, 4. ix, 1 (Gr. ναύαρχος et στολάρχης. v. Scheffer. de mil. nav. iv, 5). præfectus custodum xviii, 11 equitum x, 5. xiv, 6 fabrum xxv, 12 et Fr. 10 (ἔπαρχος τῶν τεχνιτῶν. fabris enim in bello opus, qui machinas facerent &c. eorum caput, operisque curator et exactor, ‘præfectus fabrum.’ v. Lips. Poliorcet. iii, 6). præfectus Lydiæ xiv, 2 præfectus regis vii, 5 (eo sensu, quo ‘præfecti regii’ satrapæ, imperatoresque vocantur xvii, 2. vid. Gell. x, 18. et Justin. v, 2, 5. ac ibi not. Berneggeri). præfecti regii (scil. classis) i, 4 præfectus morum xxii, 3

Præfecturæ consulum prætorumque xxv, 6 (a consulibus prætoribusque delatæ præfecturæ. erant enim tales præfecturæ in exercitu variæ, ab Imperatore deferri solitæ. v. Sigon. de antiq. jur. prov. ii, 2)

Præficere aliquem classi i, 4 exercitui xi, 2 præfici imperio pari (potest. milit. sc.) vii, 5

Præferre: qui præferendi sint judicare xxiii, 13

Præfinire: diutius retinere imperium, quam lege præfinitum est xv, 7

Prælium terrestre, navale vii, 5 prælium navale facere xxiii, 10 prælium committere xxiii, 11. 10 prælio pari discedere ii, 3 prælio superior xviii, 10 prælio cadere (in prælio) iv, 1 fugare uno prælio exercit. xxiii, 4 magno prælio aliquos ix, 4 ex prælio excedere xviii, 4 prælia certo die facta xx, 5

Præmium (victoriæ Marathoniæ Miltiadi tributum) i, 6 præmia proposita (militibus diligenter armatis ornatisque) xvii, 3 præmia, quæ minime invidiosa viii, 4 præmio id ei magno futurum iv, 4. xxiii, 10 (præmio virtutis et meritorum) statuæ i, 6. xii, 1 statua ænea xvi, 5 corona oleagina viii, 4 coronæ aureæ xvi, 5 ager, ibid. cognomen iii, 1. xix, 1 sepultura magnifica et sepulcri monumentum x, 10. xx, 5 sustentatio publica liberorum, collocatio et dotatio filiarum iii, 3

Prænuntiatum est de eorum adventu xviii, 9

Præoccupare (sc. portus) xiv, 7 regionem xviii, 2 præoccupare alterum (insidiis tollere) x, 4 (cum alter ab altero timet sibi, ideoque prior eum occupat)

Præoccupatio: effecit illud locorum præoccupatione xviii, 3

Præoptare nuptiis generosarum filiam equitis Romani xxv, 12 (Alias construitur hoc verbum cum infinitivo et conjunctione 'quam.' Justinus viii, 4, 5 'perire ipsi quam non perdere eos præoptabant')
Præponere regno bonam existimationem xvii, 4 præpositi a Lacedæmoniis triginta tyranni (impositi cervicibus Athen.) viii, 1
Præs nullius rei factus est xxv, 6 (publicorum conductores, mancupes, prædes dabant. Est adeo 'præs,' qui populo se obligat, et a magistratu interrogatur, in publicum ut præstet: inde cum respondet, dicitur 'præs.' Varro de L. L. Festus ita: interrogatus, 'si præs sit,' ille respondet, 'præs.' vid. Brisson. formul. 6. et Pollet. hist. fori Rom. lib. 5. cap. 1. fin. add. not. et Salmas. de mod. usur. cap. 6)
Præscribere: ut præscripserat ipse xxv, 22
Præsens tempus hoc desiderat xvii, 8 præsenti bello (eo quod tum gerebatur) ii, 2 præsentes res secundæ vii, 6 (oppon. adversæ superiores, ibid.) in præsenti vii, 4. xxv, 12 (tum &c. Tacit. 'in præsens')
Præsentia: in præsentia (tum temporis) i, 7. ii, 8. vii, 10 (H. Stephanus in Pseudo-Cicer. negat Latine dici. v. Voss. de vit. serm. iv, 23). in præsentiarum xxiii, 6 (aliis 'in præsentia.' illam lectionem defendunt Schottus et Lambinus auctoritate Cornificii, Taciti, Gellii, Ulpiani: in quibus tamen ipsis non consentiunt exemplaria. Vossius in Latino-barbaris etsi lib. i, 25. dubitarat an genuina sit, credideratque ex 'in præsentia rerum' corruptam: tamen lib. iv, 23. non audet eam cum Schoppio in tanto Mss. consensu damnare. Tuetur eandem et Elmenhorstius in Ind. Apul.)
Præsidium (παραπομπή, Gall. convoi) xv, 4. xxv, 10 Sic: præsidii, quod satis erat, dedit ii, 8 (custodia militaris et satellitium) xiii, 4. xiv, 2 (item: pro militibus præsidiariis, tuendæ sc. urbi impositis) xvi, 3 Ita: præsidium perpetuum alicubi ponere vii, 4 præsidia (milites præsidium agitantes) i, 4. xv, 10 præsidia barbarorum iv, 2 intra sua præsidia in littore collocata se recipere (de dispositis tutando receptui militibus) xxiii, 11 præsidiis regiones aliquas occupare xvii, 3 præsidii in eo non satis est (de eo qui hosti oppositus erat) xiii, 3 præsidio esse civibus suis (juvare, prodesse &c.) ix, 2
Præstare fidem (implere) ii, 8 fidem amicitiæ xix, 2 præstare officium suum xxv, 9 officia i, 2 (v. Offic.) amicis officia xxv, 8. 4 præstare (pro, antecellere): præstat honesta mors turpi vitæ xii, 4 præstare omnes calliditate xxi, 3 omnes eloquentia xv, 6 antiquitate xxv, 3 aliquem prudentia tanto, quanto &c. xxiii, 1 aliquem honore rerumque gestarum amplitudine xxv, 18 quæ civitas omnes antiquitate, humanitate, doctrina præstabat xxv, 3 præstans claritate, usu belli xviii, 2 usu, sapientia xiii, 2
Præstituere certam diem (præfinire) xii, 3
Præter ceteros (supra ceteros, præ ceteris) iii, 1 (vid. Gifan. observ. L. L. pag. 198). præter consuetudinem xxiii, 12 (adde Perizon. ad Sanctii Min. lib. 2. cap. 11. n. 3). opinionem i, 2 (extra. v. Tursellin. cap. 135)
Præterire: induciarum præteriit dies xvii, 3 (Livius dixisset: 'induciarum exiit dies'). præterire aliquid (in narratione omittere) vi, 4 Sic: non præterire aliquem xiv, 8
Prætermitto: nullum diem prætermittit hoc facere v, 4
Præterquam, quos (dolores) ex curatione capiebat xxv, 21
Prætextus belli i, 4. vi, 1
Prætor fit a populo ad gerendum bellum ii, 2 prætor fuit Atheniensium apud Platæas in prælio iii, 2 hic, ut rediit, prætor factus est xxiii, 7 prætores decem creati i, 4 (Intelliguntur his locis magistratus militares, στρατηγοὶ, quos recte Latini 'prætores' vocant. ita enim, teste Asconio Comm. in 3. Verrin. vocatur, qui exercitum ducit. v. de his prætoribus Athen. milit. Sigon. 4. de rep. Athen. 5. et Petit. Comm. ad leg. Att. pag. 251. et seqq. 'Prætoris' voce similiter usi æquales Nepotis Cæsar et Cic. itemque Livius xxi, 3. ex emendatione Gronovii, cujus ibi notas vide). prætor et prætura (sc. Roman. de quibus passim antiquit. scriptores) xxv, 6
Prævidere: nisi quid prævidisset xxiii, 9 (Sic in vulgatt. edd. Nos edidimus 'providisset')
Preces alicujus comprimere (v. Com-

prim.) xxv, 22 preces Deorum expetere, Fr. 12 (Jos. Mercerus in not. ad Aristæn. Ep. i, 8. exp. 'invocare:' atque huc advocat illud Plauti Truc. i, 5, 1 'qui a patrona preces mea expetessunt.' ubi v. not. Taubmanni. Buchnerus censebat 'preces' poni pro rebus petitis, ut 'vota' pro rebus quas vovemus, quam explicationem et Plauti locus admittit)

Precari a Diis immortalibus xx, 5 (Sic Livius xxix, 17 'ne ab Diis quidem immortalibus quod precemur quicquam superest')

Premere adversarium (carpere, vexare) xiv, 7 adversarios (instare perculsis) xxiii, 11 premi ab hoste (cum in periculo et angustiis sumus) i, 3 (Est venatorium verbum, cum ita urgetur bestia, ut nulla elabendi amplius copia sit. Inde ad militiam; per metaph. vero et ad disput. transfertur; quemadm. non semel Cic. usus. Buchn.) premi ancipiti periculo ii, 2 valetudine xxiii, 4 undique bello xiii, 3 premi ad exeundum (urgeri) xvii, 6

Pretiosæ possessiones xxv, 12

Pridie Kalendas Aprilis xxv, 22

Primus locus ædium (atrium), Præf. prima ejus imago in decem prætorum numero ponitur (primo loco) i, 6 prima nocte (prima noctis parte, prima vigilia) xviii, 9 cum primum potuit, imperium deposuit xx, 3 primus Græciæ (e Græcia; Græcorum) vii, 7 primus (cujus prima seu præcipua habetur ratio) xvii, 1 primi ætatis ejus (præcipui ejus temp.) xi, 1 in primis stare (sc. in acie, pugnare inter primos) xv, 10 in primis bene habitavit xxv, 13 in primis omnium Pers. manu fortis (inter omnes Persas in primis fortis) iv, 1 (Ceterum hujus generis exempla plura supra annotata sunt. v. In)

Princeps (pro primo) viii, 1. xxii, 3. xvii, 1 (pro præcipuo): princeps ducum xiv, 5 princeps non solum consilii sed etiam in convictu (cujus consilio convictuque ante alios utimur) xxv, 8 Ita: principem in bello ponere aliquem (alicujus opera consilioque plurimum uti) xxiii, 2 Ita: principes (viri præcipui, clari, florentes) v, 3 (oppon. infimis) xxv, 3 principes ordinis equestris xxv, 8 philosophi xxv, 17 princeps fuit hujus rei (de auctore) xxv, 8 principes sceleris (auctores) xviii, 13 (Ms. tamen Schotti habet 'participes'). principes factionis xvi, 1 principes (cum nota potestatis et officii): principes civitatis ii, 8 Ioniæ sc. et Æol. i, 3 Sic: principibus præsentibus (sc. Gortyniorum) xxiii, 9 (Aliter cum nota ἀρχῆς et magnitudinis:) principes civitatis xxv, 19 (παραφράσεως loco esse possunt verba xxv, 18; qui honore rerumque gestarum amplitudine ceteros præstitere). Princeps urbis Romanæ et terrarum orbis (de summi imperii affectatione) xxv, 20 Principes Græciæ Spartani xvi, 2 Thebani xv, 5 Principum studia (optimatum) xxv, 16 Principi an musica conveniat xv, 1

Principatus maritimi imperii xiii, 2 de principatu intelligebant sibi cum his certamen fore ii, 6 (talis civitatum æmulatio descripta Justino viii, 1, 1)

Principatus (non imperii, sed auctoritatis, præcipuus in civitate locus) v, 2 talis principatus causa æmulationes x, 6 principatum in civitate obtinet Scipio (gloria ceteris præstat) xxiv, 2 Aristides cum Themistocle de principatu contendit iii, 1 principatum eloquentiæ tenet Hortensius xxv, 5. v, 2 sicut: principatum in civitate obtinere (de Scipione) xxiv, 2 (excellentia sc. gloriæ famæque supra ceteros)

Principia (castrorum sc.) xviii, 7 regia, ibid. (Locus castrorum, ubi tendebant duces, tribuni &c. ubi jus dictum, signa asservata, altaria culta. vid. Lips. mil. Rom. v, 4. add. Berneg. ad Just. xi, 6, 6. et Gronov. observ. iv, 10. ubi plura de hac voce)

Prior: Dionysius prior (paulo ante: superior. sc. ex duobus illis Siciliæ tyrannis) x, 1. xxi, 2 (quomodo et Justino vocatur xxii, 1, 1. Sic: 'prior Africanus' apud Quintilian. I. O. xi, 1)

Pristinum tempus vii, 6 in pristinum restituere provinciam (in priorem et veterem statum) xx, 1 (Dicitur ut 'restituere in integrum')

Privare commeatu urbem i, 7 privari auxilio sociorum xv, 6 commeatibus xix, 2 vita ab aliquo xxi, 3

Privatus (opponitur magistratibus et qui sunt cum imperio domi militiæque): potentior et major quam privatus existimatur Alcibiades vii, 3 privatus in classe erat Chabrias, sed omnes, qui in magistratu erant, auctoritate anteibat xii, 4 (Ubi opponitur is, qui tum erat privatus, et sine imperio, iis,

qui tum erant in magistratu) Sic : erat ibi (in exercitu) privatus numero militis xv, 7 ut si privatus in comitio esset Spartæ xvii, 4 privatus esse posse non videbatur Miltiades (ex imperiis et magistratibus ad ἰσονομίαν privati juris non rediturus facile existimabatur) i, 8 privatus (qui imperium deposuit) xx, 3. xxiv, 2 privati hospites (respectu Jasonis tyranni) xiii, 4 privato suo consilio, non publico xvi, 1 privatum ærarium (paucis scil. aliquibus constitutum) xxv, 8 privata judicia ii, 1 (de Athen. sermo est. v. Sigon. 3. de rep. Ath. 1)
Privignus vii, 2
Prius est decretum quam &c. xx, 3
Pro (ἀντὶ, pretii et mercedis significatu) : pro caritate patriæ xv, 4 (ubi tamen fors non incommode exponas : præ caritate patriæ. Sic Curt. v, 11, 5 ' quascunque sedes elegeris, pro patria et domesticis rebus petituri.' Auctor dial. de orat. xxiii, 2. qui Lucilium pro Horatio, et Lucretium pro Virgilio legunt). pro meritis gratiam referre ii, 8 pro (secundum, juxta) : pro cujusque facultatibus xv, 3 pro dignitate hominis xviii, 4. xxv, 2 pro necessitudine sortisx xiv, 1 non pro opinione (non ut æstimaverat) viii, 2 pro (loco, vice) : pro noxiis nonnulli ab insciis conciduntur x, 10 pro perfuga proficisci xiv, 6 (Sic Cæsar B. G. iii, 18 ' qui ubi pro perfuga ad eos venit.' Livius xxvii, 15 ' pro perfuga jussus Tarentum transire,' ita locum emendante doct. Gronovio. Justinus xxiii, 3, 9 ' pro victo fugere visus est.' Tacitus xi, 24, 7 ' victos pro alienigenis arcebant.' Idem i, 36, 5 ' pro desertore.' Plautus Most. xii, 6, 2 ' pro imbre.' Idem Menæchm. ii, 2, 24 ' pro sano.' Terentius Ad. i, 1, 23 ' pro meo.' Adde Gell. xi, 3. et Tursell. cap. 138)
Probare aliquid (approbare) xiv, 6 probare librum vi, 4 consilium x, 8. ii, 2 alicujus consilium xxv, 21 alicujus factum xx, 1 probare auctorem aliquem (ei potissimum credere) ii, 10 cum minus esset probatus parentibus (de Themistocle liberius vivente) ii, 1 (exprimitur τὸ ἀδόκιμον τοῦ ἤθους). probata re (cum utrique res placuisset) xiv, 11 probanda fuerunt (laudanda) ix, 5
Probabilis orator xxiv, 3 (vult dicere, fuisse Catonem oratorem civili captui cumprimis accommodatum, et cujus oratio facile fidem apud omnes inveniret. Nam Ciceroni id est ' probabile,' si oratio non sit nimis comta, si auctoritas et pondus in verbis, si sententiæ vel graves, vel aptæ opinionibus hominum et moribus. Vide Partition. orat. cap. 6 et 9. itemque Quintil. viii, 13)
Procacitas hominis (audax petulantia in incessendo) xx, 5
Procedere : hæc minus prospere procedunt xiv, 6 cum jam nox processisset (provecta esset) xvi, 3 (Sic Sallust. Jugurth. ' ubi plerumque noctis processit.' Livius xxi, 54 ' procedente jam die')
Procellæ civiles (bella, discordiæ) xxv, 10 (vid. Fluctus civ.)
Proclus (pro Procles) xvii, 1
Proclivis (facilis) xiii, 3
Procreare liberos ex aliqua xv, 6. xxi, 2. x, 1 quales civitas cives procreasset xv, 6
Procul ab eo loco iv, 5 (Sic Livius xxxvii, 53 ' procul ab domo')
Procurare sacra ii, 2 negotia alicujus (scil. rem mandatam agere) xxv, 15
Procuratio reip. (de rerum administratione civili) viii, 3. xxv, 3. 15
Prodere memoriæ aliquid (de historica scriptione, quæ memoriæ propagandæ causa suscipitur) ii, 10. iv, 2. xi, 3. xxiii, 13 memoriæ de aliquo vii, 1 Sic : de illius interitu duplex memoria prodita est xxiii, 8 prodere aliquem (tradere, periculo exponere) xviii, 10 amicum xix, 2 supplicem ii, 8 (v. Thesaur. Buchner.)
Proditionis accusatus (sc. crimine) i, 7. xv, 3 damnatus ii, 8
Proditores tali consilio perculit xiv, 6
Prodire in concionem populi (sc. agendi dicendique causa) ii, 1 prodire in publicum vii, 3
Producere vitam (prorogare) xxv, 21 producere in aciem exercitum i, 5 dolo aliquem in prælium (elicere) xxiii, 5 (Sic enim legendum : vid. not. ita et alii locuti. Cæsar B. G. iii, 100 ' elicuit naves Lælianas, atque ex his longius productam unam cepit.' Hirtius B. Gall. viii, 48 ' cum fuga vehementi Volusenum longius produxisset.' M. Seneca Suasor. 1 ' longius me fabellarum dulcedo produxit')
Profanus locus (juxta Ms. Boecleri : v. not.) ii, 6 (oppon. sacer)
Proferre plurima (sc. narratione) xv, 4

rem unam de crudelitate alicujus vi, 2 testimonia xiii, 4 proferre telum (eruere obrutum) xiv, 11
Proficere (de successu effectuque) x, 5 non multum profecit xviii, 10
Proficisci legatus xvi, 4 nondum illum putabat profectum (dedisse se in viam) xiv, 5 Sic: proficiscens (cum abiret) xxv, 4 proficisci (absolute, subintellecto 'ad bellum') ix, 4 (quod additur) vii, 4. xiii, 8 proficisci in castra xxiii, 2 in exilium xxv, 8 proficisci domo navibus i, 1 classe, ibid. proficisci contra aliq. xviii, 3 alicui auxilio xiii, 1 proficisci præsidio xvii, 8 subsidio xi, 2 (ad præsid. subsidiumque ferendum). proficisci adjutum aliquem xii, 2 oppugnatum regionem xviii, 3 proficisci a parente non potuerunt plura (conferri in filium) xxv, 9
Profiteri aliquid libere apud aliquem (indicare, fateri) ii, 7 (Sic Suet. Cæs. 34 et 72. Aug. 31. Vitell. 15. Vim verbi indicat illud Ciceronis pro Rabir.: 'Fateor, atque etiam profiteor, et præ me fero'). professus est, se regem quærere (præ se tulit, dixit) xxiii, 11
Profligare aliquem xxiii, 4 hostes xiv, 2. 6 hostium numerum (ad interitum dare, ut explicat Lambinus) i, 5 (mox: prosternere, ibid.) profligantur opes (potentia subvertitur) xvi, 2 (vid. Gifan. observ.) profligare rempubl., Fr. 12 (perdere, pessundare)
Profugere domo xxiii, 8 ex urbe xxv, 9 profugere ad aliquem aliquo xxiii, 7 profugere aliquem (ab aliquo), Fr. 7 (nisi locus corruptus est)
Progenies Herculis (stirps &c.) xvii, 1 progenies (pro filio) v, 1
Progenitor majorum xvii, 7
Progredi longius (de hostili exerc.) iii, 3
Progressus: tantum in literis progressum fecit, ut &c. xxiv, 3
Prohibere transitu xxiii, 3 (alii 'transitum.' quomodo Plautus Amphitr. iv, 3, 18 'neque me Jupiter, neque Di omnes id prohibebunt, si volent.' Et Trinum i, 2, 50 'qui tu id prohibere me potes, ne suspicer?')
Projecta hasta (porrecta advers. incurr.) xii, 1
Proinde ac si (pro, perinde ac si) vi, 2. vii, 6 (ita alibi etiam, quanquam variant Codices. Neque tamen veremur cum Tursellino, cap. 125, 'ne ubique mendum sit in scriptoribus')
Prolabitur sedes xxiv, 20
Promittere religiose xxv, 15
Promissa barba xiv, 3 (alii: prolixa)
Promtus in rebus gerendis et excogitandis ii, 1
Pronominis 'hic' crebra est apud Nepotem usurpatio, pro 'is,' 'ille,' 'ipse,' relativis. Ut, quod i, 4 dicitur; creati prætores, in eis Miltiades. Mutato pronomine alibi effertur: captæ urbes, in his Byzantium vii, 5. Ita: cum venissent in invidiam, et ob id imperium his esset abrogatum xv, 7. Adde x, 1. ii, 7. xv, 5 &c. Pronomen 'ille' laudis et celebritatis causa interdum adhibetur. Vid. supra Ille.
Pronuntiare aliquid excellenter xxv, 1 poëmata xxv, 4 pronuntiare aliquid palam xvii, 3
Propagare fines imperii xxii, 2
Propagines clarorum viror. xxv, 18
in Propatulo (in loco aperto et ad conspectum exposito) xxiii, 9 (integre Cic. Verr. 4 'in propatulo loco')
Propere egredi xv, 4
Propinquus ejus xiv, 2 propinqua cognatione conjunctus, Præf. propinqui regis iv, 2 propinqui Eumenis xviii, 13 (Diod. φίλοι, Plut. οἰκεῖοι)
Propinquitas nobilis x, 1 propinquitate proximus xvii, 1
Propitia voluntas (benevolentiæ signif.) x, 9
Propius muros i, 7 propius Grammatico, Fr. 3 propius Tiberi, quam Thermopylis xxiii, 8
Proponere quæstionem alicui xxv, 20 præmia xvii, 3 morbo remedia (adhibere) xxv, 21
Propositum: ad propositum venire (ordiri scriptionem), Præf. propositum hoc tenuit (hoc consilium pertendit &c. perstitit usurpare) xviii, 3 Sic: propositum peragere (ad fin. perducere) xxv, 22
Proprætor xxiii, 4
Proprius: fide confirmavit, se illum fore proprium vi, 1 (eleganter de eo, qui deditus obstrictusque alicui factionem ejus et nutum se secuturum promittit). propria laus Pelopidæ (quæ ei soli, tanquam auctori facti, debetur) xvi, 4 proprium Thrasybuli factum (quod ipsius auspicio tribuendum) viii, 1 non propria munera (non diutina, veluti nil solidæ possessionis ob invidiam habentia) viii, 4 (Sic Plautus

Mercat. ii, 3, 4 'proprium nequit mihi evenire, quod cupio.' Et Trin. v, 2, 6 'Beneficium homini proprium quod datur, prorsum perit; quod datum utendum est, id repetundi copia est, quando velis.' Adde Thes. Buchneri et Boecler. Chrestom. Ter.)

Propter invidiam (ex invid.) xv, 7 propter notitiam (quod noti essent) x, 9 propter veterem amicitiam (quod amici veteres essent) xviii, 11 propter avaritiam Cretensium (quod avari illi essent) xxiii, 9 propter affinitatem P. Sulpicii (ejus affinis existens) xxv, 2 propter familiaritatem (cum familiaris ejus fuerim) xxv, 13

Propugnaculum oppositum barbaris (de urbe Athenis, interpretatione situs politica sc.) ii, 7 propugnacula tyrannidis demoliri (quæ tyrannidis causa, tanquam instrumenta coërcendorum civium extructa sunt) xx, 3 ('fræna,' 'claustra oppressorum,' 'sedes et arx servitutis,' alias hoc sensu leguntur. Boecler. vid. sup. Arx)

Propugnator (scil. liberorum Alexandri) xviii, 13

Prorumpere: vis morbi prorupit in intestin. xxv, 21

Proscripti xxv, 10 conquirebantur Romæ xxv, 11

Proscriptio equitum xxv, 10 (intelligitur hic crudele illud flagitium, quo dominationi firmandæ civium clarissimorum capita et bona, hæc quidem hastæ subjecta, illa autem libidini et suppliciis publice exposita ad promiscuas neces destinabantur, propositis publice edictis. Primus sceleris auctor Sylla, testibus Velleio et Floro. Scilicet id agebant tyranni, ut quos acies et civile bellum non absumserat, proscriptione interciderent, securiorique, demotis optimis quibusque, dominatu ipsi uterentur. Boecl.)

Proserpinæ ædes x, 8

Prosequi aliquem (comitari, deducere) vii, 6 (sic accip. xxv, 4. si quidem recipimus lectionem Rutgers. 'prosequi discedentem:' sin, 'diem prosequi,' retinemus, nihil videtur absurdi habere locutio: isto affectu sc. diem prosequi, de quo mox sequitur &c. Boecl. vid. Dies)

Προσκυνεῖν ix, 3 (veneratio Persarum regibus delata hoc vocabulo exprimebatur. Ratio ista: divinum aliquid regi suo tribuebant, εἰκόνα θεοῦ interpretantes, ut est apud Plutarchum. Igitur honorem quoque divinum habuerunt; unde τὸ προσκυνεῖν, 'adorare,' translatum. Noster per 'venerari' ibidem expressit, scilicet non capite tantum flexo, submissisque genibus, sed prostrato humi corpore. Boecl.)

Prospere ei cesserunt hæc (de rebus bello feliciter gestis) xiv, 1

Prosperitas magna eum consecuta est (ad tantam postea prosperitatem profecit, est evectus &c.) xxv, 19 prosperitas valetudinis (constans et diuturna sanitas) xxv, 21 prosperitas honestarum rerum, Fr. 5

Prospicere ab janua xxiii, 12 (v. Jan.) prospicere liberis (consulere, commodis eorum servire) xix, 1

Prosternere magnas opes (profligare ingentem hostium numerum) i, 5 vim barbarorum v, 2 phalangem xvi, 4

Protinus viii, 2

Provectus ætate xx, 4

Providere: cum provideret, ne commeatibus civitas privaretur xix, 2 nisi quid providisset (sic enim vid. legendum) xxiii, 9

Provincia: paternam alicui provinciam tradere xiv, 1 habuit provinciam, partem Ciliciæ, ibid. prætor provinciam obtinuit Sardiniam xxiv, 1 provinciam sorte nancisci (provinciæ administrationem) xxiv, 2 provinciam dare alicui xxv, 8

Prout ipse amabat literas (pro eo ut) xxv, 1 (causa et comparatio notatur)

Proximus ætate (qui proxime post illa tempora vixerat, quibus hæc acciderunt) ii, 9 proximus propinquitate (cognatione) xvii, 1 proximo triennio (scilicet quod insecutum est) xxiii, 3 Sic: proxima æstate ix, 4 (refertur enim hæc vox tam ad secuta, quam ad antegressa). ex proximo (absolute) xvi, 2

Prudens rei militaris ix, 1 (Sic Tacitus H. ii, 25, 1 'Celsus doli prudens')

Prudentia juris civilis, rei militaris v, 2 prudentia armis fortior xxiii, 11 minus tamen in prælio potest ducis prudentia, quam fortuna viii, 1 prudentia (de artibus imperatoris in universum) xxiii, 1 prudentia est divinatio quædam (de politica prudentia) xxv, 16 prudentiæ specimen xxv, 3 duplex officium ii, 1

Prusias Bithyniæ rex xxiii, 10 jus hospitii violare non audet in Hannib. xxiii, 12

Ptolemæus (ex Alexandri M. amicis,

postea Ægypti imperio celebratus) xviii, 10. xxi, 3 Ptolemæus Ceraunus interficit Seleucum xxi, 3 a quo erat adjutus opibus, ibid.

Pubes (adjective): puero, priusquam pubes esset, scorta adducebantur x, 4

Publicus locus (oppon. privatus) ii, 6 publica res (negotium publ.) xx, 3 in publicum prodire vii, 3 ponere aliquid in publico vii, 4 in publicum deferre prædam (in publicos usus ærario publ. inferre) xiii, 1 (sicut apud Græcos τὸ δημόσιον ærar.) publica inopia Athen. (civitatis) xxv, 2 publica vincula i, 7. iv, 2 publice ali (ex publico) iii, 3 (vid. Buchner. Thes. et Rhodii Lex. Scribon.) publice exposcere (publico nomine) ii, 8 Sic: publice ab Atheniensibus Evagoræ adjutor datus Chabrias xii, 2 publice comprobatum est xxiii, 3 publice versuram facere xxv, 2 publice honores habere alicui xxv, 3 publice literas mittere aliquo xiii, 3. xxv, 2 publice efferre (publico honore sumtuque) x, 10 publice sepelire xx, 5 (Sic Tacitus H. iv, 9, 4 'ut Capitolium publice restitueretur.' Et Agric. xxi, 1 'adjuvare publice.' aliique 'passim')

Publicare bona vii, 4. viii, 1 (confiscare, intellig. bona, quæ publico vendicantur vel ex tempore vel publica venditione. Boecl.)

Publius Cornelius Scipio: v. Scipio

Pueri literatissimi (de servis Attici xxv, 13 puer ab janua prospiciens xxiii, 12 (v. Janua)

Puerulus: me puerulo, utpote non amplius novem annos nato xxiii, 2

Puerilis ætas xxv, 1

Pugna Cannensis xxiii, 5 Leuctrica xv, 6 Marathonia laudata i, 5 depicta in portico i, 6 navalis iii, 2 pugnæ signum datur xxiii, 11 a pugna discedere infectis rebus (de oppugnatione urbis) i, 7 (si genuinum est illud 'a pugna')

Pugnare adversus aliquem viii, 2 animo magis quam corpore (ut infestis armis, sic infestioribus animis concurrere) xviii, 4 (paulo ante: inimica mente contendere). pugnata pugna xxiii, 5 (v. Voss. de construct. cap. 22). pugnandum dolo, ubi armis impares sumus (si Marte aperto diffidimus, arte et consilio nitendum) xxiii, 10 pugnatum est magnam partem diei xviii, 4

Pulcher: amplissima pulcherrimaque corporis forma xxi, 1 (vid. Buchnerum ad Cic. de Offic. c. 36)

Pulchre aliquid facere posse (de opera promta expeditaque serv.) xxv, 13

Pullulare incipiebat luxuria (crescere &c.) xxiv, 2 (metaph. ab arborum pullis. Lamb.)

Pulvinar Paci institutum xiii, 2 (Inter honores divinos 'pulvinaria' fuisse, id vero satis constat: de significatu non consentiunt. Lambinus lectulos, in quibus Deorum statuæ collocarentur, exponit; sane plerique aut pro lectulis in templo stratis aut pro lecticis apparatis Deorum accepere. Marcellus Donatus ad Suet. Cæs. 76. rejectis aliis signif. interpretatur pulvinaria, quæ super lectos stratos in templis ad simulacra numinum sublevanda ponebantur. Boecl. add. Casaub. et Torr. ad citat. Sueton. loc.)

Pulvinus: sub (alii: in) pulvinum subjecit epistolam (sc. super quo accumbebat) xvi, 3 (Sic fere Curtius iii, 6, 7 'epistolam sigillo annuli sui impressam pulvino, cui incumbebat, subjecit')

Puppes avertere xxiii, 11 (vid. Vertere)

Purpura violacea, rubra Tarentina, dibapha Tyria, Fr. 8

Pus erumpit xxv, 21 (juxta codicem Medicæum. v. not.)

Putare vim adhibendam iv, 4 ut putabat iv, 5 non putabant oportere judicari &c. iv, 3 putavit se retenturum &c. i, 3

Putris (al. puris) fistula xxv, 21 (v. Fistula)

Pydna (urbs Macedoniæ littori accubans) ii, 8

Pylæmenes (Thyi pater) xiv, 2

Pyrenæus saltus xxiii, 3

Pyrrhus Epirotes ictu lapidis interiit xxi, 2

Pythagoreus (Lysis Tarentinus) xv, 2

Pythia i, 1. ii, 2 (subintell. sacerdos Apollinis Pythii, quæ consulentibus respondebat. Alio nomine Phœbas. Pollux i, 1 ἰδίως δὲ ἡ ἐν Δελφοῖς προφῆτις, Πυθία. v. Diodor. Sic. lib. 16. et Gyrald. hist. Deor. syntag. 7)

Q.

Qua iter fecerat, eadem reversus est ii, 5 Sic: quacunque iter fecit xxiii, 3

Qua (pro, aliqua): ne qua repentina vis in civitate existeret vii, 3 ne qua sibi

statua poneretur xxv, 3
Quærere tempus alicujus interficiendi vii, 5 quæsivit ubi ipse tuto viveret ix, 2 quærere ab aliquo (interrogare) iii, 1. x, 2. xvii, 4. xxiii, 2 quærere de aliqua re (explorare) xvi, 3 quærere angustias (sc. ad pugn.) ii, 3 quærere (scil. pecuniam ab amicis opitulantibus) xv, 3 quæritur, quid opus sit facto (deliberatur) xviii, 9
Quæstio (pro judiciali cognitione et disceptatione) vii, 4 quæstio poëtica xxv, 20 (vid. Poët.)
Quæstor consuli sorte obtigit xxiv, 1 (Nam consulibus aut prætoribus exeuntibus in bellum et provincias, 'quæstores' additi, qui ex eo provinciales appellantur. Additi autem plerumque 'sorte:' cum juberet senatus ut in sortem provincias conjicerent. v. Sigon. de antiq. jur. prov. ii, 3 Rosin. Antiq. vii, 45. Boecl.)
Quæstus: maximum existimavit quæstum memorem gratumque cognosci xxv, 9 (Sic fere Terentius Heaut. prol. 49 'eum esse quæstum in animum induxi maximum, quam maxime servire vestris commodis.' Vorst.)
Qualis esset aperuit (ostendit suam virtutem) xiv, 1 hoc quale sit, facilius existimabit is &c. (formula in æstimatione rei) xxv, 20
Quamdiu fuit hyems, tenuit se &c. xviii, 5 quamdiu ibi fuit, habuit secum &c. xxv, 4 quamdiu affuit restitit &c. xxv, 3
Quam latissime possint &c. xviii, 9 (hæc particula cum verbo 'possum' et superlativo frequenter ita jungi solet. v. Tursellin. 143). quam minime xviii, 8 quam minime multa vestigia xx, 3 quam longissime ii, 7 quam (pro, postquam: ἐλλειπτικῶς) iii, 1 (pro, potius quam) xiv, 8
Quanquam: vide Cumcum
Quantus ille fuerit, potest ex hoc intelligi xxiii, 5 quanto antestaret eloquentia innocentiæ cognitum est iii, 1 tanto antecessit discipulos doctrinis, ut &c. xv, 2 quantum in se fuit (quantum potuit) xi, 3
Quaterni quinique versus xxv, 18
Que (enclitica): itaque fecerunt (et ita) vii, 4 quoque Messena celerius restitueretur (et quo) xvi, 4 utique velles (et uti), Fr. 12 (mox: atque uti nefas haberes &c.) utque fieret (et ut) xviii, 8 exque ea triumphum deportavit xxiv, 2 a barbarisque xx, 1 ab eoque xiii, 1 ad eumque misit x, 4 in eamque consuetudinem copias adduxit xi, 2 in eoque bello ix, 1 ob eamque causam v, 1
Quemadmodum (quomodo) xvi, 1 quemadmodum (interrogative) x, 2
Queri: querebantur opus nihilo minus fieri ii, 7 legatos miserunt questum xii, 3
Querimonia intercedit inter eos (offensiunculæ et contentiones) xxv, 17 (Ita apud Cicer. 'queri cum fortuna.' Vet. inscript. apud Gruter. 1042, 8. CONJUGI. SANCTISSIMÆ. CUM. QUA. VIXI. ANN. XXXI. SINE. ULLA. QUERELA.)
Qui, a quo ortus, quos honores quibusque temporibus cepisset xxv, 18 (servit hæc figura rerum dispositioni et membris signate exprimendis. Talis est locus:) quem, ex quanto regno, ad quam fortunam detrusisset (nisi quod heic etiam intenditur significatus; quantum virum, ex quanto regno, ad quam humilem conditionem &c.) xx, 2 qui vellet (ut qui vellet) x, 3 qua (sc. via) ii, 5 (v. Is). quod reliquum vitæ fuit, privatus Syracusis vixit (reliquam vitam) xx, 5 qui (pro, quis): domino navis, qui sit, aperit ii, 8 (Sic enim e Mss. legend. Et sæpe ita Plautus, Terentius, alii. vid. Gronov. obs. in script. Ecclesiast. cap. 21)
Quidam: Argilius quidam iv, 4 Callias quidam v, 1 Callicrates quidam x, 8 Meneclides quidam xv, 5 Lyco quidam x, 9 Lamestius quidam xx, 5 (Additur hoc pronomen nominibus eleganter, interdum designandi causa, interdum contemtim, ut in ultimo exemplo: aliquando, quasi d ignotiore, obscuro, aut obiter memorato accipiendum videtur. Boecl. Idem pronomen per notam judicii, sententiæ, metaphoræ, ἐμφάσεως additur &c. Boecl.) naturali quodam bono viii, 1
Quidem: quem quidem sic erudivit, ut &c. xi, 2 qui quidem duo maledicentissimi consenserunt vii, 11 qui quidem Serviliam coluerit xxv, 11 quod quidem nos audierimus iii, 1 quod nos quidem jucundissimum arbitramur xxv, 14 cum quidem principatum teneret (et quidem cum, vel, etiamsi tum) xxiv, 2 (asseveratius et cum ἐπιτάσει rem exprimit. Sic:) cum quidem fortissime pugnaret viii, 2 apud Philippum regem verbo, reipsa quidem ap. Polysperchontem (reipsa,

vero) xix, 3 cum quidem bellum parabis (cum vero, sin) xxiii, 2

Quies (ἀδιαφορία, quando bello et partibus abstinemus) xxv, 7 (Sic 'quietus,' qui est neut. partium, v. mox Quiet. Sic 'quiescere,' sequi neutras partes. Livius ἐκ παραλλήλου conjungit 'quiesceretis abstineretisque armis' l. xxxii, 21)

Quiescere (somnum capere) vii, 10 (committere accusationem) vii, 4 (pacem agitare, arma interim non movere) xvii, 5

Quietus fuit (studio partium et civili tumultu abstinuit) xvi, 4

Quin: negare non potuit, quin x, 2 posteaquam vidit sibi non dari facultatem pro dignitate vivendi, quin &c. xxv, 2 nunquam misit literas, quin &c. xxv, 20 filium non aspexit, quin &c. xx, 1 quin aut interfici aut missum fieri juberet (immo, potius) xviii, 11 (vid. de hac particula collecta Boecl. in Chrestomath. Ter.)

Quinquies Consul (quintum) xxiii, 5

Quippe cum cives ejus eodem uterentur instituto, Præf. quippe quem venumdari jussisset x, 2

Quirinalis collis xxv, 13

Quis, quid (pro aliquis, aliquid) iv, 4 et sæpe

Quisque, quodque: primo quoque tempore (ut primum fieri potest &c.) i, 4 ut quemque ex proximo locum fors obtulisset xvi, 2

Quoad (quamdiu, interim dum) xvi, 4. xviii, 12. xxiv, 2. xxv, 11 quoad ei licebat (quantum fieri poterat) xii, 3 quoad licitum est vii, 2 quoad (pro, donec) xv, 9. xviii, 2. 6. xv, 2

Quod (pro, eo quod) ii, 8. xviii, 7 ('quod' eleganter præfigitur particulæ 'si', ubi ea inchoandæ præsertim periodo ac sententiæ non sufficit, neque sustinere potest frontem orationis). quod si quis legat &c. xviii, 8 (Sic etiam præfigitur τῷ 'nisi' in illo:) quod nisi debilitatus esset, videtur potuisse &c. xxiii, 1 (nam et heic aliquo fulcro veluti indulgebat τὸ 'nisi,' qualia alias sunt. Sane equidem &c. Boecl. Sic quoque Tacit. Agr. xvi, 2. 'quod nisi Paullinus propere subvenisset, amissa Britannia foret.' Consulat Lector Cortium ad Sallust. Catilin. cap. 18. n. 8)

Quo minus v, 4. xv, 8

Quorsum: ea quorsum evaderent, timebat (quem eventum habitura) x, 8

Quotannis xxiii, 7

Quotidianus victus (in dies singulos præberi solitus) xviii, 12 cultus xxv, 14 quotidiani sumtus x, 7

R.

Radices montis (ima montis) i, 5 (v. Thes. Buchn.)

Rapi aliqua cupiditate, in aliquid xviii, 6

Raræ arbores (per intervalla enatæ et tractim) i, 5

Ratum: nihil fore ratum (quæ constituisset, non mansura, de abrogatione) vii, 10

Ratio: cujus ratio etsi non valuit, &c. (sententia, consilium) i, 3 Sic: ad hunc interficiendum talem iniit rationem (tale consilium) xxiii, 10 (Utrumque conjungit Curtius iii, 7, 10 'facile ratio tam salubris consilii accepta est'). ratio temeraria (de modo et via agendi) xiii, 3 omni ratione bellum comparare x, 5 quorum (gestorum) nisi ratio explicata fuerit, res apparere &c. xiv, 1 (Notatur heic accuratior expositio circumstantiarum, quas vulgo appellant. Vult enim Nepos hoc dicere: 'Datamis res gestas satis percipi haud posse, nisi plenius narretur, quibus in gerendo vel difficultatibus conflictatus vel rationibus expeditus' &c. Boecler. Sic Tacitus H. i, 4, 1 'ut non modo casus eventusque rerum, qui plerumque fortuiti sunt, sed ratio etiam causæque noscantur.' Ubi vid. Boecler. annotat. polit.)

Recedere a conspectu suorum xii, 4 (paulo ante: abesse, ibid.) a caritate patriæ non recedere (constanter amare) vii, 8

Recens auctoritate (de historico proximo temporis), Fr. 7

Recedere in invidiam vii, 7

Recipere se eodem, unde &c. (reverti) xiii, 3. xxiii, 11 in Phrygiam xiv, 8 recipere se ad aliq. (perfugere) xviii, 4 Sic: intra sua præsidia xxiii, 11 recipere aliquem in fidem (tutelam et patrocinium religiose præstandum) ii, 8 Ita: recipi (scil. in fidem), ibid. recipere legatos (recuperare) ii, 7 in patriam, ibid. recipi (scil. in amicitiam et partem curarum) xviii, 10 (scil. in exercitum et præfecturam) vii, 8

Reconciliare milites x, 7 (oppos. amittere, ibid.) reconciliare oratione aliquos (ad officium revocare, qui defecerant) i, 7 reconcil. pacem viii, 3
Recreare aliquem (reficere, semianimem sanitati restituere, refocillare) xviii, 4 Siciliam (in integrum restituere, scil. depulsa servitute) xx, 4
Rectum aliquid putare (honestum) Præf.
Recumbere x, 9 (mox: in lecto cubare, ibid.)
Recuperare aliquem (liberare ex vincl. host.) xvi, 5 recuperare adolescentulos (ex transfugio retrahere) xvii, 6 imperium xvii, 7 patriam (restitui in patriam ab exilio) xvi, 2 patrimonium xxv, 12 amissa xiii, 3
Recusare: non recusavit, quo minus &c. xv, 8 (Ita Cicero Philipp. 1 'si quid contumeliose dixero, quo minus mihi inimicissimus sit, non recusabo.' Vorst.)
Reddere alicui salutem (sc. capto) xviii, 12 literas alicui (tradere) iv, 2 debitum naturæ (periphrasis mortis) xxi, 1 (v. Debit.) reddere aliquem alicui hostem xxiii, 2 reddere civitatem ferocem (bellicosam) ii, 2 mare tutum ii, 2 otium tota Africa xxii, 2 aliquos suos (efficere) vii, 3
Redigere aliquem sub potestatem alicujus i, 1. 2. iv, 2 Sic: in potestatem alicujus xvi, 5 sub imperium alicujus xiii, 2
Redimere aliquem ab Acheronte x, 10 (v. Acher.)
Redire hyematum aliquo xviii, 8 ad officium (sc. obsequii) i, 7. v, 2. xvii, 5 (dicitur, ut 'redire ad ingenium,' 'ad sanitatem,' 'ad mores,' &c. Lambin.) in gratiam cum aliquo vii, 5. viii, 3. xiv, 8 nunquam cum matre in gratiam rediit (consequens pro antecedente: nunquam cum matre in simultate fuit &c.) xxv, 17 redeamus illuc (formula finiendæ interjectionis, egressionis) xvii, 4 reditum est domum xv, 8 redit pecunia ex metallis ii, 2 redeunt tot talenta ex regione illa ii, 10
Reditus: omnis ejus pecuniæ reditus constabat &c. xxv, 14
Reducere ad officium (qui defecerant) xiv, 2 exercitum domum xv, 7 exercitum hyematum xvii, 3 uxorem (de integro ducere, Lamb.) x, 6 (scil. cum esset alii tradita)
Referre ad consilium de aliqua re xviii, 12 referre sermonem ad aliquem (exponere alicui &c.) x, 2 referre se ad castra (recipere) xxiii, 11 cum relatum legent (expositum, narratum), Præf. Sic: relatæ res gestæ eorum sunt (expositæ opere historico) xxi, 1 retulit versum ex secunda Hom. rhapsod. (recitavit, usurpavit sermone) x, 6 referre gratiam xviii, 6 pro meritis ii, 8 referre mores alienos ad suos (comparare, exigere) xv, 1 prædæ talenta 1200. in publicum retulit (publico ærario intulit) xiii, 1 (Sic qq. mss. Dan. et Ed. Ultraj. Alii: 'detulit'). referri in numerum proscriptorum xxv, 12
Reficere jumenta xviii, 9 se (vires et imperium instaurare) xvii, 7 (transl. ab iis, qui a deliquio aut gravi morbo se recolligunt. vide Gebh.) ædem xxv, 20 mœnia, fana xx, 3 muros ix, 4 muri partem (mox: restituere) xiii, 4 si paulum modo refectæ res essent (sc. ex damnis belli) xxii, 1
Refrænare impetum alicujus (inhibere, objicere imped.) xviii, 9
Refringere impotentem alicujus dominationem (debilitare, obsistere ei) vi, 1
Refugere in urbem (de oppugnantibus repulsis) viii, 2
Regere civitatem xiii, 1
Regius, Regnum &c., vid. infr. post voc. Rex
Regio Persidis xviii, 8 regio locupletissima xvii, 3 saltuosa xiv, 4 Regionum peritia quid prosit duci xiv, 8 e regione (ex adverso) i, 5
Religio (jusjurandi scil. vel, obligatio per jusjur. facta) x, 8. xvii, 2 veneratio rerum religiosar. xvii, 4 religionem minuere (majus ἱεροσυλίᾳ scelus), ibid. (significat heic 'religio' ipsam sanctitatem, placita, instituta religionis). recipi religione quadam (cum ad fidem datam, tum ad sanctit. loci refertur) ii, 8 homo sine ulla religione ac fide (qui nec fas nec jus, nec divina nec humana curat) x, 8
Religiose promittere (magna fide certaque) xxv, 15
Relinquere locum (discedere) i, 3 oppidum reliquum (indefensum deserere) ii, 2 reliquit eum anima xviii, 4 relinquere filium ex uxore natum xi, 3 talem ex se natum x, 5 virilem sexum xvii, 1 liberos xv, 10 famam sui vi, 1 regnum alicui x, 1 relinqui hæreditate (proprie) xxiii, 1 relicta hæreditate domus xxv, 13 relictum a

patre haeredium xxiv, 1 relictae a patre divitiae magnae x, 1 relictus pauper jam a majoribus (ad quem inde a majoribus transmissa paupertas) xv, 2 relinquere aliquem (transfugere ab aliquo) xiv, 6 relinqui (deseri, non defendi), ibid. relinquere aliquem locum tutum xvii, 6 relinquere historiam temporum (de auctore historiae) ii, 9 reliquit scriptum eum ibi periisse, eum interfectum (scripsit, vel, in ejus scriptis reperitur) ix, 5. xxiii, 8 relinquere sibi spatium deliberandi (sumere, servare) xviii, 12 relinqui (superesse): nulla spes salutis relinquitur mihi i, 2 nullum tempus sobrio relinquebatur (luxuria semper obruebatur et sine intermissione) x, 4

Reliquum est, ut (nihil aliud superest, quam ut) xxv, 21 reliqui nihil facere (eleganter, omnia facere, tentare &c.) xxv, 21 (v. Gif. observat. L. L. p. 213). reliquum tempus (insecutum) ii, 2. xxiii, 2 reliquum vitae xx, 3 reliquum oppidum (reliqua pars oppidi) ii, 2 Sic: reliquam phalangem vetuit loco cedere xii, 1 (vid. supr. Pars)

Remansit ferrum in corpore xv, 9

Remedia celeria faciliaque alicui morbo proponere xxv, 21

Remigrare Romam xxv, 4

Reminisci famae veteris xix, 4 reminisci aliquid (excogitare) vii, 2 reminisci (perpendere post factum, quid factum sit) xiv, 5 reminisci pristini temporis acerbitatem vii, 6

Remittere calces xviii, 5 (v. Calces)

Remittere se (oppon. seriis actionibus) vii, 1 remissus in labore xi, 3 (ἀνειμένος, laxus, languidus. Lamb.)

Removere hostes a muris urbis (repellere) xxii, 2 aliquem ab exercitu (adimere imperium) xvi, 1 removere se a talibus consiliis (studium animi et institutum a certis consiliis faciendis sequendisque abhorrentis notat) xxv, 8 si removisset Eumenem (oppressisset) xxiii, 10 removeri a motu corporis (ab occasione motus &c.) xviii, 5 remotus ab honestate (non conven. honest.), Praef. a conventu (qui domi remanet) x, 9 remotis ceteris xxiii, 2 remoto adversario (e medio sublato) x, 7

Renovare bellum xxii, 1

Renuntiare propere, celeriter xxiii, 12 renuntiatum est, vicisse Boeotios xv, 9 huic renuntiat, irrita futura &c. vii, 10

Repellere (hostem) iii, 2 summos duces xviii, 13 repelli ab arce viii, 2 repelli (de frustrato conatu, ac petitione rejecta) vi, 3

Repentina vis (tumultus, seditio &c.) vii, 3 repentinum consilium (quasi necessarium et ex tempore salutis causa captum) iv, 4 quo repentino objectu viso &c. xxiii, 5

Repere (oppon. 'ire,' de viarum angust.) xxiii, 3

Reperire (Aristotel. in Politic. ἐξευρίσκειν, de consilio feliciter promteque invento) ii, 1 reperire causam bellandi xxii, 2 id quod in tyranno non facile reperitur xxi, 1 reperiebatur intemperans vii, 1 non reperiebatur causa xxiii, 11 repertus fidelis regi xiv, 1

Repetitum Macedoniam venire xviii, 6 (si lectio proba est)

Reprehendere seipsum (damnare consilium suum) xiv, 5 reprehendi in hoc iv, 1. xxv, 10

Reprimere luxuriam xxiv, 2 regios spiritus x, 5 (ταπεινοῦν, συστέλλειν τὰ φρονήματα regiorum. Gebh.) reprimi (scil. a furibunda animor. concitatione) iii, 1

Repudiare munera xix, 1

Repugnare (resistere in acie) xv, 9 repugnare victoriae patriae (repudiare ejus obtinendae consilia) vii, 8

Repulsam ferre alicujus rei ab aliquo iv, 2

Reputare secum vii, 4

Requirere aliquid ab aliquo (interrogare &c.) xxv, 20 Sic: Indos, unde in eas terras devenissent, requirendo cognovisse abreptos, Fr. 7 requisivit, ubinam esset &c. (de familiari compellatione, circa resciscendum statum fortunamque cujusque) xxv, 10

Res se ipsa aperit (e facto liquet, quid veri subsit suspicioni) iv, 3 res cadit praeter opinionem i, 2 ei rei praefecit Datamen (negotio, scil. belli gerendi) xiv, 2 re vera ix, 2. xvii, 2. xviii, 1 reipsa xix, 3 eadem re (ea causa, propterea) i, 4 (v. Gifan. obs. L. L. p. 77). in aliqua re gratias alicui agere atque habere xx, 4 in aliqua re plecti xxv, 11 qua re (ob quam causam) xxiv, 2 res humanae xx, 4 quid facerent de rebus suis ii, 2 res abit a consilio ad vires viii, 1 res est mihi cum illo (de contentione et aemulatione) xvi, 1 res gesta (quicquid ac-

cidit) xiv, 3 res illustris pop. Romani xxv, 18 neque res ulla gesta est publica &c. xx, 3 res privata, publica vii, 3 res major ii, 1 Sic: res majores, Fr. 12 res Græcæ xxiv, 3 Italicæ, ibid. Persicæ ix, 5 Romanæ, Fr. 3 (memoria rerum Græcarum, Italicarum, &c. Aliter accipitur in isto:) rebus Romanis tranquillatis (i. e. compositis, sedatis turbis, quæ Romæ ortæ fuerant) xxv, 4 res memoria dignæ xii, 1 res militaris i, 3. iii, 2 (omne circa bella gerenda negotium ac scientia comprehenditur. Habet et publicæ administrationis operisque significatum hæc vox, ut:) res gerere in Africa xxiii, 7 res summæ (ut alias: summa rerum) xviii, 9. 10 rerum summa (imperium summum ac potestas) xviii, 5 Ita: rerum potiri (quamvis hoc ἐξοχικῶς accipiendum sit, de dominatione principatus Romani oligarchica) xxv, 9 præesse rebus regis xix, 3 rebus majoribus præesse xiv, 2 rebus maximis gestis vii, 5 de rebus summis consilia capere (i. e. de summa rerum, sive de negotiis summam rerum spectantibus) xviii, 7 (Etiam τὴν πολιτείαν notat, ut in illo:) res constituere i, 2 (de statu imposito, rebusque ac provinciis ordinatis. Quare mox Synonym. 'Chersoneso constituta,' ibid.) Sic: res Macedoniæ occupare (i. e. imperium) xviii, 6 (v. Thes. Buchn. Pertinet huc et istud:) magna commutatio rerum horum imperio facta est vii, 5 (v. Commut.) rem expedire (de difficili negotio) xviii, 9 rem gerere (præesse pugnæ) xxiii, 8 rem male gerere (de infelicitate belli, κακῶς πράττειν, uti adversa fortuna) i, 3. ii, 5 rem eo perduxit, ut &c. x, 5. xv, 8

Res divina (de sacris et immolatione hostiar.) xxiii, 2 familiaris xxv, 2. 4 domesticæ res (i. e. vires bellicæ) xxiii, 10 (quanquam Boecleri Ms. habet 'opes'). res adversæ, secundæ vii, 6 afflictæ ix, 2 exiles (i. e. calamitosæ) xviii, 5 (de statu rerum, ac fortuna vitæ). res anteactæ (quicquid antea actum esset) viii, 3 res severas differre in crastinum xvi, 3 rebus Laconum studere (partibus) xvi, 1 rebus suis aliquem re aliqua abalienare xvii, 2 omnibus optimis rebus uti (in familiari sc. vita cultuque) xxv, 13 bonarum rerum ignorantia xvii, 8 (v. Bon.) res Venereæ vii, 11 ('res' et 'summæ' opponuntur xvi, 1. 'illæ' expositionem negotii, 'hæ' indicata potius quam narrata rer. capita signif.)

Respublica Atheniens. xxv, 4 resp. est penes hos (ab ipsis administratur) xxv, 8 respub. tota domi bellique (pro ipsa administratione reip.) vii, 7 resp. geritur bene x, 6 administratur jure xxiv, 2 reipubl. mutationes xxv, 4 omnis procuratio xxv, 3 reipubl. peritus (πολιτικὸς) xxiv, 3 reip. causa inimicitias suscipere xxiv, 2 reipublicæ totum se dedere ii, 1 (v. Dedere). reipublicæ (indigentia privatis copiis sublevata) xvii, 7. xxiv, 2 remp. capessere (ad ejus administr. accedere) ii, 2 ad rempubl. accedere ix, 1 de rep. nihil præter gloriam capere xv, 3

Resacrare vii, 6 (Est religione devotionis solvere, execrationem in alicujus caput factam irritam reddere &c. Boecler. adde Festum in 'resecr.' Et e junioribus præter laudatos Ernstio, Turneb. adversar. xviii, 25. et interpretes ad Plaut. Aul. iv, 7, 4. et Pers. i, 1, 48. Schottus autem rectius esse ait 'resecrare,' quomodo et ap. Plaut. loc. cit. ac Festum l. c. scribitur)

Rescindere pontem i, 3 alibi: dissolvere ii, 5

Resciscere (vel, 'rescire:' comperire) iv, 3. xiv, 2. xviii, 8 (proprie de occultorum et insperatorum cognit. usurpari docet Gell. ii, 19)

Reservare se sibi suisque (de ægroto, qui nihil reliqui facit, quod ad sanandum se pertineat) xxv, 22 (oppon. id sibi accelerare, quod natura cogit, ibid.)

Residere alicubi (quietis causa, de lasso) xiv, 11

Resistere adversus (v. Adv.) xvi, 1 resistente nullo xxiii, 5 resistere omnibus (bellare adv. omn.) xviii, 3 factioni xvi, 1 restitit ei nemo in acie (nemo eum sustinuit, nemo non decessit victus) xxiii, 5 Sic: nemo ei dicendo potest resistere (advers. ipsum valere) vii, 1 restitit, ne statua sibi poneretur (intercessit, impedivit) xxv, 3

Respicere aliquid (considerare) i, 8 (Eodem sensu usurpatur et substanti-

vum 'respectus' ap. Justin. xii, 10, 8 'quos sine respectu amicitiæ necari jussit,' et alios passim)
Respondere superbe (incivilis animi nota) iv, 3 respondere (causam dicere in judic.) xv, 8 in respondendi brevitate concinnus (τὸ ἀποφθεγματικὸν dictorum innuitur: quod constat brevitate et concinnitate) xv, 5 (oppon. ornatus in perpetua oratione, ibid.)
Responsio ridentium i, 1 responsum oraculi (Apollinis Delph.) i, 1 αἰνιγματώδες ii, 2 Dei Delphici responso iv, 5
Restare: restiterat hoc (supererat), Fr. 5
Restituere alicui sua xx, 3 muros (exstruere) ii, 6 Sic: muros ex hostium præda patriæ restituerat xiii, 4 restituere aliquem in regnum xi, 2 in pristinum (in stat. prist.) xx, 1 restituendi (sc. ejus) spes nulla erat (sc. ab exilio in patriam) xxv, 9 Sic: suffragante Theramene populiscito restituitur vii, 5 plenius: in patriam restitutus est iii, 1 restituere urbem (incolis et disciplina eam condere) xvi, 4
Retardare: ut non minus totidem dierum spatio retardaretur (de hostis impetu tardato) xviii, 9 (mox: refrænare hostis impetum, ibid. hostis celeritatem impedire). retardare hostis impetus xi, 2 hujus casu aliquantum retardati sunt Bœotii (de Epaminonda, sparo eminus percusso) xv, 9
Retia xvi, 2
Retinere benevolentiam alicujus xxv, 5 usum benevolentiamque xxv, 20 suum ordinem (in success. sc. et jur. famil.) xvii, 1 vitam diutius xxiii, 12
Retinere aliquid memoria xxv, 11 usque eo retinuit ferrum in corpore, quod ex hastili remanserat xv, 9 retinere bonitate potestatem (exercere, usurpare) i, 8 aliquos sub potestate (in obsequio et fide) i, 3 retinuit se domi xv, 10 (Sic edidit Lambinus; Nos secuti libros optimos edidimus, 'domo se tenuit')
Retrahere: uno prælio Thebas ab interitu retraxit (revocavit, servavit) xv, 8
Reverti: sed illuc revertor x, 4 sed ad illos revertar xviii, 8 (formulæ post factas digressiones)
Revocare filium ad virtutem a luxuria x, 6 aliquem domum xxiii, 7 revocare suos tuba (inhibere incurrentes in host.) xii, 1 revocari in patriam (scil. ab exil.) v, 3 defensum patriam xxv, 6
Reus delicti vii, 8 parricidii, Fr. 4 (sub. 'de crimine.' est enim ellipt. locutio). reum facere aliquem absentem vii, 4
Rex nomine non potestate (de Agesilao Lacedæmonio) xxi, 1 alibi: reges nomine magis quam imperio xvii, 1 rex nosse debet suos ix, 4 rex nobilis xiv, 3 (i. e. dynastes. v. Dynast.) Rex (ἁπλῶς, pro rege Pers.) xvii, 2 et alibi (Scil. Persarum, et postea Parthorum reges non solum a suis sed etiam a Græcis et Rom. scriptorib. ob potentiam et imperii amplitudin. nunc 'μεγάλου βασιλέως' et 'magni regis;' nunc absolute 'βασιλέως,' et 'regis' titulo insigniebantur. vid. Brisson. lib. 1. de reg. Pers. et Scheffer. in Ind. Æliani). reges casus adversos hominibus, secundos suæ fortunæ tribuunt xiv, 5
Reges Nepoti memorati: Agesilaus xxi, 1 Cyrus, Darius Hystaspis filius, ibid. Xerxes, Artaxerxes Macrochir, Artaxerx. Mnemon, ibid. Philippus, Alexander M. xxi, 2 Pyrrhus Epirotes, ibid. Dionysius Prior, ibid. Antigonus, Demetrius, Lysimachus, Seleucus, Ptolemæus xxi, 3 &c.
Reges Lacedæmoniorum vi, 3 duo nomine non imperio xvii, 1 reges bini Carthaginiens. annui Romanis consulibus comparati xxiii, 7 (v. not. Ernstii, et Grot. de J. B. et P. i, 3, 10. βασιλεῖς etiam Aristot. 2. polit. 9. dixit). reges Thraciæ vii, 7 regum popul. Rom. res gestæ xxiv, 3
Regius apparatus iv, 3 cultus xiv, 3 alibi: ornatus xviii, 13 regium nomen, ibid. regii spiritus (arrogantia regia) x, 5 (v. Spirit.) regii satrapæ xiv, 3 regii (sc. ministri) xvii, 8 regia dignitas, absque nomine reg. i, 2 regia potestas vi, 3
Regnum (μοναρχία, imperium unius) xx, 3 regnum Darii i, 3 regnum (de tyrannide) xx, 1 regni honor (regia dignitas) xvii, 1 regnum vivus rex non debet filio tradere xxi, 3 regnum virtute adepti privati xxi, 1 regnum partiri x, 2 de regno controversia inter Leotychidem et Ages. xvii, 1
Rhapsodia secunda Homeri x, 6 (lib. secund. Iliad. Homeri: nam ita vocantur ejus Poëtæ libri. Lambin. Pollux lib. 4. cap. 7. inter nomina Poëmatum

ῥαψῳδίαν ponit. Adde Suidam in hac voce, et Salmas. Exerc. Plin. pag. 867. seqq. itemque Scalig. Poëtic. i, 41)
Rhetor Atticus (de legato) xv, 6
Rhodanus fl. xxiii, 4. 6
Rhodii confligunt cum Antiochi copiis xxiii, 8
Risus coortus xv, 8 risum alicui concitare, seu (ut vulgo editur) excitare xxiii, 11
Robur libertatis (vires ad reparand. libertat. unicæ aut præcipuæ) viii, 2 robustus domesticis rebus (potens, valens) xxiii, 10 robustior factus (adultior) vii, 2
Rogatu ejus xv, 4
Roma vocatur urbs, in qua domicilium orbis terrarum est imperii xxv, 3 Roma quando condita, Fr. 1
Romanus pop. omnes gentes virtute superavit xxiii, 1 Romanum nomen (populus) xxiii, 7 Romano non licebat alibi civem fieri xxv, 3 Romanæ urbis princeps (Romæ) xxv, 20 (Sic Virg. Ecl. 6 'Parnassia rupes,' pro, Parnassus. Et Æn. 1 'Sicula tellus,' pro, Sicilia. Aliique. Vorst.)
Romulus xxv, 20
Rostrum (navis sc.) xii, 4
Rubrum mare xxiii, 2
Rudes literar. Græcar. (rerum) xvi, 1 (Sic Cicero Offic. 1 'non modo græcarum literarum rudes, sed etiam docti, &c.' Lamb.)
Rudimenta civilium officiorum qualia esse debeant ii, 1
Rumor differtur x, 10 (v. Diff.)
Rursus resacrare vii, 6 (Sic 'rursus rescribere,' 'reticere,' 'retradere,' 'revocare,' 'recipere.' vid. Gifan. append. observat. pag. 286. Sic et 'redire rursum' ap. Terent. Eun. iv, 2, 6 'redire rursus' ap. Flor. i, 2, 9. i, 11, 14. et similia passim ap. alios. Adde Burm. ad Quinct. lib. 2. Inst. Orat. cap. 4)
Rusticum prædium xxv, 14

S.

Sabini xxiv, 1
Sacellum (Αἰτοφαρίας) xx, 4 muri Atheniensium ex sacellis (sc. destructis) ii, 6
Sacerdotes fani (scil. Jov. Ammon.) vi, 3
Sacra violata vii, 4
Sacrarium saluti tuendæ intratum ii, 8
Sacrificare apud aram (immolare hostias) xxiii, 2
Sacrilegi (qui religionem templorum violant) xvii, 4
Sacrilegium (de sacris violatis) vii, 6
Sagacitas: erat ea sagacitate, ut decipi non posset vii, 5
Saguntus expugnata xxiii, 3
Salamin (vel Salamis) ii, 2 (Insula clarissimi nominis ad stadia quasi LXX. in longum porrecta, incipiens e regione Megaridis, sed majore sui parte Eleusinio littori ditionis Atticæ opposita, freto angusto ab Amphiale promontorio sejuncta, cum urbe cognomine, quondam in austrino latere, quod Æginam intuetur, posita, deinde in latus adversum contra Atticam translata. Ubb. Emm. vet. Græc. tom. 1. pag. 39)
Salaminia pugna iii, 2 victoria ii, 6
Salis plus, quam sumtus, habebat tectum (ædium) xxv, 13 (plerique hic 'salem' pro gratia, venustate, arte accipiunt: satis novi translationem vocabuli, nec libenter tamen credo, Nepotem ita scripsisse. Videtur enim mihi nescio quo modo inconcinne hic usurpari. Boecl.)
Saltare commode, Præf. saltare in vitiis ponitur xv, 1
Saltus Graius xxiii, 3 Pyrenæus, ibid.
Saltuosa regio xiv, 4
Salus: quibus nulla spes salutis relinquitur (tuendi status ac dignitatis) i, 3 salutis suæ causa id fecit (ut esset tutior) x, 4 saluti est ea res (salutaris, utilis) ii, 2 saluti fratris civium libertatem anteferre (vitæ) xx, 1 Sic: reddere alicui salutem xviii, 12 salutem fuga petere xxiii, 11
Salum (altum mare, undarum et fluctuum plenum &c. Lamb.): in salo navem tenere in anchoris ii, 8
Salvus: ut satis haberent, si salvi esse possent xv, 8 (non de victoria scil. sed de salute pugnantes)
Samothracia xxv, 11
Samus deficit ab Athen. xiii, 3 capitur xiii, 1
Sancire: hæc conjunctio necessitudinem eorum sanxit xxv, 19
Sanctus: jus legationis, quod ap. omnes gentes sanctum est (inviolabile) xvi, 5 Sic: templa Deorum sancta habere xvii, 4 sanctiora jura patriæ esse duxit, quam hospitii xiii, 4 sanctissima loca xxv, 3
Sanctissime aliquid colere xx, 4

Sanctitas (integritas, quæ oppon. avaritiæ et crudelitati) vi, 4 (Hinc 'sanctæ manus' non pollutæ captandis et acceptandis munerib. provincialium, apud Val. Max. ii, 2, 8. Gebh.)
Sanguine suo aliquem redimere ab Acheronte x, 10 sanguine suorum cruentare manus xv, 10
Sapientes septem viii, 4
Sardes (urbs Lyd.) xvii, 3. i, 4
Sardinia xxiv, 1
Sarmenta xxiii, 5
Satellites Medi et Ægyptii iv, 3 (peregrinum hoc satellitium Pausaniæ ad tyrannica instituta pertinet, quod aliquoties tradit in Politicis Aristotel. Boecl.) sine satellitibus tutum se non arbitratur (tyrannus) xiii, 4
Satietas lectoris (cum signif. fastidii) xvi, 1
Satis eloquentiæ v, 2 satis exercitatus in dicendo xv, 5 hoc unum satis erit dictum (hoc unum si dixero, satis dictum est) xxiii, 5 abstinentiæ erit hoc satis testimonium xv, 4 sed satis de hoc (transitionis formula) vii, 11 neque vero id satis habuit, sed etiam &c. xv, 4 a ceteris tantum satis habent se defendere (i. e. non ultra defensionem nituntur) xxiii, 10 satis illas copias habere coëgit, si liceret &c. xx, 2 ut Lacedæmonii satis haberent, si &c. xv, 8 (ubi 'satis habere' eleganter pro 'contentum esse' &c. vide Cort. ad Sallust. Jug. c. 31. n. 20)
Satisfacere: quia vobis, ut spero, satisfeci (i. e. quia feci, quæ a me requirere poteratis, vestraque vota implevi &c.) xxv, 21
Satius ducebant eos obsideri, quam &c. xvi, 1 satius esse in Asia, quam in Europa dimicari xvii, 2 satius duxit patriæ legibus parere, quam &c. xx, 1 satius putaverunt in urbe eum comprehendi iv, 5
Satrapes (pro Pharnabazo) vii, 10 satrapes regius iv, 1. vi, 4 satrapæ regii xvii, 2 quo cultu usi xiv, 3 (Hi sunt quos alibi 'principes provinciarum,' 'præfectos,' 'prætores,' vocari constat. Eratque omne Persarum imperium in ejusmodi satrapias divisum. Vidend. Brisson. 1. de regn. Pers. et Drus. in observ. et Cl. Berneg. Justin. v, 2, 5. f. Boecler. Adde Freinshem. Ind. Curt.)
L. Saufeius xxv, 12
Scandulis Roma per annos 470 contecta, Fr. 10
Scapha xxiii, 11
Scelus (de tyrannide) xx, 1 (de venefic.) xxi, 1 (de parricidio) xv, 6 pulsos ob scelus recipere, crimini datum) xv, 6
Sceleratus: immerentes ut sceleratos occidit x, 10
Scena (pro ludis scenicis): ad scenam ire, Præf. in scenam prodire, ibid.
Sceptrum (inter insignia reg.) xviii, 7
Scienter tibiis cantare, Præf. (perite atque ex arte. Suet. Tit. c. 3 'ut qui cantaret et psalleret jucunde scienterque.' Sic:) scienter dicere aut scribere, Fr. 6
Scipio, P. Cornelius ter vincitur ab Hannib. xxiii, 4
Scipio Africanus principatum in civitate (Rom.) obtinuit xxiv, 2 (v. Princ.)
Scismas xiv, 7 (Ms. Dan. Sysinas)
Scribæ xviii, 1 apud Romanos mercenarii, ap. Græcos honorati, ibid. (Loquitur autem Nepos de ejusmodi scribis, qui hodie 'secretarii' in magnarum potestatum consiliis habentur. Nam quod secretarius quivis mercenarius scriba et servilis operæ minister appellari cupit, abusui vocis dandum, omnes scimus. Ideo requirit ad hoc officium, 1. 'familiæ honestatem.' 2. 'spectatam industriam,' id est, ἐπιδεξιότητα ἐν ταῖς τῶν πράξεων ἐγχειρίσεσι, promtam facilitatem, qualis in rerum actu dextre tractando laudatur. Id enim industria frequenter ap. Auctores notat. 3. 'fidem.' Dignitatem officii ita ostendit:) honorificum (esse ostendens titulum) xviii, 1 gradu amicitiæ regiæ, ibid. (quæ majorum rerum ministris scil. tribuitur). intimæ familiaritatis (cum rege consuetudine), ibid. (Munus ipsum ita designat:) Scriba talis omnium consiliorum est particeps, in consilio regi semper affuit, et omnium rerum habitus est particeps, ibid. (De 'scribis' porro multa et scitu digna congessit Caspar. Barth. Advers. 50, 1. Boecl. Add. Herm. Hugon. de prima scrib. orig. cap. 32. Dan. Fessel. Adversar. Sacr. i, 1. 'Athenis pariter ut Romæ vile fuisse scribarum munus,' docet Petit. Comm. ad leg. Att. pag. 257, 258)
Scribere historiam xvi, 1. xxiv, 3 nonnulli scriptum reliquerunt eum periisse ix, 5 Sic: alii naufragio, alii a servis ipsius interfectum eum, scriptum reliquerunt xxiii, 8 scripta in pilis devo-

tio (incisa) vii, 6 (conf. vii, 4. Nam 'scribere' non tantum dicitur is, qui calamo aut stylo scribit, verum etiam qui cœlo · non tantum is, qui aliquid nigri vel albi chartæ aut ligno illinit, verum etiam, qui sculpendo aut cœlando literas vel extantes vel depressas facit. Conf. iv, 1. Quod idem quin et Græci γράφειν dicant, nihil dubitandum videtur; etsi Cl. Salmasio, Præf. libri de modo usurar. secus visum. Neque tamen, quod Pilatus τὸν τίτλον γεγραφέναι in Hist. Evang. legitur, id cum Heinsio de cœlatura intellexerim; sed cum Salmasio potius de alterius generis scriptura. Vorst.)
Scriptitare res Romanas (scribere historiam Rom.), Fr. 3
Scriptores (historici) xv, 4
Scriptura: hoc genus scripturæ, Præf. (Vellei. ii, 52, 2 'hic scripturæ modus')
Scrutari aliquem (ante colloquium sc.) xiv, 11 (mos iste etiam in aulis aliquando, ut excuterentur, qui principem adibant. v. Lips. ad 11. A. Tac. Boecl. Add. Bernegg. ad Justin. xxxviii, 1, 8. et Gebh. ad h. l.)
Scyrus v, 2 (Insula una ex Cycladibus)
Scytale (σκυτάλη) iv, 3 (Clandestinæ literæ, quibus ad duces suos Lacedæmonii utebantur, de quibus v. Gellium xxvii, 9. longior est descriptio, quam ut hic exscribi debeat. Vid. Meursii Lacon. iii, 4. Crag. de republ. Lacedæm. iv, 7. Exempla occultæ script. ap. Herm. Hug. de prima scrib. orig. cap. 15. reper. Boecl. Iconem scytales habes in not. Sebast. Migii ad Portæ magiam nat. Locc.)
Scythæ premunt Darium i, 3
Scythissa xiv, 1
Secius: neque eo secius (minus) i, 2. xxv, 2 nihilo secius ix, 2. x, 8. xxv, 22 (Sic Cæs. B. Civ. ii, 26. Gebh.)
Secundus: secunda fortuna adversariorum capti i, 2 secunda fortuna elatus vii, 7 secunda fortuna fundum emit in diem xxv, 9 secundam fortunam sapienter ferre xx, 1 si quid secundi evenisset vii, 8 hoc secunda victoria accidit xvi, 5 secunda persona (de altera, sed inferiore) xvi, 4 (v. Alter). secunda mensa xvii, 8 (v. Mensa)
Secura vita (sine odio et insid.) v, 4
Sedare (lenire invidiam) x, 8 sedare bellum (sc. pace) xiv, 8 lassitudinem militum xviii, 9
Sedere diu uno loco (morari, desidere) xiv, 8 in ara supplicem iv, 4
Seditio exercitus xviii, 12
Segnius: nihilo segnius perseveravit (eadem alacrit. et industr.) xiv, 2
Segregari a consiliis (non adhiberi amplius) xxiii, 2
Sejungere: Alpes ab Gallia Italiam sejungunt xxiii, 3 nullam sejunctam sibi ab eo fortuna volebat esse xxv, 10
Sejunctum a re proposita xvi, 3
Seleucus xviii, 5. 10 a Ptolemæo dolo interfectus xxi, 3
Sella aurea (inter insignia reg.) xviii, 7
Semianimis iv, 5 alibi: semivivus xviii, 4
Sempronius Gracchus: vid. Gracch.
Sena xxiv, 1 (Piceni sive Umbriæ in Italia oppidum est, non, ut quidam inepte contendunt, Cæsena, de quo extat peculiaris Exercitatio Gabrielis Naudæi)
Senatus datur legatis xxiii, 7 (v. Dare). senatus populusque Romanus xxiii, 7 Senatusconsultum (de respons. legatis dando), ibid. senatu peracto xxiv, 2
Senescere (eleganter de potentia decrescente) vii, 5 (Seneca Epist. 91 'urbium, imperiorum, gentium nunc floret fortuna, nunc senescit, nunc interit.' metaph. a senum virib. deficientib. Locc.)
Senex tristis et severus xv, 2 senior (jam senex) xxiv, 3
Senectus extrema xxv, 21 senectute diem obire xxi, 1
Sentire: quanto sibi esset ornamento sentiebat x, 2 postquam eum cum magna pecunia venisse senserunt vii, 9 sensit sibi pereundum ii, 8 sensit se peti xxiii, 12 idem sentire (de conspiratis) xvi, 2 sentire cum aliq. (de factione) xix, 3 adversus aliquem (diversæ factionis esse) x, 7 sentire alia atq. antea (fidem mutasse &c.) xxiii, 2
Sensus: quod inimici ejus dissidenti suos sensus aperturi forent (sua consilia, suum propositum) x, 8 (Sic Terentius Adelph. iv, 1, 17 'ego illius sensum pulchre calleo.' Ovidius: 'fateri alicui suos sensus.' Cicero Ep. Famil. i, 9 'unus sensus omnium bonorum.' Et alii). Sensus ejus a nonnullis optimatibus reprehendebatur xxv, 9 (sic nonnulli ediderunt; Nos vero, 'sensim is a nonnull. opt. repr.') erat

eodem, quo Alcibiades, sensu (ingenio, propensione, studio) vii, 5
Sensim xxv, 9
Sententia hæc est in versu illo x, 6 in quo epigrammate hæc erat sententia iv, 1 sententiam alicujus sequi i, 3 sententiam alicujus cognoscere xx, 3 ex sententia consilii (judic.) xix, 3 sententiæ judicum vi, 3 peractis ex sententia rebus (ex voto) xxii, 3
Separatim compluribus locis gladios obruit xiv, 11 librum de eo separatim fecimus xxiv, 3 separatim relatæ res gestæ (cujusque sc. regis suo loco et libro) xxi, 1
Separatis temporibus (diversis) xviii, 10
Sepelire nemo liber audet (proditionis damnatum) xix, 4 proditoribus enim Athenis non concedebatur sepultura ii, 10 locus, quo sepulti, qui ad supplicium dati iv, 5 sepultus publice Timoleon xx, 5
Sepulcrum Themistoclis ii, 10 sepulcri monumento donatus x, 10 muri Atheniensium ex sepulcris (sc. destructis) ii, 6
Sepire muris (urbem) ii, 7 custodibus x, 9
Septemtriones : hic ventus a septemtrionibus oritur (a septemtrionali mundi parte) i, 1 (Rectius autem 'septemtriones' dicimus, quam 'septemtrio.' Quanquam et istud auctoritate haud careat. Nam si non satis recte dixero 'septembos ;' neque 'septemtrio' recte dixero. 'Trio' enim rusticorum lingua bos dicebatur, ut ex Varrone Gellius docet ii, 21. Buchn. ad h. l.)
Sequi aliquem in provinciam xxv, 6 (mox : ire in provinciam, ibid.) sequi amicitias alicujus (societatem facere cum aliquo) xv, 6 castra (in militiam ire &c.) xxv, 7 castra alicujus xxiv, 1 consilium (imitari quod alter fecit) xiv, 6 exemplum xvii, 4 mores (sc. gentis, in exponendo respicere), Præf. otium xvi, 2 sententiam alicujus (antea : accedere ad consilium) i, 3 satellites sequebantur (comitabantur eum) iv, 3 secutum est illud, cum &c. (venit &c.) xxv, 8 (connectendi formula)
Sergius Galba xxiv, 3
Sermo Græcus xxiii, 13 Latinus xxv, 4 Persarum (lingua) ii, 10
Serpentes venenatæ in Eumenis naves jactæ xxiii, 10. 11
Sertæ loricæ (ex annulis ferreis inter se nexis consertæ) xi, 1 (Virgilio 'consertæ hamis')
Servare (custodire a vi et rapin. φυλάττειν) v, 4 servare jusjurandum (mox : religionem, τηρεῖν) xvii, 2. xxiii, 2 navem ex hyeme (conservare, σώζειν) xxv, 10 servari (de eo, qui in vinculis habetur) xviii, 11
Servilius, Cn. Geminus xxiii, 4
Servilia Bruti mater xxv, 11
Servi Phocionem sepeliunt xix, 4 servorum munere functi Helotes iv, 3 servorum plura nomina et officia xxv, 13
Servire amicis (sc. officiis urbanis, opera forensi, &c.) ii, 1 (Plauto Trin. iii, 2, 25. est 'in foro operam amicis dare.' conf. xiii, 4. xxv, 4). servire famæ (studere parandæ famæ) ii, 1 magnitudini virium, velocitati xv, 2 paci (faciendæ paci operam dare) xxii, 1 dignitati, tranquillitati (obtinendæ, servandæque causa aliquid facere) xxv, 6
Servitus nomine pacis tecta xv, 5 servitutis vestigia xx, 3 servitute oppressam tenere urbem viii, 1
Sessores veteres (pro incolis) v, 2 (Liv. dixit 'veteres cultores,' lib. xxviii, 28. ubi v. not. Gronovii)
Sestertium centum millia (scutatorum tria millia, ut exponit Manutius et Schottus ; ut alii, 2500 Philippici) xxv, 8 trecenta (sc. millia) ibid. (sunt 7500 Philipp.) sestertium ducenta et quinquaginta millia (septem millia et quingenti scutati) xxv, 4 sestertium centies (trecenta millia scutatorum, sive Philipp. ducenta quinquaginta millia) xxv, 5 in sestertio vicies, in sestertio centies xxv, 14 (posterior summa dicta est : prior facit 60,000 scutatos, sive 50,000 Philipp. vel, ut Budæus, aureos. vid. Tabulas nummarias Schoppii : quarum mentio sup. facta sub fin. literæ L. Quid intersit 'sestertia centum' dicere, aut 'centies,' v. Budæ. de Ass. l. 1. Ad exempla posita, breviter annotamus 1. in adverbiali locutione subaudire 'centena millia,' ex. gr. 'vicies sestertium' integre sunt : 'vicies centena millia sest.' &c. 2. contra usum Latini sermonis declinari, hoc pacto : 'hoc decies sestertium,' 'hujus decies sestertii,' 'ab hoc decies sestertio,' &c. quapropter vehementer erravit nonnemo, qui illum singularem in pluralem correctioris locutionis opinione mutavit.

Boecler. De adverbiali hac locutione paulo aliter visum Gronovio in accuratissimo opere de Sestertiis, quo primus universam rationem pecuniæ veteris antea plurimis difficultatibus impeditam feliciter expedivit. Is enim contendit, neque adverbia 'decies,' 'vicies,' 'centies,' &c. substantive heic poni, ut Scaliger voluit, nec, ut plerique alii, subaudiri 'centena millia,' aut vocem 'pretium:' sed in adverbiis 'decies' &c. subintelligi 'centies' aut 'centenum:' 'sestertium' autem adjectivum numeri singularis esse, in quo subaudiendum sit 'pondus argenti,' ut plena locutio hæc sit: 'decies' vel 'vicies centies sestertium pondus argenti;' 'centies centenum pondus argenti,' &c. Hoc autem idem esse, ac 'decies,' 'vicies,' 'centies,' 'centena millia nummum sestertium,' vide quæ prolixe disputat lib. 1. cap. 1, 2. 4, 5. lib. 2. cap. 1. et seqq. et in Addendis p. 899, 900, 901)
Sestus xiii, 1 (Civitatum Chersonesi præcipua et munitissima, habens portum cum statione navium opportunissimum, colonia Æolica, patria Herus amicæ Leandri Abydeni, natatu Hellespontum per noctem ad amicam trajicere soliti: cui ex obliquo Abydus in littore Asiæ respondebat cum portu quoque egregio, declinans paulum ad austrum a pontis loco, ut Sestus ad boream. Ubb. Emm. tom. 1. vet. Græc. pag. 79)
Severæ res (alias, seriæ) xvi, 3
Severitas comitate mixta xxv, 15 (sive: comitas non sine severitate)
Severe præfuit censuræ Cato xxiv, 2
Sexus virilis (filios notat) xvii, 1
Si forte x, 2 si forte posset (consilii, et causæ finalis respectu) xxiii, 8 si ille non fuisset, Agesilaus fuisset &c. ix, 2 minime est mirandum, si &c. (quod) v, 4 (conf. ix, 3). si ipse his facile careret, prospiceret tamen &c. (etsi) xix, 1 si sana mens esset, potuisset &c. xvii, 5 (Sic Poëta: 'si mens non læva fuisset')
Sicilia vii, 5 eam Dion armis capit x, 5 &c.
Sicut (exempli gratia) xiv, 9. xvi, 4 sic, ut nemo magis (adeo) xv, 2 sic, ut supra nihil posset addi xxv, 4 sic, ut viderentur venire (simulationem et speciem notat) x, 9 epistola, sicut erat signata &c. xvi, 3 (formula, qua rei status, et conditio præsens exprimitur)
Sidere (de nave, quæ mergi incipit) xii, 4
Sigeum xii, 3 (Idæ promontorium vocat Aristoteles 5. de animal. Æliano est oppidum)
Signatus liber (obsignatus) vi, 4 epistola, sicut erat signata &c. xvi, 3 (De ratione obsignandi libros et epistolas v. plura ap. Salmas. et Herald. in scriptis adversariis)
Significare (ostendere, conspicuum facere) xvii, 8 sicut supra significavimus xxv, 19 significatur is murus (sc. oraculi responso) ii, 2
Signum libidinis, luxuriæ, abstinentiæ, patientiæ xvii, 7 continentiæ xxv, 13 quod signum est, nullam unquam inter eos querimoniam intercessisse xxv, 17 signum (quo sc. epistolæ obsignantur) iv, 4 signum prælii imperator dat xi, 2 signum pugnæ xxiii, 11 (Ille locus de terrestri, hic de navali pugna loquitur. Utrobique enim signum quoddam sub tempus pugnæ ostendebatur, quo conspecto dimicandi initium fieret. vid. Lips. milit. Rom. iv, 12. Boecl.) signa inferre xiv, 6 (de signis militaribus, quibus quoniam cohortes legionesque distinguebantur, de ipsis exercitibus et eorum actibus usurpantur. Est ergo 'signa inferre,' in hostem ire, hostem invadere: ita, 'signa conferre' &c. Boecl.)
Silenus (historicus Græcus) xxiii, 3
Simillimum sui corpore et statura elegit xiv, 9
Similitudo morum xxv, 5
Simplex: non simplici fortuna conflictatus est (varia &c.) xx, 1
Simul ac vii, 1. xviii, 4 simulatque xvii, 2 simul cum Pausania (una cum) iii, 2. xi, 3 simul cum eo xxiii, 6 simul cum nuntio dilabi (statim ac nuntiatum esset) xviii, 3
Simulacrum auspicii regii xviii, 7 simulacra Deorum (in templis) xvii, 4
Simulare (causam interponere) ix, 5. iv, 2. xxiii, 9 simulata amicitia x, 3. xiv, 11 simulata laudatio xvii, 6
Simulatio nominis (usurpatio nominis per simulationem) xviii, 7
Simultas: augere simultatem multis rebus x, 3 in simultate esse cum aliquo xxv, 17
Sin (si autem) xix, 1. xvii, 1 &c.
Sine offensione xxv, 5 sine negotio xvii, 5 sine dolo xvii, 2 sine dubio viii, 1.

xxiii, 9 non sine cura ix, 4 non sine causa dicitur, 'Matrem' &c. viii, 2 sine ulla religione et fide x, 8 sine ullo detrimento xxiii, 5 sine fœnore pecuniam, sineque ulla stipulatione ei credidit xxv, 9 sine ullis doloribus xxv, 21 sine ulla pompa funeris elatus est xxv, 22 (In quibus locis ultimis 'sine ullo' et 'sine ulla' eleganter ponitur pro 'sine omni.' vid. Cl. Vorstii libr. de latinitate merito susp. c. 9. pag. 81. et seqq.)
Sinere: Ne illa sinat Jupiter, te &c. (formula abominandi, deprecandi malum &c.), Fr. 12
Singularis fides xxv, 4 prudentia (eximia) xxv, 10 singularis potentia invisa (unius dominatio) x, 9 singulare imperium (μοναρχία) xxi, 2
Sinus Arabicus, Fr. 7
Sistere vadimonium xxv, 9 (v. Vadim.)
Sita salus patriæ in ejus pernicie xv, 9 urbes sitæ in ora Asiæ vii, 5
Socer in custodia generi perit xxi, 3
Socius Atheniensium rex Seuthes in regnum restituitur xi, 2
Societas amicorum Alexandri dissoluta xxi, 3 societas potentiæ infida, ibid. societas huic est cum illo ix, 2 civitates Græciæ ad Atheniensium societatem se applicant iii, 2 societatem facere cum aliquo ad aliquid ii, 8, 2. et alibi. habere societatem cum aliquo iv, 3 (Ita: Coire, Dissolvere, quæ vide suis locis. Hactenus societas 'fidei et pacti' nomen: in seqq. solam rei participationem notat). societas demigrationis i, 1 sceleris xx, 1
Sociale bellum xi, 3. xii, 4 (quod Athenienses gesserunt cum iis, qui a societate defecerunt. Boecl.)
Socrates vii, 2
Socraticus Xenophon xvii, 1
Sola loca (deserta) xviii, 8 (Sic Cic. de divin. 'Cum in locis solis mœstus oberrares.' Ter. And. iii, 4, 3 'venit ex solo loco.' Similiter alii 'solos montes,' 'solas terras,' 'oras,' 'solam actam' &c. dixere, ut docet Gifan. Ind. Lucret. et ex eo Weitz. ad Ter. Phor. v, 8, 86)
Solicitare servos spe libertatis iv, 3
Solitudo (de eo, qui paucos secum habet) viii, 2
Solers agricola xxiv, 3
Solvere epistolam (aperire, inciso lino, quo colligata est) xxiii, 11 (vid. Salmasii specim. confut. Herald. cap. 19. Alibi dicit Noster:) vincula epistolæ lacerare (vulgo, laxare) iv, 4 solvere naves xxiii, 8 solvere pecuniam i, 7. v, 1 Sic: litem æstimatam v, 1
Sonitus flammæ vii, 10 (i. e. strepitus. Curt. 7. 'sonabant incendio sylvæ.' Gebh.)
Sonus chordarum xv, 2
Sophrosyne x, 1
Sopiri somno (inducto sc. accitoque) x, 2
Soporem dare alicui (soporiferum medicamentum, potum) x, 2 (restituit etiam Senecæ hanc vocem Epist. 83. Gruterus, quem vide. Et alteri Senecæ loco 5. de benefic. Delrio ad Senecæ Medeam pag. 60. Usus in eodem sensu Frontinus ii, 5, 12)
Soror ex iisdem parentibus nata (id est, germana, proprie) xx, 1 soror germana (vid. Germ.)
Sortis necessitudo (collegium sorte datum intelligitur) xxiv, 1 sorte nancisci provinciam xxiv, 2
Sosilus (Historicus et Hannib. præceptor) xxiii, 13 (v. Voss. de H. Gr. i, 17)
Sosius C. Cos. xxv, 22
Sparta sine muris xvii, 6 oppugnata xv, 8 pæne capta xvii, 6
Spartani: v. Lacedæm.
Sparum (vel, Sparus) xv, 9 (vile genus teli fuisse, satis constat; cetera diverse traduntur. vide Marc. Donat. Liv. 34)
Spatium (habet et loci significationem, ut): spatium agitandi equos xviii, 5 spatium dimidium (sc. itineris) xviii, 9 (et temporis, ut): spatium deliberandi xviii, 12 spatio tot dierum xviii, 9
Species libertatis (pars) xx, 5 imperii (simulacr.) xviii, 7
Specimen prudentiæ xxv, 3
Spectare ludos xxi, 2 spectat hoc alio (pertinet alio) ii, 6 Alibi: id quo valeret, cum nemo intelligeret &c. ii, 2 hoc eo valebat, ut &c. ii, 4
Spectaculo esse populo (actitare fabulas), Præf.
Speculari aliquem (investigare) xiv, 4 speculatores vii, 8
Sperare: non solum bene sperare de aliquo, sed etiam confidere talem futurum &c. i, 1
Spes: has adversus copias ei spes omnis consistebat in se locique natura xiv, 8 magna spes erat, per eos amissa posse recuperari xiii, 3 maximam in eo spem habebant vii, 3 spe libertatis solicitare aliquem iv, 3 in magna spe esse provinciæ bene administrandæ

vii, 4 spe fiduciaque aliquem inducere ad aliquid xxiii, 8
Spiritus regii (præsidentia et ferocia magnitudinis reg.) x, 5
Splendor vitæ (cultus morisque cum gravitate elegantia) vii, 11
Splendidus, non sumtuosus (studens decoro vitæ cultui, sed absque profusione) xxv, 13 (Velleius ii, 105, 3 'otio liberaliter lauteque abutens, ita tamen, ut eum splendidum ac hilarem potius quam luxuriosum aut desidem diceres.' Loccen. Adde Thes. Buchneri). splendidus non minus in vita, quam victu vii, 1 splendidissima civitas vii, 11
Spoliare fana (ἱεροσυλεῖν) xvii, 4 aliquem veste viii, 2 aliquem omnibus rebus xxv, 9
Sponsalia (pro ipsa desponsatione) xxv, 20
Sponsor omnium rerum (qui fidem suam interponit, in sistend. vadim. in facienda versura &c.) xxv, 9
Sponte sua: idque ut Lemnii sua sponte facerent, postularunt (libenter) i, 1 Lacedæmonem sua sponte est profectus (sine jussu) v, 3 Sic: multa in Ægypto sua sponte gessit xii, 2 eos adjutum sua sponte profectus, ibid. (opp. publice ab Atheniensibus adjutor ei datus est, ibid.)
Stare ab aliquo (pugnare pro aliquo) xiv, 6 cum aliquo adversus aliq. xvii, 5. xviii, 8 adversus commoda populi (adversari commodis ejus) xix, 4 in primis (scil. in pugna) xv, 10 stare pari fastigio in utraque fortuna (gerere se pari modo) xxv, 14 stat mihi desinere &c. (decretum est mihi) xxv, 21 (Sic Cicer. Ep. 9. ad Fam. 'modo stet nobis illud, una vivere' &c. Schott. Et Virgil. Æn. 12 'stat conferre manum.' In quibus et similibus 'sententia' κατ' ἔλλειψιν reticetur, sicut ex illo Terentii apparet: 'stat sententia.' Eunuch. ii, 1, 18. Vorst.)
Statuere: statuit aliquid sibi consilii novi esse capiendum (judicavit) xviii, 8 Sic: statuit sibi accuratius agendum cum Pharnabazo vii, 10 statuit congredi (decrevit) xiv, 8 Sic: nondum statuerat, servaret eum, nec ne xviii, 11 statuere opera (munire, facere) i, 7 tabernaculum xviii, 7
Statua publice ab Atheniensibus constituta xii, 1 statua publice in foro posita, ibid. in foro posita patris et filii xiii, 2 statuæ æneæ xvi, 5 statuas æneas secum portat Hannibal xxiii, 9 statuæ Themistoclis in foro Magnesiæ ii, 10 trecentæ uni decretæ i, 6 locis sanctissimis Attico positæ xxv, 3
Status (corporis habitus) xii, 1 (vulgo, positura. Gallice, la posture). status vitæ (mos vivendi et disciplina) x, 4
Statura corporis xiv, 9 statura humili fuit xvii, 8 (De statura non pœnitenda quædam collegit Fr. Junius 2. de pict. vet. ix, 2 et 3)
Stipendium: primum stipendium meruit annorum decem septemque (militiæ initium not.) xxiv, 1 (numero enim stipendiorum Romani annos militiæ signabant. Boecler.)
Stipulatio xxv, 9 (in credenda pecunia scil. Est enim stipulatio, solennis ad interrogata promissio, vinculum omnium obligationum astringendarum, ut ait Brisson. lib. 6. formul. quem v. Boecl. Add. Thes. Buchneri)
Stirps (domus, familia) xxi, 2 (pro liberis) xv, 10 (pro genere) xviii, 1
Stramenta xvii, 8
Stratæ arbores i, 5
Strategemata i, 5. xviii, 5. 9. xxiii, 5. 10 &c.
Stratum (super quo accumb.) xvii, 8
Strenuus bello xiv, 1
Struere muros ii, 6 (quanquam Nos edidimus Instruere)
Strymon (fluvius Thraciæ) v, 2
Studere (Notat conatum et voluntatem in his): pervenere, quo studuerant xvi, 2 venit, quo studuerat xiv, 4 studeo persuadere xviii, 2 studebant civem facere xxv, 3 qui studebant formam ejus cognoscere xviii, 11 studuit interficere xiv, 9 opprimere x, 6 præoccupare xiv, 7 munire imperium xxi, 2 studet portum intrare (σπεύδει, festinat, ut Gebh. exponit) xii, 4 (In istis, benevolentiam et partium favorem signif.): studere alicui xvii, 2 rebus alicujus vi, 1 rebus Lacon. xvi, 1 (Λακωνίζειν Græci dicunt)
Studium: hic cum maximo studio compararet exercitum (μετὰ σπουδῆς) xiv, 4 incitabat omnes studio suo (diligentia sua) xxv, 1 in armis plurimum consumebat (operæ) xv, 2 studium literarum arripere xxiv, 3 studia gentis (mores et consuetudines) vii, 11 principum (voluntas, conatus, molitiones) xxv, 16 studiis utendum ad agendam vitam (sc. liter.) xxv, 17
Studiosus audiendi xv, 3 literarum xxv,

studiosi Catonis (qui tenentur cupiditate notitiæ Caton.) xxiv, 3

Studiosius: quo studiosius armarentur xvii, 3

Suavitas oris ac vocis xxv, 1 sermonis Latini xxv, 4

Sub tuam potestatem se adjuvante redacturum pollicetur ceteram Græciam iv, 2 sub divo iv, 5 (vid. supra Divum). sub imperio alicujus esse xviii, 7 sub radicibus montis (in ima parte) i, 5 sub ipsa proscriptione (ipso tempore proscript.) xxv, 12 (Sic quoque Suetonius Claud. 43 'sub exitu vitæ.' Florus ii, 11 'sub adventu hostis.' aliique. Vid. Buchn. Thes. v. Sub)

Subalare telum (quod sub alis gestatur) vii, 10

Subducere se clam ab aliquo vii, 4

Subesse: non subest causa, quare &c. vii, 1 hac re audita, nihil doli subesse credens, conflixit ii, 4 subesse (infra esse) xii, 4

Subigere gentes xxii, 4 gentes bello xxiii, 3. xiii, 1

Subjicere aliquid sub pulvinum (supponere pulvino) xvi, 3 subjicere librum (loco alterius ponere, supponere) vi, 4

Subinde, Fr. 3

Subire pœnam xv, 8

Sublevare aliquem iv, 4 alios (tueri suis facultatibus) xv, 3 fugam alicujus pecunia xxv, 2 patriam (sc. pecunia) xvii, 7

Subornare aliquem adversus aliquem xix, 2 (occulte ornare, vel in alterius locum ornare, instruere. Lamb. Alias 'subornare' est 'aliquantum ornare,' ut in illo Senecæ Epist. 24 'homo non eruditus, nec ullis præceptis contra mortem aut dolorem subornatus')

Subscribere xxv, 6 Est juvare accusationem. Primario accusatori 'inscriptio,' secundario (i. e. qui 'secundas' et 'tertias' susceperat) 'subscriptio' competebat. v. Sigon. de judic. ii, 9. Boecl. Add. Scip. Gentil. in Apul. apolog. pag. 17. et seq. ac Buchn. Thes.

Subsidio adducere exercitus xviii, 6 ire alicui xvii, 8 mitti alicui vi, 3 venire i, 5. xii, 1 proficisci alicui xi, 2 subsidia habere non poterat castrum xviii, 5 (ubi tamen Mss. variant)

Substituere aliquem in locum alicujus vii, 7

Substringere caput loro xviii, 5

Subtexere originem familiæ alicujus xxv, 18 (mox: enumerare familiam aliquam a stirpe ad hanc ætatem, ibid.)

Suburbanam villam nullam habuit xxv, 14

Succedere alicui (sc. in provinc.) xxiv, 2 in locum alicujus xv, 7 odio misericordia succedit x, 10

Succendere casam vii, 10

Succumbere alicui (vinci ab aliquo) ii, 5 succumbente patria xxii, 1

Succurrere afflictis (suppetias ferre, eos juvare) xxv, 11 (Sic Virg. 'afflictis succurrere rebus.' Schott. et Ovid. Trist. i, 4 'rebus succurrite læsis.' Cæs. Bell. Civ. 2 'laborantibus succurrere')

Suevorum rex, Fr. 7 (Ita Plinius: sed legend. Bætorum)

Sufficitur imperator (surrogatur, succedit) xxiii, 3

Suffragari vii, 5. xvii, 1 (de commendatione, qua primates et gratiosi viri alicujus patrocinium suscipiunt, partes tuentur, aut dignitatem alicui conciliant. Unde 'suffragatores,' προσήγοροι Græcis et συνήγοροι, qui aliis suffragationem suam apud Principem commodant. Sueton. Vespan. 23. Vid. Henric. Vales. ad Marcellini 29. pag. 391. Boecl.)

Suffragium ferre (de judicibus) xv, 6 (Calculum notat, cujus usus in ferenda sententia). exercitu suffragium ferente xviii, 5 suffragia testarum (testis inscripta) ii, 8. v, 3

Sulpicius, P. Cos. xxiii, 7 Sulpicius Tribun. pleb. interfectus xxv, 2 Sulpicius (histor.) xxiii, 13 Sulpicius Serv. frater P. Sulpicii Tr. pl. xxv, 2 (In quibusd. Mss. duplex ei prænomen tribuitur M. Serv.; idque, si credimus Ursino in famil. Rom. et Schotto in Elect. antiq. Rom. peculiari quodam gentis privilegio. A quibus tamen dissentit Gronov. ad Liv. ix, 56. in Addendis: qui videri potest)

Sumere arma (expedire ad pugnam) xiv, 4 cibum xxv, 21 sibi imperatorem (antea: 'uti duce') i, 1 regium ornatum, nomen xviii, 13 hyberna xviii, 8 tempus colloquendi (præstituere) xiv, 11 supplicium de aliquo xviii, 12 venenum ii, 10. xxiii, 12 soporem (medicamentum soporiferum) x, 2 (oppon. soporem dare)

Summovere aliquem vi, 4

Summus Imperator vii, 1 dux xii, 1 summi duces, ibid. (non tam loci fastigio, quam commendatione impera-

teriæ virtutis dicuntur. Boecler.) ita: summi viri, Præf. moris majorum summus imitator (diligentissimus) xxv, 18 summus timor xxv, 10 summa paupertas xix, 1 summa humanitas i, 8 senectus xxv, 5 summæ amphoræ (summæ partes, ora amphorarum) xxiii, 9 (Tale est illud: 'extrema ætas.' vid. Extrem.) summum fastigium, periculum xxv, 10 summum genus vii, 1 summum imperium (de imperio militari summi ducis) xvii, 2. xviii, 7 de præcipuo magistratu ii, 7. vi, 1

Summa (substantive, seu potius ἐλλειπτικῶς. subintell. nom. 'res;' quomodo Virg. Æn. ii, 3, 22. Justin. vi, 2, 4. et Cic. 2. Philipp. 'rem summam' dixit; vel 'ratio,' vel aliquid simile): Cujus belli cum ei summa esset data xvi, 5 Alibi: illi summa imperii tradita est (omnis administratio gerendi belli) xiv, 3 Sic: qui tum summæ imperii præerat ii, 4 summa imperii maritimi iii, 2 summa rerum ad Antipatrum defertur (totum imperium) xviii, 5 summam imperii potiri (ἐξαιρέτως de summo imperio in gentes) xviii, 3 de summa imperii dimicare xxiii, 8 alibi: de summis rebus dimicare xviii, 10 de summis rebus desperare xviii, 9 de summis rebus consilia capere xviii, 7 penes quem summa imperii erat custodiæ xviii, 11 summam facere (sc. pecuniæ) xv, 3 summas imperii tenere (sub. 'partes,' de imperio urbium) i, 3 summas tantummodo attingere xvi, 1 (v. Res. Sic: 'fastigia summa' vocat Poëta τὰ κορυφαιότατα)

Sumtus fit in classem i, 7 plus salis quam sumtus habebat tectum xxv, 13 sumtui expensum ferre, ibid. (vid. Expens.) suo sumtu efferre mortuos v, 4 sumtibus exhausta patria xxii, 1

Sumtuosus xxv, 13 (oppon. splendidus, ibid.)

Supellex modica, non multa, ut in neutram partem conspici posset xxv, 13

Super aliqua causa aliquem aliquo mittere iv, 4 super cœnam, Fr. 11

Superare: pars navium adversariorum Eubœam superavit ii, 3 bello superavit Asiam xvii, 4 superare aliquem splendore ac dignitate vitæ vii, 11 aliquid utilitate ii, 6 superari multitudine adversariorum xxiii, 8 superare equitatu (superiorem esse) xvii, 3 superata numero sententia (suffragiorum pluralitate victa), Fr. 2

Superesse (pro, restare): Atheniensibus exhaustis præter arma et naves nihil erat super vii, 8 cum audisset, non multum superesse munitionis ii, 7 (sic enim legend.) cui parva pars vitæ superest, Fr. 12 superesse (pro, abundare): non solum ut esset pecunia, sed etiam ut superesset xxiii, 7 (pro, vivere): quoniam tum quoque posset temporibus superesse xxv, 22

Superior (de fortuna aut potentia): superior prælio discessit xviii, 10 cum semper inferior copiis, superior omnibus præliis discederet xiv, 8 quo facto multo superiores bello esse cœperunt vii, 4 ipse quo cornu rem gessit, fuit superior xxiii, 8 quo facto populus superior factus (de factione populari prævalente) xix, 3 superior (de tempore priori, præterito): superior crudelitas viii, 3 superiore tempore xxiv, 1 anno xxiii, 4 superiores res secundæ vii, 6 superius bellum xiii, 1 superior Dionysius (senior, major, prior ut xxi, 2 dicitur) x, 1 (Sic et Cicero eum vocat Offic. 2. Sic 'superior' Hannibal, Africanus, Cato, apud Val. Max. vii, 3. Ext. vii, 8. xv, 1 et 2)

Superbe respondere: v. Resp.

Superlativi elegans est usurpatio, cum negatione: homo non beatissimus (id est, non admodum beatus, non sane beatus) xvii, 8 Eleganter quoque cum genitivo plurali Superlativus ponitur: v. g. fortissimus vir omnium barbarorum xiv, 1 (E quo loco apparet, in aliis ejusmodi phrasibus τὸ Vir, vel Homo, vel simile substantivum subaudiendum esse. Ceterum subaudiendum est 'e numero' vel simile quid, ut integra phrasis sit: 'fortissimus Vir e numero omnium barbarorum.' v. Francisci Sanctii Minervam ii, 11)

Superstes: ea mihi superstes est xv, 10 fortuna nos superstites ei esse voluit xxv, 19

Suppeditatur ipsis a rege pecunia vii, 8

Suppetit: neque suppetebat, quo &c. (erat, supererat) x, 7

Supplex (qui se in fidem alicujus tradidit) ii, 8 supplex Dei (qui confugit in templum et asylum) iv, 4 Ita: supplices templorum, ararum xvii, 4

Supplicium sumere de aliquo xviii, 12 (Sic quoque Terentius Andr. iii, 5, 7 'cur non habeo spatium, ut de te sumam supplicium, ut volo?') Persas Græciæ supplicium dare potuisse (Græ-

ciam scil. suas clades in Persas vindicare potuisse) xvii, 5 (sic Ter. Heaut. i, 1, 86 ' illi de me supplicium dabo'). ad supplicium aliquem alicui tradere xix, 4 ad supplicium dati (facinorosi ultimo supplicio affecti) iv, 5

Supportari jussit illis omnia xxv, 11

Suppositus (qui loco et habitu ducis ire jussus) xiv, 9

Supprimere classem (sustinere, reprimere, ἐπέχειν Lamb.) xiii, 3

Supra: poëmata sic pronuntiabat, ut supra nihil posset addi xxv, 4

Supremus dies i, 7. vii, 10. x, 2 (i. e. extremus, ultimus, subintell. ' vitæ.' Integre Cic. Cat. maj. ' quæ Socrates supremo vitæ disseruisset.' Sic ' supremi honores,' ' suprema officia,' ' supplicia,' et in LL. XII. Tabb. ' Sol occasus suprema tempestas.' v. Festum in ' supremum')

Suscipere bellum adversus aliquem xiv, 8 in suscipiendo bello parere consiliis alicujus xxiii, 8 (opp. in agendo bello, ibid. Paulo strictius de ' initio belli' dicitur, sicut ' agere' de ' administrat. belli' xxiii, 8. Tale etiam est:) quod susceperat bellum, gessit xv, 7 suscipere inimicitias cum aliquo xiv, 10 reipublicæ causa suscipere inimicitias xxiv, 2 (Tacit. Ann. iii, 54, 10 ' offensiones graves et plerumque iniquas pro Republ. suscipere'). satius ducebant susceptis inimicitiis eos obsideri quam liberari xvi, 1 suscipere legationem (in se recip.) ii, 6 negotium xxv, 15 odium erga aliquem xiv, 10 in aliquem xiv, 9 aliquem corrumpendum pecunia xv, 4 paulo ante: tentare alicujus abstinentiam, ibid. suscipere legatum (excipere cum studio affectuque) x, 1 suscipere vota vi, 3 (inter solennia. vide Brisson. formul. 1)

Suspicio ex fumo castrorum allata est ad Eumenem hostem appropinquare xviii, 9 adulterii suspicionem habere (suspectum esse de adul.) xv, 5 ne quam suspicionem pareret xiv, 11 ne quam suspicionem illi præberet insidiarum xiv, 10 hominis non beatissimi suspicionem præbere xvii, 8 assimulata castrorum consuetudine suspicionem injiciunt hostibus esse &c. xviii, 9 adducere aliquem alicui in suspicionem xxiii, 2 in suspicionem alicujus cadere (suspectum alicui fieri) iv, 2 venit mihi in suspicionem hoc esse factum iv, 4 suspicione (Lambin. mallet: suspectione) caret (de quo nulla est suspicio) iv, 3 falsa suspicione duci x, 10 suspiciones quoque criminum vitare xxv, 6 de claris viris suspicionibus non est judicandum iv, 3

Suspectu mutuo (qui timent inter se) x, 4

Suspicere: hunc Carthaginienses suspexerunt x, 1 (mox: admirati sunt, ibid.)

Suspicienda ejus pietas est (probanda, æstimanda) xvii, 4

Sustinere vim hostium xxiii, 11

Suus (eleganter usurpatur, in illo): jure suo viii, 1 suo tempore (servato rerum ordine) xxv, 18 suus (de filio) xvii, 1 ille sui judicii &c. (sc. homo, αὐτογνώμων) xxv, 10 (v. Judic.) sui (populares, cives) xv, 10 suos nosse debet princeps ix, 4 aliquos suos reddere aliqua re (sibi obstrictos &c.) vii, 8 (v. Thes. Buchn.) suus accusator (qui seipsum accusat) vi, 4 suus pater (pro, ejus) v, 3 (sic in ejusdem Mss. ' sui inimici,' pro, ' ejus' xxv, 10. ubi vid. not. Ernstii. Sæpe hæc invicem commutari, nec accurate discrimen illud, quod Grammatici tradunt, ab antiquis scriptoribus observari, plures monuere; in his prolixe Robigius in Lexico Crit. iv, 4. Buchner. in Thes. et in Comm. ad hymn. Venantii de resurr. Christ. vs. 82. Bangius observat. philolog. Part. 2. p. 952. &c. Adde Cl. Vorstii lib. de latinit. falso susp. c. 5. p. 46)

Sylla (sive Sulla, sic enim scribend.) Atticum frustra Athenis deducere cupit xxv, 4

Syllanæ partes xxv, 2 (quarum dux et princeps Sylla)

Sylva domus Tamphilanæ xxv, 13

Symposium Platonis vii, 2

Syracusæ initio a Corinth. conditæ xx, 3 libertati restitutæ, ibid. Syracusanis bellum indictum vii, 3

Syria xxiii, 8

Sysamithres vii, 10 (Nomen Persicum, quo etiam ap. Curt. viii, 2, 19. et cap. 4, 19. satrapa quidam vocatur)

T.

Tabellarius cum caduceo (κῆρυξ) xxiii, 11

Tabernaculum: in tabernaculo interfectus est viii, 4

Taciturna sua obstinatione ejus preces compressit xxv, 22

Taciturnitas interdum eloquentia potior xv, 3
Tædium vitæ capere, Fr. 2
Tænarus iv, 4 (promontor. et urbs in finibus agr. Lacedæm. Lamb.)
Tæniæ (ex emendatione Mureti) vii, 6 (Apud Pausan. nominatur quoddam numen, cujus in dextra est Victoria ex ebore et auro, 'cum corona et tænia.' Nimirum victorib. una cum corona, dabatur 'tænia.' Vidend. Plutarch. in Pericle et Timoleonte, et Paschal. l. 7. de coronis c. 5. et l. 4. c. 8. Boecl. Nos tamen edidimus, 'coronis aureis æneisque')
Talenta quinque (3000 coronati) xv, 4 decem (6000 coron.) xiii, 4 talenta quinquaginta (30,000 coron.) i, 7. ii, 10. ix, 4 ducenta viginti (centum triginta duo millia coron.) xvii, 8 mille et ducenta (septuaginta viginti millia coron.) xiii, 1 (v. Bud. de ass. 2. et Glarean. c. 15. sumto scil. talento Attico communi, quod plerumque intelligi solet nuda nominatione talenti, pro 60 Minis, seu 600 Coronatis sive scutatis. Aliud, Majus, putant 80 Minis constitisse, 800 scutatis. Vid. Gronov. de pec. vet. iii, 3)
Talis vir (cum nota excellentiæ) ii, 10 Sic: talis tamque clarus vir iv, 3 talis dux xi, 1 tale facinus x, 10 talis libertas xx, 5 tales viri xxxv, 5 (Sic quoque Cic. pro L. Manilia: 'talis est vir, ut nulla res tanta sit, ac tam difficilis, quam ille non &c.' Idem pro Sex. Rosc. 'Majores nostri longe aliter de talibus viris existimabant.' Et alii)
Tam: quem tamdiu, tamque valde timuissent xviii, 11
Tamphilus, Cn. Bæbius, Cos. xxiii, 13 M. Bæbius, ibid.
Tamphilana domus xxv, 13 (al. Cæciliana)
Tanquam: Hannibalem tanquam corruptum adducebant &c. xxiii, 2
Tantus: hic tantus vir, tantisque bellis districtus xxiii, 13 tanta fuit omnium expectatio visendi ejus vii, 6 in quo uno tantum est, ut &c. xviii, 12
Tantum quod (pro, simul ac): qui tantum quod ad hostes pervenerat, Datames signa inferri jubet xiv, 6 (Cicero ad Fam. vii, 23 'Tantum quod ex Arpinati veneram, cum mihi a te literæ redditæ sunt.' Ubi tamen exponi τὸ 'tantum quod' per 'vix' aut simile quid debet)
Tardiores fore hostes (ex præfidentibus cautiores, et pro impetu curam usurpaturos. Boecl.) i, 4
Tarentum x, 2 (urbs Calabriæ perampla et præpotens). Tarentina purpura rubra, Fr. 8
Taurus (mons Lyciæ) ix, 2. xiv, 4. xviii, 3
Tegere familiares suos (tueri) xxv, 9 corpus armis xi, 1 tegi altitudine montium (defendi) i, 5 tectus jure legationis (tutus) xvi, 5 tegere nomen tyranni humanitate x, 1
Tectum antiquitus constitutum xxv, 13 tecta prolabuntur vetustate atque incuria xxv, 20 (Sic Ms. Schotti)
Telum (pro, gladio) xiv, 11 Sic: telum foris flagitantes x, 9 telum subalare vii, 10 tela mittere (jaculari in aliqu.) vii, 10
Temeraria usus ratione non cessit &c. xiii, 3
Temere (facile) xxv, 20
Tempestas xiii, 3 (pro periculo) vii, 4
Templum Dianæ ap. Gortyn. xxiii, 9 Minervæ xvii, 4 in templo asservatæ pecuniæ xxiii, 9 templa Deorum sancta habenda xvii, 4
Tempus longinquius (diuturnius) ii, 4 tempus morandi i, 1 tempus rei gerendæ (occasio) vii, 8. xvi, 2. vii, 5 tempus est facere hujus libri finem xxiii, 13 tempus est parari exercitus xiv, 11 tempus turbidum (tumultus ipse) xvi, 4 temporis causa facere aliquid xxv, 9 tempore dato xxiii, 2 brevi tempore i, 2 nocturno i, 7 novissimo xviii, 1 postero iii, 3 reliquo (in posterum) ii, 2 sequenti viii, 4 ut tum erant tempora xxv, 1 temporibus inservire (temporum rationibus) vii, 1 (alii: servire). temporibus primis (ab initio, de parvo intervallo) x, 3 iisdem (eadem ætate), Fr. 5 avorum nostrorum, Fr. 7
Tempus (pro rebus ancipitibus et calamitosis) i, 3 (v. Buchn. in Thes.)
Temporaria liberalitas (temporis causa usurpata) xxv, 11 (Sic: 'temporaria amicitia' ap. Senec. Ep. 9. v. Gebh. ad h. l. et Boecl. ad Vellei. ii, 21, 2)
Temporius discumbere (maturius), Fr. 6
Tendere: quo tendebat (de termino profectionis) i, 1
Tenere regionem (obtinere imperio) xiv, 4 cornu (præesse) xvi, 4 exercitum x, 6 gradum secundum ix, 3 imperio dominatum (μοναρχεῖν) xxi, 1 summas imperii (urbes tueri) i, 3 princi-

patum eloquentiæ xxv, 5 primum locum tenere (versari in loco primo), Præf. locum amicitiæ apud aliquem xviii, 1 locum secundum imperii xviii, 4 tenere in sua potestate civitatem (sibi conciliare, suam facere) vi, 1 tenere in sua potestate populum (v. Potest). v, 2 urbem oppressam servitute viii, 1 tenere navem in anchoris ii, 8 tenere possessionem Siciliæ xx, 2 regionem (sc. ditione et armis obtinere) i, 1 (Sic: Virgil. 'Vastabat Cyprum, et victor ditione tenebat'). tenere propositum (permanere in prop.) xviii, 2 (v. Propos.) tenere se domi x, 9 alibi: tenere se domo xv, 10 (ut Mss. legunt: v. VV. LL.) uno loco xviii, 5. xxiii, 12 adversum tenere proficiscentibus i, 1 (v. Advers.) perpetuo præsidio in obsidione urbem tenere vii, 4 teneri (sc. in vinculis) xviii, 11 teneri custodia v, 1

Tenesmus (morbi genus in difficili irritoque egerendi conatu &c.) xxv, 21

Tentare abstinentiam alicujus (conari corrumpere) xv, 4 qui me incognitum tentasti, ibid. tentari ab aliquo (peti accusat.) xxiv, 2

Tenues honores (non magno sumtu constantes) i, 6 (opp. effusi, ibid.)

Tenus Tauro ix, 2

Terentius, C. Varro: v. Varro

Terentius P. Scipionis Afr. et C. Lælii æqualis, Fr. 1

Terra continens (mari oppon.) ii, 2 mari et terra bellum inferre ii, 2

Terrestres exercitus ii, 2 terrestre prælium vii, 5 (oppon. navale, ibid.)

Terribilis facies xiv, 3

Terror vanus xxiii, 5 terroribus magnis vexari (de periculis ab inimicis in judicio et aliis objectis) xxv, 9

Testarum suffragia (de ostracismo) ii, 8. v, 3 (vid. Ostrac.) testula collabefieri (eod. signif.) iii, 1 testa trita lineæ primum coloratæ a pictoribus, Fr. 10

Testamento adoptare aliquem xxv, 5

Testari: dispersos testabatur perituros (ἐμφατικῶς, asseverabat, denuntiabat) ii, 4 (Sic Cicero pro Mur. 'ego quod facio, me omnium vestrum causa facere clamo atque testor')

Testatior memoria (ad famam insignior, et per monumenta notior) vii, 4

Testes vos habeo xxv, 21

Testimonium abstinentiæ (de eo, qui delatam sibi pecuniam accipere noluit) xv, 4 testimonium humanitatis (argumentum, indicium) xxv, 16 Sic: proferre testimonia moderatæ vitæ xiii, 4 petiit a Pharnabazo, ut ad ephoros sibi testimonium daret (sc. gestæ præfecturæ) vi, 4 fuisse (cum) patientem, hæc sunt testimonia xv, 7

Testudines i, 7 (instrumentum πολιορκητικόν, de cujus usu figuraque v. Lips. Poliorc. i, 8. et Stewech. ad Veget. iv, 12. Alia est 'testudo,' scutis militum fieri solita, de qua Lips. Poliorc. i, 5 et Stewech. ad Veget. ii, 4. Boecl.)

Thacus xvii, 8

Thasii v, 2

Theatrum xx, 4

Thebæ vii, 4 exitio ereptæ xv, 8 quando imperarint et serviverint xv, 10 Thebani occidunt Lysandrum vi, 3 formidantur a Lacedæmon. xvi, 1 Spartam oppugnant xv, 8 virib. non ingenio censendi xv, 5

Themeontici (pl. cast. Thrac.) vii, 7

Themistocles: qua adolescentia, ingenioque usus sit ii, 1 bello Corcyr. rempub. præclare gerit ii, 2 confligit primum cum Xerxe ii, 3 eundem astu et loco vincit ii, 4 in Asiam relegat ii, 5 muros Atheniensium restituit consilio et arte ii, 6, 7 ejicitur ii, 8 absens proditionis damnatur, ibid. varia fuga agitatur, ibid. epistola ejus ad Artaxerxem ii, 9 a quo magnifice donatur ii, 10 opiniones de morte ejus, ibid.

Theopompus historicus xi, 3. vii, 11 maledicus, ibid.

Theramenes vii, 5

Thermopylæ ii, 3. 4 (angusti aditus, unde et nomen 'portarum:' alteram vocabuli partem 'ab aquis calidis,' quæ in faucibus, accepere. Liv. xxxvi, 15. Boecl.) apud eas victus Antiochus xxiii, 8

Thessaliæ tyranni xvi, 5

Thraces i, 1. xi, 2 a Cimone fugati v, 2 pecuniæ Alcibiadis insidiantur vii, 9 vinolenti et Venerei vii, 11

Thracia vii, 7 (In Mss. Gifan. ubique fuit Thraces et Thraecia. v. eum in Ind. Lucret.)

Thressa (Thracia femina) xi, 3

Thrasybulus patriam a triginta tyrannis liberat viii, 1 &c. contra quos primo Phylen occupat viii, 2 mox Munychiam, ibid. ubi civiliter victoria utitur, ibid. constituta pace legem oblivionis fert, servatque viii, 3 qualis corona ei data viii, 4 in tabernaculo denique interfectus est, ibid. Fit ejus mentio vii, 5. 7

Thucydides ii, 1. 9. iv, 2 cujus ætatis historicus vii, 11
Thurii (pl., urbs Ital. 'Sybaris' ante dicta) vii, 4
Thyus (vel Thys) dynastes Paphlagoniæ xiv, 2 a Datame capitur, ibid.
Tiberius, Cl. Nero xxv, 19
Tiberius Longus xxiii, 4
Tibiis cantare, Præf. et xv, 2
Timæus histor. vii, 11 maledicus, ibid.
Timere: cum inter se timerent (sc. se: v. Inter: cum alter ab altero timer.) x, timere alicujus periculo x, 8
Timidi mater non solet flere viii, 2 (prov. de quo v. Erasm. chil. 4. cent. 6. prov. 12. Boecl. Timidus non est hic idem, qui trepidus, vel ignavus, sed providus et cautus, qui timet juste timenda, et cura majore, quam audacia progrediens, se non temere in periculum conjicit, atque sic matri suæ dolorem et lacrymas non ciet. Matri vero magis quam patri hunc affectum tribuit; quia mater, quo tenerius amat filium, eo magis dolet in bello cæsum. Unde Horat. 'bella matribus detestata' dicit lib. 1. Od. 1. Locc. Hoc sensu 'timiditatem' sibi tribuit Cic. Ep. ad Fam. vi, 15. et iv, 12)
Timor (de suspicione populi, libertati suæ timentis) ii, 8 timore abalienari vii, 5 timorem injicere alicui vii, 2. x, 7 habere vii, 2 (v. Hab.)
Timoleon Corinthius patriam a tyranno liberavit, Syracusas servitute, Siciliam oppressione xx, 1 fratrem, qui tyrannidem occupaverat, interfici jussit, ibid. unde judicia in se concitavit hominum et matris odium, ibid. Dionysio Sicilia depulso pepercit xx, 2 Carthaginiensium copias fugavit, Mamercum cepit, ibid. res Siciliæ instaurat xx, 3 &c. privatus sponte factus magno tamen publice in honore fuit, ibid. oculorum in senectute jacturam fert moderate xx, 4 modestia ejus, ibid. pietas, ibid. convitiorum patientia xx, 5 prælia maxima natali die fecit, ibid. celebri sepultura honoratus, ibid.
Timoleonteum, gymnasium Syracus. xx, 5 (Meminit Polyæn. et Plut. in vita)
Timophanes frater Timol. tyrannidem occupat, et imperio fratris occiditur xx, 1
Timotheus Atheniensis describitur xiii, 1 ejus facta illustria xiii, 1. 2 statua rari honoris, ibid. (v. Meursii Cecrop. c. 12). emeritus revocatur ad militiam xiii, 3 accusatus proditionis mulctatur, ibid. Chalcidem se confert, ibid. moderate et sapienter vixit xiii, 4 &c. Fit ejus mentio xi, 3 Lesbi plurimum vixit xii, 3
Tiribazus Sardibus præest ix, 5
Tisagoras (frater Miltiadis) i, 7
Tissaphernes vii, 5 præfectus Pers. inducias petit et violat xvii, 2 &c.
Tithraustes (chiliarchus) ix, 3 dux xiv, 3
Titubare (animi pendere, incertum esse, quid agendum) xviii, 9 (Cic. Philip. 8 'Titubare, hæsitare, quo se verteret, nescire.' Metaph. ab iis, qui pedibus sunt infirmis. Lamb. Qui locus egregie nostrum παραφράζει)
Tollere: in insidias inductum sustulit (interfecit, ut, paulo post) xxiii, 5 (Sic quoque de Nerone in vulgato illo Disticho verbum sumitur, quod est ap. Sueton. 39 'Quis negat Æneæ magna de stirpe Neronem? sustulit hic matrem, sustulit ille patrem'). tollere reges (abrogare eorum potestatem) vi, 3
Torques xiv, 3 (Persarum moribus inter insignia regia. Interim non modo aureus torques, sed armillæ aureæ, acinaces &c. inter honores satrapis a rege concessos, et præmia benevolentiæ regiæ. vid. Brisson. de regn. Pers. L. 1. C. Barth. adv. viii, 25. Boecl. Adde Cl. Scheff. Syntagm. de antiq. torquib. inprimis §. 8)
Totus: reipublicæ se totum dedit ii, 1 magnis in laudibus tota fuit Græcia citari &c. (in omnibus Græciæ provinciis), Præf. alibi: universa Græcia ii, 2 et cuncta Græcia ii, 9 (Justin. vi, 6, 5 'repente pax tota Græcia facta est')
Tractare de conditionibus (scil. deditionis) xviii, 5 tractare socios sancte (præesse cum integritate, abstinentia, lenitate) vi, 4
Tractus arborum (longa series, sive arbores passim ac longo ordine positæ) i, 5
Tradere alicui imperii summam xiv, 3 alicui summam rerum tuendam xviii, 2 alicui oppidum tuendum (sc. imperio) i, 3 alicui remp. totam (administrand. sc.) vii, 7 sacra procuranda alicui ii, 2 urbem munitam alicui tuendam xiv, 5 Ita: paternam alicui tradere provinciam (demandare) xiv, 1 tradere alicui literas iv, 4 tradere aliquem magistratui (sc. puniendum) xv,

4· Sic: tradi ad supplicium xix, 4 aliquem tradere vivum aut mortuum vii, 10 tradere alicui urbem (mox: dedere) i, 2 alicui uxorem (supra: nuptum dare) x, 6 se totum alicui (deditum esse ut magistro, præceptori &c.) x, 2 celeriter accipere; quæ traduntur (de institutione) xxv, 1 alicui multum molestiæ et laboris (creare), Fr. 12
Traditus mos a majoribus xvii, 1
Traducere copias (trans flumen sc. ponte) i, 2 (trans Alpes sc.) xxiii, 3
Trahi ad cupiditatem imperii (de animi propens.) i, 8
Trajicere copias Hellespontum xvii, 4 exercitum ex Asia in Europam i, 2 fortunas suas alio xxv, 2
Trajectio gentis ex solo patrio in aliud i, 4 (dominationi apud victos firmandæ repertum consilium, de quo Politici. Boecl.)
Tranquillitas (vita sine litibus et odio) xxv, 6
Tranquillatis rebus (sopitis dissidiis civilibus) xxv, 4
Transcurrere Hellespontum (prælernavigare, prætervehi) xviii, 2 (Sic: Lambinus aliique; Nos tamen, 'transire')
Transferre causam in alios xv, 8 transfertur imperium ab hoc ad illum iii, 2
Transfigere aliquem ferro xiv, 11 (Sic Velleius ii, 76, 1 'gladio se ipse transfixit.' Livius passim, 'gladio aliquem per pectus transfigere.' Justinus vero iii, 81 'exuentem se ac nudatum gladio trajicit')
Transfugere ad hostes xiv, 6. xvii, 6
Transfugæ consilio celeri recuperati xvii, 6
Transire mare xxii, 4 Hellespontum xviii, 2 saltum xxiii, 3 Alpes, ibid. vim flammæ vii, 10 in Asiam ii, 9 transire (de transfugis) xiv, 6
Transitu prohibere xxiii, 3 (alii: 'transitum')
Transportare copias (antea, 'trajicere') i, 2
Trasimenus (lacus in agro Perusino) xxiii, 4
Trebia (fluvius ex Apennino monte in Padum fluens) xxiii, 4. 6
Tribuere beneficium alicui xxv, 11 alicui præmium i, 6 alicui honorem, ibid. literis nonnihil temporis (impendere) xxiii, 13 Sic: literis aut reipubl. tempora xxv, 4 huic ea tribuit, ut plura a parente proficisci non potuerint (de benevolentia singulari, magnisque officiis præstitis) xxv, 9 majora bona, quam vel fortuna vel natura tribuit vii, 2 nihil ei non tribuit fortuna xxv, 19 tribuere casus adversos hominibus, secundos fortunæ xiv, 5 aliquid culpæ alicujus vii, 6 aliquid alicui superbiæ (ut dare laudi, crimini, superbiam interpretari) xx, 4 tribuere aliquid officio, timori, spei (eleganter, facere propter off. &c.) xxv, 6
Tribunus plebis interfectus est (in tribunatu) xxv, 2
Triclinium, Fr. 6 triclinia argentea (olim Romæ rara), Fr. 10 triclinaria (subint. vestimenta), Fr. 8
Trieris (pro, triremi) vii, 4 (usus et Hieronym. Chronico n. 944)
Tripus aureus Delphis positus iv, 1 (mensam intelligi ait Magius, Athenæum ii, 7 allegans)
Triremis (elliptice) vii, 4 triremis navis (plene) ii, 2 (v. Nav.)
Tristis (morosior, difficilior) xv, 2 (conjungitur hic ἀσυμπτωτικῶς cum severo, ut ap. Cic. Bruto: Qui et orat. de Harusp. respons. 'tristitiam' ac 'severitatem' conjunxit. Sic Capitolinus in Maximo: 'fuit semper severus, ita ut et Tristis cognomen acciperet.' Tacitus vero distinguit H. i, 14, 4. 'Piso vultu habituque moris antiqui et æstimatione recta severus, deterius interpretantibus tristior habebatur')
Tritici modius xxv, 2
Triumphus Sardiniensis, amplissimus (ex devicta Sardinia) xxiv, 1 triumpho comparata poëtæ Ennii possessio, ibid. (Tali figura ap. Cic. in Brut. c. 72 'illata Romæ eloquentiæ copia triumphis, et auctor ejus triumphalibus viris præfertur'). triumphum deportare ex aliqua regione xxiv, 2 (v. Onuph. Panvin. de triumph. Boecl.)
Triumvir reipubl. constituendæ xxv, 12 (sc. hoc titulo dominationis consilia tegebant Octavius, Antonius, Lepidus. Boecl.)
Troas ager iv, 2
Trœzen (vel Trœzene) ii, 2 (urbs Peloponnesi clarissima, paululum a littore recedens)
Troicum bellum xiv, 2
Tropæum (structa armorum congerie adornari solitum post victoriam, in loco prælii) xiv, 8 tropæum Marathonium (metonymice, pro victoria Marathon.) ii, 5 (ita Salaminii tropæi memoriam celebrat Cicero Tuscul. c. 46)
Tuba revocare milites xii, 1

Tueri aliquem magna religione (defendere) ii, 8 Sic: omnes pari fortuna perculsos instituit tueri xxv, 11 qua classe proxima æstate mare tueri potest ix, 4 tueri alicujus liberos xi, 3 summa rerum ei tradita est tuenda xviii, 2 (mox: ei regnum commendatum est, ibid.) oppidum alicui tuendum tradere i, 3 Sic: urbem munitam alicui tuendam xiv, 5 tueri regiam (de custodia aulica) xiv, 1 tueri valetudinem (curare &c.) xxv, 21 tueri gloriam paternam (conservare, vitam ea dignam agere) xix, 1 tueri se (de necessitatibus procurandis sublevandisque) xv, 3 (Estque sustentare, exhibere, alere se. Ita quoque Varro 3. de R. R. 1. et JCti sæpe. 'Tueri vitam' Ovid. de Ponto iv, 5. Locc. Add. Thes. Buchner.)

Tumultus tam propinquus tamque magnus (de bello, quod Darius Atheniensibus inferebat, copiis suis in campum Marathona deductis) i, 4 (Romana voce de Græca expeditione ob similitudinem usus est. 'Tumultus' enim, ut Cic. Philipp. viii, 1, 'tanta est perturbatio, ut major tumor oriatur:' adeoque gravius quid, quam bellum notat. At 'tumultus,' inquis, tantum civile bellum significat? Nego. Nam et 'tumultum Gallicum' dicebant veteres, quod erat Italiæ finitimus, ut ibidem Cicero. Dicitur autem 'tumultus' ita, quod res seu animi tumeant. Front. Strateg. v, 2 'C. Cæsar seditione in tumultu civilium armorum, ac tum maxime tumentibus animis legionem totam exauctoravit). tumultus Cinnanus (Civil. Bell. Cinn.) xxv, 2 (Flor. iv, 2, 2 'Cinnanam rabiem' vocat)

Tunc eligebatur xvii, 1

Tunica hirta circumdatus xiv, 3

Turba: in turbam exire (vulgari, militibus innotescere) xiv, 6

Turbidum tempus (de civili tumultu et cæde) xvi, 4

Turdi quando saginari cœpti, Fr. 10

Tusculum municipium xxiv, 1

Tutela: in tutelam suam pervenire xviii, 2 (Ita Cicer. sæpe et JCti. Est autem, 'ad pubertatem pervenire.' Ergo illa locutione, 'antequam in tutelam suam perveniret,' notatur pupillaris ætas sub potestate tutoris, cujus finis, pubertas. Vid. Institut. de pupill. subst. ubi illa verba: 'si filius hæres fuerit, et prius moriatur, quam in suam tutelam venerit;' Theophilus exprimit: ἐὰν ὁ παῖς γενόμενος κληρονόμος ἄνηβος τελευτήσει. ἄνηβος est impubes; cujus erat periphrasis: 'antequam in suam tutelam venerit.' Boecl.)

Tutus: tutum relinquere locum aliquem (militibus insidere) xvii, 6 in tutum pervenire nando xii, 4 in tuto esse ii, 9 (oppon. in periculo esse, ibid.)

Tyrannus justus (de eo, qui in libera civitate potestate est perpetua) i, 8 (Ubi in bonam partem vox sumitur. Vid. Fuller. miscell. sacr. i, 12. Salmas. Defens. Reg. c. 7. et Buchn. Thes. In malam vero partem ut frequentius usurpatur, ita serius ea significatio obtinuit. v. Fuller. eund. iv, 11. Huc pertinent sequentia:) tyrannus (pro Dionysio) x, 1 tyrannus non ferendus x, 7. 10 tyrannus a clementia deterritus crudelior fit xiii, 3 tyranni crudelissimum nomen x, 1 tyranni odium x, 5 tyranni satellitium assiduum xiii, 4 expulsor x, 10 a tyranno patriam liberare xx, 1 tyranni Atheniensium vii, 10 Thessaliæ xvi, 5 tyranni triginta viii, 1 tyrannorum facinora, ibid. suspicax animus x, 4 tyranni non facile continentes sunt xxi, 2

Tyrannis Dionysiorum x, 1 Pisistrati i, 8 tyrannis magnarum opum et multorum annorum (quæ tot annis suum statum firmavit roboravitque) x, 5 tyrannidis cupido unde vii, 7 odium xx, 2 propugnacula (extructa tanquam castella servitutis, et compedes oppressorum; ut de hac re est apud Liv. xxxii, 37) xx, 3 tyrannidem occupare xx, 1 amicus non magis tyranno quam tyrannidi x, 8 (alii: 'tyrannis')

V.

Vacatio: usus est vacatione ætatis xxv, 7 (de sexagenario, qui ne civilibus bellis et partibus se misceret, excusationem ætatis habuit. Boecl. Sic Cicero Verr. 7 'municipium, quod per hos annos tam commoda vacatione sit usum omnium rerum')

Vacuefacere insulam (ejectis scilicet incolis) v, 2 vacuefactæ bello possessiones (desertæ, vastatæ bello) xx, 3

Vadimonium sistere xxv, 9 ('vadimonium' definitur sponsio, ad certum diem sistendi se in judicio, vel per se

vel per procuratorem: quam qui implebant, 'obire' vadimonium dicebantur: etiam 'sistere.' vid. Pollet. hist. for. Rom. v, 1. Ergo sicut 'vadimonium imponere,' est vadari aliquem, sive ad promittendum datis vadibus adigere, certa die in judicio se affuturum: 'ita 'sistere vadimonium', est se in judicio sistere, quod sc. is, cui vadimonium erat impositum, datis vadibus promiserat, qui obito vadimonio liberantur. Adi Carol. Sigon. de jud. i, 20. Cumprimis clara fient, quæ diximus, lectione Brisson. formularum L. 5. princ. Add. Gifan. obs. L. L. p. 243. not. Erastii, et ab eo laudatos)
Vagina nudare telum xiv, 11
Valere: plus valuit Miltiades quam collegæ (ejus consilium et auctoritas plus val.) i, 5 ejus ratio non valuit (non accepta est; non persuasit &c.) i, 3 valere plus (potentiorem esse) xxiii, 10 his locis plus pedestres copiæ valent (plus possunt efficere) xvii, 3 multum valere ap. optimates (sc. auctoritate) x, 6 plene: ap. exercitum plurimum valuit auctoritate v, 2 gratia multum ap. aliquem valere ix, 2 multis magnisque meritis apud aliquem valere (auctoritatem per merita obtinere) ix, 3 valere virtute (superiorem esse) i, 5 valere dicendo vii, 1 alibi: eloquentia x, 3 copiis, navibus vii, 8 consilio, prudentia xi, 1 equitatu, peditatu (instructum esse) xviii, 3 non valere pedibus (non ingredi posse male affect. ped.) xix, 4 valet lex (servatur) viii, 3 Sic: valet hoc eo, ut &c. (pertinet eo) ii, 4 quo valeret id responsum nemo intelligebat (quid sibi vellet, quo pertineret, quo spectaret, ut ii, 6 loquitur) ii, 2
Valens (potens et opib. ad oppression. ceter. invalescens) xiii, 3 valentes opibus xviii, 10 valentior (instructior) xxiii, 6 valentissima Africæ oppida xxii, 2
Valetudo (de cæcitate) xx, 4 de morbo oculorum xxiii, 4 (Cic. 14. ad Fam. 4 'Clodium Philetærum, quod valetudine oculorum impediebatur, hominem fidelemque remisi'). valetudinis prosperitate uti xxv, 21
Valerius L. Flaccus xxiv, 2
Vallum (scil. castrorum) xxiii, 5 (de quo v. Lips. de mil. Rom. v, 5)
Valvæ ædis iv, 5
Varius: in omni genere vitæ varius (de Pausania, vitiis et virtutibus magnus) iv, 1 (alibi de Alcibiade). nihil eo fuisse excellentius vel in vitiis vel in virtutibus vii, 1
Varietas: tanta varietas fuit fortunæ ut &c. xxv, 10 in hoc fortunæ varietas est animadversa xiii, 4 (Sic Curtius iv, 14, 2 'jactamur invicem varietate fortunæ.' Justin. x, 3, 6 dixit: 'variante fortuna')
Varro C. Terentius victus xxiii, 4
Vasa fictilia xxiii, 10
Vates: ut vates cecinit, quæ nunc usu veniunt (de Cicerone) xxv, 16
Ubi: animadvertebat, ubi id fecisset, exercitum periturum, si id feciss. xv, 7
Vectigal: quinquaginta talenta vectigalis capiebat ex castro vii, 9 vectigalia nova inventa ab Hannibale xxiii, 7
Vehi: equo concitato ad hostem vehitur xiv, 4 in qua nave fuerat vectus xii, 4 ut scirent, in qua nave rex veheretur xxiii, 10 (Sic Cicero de Divin. 2 'equus, in quo vehebat, mecum una demersus rursus apparuit.' Idem Tusc. 1 'tanquam ratis in mari immenso nostra vehitur oratio.' Ovidius Trist. El. iv, 2 'Has super in curru Cæsar victore veheris')
Vehiculum xx, 4
Vel: hujus victoriæ vel maxima fuit laus, quod &c. (ἀντονομασία) xvii, 4
Vela ventis dare (in altum provehi) xxiii, 8 (Sic Virgilius non uno loco. Imo etiam Quintilianus lib. 10. cap. 3. dixit 'vela dare,' pro, 'navigare.' Per translationem 'vela dare suæ famæ' est ap. Martialem viii, 70)
Velle: id commune ærarium esse voluerunt (constituerunt) iii, 3 minus, quam vellet, movebat cum ii, 4 noli, oro te, adversum eos me velle ducere, cum quibus &c. xxv, 4 appellatus est, ut ejus rei princeps esse vellet xxv, 8 Sic: eo rem perduxit: ut talibus pactionibus pacem tyrannus facere vellet &c. x, 5 sicut ipse voluerat ix, 4
Velocitas ad belli utilitatem pertinet xv, 2 igitur illi in palæstra serviendum, ibid.
Velut hæreditate relictum odium paternum erga Romanos sic confirmavit, ut &c. xxiii, 1 (additur hæc particula metaphoris, sententiis ex translato orientibus, inventionibus, &c. Boecl.)
Venari fortiter inter Persarum instituta vii, 11 (v. Xenoph. παιδ. Brisson. de regn. Pers. 2)
Venatici canes xvi, 2

Venatoria galea xiv, 3 (v. Galea)
Venditare se florentibus (ap. florentes cum ostentatione et jactantia promti animi operam suam sive offerre, sive præstare, sive ingerere. Boecl.) xxv, 11
Venenum semper secum habuit Hannibal xxiii, 12
Venenatæ serpentes xxiii, 10
Venerari regem (stricte sumta voce, προσκυνεῖν ita Latine redditur) ix, 3 (v. Προσκ.)
Venereus: quem (Argilium) puerum amore Venereo dilexerat (de Pausania) iv, 4 (Contra de Alexandro Curtius x, 5, 32 'Veneris intra naturale desiderium usus'). rebus Venereis deditus vii, 11 (Cic. Verr. 7 'iste autem homo Venereus, et affluens' &c.)
Veneti, Fr. 7
Venia: dedit ei veniam (annuit petitioni) ii, 10 Sic: quod si eam veniam sibi dedisset iv, 4 dedit huic veniam x, 2 (paulo ante: ei negare non potuit, quin &c. ibid.) quam veniam si sibi daret xviii, 6 (Sic Cicero de Orat. 1 'date nobis hanc veniam, ut ea quæ sentitis de omni genere dicendi subtiliter persequamini.' Idem pro Arch. 'quæso a vobis, ut in hac causa mihi detis hanc veniam.' mox: 'sine te hoc exorem.' ibid. Sic quoque Suetonius aliique). veniam gratiamque malæ existimationis, si quid sit erratum, postulare (deprecari malam exist.), Fr. 3 (Cic. Verr. 7 'hæc si tibi tuus parens diceret, posses ab eo veniam petere? posses, ut tibi ignosceret, postulare?') veniam quando petere soleamus, ibid.
Venire obviam alicui (sc. cum exercitu) xxiii, 4 subsidio (alicui) i, 5. xii, 1 alicui auxilio viii, 3 adjutum aliquem xx, 2 repetitum Macedoniam xviii, 6 ad propositum (ordiri, quod susceptum est), Præf. venio nunc ad fortissimum virum xiv, 1 (formula transitionis, etiam Ciceroni usurpata). venire in (alicujus) conspectum xiv, 10 Sic: si in conspectum veneris (sc. regis) ix, 3 venire in theatrum xx, 4 in judicium xv, 8 in colloquium de aliqua re xiv, 11 in invidiam xv, 7 in potestatem hostium vi, 1. vii, 5 in potestatem inimici xviii, 11 in potestatem inopinanti (tradi) xiv, 3 venit (id) mihi in opinionem (incipio opinari) i, 7 Sic: nemini (id) in opinionem veniebat (nemo id poterat credere) xxv, 9 Tale est: ei in suspicionem veniebat, esse &c. (suspicabatur) iv, 4 id quod usu venerat (evenerat, acciderat) vii, 4 quod ei usu venit xvii, 8
Ventitare ad comitia amicorum xxv, 4
Ventus aquilo i, 1 mox: ventus boreas i, 2 (per ἐπιζήτησιν. vid. Flumen)
Venumdari jussus Plato a Dionysio tyranno (sc. tanquam mancipium) x, 2 (Crudele facinus in liberum caput. Boecl.)
Venusia (urbs Apuliæ, Horatii patria) xxiii, 5
Venusta figura (πᾶν τὸ σῶμα διηρθρωμένος καὶ σύμμετρος) xviii, 11 (Venustas enim hæc decentem membrorum inter se competentiam notat. v. Plutarch. in Eum. Boecl. 'Venustatem' notanter Cicero distinguit a 'dignitate' formæ Offic. i, 30. 'videmus in formis, aliis dignitatem inesse, aliis venustatem.' Atque clarius cap. 36 'cum pulchritudinis duo genera sint, quorum in altero venustas sit, in altero dignitas; venustatem muliebrem ducere debemus, dignitatem virilem.' De comparatione utriusque exaudienda sunt. nam alias 'venustas' in viro quoque eo sensu, quo Nepos usurpavit, laudem habet: sicut et 'dignitas formæ' in fœmina laudatur apud Tacit. A. xii, 51)
Verbo (opp. reipsa: cum aliud simulatur, aliud fit) xix, 3 (v. Buchn. Thes.) verbo fallis cives tuos xv, 5 concione advocata sic verba fecit, ut &c. vii, 6 verba alicui dare xxiii, 5 (Alias verborum fallacias, hic ipsam belli fraudem et στρατήγημα notat. Boecl.) regis verbis (alicui) aliquid dare (regis nomine offerre) xvii, 8
Verberando necatus est (de M. Manlio), Fr. 1
Verbosiores epistolæ (prolixiores) xxv, 20 (Cicer. ad Fam. vii, 3 'habes epistolam verbosiorem fortasse, quam velles: quod tibi ita videri putabo, nisi mihi longiorem remiseris')
Vere gloriari aliquid xxv, 17 vere videor posse contendere xxv, 12 verissime judicare de instantib. ii, 1
Vereri: vereor, ne, si res explicare incipiam, historiam videar scribere xvi, 1 vereri aliquem (revereri, venerari) xxv, 15 asperitatem alicujus (honore et obsequio mitigare: recondita significandi venustate) xxv, 5 (Sic Tacit. H. i, 5, 4 'haud minus vitia principum amabat, quam olim virtutes verebantur'). insidias ab aliquo vereri xiv, 2 vereri invidiam (timere) xviii, 7

Vergere: atx, qua ad meridiem vergit (qua parte meridiem spectat) v, 2
Veritatis diligens (φιλαλήθης) xv, 3
Versari apud aliquem ix, 2 tuto versari in propinquo loco ii, 8 versari in Sabinis (esse, commorari) xxiv, 1 multum in judiciis privatis ii, 1 versari in bello xi, 1 in exercitu v, 2 in celebritate (prodire in partem ædium frequentatam concursu hominum), Præf. in disputanda Philosophia, Fr. 5 in Asia sic versatus, ut (sic se gessit ut &c.) xvii, 3 Sic: in republica ita versatus est, ut &c. xxv, 6 multum in imperiis magistratibusque versatus i, 8 (v. Imperium)
Versus Homeri x, 6 (hos sc. in ore ferebant subinde veteres: his judicia sua de reb. sermonesque serios ac jocosos efferebant. Boecler.) versus epigrammatis de prælio Platæensi iv, 1 versibus aliquem exponere xxv, 18 facta illustr. viror. sub imaginibus quaternis quinisque versibus describere, ibid. multa millia versuum xv, 4 (vid. quæ Lamb. ex Duareno huc notavit; sunt autem versus, ' lineæ,' quas vocamus. v. Isidor. i, 6, 14. Horum numero metiri libros solebant, eumque in ultima cera ascribebant: qui mos et Hebræis critic. v. Casaub. ad Athen. vi, 10. et Salmas. proleg. in Solin. 5. Boecl. Add. Voss. de vitiis serm. i, 26. et cum his compara Jo. Croium sacrar. observ. in N. T. cap. 11. qui negat in his locutionibus ' lineas,' sed potius ' commata' vel ' periodos' debere intelligi. Denique vide et Epistolam Cl. Salmasii, quæ in Sarravianis extat pag. 235)
Versuram facere xxv, 2. 9 (Inter omnes expositiones, forte, optime rem expediunt Festi verba: ' versuram facere, mutuam pecuniam sumere, ex eo ductum est, quod initio qui mutuabantur ab aliis non, ut domum ferrent, sed ut aliis solverent, veluti verterent debitorem.' Atque hæc explicatio convenit Nepotis loco. Adde Simeon. Bosii animadvers. in Ep. Cic. ad Attic. v, 2, 1. v. et not. Ernstii. Donatus, ' æs alienum ex ære alieno solvere.' Gifan. tres signif. phraseos collegit, in observ. quem vide. Illud ambigi interim vix debet, sæpe nihil aliud esse, quam ' mutuum sumere.' Consulendus etiam Cl. Salmasii plenus reconditioris doctrinæ ' de usuris' commentarius cap. 7. p. 100. et seqq. Boecl.)
Vertens annus (totus) xviii, 4 (v. Annus. Macrobius Saturn. 1. cap. 14 ' Solis annus eo dierum numero colligendus est, quem peragit, dum ad id signum se denuo vertit, ex quo digressus est: unde annus vertens vocatur et habetur magnus, quum Lunæ annus brevis putetur.' Ciceroni autem Somn. Scipion. annus ' vertens' seu magnus dicitur; cum ad idem, unde semel profecta sunt, cuncta astra redierint, eandemque totius cœli descriptionem longis intervallis retulerint. Eodem modo Plautus Pers. iv, 4, 76. dixit ' mensem vertentem' pro integro)
Vesperascente cœlo xvi, 2 (Tacitus passim, ' vesperascente die')
Vestigia servitutis (indicia, monumenta) xx, 3
Vestis Medica iv, 2 (serica sc. Persarum præcipuis gestata, et aliquando legatis dono data. vid. Brisson. de regn. Pers. 1. Eam hic usurpat Pausanias, qui incivili elatione in Persam totus desciverat. Boecl.) vestis muliebris vii, 10 (χιτωνίσκους appellat h. l. Plutarchus). optima, quam satrapæ regii gerunt xiv, 3 veste aliquem tegere, ibid.
Vestitus agrestis xvi, 2 humilis, obsoletus xvii, 3 militaris (oppos. ducis vestitus) xiv, 9 vestita tecta consilia et molitiones xvi, 2
Veterani milites xviii, 10 eorum licentia et insolentia xviii, 8
Vettones (Hispaniæ citerioris populi) xxii, 4 (Appianus Iberica, generali nomine Ἴβηρας vocat)
Vetusti mores Carthag. xxii, 3
Vexare regionem (populari, diripere) xiv, 4. 10 vexari (ab hoste premi) xviii, 5 vexari bello xx, 1 magnis terroribus xxv, 9 (Grave hoc verbum est, nam qui fertur et raptatur et huc atque illuc distrahitur, is ' vexari' proprie dicitur, ait Gell. ii, 6. Adde Macrob. Saturn. vi, 7. Boecl.)
Via Appia xxv, 22 (De ea post alios prolixe Auctor Romæ Subterraneæ lib. 1. cap. 11)
Via decem dierum xviii, 8 via qua omnes commeant, ibid. via quæ longum anfractum habet, ibid. via copiosa omniumque rerum abundans (in qua non desunt copiæ rerum necessariarum), ibid. via brevior, ibid.
Vicinitas (pro iis, qui in vicin. habitant) vii, 10 (conf. Gifan. Observ. L. L. pag. 249)

Victor exercitus (victoriis clarus et felix) xvii, 4
Victor Olympiæ ('Ὀλυμπιονίκης qui ludis Olymp. vicit), Præf. et vii, 6
Victoria duplex uno die v, 2 victoria civilis funesta xv, 10 victoria casu et errore corrupta i, 7 victoria patriæ vii, 8 victoria ea præclara, in qua plus clementiæ, quam crudelitatis xx, 2 fortitudine et prudentia temperata viii, 2 victoria elationem parit iv, 1. 2. vi, 1 victoriæ præmium i, 6 magnæ effectus ix, 4 victoriam sæpe casus et licentia hostium dat vi, 1 victoriæ pariunt gloriam ii, 6 victoria elatus Pausanias iv, 1 elatus Lysander vi, 1
Victus et vita (disting. ut hæc exteriorem inter homines et in publico consuetudinem; ille interioris et familiaris vitæ instrumenta, domumque ac mensam innuat. Boecl.) vii, 1 deducere aliquem a pristino victu x, 4 (hic 'victus' est vitæ genus, 'vitæ status,' ut ipse Auctor explicat). victum quotidianum amovere (vulgo ordinarium, quotidie præberi solitum) xviii, 12
Videre: vidit magno se fore periculo (prævidit) xxiii, 9 (alii: in periculo). videbat se initurum (intelligebat) vii, 9 non vidit cujusquam ex sua stirpe funus (non expertus est &c.) xxi, 2 non videbant, quid potissimum vitarent (incerti erant &c.) xxiii, 11 videor posse contendere (formula asseverationis cum modestia stabiliendæ) xxv, 12 si tibi videtur, des &c. (si placet) iv, 2 Sic: si ei videretur, veniret &c. xiv, 11 visum est tempus rei gerendæ xvi, 2 cum tum esset visum copias extrahere &c. xvii, 2 vide, ne tu pejus consulas xv, 10 (Græv. ad Cic. de Offic. 1. cap. 20)
Vidua nobilis, Præf.
Vigere: qui paulo ante victores viguerant vii, 5 (cum amplificatione et elogio effertur, quod simpliciter dixisset victores fuerant). vigebat violacea purpura (erat in pretio), Fr. 8
Vigilantia aliquem vincere xviii, 1
Vigilia secunda, tertia (paulo ante: prima nox) xviii, 9 (nox in 4 vigilias tanquam partes æquales divisa veteribus. Boecl. Sic Cicero ad Fam. iii, 7 'cum puer tuus ad me secunda fere vigilia venisset, &c.' Idem in Catil. 2 'tertia fere vigilia exacta'). cum in castris ejus non satis diligenter agerentur vigiliæ viii, 4 (de custodiis nocturnis: nam 'excubiæ' etiam de diurnis dicuntur. Boecl. Sic Cicero Verr. 6 'ut noctu vigilias agerent ad ædes sacras')
Villa sumtuosa suburbana, maritima xxv, 14
Vincere aliquem cura, vigilantia &c. (antecellere) xviii, 1 omnes gravi prælio vicit xvii, 4 Sic: victi erant quinque præliis terrestribus tribus navalibus vii, 5 semper consilio vicit xi, 1 (oppon. nusquam culpa sua male rem gessit, ibid.)
Vincula (carceris signif.): in vincula publica conjectus est i, 7 ex vinculis publicis effugere iv, 2 vincula epistolæ lacerare (alii: laxare) iv, 4 (Antiqui enim vinculis colligabant epistolas. v. Lips. Ep. instit. cap. 4. Barth. advers. ii, 4, 18. Freinsh. comm. Curt. vii, 2, 25. Boecl.)
Vindicare (sibi) ab aliquo nonnulla, plurima (tribuere, ascribere) viii, 1 vindicare aliquem in libertatem xv, 8 patriam in libertatem ex servitute (restituere &c.) xviii, 1
Vinea i, 7 (instrumentum in oppugnandis urbib. accessibus serviens, quos tegit &c. vid. Lips. Poliorc. i, 7. Stewech. ad Veget. iv, 15. Hodie respondet 'Galerie.' Boecl.)
Vino epulisque dediti xvi, 2 (Non ut alias de studio et vitio animi his rebus deditis, sed de ipso actu perpotationis et epulationis hic accipitur. Boecl.) vino epulisque obrui x, 4
Vinolenti homines (ebriosi, vinosi; de habitu vitioso) vii, 11 vinolenti (ebrii; de actu) xvi, 2 (ubi tamen Ms. Ernstii, 'vino pleni')
Violacea purpura, Fr. 8
Violare aliquem (lædere, injuriam alicui facere) xxv, 9 Sic: violari ab aliq. xvi, 5 violatus crudeliter x, 2 violare clementiam (contra clem. aliquid facere) vii, 10 fanum iv, 4 sacra vii, 4 Sic: eos violari vetuit (scil. quos loci religio reddebat inviolabiles, his noceri noluit. Boecl.) xvii, 4 violare cedentes (cædere, persequi) viii, 2
Vir acerrimus vii, 5 callidus xiv, 10 clarissimus ii, 8 fortis xiv, 7 fortissimus xxiii, 18 omnium callidissimus xxiii, 9 viri unius quanta sæpe virtus ii, 4. 5 viri excellentes xv, 4 præstantes claritate, usu belli xviii, 3 viri clari quem exitum plerique Athenis hab. xix, 4 virorum claror. notitia

(cognitio de rebus ipsorum) xxv, 18 eorum collatio contentioque xxiii, 13
Virilis sexus (pro filio) xvii, 1
Viritim (lecti milites) iv, 1
Virgo nubilis xv, 8
Virgulæ oleaginæ xviii, 4
Virtus: cum virtute militum devicisset hostium exercitus i, 2 de alicujus virtute non desperare i, 4 virtutibus elucescere iv, 1 (opp. obrui vitiis, ibid.) moribus illorum summa virtus in patientia ponitur vii, 11 (mox: summa laus est fortiter venari, ibid.) virtutem sine fortuna ponderare viii, 1 pari se virtute postea præbuit, cum &c. xiv, 2 cujus virtus bellica suspicienda est xvii, 4 ejus virtuti par data est fortuna xviii, 1 magnos homines virtute metitur non fortuna, ibid. alicujus non virtute sed perjurio captus xviii, 13 virtute regnum adipisci xxi, 1 formam corporis incredibili virtute belli ornare, ibid. virtute tyrannidem sibi parare xxi, 2 Romanus populus omnes gentes virtute superavit xxiii, 1
Vis flammæ vii, 10 fortunæ x, 6 hostium ii, 3. xxiii, 11 morbi xxv, 21 (ingruentes, et veluti obruentes vires, efficaciam, impetum notat &c. Boecler.) vis maxima barbarorum (multitudo) v, 2 vis repentina (tumultus, seditio) vii, 3 vis pugnantium (virtus et strenuitas) viii, 1 vim alicui afferre (de cæde) x, 10 vim adhibere (sc. alicui comprehendendo) iv, 4 vi summa committere prælium (acerrime) i, 5
Visendi gratia (videndi, spectandi) x, 10 visendi Alcibiadis expectatio vii, 6
Vita moderata sapiensque xiii, 4 in omni vitæ genere varius iv, 1 vitæ splendore ac dignitate omnes superare vii, 11 vetere vitæ instituto effugit nova pericula xxv, 7 de vitæ consuetudine mutavit nihil xxv, 14 elegantia vitæ familiaritatem alicujus consequi xxv, 19 vitam diutius sibi esse retinendam non sentire (de consilio αὐτοχειρίας) xxiii, 12 Sic: vitæ finem facere xx, 1 vitæ tædium capere, Fr. 2
Vita excellentium Imperatorum (res gestæ), Præf. Sic: vita excellentium virorum xv, 4 (ita enim Dan. cod.)
Vitare insidias (evadere) xiv, 9 suspiciones xxv, 6
Vitio adversariorum (culpa) xvii, 5 vitia adolescentiæ emendata ii, 1 in vitiis poni xv, 1
Vitulinus: præter vitulina, et hujusmodi genera obsonii, quæ &c. nihil accepit (s. munera missa) xvii, 8
Vivere laute xii, 3 liberius ii, 1 cum dignitate xii, 8 pro dignitate xxv, 2 cum aliquo simul xxiii, 13 cum aliquo conjunctissime xxv, 5 vivere cum aliquo (de mulieris consuetudine) vii, 10 (honestiori voce tegitur res dictu turpior. Boecl. τὸ ‘vivere’ tamen h. l. delent Schottus, Schoppius in paradox. liter. Ep. 5. et Buchn. in Thes. pag. 105)
Vivo Hannibale xxiii, 12
Vix fides facta est iis, esse &c. xvii, 8
Ulcisci inimicos (punire, vindictam ab iis sumere), Fr. 12 injurias patriæ (illatas patriæ) ix, 5
Ullus: huic uni contigit, quod nescio an ulli xx, 1 (alii: ‘an nulli’). sine ullo detrimento xxiii, 5 sine ulla pompa funeris xxv, 22 (vid. Sine)
Ultimus: ab origine ultima stirpis Romanæ (prima) xxv, 1 (Plane ad mentem Nepotis Livius 40. ‘præferuntur primo agmini arma insignia omnium ab ultima origine Macedoniæ regum.’ Loccen.) ex ultimis terris xxv, 20
Ultro appetitur, qui habet (i. e. ditioribus non diu quærendi sunt amici; sed sponte se offerunt), Fr. 5
Unde: non reliquit, unde efferretur v, 4
Undecim viris tradi, more Atheniensium, publice ad supplicium damnati solent xix, 4 (Erant autem οἱ ἕνδεκα judices, quibus cura carceris et suppliciorum demandata. v. Sigon. 4. de republ. Athen. 3. Boecl. Add. Ubb. Emmii tom. 3. Græciæ vet. pag. 50, 51)
Unguenta (in muneribus miss.) xvii, 8
Universa Græcia, Europa ii, 2 universos pares esse aiebat ii, 4 (oppon. dispersos perituros, ibid.)
Unus homo pluris est, quam civitas xv, 10 unius arbitrium (in gerend. sc. rep.) vii, 7 (vid. Arbitr.) unus omnium i, 1 unus in civitate maxime floret v, 3 unus ante alios carissimus xxv, 3 unus post hominum memoriam iii, 1 sentiebat se unum ejus delicti futurum reum vii, 8 is omnibus unus insulis præfuit ix, 1 cui maximam fidem uni habebat x, 5 uni huic maxime indulgebat x, 2 universi in unum impetum fecerunt xv, 9 (id) unum ab iis petivit, ut &c. xv, 8

Vocare aliquem (scil. ad convivium) xxv, 14 (proprium in hac re verbum. v. Jan. Gulielm. Verisimil. i, 18. et Taubmann. ad Plaut. Men. iii, 8, 11. ac Stich. i, 3, 29). vocare aliquem ad arma, ad libertatem xvi, 3. xix, 2 vocari in crimen (reum censeri) xiii, 3 (v. Crim.)

Volo: quem cum minus, quam vellet, moveret ii, 4 (ita circumloquimur ex ingenio rei, quod simpliciter erat: 'quem cum non moveret.' Boecl. v. Velle)

Volumen (ita librum suum vocat Auctor), Præf. et xv, 4 cujus finem facit xxiii, 13 Sic: volumen Attici de magistratibus xxv, 18 volumen Nepotis de vita et moribus Catonis xxiv, 3 volumina epistolarum (Ciceronis sc. ad Attic.) xxv, 16

Volumnius P. præfectus fabrum Anton. xxv, 12

Voluntas (consilium, propositum) xxiii, 2 Sic: voluntatem occultare vi, 2 a voluntate hac deterritus x, 8 voluntas (benevolentia) viii, 4 (bona gratia, venia) i, 2 voluntas propitia x, 9 mirabiliter vulgi mutata est voluntas x, 10 offensa in eum militum voluntate x, 7 voluntate suorum (oppos. vi) i, 8 qua voluntate esset in regem (quomodo animatus erga reg.) xiv, 5

Voti damnatus (compos.) xx, 5 (v. Damn.) vota suscipere, solvere Jovi vi, 3 (propriæ voces. v. Briss. form.)

Urbs (de insula) i, 2 urbes donatæ, certisque victus partibus destinatæ ii, 10 (v. Oppidum). urbs Romana xxv, 20 (Sic Justinus vi, 6, 5 'urbs Romana a Gallis capta est,' et xliii, 3, 1 'urbs Romana ab adolescentibus conditur')

Urbanus populus (opp. exercit.) v, 2 urbanæ possessiones xxv, 14 urbana officia (in negotiis urban. præstari solita) xxv, 4 (v. Offic. Martialis Epigr. i, 56 'Vivat et urbanis albus in officiis.' Locc.)

Usque a mari xxiii, 2 usque ad hanc ætatem, ibid. hoc usque eo tota Græcia fama celebratum est, ut &c. xii, 1 id illi usque eo despexerunt, ut &c. xvi, 3 ferrum usque eo retinuit, quoad &c. xv, 9 alibi: ad eum finem, quoad &c. xv, 2 usque adeo intestabiles invisique fuerunt, ut &c., Fr. 2

Usquam: prius, quam usquam se moveret xvii, 8 alibi: non se quoquam movit ex urbe xxv, 7 hoc acutius cogitatum non legimus usquam xiv, 6

Usuram accipere ab aliquo xxv, 2 usuris multiplicandis crescit æs alienum, &c. xxv, 2

Usus: usum alicujus benevolentiamque retinere (familiaritatem) xxv, 20 usui maximo alicui esse (de opera consilioque) ix, 2. xviii, 2 usu venire (v. Venire). usu et sapientia præstans (experientia) xiii, 3 cum claritate, tum usu belli præstans xviii, 3

Ut omittam Philippum xxiii, 2 (Rejectionis formula et præteritionis). si verum est, ut populus Romanus superarit &c. (quod) xxiii, 1 prædixit, ut ne dimitterent ii, 7 ut nos judicamus (sicut) xxi, 1 illorum urbs ut propugnaculum opposita est barbaris (tanquam) ii, 7 ejus, ut qui maxime, amicus fuit, Fr. 4 ut si exercere remiges vellet (ac si) x, 9 (quem sensum Cæsar Bell. Civ. 3. sic extulit: 'per causam exercendorum remigum'). ut tum erant tempora xxv, 1 habuit obtrectatorem satis exercitatum in dicendo, ut Thebanum scilicet (pro captu Thebanorum) xv, 5 (Sic Cicero: 'ut temporibus illis,' pro conditione illorum temporum. Limitatio sive restrictio ejus, quod dictum est. Boecl. Idem similiter Cat. maj. cap. 5. de Q. Fab. Max. 'multæ, ut in homine Romano, literæ')

Utique (et uti. mox: atque uti), Fr. 12 (Sæpe ita usurpatur in fragmento 'Legis regiæ,' apud Gruter. et alios)

Uti: si quid de suis facultatibus uti voluisset xxv, 8 (Ubi cum quarto casu τὸ 'uti' constituitur. Conf. Fr. Sanctii Minerv. lib. 3. c. 3. p. 196). uti apparatu regio iv, 3 libenter cibo xviii, 5 aliquo doctore xxiii, 13 magna celeritate xvii, 2. 4 clementia in captos vii, 5 alicujus consiliis ii, 10. xv, 5 aliquo duce i, 1 uti crudelitatis superioris more viii, 3 uti acerbiore imperio in aliquem xviii, 6 moderatione xxv, 14 temeraria ratione xiii, 3 prudentia, fortitudine viii, 2 uti (habendi significatu): uti familia optima xxv, 13 felicitate iv, 2 fortuna pari v, 2 gratia alicujus in re aliqua xxv, 12 hospitio alicujus v, 3 instituto hoc, Præf. libertate (imperio populari) i, 8 omnibus optimis rebus xxv, 13 patre diligente, indulgente &c. xxv, 1 portu neque magno neque bono ii, 6 dextero oculo non æque bene xxiii, 4 prosperitate valetudinis xxv, 21 uti duro adolescentiæ initio v, 1 uti (de

convictu et familiaritate): uti aliquo familiariter xvii, 1. xix, 4 intime xxv, 5 familiaritate alicujus xxv, 9 aliquo amico xviii, 2 beneficio (civitatis) uti xxv, 3 castris uti v, 5 (oppon. uti palaestra, ibid.) uti sapienter temporibus (inservire tempori) xv, 3
Utica xxii, 2 (urbs Lybiae post Carthaginem maxima, quam Velleius Paterc. i, 2, 6. circa Codri tempora Tyrios, paucis annis post Gades, condidisse scribit)
Utilitati communi parere vii, 4 velocitas ad utilitatem belli pertinet (usum bellicum) xv, 2
Utique: in Graecia utique olim magnae laudi erat (omnino, certe) xv, 2 (Sic Cicero ad Att. l. 13 'illud vero utique scire cupio.' Quinctil. v, 10 'quod justitia est, utique virtus est.' aliique)
Utres ad hanc rem conficiendam imperavit quam plurimos xviii, 8
Utrobique (et terra et mari) xxiii, 10
Utraque fortuna (secunda et adversa) xxv, 14
Utrique Dionysii (pro, uterque Dionysius) xx, 2 utrosque profligavit (utrumque) xxiii, 4 (Sic quoque alii veterum. v. Freinshem. Ind. Flor.)
Vulgi (affectus varii) xix, 4 vulgi voluntas mirabiliter est mutata x, 10 in vulgus edit, suo jussu eum profectum xiv, 6 in vulgus editi libri xxv, 16 vulgo praesente (militib. praesentib.) vii, 8
Vulnus gravissimum morte filii accepit x, 6 Sic: celans quantum vulnus accepisset xiv, 6 vulnus mortiferum xv, 9
Vulnerari ab aliquo aliquot plagis xviii, 4
Vulsonis Cn. Manlii res gestae Hannibali memoratae xxiii, 13
Vultus: id e vultu ejus intellexit iv, 5
Uxorem amittere xxi, 1 reducere (quae fuit alii tradita. v. Reduc.) x, 6 de uxore alicui exprobrare (scil. quod non duxisset uxorem) xv, 5

X.

Xenophon Socraticus xvii, 1
Xerxes mari et terra bellum infert Europae ii, 2 in Asiam suam relegatur ii, 2. xxi, 1 ab Artabano ferro interimitur xxi, 1

Z.

Zacynthii adolescentes x, 9
Zama xxiii, 6 (urbs Africae, Ptolemaeo Azama dicta. Hodie Zamor vocatur. v. Bochart. Geogr. sacr. part. post. lib. 1. cap. 24)

FINIS OPERUM CORNELII NEPOTIS.




HDI
HW 2MEY 0



